73

JOANNIS RAII,

Societatis Regiæ Socii,

Historiæ Plantarum

TOMUS TERTIUS:

QUI EST

SUPPLEMENTUM

Duorum præcedentium:

SPECIES omnes vel omissas, vel post Volumina illa evulgata editas, præter innumeras fere novas & indictas ab Amicis communicatas complectens:

CUM

SYNONYMIS necessariis,

ET

Usibus in *Cibo*, *Medicina*, & *Mechanicis*:

Addito ad Opus consummandum Generum INDICE copioso.

ACCESSIT

Historia Stirpium Inf. *Luzonis* & reliquarum *Philippinarum*

A

R. P. *Geo. Jos. Camello*, Moravo-Brunensi, S. J. conscripta.

ITEM

D. *Jos. Pitton Tournefort*, M.D. Parisiensis, & in Horto Reg. BOTANICES PROFESSORIS,

COROLLARIUM Institutionum Rei Herbariæ.

LONDINI:

Apud SAM. SMITH & BENJ. WALFORD, Reg. Soc. Typographos, ad Insignia Principis in Area Boreali D. *Pauli*, clɔ Iɔ CCIV.

PRÆFATIO.

ANNO Æræ *Christianæ* 1688. Historiam Plantarum generalem in lucem emisi; in qua species omnes jam tum editas, paucis exceptis per incuriam aut oblivionem omissis, complexus sum. Ex quo tempore mirâ Botanicorum hujus seculi industriâ Historia Stirpium novis indies accessionibus aucta in immensum ferè excrevit. Siquidem post Opus illud editum in lucem prodierunt,

Horti Malabarici Volumina sex posteriora:

D. *Jacobi Breynii* Prodromus secundus;

D. *Pauli Hermanni* Floræ Batavæ flores, *Ejusdem* Paradisi Batavi Prodromus; & tandem post ipsius obitum Paradisus ipsa:

D. *Josephi Pitton Tournefort* Schola Botanica; *Ejusdem* Elementa Botanica *Gallicè* scripta; item Institutiones rei Herbariæ *Latinè*; necnon Historia Plantarum circa *Parisios* nascentium *Gallicè*:

D. *Caroli Plumier* Plantarum *Americanarum* descriptiones *Gallicè* exaratæ:

D. *Leonardi Plukenetii* Phytographiæ partes tres; item Almagestum Botanicum *Ejusdem*, locupletissimum stirpium rariorum Promptuarium; item Almagesti Botanici Mantissa, Plantarum novissimè detectarum ultra millenarium numerum complectens:

D. *Pauli Boccone* Museum Plantarum rariorum *Siciliæ*, *Melitæ*, *Corsicæ*, *Italiæ*, *Pedemontii & Germaniæ* Italicè; *Ejusdem* Museum Physicum & experimentale, in quo multa de Plantis, Italicè:

D. *Commelini* Horti Medici *Amstelodamensis* Stirpium rariorum icones & descriptiones, in folio, Tomi duo:

D. *Roberti Morisoni* Plantarum Historiæ *Oxoniensis* universalis Pars tertia, à D. *Jacobo Bobarto* expleta & absoluta:

R. P. D. *Francisci Cupani* Hortus Catholicus cum triplici Supplemento. Hoc in Opere multæ nondum editæ aut descriptæ habentur Species, ab Autore & amicis in *Siciliâ* maximam partem inventæ. Harum non paucas, quarum scilicet ramulos exsiccatos nobis communicavit D *Sherardus*, huic Supplemento inseruimus; reliquis nomine tenus duntaxat nobis cognitis, quòd earum icones & descriptiones jam prælo commissas esse certiores facti fuerimus, omissis:

D. *Joannis Georgii Volckameri* Flora Norimbergensis, sive Catalogus Plantarum in agro Norimbergensi tam sponte nascentium, quàm in Hortis & Viridariis enutritarum:

D. *Augusti Quirini Rivini*, Physiologiæ in Academia *Lipsiensi* Professoris nova Stirpium Methodus secundùm florum differentias, tùm petalorum numeri respectu; tùm figuræ regularis aut irregularis: Ut alios minores notæ libros omittam.

CÆTERUM Plantæ his libris comprehensæ in triplici sunt differentia.

I. Nonnullæ locis suis natalibus crescentes, cùm in statu & vigore essent, floribus ornatæ, fructúque onustæ, ab editoribus suis observatæ, descriptæ, & ad vivum delineatæ sunt.

II. Aliæ extra locos natales, in Hortis quà publicis, quà curiosorum privatis cultæ, ab Auctoribus conspectæ, pari modo vel picturâ expressæ, verbísque descriptæ sunt, vel nominibus tantùm, aut lemmatis descriptoriis insignitæ.

III. Aliæ denique nec vivæ vigentésque visæ, sed exsiccatæ duntaxat; nec integræ plerunque, sed earum tantùm ramuli avulsi. Harum vel icones ad specimina sicca delineatæ & exsculptæ titulis præfixis, vel nomina tantùm generalia, epithetis speciem determinantibus additis, evulgata sunt.

IN plantis hujus ultimi Generis nominibus imponendis quin aliquando errent & cæcutiant Botanici maximè cauti & circumſpecti, ínque Stirpibus diſcernendis & dijudicandis planè *Lyncei*, caveri vix poteſt: Cùm ramuli ſicci aliquoties fructu vidui adferantur, quin ſi his adaucti fuerint, Floris tamen forma, ſtructura & petalorum numerus in nonnullis, in aliis Fructûs figura, pericárpii conſiſtentia, & numerus cellarum in quas dividitur diſcerni & diſtingui nequeant, adeóque nec ad quæ Genera referendæ ſint certò determinari poteſt. Utcunque Ego cùm Plantæ alicujus notitiam aliunde non habuerim, nihil omittere aut mutare ex conjectura auſus ſum; cùm ſatius duxerim nè aliquid deeſſet curare, quam nè quid redundaret, aut alieno in loco diſponeretur, cavere.

CÆTERUM ut aliquam Tibi, *Lector* benevole, Operis rationem reddam, ſcias me Species omnes novas & non antea editas, quæ in prædictis libris continentur, in eo complexum eſſe.

DEINDE Hiſtorias *Fucorum* aliarúmque plantarum ſubmarinarum, *Fungorum* & *Muſcorum* trecentis circiter ſpeciebus auxiſſe, partim à meipſo obſervatis, partim ab Amicis communicatis: Muſcos autem, quia valde numeroſi ſunt, clarioris intelligentiæ & memoriæ facilioris causâ in Genera aliquot ſubalterna diviſiſſe.

ANTEQUAM progrediar, non ab re fortaſſe fuerit objectioni alicui quæ in me moveri poteſt occurrere. Non deerit ſcilicet qui me vanæ curioſitatis arguat, quòd res adeò viles & abjectas, nullius in vita uſûs indagaverim, iiſque deſcribendis tantùm temporis & operæ impenderim.

Cui reſpondeo, Quòd Dei opera ſunt in quibus contemplandis memet exerceo: quòd Divinæ Artis & Potentiæ effecta, quibus exquirendis ſubciſivas horas addico: quòd Ille me in hunc mundum introduxerit, tam inexplicabili rerum varietate inſtructum & ornatum; quòd oculis, quos mihi contulit, ea videnda, animo conſideranda objecerit. In Dei ergo contumeliam redundat, quòd hæc, quæ eum creâſſe negare non audes, ſupervacanea & inutilia eſſe affirmes.

Deindè, Mundum hunc ſublunarem omniáque quæ in ea ſunt hominis causâ condita fuiſſe recepta, Theologorum ſententia eſt, Ergo etiam *Fuci*, *Fungi*, & *Muſci*. Quem autem potiorem hominibus uſum præſtant quàm ut eas contemplentur, Divinæque Artis veſtigia in iis efformandis obſervent & mirentur. Quòd ſi omnia ad Corpus referas, omniáque ei vel paſcendo, vel tegendo, vel ornando, vel medendo comparata eſſe contendas, ſuum etiam in his uſum habent hæc Genera, ut façile eſſet omnia percurrendo oſtendere.

DICES, Majora & magis neceſſaria ſtudia ſunt, quæ totum hominem requirunt. Reſpondeo, Majoribus iſtis me majorem curam impendere, interim tamen minora hæc & leviora non opus eſt ut prorſus negligam: Utrique penſo ſufficio; utrique temporis abunde ſuppetit, modò id prudenter diſpenſem, modò caveam nequa ejus pars omnino vacua præterlabatur. *Vitam* (ut rectè *Seneca*) *non accepimus brevem ſed fecimus, nec inopes ejus, ſed prodigi ſumus.* Deinde Theologi etiam ſeveriores aliquam temporis portionem recreationibus deputant. Hiſce ego ſtudiis & inquiſitionibus memet recreo & oblecto. Quod alii venationibus, aucupiis, confabulationibus, luſibus inſumunt, illud ego Stirpibus indagandis, colendis, contemplandis impendo. Recreat & refocillat animum, quamvis laborioſum ſit, illud quocunque oblectatur.

SED ut è diverticulo in viam redeam, non ſolùm ex ſcriptis Botanicorum poſt evulgatam Hiſtoriam noſtram editis quicquid in ea deſiderabatur collegi, ſed etiam plurimas nondum deſcriptas ab Amicis communicatas adjeci. Primo in loco, ex conſummatiſſimi Medici & Botanici D. HANS SLOANE, Amici noſtri æſtumatiſſimi Hiſtoriâ Stirpium *Jamaicenſium* MS. locupletiſſima, quam mihi utendam benevolè commodavit laudatiſſimus Auctor, conceſſâ etiam abſque invidia licentiâ novos exinde Flores decerpendi; & quicquid ad illud perficiendum & exornandum conduceret in Supplementum noſtrum transferendi; plurimarum rariorum & novarum Stirpium deſcriptiones tranſcripſi, eáſque plenas & accuratas, additis etiam nonnullarum uſibus in cibo, medicina & mechanicis. Hinc fit ut Opus hoc noſtrum Lectori Philobotano tam novitatis quàm utilitatis nomine commendare non erubeſcam.

Præte-

Præterea plures adhuc plantarum centurias à peritiſſimis Botanicis D. VERNON & D. KRIEG in *Marilandia* collectas, & curiosè admodum exſiccatas, intérque chartas repoſitas nobis ad deſcribendum communicavit idem D. *Sloane*; quarum maximam partem nominibus impoſitis, brevibúſque notis deſcriptoriis additis Supplemento huic inſeruimus.

Succedit D. JACOBUS PETIVER, Pharmacopœus *Londinenſis*, Rei Botanicæ, totiúſque Hiſtoriæ Naturalis peritiſſimus, qui per omnes totius orbis terrarum regiones, quocunque mercatores noſtri negotiandi cauſſâ commeant, ſuos habet amicos his ſtudiis deditos, medicos, chirurgos, mercatores, naucleros, qui in omnibus quos adeunt aut ubi commorantur locis plantas ſtudiosè exquirunt, colligunt, exſiccant, & in *Europam* ad eum tranſmittunt, quo fit, ut immenſum Stirpium exoticarum & rariorum theſaurum congeſſerit, eúmque novis indies acceſſionibus adaugeat. Hic plurimis novis & raris ſpeciebus, imò inſolitis & admirandis Opus hoc noſtrum ditavit, omnibus quæ ad illud locupletandum aut ornandum facere poſſe exiſtimavit, promptè & liberaliter ſubminiſtratis.

Tandem Supplemento noſtro complementum ultimum adjecit, plus mille Stirpium nondum editarum Auctario ſponte & generosè collato, conſummatiſſimus Botanicus, per totam *Europam* merito ſuo celeberrimus Amicus noſter in paucis charus, D. GUILIELMUS SHERARDUS, LL. D. cujus præcipuæ in hoc Opere partes fuere. Nobis enim ob ætatem adfectam & ulcera cruralia, graviſſimis doloribus plerunque vexatis, iiſque quæ ſcribimus minùs attentis, nonnulla excidunt & omittuntur, alia è contra bis térve repetuntur: His ille rogatu noſtro, ſchedis diligenter perlectis, medicam manum benevolè commodavit, omiſſa ſupplendo, ſuperflua recidendo, & erronea corrigendo. Tandem plurimarum Stirpium rariorum & nondum editarum deſcriptiones & hiſtorias à ſeipſo elaboratas ad Opus conſummandum contulit: quarum nonnullæ (quod dolet) omiſſa per oblivionem aut incuriam Auctoris mentione, inſeruntur.

Hi ſunt Triumviri, quibus in Opere hoc locupletando præcipuè debitores ſumus; ſuperſunt tamen ex Amicis alii, qui ſymbolas ſuas ei perficiendo contulerunt; nimirum D. TANCREDUS ROBINSON Medicinæ Doctor, *Londinenſis*: D. EDWARDUS LHWYD, Muſei *Aſhmoleani* in *Oxonio* cuſtos: & D. SAMUEL DALE, Medicus & Pharmacopœus *Brantrienſis*; omnes à nobis * alibi ſæpius & meritò laudati.

* *In Præfat. ad Synopſ. Stirpium Britan.*

PLURIMUM laudanda eſt, nè dicam admiranda, hujus ſeculi in Stirpibus indagandis, colligendis, colendis, diſponendis induſtria. Docti enim pariter & indocti, Nobiles & Plebeii, Mercatores, Milites, Magnates, imò Principes ipſi, velut Divino inſtinctu perciti, ad Rem Botanicam promovendam & illuſtrandam unanimiter conſpirârunt. Quo fit ut intra annos 40 proximè elapſos majores progreſſus fecerit hæc Scientia quàm unquam antehac pari temporis ſpatio, etiam poſt renatas literas.

SUPERIORIS quidem ſeculi Botanici, præ aliis *Conradus Geſnerus*, *Carolus Cluſius*, *Joannes & Caſparus Bauhini*, *Fabius Columna*, in ſtirpibus *Europæis* indagandis & conquirendis admodum induſtrii & diligentes fuere, ínque eiſdem accuratè deſcribendis curioſi; ut Veteres hac in parte longè ſupergreſſi ſint.

QUOD ad Plantas exoticas attinet, earum notitia *Cluſii* & *Bauhinorum* temporibus mediocris fuit & ſubobſcura, vel ex peregrinantium & Nauclerorum, in Stirpium hiſtoria minùs verſatorum, aut etiam planè hoſpitum, Ephemeridibus & Itinerariis, vel ex fructibus, ſeminibus, aliiſve plantarum rariorum partibus, quas viatores aut ſocii navales ſecùm ex *Indiis* in *Europam* venum attulerunt, redemptis, hauſta. At noſtra ætate Viri egregii, Botanicorum Primicerii, *Europæarum*, omniúmque in Hortis quà publicis quà curioſorum privatis cultarum ſcientiſſimi, ipſi in remotiſſimas Orbis terrarum regiones, *Americam*, *Africam*, *Indias Orientales*, ad *Japoniam* & *Chinam*, uſque profecti, ibidémque aliquandiu commorati, Plantas indigenas ſtudiosè indagârunt, collegerunt, deſcripſerunt; earúmque vel fructus & ſemina, vel ramulos exſiccatos in *Europam* tranſmiſerunt, unde incredibilis Stirpium novarum numerus omnium jam tum cognitarum ſummam vel æquans, vel etiam excedens, in lucem prolatus eſt.

HORUM

HORUM præcipui fuere D. *Gulielmus Piſo* & D. *Georgius Marcgravius*, qui auſpiciis J. *Mauritii* Comitis *Naſſavii* Plantarum *Braſilienſium*, reliquámque iſtius Regionis Hiſtoriam Naturalem conſcripſerunt, *Amſtelodami* Anno 1648. editam.

D. *Joannes Baniſter* primi ſubſellii Botanicus, Vir magni nominis & famæ, quem Hiſtoriæ hujus initio laudavimus, *Virginiæ* ubi per plures annos ſedem fixit, plantas mirâ induſtriâ indagavit & deſcripſit, rarioréſque propria manu ad vivum delineavit; infelici tandem & deplorando caſu, antequam Hiſtoriam Naturalem iſtius provinciæ, quam præ manibus habuit, perfecerat, dum rupes incautiùs ſcanderet, rebus humanis exemptus eſt.

D. *Hanſius Sloane*, Botanicus ὁ πάνυ, paulò ſuperiùs laudatus, qui *Jamaicæ* inſulæ Stirpes per 16 menſes ſtudiosè exquiſivit & collegit, deſcripſit & delineavit, quarum Catalogum Hiſtoriæ Naturalis iſtius inſulæ prodromum edidit Londini.

D. *Gulielmus Vernon* Collegii *S. Petri* apud *Cantabrigienſes* Socius, & D. *David Krieg* M. D. *Germanus*, rei Herbariæ apprimè gnari, itinere in *Marilandiam* Plantarum iſtius Provinciæ inquirendarum gratiâ ſuſcepto, centurias aliquot novarum & nondum deſcriptarum ſpecierum invenerunt, collegerunt, & in *Angliam* reduces ſecum attulerunt; quarum pars magna à nobis viſa & deſcripta eſt in hoc Opere.

D. *Paulus Hermannus* M. D. Botanices in Academia *Lugduno-Batava* Profeſſor, & Horti medici Præfectus, cui in rei Herbariæ ſcientia omnes ferè cedunt & primas deferunt; in *Indiam Orientalem* navigavit, ibidémque aliquandiu commoratus, Stirpibus indagandis multum temporis & operæ impendit, plurimáſque novas & nondum editas, in *Zeylona* præſertim inſula naſcentes, detexit, ſecúmque in *Europam* attulit.

Tandem Vir immortali famâ dignus D. *Henricus van Rheede, van Draakenſteyn*, qui magnificum illud Opus, *Hortus Malabaricus* dictum, duodecim voluminibus comprehenſum, in quo Arbores & Herbæ inſigniores per totum Regnum *Malabaricum* naſcentes accuratè deſcribuntur, & elegantiſſimis ampliſſimiſque iconibus illuſtrantur, edidit.

His annumerari meretur præclariſſimus Vir, D. *Georgius Joſephus Camellus Brunenſis Moravus*, è S. J. qui plantas *Luzonis* è *Philippinis* inſulis præcipuæ, deſcripſit & delineavit propria manu, earúmque magnam partem *Manilâ* iſtius inſulæ metropoli, ubi Pharmacopœi Societatis (cujus membrum eſt) munere fungitur, ad nos benevolè tranſmiſit, huic Supplemento adnectendam.

NEC tamen in Stirpibus indagandis & colligendis conquievit noſtrorum hominum induſtria; ſed in eiſdem colendis, ordinandis, & diſſecandis præcipuè emicuit. Tria ſunt (inquit Vir longè celeberrimus D. *Petrus Hotton* Medicinæ & Botanices Profeſſor in Academia *Lugduno-Batava*, non Rei tantùm Herbariæ reliquæque Hiſtoriæ Naturalis, totiúſque Medicinæ ſcientiâ inſtructiſſimus, ſed & omni literaturæ, omni virtutum genere excultiſſimus, Amicus noſter plurimùm honorandus) quæ ætati noſtræ debemus.

I. Hortorum ſplendorem, & ad hæc uſque tempora inuſitatam Stirpium exoticarum culturam.

II. Plantarum anatomen, detectámque partium ſecretiſſimarum conformationem & uſus.

III. Concinnam illam & mirè ſibi cohærentem Herbarum diſpoſitionem.

De his pluribus agit laudatiſſimus Vir, quæ lectu ſanè digniſſima quamvis ſint, nè Orationem deflorare videar, omitto; ea duntaxat quæ ad ingenioſam illam exoticarum Stirpium culturam, quæ apud * nos invaluit, excerpens. *Quàm elegans ſationis ratio? Quàm diligenter ſemina undecunque advecta maceramus medicamúrque? Quàm induſtrie, ſiquando opus eſt, inflictâ iis plagâ convolutæ plantulæ paratur exitus? Quantâ ſolertiâ aſcititio & in ſe coacto calore, tepidiſque ſimi & pinguibus halitibus, ad conceptionem & germinationem, arte naturam ſuperante, veluti coguntur ipſa ſata, præ vetuſtate jam licet fermè exoleta, etiam duriſſima & propemodum lapidea, qualia ex Indiis nobis non raro tranſmittuntur? Jam cùm non omnis ferat omnia tellus, hic omnium terrarum, omnium climatum ſtirpes, ex calidiſſimis quoque advecta regionibus, attemperato pro earum genio per ignes ſuppoſitos miro artificio calore, feliciter adoleſcunt. Rara olim avis erat planta ex* Indiis *petita, ad quam tanquam ad naturæ quoddam miraculum concurrebant undique harum rerum ſtudioſi, metuentes, vè prima ingruente bruma non viſa periret: Nunc verò & tantâ copiâ undique adferuntur plan-*

* Batavos intelligit.

tæ

tæ exoticæ, ut ferè delectu opus ſit, & à frigore ventiſque in ſuis clauſtris & hypocauſtis ſecuræ, inclementes rigidiſſimáſque hyemes non pertimeſcunt, vegetæ in multos ſervantur annos, & non ſecus ac in natali ſolo cœlóque flores uberrimè fundunt, ipſóſque fructus & ſemen non moliuntur tantùm, ſed perficiunt, & ad ipſam perducunt maturitatem.

DICES, Ex tot Stirpium *Indicarum* & exoticarum cognitione quid nobis commodi reſultabit? Quid inde lucrabimur, quod tot laboribus & peregrinationibus, tantíſque ſumptibus & impenſis redimi mereatur? quod temporis & ſtudii in eam impendendi jacturam compenſet?

Reſpondeo, Voluptas illa & delectatio innocens & honeſta, quæ ex operum Dei contemplatione oritur. Quid enim homini ingenuo & liberaliter educato jucundius eſſe poteſt, quàm infinitam Supremi rerum omnium Conditoris Potentiam Sapientiámque in tanta Specierum, quæ ex *India, Arabia, China & America*, indies adferuntur multitudine mirâ & irreprehenſibili arte creanda eluceſcentem agnoſcere & admirari.

Nec multitudine tantùm curioſos oblectant Stirpes exoticæ, ſed ex iis non paucæ raritate ſua & elegantia. Quem enim ex rudioribus non capiunt, & jucunditate afficiunt, rerum novarum & rariorum ſpectacula? Multò magis ex ingenioſis & eruditis, earum partes & differentias diligentiùs inſpicere & obſervare aſſuetis. Hujuſmodi multa in Stirpium genere ſuppeditant *Indiæ* & *America*: Quin & *Africa* antiquum obtinet, ſemper aliquid apportans novi. Nonnulla breviter indicabo.

I. Plantarum Arboribus aut Fruticibus innaſcentium, quas *Paraſiticas* nonnulli vocant, multæ inibi habentur Species, arbores & ſylvas latè occupantes; cùm in *Europa* pauciſſimæ inveniantur, imo nullæ, quod ſciam, propriè ſic dictæ, quæ ex plantis ipſis egerminant, totúmque ſuum alimentum inde exugunt, præter Viſcum. Hedera enim & Cuſcuta è terra primitus oriuntur, ex ſemine delapſo. Hedera autem, quæ arboribus cirris ſuis adhæreſcit, ſi truncus ejus diſſecetur exareſcit illico, unde patet, è terra illam non ex arbore alimentum ſuum aut ſaltem maximam ejus partem haurire.

II. Plantæ foliis omnino deſtitutæ in *Indis* & *America* non paucæ inveniuntur: ut v. g. Tithymali nonnulli, & Cereorum numeroſa familia; è quorum genere Echinomelocactos eſt, exoticæ & inſolitæ figuræ planta, & Fructui cuidam potiùs quam Stirpi integræ ſimilis.

III. Arbores & Frutices funiculis quibuſdam ſeu fibris è ramis in terram demiſſis, ibidémque radices agentibus ſe multiplicantes Indiæ utræque ſuppeditant, cujus generis ſunt Ficus *Indicæ* Veteribus memoratæ.

IV. Herbæ nonnullæ folio extremo in terram reclinato radices agente, & novam plantulam emittente ſe propagantes, non ità pridem detectæ ſunt: Hujus generis quinque aut ſex ſpecies è Capillaribus obſervârunt D. *Baniſter* & D. *Sloane*. Nec tamen Capillaribus peculiaris eſt hic propagandi modus, ſed aliis etiam plantis communis, ut *v. g.* Graminis cuidam ſpeciei in *India Orientali*, *Mella-pana Kelangu* Horto *Malabarico* dictæ.

V. Mimoſarum Sirpium, quas Æſchynomenas, id eſt, *Pudicas*, item *Vivas* & Senſitivas appellant, multæ ſpecies, ad tactum omnes, nonnullæ ad acceſſum digiti nondum tangentis foliorum lobos oppoſitos contrahentes, & ad ſe mutuo adducentes, nonnullæ etiam ramulos demittentes, in *Indiis* & *America* inveniuntur.

VI. Arbores nonnullæ in eiſdem regionibus certo anni tempore folia omnia abjiciunt, & cùm nudæ aliquandiu perſtiterunt, flores emittunt & explicant, & interdum etiam fructus, quibus delapſis aut ad maturitatem accedentibus novam foliorum comam & ornatum induunt. Quòd ſanè mirum, cùm in *Europa* noſtra folia maturando fructui inſerviant, ſi enim folia quæ ſupra fructum ſunt avellas, fructus non proficit; ſiquidem Folia ſuccum fructui alendo idoneum præparant; éſtque ſuccus redux qui & fructum & totam plantam nutrit & adauget.

VII. Plantæ nonnullæ ciſternis quibuſdam naturalibus aquæ pluviæ excipiendæ & reſervandæ, magni hominibus aliiſque animalibus per diuturnas ſiccitates uſûs, donantur. Hujuſmodi ſunt,

1. *Ban-*

1. *Bandura* Cingalenſium ſeu Priapus vegetabilis, in inſula *Ceylon* proveniens, quam natura ſacculis ſeu folliculis amplis inſtruxit aquæ limpidæ & potulentæ continendæ idoneis, magni indigenis ſolatii & levaminis, cùm per octo aut decem menſes continuos pluvia omni carent. An aqua pluvia ſit quam continent hi folliculi, an è planta ipſa ſenſim emanet, mihi nondum conſtat.

2. Viſcum caryophylloides maximum, flore tripetalo, pallidè luteo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jamaic.* Huic folia à radice undique in orbem extenduntur, Ananæ aut Aloes in modum, ſe mutuo ad baſin amplexantia, quorum unumquodque 2½ pedes longum eſt, tres uncias ad exortum ſeu baſin latum, in acutum mucronem ſenſim coarctatum, ſuperficie interiore valde concava, exteriore convexa, adeò ut ex omnium ſimul convexis lateribus arctè junctis efficiatur ciſterna ſeu reconditorium amplum aquæ ſextar. 1½ aut etiam duobus continendis ſufficiens, quæ in tempeſtate pluvia in folia quaquaverſum exporrecta deſtillans, veluti per totidem canales in ciſternam defluit, in qua tanquam in utre ſeu lagena quadam reſervatur. Folia autem cùm extrorſum intumuerunt radicis bulboſæ in modum, ad efficiendum vaſculum, introrſum rurſus incurvantur ad caulem uſque, quem arctè cingunt, ne aqua radiis ſolaribus excalefacta è vaſe evaporet. Aqua hoc vaſe contenta, non ſolùm plantæ ipſius nutrimento ſufficit, ſed & hominibus valde utilis eſt, ut & Avibus & omne genus inſectis, quæ in aquæ inopia ad haſce ſtirpes gregatim convolant ad ſitim ſedandam ſpe rarò fruſtrata.

VIII. Fructus nonnulli eximiæ magnitudinis & ponderis in *Indiis* & China proveniunt, ut Coccus ſeu Coco nux, ſatis nota ; nux *Maldivenſis* ; Cucurbitarum variæ ſpecies ; & in genere Aurantiaco *Pumpelmos* Belgis, Shadocks Anglis dicti, qui humanum caput magnitudine excedere dicuntur, omniúmque Aurantiorum ſuaviſſimi conſentur.

IX. Denique Lignum ferri duritie, noſtratibus idcirco Iron-wood, id eſt, Sideroxylon dictum invenitur.

TANDEM utilitate ſua ſe nobis commendant Plantæ exoticæ, idque in *Cibo, Medicina, & Operibus Mechanicis.*

I. In CIBO, Potus illi ſaluberrimi, *Coffee* nimirum, *Chocolata & Thea*, per totam jam ferè *Europam* usûs frequentiſſimi, ex *India Occidentali, Arabia* & *Japonia* non ita pridem advecti ſunt. Aromata inſuper nova & fructus ad condimenta & intinctus inſervientia quotannis adferuntur. Inter quæ *Ananas* fructus, Pinea *Indica* dicta, ſapore delicatiſſimo alios omnes fructus longiſſimè ſuperare affirmatur.

II. In MEDICINA, Infinitus eſſem ſi omnia ad nos ex *Indiis* allata medicamenta, unà cum ſingulorum viribus enumerare aggrederer. Unum vel alterum attigiſſe ſufficiat.

1. Cortex ille famoſus *Peruvianus* febrifugus, medicamentum nobiliſſimum, qui ſi ritè exhibeatur, febres omnes intermittentes, etiam Quartanas Autumnales, ludibria Medicorum olim habitas, experimento haud fallaci etiam in ſenibus profligat & ſanat, idque ſine ullo recidivæ periculo.

2. *Ippepochoanna*, ſpecificum, & efficaciſſimum dyſenteriæ remedium.

3. *Achmella*, ad calculos præſertim renum celebratur. Omnibus antinephriticis (inquit D. *Johannes Philippus Breynius, Jacobi* Botanici celeberrimi filius) palmam facilé præripit. Idem in iſchuria notha ſeu renali dyſuria & ſtranguria eam commendat. *Diſſert. Botanico-medica* de radice *Ginſeng* ſeu *Niſi*, &c.

4. Radix illa celeberrima, *Niſi* & *Ginſem Chinenſibus* dicta, tot virtutibus dotata eſt, ut pro Panacea ſeu medicamento univerſali non injuria admitti poſſit.

5. *Higaſur*, Faba S. *Ignatii* dicta, in inſulis *Philippinis* proveniens, medicamentum polychreſton & ferè univerſale habetur, ad ſudorem provocandum, febres abigendas, Diarrhœam, Dyſenteriam, colicos dolores, motus convulſivos, atque ipſam etiam Epilepſiam arcendam & ſanandam efficax. Verùm cum Nucis Vomicæ ſpecies ſit, cúmque adeò violenter operetur per vomitum, & horrenda non rarò ſymptomata excitet, D. *Camello* referente, Venenis potiùs quàm Alexipharmacis accenſenda videtur.

III. In OPERIBUS MECHANICIS: v. g.

1. Ad tingendum magni usûs eſt Lignum *Campechianum*, noſtratibus Logwood dictum. *Tataiiba* Braſilienſium. Xanthoxylon *Pluk. Phyt.* id eſt, Lignum flavo colore tingens,

tingens, **Fustick-wood** Anglis, *Nil* ſive *Anil*, Europæis **Indigo** dictum, ubique notiſſimum, & in quotidiano ferè apud Tinctores & Lotrices uſu. *Cocconilea.*

Tandem *Annotto* ſeu *Notty*, *Urucu* & *Orellana* dicta, coccineo colore tingens.

2. Pro *materie* ad menſas pretioſas, arcas, ſcrinia, capſulas, ciſtas, aliaque multa opera fabrilia efficienda inſerviente. Ad hoſce uſus Ebenus & olim & nunc dierum celebris ; *Citria* ſeu *Citrus*, aliis Cedrus dicta, ex qua menſæ pretioſiſſimæ olim fiebant. Hujus etiam generis eſt Nerio affinis arbor, verſicolore materia Lauri folio lucido, flore pentapetaloide ſulphureo amplo *Slon. Cat. Jamaic.* **Spaniſh Elm or Princes wood.**

3. Ad candelas efficiendas, *v. g.* Myrtus *Brabanticæ* ſimilis *Caroliniana* baccata, fructu racemoſo, ſeſſili monopyreno *Plukenet Phyt.* Ex hujus baccis excoquitur ſubſtantia craſſa & pinguis, ex qua candelæ viridiuſculæ, tactu manum non polluentes, extinctæque fœtorem non emittentes, parantur: unde **Candle-berry-tree** noſtratibus appellatur. *Idem.*

Hujus generis arbor ſpecie fortè diverſa in *China* reperitur, quam *Lud. le Comte*, Gallus *S. J.* ſic deſcribit.

Ex omnibus quæ in *China* proveniunt arboribus, quæ ſebum producit noſtra opinione prodigioſiſſima eſt.

Ceraſorum noſtratium altitudine ferè eſt, ramis incurvis, foliis cordiformibus hilarè rubentibus. Cortex lævis eſt ; truncus brevis, caput rotundum & valde denſum Fructus cortice includitur in tria ſegmenta diviſo, quæ per maturitatem aperiuntur, & nucleos tres albos exponunt, nucis parvæ magnitudine, per ramos omnes creberrimus, unde hæc albi & rubri mixtura è longinquo pulcherrimum aſpectum præbet. Nucleus iſthic, (quod mirum) omnes ſebi qualitates obtinet, odorem, colorem, conſiſtentiam, ex eóque etiam candelæ fiunt, admixto duntaxat olei tantillo, ad materiam molliorem & ductiliorem reddendam. Si artem purificandi eam, ad modum Sebi noſtratis, ſcirent, æque bonæ exinde, ut puto, lucernæ effici poſſent. Verùm prout eas nunc præparant odor gravior eſt, fumus denſior, & lumen obſcurius quàm noſtratium candelarum.

Hæc tamen vitia ellychnio maximam partem debentur, Cotonis enim vice, quamvis eo abundant, feſtucâ ligni levis & aridi, medulla junci obvoluti, quæ ob poroſitatem ſuam oleoſæ materiæ particulis, quibus flamma nutritur imbibendis idonea eſt pro eo utuntur. Ligneum hoc ellychnium, præterquam quòd minus clarum lumen fundat, fumum auget, & ingratum odorem emittit.

Quid plura? Dantur Arbores nonnullæ in *Indiis*, quarum ſingulæ omnia ferè ſuppeditant quorum vitæ indiget uſus, *v. g.* Palma *Indica* coccifera, **The Cokar Nut-tree** quæ & vinum præbet, & panem, & lac, & oleum, & ſaccharum & acetum, & filum, & acus, & lintea, & veſtimenta, & pocula, & cochlearia, aliáque vaſa, & ſtoreas, & ſportas, & umbellas, & chartam, & clavos, & ſcopas, omnia denique ad rem nauticam inſtrumenta ac materiem. Nec huic, quod ad uſus attinet, multò inferior eſt Aloe muricata ſeu *Metl* & *Maguei Hernandez*, qui, Planta hæc unica inquit, quicquid vitæ neceſſarium eſt, præſtare facile poſſet, ſi eſſet rebus humanis modus, deinde uſus ejus enumerat, qui pag. 1198. *Hiſt. noſt.* videri poſſunt.

Cæterum nemo miretur nos in hoc Opere tot Geniſtæ ſpecies recenſuiſſe, vel tot Fruticibus Geniſtæ nomen impoſuiſſe. Primò enim ſciat, nos frutices omnes flore papilionaceo donatos, quorum folia in eodem pediculo ſingularia & per margines æqualia, ſiliquæ minùs tumidæ, pro Geniſtæ ſpeciebus habuiſſe. Deinde pleræque harum ſpecierum in *Africa* circa Promontorium Bonæ Spei oriuntur, ubi & in aliis multis plantarum generibus plurimæ proveniunt ſpecies : Exemplo ſint, Ericæ, Pinaſtri ſeu Scolymocephali, Ficoides D. *Hermanno* dicta, & Xeranthema.

Notandum autem plures circa Promontorium iſthoc Stirpium ſpecies novas, nec alibi temere inveniendas, ſponte naſcentes reperiri, quàm in alio quovis huc uſque cognito paris magnitudinis terrarum angulo.

Notandum ſecundò, Plures Fruticum & Suffruticum ſpecies ramulis & ſurculis foliis adeò crebris & confertis ut eos penitus contegant & occultent undique cinctis circa hoc Promontorium reperiri quàm in toto præterea quod hactenus noverim, terrarum orbe.

Notan-

Notandum tertiò, non in Geniſtæ tantùm Genere, ſed in aliis multis Stirpium flore Papilionaceo inſignium generibus plurimas haberi ſpecies, v. gr. in Phaſeolis aliiſque Leguminibus & Trifoliis; adeò ut Plantarum flore Papilionacco donatarum familia longè omnium numeroſiſſima ſit Hujus etenim characteris inveniuntur in omni Stirpium, Arborum ſcilicet Fruticum & Herbarum genere, per omnes terrarum orbis Regiones, *Europam, Aſiam, Africam* & *Americam*: in multis inſuper Generibus ſubalternis, *v. g.* Geniſtis, Phaſeolis, aliiſque Leguminibus & Trifoliis innumeræ ferè ſpecies habeantur.

Unum adhuc monendum ſupereſt, viz. Nè quis exiſtimet me ſpecies omnes hoc Volumine comprehenſas locis ſuis propriis diſpoſuiſſe. Id enim vires meas longè ſuperat, cùm earum plurimas ipſe nunquam viderim; earúmque quæ à me viſæ ſunt, aut à Botanicis editæ, non paucæ partibus præcipuis, unde Generum notæ deſumi ſolent, Flore nimirum, vel Fructu, vel utroque ſimul omnino viduæ, iiſdémve vitiatis & imperfectis donatæ fuerint, ut nec Floris foliorum, Fructûſve cellularum numerus aut figura, aliæve qualitates clarè diſcerni aut diſtingui poſſent: unde à ſimilitudine aliarum partium nomina imponere, aut ab aliis impoſita uſurpare perſæpe coactus ſum.

Explicatio nominum abbreviatorum.

Act. Hafn. *Acta Philoſ. Hafnienſia Bartholini.*
Act. Philoſ. *Acta Philoſophica Londinenſ.*
Ad. & Ad. Lob *Adverſaria Penæ & Lobelii.*
Almag. Bot. *Almageſtum Botanicum Plukenet.*
Alpin. Ægypt. *Proſperi Alpini De Plantis Ægypti.* Alpin Exot. *Idem in Exoticis.*
Ambroſin. *Hyacinthi Ambroſini Botanices Profeſſoris Bononienſis Hiſtoria plant.*
Ang. & Anguil. *Aloyſius Anguillara.*
Baniſt. *Joannes Baniſter in Catal. Stirpium Virginiæ.*
Bell. *Honorius Bellus.*
Bellon. *Petrus Bellonius in Obſervationibus.*
Bobart. *Jacobus Bobartus Horti medici Oxonienſis præfectus.*
Boccon. *Paulus Boccone in Deſcription. plantarum rariorum Siciliæ &* Boccon. Muſ. plant. rar. *Idem, in Muſeo plantarum rariorum.* Boccon.
Bod. à Stapel. *Joannis Bodæi à Stapel Comment. in Theophraſti Hiſtoriam.*
Bont. *Jacobus Bontius in Hiſt. naturali Ind. Orient.*
Breyn. & Breyn. Cent. *Jacobus Breynius in Exoticarum centuriis.* Breyn. Prod. 1. & 2. *Idem in Prodromo 1mo & 2da.* Breyn. Faſcic. *Idem in Faſciculo plantarum rariorum.*
Brunf. *Otho Brunfelſius.*
Cam. hort. *Camerarius in Horto.* Cam. Epit. *Ejuſdem Epitome Matthioli.*
C. B. & C. B. pin. *C. Bauhinus in Pinace Theatri Botanici.* C. B. Phyt. *Idem in Phytopinace.* C. B. Prod. *Idem in Prodromo Theatri Botanici.* C. B. Theat. *Idem in primo volumine Theatri Botan.* C. B. Cat. Baſil. *Idem in Catalogo Plantarum circa Baſileam naſcentium.*
Cæſ. *Andreas Cæſalpinus.*
Caſt. *Caſtor Durantes, Hiſt. Ital.*
Cluſ. & Cluſ. Hiſt. *Cluſius in Hiſtoria rariorum.* Cluſ. Pan. *Idem in Obſervationibus Pannonicis.* Cluſ. exot. *Idem in Exoticis.* Cluſ. cur. poſt. *Idem in curis poſterioribus.*
Cord. & Cord. Hiſt. *Valerii Cordi in Hiſtoria.*
Col. *Fabius Columna in Ecphraſi,* Col. Phytobaſ. *Idem in Phytobaſano.*
Cor. & Cornut. *Jacobus Cornutus in Canadenſ*
Dioſc. & Dioſcor. *Pedacius Dioſcorides Anazarb.*
Dod. *Remberti Dodonæi Pemptades.*
Dodart. *Deſcription de quelques plantes nouvelles. A* Paris, 1678.
Eyſt. *Baſilii Beſleri Hortus Epiſcopi Eyſtettenſis.*
Ephem. German. *Ephemerides Medicophyſicæ Germanicæ.*
Ferrar. *Joannes Baptiſta Ferrarius Senenſis in Flora.* Ejuſd. *Heſperides.*
Flor Bat. *Floræ Batavæ flores.*
Fuch. *Leonardi Fuchſii Hiſtoria plant.* Latinè.
Ger. *Joannis Gerardi Hiſtoria plantarum, Anglicé.*
Ger. emac. *Eadem à Thoma Johnſono emacul.*
Geſn & Geſn. Hort. *Conradus Geſnerus in Hortis Germaniæ.*
Hernandez. *Franciſci Hernandez Plantarum, Animalium &c. Mexicanorum Hiſtoria.*
Hiſt. Oxon. *Hiſtoriæ Oxonienſis Pars 3.*
C. Hofman. *Caſpar Hofmannus De medicamentis officinalibus.*
Hort. Blæſ. *Hortus Blæſenſis auctus à Rob. Moriſ.*
Hort. Amſtel. *Catalogus Horti medici Amſtelodamenſis à Joanne Commelino editus.*

Hort.

Hort. Amſter. rar. *Pars* 1, *&c. Horti medici Amſterodamenſis rariorum plantar. icones & deſcriptiones à Joan. & Caſp. Commelino editæ.*

Hort. Altdorf. *Catalogus Horti Altdorfini à Mauritio Hofmanno editus.*

Hort. Beaum. *Catalogus rariorum Horti Beaumontiani à Kiggelario editus.*

Hort. Cathol. *Catal. Horti Principis Catholicæ à Cupani editus, cum ſupplemento triplici.*

Hort. Edinburg. *Catalogus Horti Edinburgenſis* Sutherlandii.

Hort. Joncq. *Catal. Horti Dionyſii Joncquet.*

H. M. & Hort. Malab. *Hortus Malabaricus in* 12 *voluminibus.*

Hort. Reg. Par. *Hortus Regius Pariſienſis.*

Hort. Lugd. Bat. Herman. *Pauli Hermanni Horti Academici Lugduno-Batavi Catalogus.*

Hort. Pat. à Turre. *Catalogus Horti Patavini à Georgio à Turre editus.*

Imperat. *Ferrantes Imperatus in Hiſt. Nat. Ital.*

J. B. *Joannis Bauhini Hiſt. Plantarum in* 3 *Volum.*

Jung. *Joachimi Jungii Iſagoge Phytoſcopica.*

Lac. *Andreæ Lacunæ Comment. in Dioſcor.*

Lauremberg. *Petrus Laurembergius.*

Lob. *Lobelius in Obſervationib. item* Lob. ob. Lob. ico. *Idem in iconibus.* Lob. illuſtr. *Idem in Illuſtrationibus plantarum.*

Lon. *Adamus Lonicerus.*

Lugd. *Hiſtoriæ Lugdunenſis* 2 *Vol.*

Magnol. Bot. Monſp. *Petri Magnol Botanicum Monſpelienſ.*

Marcgrav. *Georgii Marcgravii Hiſtoria naturalis Braſiliæ.*

Matth. *Petri Andreæ Matthioli comment. in Dioſcoridem.*

Mentzel. *Chriſtiani Mentzelii pugillus.*

Moriſ. prælud. *Roberti Moriſoni Præludia Botanica.* Moriſ. Umbell. *Idem in Umbelliferarum diſtributione.* Moriſ. hiſt. *Idem in Univerſali Plantarum Hiſtoria Oxonienſi: Part.* 2. *&* 3.

Munting. *in Aloidario, Herba Britanica.* Munting. Herbar. Belg. *Herbario Belgic.*

Muſ. Reg. Soc. *Muſeum Regiæ Societatis.*

Muſ. Pet. *Jacobi Petiverii Muſeum.*

Pet. Gaz. Nat. & Art. *Ejuſdem Gazophylacium naturæ & artis. Decur.* 1, 2, 3, 4. *&c.*

Pet. Act. Philoſoph. *Petiverius in Actis Philoſoph.*

Park. & Park. Theat. *Joannis Parkinſoni Theatrum Botanicum.* Park. Parad. *Ejuſdem Paradiſus terreſtris ſeu Hortus.*

P. B. P. *Paridiſi Batavi Prodromus.*

Parad. Bat. Herman. *Paradiſus Batavus Pauli Hermanni.*

P. Renealm. *Pauli Renealmi Specimen Hiſtoriæ plantarum.*

Plin. *C. Plinius Secundus in Hiſtoria naturali.*

Pon. *Joan. Ponæ Veronenſis Deſcript. Plantarum montis Baldi.*

Pluk. Phyt. & Phytogr. *Plukenetius in Phytographia.* Pluk. Almag. Bot. *Idem in Almageſto Botanico.* Pluk. Mantiſſ. *Idem in Mantiſſa ad Almageſtum.*

Plumier. *Caroli Plumier Deſcriptions des Plantes del Amerique.*

Rauwolf. *Leonardi Rauwolfii Itinerarium in Orientem.*

Rivin. *Auguſti Quirini Rivini introductio in rem herbariam, &c.*

Ruell. *Johannes Ruellius.*

Schol. Bot. *Schola Botanica Tournefort.*

Schrod. *Joannis Schroderi Pharmacopœia.*

Schwenckfeld. *Schwenckfeldius in Catalogo ſtirpium Sileſiæ.*

Sibbald. Prod. *Sibbaldi Prodromus Hiſtoriæ naturalis Scotiæ.*

Slon. Cat. Jamaic. *D.* Slonii *Catalogus plantarum Jamaicenſium.*

Tab. *Jacobi Theodori Tabernæmontani Hiſtoria plantarum Germaniæ.*

Thal. *Joannis Thalii Sylva Harcynia.*

Theophr. & Theophr. hiſt. *Theophraſti Ereſii Hiſtor. Plantarum.*

Trag. *Hieronymus Tragus.*

Tournefort. Elem. Bot. *Joſephi Pitton Tournefort Elementa botanica.*

Tournefort. Inſtitut. rei herb. *Ejuſdem Inſtitutiones rei Herbariæ.*

Tur. *Gulielmi Turneri Hiſtoriæ plantarum Anglicè ſcripta.*

Viridi Luſit. *Viridarium Luſitanicum Gabrielis Griſleii.*

Volckamer. *Joan. Georgii Volckameri Flora Norimbergenſi.*

Wheeler. *D. Georgii Wheeleri Itinerarium in Græciam.*

Zan. & Zanon. *Jacobus Zanonius Bononienſis in Hiſtoria Botanica.*

HISTO-

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBRI SECUNDI

Plantas IMPERFECTAS Complectentis

SUPPLEMENTUM.

De Plantis Imperfectis in Genere.

PLANTÆ primaria divisione in *Perfectas* & *Imperfectas* distingui solent.

Perfectæ censentur, quibus è partibus præcipuis nulla deest.

Imperfectæ, quæ parte aliqua principali, nimirum vel *Flore* vel *Semine* vel utroq; simul carent.

Semine & *Flore* simul carere creduntur *Fuci* reliquæq; *Plantæ Submarinæ*, *Fungi* omnes & *Musci* plerique terrestres: *Flore* solo *Musci* reliqui, atque etiam (ut nonnulli opinantur) Herbæ *Capillares* dictæ.

Verùm cùm ex nupera Botanicorum nostratium, *Fucos* curiosè examinantium observatione constet eos semine donatos esse: Muscos etiam terrestres pleroſque seminiferos esse pateat; siqui autem reperiantur semine destituti ob defectum observationum nobis non innotescant: cumque nec Fungos ipsos semine carere certum & extra controversiam sit, cùm non desint qui affirment Fungorum plurimos è terra erumpentes semen habere, si curiosè examinentur, formâ, quamvis minori, *Alceæ Ægyptiæ* semen ferè exprimente, *Ephem. German.* An. 6. & 7. *Obsérv.* 174. Et unum saltem eorum Genus, nimirum *calyciforme seminiferum* dictum semine gaudere unicuique notum sit, Distinctio illa stirpium in fertiles & steriles generalis esse non potest, nec ullius ferè usus ad summa Genera constituenda, cùm (ut diximus) non certò constet, ullum dari plantæ Genus, cujus species omnes steriles sint.

Flore quidem carere stirpes nonnullas haud dubium est, ut v. gr. *Submarinas* omnes, Aquis etiam dulcibus perpetuò immersas, Fungos omnes, Muscos pleroſque, aliasque nonnullas è maritimis & terrestribus,ut *Kali geniculatum*, *Ophioglossum*, fortasse etiam *Battatæ* seu *Rhizophoræ* species nonnullas, necnon Plantas *Capillares* dictas. Quocirca nec *Flore* carere Plantæ imperfectæ sufficiens nota esse potest, cùm aliis multis è *Perfectioribus*, aut *Perfectioribus* cætera similibus communis sit: & ex altera parte *Imperfectiores* nonnullæ, ut v. gr. *Lycopodium* & congeneres flore donari videantur.

Quinimo ego nullas omninò plantas *imperfectas* in rerum natura dari concesserim,sed omnes suo ordine & gradu *perfectas* esse, cum Deus opt. max. nihil imperfectum creavit. Illud duntaxat imperfectum est quod parte aliqua aut qualitate naturæ suæ debita caret. Quas ergo alii *Imperfectas* vocant, Ego, ut puto, *Inferioris ordinis* plantas rectiùs dixerim. Verùm nè nimis scrupulosus videar in re non magni momenti, hac distinctione impræsentiarum uti, & pro *Imperfectis* habere Infimi ordinis stirpes non recusabo.

Harum tria sunt Genera, nimirum *Plantæ submarinæ*, *Fungi*, *& Musci*. Hæc Genera vulgus ipsum facile distinguit à vultu totóque habitu & specie externa, partiúmque textura, quamvis ea notis characteristicis certis definire, & in quo consistat eorum à se invicem, & ab aliis plantis differentia verbis exprimere Botanicis quidem ipsis haud facul fuerit.

Plantarum Imperfectarum Genus Primum, seu PLANTÆ SUBMARINÆ.

PLANTAS *Submarinas* voco quæ in fundo maris, vel in rupibus marinis nascuntur, & vel aquis perpetuò immersæ sunt, vel singulis saltem æstuum accessibus. His Locus solus pro Charactere sufficit.

Harum species innumeræ fere sunt, ut earum nè decimam quidem partem à Botanicis huc usque observatam & descriptam putem.

Has nos in tria *Genera* dividemus.

Primum erit earum, quæ ſubſtantiâ durâ admodum & *lapideâ* conſtant, quæ commanducatæ ſub dentibus crepitant aut ſcrupoſæ ſentiuntur, & duro corpori alliſæ clarum edunt ſonum; quæ idcirco *Lithophyta* nobis dicuntur, ut *Corallium* & *Pori* dicti, qui ad *Corallii* genus potiùs referendi videntur, & (ut vult *D. Sloane*) *Corallia poroſa* denominandi.

Secundum earum, quæ ſubſtantiæ ligneæ, tenacis & quodammodo *corneæ* ſunt, *Corallinæ* dictæ. Hoc genus plantæ cruſtâ quadam tartareâ ſeu potiùs corallinâ obducuntur, à limo in fundo maris cuticulatim accreſcente formata, ut opinatur *D. Tournefortius*. *A Geſnero Lithophyta* appellantur, quia mediæ cujuſdam naturæ ſeu conſiſtentiæ ſunt inter Plantas & lapides. Nobis prioris Generis Plantæ *Lithophyta* potiùs dicendæ videntur, quia ſubſtantiâ verè lapideâ conſtant, ſed plantarum inſtar vegetant.

Tertium denique earum quæ conſiſtentiæ mollioris ſunt & *herbaceæ*, ut *Algæ*, *Fuci*, *Spongiæ*, *Alcyonia* dicta, & *Muſci*.

His omnibus commune eſt, odorem habere piſcoſum ſeu marinum fortem, ſaporem ſubſalſum, quódque inter exſiccandum ſubſtantiâ quâdam candidâ, pruinæ inſtar concreſcente, tegantur; quæ facilè detergitur, nec aliud eſſe videtur quàm Salis marini particulæ, poſtquam aqua Solis calore exhalaverit, reſiduæ, & plantæ ſuperficiei accreſcentes. *D. Sloane.*

Harum etiam pleræque coloribus plurimum variant: Siquidem Frutices illi marini, qui cruſtaceis tegumentis veſtiuntur, non tantùm dum in ſtatu adhuc naturali ſunt, diverſis coloribus, nunc purpureo, nunc albo, tinguntur, etiam in eodem ramo; verùm in litus ejectæ, undarum appulſu & violenta alliſione vel cruſtam integram, vel maximam ejus partem amittunt, & faciem inſigniter mutant; adeò ut *Coralia*, v. g. ſi in litore aliquandiu jacuerint aeris injuriis expoſita, & fluctuum impetu verberata, nivis inſtar candidiſſima evadant. *Idem.*

Siquis induſtriam noſtram tot ſubmarinarum ſtirpium (quas nullius in vita uſûs eſſe falſò opinantur) ſpeciebus indagandis & deſcribendis impenſam, ut ſupervacuæ & inanis curioſitatis effectum arguat; perpendat quæſo,

Primò, Divinæ Potentiæ & Sapientiæ opera eſſe quæ adeò contemnit & vilipendit, ſuóſque proculdubio uſus habere, quamvis ij nobis nondum explorati & comperti ſunt; ideóque omni potiùs ſtudio nobis adnitendum eſt ut eos inveſtigemus; nequa (ut alibi dixi) operum Naturæ pars negligatur, & Creatoris laude vacet.

2. Fuci marini piſcibus multis alendis inſerviunt, qui victûs humani pars magna & *Apitijs* æſtumatiſſima ſunt. Nos enim è *Scari* aliorúmque piſcium Saxatilium ventriculis Algam copioſam exemimus.

3. Quin & Hominibus ipſis in cibum veniunt. *Scoti* enim, *Hiberni*, aliæque gentes, præſertim *Septentrionales*, Fucis quibuſdam & quidem diverſorum Generum veſcuntur.

4. Nec in cibo tantùm ſed & in medicina & mechanicis ſuos uſus habent Plantæ nonnullæ ſubmarimæ, *Coralium*, *Corallina*, *Spongiæ*, *Fuci*, &c.

5. Eædem pro pingui lætamine ad agros emaciatos reficiendos inſerviunt, idque non in frigidioribus tantùm regionibus, ſed & in calidioribus. Nos enim non tantùm in *Scotia*, ſed valle *Frontigniana* calidiſſima *Galliæ* parte totos agros iis ſtratos obſervavimus.

I. Plantæ ſubmarinæ ſubſtantiæ lapideæ, ſive LITHOPHYTA.

AN Corallia aliáque Lithophyta nobis dicta ad *Vegetabilium*, an potùs ad *Lapidum* Genus pertineant, ambigitur. Nobis ad Vegetabilium potiùs pertinere videntur, tum quia eodem modo aſſurgunt in caudicem & in ramos dividuntur, nonnulla etiam articulata ſunt, ſingula autem ſuam & propriam formam obſervant: tum quia D. *Boccone* obſervavit eorum ſummitates ſubrotundas eſſe & inflatas, teneras, lacteum ſuccum continentes, unde veriſimile eſt ea per juxtà-poſitionem non augeri, ſed per ſucci nutritii, intus ſuſcepti diſtributionem. Quin & D. *Sloane* ex ſemine ſeu ſpermate ortum habere obſervavit, ut paulò infra oſtendemus.

P. 62. Ad Cap. de *Coralio*, ſpeciem Decimam, adde ſynonyma ſequentia; Gypſum quod Coralloides cognominari poteſt *Geſn. lap. fig. cap.* 10. Gypſum Coralloides *Boet de Boot* p. 321. *Muſ. Swammerd.* p. 19.

Quamvis in hoc Genere figuræ reſpectu magna ſit varietas, colore tamen albicante & ſubſtantia ſolidiore cum reliquis [quæ circa Inſulam *Jamaicam* reperiuntur] Coralliis omnes hæ varietates conveniunt, & ab aliis ſpeciebus differunt. D. *Sloane.*

Copioſè provenit in fundo maris & locis vadoſis circa inſulas *Jamaicam* & *Hiſpaniolam.*

Ad ſpeciem Undecinam nota,

Hæc ſpecies *Jamaicæ* cum *Anglia* communis eſt, ubi rupibus, teſtis, &c. in fundo maris jacentibus innaſcitur, obſervante D. *Sloane.* Eportus *Falmuthenſis* intimis receſſibus copioſiſſimè extrahi certum eſt; verùm an ibi oriatur, an alibi nata vi maris abrumpatur, & illuc deferatur, determinare nequeo; poſterius tamen veriſimilius videtur, quia magnâ copiâ limo arenoſo permixta invenitur, & ejicitur libera & ſoluta. In officinis *Londinenſibus* pro Corallio albo uſurpatur.

Corallium

Corallium album Officinarum oculatum *J. B.*

Truncum hujus ramoſum quem inter naturalia ſua adſervavit *J. Bauhinus Hiſt. Plant.* Lib. 39. p. 805. deſcribit, cujus deſcriptionem videſis *Hiſt. noſt.* ſub titulo Corallii albi in genere minùs rectè collocatam.

Corallium album maximum muricatum, poroſum *Slon. Cat. Jamaic.* Frutex coralloideus *Worm. muſ.* p. 232. An Porus magnus *J. B.* Hiſt. lib. 39. cap. 34 ? Reliqua Synonyma conjectanea vide apud D. *Sloane* in *Cat. Jamaic.* **White Coral** Anglis *Jamaicæ* incolis.

D. *Sloane.*

E radice ſeu baſi lapidea, luteſcente, lapidis **Freeſtone** noſtratibus dicti conſiſtentiâ, *ſurculos* aliquot emittit, pollicem craſſos aut majores, pedem & dimidium altos, coloris è luteo albicantis, ramos huc illuc ſpargentes, incurvos, alios aliis occurrentes, & velut per anaſtomoſes in unum coeuntes, verſùs ſummitates ſenſim gracileſcentes, & in apices lacteos, cornuum apicibus ſimiles, exeuntes. Apices autem ſub aquis albi ſemper apparent, molleſque ſunt, & ſuccum lacteum viſcoſum continent. Tota planta marinum odorem vehementem ſpirat. Superficies ejus exterior à radice ſeu ima parte ſurſum lineis multis radiata ſeu ſtriata eſt, microſcopio clarè conſpicuis, quas interjacent ſpatiola vacua ſeu inania ; & per totam longitudinem aſperitatibus plurimis ſeu aculeis muricatis, aut eminentiis parvis, quas in minori ſpecie *Abrotani fœminæ* foliis *Cluſius* aſſimilat, prona ſuperficie convexis, ſupina concavis, aquæ aliive ſubſtantiæ, pro nutrimento fortaſſe plantæ, continendæ idoneis obſita. Intra horum tuberculorum cava lineæ multæ ſeu radiis à centro ad circumferentiam undique ductæ, ut in alijs coraliis, cernuntur. Hæ autem ſtellatæ ſeu radiatæ cavitates ad rami medium dum penetrant ſenſim minuuntur. Quin & Ramus ipſe ejuſmodi cavitatem ab imo ad ſummum pertingentem, medullæ vice, obtinet ; cujus lateribus ſubſtantia lapidea accumbit, poris multis nullo ordine interſperſis. Rami etiam inferiores, tractu temporis, poris & tuberculis materiâ lapideâ oppletis & coæquatis, faciem mutant, & conſiſtentiam acquirunt ſolidam abſque poris, ac prorſus lapideam, colorem etiam ſubluteum aut vireſcentem. Inprimis autem notabile eſt, Coraliorum ſummitates, ſi caſu aliquo abruptæ fuerint, & in aliorum faſtigiis proſtratæ aliquandiu jacuerint, conſolidari & firmiter uniri inter ſe, & cum illis quibus incumbunt, ac ſi glutine aut callo quodam conjunctæ eſſent.

Fundo maris circa *Jamaicam, Hiſpaniolam & Cribbeas* inſulas, locis vadoſis copioſiſſime innaſcitur.

Corallium album ramoſum *C. B.* album fiſtuloſum *Imp.*

Corallium album fragile, polyſchides, ramuſculis æqualibus contiguis dumoſum *Muſ. Oxon. Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 656.

P. 64. Ad Cap. Secundum de Poris dictis. Pro Speciei decimæ Synon. adde.

Corallium poroſum album minus muricatum *Slon. Cat. Jamaic.* Abrotanoides Saxea, *ſeu* Abrotani fœminæ ſimilis Planta ſaxea. *Park.* Theat. p. 1302.

Hæc ſpecies præcedenti [antepenultimæ] per omnia ſimilis eſt, niſi quòd minor ſit & humilior, ut quæ 6 unicas altitudine non excedat, nec rami aut cauliculi digito minimo craſſiores ſint, quàm illius tamen numeroſiores & denſiùs ſtipati; ima pars radici analoga, aut potiùs caulis vetus, major & longior.

Cum priore circa **Pelican-point**, propè *Portum-Regium* dictam urbem.

Adde,

Corallium poroſum album latiſſimum muricatum. *Slon. Cat. Jamaic.* Lapidi compreſſo ſimilior videtur quàm Corallio. Fruſtum illud quod deſcripſit D. *Sloane* bipedali erat longitudine, ima parte dimidium circiter digitum craſſum, 8 digitos latum in latitudinem ſenſim ſe expandens ad ſummum uſque ubi duos pedes æquabat, & in plures velut lacinias dividebatur, alias aliis interdum incumbentes. Superficies verſùs faſtigium valdè aſpera erat, parvis muricatis concavis tuberculis undique obſita. Subſtantia interior ſolidior, ponderoſior, & candidior erat quàm præcedentium. Horum Lithophytòn plures, velut ab eadem radice exeuntes ſe mutuo amplectuntur, ad modum ferè ſquamarum radicum bulboſarum aut petalorum roſarum, magis tamen ſparſæ *ſeu* à ſe mutuò diſtantes ſunt, præſertim latæ eorum ſummitates, ut libri expanſi folia referant. Variis formis creſcit, laciniis interdum concavis Infundibuli ferè in modum, aliàs rotundioribus; oris variarum figurarum, plerunque tamen ſegmentis latis & compreſſis. D. *Sloane.*

In fundo maris copioſè provenit juxta **Pelican-point** prope **Port-Royal** urbem in Inſula *Jamaica.*

Hoc genus Plantæ mihi olim communicatæ ſunt Corallii Chinenſis nomine : imprimis autem notabile eſt, quòd percuſſæ tinniant ferè inſtar metalli. Hinc Titulus,

Corallii albi ſpecies maxima, ramis latiſſimis ac compreſſis, duorum ferè pedum altitudine, latitudine trium ; ſi digitis pulſetur, ſonum metallicum edens. *Muſ. Swammerdam* p. 19.

Porus ſive Corallium aſtroites humilius verrucoſum ramis aliàs latis & compreſſis, aliàs incertæ figuræ *Muſ. Aſhmol. Moriſ. hiſt.* p. 3.

Humilis ſed craſſus latéque expanſus eſt hic Porus albus, cujus ramuli breves nunc teretem, nunc latam formam affectant, qui obtusè, deſinunt; protuberantiis brevibus & acutis, cornua

 pul-

pullulantia referentibus ſparſim & inordinatè diſpoſitis, donati ſunt: totáque ſuperficies foraminibus ſtellatis creberrimis poríſve obſita eſt.

Millepora arenoſa *Anglica Muſ. Pet.* 271. Prope *Dealam* D. *Cuningham* invenit.

Porus albus cupreſſiformis, ſive P. albus, ramulis capreoli cornua quodammodo referentibus, tuberculis fiſtuloſis densè admodum refertis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 657. *Muſ. Aſhmol.* Fruticulus hic dodrantalis, Corallii ſubſtantiâ, ex pollicari craſſitie in ramuſculos craſſiuſculos ac in acutum deſinentes erigitur: ramuli non contigui ſunt: totus rugoſus eſt, tuberculáque ſurſum ſpectant, quà foraminibus ſtellatis & quaſi lamellatis terminantur. D. *Bobart.*

Porus albidus compreſſus, *Frondiporæ* ad inſtar cribriformis *Muſ. Aſhm. Moriſ. hiſt.* P. 3. Elegantiſſimus hic frutex dodrantalis, ſive Corallii ſpecies ex craſſiuſcula, latâque baſi ſtatim in ramuſculos breves diſpertitur; qui ſibi invicem frequenter contigui innaſcuntur; ut luci objectus cribrum ramulis ſuis conjunctis quodammodo referat. Totus tuberculis parvis extantibus crebris exaſperatus eſt, & frequentioribus poris ſeu foraminulis minoribus adornatur. Unuſquiſque ramuſculus in foramen ſtellatum deſinit: corpus verò foraminulis non ſtellatis crebris punctatum eſt. Palmæ unius aut alterius in latitudinem dilatatur, ejúsque craſſitiem cum tuberculis non ſuperat. D. *Bobart.*

P. 66. Cap. Tertium de Muſco marino lapideo ſeu Corallina Offic. *&c.*

Corallium minimum capillaceum *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Subſtantiâ, odore, colore, *&c.* cum Corallinis convenire videtur, multò duntaxat minor eſt, & capillacea ferè tenuitate; at neque quantum diſcernere licuit, nodoſa eſt, nec filum intus habet. Marinum quid olet, & ſub dentibus crepitat. Corallinis erectius eſt ob articulorum defectum, quo ab aliis differt; Corallinæ minimæ capillaceæ inferiùs dicendæ aliàs ſimillima.

In litora maris ejiciebatur prope locum dictum **the Paliſados** non procul ab urbe **Port-Royal** in inſula *Jamaica.*

Corallina major nervo craſſiori fuſiformi, internodia breviora connectente *Slon. Cat. Jamaic.*

Corallina fiſtuloſa *Jamaicenſis* candida, cum internodiis breviſſimis, & quaſi filo trajectis, noſtratibus **white-Bead Bandſtring** dicta *Pluknet. Almag.* p. 118.

D. *Sloane.*

Corallinæ noſtræ *Anglicæ ſeu* Officinarum perſimilis eſt major duntaxat, & internodiis multò brevioribus: longior etiam illa, minúſque fragilis, ſalſa & marinum quid olens. Nodi (ſeu potius internodia) nervo intus, fili quo veſtes conſuunt craſſioris magnitudine, trajecti ſunt. Fuci conſiſtentiâ, colore arenaceo, ſubrotundi, nunc plani, interdum criſpi; ut propriè loquendo Corallinæ nihil aliud ſunt quàm incruſtationes, quædam materiæ Corallinæ Fucis accreſcentis.

Eodem cum præcedente in loco.

Corallina nervo tenuiori fragilioríque, internodia longiora connectente *Slon. Cat. Jamaic.*

Corallina fiſtuloſa fragilis internodiis prælongis, lævibus, albis, farciminis modo catenatis *Pluk. Phytogr.* T. 26. F. 1.

D. *Sloane.*

Ab eadem radice ſpongioſa, petris in fundo maris accreſcente, plures emittit *coliculos* ramoſos admodùm, Corallinæ Officinarum magnitudine, 2 uncias longos, undequaque ſparſos, è longis internodiis compoſitos, colore albo nitido, fragiles, ſalſos & mare olentes, à Corallina Officinarum differt internodiis longioribus & nervo ſeu filo ea connectente fragili.

Cum priòre: Hanc plantam D. *Sloane* pro Corallina fiſtuloſa fragili poſteriore *J. B.* habet.

Corallina Orientalis major rufeſcens, geniculis compreſſis D. *Petiver.* In ſpecimine mihi communicato ramulorum potiùs apices ſeu ſummitates quàm genicula compreſſa videbantur. Ad divaricationes tantùm caulis & ramulorum geniculata eſt. Hanc D. *Stoneſtreet* communicavit.

Corallina minima capillacea *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Corallinarum omnium quæ mihi hic [in *Jamaica*] occurrebant minima erat, duos circiter digitos longa, ramis & ſurculis numeroſiſſimis diviſa; minime, quantum diſcernere licuit, articulata, lævis plerunque, candida, criſpa; Folia capillo non craſſiora ſaltem, ſi æqualia, mare olentia, & ſub dentibus crepitantia, ut hujus generis reliqua. Articulata nonnunquam cernitur, ſed rariùs.

In litoribus hujus inſulæ, variis in locis, cum aliis Corallinis reperitur.

Corallina capillacea, non geniculata ſpermophoros Muſ. Pet. 282. Plantula eſt uncialis, valde ramoſa, per ſiccitatem alba. D. *Vernon* communicavit.

Coral-

Corallina muſcoſa, ſeu Muſcus marinus tenui capillo ſpermatophoros *Pluk. Phytogr.* Tab. 168. F. 3. Muſcus marinus coralloides ramoſiſſimus polyſpermos *Synopſ. Stirp. Brit.* Vaſcula ſeminalia ſecundùm ramulos creberrima, ſubrotunda.

Common about the Buoy of the Noze. Primam hujus inventionem ſibi vendicat D. *Jacobus Petiver*, qui in litore *ſeu* potiùs ripa aut alveo *Thameſis* fluvii prope **Leigh** oppidulum in *Eſſexia* eam obſervavit, Anno 1691.

Corallina alba, capillacea, non geniculata ramulis tenuiſſimis *Muſ. Pet.* 381. à D. *Charleton* collata.

Ad finem Primæ Sectionis, quæ eſt de Lithophytis, adde,

Lapidis aſtroitidis ſive ſtellaris tertium genus *Boet.* de *Boot.* lib. 2. cap. 146. Fig. B. *LaPierre* Aſtroites undulatus Molinet. p. 224. Lapis fungites, cerebriformis *Hiſt. noſt. Append.* p. 185. **Brain-ſtones.**

D. *Sloane.*

Caput humanum perſæpe magnitudine ſuperat, hemiſphærica ferè rotunditate, ſulcis ſeu potiùs porcis plurimis undulatis, gyros ſeu anfractus cerebri humani aliquatenus referentibus exaratum, unde & nomen. Porcæ a. à quorum media parte ad latus utrumque ſtriæ extenduntur albæ, ſupra reliquam ſuperficiem elatæ & undarum inſtar, ut diximus flexuoſæ ſunt. Magnitudine porcarum nonnunquam variat hoc genus.

In mari circa *Jamaicam*, *Hiſpaniolam*, & *Caribbæas* dictas Inſulas copioſiſſimè magnitudine & figurâ variantes Lapides Aſtroitides inveniuntur.

Lapidis Aſtroitidis ſive ſtellaris primum genus *Boet. de Boodt.* lib. 2. cap. 146. *Une Pierre etoilée Molinet* p. 221. Aſtroites *Worm. Muſ.* p. 68. **Star-Stones.**

D. *Sloane.*

Colore, conſiſtentiâ, aliiſque accidentibus cum præcedente exactè convenit; Sulcorum duntaxat vice maculas parvas ſeu foraminula obtinet, in quorum cavis ſtriæ à centro ad circumferentiam extenduntur, aſpectu pulcherrimæ.

Cum priore. In *Europa* etiam è terra effoditur variis in locis, quemadmodum Conchæ marinæ.

Lithophyta hæc haud dubiè è ſemine ortum habent: ſiquidem locis illis ubi plurima inveniuntur, hoc eſt, in aquis vadoſis, eorum ſperma, ſi ità loqui liceat, perſæpe vidi, corpus nimirum mucilaginoſum, cryſtalli inſtar pellucidum, ejuſdem cum lapidibus figuræ iiſdemque in ſuperficie maculis inſignitum, ſtriis duntaxat carens; quod ex aquis exemptum calore corrugatur, ſéque in anguſtiores terminos contrahit, & opacum evadit, coloris cinerei aut pallidè lutei, in quo tamen lapidis rudimenta clarè & diſtinctè cernere licet. D. *Sloane.*

Lapides hi è fundo maris ab urinatoribus extrahuntur, non ſolùm ut in calcem excoquantur, ſed ut ædificiis & munimentis, tormentorum ictibus inconcuſſis, extruendis inſerviant.

Pag. 66. Cap. 4. Ad Fungorum lapideorum ſpeciem Primam, ſeu Androſaces *Matth.* adde,

Hæc plantula exſiccata dura eſt; jucundum oculis exhibet Anathema; Si ad flammam candelæ admovetur, ſplendens in incendio, & præ fulgore viſum quaſi officiente coruſco lumine apparet; nec tamen à flamma abſumitur, licet nimiopere igneſcat. Ex igne remota priſtinum nitorem recuperat; cujus etiamnum experimentum, quoties libet, capere quivis poteſt, cui id fuerit volupe. *Ephemer. German.* Decur. 2. An. 2. Obſerv. 61. p. 120.

Fungus lapideus major undulatus. *Une Morille* Molinet p. 220. Fig. 7.

D. *Sloane.*

Superior hujus pars hemiſphærica ſeu potiùs hemi-elliptica eſt, pugni ferè magnitudine, cavitates ſupina parte amplas, rectas obtinens, digito excipiendo pares, lapidis Aſtroitis undulati ad inſtar, eodémque modo ſtriatas, duntaxat majores. Subtus ſtriatus erat, reliquorum fungorum lapideorum in modum, ſtriis à petiolo velut à centro ad circumferentiam extenſis.

In litoribus circa *Jamaicam* cum aliis ſui generis invenitur.

II. *Plantarum Submarinarum Genus Secundum, conſiſtentiâ ligneâ corneâve, ſive* CORALLINÆ *dictæ.*

Antipathes ſpinoſa, exilis, reticulata arborea, *Indica*, *Boccon. Muſ. Medic.*

Boccon.

Radix hujus plantæ ſaxo alicui adhæreſcit ac ſi cera liquefacta eſſet ligno agglutinata, ad modum aliorum Fucorum & Corallinarum. Ramuli ejus caudæ equinæ ſetis paulò craſſiores ſunt, anfractuoſi & quaſi reticulati, ſiquidem extremitates omnium cùm acutæ ſint, plantæ

ſca-

ſcapis occurrentes cum eis conjungantur, ac ſi glutine aliquo corpori oppoſito affixæ eſſent, & labyrinthum quendam efformant, ſeu ſylvam ſpinoſam, aſpectu pulcherrimam. Interdum cùm junior eſt, Aſpalathum Secundum Cæſalp. aut Scorpium ſeu Geniſtam ſpinoſam refert, & colore nigro eſſe videtur, verùm lumini oppoſita ſi aſpiciatur, coloris pallidi ſe eſſe prodit, velut gummi rubeſcens. Ad pedalem altitudinem ſupra terram aſſurgit,& ex Inſula *Amboina* in *Europam* delata eſt.

Corallina fruticoſa humilior & craſſior, ramis quaquaverſum expanſis, ſuperficie tuberculata, *Slon. Cat. Jamaic.* Dubitat & quærit D. *Sloane*, annon hæc planta ſit Corallina rugoſa *Park.* p. 1297? Fruticoſa recta alba punctata, lutea vel purpurea *C. B.* pin. p. 336. Lithophyton marinum *Geſn.* de Fig. lap. p. 11. Reliqua Synonyma vide apud D. *Sloane.* in *Catalogo Plant. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Altitudo ei 6 circiter unciarum erat, à ſolida baſi ſeu principio minimi digiti craſſitudine ramos quaquaverſum extendens, in apices corallinos ſenſim gracileſcentes. Cruſtâ integebatur plerunque albâ, friabili, ſuperficie tuberculata, nummi argentei coronati dicti craſſitudine; meditullium occupante corneâ ſubſtantiâ, nigricante, lentâ, ut in aliis fruticibus Corallinis. Icon Plantæ marinæ Reſedæ facie *Cluſ.* huic ſatis bene convenit. Suſpicabar aliquando hanc ſequentis ſpeciei plantam eſſe nondum adultam.

In litoribus omnibus Inſulæ *Jamaicæ* inter alia maris purgamenta frequentiſſimè invenitur.

Corallina fruticoſa elatior, ramis quaquaverſum expanſis teretibus *Slon. Cat. Jamaic.* Pinus marina nobis viſa in muſeo Courteniano, & in Appendice ad Hiſtoriam p. 1849. breviter deſcripta, **Sea-Feather.** Corallina marina Piniformis *Corteniana Pluk. Almag. Bot.*

D. *Sloane.*

Baſi ſeu ſtylobatæ ligneæ, latæ, duarum aut trium unciarum diametro, ſuper lapidem aliúdve ſtabile corpus in fundo maris jacens expanſæ innititur,unde *caules* exurgunt duos, tres quatuorve pedes alti, lenti, lignoſi, digiti craſſitie, teretes, ramoſi, tenuibus virgulis ſeu foliis undique cincti, 3, 4ve uncias longis, corallinâ ſubſtantiâ, ſubluteâ, purpureâ, aut albicante omnes obducti, foraminulis aut aſperitatibus in ſuperficie extantibus inæquales, corallio albo candicante, aut balanis marinis iis perſæpe adhærentibus.

Rupibus in fundo maris circa *Jamaicam* inſulam adnaſcitur, unde vel tota planta, vel rami ejus laterales fluctuum vi abrupti in litus ejiciuntur, ubi dum jacent, cruſtâ tartareâ alluentibus undis vel penitus nudantur, & frutici foliis orbato ſimilis apparent; vel aliqua in parte, & ſublutei videntur.

Corallina fruticoſa, ramulis & cauliculis compreſſis purpureis elegantiſſimis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Altitudine erat circiter pedali, ſubrotunda, lignoſa, lenta, colore nigricante, ramulis frequentibus diviſa, duabus laminis ſubſtantiæ corallinæ, coloris purpurei elegantiſſimi, aliquibus tamen in locis albicantis, incruſtata, ſapore ſubſalſo, odore piſcoſo, ut hujus generis reliquæ laminæ ſeu cruſtæ nummi capitati minoris, **a Teſter** dicti, craſſitudine erant. A latitudine ſemunciali, quam ad imum obtinet, ſurſum verſùs decreſcit, virgis illis plumbeis aliquatenus ſimilis quibus vitriarii quadras ſeu rhombos vitreos pro feneſtrarum clathris diaphanis cingunt & connectunt.

Elegantiſſimam hanc Corallinam in litus arenoſum inſulæ parvæ, *Cayos Hiſpanis* dictæ, propè urbem **Port-Royal** ejectam invenit D. *Sloane.*

Corallina opuntioides, ramulis denſioribus & foliis magis ſinuatis atque corrugatis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Cum Scutellaria ſive Opuntia marina *J. B.* in omnibus ferè conveniebat, ut eadem planè planta eſſe videretur. Ramuli duntaxat in hac numeroſiores erant; Folia convexa ſeu ſuperna parte magis corrugata, prona magis concava ſeu ſinuata; nervo è multis filamentis arctè junctis compoſito fili linei in modum, connexa. Folia autem duriora erant, magiſque lapidea, ſub dentibus fragilia, ſapore ſalſo, odore marino.

In omnibus *Jamaicæ* litoribus copioſiſſimè ejectam hanc Corallinam collegit D. *Sloane.*

Fruticulus elegans geniculatus, cirris obſitus *Doodii.*

Palmaris eſt, ramoſus, albus, craſſitie culmum triticeum æquans, ſubſtantiæ Coralloidis, parte inferiore corneus & tenax, ſuperiore eleganter geniculatus, vertebrarum piſciculorum æmulus.

In litore *Dubrenſi* collegit D. *Dare* Pharmacopœus *Londinenſis.*

Corallina

Corallina alba nodoſa *C.B. pin. & prod. Park.*

Caule eſt pedali ; *ligno* candido & duro, candido & aſpero cortice tecto ; à quo utrinque ſed ſine ordine pediculi trium quatuórve unciarum erecti, flexiles prodeunt, quorum aliqui in alios etiam unciâ minores ſubdividuntur : hos minimum noduli, velut ea duobus ſemicirculis, iiſque ut plurimum pertuſis, compoſiti, uſque ad extremum apicem (30, etiam 40 in uno pediculo obſervare licet) eleganti ſpectaculo, ad antiquarum minimarum aurearum cæterarum ſimilitudinem cingunt. Ex *Barbaria* ad *Maſſiliam* defertur, & apud *Maſſilienſes* plumarum loco ſupra pileos geſtari affirmavit D. *Rumbaumius. C.B.*

Corallina cinerea rugoſa *C.B.* ibid.

Hæc duplex eſt, & utraque, non ſecus quàm ſequens, intus lignum habet ſpadicei coloris, durum, medullâ carens, & cruſtâ obductum. Prima ligno eſt duriore, quod cruſtâ cinereâ aſperâ rugoſâ & tuberoſâ velut cortice veſtitur, quæ friabilis eſt, fortè ex limo marino exſiccato creata : hæc in ramos plures recurvos, & hi in minores, velut tuberculis exaſperatos dividuntur, & in obtuſum rotundiuſculum apicem deſinunt.

Altera cruſtâ magis albicante, minúſque rugoſa obducitur, & in ramos pede longiores, flexiles, & hi in ſtylos pleroſque palmares abſumuntur.

Corallina pallidè flaveſcens lævis *C.B. ibid.* Hæc cruſtâ pallidè flaveſcente, lævi ac friabili obducta eſt, à quâ utrinque modò rami, modò ſtyli læves & flexiles prodeunt. An Fruticulus marinus, ramulis longis teretibus, Geniſtam Hiſpanicam æmulantibus D. *Bobart. Moriſ. hiſt.* P. 3. 652 ?

Corallina marina ſeu Fruticulus marinus lignoſus erectus & elatior, ſetis longis nudis, lobatim diſpoſitis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Tamariſco nonnihil ſimilis, duobus ex adverſo ordinibus ramulorum chordas muſicas referentium *Muſ. Oxon.*

Rupibus ſubſtantia quædam fungoſa, ſtriata, ligneæ proxima, partem ferè dimidiam nucis *Cacao* per latitudinem ſectæ referens, adnaſcitur, exinde *caules* 4, plures paucioréſve aſſurgunt, tripedales, nonnihil compreſſi, per longitudinem ſtriati, colore caſtaneo. Ex hiſce binæ ramulorum ſeries, ex adverſo poſitæ, à radice uſque ad ſummitates porrectæ prodeunt : Hi ramuli indiviſi, ſetacei, chordulas muſicas quam proximè referentes, coloris punicei, æquali ferè diſtantia à ſe invicem collocantur.

Fruticulus marinus ceranoides lignoſus humilis nodoſus, in cornua brevia & tenuia, Corallinæ montanæ æmula, creberrimè divaricatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 652. *Muſ. Oxon.* An Coralloides tenuifolia obſequioſa minima *J. P.* vel Fruticoſa marina planta, quibuſdam Conferva lignoſa *Ejuſd ?* 758. Fruticulus hic dodrantalis, lignoſus, è caulibus nodoſis in ramuſculos ceranoides denſiſſimè complicatus, & in quamplurima cornua brevia, tenuia & lenta creberrimè ramificatus exit. D. *Bobart.*

Fruticulus marinus aſperiuſculus, ramulis ferulaceis ſpinulis exeuntibus donatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Fruticulus marinus aſperiuſculus, flabelliformis ferulaceus, *Muſ. Oxon.* An Corallina ſetacea, velut ſpinis exaſperata *C.B.* Fruticulus hic elegans in plurimos ramuſculos tenues, lentos, ferulaceos, lignoſos, dodrantales diductus eſt, quorum unuſquiſque ramulum compreſſum efformat, ex plurimis ſurculis tenuibus lateraliter alternatim orientibus, ſpinulis quaſi terminatis compoſitum. Tota planta Ferulæ folium quodammodo refert. Ramuli majores nonnunquam, (rarò tamen,) ſibi invicem hinc inde coeunt & conjunguntur, rigricantes, & alii minores excreſcentes non junguntur. D. *Bobart.*

Frutex marinus flabelliformis, longis capillis ad radicem inſignis *Muſ. Oxon. Moriſ. hiſt.* P. 3. Caudex & ramuli compreſſi potiùs quàm rotundi ſeu teretes, dodrantales, crebriùs ramoſi, qui cruſtaceâ velut tartareâ materiâ obducuntur, quemadmodum & aliæ plurimæ ſubmarinæ plantæ.

Fruticulus marinus erectus cylindraceus. Cauliculus ei pedalis aut dodrantalis, teres, erectus in planta quam nobis deſcribendam benevolè commodavit D. *Sherardus*, ramulis crebris, in alios minores diviſis & ſubdiviſis, donec tandem in capillaria extrema deſinant, undique emiſſis cinctus. Ramuli in æqualem ferè ex omni latere longitudinem excurrunt, adeò ut columnarem figuram efficiant, & incurioſe ſpectanti Equiſetum quoddam repræſentent. Ramuli ab omni caulis latere nullo ordine exeunt. Planta quam deſcribo ſuperiori parte ramulum inſigniorem emiſit, calis ipſius æmulum, & eodem modo ramulis cinctum. Totius plantæ jam ſiccæ color pullus. Corallinæ Species non eſt cùm ſit vallide fragis.

Frutex marinus flabelliformis, cortice verrucoſo obductus *Synopſ. noſt.* 327. Erica marina alba fruteſcens *Muſ. Pet.* 50.

De-

Deſcriptio Fruticis marini Coralloidis *Cluſ.* huic plurimùm convenit (inquit D. *Doody*) colore tamen non miniaceus eſt, ſed albidus, & altitudine ſemipedem vix ſuperat. *Quin idem eſſe poſſit, color non obſtat, qui in hoc frutice, obſervante D.* Sloane, *nunc purpureus eſt, nunc albus, at nec humilitas, quæ fortaſſe loco debetur.* D. *Cole* in ora marina *Cornubiæ* collegit.

In ſemipedalem aut majorem altitudinem aſſurgit, colore albicante, in plurimos ramos & ramulos in latitudinem diffuſos, diviſus & ſubdiviſus, tuberculis creberrimis obſitos, fragiles & friabiles.

Frutex marinus Coralloides flabelliformis cortice verrucoſo obductus D. *Doodij. Synopſ. Stirp. Brit.*

Deſcriptio Arbuſculæ marinæ coralloidis *Cluſ.* huic plantæ plurimùm convenit, colore tamen non miniaceus eſt ſed albidus, & altitudine ſemipedem vix ſuperat. *Quin idem eſſe poſſit, color non obſtat, qui in hoc frutice, obſervante D.* Sloane, *nunc purpureus eſt, nunc albus, at nec humilitas, quæ fortaſſe loco debetur.*

In litore *Cornubienſi* à D. *Cole Briſtolienſi* inventus eſt.

Erica marina fruteſcens rutili coloris *Muſ. Pet.* 51.

Tubercula quibus hæc ſcatet elatiora ſunt & acutiora quàm in præcedente. D. *Charleton* communicavit.

Coralloides ramoſa, è Cap. *Bonæ Spei,* cruſtâ coccineâ obducta *Muſ. Pet.* 383.

Fruticulus, quem ſiccum nobis communicavit D. *Petiver,* ſemipedali erat altitudine, in multos ramos diviſus, cruſtâ craſſâ purpuraſcente obductos. Summi ramuli, cruſtâ nondum obtecti, prætenues erant, colore citrino obſcuriore.

Corallium fuſcum *Virginianum,* virgulis ramoſis *Muſ. Pet.* 179.

Pedali aut majori altitudine aſſurgit, in paucos ramos diviſus & ſubdiviſus, tenues, longiſſimos. Ramuli ad inſertionem ſubrotundos cum caule angulos efficiunt.

Corallium nigrum *Borneocum* ramulis tenuibus *Muſ. Pet.* 177.

Planta eſt minor & ramoſior præcedente, ramulis in tenuiſſima & fere capillacea extrema procurrentibus. Rami cum caule, & ſurculi cum ramis minùs acutos angulos efficiunt quàm in pleriſque aliis plantis.

III. *Plantarum Submarinarum Tertium Genus; Earum ſcil. quæ conſiſtentiæ mollioris ſunt, ſeu Herbaceæ.*

1. Algæ & Fuci marini graminei.

P. 75. Ad finem Capitis Sexti adde,

Alga noſtra vitrariorum ab illa *Lobelii* & *Parkinſoni* ſpecie diſtincta eſſe videtur, inquit D. *Doody,* ſiquidem noſtra radices obtinet geniculatas, cùm *Lobeliana* radice ſquamoſa nodoſa pingatur, qualem ſe vidiſſe in muſco *Courteniano* & apud D. *Petiver,* meminit.

Alga marina graminea minor. Potamogiton marinus, in utriculis epiphylloſpermos minor D. *Doody.* **The leſſer Graſs-wrack.**

Præcedente ſeu Alga anguſtifolia vitrariorum noſtra, omnibus ſuis partibus minor eſt, & vix pedem alta. D. *Doody* Radicem geniculatam ei attribuit, foliorum inferiorum juxta radicem duo paria, ſecundùm longitudinem ſtriata, mucronibus obtuſis; *caulem* minùs ramoſum pedem rarò ſuperantem. In omnibus proximè ſequenti ſimilis eſt, ſed multò minor.

In mari *Merſeiam* inſulam propè *Colceſtriam* alluente copioſiſſimè provenit, obſervante D. *Dale.*

Alga marina graminea anguſtifolia ſeminifera, ramoſior. **Branched Graſs-leaved ſeeding Sea-wrack.**

Ulnas duas longitudine æquat vel etiam ſuperat, *cauliculo* tenui, compreſſo, geniculato, & ad genicula foliis cincto, ramoſo, ramulis è foliorum ſinubus exeuntibus. *Folia* anguſta ſunt, vix ſemunciam lata, longitudine interdum ſemipedali, plerunque breviora. Quæ verſùs ſummos caules ſunt, velut pediculo cuidam inſident; ima parte à pediculo ad duas tréſve uncias intus cava, ſeu fiſtuloſa ſupinâ ſuperficie quouſque cavitas extenditur in angulum aſſurgente. Cavitas hæc, velut theca quædam, foliolum alterum, è pediculo enaſcens & facilè exemptile, intus continet, cui adnaſcuntur breviſſimis pediculis duplici ordine *folliculi* deorſum dependentes, quorum unuſquiſque *ſemen* intus continet unicum, teres, oblongum, cæruleo-viride. Cùm ſemen maturuit, cavitas ſeu theca modò dicta ſecundùm angulum per longum dehiſcit, ſingulíque folliculi ſponte aperiuntur & ſemen effundunt.

Hanc plantam curioſiùs deſcribere placuit, quoniam à nemine antehac, quantum noverim, hic ſemina producendi modus, vel in hac, vel in alia quavis ſpecie plantæ marinæ vel deſcriptus, vel obſervatus fuerit. Cujus inventi laus *Dalæo* noſtro debetur. Quar-

Quartam adhuc seu speciem seu varietatem *Algæ marinæ gramineæ* in insula *Jamaica* observavit D. *Sloane*, quam

Algæ marinæ gramineæ angustissimo folio nomine exhibet in Catalogo Plantarum *Jamaicensium*.

Culcitræ & pulvinaria hac planta replentur ad tineas necandas, hydropicis etiam & nephriticis conferre creduntur.

Alga gramineo folio triphylla, sarmentis vitis dulci succo sugilibus, an Algæ minimum genus *Cæsalp. Hort. Cath.* Fucus marinus arundinaceus dulcis *Bocc. Mus. pl. rar. Tab. ult.*

Alga juncea seu Juncus marinus, radice alba geniculata Manati Grass *Slon. Cat. Jamaic.* Corallina aut potiùs alga nodosa, vitrariorum æmula, segmentis tubulosis, The Manitee-Grass *Jamaicensibus* dicta, *Pluk. Almag.* P. 119.

Slon.

Junci quædam species esse videbatur, *radice* rotunda, geniculata, exteriùs albente, è geniculis filamenta alba capillaria, ad nutrimentum attrahendum emittente; unde exsiliunt *Junci* aliquot, pedem longi, virides, pennâ Gallinaceâ minores, dum adhuc humidi sunt teretes ac duri, cùm exsiccantur rugosi & nigri.

Copiosè fluctuantem circa Promontorium Point-Pedro dictum observavi & collegi. *Manati* Animalis cibus esse existimatur.

Alga marina teretiuscula ramosa, tuberculis plurimis prædicta, fusca & insipida, *Ha-itchai Chinensibus.* Unde fiunt Avium nidi Chinensibus obsonium gratissimum D. *Petiver. Hujusmodi nidos in* Italia *sæpius vidimus in musæis curiosorum.*

Hujus ramuli in sicca, valde reflexi & contorti sunt, spinulis brevibus undique exasperati, gummi cujusdam colore & consistentia.

2. Fuci subrotundi acaules.

Fucus umbilicus marinus dictus *C. B.* Umbilicus marinus *Imper.* Folijs circinatis ac umbilicatis, aquarum superficiem occupantibus facilè dignoscitur, monente *Imperato.*

Fucus Lichenis facie maritimus *Hist. Oxon. Part.* 3. *Morис. Lichen maritimus Lob. Tab.* 2. *C.B. Clus.* Ad modum præcedentis nascitur, Folia tamen rotunditatem non servant, sed inæqualiter sunt siuata, utplurimùm tamen umbilicata. D. *Bobart.*

Fucus fungis affinis *C. B.* Fucus Fungularis *Imper.* Fuci fungiformes *J. B.* Folio quasi circinato donatur & umbilicato, non sine impressis lineamentis velut in orbem itidem contortis. Adhæret rebus quibus innascitur ea parte quæ in vicem est centri.

Inter plantas siccas à D. *Newton* in *Anglico* litore collectas observavit D. *Dale.*

3. Fuci marini folliculacei, plerunque dichotomi.

P. 70. Ad Cap. Primum add.

Fuci Secundi seu maritimi nodosi speciem per omnia majorem in *Sabrinæ* æstuarii alveo collectam D. *Doodio* communicavit D. *Georgius London*, hortorum Regiorum Pro-præfectus.

Fucus seu Quercus marina, angustiore folio, rarò vesiculas habens.

D. *Doody.*

Hujus folia & tubercula seminalia graciliora sunt quàm Quercûs marinæ vulgaris.

Quercûs marinæ aliam speciem, superiore humiliorem (quæ tamen vulgarem longitudine æquat) crebris vesiculis & tuberculis seminalibus ferè rotundis dotatam, ad D. *Doody* transmisit D. *Patricius Adair*, in Nosocomio *Chathamensi*, nautis sauciis excipiendis destinato, Medicus Regius, quam ab omnibus descriptis specie distinctam esse suspicatur D. *Doody* prædictus.

Fucus seu Quercus marina latifolia humilis, sine vesiculis *Doodij.*

Latitudine vulgarem Querc. marinam æquat, altitudine autem seu longitudine pedem vix superat, absque vesiculis est quod, unquam observaverim: Seminalia etiam tubercula breviora minoráque sunt D. *Doody.*

Fucus seu Quercus marina, minima, angustifolia *Ejusdem.*

Hæc species perrarò bullas obtinet; summitates autem seminiferas plerunque, ut reliquæ suæ sortis. Palmaris plerunque est longitudinis rarò dodrantalis; latitudine quadrantem unciæ haud æquat.

Inter Ostreas doliolis ad nos advectas invenitur.

Fucus marinus spiralis major. **The greater twisted Sea-wrack.**

Hæc species è Genere est Algæ vulgatissimæ *Quercus marina* dictæ, foliis angustioribus, dichotomis, dodrantem aut pedem longa, multóque major ea quæ à D. *Boccone* describitur.

Alga spiralis marina *Luidiana*, Mr. *Lhwyds* **twisted-wrack.** Saxis aquâ immersis innascitur in litore *Monensi* & *Arvonensi.* A præcedente multùm differt, ut se autopsiâ edoctum affirmat D. *Doody.* Hæc enim unciam saltem lata est, dichotomian non observat, & ad Fucos membranaceos propiùs accedit.

Fucus parvus, teres, dichotomus, pauciſſimis divisuris, obscurè viridis, & per siccitatem nigricans.

Vix ultra palmarem altitudinem, quantùm viderim, assurgit, exactè teres, glaber, pauciſſimis divaricationibus, fili emporetici minoris crassitudine, satis firmus & erectus.

In mari circa *Harvicum* portum à D. *Dale* inventus eſt, nobíſque oſtenſus.

Fucus pumilus dichotomus, ſegmentis ex una parte gibboſis, ex altera excavatis D. *Doodii.* Crebrò ramoſus carnoſus & tenax eſt, tuberculis ſeminalibus pro ratione magnitudinis (quæ vix uncias binas æquat) craſſioribus & longioribus. Hunc, inquit, acceptum refero D. *Adair* M.D. prope Goſport inventum.

Fucus membranaceus dichotomus gramineus *Ejuſdem.* Per totum ejuſdem ferè eſt latitudinis, quæ Gramen pratenſe æquat.

Fucus parvus dichotomus, ſegmentis variis, partim latis planis & compreſſis, partim capillaceis rotundis, ſeu Fucus parvus membranaceus ad divaricationem cirroſus *Pluk. Almag. Bob.*

P. 71. Ad ſpeciem tertiam nota.

Hanc ſpeciem à peritiſſimo Botanico *Tho. Johnſono* M.D. dudum obſervatam invenio in Deſcriptione itineris in agrum *Cantinum* Plantarum indagandarum gratiâ ſuſcepti, *Londini* impreſſi, Anno 1633. circa Margate, ſub titulo Quercûs marinæ foliis ſeratis. D. *Petiver.*

Quercum marinam humilem obſervavit D. *Doody* ſine veſiculis, pedalem, latifoliæ ſerratæ ſimilem, latitudine autem ſuperantem, ut quæ unciali minor non ſit. Margines inæquales ſunt, minùs conſpicuè ſerrati.

Seminalia nondum viderat, ideóque an ſpecies diſtincta eſſet necne temere judicare noluit.

Fucus marinus ſcrupoſus albidus, anguſtior, compreſſus, extremitatibus quaſi abſciſſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 646. A D. *Lhwyd* habuimus. Telam lineam aut ſericeam texturâ ſuâ æmulatur, Algæ marinæ platycerotis piloſæ ſpecies eſt foliis anguſtioribus.

Fucus bullatus fruticeſcens, caule nudo, foliis rectis compreſſis bifidis *Moriſ. hiſt. P.* 3. Erecto ſurgit caule, ſemipedali & altiori, ex cujus ſummitate in orbem diſpoſita naſcuntur *folia*, anguſta, compreſſa, palmaria & ſeſquipalmaria, in ordinem dichotomum partita, & bullis veſiculiſve paucis, hinc indè aſperſis donata. In litoribus inſulæ *Angleſey* collegit D. *Humfreys* & D. *Bobarto* communicavit.

Fucus marinus humilior & fruticoſior, vel Quercus marina erecta ceratophylla, ramoſa, veſiculas habens. *Moriſ. hiſt. P.* 3. Ad cubiti altitudinem circa litus æquoris excreſcit, in cornua plurima & acuta ramificata, quibuſdam cooperta veſiculis, quæ compreſſæ non rumpuntur, ac ventoſitate plenæ elaſtica virtute, ſpongioſæ quaſi apparent; nec adeò fungoſas radices emittere poteſt.

In ſinu vulgò nuncupato *Udſen-Soright* reperta eſt à quodam generoſo Turcico & D. *Bobarto* communicata.

Fucus palmaris platyphyllus bidigitatus, in veſiculas longas ventricoſas conjunctas ſe terminans. D. *Newton* invenit & communicavit. *Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. 647.

Fucus palmaris anguſtifolius, ad extrema veſiculis rugoſis bifurcatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 647. Fucus mar. ſive Alga veſicaria minor polyſpermos *Pluk. Almag.* Item, Fucus minor, ſegmentis anguſtioribus, veſiculis partito & tripartito diviſis *Ejuſd. ibid.*

Fucus Abrotonoides, veſiculis parvis rotundis ornatus. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Ex lento & velut lignoſo principio in varios cauliculos pedales, hi rurſus in alios, ramificatus eſt, foliolis quamplurimis Abrotani maris tenuitatem obtinentibus, veſtitos & terminatos, inter quæ veſiculæ parvæ rotundæ, lentis magnitudine arctè adhærent. D. *Bobarto* communicavit D. *Stevens.*

Fucus fruticeſcens, foliis ex anguſtis ſe ſenſim ad extrema dilatantibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 648. Plurimi lenti ſurculi, teretes ex eodem pede oriuntur, qui in varias erectas ramificationes ſe dividunt, & ſecundùm incrementum compreſſi & magis compreſſi ſunt; denique in folia tenuia ramuſculi ſinguli terminantur. D. *Bobart.*

Fucus marinus erectus, non ramoſus, foliis craſſis carnoſis, ad extremitatem diviſis. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Graſſitiem gerit *Arundinis Indicæ*, ſubrubicundi coloris. *Radices* habet ſatis carnoſas & inſipido ſucco plenas, uti eſt & tota planta, quæ cortice ſpoliata quodam virgato colore albo, ut ferè Viperina pellis apparet. Ad ſummum eminent folia, numero ferè 12, teretia, craſſitudinis ad truncum anguſtioris, quæ ad extremum paululum ampliantur, ac in 3, 4ve acutos mucrones dividuntur. Ad hominis altitudinem, erecto caule excreſcit. D. *Bobart.*

A quibuſdam hæc planta inflammati onibus admota eſt, mirabili cum ſucceſſu, cùm ſit tenuiſſimæ frigiditatis. A Ceneroſo *Turcico* accepta eſt, quæ in ſinu *Udſen-Soright* vulgò nuncupato reperta eſt.

Fucus marinus gramineus, foliis minoribus majoribus adnatis D. *Newton*, *Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. 648. Pedalis eſt hæc planta, pallidè virens, quæ caulis loco compreſſum habet folium gramineum, culmúmque latum, è cujus lateribus alia folia, velut primis adhærentia enata ſunt, palmæ longitudinis, & ex horum lateribus alia etiam minora uncialia & ſemiuncialia excreſcunt.

Fucus marinus, veſiculis majoribus, ſingularibus, per intervalla dipoſitis *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 647. F. maritimus medio caule ad intervalla nodoſus, flagellis plurimis è latere confertim prodeuntibus, folliculo bullato terminatis *Pluk. Almag.* Latior eſt & anguſtior.

Idem flagellis ſingularibus, ima parte barbatis, & in ſummo veſiculis bullatis donatis. An Fucus maritimus foliis tumidis barbatis 5. C. B. p. Quercus maritima barbata *C. B. Prod. Pluk. Almag. Bot.*

D. *Bobart* huc refert Lenticulam marinam ſive *Sargazo*, de quo nos inter Fucos non dichotomos inferiùs agemus.

4. Fuci

4. Fuci miſcellanei qui diviſione ſua dichotomian non obſervant.

P. 73. Ad Cap. quintum nota.

Fucum hunc *anguſtifolium veſiculis longis, ſiliquarum æmulis.* Eandem plantam eſſe exiſtimat D. *Petiver* cum Quercu marina quarta *Dod. Ger. emac.* cujus icon habetur p. 1569. *Siliquæ* quas hæc icon repræſentat, foliis adeò ſimiles ſunt, ut niſi curioſè obſerventur, facilè pro iis intuentem fallant, ſaltem tempore *Dodonæi* fallere potuere, cùm de ſeminibus Fucorum nihildum ſuboluit. Ob eandem rationem C. B. in elaborato illo *Theatri Botanici pinacis* opere p. 365. Fucum maritimum alterum tuberculis pauciſſimis eum appellat. At D. *Doody* præter veſicas ſiliquarum æmulas tubercula ſeminalia huic dari affirmat.

Fucus pumilus, anguſtifolius veſiculis longis ſiliquarum æmulis divaricationibus non diſſimilis, verùm decies minor. D. *Doody.*

Omnibus ſuis partibus decies minor eſt quàm præcedens. *Caules* obtinet bullatos, bullis diaphragmatis non interceptis. Seminalia maximè conſpicua ſunt. Pro Synonym, adde, Fucus folio tenuiſſimè diviſo, ſiliquatus D. *Moyl. Synopſ. ſtirp. Brit.*

Hoc anno [1696.] in mari prope *Harvicum* portum invenit, nobíſque oſtendit D. *Sam. Dale* Fuci ſpeciem noſtro quidem cum ſiliquis longis minorem, non tamen decies, cauliculis compreſſis, ramulos creberrimos alternatim emittentibus, qui interdum nihil aliud ſunt quàm pediculi ſingulas geſtantes ſiliquas, aliàs longiùs procurrunt, & plures alternatim vel ſiliquas, vel foliola emittunt. Sunt autem *ſiliquæ* latiuſculæ, compreſſæ, in apicem acutum deſinentes ; longiſſimæ unciâ breviores, nonnullæ vix ſemunciales.

Fuci quarti *Dod.* icon hanc ſpeciem perbellè repræſentat, non majorem illam quam nos in Hiſtoria deſcripſimus, quò eum D. *Petiver* retulit, ut ſuperiùs diximus.

Fucus ſive Alga latifolia, chartæ ſimilis, coſtâ carens *C.B.* Item Alga latifolia coriacea *Ejuſd.* Alga *Maderenſis* grandifolia *J. B.* Fucus giganteus ſive Alga lata *Imper.* Admirabili magnitudine creſcit, ſubſtantiâ tenaci & coriaceâ, & loco chartæ eodem utuntur *Maderæ* incolæ.

Fucus ſive Alga intybacea *Park.* Fucus *Linza* dictus, Lactucæ marinæ ſimilis *J. B.* Muſcus Lactucæ marinæ ſimilis 2. *C. B.*

Fucus foliaceus humilis, palmam humanam referens *Moriſ. hiſt.* P. 3. pag. 646. Mollis & herbaceæ ſubſtantiæ, viridíſque coloris eſt, palmarem altitudinem non ſuperans, ad radicem anguſtus in latum ſe dilatans, ac in 3 aut 4, interdum 5 digitos humanæ palmæ ad inſtar diviſus terminatur. Ex inſula *Angleſeia* habuimus. D. *Bobart.*

Fucus membranaceus rubens, foliolis latiuſculis, ad extremitates dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. ubi iconem vide. An Muſcus foliis latiuſculis ambitu dentatis *C.B?*

Fucus ſive Alga membranacea candida, ſegmentis plurimum laciniatis *Pluk. Almag. Moriſ. Hiſt. Oxon.* P. 3. p. 646.

Fucus humilis membranaceus acaulos, elegantiſſimus, ruber, capillis longis fimbriatus *Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. p. 646.

Fucus foliis latis ſubrotundis, circa margines ſinuatis, pediculis longis inſidentibus

Folia Nymphææ aut potiùs Calthæ paluſtris figurâ ſuâ referunt, duas treſve uncias lata, circa margines ſinuata, & velut, circumroſa per maturitatem è luteo-rubente albicantia, pediculis è radice craſſiuſcula exeuntibus inſident ſeſcunciam aut duas uncias longis. Nullam præter hunc novimus plantam marinam, quæ hujuſmodi folia obtinet ; ſi modo hæc marina ſit. Siccam à D. *Boccone* collectam D. *Sherard* contulit.

Fucus folio membranaceo purpureo, Lapathi ſanguinei figura & magnitudine.

In *Jerſeiæ* inſulæ litoribus à D. *Sherard* inventus eſt : in *Hibernia* etiam collectum eidem oſtendit D. *Moulins.* Quin & in *Cornubiæ* litoribus marinis obſervavit & collegit D. *Moyle.*

Fucus membranaceus polyphyllos major D. *Doody.*

Huic folia modò rubra, modò alba, longitudine dodrantali, vel pedali, latitudine unciali aut majore, aliquando bifurca : ex uno communi pediculo, vel etiam margine alicujus folii plura pullulant, pedunculo breviſſimo & tenui affixa. A D. *Patricio Adaire* accepit D. *Doody.*

Fucus membranaceus rubens anguſtifolius, marginibus ligulis armatis *Ejuſdem.*

Latitudo ei ſemuncialis, longitudo duarum vel trium unciarum, rarò diviſus ; folia tamen ſecundaria lateraliter protrudit. Margines ligulis ſeu ſpinulis innoxiis denſè obſiti ſunt. Hiberni cum *Duleſh* communiter eſitant, ad quem proximè accedit. Inter oſtreas *Londini* non rarò invenitur.

Fucus membranaceus ceranoides *C.B. Duleſh ſeu Delisk* Hibernis, *Dils* Scotis, *Dulſe* Northumbris ; cognata non tamen prorſus eadem planta eſſe videtur cum *Fuco membranaceo purpureo. Folia* longiora latioráque ſunt, nec dichotomiam obſervant. Poſt exſiccationem aquæ iterum infuſus ſatis validum Violæ odorem ſpirat. Hinc conjectabar *Hibernos,* (apud quos copioſè invenitur hoc genus, quíque ſtudioſè exſiccatum & convolutum in ore aſſiduè habent & maſticant) ſalis *Alkali* momentum in ejus exſiccatione adjicere. Hoc enim (obſervante *Imperato*) Fuco tinctorio additum colorem pariter odorémque Violæ producit. Verùm à D. *Doody* certior factus ſum, *Hibernos* Fucum hunc per ſe abſque additione Salis Alkali eſitare. Idem mihi poſtea confirmavit eruditiſſimus Vir D. *Nathanael Wood,* Medicinæ Doctor *Hibernus,* literis ad me datis *Menſe Aug.* 1696. additque *Hibernos* rupibus avulſum & ſuper gramina extenſum in Sole ſiccare, abſque ulla ſalis *Alkali* aliúſve

aliúſve alicujus rei additione ; penitus exſiccatum uſui idoneum eſſe, & in reti aut ſacculo ſuſpenſum ad ſeptennium & ultra ſervari poſſe incorruptum. Omni tempore cum alia eſculenta non ſuppetunt comedi, ſed præcipuè matutino. Adverſùs ſcorbutum & lumbricos ventris valere, & ad halitum oris emendandum prodeſſe.

Fucus marinus ceranoides, cornu cervi diviſurâ, globulis verrucoſis ſignatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Folia* habet pyramidaliter rotunda, ſed aliqualiter compreſſa, & quibuſdam inſignita globulis, in quorum medio punctum apparet. In extremitate inferioris trunci adeſt convexitas mollis, ad inſtar Fungi materiæ, ac infra minutiſſimæ ſerpunt radices, quales in aliis plantis ſubmarinis obſervantur. Ad hominis altitudinem excreſcit, & in mucronata cornua cervi æmula terminatur.

A prædicto Generoſo Turcico, accepta eſt hæc planta qui in ſinu *Udſen-Soright* vulgò dicto eam reperit. D. *Bobart.*

Fucus parvus aphyllos, ramoſus, ſubflavus, ramulis chordas muſicas majores referentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Icon Quercus marinæ Theophraſti Cluſii *Park.* p. 1298. huic noſtræ plantæ obtuſis ſuis terminationibus bene reſpondet.

Fucus parvus aphyllos in orbem expanſus, in tenuiora flagella ramulóſve divaricatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 648. Hæc ſpecies ex oris *Barbadienſibus* allata Coralloidi lentæ fœniculaceæ *J. B.* 797. ſatis convenit, qui ex variis coloribus tinctam eſſe refert, noſtra verò ſubviridis eſt. D. *Bobart,*

Fucus aphyllos, in tenuiſſimacapillamenta diviſus, per ſiccitatem è flavo albicans. Semipedali eſt altitudine in ramulos tenuiſſimos nullo ordine diviſus. Ramuli & filamenta cum ſe mutuo attingunt brevi velut conglutinantur & coaleſcunt. Quod quamvis aliis plantis ſubmarinis commune eſt, huic tamen præcipuè & præ allis convenit Altiudo ſemipedalis.

Collegit D. *Boccone*, impertivit D. *Sherard.*

Fucus teres, rubens, ramoſiſſimus Doodii.

Caulis fili emporetici craſſitudine eſt, qui diviſus & ſubdiviſus in capillaceos ramulos tandem deſinit, & palmarem vel dodrantalem altitudinem aſſequitur.

Fucus teres, tenuiſſimè diviſus Ejuſdem.

Caulis teres ad pedem extenditur, fili emporetici majoris craſſitudine, è quo undique ramulos emittit, crebris diviſionibus in capillaceas tandem extremitates deſinentes.

Pinus maritima, ſive Fucus teres, cujus ramuli ſetis ſurſum tendentibus ſunt obſiti Doodii.

Dodrantalis eſt, ramoſus, ſetis ſemuncialibus, verſùs unam partem, ſurſum ſcil. tendentibus ; ex omni parte teres, tenax, per ſiccitatem nigricans.

Fucus Coralloides erectus Ejuſd. ad Secundum Genus potiùs referendus.

Palmaris eſt, erectus, albidus, corneus & tenax. Ramuli craſſitiem fili minoris æquant, hinc indè nullo ordine ſiti, ejuſdem ſubſtantiæ & fermè craſſitudinis cum cauliculis.

Fucus minimus hirſutus, fibrillis herbaceis ſimilis Ejuſd.

Ad uncias duas aſſurgit, parùm ramoſus, hirſutus. Inter oſtreas frequenter invenitur.

Fucus confervoides lendiginoſus, ſeu Cuſcuta marina Ejuſd.

Capillaceus eſt & ramoſus, crebris nodulis lendium figurâ interſtinctus. Fucos majores implicat ad inſtar Cuſcutæ.

Fucus trichoides noſtras, aurei coloris, ramulorum apicibus furcatis Pluk. Phytogr. T. 184. F. 2. D. *Petiver* ab ora maritima acceptum D. *Plukenet* communicavit. An Coralloides obſequioſa tenuifolia minima *J. B.*? variat foliis argenteis.

Fucus minimus capillaceus ramoſiſſimus, per ſiccitatem albicans ; an ad Muſcos referendus ? Inter oſtreas à D. *Tancredo Robinſon* inventus.

Fucus *Indicus* teres, ſetam piſcatoriam referens, longiſſimus *Pluk. Phyt.* T. 184. F. 4. Gramen (fortè) ſparteum, ſetas equinas referens, ex quibus *Javanenſes* tapetia texunt *C. B.* prod. 11. cujus fortè mentio fit in *cluſ. Cur. poſt.* ſub Herba Sparto *Hiſpanico* non abſimili ut ſentit idem *Bauhinus* ubi ſupra : Item *Toncon* herba apud *Braſilianos*, quâ ad piſcandum utuntur. *Lerii Deſcript. Braſil.* Spinas in hamorum modum componunt, lineámque herbâ illâ conficiunt.

Fucus ſeu Alga membanacea, purpurea ex uno puncto multifolia, coſtâ carens *Ejuſd. ibid.* An Fucus membranaceus rubens anguſtifolius, margínibus ligulis armatis *Doodii* ſupra deſcriptus ?

Fucus membranaceus ceranoides, pennatus, rubens, elegantiſſimus, ex *Groenlandia Pluk. Mantiſſ.*

Fucus *Dealenſis*, Pedicularis rubræ foliis. *Muſ. Petiver*, D. *Dandridge*, & D. *Bonivert* elegantem hunc Fucum circa *Deal* oppidum invenerunt in marinis. Parvus eſt, duas uncias altus, valde ramoſus, foliolis utrinque dentatis. D. *Joannes Lufkin* Pharmacopœus *Colceſtrenſis* circa *Harvicum* portum in *Eſſexia.*

Fucus *Dealenſis* fiſtuloſus. Laryngi ſimils, *Muſ. Petiver.* ibidem inventus à D. *Hugone Jones* & D. *Jacobo Cuningham* Chirurgo.

Fucus ſeu Alga lenta capillacea, pallida, flagellis ramoſis, chordas muſicas minores referentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 649. Diverſa eſſe videtur ab Alga exigua dichotoma arenacei coloris noſtra.

Fucus marinus nigricans, longus, folioſus D. *Vernon.*

Præcipue notabilia ſunt foliola, rariùs exorientia, unciam propemodum longa, vix $\frac{1}{4}$ tam unciæ lata, à pediculo ſenſim dilatata, & in obtuſum mucronem deſinentia. Summi ramuli dilatantur adnaſcentibus alis membranaceis.

In

In litora ejectum in ora *Eſſexiæ* maritima obſervavit D. *Vernon.*

Fucus marinus parvus, teretifolius, ramoſus, Olivæ conditæ colore D. *Vernon.* In mari circa *Camalodunum* in Eſſexia.

Fucus purpuraſcens parvus, caule & ramulis ſeu foliolis teretibus.

Ramuli & folia crebra è caule exeunt nullo ordine, & angulos rotundiuſculos cum caule efficiunt : in nonnullis plantis tuberculis crebris velut verrucoſa ſunt.

Fucus purpureus humilis, tenuiter diviſus, geniculatus D. *Stevens, Moriſ. Hiſt. Oxon. Part.* 3. ubi iconem vide, Tab. 8.

Fucus purpureus, tenuiter diviſus, non geniculatus *Ejuſdem* D. *Stevens, Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. p. 646.

Fucus ſpongioſus, teres, viridis, elatior, minúſque ramoſus D. *Stevens.* Ad binorum cubitorum altitudinem ſpongioſis ſuis teretibus foliolis anguſtis, in ramuſculos paucos diductis aſſurgit *Moriſ. hiſt.* P. 3. 647.

Fucus teretifolius humilis fiſtuloſus D. *Stevens, Moriſ. hiſt.* P. 3. An Fucus cavus *C. B. J. B.*? Plurimi ſurculi ex radice vel primo exortu proveniunt, biunciales & triunciales, in roſam expanſi, tenues, indiviſi & fiſtuloſi.

Fucus ceranoides, ramoſus, tenuiſſimè diviſus D. *Doodii.*

Palmaris eſt, corneus, tenax, albus, per ſiccitatem rigidus & ubique ejuſdem ferè craſſitudinis, quæ filum parvum ſuperat.

Fucus fiſtuloſus nudus, ſetas erinaceas referens *Pluk. Almag. Bot.*

Fucus parvus, ramulis brevioribus, capillaceis, regularibus D. *Doodii.*

Inter herbas ſiccas D. *Newton* hunc primùm conſpexit ; nuper eundem impertivit D. *Moyle* ab Occidentalibus Angliæ allatum.

Fucus herbaceus, cavus, fluitans, ramoſus *Ejuſdem.*

Calami Anſerini ferè craſſitudine eſt ; forſan Confervæ vel Lichenis marini potiùs ſpecies habenda.

Fucus parvus, plurimis ab eadem radice cauliculis, ſegmentis teretibus, in ſummo apice bifidis vel trifidis. *Pluk. Almag. Bot.*

Fucum pede longiorem à D. *Adaire* accepit D. *Doody*, Fuco *folio ſingulari longiſſimo, lato, in medio rugoſo* per omnia ſimilem, craſſitudine excepta, quâ Lactucam marinam non excedebat. Cui ſimilem in litore inſulæ *Shepey* ſe obſervâſſe meminit.

Fucus Fœniculaceus, ſeu Coralloides lenta fœniculacea, cauliculis longioribus, gracilioribus & denſioribus, *Slon. Cat. Jamaic.*

Slon.

Radix huic lata, lapidem cui in fundo maris adnaſcitur velut cruſta quædam obducens ; è qua *caules* aliquot emergunt, duas tréſve uncias longi, in ramulos varios diviſi, teretes, glabros, Fœniculaceis nonnihil ſimiles, in ſurculos tenuiſſimos deſinentes, odore marino valido, purpureo, albicante aut flaveſcente colore ; Coralloidi lentæ, Fœniculaceæ *J. B.* ſimilis, niſi quod cauliculi numeroſiores ſint, graciliores, minùs criſpi, & ramoſi.

Supra ſcopulos aquâ marinâ opertos propè **Paſſage-Fort** copioſè creſcentem invenit D. *Sloane.*

Fucus Fœniculaceus ſeu Corallides lenta Fœniculacea minor Slon. Cat. Jamaic.

Slon.

Rupibus & petris aquâ marinâ opertis valdè firmiter filamentis pluribus emiſſis ſe affigit ; Hinc exſurgunt *cauliculi* aliquot prætenues, teretiuſculi, pellucidi, incurvi, pallide lutei, in tenuiora & ferè capillaria ſegmenta diviſi, unciam longitudine non multum ſuperantes, lenti, ſub dentibus non cripetantes, cruſta albicante, ſed rariùs obtecti, mare validè olentes ; *Coralloiden lentam Fœniculaceam J. B.* exactè refert, niſi quòd partibus omnibus minor ſit.

Fucus Fœniculaceus minimus Slon. Cat. Jamaic.

Slon.

Unciam circiter circumferentiâ æquabat, è plurimis cauliculis, purpurei coloris, teretibus, Fœniculaceis ſimilibus, eundemque diviſionis modum in foliolis obſervantibus, compoſitus : unde Fucis his ſubjungendum duxi, non muſcis annumerandum, quamvis adeò parvus ſit, ut ad partes ejus contemplandas & diſcernendas microſcopio opus ſit.

Inter alia maris recrementa frequenter ejectum collegi.

Fucus marinus ferulaceus, in longiora capillamenta ramificatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 649. Fucus folliculaceus, foliis Fœniculi longioribus *C. B.*

Fucus marinus ferulaceus, in breviora capillamenta diviſus *Moriſ. hiſt.* P. 3. foliis Fœniculi brevioribus C. *B.*

Fucus Fœniculaceus fuſcus ſeu nigricans ex Inſula *Cypro Muſ. Pet.* 219. In ſegmenta adeò tenuia, capillacea, brevia, denſa & valde implexa diviſus eſt, ut Muſcum potiùs quàm Fucum repræſentet. A D. *Jacobo Keil*, Chirurgo collectus eſt.

Fucus

Fucus minimus denticulatus triangularis Slon. Cat. Jamaic.

Slon.

A lata baſi ſeu principio *cauliculus* aſſurgit lignoſus, lentus, purpureo luteſcenti colore tinctus, teretiuſculus, 2, 3ve uncias altus, in multos ramos diviſus, ſubſtantiâ corallinâ albâ plerunque incruſtatos; crebris & profundis inciſuris ſeu denticellis ſpinuliſve innoxiis triplici ordine ſerrato, ſecundùm acies ſc. ſeu angulos, quos ternos habent; mare plurimùm olentes, ſub dentibus minimè ſcrupoſus.

In litora maris à fluctibus marinis frequenter ejiciebatur.

Fucus marinus Coralloides minor, fungoſus, albidus, teres, ſegmentis in ſummitate planis Slon. Cat. Jam.

Slon.

Ab eodem principio 3, 4ve oriuntur *Caules*, ſeſcunciam circiter alti, Corallinæ *Offic.* majores, albi, fungoſi nec ſub dentibus crepitantes, in plures ramulos & ſurculos undequaque diviſi, ſummitatibus compreſſis, planis & valdè tenuibus, coloris albicantis, cùm inferiùs teretiuſculi ſint, odore omnes marino. In litora maris à fluctibus frequenter ejiciebatur circa Inſulam *Jamaicam.*

Fucus minor, ſegmentis anguſtioribus, veſiculis in ſummitate bipartitò & tripartitò diviſis. Fucus *ſeu* Alga veſicaria minor polyſpermos *Pluk. Almag. Bot.* Fucus maritimus vel Quercus maritima foliorum extremis tumidis, quam aliqui glandiferam vocant *C. B.* 365.

In litore ad æſtuarium *Sabrinianum*, inter alia maris rejectamenta invenit D. *Plukenet.*

Fucus membranaceus ceranoides ramoſus, per ſiccitatem obſoletè vireſcens *Pluk. Almag. Bot.*

Fucus membranaceus ceranoides, albidus ramulorum apicibas ſtellatis *Ejuſd. ibid.*

Fucus marinus, veſiculas habens membranis extantibus alatas *Slon. Catal. Jamaic.*

Slon.

Caulis huic teretiuſculus, fuſcus, lentus, tortuoſus, 9 circiter digitos altus, plurimis ſurculis incurvis ramoſus, veſiculis vacuis ſeu aere tantùm repletis, crebris, bullatus. Veſiculæ ipſæ ſubrotundæ ſunt aut potiùs triangulæ, membranâ foliaceâ, extante, circulari, in vertice cinctæ, ſub qua aliæ tres extant ejuſmodi alæ, formam triangularem aut infundibuli pyramidalis veſiculis conferentes; ſúntque obſcurè fuſcæ aut ſubnigræ, poſtquam exſiccatæ fuerint glutinum referentes, marini odoris validi, & ſaporis ſalſi, velut alii Fuci. Per totam ſuperficiem protuberantiæ aliquot parvæ rotundæ diſſeminantur; q. an ſemina *ſeu* vaſcula ſeminalia. *Locus.*

Rupibus ferè omnibus maris *Jamaicenſis* innaſcentem obſervavit D. *Sloane.*

Fucus teres, villis quaquaverſum obſitus D. *Doody.* Teretifolius ſpongioſus piloſiſſimus D. *Harriſon Synopſ. ſtirp. Brit. noſtræ.*

Hic ſpongioſæ ſubſtantiæ non eſt, ſed carnoſæ, & externè ſolummodo villis circumcirca obſitus, qui facilè deterguntur. D. *Moyle* hunc miſit.

Fucus ſpongioſus ramoſus compreſſus, marginibus piloſiſſimis *Ejuſdem* D. *Harriſon.* A D. *Tancr. Robinſon* amico noſtro chariſſimo obſervatus in ora maritima Angliæ.

Fucus flavicans, teretifolius, mediæ magnitudinis, à D. *Vernon* obſervatus.

P. 72. ad finem Capitis III. adde, pro Specie Tertia.

2. *Lenticula marina foliis latis, brevibus, ſerratis* Slon. Cat. Jamaic.

Cum præcedente per omnia convenit, niſi quòd folia dimidio breviora ſint, duplo latiora, (ut quæ 3 circiter quartas partes digiti longa, unam lata) ſerrata, & veſiculis pariter bullata, tenuia admodum & pellucida.

In litora marina *Jamaicæ* frequenter ejectam obſervavit D. *Sloane.*

Notiſſimum eſt hoc Fuci genus, *Sargazo* dictum, omnibus qui *Indias Occidentales* adnavigant: eâ etenim copiâ in mari fluitat, ut curſus navium retardet, de quo conſulendi ſunt qui Navigationum ſuarum in novum orbem Diaria ſeu Ephemeridas conſcripſerunt.

4. *Lenticula marina foliis latis breviſſimíſque* Slon. Cat. Jamaic.

Præcedentibus duabus cætera ſimilis, differt foliis numeroſioribus, creberrimis, brevioribus; quàm proximè præcedentis tantillo anguſtioribus, plerunque non ſerratis, colore fuſco obſcuriore, veſiculis minoribus & ſubrotundis, bullatis.

Rupibus aquâ marinâ ſubmerſis copioſè innaſcitur, unde fluctibus abrupta in litus ejicitur.

P. 74. Ad Tertiæ Speciei, i. e. Fuci alati ſeu phaſganoidis *C. B.* uſum adde.

Non hujus tantùm ſed & reliquarum Fuci phaſganoidis ſpecierum caules, foliis membranaceis nudati in Septentrionalibus *Hiberniæ* comeduntur, ubi *Tangle* vulgò nominantur, &

à

à pauperioribus avidè expetuntur, qui in maximis æſtuum receſſibus, arenis longè latéque nudatis, magno numero ad mare concurrunt, eóſque colligunt & manducant, ut & cochleas marinas, pectunculos, anguillulas & piſciculos quoſdam maculoſos ſub Fucis & Algis ibidem naſcentibus plerunque latitantes; in annonæ præſertim caritate, cùm alia edulia deſunt, ſpe rarò fruſtrata. Cæterum *Tangle* recentem colligere oportet, non æſtu maris ejecta, quóque juniore eſt eò melior, tenerior & ſapidior habetur: quinetiam recens avulſa comedenda eſt, non exſiccata *Delisk* in modum. Communicavit D. *Sloane.*

Cùm voces *Tangle* & *Delisk* ſeu *Duls* Hibernis & Scotis Septentrionalibus communes ſint, aliæque multæ, utrumque populum unam initio gentem fuiſſe conſtat.

Fucos omnes ſupradictos ſpecie revera differre non auſim fidenter aſſeverare, cùm ipſe omnes non viderim; & in nonnullis notæ, quæ Nomini Generico in titulis adjiciuntur, accidentalem potiùs varietatem quam differentiam ſpecificam (ut vocant) arguere videantur. Hujuſmodi ſunt *Fuci membranacei purpurei*, quorum & ipſe plures obſervavi varietates, quas ſpecie differre non exiſtimo.

Verùm peritis Botanicis qui eas viderunt diverſas affirmantibus potiùs aſſentiendum quàm mihi, qui nunquam viderim, eaſdem ſuſpicanti.

P. 75. Ad Quintam Cap. Sexti Speciem adde,

Hanc plantam D. *Boccone Muſei Phyſ.* p. 207. pro Filo maritimo *Germanico C. B. prod.* habet. Verùm color non convenit, qui huic neque vegetanti, neque ſiccæ (quod obſervavi) unquam nigricat, neque fila inter ſe complicata ſunt.

4. *Muſci marini, Lichenes, & Fungis ſimiles plantæ,* &c.

Muſcos voco plantulas parvas marinas, ſteriles quantum hactenus obſervatum fuit.

Muſcus marinus tenui capillo ſpermophoros ſeu Corallina muſcoſa *Petiverii.* Vide inter Corallinas.

Corallina fiſtuloſa flexilis, ſive Corallina geniculata mollis *Americana* ſegmentis latis & compreſſis *Pluk. Phyt.* T. 168. F. 4.

Muſcus *Iſlandicus* ruber pennatus, foliis mirè ferratis *Muſ. Pet.* 275. Plantula eſt pulcherrima, valde ramoſa, ramulis foliolis tenuiſſimis utrinque obſitis, & velut pectinatis, ut, in muſco terreſtri fili ciformi eventriculo Aſelli piſcis exemptus eſt à D. *Evans* Chirurgo in ora maritima *Iſlandiæ.*

Muſcus coralloides ſetaceus non ramoſus Doodii.

Tabulis navium adnaſcentem vidit. Muſco marino Equiſetiformi non ramoſo ſeu Vigeſimo, p. 79. Synopſeos noſtræ ſimilis eſt, verùm non geniculatus, ſed alternatim denticulatus.

Muſcus coralloides pumilus, denticellis bijugis Doodii.

Fucis frequenter adnaſcitur, minùs ramoſus, unciam longitudine non ſuperans.

Muſcus coralloides pumilus ramoſus Ejuſdem. Fucis variis adhæret. M. mar. capillaris brevior aliis adhærens albus & niger *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Corallina elatior ramoſiſſima mollis Ejuſdem.

Palmaris eſt vel dodrantalis, in plurimos ramos diviſa, quos ramuli regulares, folia minutiſſimè in cilia imitantes, circundant.

Muſcus Coralloides, mollis, elatior, ramoſiſſimus Ejuſdem.

Modo creſcendi priorem æmulatur: ramuli tamen ſeu cirri non geniculati, ſed obliquè denticulati conſpiciuntur.

Corallina viridis, tenuiſſima & ramoſiſſima, mollis Ejuſdem. **Common at Shepey Iſland.**

Muſcus marinus Goſſipio ſimilis *C. B.* Differre videtur à Filo noſtro maritimo Anglico.

Muſcus ruberrimus marinus *Mentz.*

Muſcus marinus niger capillaceus ramoſiſſimus Ejuſdem. Muſcus coralloides multifido capillaceo folio, Palmites pelagica nigra *Pluk. Phytogr.* P. 47. F. 10. Muſcus capillaceus multifidus niger *C. P.*

Corallinæ affini ſeu Muſco marino tenui capillo *J. B.* creſcendi modo adamuſſim quadrat, minimè tamen ſcrupoſus eſt, & colore nigerrimo. In litoribus *Anglicis* inter alia maris rejectamenta invenitur.

Lichen marinus tenuiſſimus Ejuſdem. Circa inſulam *Shepey* copiſimne.

Muſcus marinus non ramoſus, ſetis minimis vix conſpicuis obſitus. Biuncialis eſt, nec geniculatus, nec dentatus, ſetæ porcinæ craſſitudine.

Muſcus marinus plumiformis, ramulis & foliis denſiſſimis, capillaceis *Slon. Cat. Jamaic.*

Slon.

E baſi lata, lapidibus aliiſve ſolidis in fundo maris jacentibus adhærente, ad triuncialem circiter altitudinem aſſurgebat, in multos ramos diviſus eóſque in ſurculos & pinnas ſubdiviſos, brevibus teretibus foliolis, pilis vix craſſioribus è lateribus cauliculi ſeu mediæ coſtæ oppoſitis erumpentibus, glutini ſeu obſcurè cœrulei coloris, minimè ſcrupoſis, ut plumas exactè referrent; denſius autem ramoſi erant, & virgulis obſiti, hujus Muſci cauliculi, quàm cujuſvis Abietis marinæ dictæ ſpeciei quam mihi hactenus videre contigit.

In

In Insulæ *Maderæ* litus prope locum *Funchall* dictum ejectam hanc plantam inveni.

P. 81. Ad Cap. De Spongia.

Spongia Fungis proxima est, crassa, substantiâ molli & velut lanosâ, foraminulenta, vi elastica prædita, quæ aquam aliúmve quem liquorem facilè combibit & retinet.

Spongia marina maxima fistulosa muricata *Pluk. Phyt.* T. 112. F. 4. An Spongia ramosa fistulosa *C. B.* D. *Doody* communicavit.

Spongia ramosa fistulosa *Veneta Park.* Fucus marinus noster similis medullæ panis *Antonii Donati.* Inter alia maris purgamenta, ad pagum *Borth* in agro *Ceretecensi* invenit D. *Lhwyd.*

Spongia fluvicatilis ramosa fragilis D. *Bobart.* Fluviatilis anfractuosa, fragilis, ramosissima nostras *Pluk. Phyt.* T. 112. F. 3. In fluvio *Thamesi* juxta Swithens-Piers invenit D. *Bobart.*

Spongiæ ramosæ varietas Boccon. Tab. 50.

Spongia Novi Orbis texturâ laxâ, cincinnatâ, cylindri cavi figurâ ligneas virgas circumcingens *Pluk. Almag. Bot.* A D. *Woodward* habuit.

Spongia dura seu spuria major, alba, fistulosa, fibris crassioribus *Slon. Cat. Jamaic.* Quam descripsit 5 dig. longa erat, brachii crassitudine, intus concava, plana nonnihil & compressa, è filamentis composita, Alcyonii duri, &c. persimilibus, sed fortioribus lignosioribúsque, colore pallidiore, foraminibus majoribus pertusa. An ejus varietas sit, an planta specie diversa mihi non certò constat, diversam tamen esse existimo.

Spongia dura seu spuria ramosa altissima *Slon. Cat. Jamaic.* In vadis limosis juxta Pelican-Point propè Port-Royal urbem copiosè provenit inter corallia, unde particulæ à fluctibus abruptæ frequenter in litus vicinum ejiciuntur.

Alcyonio monstroso Clusii simillima videbatur, minor duntaxat, altior & ramosior erat, durior etiam, nec intus concava, in acumen desinens, exteriore superficie materiâ subluteâ lapideâ aut ligneâ obductâ.

Spongia dura seu spuria, superficie apicibus acutis extantibus asperata, intus cavernosa *Ejusdem.* An Spongia hircina Imperati? Cum aliis recrementis marinis in litus frequenter ejicitur circa *Jamaicam* insulam.

Texturâ suâ ad Spongias quamproxime accedit, durior tamen est; pugni magnitudine, lata plerunque & compressa, cavitatibus intus amplioribus quàm ut pollicem capiant, variarum figurarum, innumeris præterea foraminulis rotundis omni sui parte pertusa. Colore est quàm Spongia albidiore, superficie pluribus asperitatibus acuminatis, acicularum capitulis majoribus, reliquæ substantiæ similibus & concoloribus, nec intus cavis scabra.

Spongia minor & mollior, medullæ panis similis, fibris tenuissimis *Slonii.* Dubitat an sit Alcyonium Dioscorid. quartum, an quintum *Imperati.* An Fucus maximus noster medullæ panis similis *Antonii Donati?* i. e. Spongia ramosa fistulosa *Veneta Park.* p. 1305. de quo supra.

Textura sua ad Spongiam accedit, multò duntaxat tenuior est, teretiuscula & ramosa, alicubi gracilis, alibi crassior, ubi tubercula foraminibus rotundis excavata eminent. Color Spongiæ: fibræ quàm in aliis quibuscunque hujus generis tenuiores.

Spongia digitata fruticosa maxima Sicula *Boccon. Mus. Medic.*

Species isthæc plus pedem alta est, ramis pollicem crassis, oculatis aut foraminosis, circa *Drepanum Siciliæ* inventa.

Spongia ramosa coniformis *Boccon.* Tab. 40.

Spongia villosa D. *Grew Mus. Soc. Reg.* An Spongia specioſa, fibris tenuissimis è *Smyrna Mus. Pet.* 479. A D. *Gulielmo Clerk* chirurgo allatus est. Rarior est aliis Spongiæ speciebus & fibrillis tenuissimis rigidiusculis, tamen nec adeò mollibus.

Pila marina subrotunda, compressa, mollis D. *Sloane Cat. Jamaic.*

In litora *Jamaicæ* insulæ aut *Maderæ* ejectam reperit D. *Sloane.*

P. 81. & 82.

Speciem Quintam seu Alcyonium monstrosum *Clus.* & Sextam, seu Alcyonium Chirothecæ facie *ejusdem,* unam & eandem plantam facit D. *Sloane,* cui titulum inscribit, *Spongia dura seu spuria maxima ramosa, fistulosa.*

P. 83. Ad Octavam Alcyonii speciem seu. Bursam marinam *C. B.* adde,

Hanc speciem invenit D. *Williams* ad litus *Angliæ* cùm Algas indagaret: ut à D. *Petiver* certior factus sum.

Plantarum imperfectarum Genus Secundum, seu FUNGI.

Horum nota Generica esto, *Flore & Fructu carere.*

Non me latet Fungorum unam vel alteram speciem creditam, ut v. g. *Fungos calyciformes seminiferos,* fertilem seu frugiferam esse.

Verùm cùm in reliquis quæ Fungi definitionem complent, cum Fungis conveniant, nota autem certissima, convenientiæ genericæ, (ut alibi diximus) sit, plures partes & accidentia habere communia, ad Fungos nihilominus referendæ sunt. Siquis tamen ob hanc notam ad *Muscos* referre maluerit has species, cum eo non contendam. Cæte-

Cæterùm Fungum in *Hiſtoria Plant.* & *Synopſi Methodica* ſtirpium *Britannicarum* hoc modo negativè deſcripſi.

Fungus nihil fere habet commune cum Plantis perfectioribus : nec enim color ei herbaceus, nec textura analoga, nec conſiſtentia ſimilis, nec *Folium* proprie dictum, neque *Flos* ullus, *Seménve*, quòd hactenus certò conſtat. Breviſſimo temporis ſpatio plerique oriuntur, & brevis pariter ævi ſunt.

Nec color ei herbaceus] Objicit D. *Sherard*, obſervâſſe ſe ſpecies nonnullas capitulo viridi in libro depicto Fungorum in *Etruriâ* naſcentium : cujuſmodi unum in *Anglia* etiam invenit D. *Doody*. Reſpondeo, per colorem, &c. intelligere me colorem ordinarium, & pleriſque ſpeciebus communem herbaceum non eſſe, nec ſuperficiariam tantùm & in ſupinâ parte folii apparentem.

Nec folium propriè dictum] Objicit idem D. *Sherard*, in eodem Fungorum depictorum libro inveniri unum, quem & ipſe creſcentem vidit, qui capitelli loco 4 aut 5 partes folia Quercina referentes obtinet. Reſpondeo, partibus hiſce folii propriè dicti definitio non convenit, partem ſc. pronam à ſupina diverſam habere, &c. ideóque quamvis folia figurâ quadantenus referant, folia vera non ſunt.

Nec Flos ullus Seménve] Inſtat idem, Præter Fungum ſeminiferum *Mentzel.* Duas dari ſpecies à D. *Doody* obſervatas & inferiùs deſcriptas, item Tertiam à D. *Boccone* Muſ. p. 149. T. 108. titulo, *Fungi minimi lignoſi, diſco punctato.* Hujus (inquit) Diſcus totus punctatus eſt, qui ſi microſcopio inſpiciatur, apparebit foramen unumquodque ſeminis receptaculum eſſe, ut in Fructu *Fabæ Ægyptiæ*. Idem D. *Boccone* ſuſpicatur *Fungum ſuum typhoidem coccineum Melitenſem* ſeminiferum eſſe, quòd ſuperficies Plantæ adultæ globulis quibuſdam granulata ſit, qui ſemina ejus eſſe videntur. Verùm eodem jure *Fungum* ſuum *Siculum* ſubcæruleâ pulpâ ſeminiferum eſſe ſtatuere potuit, (inquit D. *Sherard.*) An granula hæc ſemina ſint nécne valde dubium & incertum eſt. Cæterùm quæ de viribus hujus plantæ ſcribit D. *Boccone*, medico à quodam *Maſſilienſi* ſibi confirmata fuiſſe nobis retulit D. *Sherard* prædictus, eoque medicum illum bono cum ſucceſſu in dyſenteria ſæpius uſum : à quo etiam habuit. Fungum illum in ora *Barbariæ* maritima frequentem eſſe, ad *Tingin* uſque, unde ſuum accepit.

Verùm ut demus unam vel alteram Fungi ſpeciem ſeminiferam eſſe (de quo tamen eſt cur quis dubitet) *Una Hirundo*, ut aiunt, *non facit Ver.*

Fungos in duo Genera dividemus, nimirum in *lamellatos*, ſeu quid analogum lamellis ſub capitulis pileolíſve habentes ; hoc eſt, quorum capitula duplici ſubſtantia conſtant ſuperiore & inferiore, quamvis inferior in lamellas diviſa non ſit, & *lamellis carentes*, ſive *arborei* ſint, ſive *terreſtres*.

1. *Fungi lamellati, tam terreſtres quàm arborei.*

P. 87. lin. 43. Hæc ſpecies quo minùs Fungus campeſtris ſeu Gallorum *Champignon* eſſe poſſit, obſtat magnitudo inferior, & lamellarum color, qui ſi ruber fuiſſet, proculdubio *Cluſius* ejus meminiſſet.

Circa Londinum autem . D. *Doody* obſervavit

Fungum eſculentum, pileo & lamellis albis, unà

Cum vulgari eſculento lamellis purpureis, cui guſtus parùm cedit.

P. 94. lin. 44. *Froſchen ſtuel*, id eſt, Sedes ranarum, *Germanis* dictus eſt hic Fungus, quòd Ranæ ei præcipuè inſidere conſpectæ ſint. Noſtratibus Fungi omnes in genere **Toads-ſtools**, id eſt, Bufonum ſedes ſeu cathedræ dictæ ſunt.

P. 98. Cap. 23. Ad Titulum adde, An potiùs Fungi noxii ſeptimi ſpecies ſecunda *Cluſ*?

P. 99. Cap. 28. *Adde*, Rubentibus cum albis diligentiùs collatis, eos inter ſe ſpecie differre invenio.

Fungis lamellatis adde ſpecies ſequentes

Fungus pileatus major, ſupernè coloris caſtanei, lamellis ſubtus candidis, caule maculato D. Sherard. In Comitatu **Down** *Hiberniæ.*

Fungus mediæ magnitudinis, pileolo ſupernè è ruſſo flavicante, lamellis ſubtus ſordidè virentibus. Plurimi ex eodem pede ſeu fundo exeunt, pediculo ferè palmari, non admodum craſſo, pallido ; pileo rotundo, duarum circiter unciarum diametro, ſupernè è ruſſo flavicante, circa centrum ſubinde rubente ac ſi uſtulatus eſſet, lamellis ſubtus crebris, ſordidè viridibus. Septembri menſe exit. Invenit & ad nos attulit D. *Dale*. Hujus nota eſt lamellas ſubtus virentes habere.

Fungi terreſtres noxii, pileati & lamellati, pediculis donatis, molles majores *Sterbeeck.* Ex Hiſtoria *Oxonienſi* D. *Bobart.*

Fungus hirſutus, marmoreus, ruber, pernicioſus 21. Sterb. Tab. 23. *A.* Ex rubro & albo colore marmoris inſtar ſtriatus & variegatus eſt, & caput amplum, rotundum, convexum, ſubtus lamellis liratum gerit.

Fungus umbilicoſus ruber pernicioſus 66. Sterb. Tab. 22. *F.* Latus eſt, & in medio umbilici in modum depreſſus, ſubtúſque lamellatus.

Fungus muſcarius turbinatus miniatus 64. Ejuſd. Tab. 22. *B. C.*

Fungus muſcarius ſubrufus, pediculo craſſo 65. Ejuſd. Tab. 22. *D. E.* In conum erigitur, ad oras profundè laciniatus eſt, craſſus, carnoſus, intus lamellatus, ſubrufo colore aut ad Aurantium vergente tinctus. In agro *Northamptonienſi* collegit D. *Bobart.*

Fungus rotundus ſulphureus Sterb. 79. Tab. 23. *I.* Latus eſt & compreſſus, ſulphurei coloris, margine circinato donatus.

Fungus fœcundus, colore lateritio, pernicioſus 56 Streb. Tab. 21 *B.*

Fungus maternus rufus pernicioſus 60. Sterb. Tab. 21. *F.* Fungus magnus eſt, orbicularis, nigricans, infernè lamellatus.

Fungus pernicioſus, inverſus, puſtulatus. 58. Sterb. Tab. 21. *D.* Superficie planus eſt, puſtulis verò inſignitus, & ad pediculum convexus & lamellatus.

Fucus croceus 74. *Sterb. Tab.* 23. Pediculus uncialis eſt, capitulum unciale, quodammodo reflexum, ſubtus lamellatum, omnino crocei coloris.

Fungus rufus lacerus fœtens 59. *Sterb.* Tab. 21. *E.* Nigricantis eſt coloris, in metam aſſurgit, & laciniis ſeu foraminibus longitudin raliter ſectus eſt.

Fungus molaris gracilis cinereus, utrinque lamellatus 83. *Sterb.* Tab 24. *A.* Pediculus gracilis, tenuis, altus, umbellulam ſuſtinet circinatam, cinerei aut griſei coloris, utrinque lamellatam & teneram, ſtriis à centro decurrentibus donatam.

Fungi magni faſciculoſi 106. *Sterb.* Tab. 25. *F.*

Fungi buxei faſciculoſi 104. *Sterb.* Tab. 25. *E.*

Fungus major, pediculo longo, modicè craſſo, lamellis albis creberrimis, ſupernè ad margines apparentibus.

Pediculus in majoribus ſeſquipalmari eſt altitudine, minimi digiti propemodum craſſitie. Pileus palmum latus, non admodum craſſus, lamellis ſubtus candidis creberrimis, quæ hoc rarum & ferè peculiare habent, quòd à margine ad pediculum uſque omnes indiviſæ extendantur, ut non plures ſint ad marginem quàm ad pediculum. Lamellæ etiam ad margines ſuperne apparent, ità ut margo ſtriata ſeu pectinata videatur: quibus notis ab alio quocunque fungo facilè diſtinguitur.

Locus. In ſylvis invenit, & ad me attulit D. *Dale.*

Fungi eſculenti 14ti. generis ſpeciei 2dæ. Cluſ. ſimilis, ſi non idem.

Cluſiano major eſſe videtur, pediculo breviſſimo, craſſo, capitulo ſurſum reflexo, ut coni inverſi ſeu infundibuli ſpeciem referat, margine non exactè circulari ſed in angulos excurrente. Color luteus & in adultis rufeſcens.

Locus. In ſylvoſis ab eodem D. *Dale* obſervatus.

Fungus minor, pileolo lato, ſupernè candido, lamellis ſubtus creberrimis, pallidè rubentibus, ſeu *incarnati* (ut vocant) *coloris.*

Pediculus huic brevis eſt & modicè craſſus. Iiſdem in locis ab eodem amico inventus.

Fungus ſordidè fulvus, capitulo in conum faſtigiato, pediculo longiſſimo, firmo, ſtriato.

Capitulum è cinereo obſcurè fulveſcit, & in conum non tamen acutum aſſurgit. Lamellæ albæ, non omnes à margine ad pediculum extenduntur, ſed quarta quæque, quod multis commune eſt. Pediculus in majoribus duos ferè palmos altus eſt, gracilis, ſed firmus, ſtriatus, hirſutus, obſcurè fulvus; quo ab aliis pleriſque Fungis diſtinguitur. Pileus ad unum latus plerumque inclinat. Fungus eſt pulcherrimus.

Locus. Iiſdem in locis ab eodem Amico inventus, & ad me delatus eſt.

Fungus paſcuorum mediæ magn. capitulo conico, lamellis bicoloribus, inferiore ſeu exteriore medietate rubentibus, ſuperiore nigris. Vere invenitur.

Per exteriorem ſeu inferiorem medietatem eam intelligo quæ ad marginem deſinit, per ſuperiorem eam quæ à pediculo incipit. Hæc nota nulli alii nobis hactenus cognitæ Fungi ſpeciei conveniens, hanc ab alia quacunque facilè diſtinguit.

Fungus verrucoſus, atrofuſcus Boccon. Muſ. Phyſic. in Indice ſculpt.

Fungus verrucoſus alter, ſeu *è fuſco ferrugineus Ejuſd. ibid.*

Fungus Boletus, fuſcus, baſi globoſa Ejuſd. ibid.

Fungus Boletus, violaceus, exitialis Ejuſd. ibid.

Fungus maximus, pileolo pyxidato D. Doody.

Quem ego (inquit) vidi pediculum habuit ferè ſemipedalem, capitulum 4 uncias plus minus latum, ſurſum pyxidis inſtar contractum. Non procul à *Cantabrigia* invenit D. *Chaplain*, qui refert majores plus ſemipinta *ſeu* ſextario dimidio continere:

Fungus parvus, ex luteo fuſcus, pileo per maturitatem inverſo D. Doody.

Inter muſcos in horto *Societatis* noſtræ *Pharmaceuticæ* & ædium *Lambethanarum* oritur.

Fungus arboreus mollis, multiformis D. Doodii.

Arboribus ſemper adnaſcitur. Subſtantiâ terreſtrium eſt: colore, magnitudine & formâ multùm ludit: Communiter capitellum lamellatum inſidet pediculo ad latus ejus ſito, aliquando pediculo caret, vel perbrevem obtinet, qui rarò ejus mediò inſeritur ad modum terreſtrium. In vivario & arboreto S. *Jacobi* ad *Weſtmonaſterium.* Color albidus eſt, & aliquando fuligine tinctus.

Fungus arboreus maximus poroſus, diverſimodè ſe dividens & protrudens D. Doody.

Grandis eſt, ad pedem unum vel alterum ſe extendens circa arborem, cui adhæret ſine pediculo. Variè dividitur, & in lobos ramificatur, imbricatim conſarcinatos. Infernè foraminula ſuperficie tenus obvia ſunt. An Fungus Intybaceus *J. B?* Fortè ſpecies Fungorum 130, fol. 139. *Steerbeck* Theatr. Fung.

Capitulum

Fungus maximus arboreus porosus, pediculo limbo affixo Ejusdem.

Capitulum subrotundum, pede latiore fultum, subtus foraminibus oblongis obliquis superficialibus insignitum; quod sustinet margini affixus pediculus, brevis, crassus, tenax. Ex caudicibus Ulmorum putrescentium duo tresve ab eadem origine oriuntur.

Fungus arboreus porosus minor, absque pediculo, semicircularis Ejusdem.

Tres circiter uncias latus est, semunciam crassus, semicircularis, foraminibus pluribus subrotundis insculptus.

Fungus coriaceus, pileolo latissimo atro-rubente, pediculo breviſſimo D. *Dale.*

Pileolus huic tenuis est, sed admodum lentus, duplici substantia, ut reliquorum hujus generis, constans, exteriore tenuissima, interiore non in lamellas divisa, sed è fibris cum rumpitur ligni pectines imitantibus, composita, unde minutissimis & visum fere fugientibus foraminulis punctata videtur.

Fungus arboreus holosericeus, infernè lamellatus.

Fungum Ceraforum dictum refert, & consimilibus coloribus variegatus est, lamellis subtus conspicuis ab eodem differt. A D. *Doody* & nobis etiam observatus.

Fungus arboreus holoser. foraminibus longis & rotundis insculptus D. Doody.

Hic à D. *Dale* pariter observatus, & ad nos delatus est.

Fungus arboreus villosus albus, foraminibus oblongis, semicircularis D. Doody.

Quatuor uncias latus, plus semuncia crassus est, nullo pediculo affixus. D. *Woodward* M. D. communicavit.

Fungus lacteſcens non acris Doodii.

Capitellum habet duas uncias latum, fuscum, pediculum brevem.. Apud *Belbar* non procul ab aquis medicatis *Northallensibus.* *Locus.*

Fungus lamellatus, pileolo lato tenui coriaceo compresso umbilicato. **Scotch-Bonnets.** D. *Robinson* observavit.

Circa vivarium ferarum, **Hyde-Park** dictum, non procul *Londino*, sub finem Octobris frequens. *Locus.*

Fungus medius, pileo muco æruginei coloris obducto, Doodii.

In horto Medico Societatis Pharmaceuticæ *Londinensis*, & in arboreto Regio S. *Jacobi* dicto, exit. *Locus.*

Fungus superficie murini coloris, lamellis albicantibus Ejusdem.

Capitellum habet circinatum, 3 uncias latum, lubricum, colore muris domestici; modicum carnis, lamellas satis profundas, pediculum crassum & brevem. Per maturitatem capitellum parùm invertitur. In argis *Chelseianis* prope *Londinum* invenitur.

Fungus parvus lamellatus, pectunculi formâ, Alno adnascens D. Sherard. In *Hibernia* vulgaris.

Fungus arboreus albus durus, lamellis instar lapidis Hæmatitis Ejusdem. Malo sylvestri adnascitur.

Fungus hirsutus albicans, lineolis nigris varius.

Pediculo longo, hirsuto, albo, lineolis nigris picto incumbit pileolus longus, conicus, hirsutus, albus, lineolis nigris in figuras lunulatas dispositis varius, subtus lamellis nigris striatus. Altitudo in icone picta palmaris aut major.

Fungus parvus candidissimus lamellatus, pediculo longo, gracili D. *Vernon.* In sylvis sub finem Autumni foliis vel lignis putridis adnascitur.

Fungus minimus, capitulo conico, rufescens, lamellis subtus paucis. In ædium tectis inter Muscos inveni. Parvitate sua & lamellarum paucitate ab aliis distinguitur. Huic similem, si non eundem, in locis paludstribus observavi.

Fungus minimus, è cinereo albicans, tenui & prælongo pediculo, paucis subtus striis. E furculorum ligneorum fractorum substantia ipsa emergit. D. *Dale* observavit & attulit.

Fungus minimus Adianti aurei pediculis [tenuissimis sci. & ex rufo nigricantibus] an Mithridaticus *Menzelii*? D. *Sherard.* Fungus caule nigro capillari, Androsaces capitulo *Bocc. Mus.* p. 143. T. 104. In bacillis ligneis putridis in fundo lacuum aut stagnorum veterum jacentibus.

Fungi non lamellati terrestres & arborei, variarum formarum.

1. *FUNGI PULVERULENTI, Crepitus Lupi dicti.*

1. *Fungus pulverulentus,* Crepitus Lupi *dictus major, pediculo longiore ventricoso, D.* Sherard. Pediculus ei crassus est, medio tumidus, semipedalis. In parte Septentrionali *Hiberniæ* variis in locis occurrit. Inveni etiam [hoc Anno 1700, mense *Octobri*] in sylvis *Badmingtoni* in *Gloucestria.* D. *Sherard.*

2. *Fungus pulverulentus,* Crepitus Lupi *dictus, pediculo longiore scabro D.* Sherard. *Fungus Lupinus cucurbitinus, cervice longa, scabra, grisea* Boccon. *Indice Mus. Phys. & experiment.* Recens vestibus adhæresit.

In *Hibernia* sub Pinubus **in Warings-Town** oppido in Comitatu **Down** invenit D. *Sherard.*

3. *Fungus pulverulentus,* Crepitus Lupi *dictus, calice stellato D.* Tournefort.

4. *Fungus pulverulentus,* Crepitus Lupi *dictus, coronatus & infernè stellatus D.* Sherard. Describitur in *Ephemer. German.* sub titulo *Fungi anthropomorphi.* In arenosis ad maris litus, ab orientali latere *Jerseiæ* insulæ invenit D. *Sherard.*

5. *Fungus pulverulentus, Coli inſtar perforatus, cum volva ſtellata D.* Doody. Per maturitatem volva ſeu folliculus diſcinditur in plures partes, & humi ſtratus ſtellam repræſentat, in cujus centro ipſe fungus orbiculatus, variis foraminibus pertuſus, è quibus pulvis exſilit.

Elegantem hunc Fungum *Septembri* menſe Anno 1695. invenit D. *Doody*, viâ à Crafoꝛd oppido ad Bexly-common in *Cantio* ducente.

6. *Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo inſidens D.* Robinſon. Martio menſe in agris circa *Londinum* invenitur.

7. *Fungus pulverulentus granulatus Virginianus D.* Baniſter. Pluk. Phytogr. Tab. 184. F. 7.

8. *Fungus pulverulentus Virginianus, caudice corallino, topiario opere contorto D.* Baniſter. Pluk. Phyt. T. 184. F. 6.

9. *Fungus pulverulentus pyriformis, fundo ſpongioſo ex Virginia D.* Baniſter. Ejuſd. ibid. F. 4. Fungi pulverulenti majoris, *Pfoffiſt* Germanis dicti, fundus pariter ſpongioſus eſt.

10. *Fungus pulverulentus compreſſus pediculatus, cortice craſſiori D.* Doody. Eſt illi pediculus breviſſimus, vix ſemunicam longus. Latitudo craſſitiem ſuperat. Cortex craſſus eſt & tenax, per totum pulvere repletus.

11. *Fungus orbicularis, per totum pulvere repletus* Ejuſd. An Fungus *Crepitus Lupi* dictus, pileatus parvus *Sterb.* 137? Omnino orbicularis eſt, cujus diameter unciam vix ſuperat.

12. *Fungus Lupinus veſicarius pyriformis, latiori baſe, leucophæus* Boccon. Indice Muſ. Phyſ. & Exper.

Hic certè ab aliis longè diverſus eſſe videtur, ſiquidem veſicâ cutaneâ undique incluſus ſit.

13. *Fungus Lupinus pyriformis cineraceus* Ejuſd. ibid.

14. *Fungus Lupinus pyriformis, albus ſcaber* Ejuſd. ibid.

15. *Fungus Lupinus globoſus luteſcens,* πολύῤῥιζος Ejuſd. ibid.

16. *Fungus Lupinus globoſus gilvus, ſquamis fuſcis variegatus* Ejuſd. ibid.

17. *Fungus Lupinus globoſus niveus, baſi latiore & ſeſſili* Ejuſd. ibid.

18. *Fungus Lupinus globoſus ſeſſilis, niveus, fœtidus* ἄῤῥιζος Ejuſd. ibid.

19. *Fungus Lupinus dactyloides veſicarius albus* Ejuſd. ibid.

20. *Fungus Lupinus oblongus albo-pallidus* Ejuſd. ibid.

21. *Fungus Lupinus minimus albus grandinatus* Ejuſd. ibid.

22. *Fungus pulverulentus, cute membranacea, ſubſtantiâ intus ſpongioſâ, pediculo brevi craſſiore, in oras ferè ducto D.* Plot *Hiſt. nat.* Stafford. Cap. 6. 4. p. 200. A D. *Gualter Aſhmore Tamworthenſi* prope *Packington* obſervatus, item à D. *Franciſco Wolverton* Armigero, in *Alrewas hays* prope fontem profundum.

23. *Fungus pulverulentus orbicularis, botryoides ſeu racemoſus* Pluk. Almageſt. Bot.

24. *Fungus pulverulentus ſeu ovatus, cum pediculis ramoſus* Ejuſdem ibid.

25. *Fungus Crepitus Lupi dictus* Virginianus *trifidus.*

26. *Fungus pulverulentus ſeu veſicarius parvus rubeſcens in ſummitate apertus & tuberculis rubris ſcaber.* E libro Fungorum depictorum á D. *Sherard* communicato.

27. *Fungus pulverulentus, pyriformis, in ſummitate apertus, fuſco & albicante coloribus varius.* Ex eodem libro. Præcedente major eſſe videtur. Plures ex eodem pede exeunt.

28. Fungus pulverulentus apertus orbicularis flavicans aut velut uſtulatus oris aperturæ laceris. Ex eodem libro. Hi ſolitarii ſunt.

29. Fungus pulverulentus craſſus, operculo lineis nigris decuſſatis Tabulæ ſcaccharię fere in modum picto. Pediculis cui operculum dictum imponitur valde craſſus eſt, albus, punctis nigri cantibus crebris ςιπλός. Ex eodem libro.

30. *Fungus pulverulentus craſſus, albicans, lineis nigricantibus crebris nullo ordine huc illuc ductis & ſibi mutuo occurſantibus pictus, in pediculum & capitulum æquæ fere magnitudinis & craſſitiei ruditer diviſus.* Ex eodem libro.

31. *Fungus clavatus albicans,* Italis *Piſtillori* dictus Boccon. Muſ. Phyſ. & Exper. 307. Fungi pulverulenti ſpecies eſſe videtur.

32. *Fungus veſicarius barbatus, albicans, maculis rubris creberrimis infectus.* Quinque aut ſex radices craſſas, (quas barbam autor noſter vocat) in terram demittit. Pediculus brevis craſſus capitulum ſuſtinet globoſum aut turbinatum.

Fungi cyathi, calicis aut acetabuli formâ.

Fungus cyathiformis major & elatior, ex fuſco albicans. Ex anguſto pede paulatim dilatatur, ad trium quatuórve unciarum altitudinem interdum aſſurgens, ore ſummo lato, triunciali alias, aliàs vix unciali diametro.

Fungus acetabuliformis ſcabioſus. Parvus eſt, brevis, ventrioſus tamen, tuberculis fuſcis ſcaber.

Fungus caliciformis pediculo nigro è monte Serado Muſ. Pet. 220. Pileolus inverſus eſt in formam calicis. Superne eadem colorum alternatione variegatus eſt qua Fungus Ceraſorum, eadémque eſt conſiſtentia, & textura cum illo.

FUNGI

FUNGI SEMINIFERI.

Fungus ſeminifer minor, fere hemiſphæricus D. Doody.

Hujus oræ, dum junior exiſtit, non ut in cæteris ſuæ ſortis contrahuntur, ſed operculo membranaceo obducuntur. In horto medico Societatis Pharmaceuticæ *Londinenſis*, & in Area D. *Plukenet* oriebatur.

Fungus ſeminifer, externè hirſutus, internè ſtriatus D. Doody.

Vulgari longior & anguſtior eſt. In horto Societatis prædictæ obſervavit, & ab *occidentali* etiam *Angliæ* plaga accepit D. *Doody*.

Fungus minimus lignoſus, diſco punctato *Bocc. Muſ.* p. 149. T. 107. Fungus iſthic valde exiguus eſt, lignoſus, nigricans, infundibuliformis, duas uncias Geometricas altus, diſco plano, per totum punctato, qui ſi microſcopio ſpectetur, unumquodque foramen ſeminis conceptaculum eſſe apparebit, ut in fructu *Faba Ægyptia* dicto. In *Burgundia* invenitur prope *Ciſtertienſium* monaſterium di *Mezero* dictum. Fungus minimus infundibuliformis, ſupernè nigris punctis notatus D. *Sherard*.

Fungi ſeminiferi ſemina ſeu grana in terræ rimas delapſa in Araneas longicruras evadere & tridui ſpatio in juſtam magnitudinem excreſcere tradit *Joan. Goedartius* Tractatu de Inſectis.

Hanc obſervationem (inquit D. *Jacobus Petiver*) ante tres annos à me lectam pro frivola & erronea habui. Verùm re diligentiùs perpenſa, cùm nullum alium Fungum ejuſmodi ſemina producere animadverterem, ínque libro quodam *Bonani* nuper edito eandem obſervationem de producto horum ſeminum confirmatam reperirem, aliquantulum labefactata eſt præconcepta opinio, & rem dignam exiſtimo quæ ulteriori examini ſubjiciatur.

Hoc mihi adeò abſurdum, & naturæ proceſſui in quavis generatione contrarium videtur, ut vel mille *Goedartiis* & *Buonanis* affirmantibus vix crederem.

Cæterùm Fungi ſeminiferi Deſcriptionem accuratam invenio in *Ephemer. German.* Ann. 16. Obſerv. 110. Titulo Fungi calycati diſciferi, à D. *Schellhammero* factum, Cauliculo (inquit) inhæret tenui, in extremo filamentum referente, firmo tamen. Simplex eſt, ut plurimum, ſed & triplicem uni inhærentem cauli notavimus. In principio non apertus eſt ejus calix, ſed gaudet operculo, ut globum in ſuperna parte nonnihil depreſſum exiſtimes: ubi verò ad maturitatem pervenit, deſilit illud operculum, ut inſpici calix poſſit. Reliqua cum deſcriptione noſtra conveniant. Hunc à nemine ante ſe deſcriptum falſò opinatus eſt D. *Schelhammer*.

FUNGI RAMOSI.

Fungus ramoſus minor, colore ſordidè flavicante D. Dale.

Altitudinem palmarem vix aſſequitur, ínque ramulos crebros ab imo ſtatim dividitur & ſubdividitur; non ſemper dichotoma diviſione, nam rami plerunque lateſcunt, & plures emittunt ramulos. Summi tamen ſurculi perſæpe bifurci ſunt. Invenit & communicavit D. *Dale*.

Fungus parvus luteus ramoſus D. Sherard. Altitudinem digitalem non ſuperat. In paſcuis *Leiceſtrenſibus* frequens. In *Eſſexia* etiam invenit circa *Felſted* vicum *Dalæus* noſter. D. *Bobart* in locis ſiccioribus circa *Oxonium*. Inter gramina breviora menſibus æſtivis ſe ſpargit.

Fungus ramoſus minimus, coloris Aurantii Ejuſdem D. Sherard. In cortice Fagi in *Anglia* frequens.

Fungus coralloides cineraceus erectior, ἐυζύγελαμμ. *Boccon. Muſ. Phyſic.* in Indice depictus p. 300.

Fungus ramoſus abietinus niveus *Ejuſd. ibid.*

Fungus ramoſus criſtatus, anguſtioribus lobis & criſpis *Ejuſd. ibid.*

Fungus lignoſus roſeus variegatus *Ejuſd. Muſ. Phyſic. & Experim.* p. 295.

Fungus ramoſus niger compreſſus apicibus bifidis *Pluk. Almag. Bot.*

Fungus ramoſus candidus C. *B.* Fungi ramoſi argentei *J. B.* Fungorum noxiorum 25. genus *Cluſ. hiſt.* At icon habetur *Hiſt. App. alt.* 121.

Fungus niger ſubularis, apicibus albidis D. Doody.

In omnibus cum nigro compreſſo convenit, præterquam ſummitate quæ in illa palmata eſt & digitata, in hac ſubrotunda & ſubulæ inſtar acuta, ſimplex & aliquando duplex, ab inferiore parte diviſus. D. *Carolus Du Bois* communicavit in horto ſuo apud Mitcham collectum.

Fungus ramoſiſſimus niger compreſſus, in cribrum veluti formatus D. *Bobart*. Inter corticem exolutum & lignum Ulmi vetuſti, in Horti ſolitudine S. *Jacobi* prope *Londinum* (inquit) chariſſimus frater *Tillemannus* hunc Fungum collegit.

Fungus niger compreſſus, variè divaricatus & implexus inter lignum & corticem Ejuſdem.

Subſtantiâ eadem eſt cùm ſuperiore, externè niger, internè albus, vix quadrantem unciæ latus, tenuis, compreſſus. Mirificè quidem inſinuabat ſe inter corticem & lignum Ulmi emortuæ in arboreto Regio S. *Jacobi*; ad pedes minimùm duos in longitudinem, totidémque in latitudinem.

Fungum

Fungum præcedenti ſimilem inter ſtipites & folia decidua ſe inſinuantem ex *Hibernia* attulit D. *Bonivert.* Ramuli ſubrotundi & fragiles nonnunquam coaleſcunt, quod præcedenti etiam commune eſt. Id quod nunquam hucuſque à me obſervatum fuit in alia quacunque planta terreſtri : in Pelagicis verò exempla non rarò occurrunt. D. *Doody.*

Fungus tenuis niger ramoſus Ejuſdem.

Subſtantiâ eſt priorum. Ad palmarem longitudinem excreſcit, ramoſus, craſſitudine fili emporetici minoris : In cellis arcuatis *Londinenſibus* invenitur.

Fungus fimoſus niveus ramoſiſſimus mollis D. Petiver. In cellariis fimo Felino innaſcens Autumno invenitur.

Fungus arboreus Virginianus, platyceros, D. Baniſter, *Plukenet Phytogr.* Tab. 184. F. 4.

Fungus niger minimus ramoſus capillaceus D. Doody.

Corallinæ affinem, ſeu *Muſcum marinum tenui capillo J. B.* ſimulat. In cella arcuata domûs meæ. D. *Doody.*

FUNGI MISCELLANEI.

Fungus membranaceus expanſus Ejuſdem. *D.* Doody.

Ejuſdem ſubſtantiæ eſt cum *Fungo Sambucino* : Verùm ille in pyxides corrugatas formatur ; hic autem expanditur ad palmarem formam, ſc. pro ratione loci ubi creſcit, ubique corrugatus. Oræ univerſæ ſubtus holoſericeæ videntur. In horto Pharmaceuticæ Societatis *Londinenſis.*

Fungus tenuis, ceræ flavæ ſimilis, ventricoſum mortarium referens, Romanus Boccon. *Muſ. Phyſic.* in Indice ſculptus.

Fungus jecorinus prætextatus ſanguineus criſtatus Ejuſd. ibid.

Fungus carnoſus niveus globoſus adamantinus ; in montibus *Feltrinis. Ejuſd. ibid.*

Fungus Autumnalis biſculcus velut Apex flaminis Plinii *Mentz.* Tab. 6. Externè planus eſt & mitram Epiſcopalem ſulcata diviſione referens apparet. In pinaſtretis Marchionatûs *Brandeburgici* collegit Auctor.

Fungus albus, ovum referens. D. Doody.

Figura ei & magnitudo ovi Gallinacei, cujus oræ ſphinctere coactæ caulem amplectuntur (qui ſatis longus eſt) nec ante ab eo ſeparantur quàm juſtam magnitudinem aſſecutus fuerit : tunc verò ſtatim putreſcit, ejuſque liquor ſtillatitius niger atramenti loco inſervire poteſt. In agris *Chelſeianis* prope *Londinum.*

Fungus arboreus albidus maximus ſeu *Agaricus ſpurius* Ejuſdem.

Irregulariter *Agarici* modo creſcit. Fruſtulum ſolummodo penes me eſt, quod exſiccatum jam pendet libras tres.

Ni malè memini prope *Baterſea* ex trunco Salicis habui.

Fungus arboreus maximus fuſcus, ſubtus planus Ejuſdem.

Lateraliter Ulmo adhærentem prope *Epſham* in *Surreia* invenit D. *Plukenet* M. D. Latitudo ei pedalis; duas circiter uncias craſſus erat, ſuperficie inæquali, & lineis ſemicircularibus notata. A Fungo pedem equinum referente planè differt. Obſervavi a. multo minorem, quem diſtinguere non potui.

Fungus arboreus maximus ligneſcens, quodammodo ramóſus, intus citrino colore perfuſus *Pluk. Almag. Bot.*

Fungus arboreus maximus ligneſcens, quodammodo ramoſus, intus citrino colore perfuſus *Pluk. Almag. Bot.*

Fungus arboreus villoſus, infernè planus D. Doody.

In arboribus & lignis ſe diffundit, marginibus uncialibus extantibus, imbricatim diſpoſitis. Color infernè & ſupernè multùm variat.

Fungus arboreus purpureus corrugatus Ejuſdem.

Superioris modo lignis adhæret ; oræ a. quæ purpureæ ſunt, vix elevantur, adeò ut rugoſus ſolummodo apparet. Subſtantia mollior eſt.

Fungus arboreus major aureus, nullâ membranâ ſupernè tectus Ejuſdem.

Sex circiter uncias latus eſt, duas craſſus, ſupernè pulchrè rubri coloris, Tageti minori ferè ſimilis, nullâ membranâ tectus. Fibrillæ ſericum levidenſe piloſum, **Velvet** dictum, ad amuſſim referentes cernuntur : infra non foraminoſus ſed punctatus eſt, citrini coloris, ſubſtantia molli : deſecta Rhabarbarum repræſentat.

Fungus palmatus præcox albo-gilvus criſtatus *Boccon. Muſ. Phyſic. & Experimental.* in Indice.

Fungus major carnoſior dendroides criſtatus *Ejuſd. ibid.*

Fungus globoſus albus, ſquamis ſuſcis, pulverulentus *Ejuſd. ibid.*

Fungus globoſus niveus *Ejuſd. ibid.*

Fungus globoſus lævis pallidus *Ducis Poli Romæ Ejuſd. ibid.*

Fungus globoſus grandinatus *Italicus Ejuſd. ibid.*

Fungus ſetaceus *Ejuſd. ibid.*

Fungus muſcoſus albus, villis pallentibus *Ejuſd. ibid.*

Fungi à D. *Boccone globoſi dicti Fungi Lupini Species eſſe videntur.*

Fungus ſanguineus ſphæricus *Boccon. Muſ. & Experiment.* in Indice.

Fungus erinaceus albus eſculentus, in ſylvis *Tuſculanis Ejuſd. ibid.*

Fungus

Fungus gelatinus dentatus, Sabinæ adnaſcens, fulvi coloris D. Doodii.

In horto Societatis pharmaceuticæ *Londinenſis.*

Fungus violaceus, Herpetis modo lignis irrepens Ejuſdem.

Fungus coccineus minimus, capitello ſphærico, liquore flaveſcente repleto D. Richardſon Ejuſd.

Fungi pernicioſi non lamellati *Sterbeeck.* Ex Hiſtoria Oxonienſi D. *Bobart.*

Fungus craſſus, rugoſus bufonites 76. *Sterb.* Tab. 22. *F.* Pediculus eſt biuncialis, craſſus: capitulum magnum, craſſum, ex protuberantiis globoſum, ſupernè maculis ad inſtar lapidis Bufonitis inſignitum.

Fungus aquilo-cineraceus, pernicioſus, tuberoſus, 77. *Sterb. Tab.* 23. *G.*

Fungus ovatus ſulphureus fœtidus 80. *Sterb. Tab.* 23. *K.* Pediculus ei eſt biuncialis & triuncialis, membranulis tripliciter quaſi ocreatus: capitulum erigitur ovale, ovi Anſerini magnitudine, fœtidum.

Fungus geminus purpureus 67. *Sterb.* Tab. 22. *G.* Brevis eſt & orbicularis; at ex pediculo alter minor aſſurgit.

Fungus parvus violaceus marmoreus pernicioſus 72. *Sterb. Tab.* 23. *B.* Capitulum habet tuberculoſum, inæqualiter globoſum, Juglandis magnitudine, ſtriis marmoreis à pediculo ad medium uſque maculatum.

Fungus ſive Fradellus parvus, ſulphureus pernicioſus 73. *Sterb. T.* 23. *B.*

Fungi cavi faſciculoſi 100. *Sterb. Tab.* 25. *A.* In faſciculum congeſti ſunt: capitulorum longorum margines laxè dependent, ſubſtantia tenui.

Fungi faſciculoſi fuſci 100. *Sterb. Tab.* 25. *B.* Capitula rotunda fuſca ſunt.

Fungi faſciculoſi colore carneo & luteo mixto 102. *Sterb. Tab.* 25. *C.* Præcedentis in modum rotundi ſunt.

Fungi faſciculoſi rufi coloris 143. *Sterb. Tab.* 25. *D.* Globulares etiam ſunt, ſed non aperti.

Fungi faſciculoſi ſtultorum cucullos referentes 108. *Sterb. Tab.* 25. *H.*

Pſeudo-ſpongia fungoides fulva, lignis adnaſcens D. Doody.

Fungus barbatus fœtidus à D. *Baniſter* è Virginia miſſus, à D. *Plukenet* Tab. 104. F. 10. ſculptus, cujus ſuperiùs meminimus, cum jam dicto idem eſt, vel illi proximè affinis. Fibræ à centro parùm contortæ tendunt & ad marginem terminantur, an Fungus ſpongioſus max. aq. &c. D. *Robinſon*? *Idem.*

Fungus pedem equinum referens, ſubtus foraminoſus D. Doody.

Vulgaris ſubtus planus eſt, fuſcus, planè ligneus; hic verò pallidior & mollior.

Fungus arboreus, rubens, carnoſus, hepatis facie Ejuſdem.

Caudicibus adnaſcitur, nunc ſimplex, nunc in duos vel tres lobos diviſus. Exteriùs obſcurè rubeſcit, intus albet, rubedine nunc ſaturatiore, nunc dilutiore tinctus, ſubſtantiæ mollis & non ingrati ſaporis. Primum prope **Hally** vicum in *Cantio* inveni: poſtea pulchram plantam à D. *Chaplin* accepi in *Suffolcia* collectam.

Fungus foraminoſus arboreus lævis albiſſimus Ejuſdem.

Hunc ſubſtantia & color ab aliis ſatis diſtinguunt. Albiſſimus enim eſt, lævis, friabilis, exſuccus, externè dilutè rufeſcens, frequenter in varios lobos diviſus, imbricatim diſpoſitos. In ſylvis quibuſdam *Surreiæ.* Eundem etiam à prædicto amico accepi.

Fungus membranaceus, acetabuli modo cavus, coccineus, criſpatus, Ejuſdem.

Pediculatus eſt, intus coccineus, lævis, extra pallidus, criſpatus, corrugatus & aliquando laciniatus.

Fungus minimus ſcutellatus, coloris Aurantii D. Sherard. In fimo vaccino veteri.

Fungus albus minimus trilobatus, ſine pediculo, foliis Quercinis adnaſcens D. Vernon. In ſylva **Madingley** prope Cantabrigiam.

Fungus fontanus purpureus elegans D. Vernon.

Tota planta formari videtur ex uno tereti pediculo. In hoc quoque ſingularis eſt, quòd graminibus aquis innatantibus ſemper adnaſcitur. Circa **Gamlingay** oppidulum in argo *Cantabrigienſi.*

Fungus ſpongioſus niger reticulatus, doliolis vinoſis adnaſcens. D. Doody.

Fungus niveus aqueus, lignis cellarum vinariarum adhærens.

A D. D. *Tancredo Robinſon* Eboraci obſervatus in Cellario D. *Sory* Oenopolæ, ubi à tignis & trabibus dependebat ad inſtar vellerum puriſſimæ lanæ aut nivis. Soluti & calore exſiccati ſubſtantiam poſt ſe relinquunt fungoſam, quæ igni injecta crepitat, initio autem calore velut fuſi, in lentam & membranaceam quandam materiam odoris fungoſi abeunt.

Fungi Sterbeeckiani diverſorum Generum ex Hiſtoria Oxonienſi D. *Bobart.*

Fungus lignoſus aureus ſive Querci Fungus 116. *Sterb. Tab.* 27. *B.*

Non ſolùm è Quercuum truncis enaſcitur, ſed Quercus aut Lichenis in modum diviſus eſt.

Fungus meſentericus 124. *Sterb. Tab.* 27. *J.* Ex arboribus putridis frequens naſcitur: rotundus, durus, ligneus eſt, interdum ex fuſco ſubluteo & ſubpurpuraſcente colore variegatus, alter alteri incumbens meſenterium ſatis repræſentat.

Fungus criſpus lignoſus 125. *Sterb. Tab.* 27. *L.* Præcedenti convenit, magis tamen criſpatus eſt.

Fungus lignoſus campanulatus, 123. *Sterb. Tab.* 27. *I.* Pediculo adnaſcitur unciali, cui inſidet capitulum ſatis magnum, campanam ore ſurrecto referens, quodammodo rugoſum.

Fungus

Fungus albus Saligneus colore Iridis 118. *Sterb. Tab.* 27. D.

Fungus rugoſus, in longitudinem excreſcens, metæ inſtar, aut pilei ſive petaſi Germanici *longioris qui limbo caret* 69. *Sterb. T.* 10. *D.*

Fungus rugoſus compreſſus, radicem Ariſtolochiæ rotundæ referens ſive tuberans. 70. *Sterb. Tab.* 9. 3.

Fungus cavernoſus niger major 71. *Sterb. Tab.* 10. E.

Fungus cavernoſus Sphærocephalus aureus 72. *Sterb. Tab.* 10. F.

Fungus cavernoſus anguſtior pyramidalis acutus 73. *Sterb. Tab.* 10. *H.*

Fungus fœcundus, colore lateritio pernicioſus 56. *Sterb. Tab.* 21. *B.*

Fungorum cyathiformium duas tréſve ſpecies invenio inter icones Fungorum pictas, quas D. *Sherard* donavit R. P. Don *Bruno Tozzi*, monachus Valombruſanus è monaſterio di *Ripoli.* vid. p. 20.

Fungus arboreus, acetabuli modo cavus, coccineus, marginibus piloſis D. Sherard. Semunciam non plus latus eſt, totus coccineus, nigris rigidis ſetis ad margines cinctus.

Junio menſe in Quercubus putridis in *Kilwarlin* propè *Hillsborough* in *Hibernia* invenit Autor.

Fungus coriaceus quercinus hæmatodes Breynii. Hibernis *Oakleather* dictus.

Hunc ruſtici colligunt & reponunt ad ulcera ſananda, fruſtulo loco affecto impoſito, referente D. *Sherard*, qui eundem etiam in Anglia reperiri ſibi perſuadet. Imo à D. Dre *Eales* ex *Hartfordiæ* Com. ad me miſſus eſt.

Fungus digitatus minor Merrett. pin. Piperi Æthiopico ſimilis, Hypoxylon excrementum ligni putridi fungoſum digitatum *Mentzelii.*

A D. Dre. *Sherard & D. Dale* in vetuſtis aſſeribus inventus eſt in *Anglia. D. Doody* frequentem occurrere ſcribit in vicis & areis *Londinenſibus.*

Fungus ſpongioſus maximus aqueus, è Fraxinorum truncis exſudans. A. D. *Tancred Robinſon* M. D. Ad *Rocliff* pagum prope *Eboracum*, atque etiam in *Surreia* inventus.

Fungus rotundus planus, ligno prutrido adnaſcens Gelatinæ inſtar D. Sherard LL. D.

Fungus Semiorbicularis niger Dod. v. icon. *Mentzilii.*

Fungus arboreus pyxidatus, coloris intus ferruginei D. Sherard.

Fungus Scutellatus niger punctatus. In corticibus Salicum vetuſtarum frequens. *D. Sherard.*

Fungus minimus candidus abſque lamellis, D. Sherard. In interiore ſeu concava ſuperficie Quercuum cavarum prope fundum ubi frequentiores ſunt. Altitudine ſunt circiter digitali, pileoli diameter $\frac{1}{2}$ digiti æquat : lamellæ nullæ conſpicuæ ſunt.

Hunc eíve ſimilem invenit nobiſque oſtendit *D. Dale*, in Hederæ foliis aridis naſcentem, pediculo longo, tenui, rubente, capitulo non lamellato, verùm 5 velut nervis à pediculo ad circumferentiam excurrentibus radiato.

Fungus Tubæ Fallopianæ æmulus. A D. *Vernon* inventus in ſylva quadam in Com. *Hartfordiæ.*

Fungus arboreus, lobis rubellis diverſimodè figuratis & punctatis D. Robinſon. In ſtipitibus veterum ulmorum inventus.

Fungus (ex ſtercore equino) capillaceus, capitulo roſido, nigro punctulo in ſummitate notato Pluk. Phytogr. *Tab.* 116. *F.* 7. **Mr. Baniſter's Virginia Muſhrome with dewy heads.**

In Catalogo *Virginienſium D. Baniſter* Hiſt. noſt. p. 1928. exhibetur. Circa *Londinum* in ſtercore equino obſervavit D. *Petiver.*

P. 104. Poſt Fungum ophiogloſſoidem inſerantur *Fungi clavati:* ſcil.

Fungus clavatus, albicans, Italis *Piſtillori* dictus *Boccon. Muſ. Phyſ.* 307. Nos inter ſpecies *Crepitûs Lupi* ſuperiùs recenſuimus.

Fungus *Mazza di Ercole* dictus *Boccon. ibid.* inter depictos. Hunc (inquit *D. Sherard*) in pineris inter *Norimbergam* & *Auguſtam Vindelicorum* ſæpiùs inveni. Fortè Funguli clavati ex gracili caule paullatim craſſiores redditi, ad digiti minimi fere longitudinem accedentes *Hoffman. Flo. Altdorf* deliciæ *D. Sherard.*

Fungus minimus clavatus D. *Sheriard.* Inter muſcum & ſtipites ad altitudinem trium quatuorve digitorum aſſurgit, pediculo fere capillari, è fuſco pallente verſùs ſummitatem craſſeſcente clavæ Typhæ inſtar. Clava uncialis pediculo tenerior & albidior eſt. Inveni in Sylvis prope *Badmington* in agro *Gloceſtrenſi*, menſe Octobri copioſé.

Fungis congener Acetabulum petræum, ſeu Fungus minimus petræus orbiculatâ cruſtâ compoſitus *D. Lhwyd* in *Synopſi noſtra* Stirp. Britan. exhibitus ex obſervatione *D. Doody* nihil aliud eſt quàm Scyphulus albus Muſci leproſi : Datur enim alia ſpecies Scyphulo nigro, priore minor.

FUNGI

FUNGI PHALLOIDES.

Fungus Phalloides *Virginianus* glande teſſellato *D. Baniſter ejuſdem Almageſt. Bot. At* Phalloides vulgaris *glandem habet teſſellatam.*

Fungus Phalloides *Batavus,* pileo laciniato & veluti criſpo 140. *Sterb. Tab.* 30. Phallus Hollandicus *Park.* Theat. 1323. Hunc Fungum deſcripſit & depinxit *Hadrianus Junius* in Tractatu ſeparatim impreſſo *Lugd. Bat.* 1564. & *Delphis.*

Fungus phalloides *Gallicus* pileo rugoſo 141. *Ejuſdem.* Tab. 30. *H. I.*

Fungus phalloides major *Germanicus,* pileo corrugato 143. *Ejuſd.* Hæ ſpecies, ſi modò inter ſe differant, nobis certè incognitæ ſunt.

Fungus phalloides parvus ſeu Penis caninus *Virginianus D. Baniſt. Pluk. Phyt. Tab.* 184. *T. C.*

Pag. 110. Ad Sectionem De Fungis Subterraneis ſeu Tuberibus.

Tubera *J. B. C. B.* in *Anglia* noſtra ſponte provenire certum eſt. Medicus eruditus D. *Hatton* de *Harborough* in agro *Leiceſtrenſi* ea primus detexit *Ruſhtoni* in *Northamtonia.* Vid. *Act. Philoſoph. Londin.* N. 202. p. 824.

Fungus in ſaxis proveniens *C. B.* 33. Fungi ſupra lapides *J. B. Tartufi fungari* ſeu Fungus petroſus *Imper.* Tanta interceſſit quondam gratia Fungis cum menſis in *Italia,* ubi eorum frequentiſſimus eſt uſus, ut *Neapoli* inventi ſint lapides, qui defoſſi, & in cellas vinarias tranſlati, terrâ aliquantulum operti, & ſubinde tepidâ aquâ inſperſi, intra quatriduum Fungos non ingratos procreârint. *J. B.* Alii Fungorum proventui 8 vel 10 dies aſſignant. Imperatus Tubera hæc Fungifera conſiſtentia congeneri & ſimili eſſe cum Tuberibus eſculentis ſcribit, ſed duriora magiſque fibrata. Magnitudo horum multiplex, & ſunt qui centenarum librarum pondo ſuperant.

Marcus Aurelius Severinus integrum Tractatum ſcripſit De Lapide hoc Fungifero & Fungi mappa ad finem *Fieræ Cæna* cum notis *Caroli* Arantii impreſſum *Patav.* 1649. quem conſulat qui plura velit. Liber nobis ad manum non eſt.

E Libro Fungorum depictorum quem à *D. Bruno Tozzi, Monaco Valombroſano, del monaſterio di Ripoli vicino à Firenze* accepit *D. Sherard.*

Fungi porcini lutei venenoſi.

Pediculus in ventrem magnum intumeſcit, eſtque ſatis longus. Pileolus parvus eſt, nullis ſubtus lamellis in icone pictis.

Fungus brizzatus madidus.

Capitulum huic hemiſphæricum, ſupernè albicans, maculis nigris crebris pictum; ſubtus flaveſcens, nullis apparentibus lamellis. Pediculus longus, gracilis pro capituli magnitudine.

Fungus in ſterquiliniis naſcens, prateolis ſimilis.

Radicem altè in terram demittit, ſimplicem, ſurculoſum; cujus capiti inſidet Fungus conicus, è lata baſi in apicem acutum paulatim contractus, in lobos plures ſecundùm longitudinem diviſus. Color albicans cum tantillo flavedinis.

Fungi plurimi ex uno pede, albicantes; pediculis longiſſimis, tenuibus, tuberculis nigris ſcabris, capitulis longis, in conum acutum faſtigiatis. Lamellatus eſt lamellis ſubtus nigris. Pediculi ſeſquipalmares ſunt valdè graciles. *Piſcia Cani* Italis dicitur.

Fungus pro capitulo laminam longam latam, multipliciter lacinaitam & convolutam, intus punctis rubris creberrimis pictam emittens, calice ſquamoſo exceptam. *Fuoco ſelvatico roſſo* Italis. Alius huic ſimilis colore duntaxat differens in eodem libro depingitur, qui *Fuoco ſelvatico bianco* denominatur. Color laminarum albus eſt exterius, interius maculis nigris pictus. Calicis ſeu volvæ ſquamæ albicant. Pediculus gracilis eſt.

Fungus pro capitulo laminas aliquot laciniatas, folia Querna imitantes, emittens. Color huic albicans.

Huic ſimilem invenit D. *Sherardus* ad ripam fluminis *Arni* inter Populos, ſupra & prope *Florentiam* Maii 8vo. 1699. Quatuor in ſummo alas ſeu partes habet, ad centrum conjunctas; quæ lineæ ſeu nervo medio, pediculo adnectuntur: Separatæ ſeu avulſæ ovalis propemodum figuræ ſunt. Pediculus intus cavus eſt.

Fungus *Ammazza moglie* Italis dictus.
E maximis est, Capitulo lato, supernè colore sordidè rubenti, viridi & albicante, variè commixtis infecto, subtus lamellis crassioribus, sordidè rubentibus striato. Plures ex uno pede exeunt.

Fungus lamellatus parvus capitulo albo vertice nigro, duplice etiam circulo nigro inferius picto.

Fungus lacteſcens, pileolo inverso in formam cyathi.
Albus est, lamellis crassis fuscis, pediculo brevi, crasso.

Fungus pediculo brevi, ventricoso, crassissimo, lineis fuscis creberrimis sibi invicem occurrentibus exarato ; pileolo supernè fusco, subtus luteo, non lamellato.
Altitudo vix palmaris. Hic etiam *Fungus Porcinus* Italis dicitur.

Fungi ex uno pede plurimi, pediculis longis, albis, inferiora versùs crasseſcentibus ; capitulis parvis, inversis, striatis, supernè fuscis, subtus luteis *Famigliole non spigate.* Ital.

Fungus viridis : Pediculus infernè ad radicem crassus est & ventricosus : Capitulum supernè viride, subtus lamellis fuscis creberrimis striatum, satis magnum.

Fungorum laminarium, Cerasscinis similium. *Linguæ* Italis dictorum variæ species ut v. g.

1. *Linguæ nigræ* dictæ, extrema circumscriptione sinuatæ, aliæ aliis imbricatim incumbentes, lineis nigris, latis, utrinque velut dentatis laminarum marginibus parallelis, variegata.
2. *Linguæ crispæ.* Oræ extremæ velut crispæ sunt, & linea tenui nigricante cinctæ ; & inferius in superficie laminæ plures flexuosæ lineæ nigræ, & pulvereæ transversæ dicuntur.
3. *Linguæ maculis purpureis oblongis pictæ. Pellicea da Re,* i. e. Paludamenta Regia Italis. Tota superficies ex albo purpurascit, & maculis saturatioribus purpureis, conicæ figuræ, ex lineis in unum punctum coeuntibus compositis, paludamenti Regii ferè ad instar, pingitur.
4. *Linguæ squamatæ.* Squamæ acuminatæ sunt, ad exortum nigricantes, mediâ parte albæ, margine limbo ex lineolis nigris propemodum contiguis cincto.
5. *Linguæ transversis lineis diversicoloribus variegatæ, Rigate* Italis. Colores sunt cæruleus, albus, ruber, fuscus, quibus tota Fungi superficies pulchre depingitur.
6. *Linguæ foliatæ.* Ex pluribus partibus folia querna referentibus componuntur, colore rubente.
7. *Linguæ pilosæ.* Color albicans, lineis latis, pulverei coloris circularibus, parallelis distinctus ; per totam superficiem pilosus est hic Fungus.
8. *Linguæ crispæ diversicolores* sinuatæ. Ora extremæ limbo ex cærulæo, albo & nigro coloribus mixtis cinguntur. Media laminarum pars flava est, lineolis transversis arcuatis fuscis varia ; ima fusca.
9. *Linguæ ex pluribus velut Spathulis* albis, sordidioribus lineolis striatis, extremitatibus subrotundis pilosis compositæ.
10. *Linguæ glabræ molles.* Margines sinuatæ sunt, lineâ è punctis nigris compositâ cincti ; Media pars albicat obscuriore colore obfuscata.

11. *Fungus* lingua *dictus pediculatus.* Pediculus velut plexus funiculum quendam refert, pro capitulo laminam ad oras laciniatam gestans, colore è rubente, albicante, nigricante mixtis seu lineis horumce colorum è flexuosis composito.

Plantarum Imperfectarum Genus Tertium, seu
MUSCI TERRESTRES.

Horum notæ characteristicæ sunt Floris absentia & peculiaris quidam plantæ habitus, & textura, qua unicuique è medio vulgo facilè percipi & discerni potest, ab eruditis tamen & exercitatis Botanicis verbis exprimi nequit.

Objicies, E plantis perfectioribus nonnullas flore carere, quin & muscorum species nonnullas eo gaudere, ut v. g. *Lycopodium.* Quocirca flore carere muscorum nota generica esse non potest, cùm nec omnibus, nec solis conveniat.

Respondeo, notum hanc per se non sufficere ad Muscos determinandos, sed cum concursu aliorum v. g. Texturæ Habitus, consistentiæ, & totius faciei externæ.

Muscorum non secus ac aliarum imperfectiorum plantarum species numerosissimæ sunt, ut earum nè decimam quidem partem à Botanicis qui ante nos scripserunt observatam & descriptam existimem. At neque quæ qualitercunque traduntur, vel nominibus solis cum paucis epithetis, vel brevibus descriptiunculis additis, ordinatè disposita sunt, & ad proprias

Classes

Classes seu Genera relatæ. Quocirca operæ pretium me facturum existimavi, si omnes vel à memetipso observatas, vel ab amicis communicatas in Classes & Genera distributas, notisque certis & characteristicis definitas Lectori exhiberem.

Musci in genere dividi possunt in 1. *Steriles* seu semine viduos, & 2. *Fertiles* seu seminiferos.

I. *MUSCI STERILES SEU SEMINE VIDUI.*

Muscos hosce semine prorsus viduos esse non ausim asseverare; siquidem plerique orbiculos proferant, quibus semen inesse verisimile est.

I. *Musci terrestres Steriles.*

P. 112. Cap. 1. Ad Muscum Filicinum nota.

Hanc speciem capitula musci terrestris vulgaris similia proferre observavit D. *Petiver*, ideoque hinc removendus, & ad Muscos seminiferos transferendus est. Datur etiam minor hujus species, quæ 2. *C. B. prod.*

Ibid. Muscus denticulatus major semina profert in spica unciali, Lycopodii instar D. *Sherard.* Ad Muscum denticulatum minorem *C. B.* adnotat D. *Petiver.*
Hujus Musci specimina habeo, seminibus onusta in extremitate uniuscunque ramuli sitis ad insertionem foliorum, ad similitudinem iconis quam exhibet D. *Plukenet*, Tab. 47. F. 7. pro *Musco terrestri erecto minori polyspermo* tuo, quæ quamvis hunc non bene repræsentet, nostro tamen illi exactè convenit, qui idcirco non ineptè ad *Muscos clavatos* sive *Lycopodia* referri posset.

P. 117. Ad Lichenem terrestrem cinereum nota.

D. *Petiver* in hujus foliorum apicibus peltas seu maculas ferruginei coloris observavit, quas vascula seminalia esse rectè judicavit.
Cæterùm muscus istic adversùs morsum canis rabidi egregium est medicamentum, tradente D. *Bobart* in *Hist. Oxon.* p. 632.
Addantur species sequentes.

Muscus montanus coriaceus, ramulis inordinatè dispositis D. Vernon.

Concavus est, & matureſcens ventorum flatibus dispergitur. D. *Doodio* Corallina montana tubulosa, ramulis inordinatè expansis dicitur. Ramuli crassiores, duriores, minùs cavi, diversimodè expanduntur. D. *Tilleman Bobart* in montosis *Oxonienſibus Chiltern* dictis invenit.

Muscus montanus fruticosior, segmentis majoribus nigris *Pluk. Almag. Bot.*

Muscus arboreus Coralloides auritus supinus, incanus, Alpinus *Bocc. Mus. pl. rar.*

Muscus Corallinus rotundus exilis, articulatus, ramosus *Italicus Bocc. Mus. pl. rar.* T. 95.

Muscus Cornucopioides cristatus Alpinus saxatilis *Bocc. Mns. pl. rar.* p. 21. T. 8. 107.

Duas trésve uncias altus est. Cauliculus musci terrestris Coralloidis crassitiem imitatur, intus concavus, cornucopiæ in formam terminatus. In cymis uniuscujusque caulis egerminant excrescentiæ quædam pyxidatæ, ac si planta se proliferam ostendere niteretur, unde cristatam eam denominavi: In *Sabaudia* inveni duobus m. p. supra *Nostradame de Charme*, secus viam quæ *Delphinatum* ducit.

Muscus montanus fuscus, ramosissimus, solidus seu non tubulosus D. Vernon. Coralloides ramosissimus, minor fuscus *Mus. Pet.*

In quamplurimos parvos ramulos tenuissimè dividitur. Formam & ortûs modum Musci corallini montani *Park.* simulat, cætera dispar. Utraque species in collibus **Gogmagog-hills** dictis in Comit. *Cantabrigiensi* occurrit.

Corallina montana fruticosior D. Lhwyd.

Ad summitatem montis **Carnedh-Ithewelin** in *Arvonia* copiosè.

Corallina montana tubuloſa, ramulis craſſioribus D. Doody.

Vulgari duplo vel triplo craſſior eſt, & minùs ramoſa. In iiſdem cum vulgari locis non infrequentur inveniter.

Corallina montana diſformis.

Pennæ anſerinæ craſſitudine eſt, cava, rarò ramoſa, tuberculis ſeu apophyſibus pluribus ſine ordine inſtructa. D. *Vernon* in montibus *Cantabrigienſibus* collegit.

Muſcus corallioides ſaxatilis Fœniculaceus Muſ. Pet. **Rock-hair.** In altiſſimis rupibus Foreſtæ *Charley* dictæ in agro *Leiceſtrenſi.*

Muſcus pyxidatus *Norwegicus* tubulo longiore D. *Petiver Moriſ. hiſt.* P. 3. Colore & texturâ vulgarem refert, erectus verò eſt & gracilis, in biuncialem altitudinem ſe attollens.

Muſco-fungus pyxidatus gracilior ramoſus, calicibus ſerratis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Gracilitatem fili obtinet: ad biuncialem altitudinem aſſurgit, cauliculis ex cinereo fuſcis, qui nonnunquam ramoſi æquè acetabulorum margine denticulati ſunt.

Muſcus pyxidatus major rugoſus Muſ. Pet. **Mr. Bobart's rough Cup-moſs.** A D. *Jacobo Bobart*, qui primus eum obſervavit, habui. D. *Petiver.*

Muſcus multiformiter pyxidatus, apicibus coccineis D. *Plot. Nat. Hiſt. Stafford.* Calix alter in hac ſpecie alteri innaſcitur ad 4tum interdum vel 5tum uſque gradum, adnotante D. *Bobart* in *Hiſt. Oxon.*

Muſcus licheniformis cornu ſimplici D. Doody.

Hîc pyxidato proximè accedit, in hoc tantùm differt, quòd hujus caulis in acutum apicem, illius in pyxidem deſinit.

Muſcus licheniformis cornu ramoſo: An M. corniculatus Herbariorum ? D. *Doody.*

Muſcum corniculatum *Tab.* ſe nuſquam vidiſſe meminit D. *Lhwyd*, quàm ad cacumen montis **Carnedh-Uhewelyn**, prope **Uhan Uhechyd** in agro Arvonienſi.

Muſcus foliis criſpis licheniformis, ſuperne è flavo virideſcens, ſubtus albicans D. Vernon.

In montibus *Gogmagogicis* in agro *Cantabrigienſi.*

Muſcus terreſtris clavatus ceranoides Mentzel. pugil. An M. Coral. terreſt. erectus incanus *C. B* ? An potiùs Muſc. Coral. ſaxatilis Cervi cornua referens *Ejuſdem* ?

Muſcus clavatus ceranoides, ſegmentis latioribus compreſſis, eburneo nitens Pluk. Phytogr. Tab. 47. F. 2.

Muſcus clavatus ceranoides Gagateus, nigredine ſplendens Ejuſdem ibid. F. 3.

Muſcus muralis platyphyllos D. *Bobart.* Lichenis ſpecies eſt.

Muſcus ceranoides *Palmenſis*, comis digitatis, *Orchili* dictus *Pet. Muſ.* 436. Plantula eſt lignoſa, ramoſa, duas uncias alta, ſumma parte in multas particulas diviſa & velut digitata.

II. *Muſci ſteriles arborei aut petræi*, in arboribus, lignis, ſaxis, aut tectis naſcentes.

Muſcus arboreus aurantiacus, ſtaminibus tenuiſſimis, Ex inſulis Fortunatis *Pluk. Phyt.* T. 309 F. 1. An Muſcus arboreus rutilans *C. B* ? Muſco-fungus arboreus *Canarienſis* capillaceus Aurantiacus *Hiſt. Oxon.* p. 635. pl. 5.

Muſcus cinereus è ramis arborum dependens Canarienſis, ex ſtaminibus craſſioribus geniculatis, in tenuiſſima & longiſſima fila ſeu ramulos diviſus *Pluk. Almag. Bot.* Muſco-fungus arboreus *Canarienſis* ex ſtaminibus craſſioribus geniculatis in tenuiſſima & longiſſima filamenta ramuloſus *Moriſ. hiſt.* 3. p. 635. n. 12 Muſcus 3. Fortè Muſcus capillaceus longiſſimus *C. B.* Tantâ copiâ inveniuntur hi Muſci apud *Virginienſes*, iis præſertim in locis quæ maris arceſſu aquis inundantur, ut hyberno tempore totas arbores quibus adnaſcuntu dejiciant, eò quòd pabulum vaccis & ovibus præbean gratiſſimum.

Idem

Idem colore viridi. An Muſcus ex prælatis arboribus ad Terram uſque demiſſus, coloris viridis in cæruleum tendentis, quo Regina in *Florida* cingitur, tenuibus ſtaminibus catenularum inſtar invicem cohærentibus *Part.* 2. *Americ.* Fig. 39. *Pluk. Almag. Bot.*

Muſcus caule rigido inſtar Fili chalybei Merret. pin. *Pluk. Almag. Bot.*

Muſcus arborcus leucomelanos, ramulis altera parte anthracinis, altera candidiſſimis; ex *Novegiâ* induſtria D. *Petiver* in *Angliam* illata. *Pluk. Almag. Bot.*

Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, candidiſſimus, mollis & villoſus, ſub externo cortice repens Ejuſd. ibid.

Muſcus arboreus compactior villis duriuſculis incruſtatus Ejuſd. ibid.

Muſcus arboreus πλατύφυλλος, *ſegmentis argutioribus D.* Doody.

Semper ſibi conſtat, ſegmentis anguſtioribus & ſcyphulis plurimis minoribus. Hæc ſive varietas, ſive ſpecies diſtincta, cum vulgari latifolia ubique reperitur.

Muſcus arboreus coralloides πλατυδαιδάφυλλος *cum orbiculis D.* Doody.

Icon Muſci alterius Querni latifolii ἀφύλλου *Col.* magis convenit huic plantæ quàm Muſco arboreo ramoſo *J. B.* nec deſcriptio diſconvenit. Satis frequens occurrit in arboribus.

Muſcus coralloides πλατυδαιδάφυλλος, *tuberculis pulverulentis donatus* D. Doody.

Ad unciæ unius duarúmve altitudinem aſſurgit. Ramuli modò latiores, rotundiores modò, ſemper a. compreſſi ſunt, hinc indè tuberculis pulverulentis notati, cinericei coloris, intus fungoſi, albi. Fuci ſeu Fungi ramoſi ſpeciem exhibet.
D. *Adaire* M. D. ex agro *Hamptonienſi* attulit. Eandem ſpeciem vel minorem, in ericetis montoſis non procul *Londino* invenit D. *Doody*. Præcedenti congener eſt.

Muſcus arboreus Coralloides *C. B.* 361. n. 5. Muſcus alter lævis latifolius Coralloides ἄφυλλος. Col. 159. p. 335. Fig. 334. Hiſt. Oxon. 8. 15. p. 634. pl. 12. No. 5. Tab. 7.

Muſcus arboreus anguſtifolius, ſcutis in marginibus foliorum D. *Petiver Hiſt. Oxon.* S. 15. p. 634. No. 8. pl. 15.

Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutellaris, cinereus Muſ. Pet.

D. *Pool* in rupibus prope *Notinghamiam* invenit. Eundem in rupibus circa *Tunbridge* collectum nobis oſtendit D. *Carolus Du Bois.*

Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutis nigricantibus Muſ. Pet.

In muris nonnullis circa *Londinum.*

Muſcus licheniformis viridis, ſcyphulis ſeu bracteolis nigris Doodii.

Illius ſegmenta non latiora ſunt quàm Muſci cruſtæ modo arboribus adnaſcentis, luteo-viridis aut herbacei coloris. Arctè arboribus adhæret. Bracteolæ ſeu ſcyphuli ei majores ſunt, concavi, intus nigri, Muſci arborei ſupini marginibus piloſis propemodum ſimiles. Longè diverſus eſt à Muſco arboreo licheniformi ſcutellato D. *Sherard*, cujus folia non minora ſunt Lichene vulgari terreſtri, & ſcuta habent Lichenis arborum *Ger.* ſimilia, cui proximè accedit.

Muſcus Licheniformis albidus pulverulentus D. Doody.

Muſco cruſtæ modo arboribus adnaſcenti cinereo ſimilis eſt, verun tamen folia illi duriora ſunt, & dum alterum incumbit alteri, coaleſcunt. Tota ſuperficies pulverulenta eſt.

Muſcus licheniformis cinereus, cruſtæ modo ſe expandens, & arctè adhærens Ejuſdem. Hujus (inquit) ſcyphulos nondum vidi.

Muſcus licheniformis viridis criſpus Ejuſdem.

Dum in arboribus ſerpit folia ſeu ſegmenta erigit numeroſa, carnoſa, diviſa, criſpa, ſimul conferta. D. *Sherard* LL. D. in *Hibernia* invenit.

Muſcui

Muſcus arboreus Licheniformis purpuraſcens.

Humidis & putridis, præcipuè virgis & bacillis ligneis innaſcitur.

Muſco-fungus coralloides montanus ramoſiſſimus fuſcus *Moriſ. hiſt.* P. 633. Muſcus corallinus minor ramoſiſſimus fuſcus *Muſ. Pet.* 77. In cornicula plura acutiora ramificatur, fuſci coloris. Ramuſculi craſſiores, tubuloſi, ad terram reflexi D. *Bobart.*

Muſco-fungus coralloides terreſtris, denſè ramificatus, cinereus & veluti incruſtatus *Norwegicus.*

Muſcus coralloides criſpatus *Norwegicus Pet.* D. *Petiver* debemus hanc plantam, quæ cum Corallina montana noſtra fruticoſiore valdè convenit, ramuſculi tamen lignoſi ſunt, ínque tenuiores partes & velut criſpatas ſe dividit.

Muſcus coralloides terreſtris quaſi ſcutellatus D. *Petiver.* Cinerei coloris eſt, & denſè ramificatus, & ſecundùm ſurculos noduli parvi ſe extuberantes adnati ſunt. D. *Bobart.*

Muſco-fungus trichoides, è nigredine cinereus, jubæ ad inſtar ſaxis & arboribus dependens D. *Richardſon. Moriſ. hiſt.* P. 3. capillaceo ceſpite inter alios Muſcos petris innaſcitur, ac interdum pedali cæſarie ab arborum ramis dependet. D. *Bobart.*

Muſcus Coralloides *Tunbrigenſis*, bracteolis nigerrimis *Pet. Muſ.* 437. An Muſcus cornucopioides criſtatus Alpinus ſaxatilis *Boccon. Muſ. plant. rar.* p. 21. Tab. 8. In rupibus prope *Tunbrigiam* invenit Autor.

Muſcum Iſlandicum purgantem Bartholini in montibus *Walliæ* invenit D. *Newton.* Membranaceus eſt, inſigniter ſinuoſus, in margine ſpinulis ciliaribus ornatus, ex obſervatione D. *Doody.*

Muſcus ceranoides albus fungoſus, apicibus nigris *Pluk. Phyt.* T. 205. F. 6. Cornua erecta plurima albicantia, biuncialia in ramuſculos paucos ſe dividunt, è quorum lateribus tubercula nonnunquam erumpunt, & cornua acuta in nigredinem deſinunt. D. *Bobart.*

Muſco-fungus petræus corniculatus, cornibus indiviſis & incurvatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Biuncialis quoque eſt planta cujus cornua albeſcentia ab eodem exortu plurima exeuntia curvitate ſua verſùs unam partem ſpectant, è quibus etiam tubercula aliquando exeunt. Petris Alpium *Britannicarum* adhæret; unde exuit D. *Lhwyd.* D. *Bobart.*

Muſco-fungus ceranoides mollior & elatior, albidus, tubuloſus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Rectà ut plurimum aſſurgunt ſurculi palmares & altiores, molles, albidi, craſſiuſculi, cavi, in cornua pauca diviſi, quorum ſingula in bifurcatum apicem ut plurimum terminantur. In ericetis humidis quibuſdam Septentrionalibus exit, & mollitie à congeneribus ſatis differt. D. *Bobart.*

P. 23. n. 4. not.

Muſcum arboreum ſupinum marginibus piloſis pro *Fab. Columnæ* Muſco altero πλατυπυκνοδασυφύλλῳ *Stirp. rar.* Cap. 160. F. 334. Pag. 334, habeo, à D. *Jacobo Petiver* admonitus. Ejus enim tum figura, tum deſcriptio huic noſtro conveniunt. Muſcus Quernus fruticoſus capitulis cavis *Parkinſono* dicitur, 312.

Conferva geniculata minimata Pluk. Phytogr. T. 86. F. 9.

Aquarum dulcium alumna eſt. In maritimis major occurrit ſpecies, quæ ab hac pariter differt ac Alga vulg. fluviatilis à marina.

Fucus ramoſus ligneus fluviatilis D. Richardſon M. D. qui eum in aquis infra *Malham-Cove* in Comitatu Eboracenſi invenit. Aphyllon aquaticum Virginienſe petræum D. *Baniſter Pluk. Phytog.* Tab. 138. F. 1. huic non diſſimile eſt.

Muſcus croceus ſaxigena holoſericum referens, ſeu Byſſus petræa D. Lhwyd. An Muſcus ſaxatilis ſerico ſimilis *Commelin. Cat. Holland?* Cameratis *Arvoniæ* rupibus adnaſcitur.

Lenticula paluſtris Indica, Foliolis ſubrotundis, binis capillamentis ad imum barbatis Pluk. Phyt. T. 41. F. 6.

Muſco-fungus lichenoides, cruſtæ modo adnaſcens, major cinereus *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Briſtoliam* verſùs tranſiens, lapidibus & herciis, adnaſcentem hanc ſpeciem cum vulgari minore

nore paſſim naſcentem obſervavi, quæ circinatam formam affectare videtur, & foliolis latiuſculis inæqualibus marginibus ſectis, palmarem & bipalmarem latitudinem acquirit. D. *Bobart.*

Muſco-fungus lichenoides arborum è viridi flaveſcens *Norwegicus* D. *Petiver Ejuſd. ibid.* Quoad foliorum latitudinem *Licheni terreſtri cinereo* noſtro, ſimilis eſt, colore verò ſulphureo, & adhærenti ſua facultate potiſſimum differre videtur. D. *Bobart.*

Muſco-fungus lichenoides arborum *Hibernicus* ſcutellatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. In Fraxinis nata eſt hæc ſpecies, quam latitudinem præcedentis non attingit : in ſuperficie verò cinerei coloris peltæ maculæve rotundæ, ſatis amplæ ſparguntur, fuſci coloris, marginibus quodammodo prominentibus. D. *Sherard* ex *Hibernia* attulit. D. *Bobart.*

Muſco-fungus lichenoides arborum criſpus, cinereus, ſubtus nigricans, glaber D. *Petiver. Moriſ. hiſt.* p. 3. Præcedentibus minor eſt, in latum verò diffuſus, foliis (ſi ità dicam) ſupernè cinereis, ad plumbeum cæruleúmve colorem vergentibus, glabris adverſa parte nigricantibus corticibus arborum plurimis locis ſe ſpargentibus, donatus. D. *Bobart.*

Muſco-fungus lichenoides arborum anguſtior, foliis ſupernâ cinereis, ſubtus nigricantibus villoſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Lichen *Norwegius* perlatus, ſubtus villoſus, aterrimus *Pet.* Muſcus arboreus leucomelanos, ramulis altera parte anthracinis, altera candidiſſimis *Pluk. Almag. Bot.* Corticibus arborum compreſſus, anguſtioribus ſuis foliis, prona parte rugoſis & veluti radiculatis.

Muſco-fungus *Norwegicus* arborum ceratoides, ſegmentis anguſtioribus albidis, ſubtus nigricantibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Lichen *Norweg* ſegmentis anguſtioribus, &c. D. *Pet.* Huic cornua ſunt tenuia, uncialia & biuncialia, in roſam expanſa, è rotundo compreſſa, ac in ramuſculos diviſa, altera parte albido, altera nigricante colore infecta. D. *Bobart.*

Muſco-fungus arboreus *Norwegicus* cinereus, foliis capillaceis tenuiſſimis. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Muſcus arb. *Norw.* fol. cap. tenuiſſ. D. *Pet.* Capilli longi ſunt, aliquantulum ramificati, ex fuſco-cinerei, omnium tenuiſſimè cæſareati. D. *Bobart.*

II. *MUSCI FRUTICOSI EXOTICI.*

1. Muſcus ſquamoſus erectus *Plumier.*

Hujus *radix* per exiguæ eſt & valdè fibroſa, colore fuſco ; unicum tantum emittens *caulem*, teretem, lineam unam craſſum, altitudine circiter pedali erectum, lignea duritie, colore viridi ſaturo, *foliis* parvis cordiformibus [h. e. vertice acuto, baſi ſubrotunda] ſquamatim incumbentibus, penitus contectum: Ad trium ſupra radicem pollicum altitudinem ramoſum, hinc ad ſummum uſque pluribus parvis ramulis alternatim egreſſis, & ipſis ad modum caulis ramoſis, velut pennatum, qui quò propiores ſunt ſummo cauli eò ordine minores ſunt. Hi ſimilibus iis quæ in caule foliis obteguntur, verùm minoribus, & ſibi invicem propioribus, ſquamarum modo aliis alias alternatim ſcandentibus. Ramorum viror paulò clarior eſt quàm caulis, & plantam aſpectu valdè pulchram reddit.

In Inſula *Martinigo* ſecundum rivum.

2. Bellan-Patſia *H. M.* P. 12. T. 40. Muſcus fruticeſcens, caulibus & ramulis foliolis capillaribus undique cinctis. Frutex eſt dilutè viridis, hirta mollitie veſtitus ; cortex ſubacutis, capillaribus & viridi-dilutis foliolis ramuſculis adhærentibus undequaque cinctus Planta ſicca, quam à D. *Sherard* obtinuimus, pedali circiter altitudine erat, ab imo fere ramoſus, rami in ramulos ſecundarios & ſurculos crebros dividuntur & ſubdividuntur. Cortex caulis & ramorum albicabat. Caulis autem & rami ſurculique foliolis tenuibus capillaribus crebris, $\frac{1}{4}$ unciæ longis veſtiebantur.

3. Muſcus repens ſquamoſus *Plumier.*

Longè lateque ſe diffundit Graminis canini in modum, multoſque emittit *caules* minutos & incanos, qui hac illac plures ſpargunt *ramulos* terram tenuibus capillaribus radicibus apprehendentes, ab exortu ramorum præcipuorum egreſſis. *Ramuli* alternatim cauli adnaſcuntur, bipollicari circiter intervallo ; unuſquiſque tres prope po lices longus, duos treſve ramulos ſecundarios alternos emittens bifurcos, & in alios adhuc duos ſubdiviſos, hoſque iterum in alios, multò breviores caule principali, cùm eorum longiſſimus 5 aut 6 lineas non excedat. *Cauliculi* & *ramuli* primarii hinc illinc folia obtinent minima, alternatim adnata, à ſe invicem aliquantulum remota, contra quàm illa quæ ramulos minores veſtiunt, (quæ multò minora ſunt & inter ſe ferè omnia contigua) lineam unam circiter longa, apice acuto ; baſi fere rotunda, ramis immediatè adnata, qui aliis etiam ſquamis minimis obtecti ſunt.

In foreſtis inſula Dominici.

Muſcus

Muſcus ſquamoſus *Americanus* maximus, Coridis foliis aduncis *Plumieri Tournefort Inſtitut. Rei herb.* p. 554.

Humi procumbere videtur éſtque valde ramoſus & in latitudinem fuſus. Ramuli foliolis creberrimis undique cincti, albicantes. Hujus ramulum a D. *Tournefort* acceptum nobis communicavit D. *Petiver*.

III. *MUSCI CLAVATI.*

P. 121. Ad Caput de Muſco terreſtri clavato.

Muſcus terreſtris foliis retro reflexis J. B. Lycopdoii alia ſpecies *Hiſt. noſt.* p. 120. M. clavatus Juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus, ſine pediculis *Moriſ. Hiſt.* P. 3. Ramulorum diviſionem & naſcendi modum Lycopodii vulgaris imitatur; Folia Muſci Abietiformis; clavas denique Sabinæ Sylveſtris *Tragi*. Naſcitur unà cum Muſco Cupreſſiformi in Alpibus *Arvoniæ*, ſed multo rariùs. Copioſum obſervavimus in monte *Rhiw Glyder*, ſupra lacum *Lhyn y cwn* prope eccleſiam S. *Periſii*, nec rariùs in depreſſis ejuſdem montis *Glyder* quà rupem *y Tryvan* ſpectat. D. *Lhwyd*.

Muſcus terreſtris repens *Virginianus*, humi diffuſus, viticulis longioribus, foliolis tenuibus veſtitus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hunc locum ſibi vendicat hic Muſcus à D. *J. Baniſter* tranſmiſſus, qui ad eundem planè modum cum *Muſco noſtro terreſtri repente, clavis ſingularibus folioſis erectis*; flagellis ſuis reptat, longioribus tamen ac majoribus, ex utraque cauliculi terminatione radicibus ſe terræ affigentibus: folia acuta, Juniperima, longiora ſunt & pallidiora, non adeò confertim ſurculis adnaſcentia. D. *Bobart*.

Huc referendi ſunt Muſcus denticulatus major & minor, qui Lycopodii inſtar ſemina ſua in ſpicis clavatis proferunt.

Muſcus denticulatus major volubilis è capite montis *Serado Muſ. Pet.* 534.

D. *Richardus Planer* chirurgus hac planta me nuper donavit.

Muſcus terreſtris polyſpermos major. Hanc plantam à Don *Bruno Tozzi* medico *Valombroſano*, del monaſterio di *Ripoli* vicino *à Firenze* accepit D. *Sherard*.

Muſcus denticulatus Emuyacus minor erectus *Muſ. Pet.* 536. Plantula pereiegans.

Muſcus *Palmenſis*, cauliculis craſſis, tortuoſis, ſpinulis undique obſitis: *caulis* fili emporetici majoris craſſitudine eſt, valde tortuoſus & huc illuc reflexus, ramoſus, colore per ſiccittem arenaceo rubente, ſpinis brevibus undique obſitus. *Thevetus* in *Canariis* inſulis, ea præſertim quæ *Ferrea* cognominata eſt; locis lapidoſis montoſis herbum naſci refert, quam *Oricelle* vocant, Arabes *Sereth*, quo coria elegantur tingunt ex *Hiſpaniis* eò delata. *Lugd.* 175. Planta ſicca à D. *Petiver* mihi communicata Fuci potius quam Muſci ſpecies viſa eſt.

Muſcus Lycopodoides denticulatus, ſcandens, repénſve, in extremitatibus ramulorum polyſpermos *Pet. Muſ.* 534. Ex *Jehore*. Folia in ramulis anguſta, longiuſcula, pinnatim adnexa filicinorum in modum, ſibi invicem proxima. Superior in caulibus & ramulis per exigua ſunt, ut eorum ſitus nudo oculo vix poſſit diſcerni.

Muſcus terreſtris repens, pediculis foliaceis, binis clavis in altum ſe erigentibus. Plukenet. Muſcus alius terreſtris, Lycopodium Dodonæi *Hiſt. Lugd.* qui à Muſco terreſtri 2. *Ejuſd. Hiſtor.* i. e. Muſco terreſt. repente à Trago picto *J. B.* plurimùm differt, licet in pinace ſuo *Caſp. Bauhinus* hunc ab illo non ſeparat, ſed planè utrumque confundit. *Plnkenet Phytogr.* Tab. 47. F. 8.

Muſcus rupeſtris repens Virginianus, clavis folioſis erectis quadratis Baniſter Cat. Mſs. Tab. 100. F. 7.

Muſcus Filicinus elegans ſeu Βρυόπτερις Prom. bon. ſpei *Puttur-joory Hottentottorum.* A D. *Sherard* accepit D. *Plukenet*, qui Tab. 100. F. 3. ejus ramulum pingit.

Lycopodii facie erecta, ſpicam florum denſam, è purpuraſcentibus ſtaminulis compoſitam in ſummo geſtans *Cap. Bæ Spei.* Altitudine eſt pedali, unum tantùm vel alterum ramulum prope faſtigium emittens.

Muſcus

Muſcus erectus Abietiformis ex Inſula *Johanna Pluk. Mantiſſ.*

Muſcus *Zeylanicus* terreſtris clavatus erectus, Badal-wanaſſa *Hermanni.* An Belam-Patſia *H. M. Tom.* 12. *Tab.* 39 ? Pedale & erectum erat exemplar à D. *Hermanno* D°. *Bobart* communicatum, in varios ramuſculos divaricatum, qui rurſus in alios dividuntur ; ad quorum ſingulam terminationem clava parva ſublutea, quadrantem unciæ longitudine non ſuperans, adnata eſt.

Hujus pulcherrimum exemplar à D. *Hermanno* acceptum nobis communicavit D. *Sherardus* : Cæterùm Muſcis fruticoſis ſeu arboreis exoticis annumerandus eſt.

Muſcus ſquamoſus ſive Lycopodium *Americanum* altiſſimum *Plumieri Tournef. Inſtitut. rei herb.* Præcedenti perſimilis eſt, ſi non idem. Hujus etiam ramulum à D. Vaillant acceptum nobis commodavit idem D. *Petiver.*

Eandem (ut mihi videbatur) plantam ab eodem Amico accepi, titulo *Lycopodii Malabarici, Maluccæ* collectam ; niſi quòd hic duas plerumque clavas ſimul in ejuſdem ramuli faſtigio protulit.

Fjuſdem aut valde ſimilis Muſci imaginem pictam ex Harbario quodam *Sinenſi,* Moniam nomine ad nos tranſmiſit idem D. *Petiver.*

Muſcus denticulatus *Caledonicus* major perelegans, Filicis in modum pinnatus. *Pet. Muſ.* 533. Hæc planta Filici adeò ſimilis eſt, ut dubitem annon ad Filices potiùs referenda ſit. Coſta ſeu ſcapus medius plurimos ramulos alternatim poſitos emittit ; ramulis hinc inde alæ, alis pinnulæ anguſtiſſimæ adnaſcuntur, creberrimæ, ut denticelli potius quàm pinnæ videantur. Medius ſcapus foliolis quibuſdam obſitus eſt, præter morem Filicum. In Iſthmo *Darien* collectus eſt.

Muſcus montanus, flagellis longis tenuibus Cupreſſinis, ut plurimum indiviſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. montanus gracilis ramoſus, viticulis longioribus glabris *Pluk. Phyt.* T. 47. F. 4. Hujus inferior pars ut plurimum luteſcit, & flagella tenuia, palmaria & longiora, nunc ſimplicia, nunc in unum aut alterum diviſa, foliis exiguis amicta, viridia ſunt, quæ Martio menſe ſummitatem verſùs foliolis paululum longioribus, clavam mentientibus intumeſcunt. Inter quæ antheræ quædam aureæ occultantur, minimòque fricțu effugiunt. In mòntoſis & umbroſis variis locis reperitur. *D. Bobart.*

Muſcus terreſtris aureus minor, flagellis clavíſque brevioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. E viridi & aureo colore commixto in albedinem tendunt foliola flagellàque tenuia, uncialia & ſeſcuncialia, aliquantulum diviſa, cortici arborum vetuſtarum crebriùs adnaſcentia, quæ in unius cujuſque apice clavam parvam auream gerunt ac in ea terminantur. In ſylvis. *Idem.*

Muſcus arboreus *Norvegicus.* Fœniculacceus, longiſſimus, non ramoſus. *Muſ. Pet.* 435.

Cauliculus tenuis ad bipedalem aut majorem longitudinem excreſcit ; fiilo quo veſtes conſuunt non multò craſſior, capillaceis foliolis (ſi ita vocare licet) ab imo ad ſummum undique obſitus : colore ex albo vireſcente.

IV. *MUSCI CAPITULIS PILEATIS ſeu operculo tectis.*

Hi dividi poſſunt in *Erectiores*, quorum capitula vel ſummos cauliculos aut ramulos occupant, vel è radicibus aut imis ramulis oriuntur ; & *Infirmiores*, plerunque provolutos, non rarò etiam cauliculis repentes ; quorum capitula ex alis foliorum ſecundùm caules & ramulos, vel ex ipſis cauliculis aut ramulis exeunt. Hoc genus Muſci cauliculis ſunt longis, & per totam longitudinem foliatis valde ramoſis, infirmis (ut dixi) & humi plerunque provolutis, ſæpe etiam repentibus, demiſſis ex caulibus aut ramulis fibrillis ; *Muſcos terreſtres* voco : à D. *Tournefort* non ineptè *Muſci ſquamoſi* appellantur.

Superiores qui cauliculis ſunt erectioribus, nec adeò in longum per terram ſparſis, ſed in denſos plerunque cefpites coaggeſtis, *Adianta ſeu Muſci Capillares* nobis appellantur.

Horum capitula in pleriſque ſpeciebus pileolis operiuntur quorum reſpectu dividi poſſunt in 1. Pileolis *lanuginoſis* ſeu villoſis, & 2. Pileolis *membranaceis* donatos. Pileolis membranaceis donati, in foliis *undique cauliculos ambientibus*, & foliis in *cauliculis Filicinorum modo diſpoſitis* præditos. Qui foliis ſunt cauliculos ex omni parte ambientibus ulteriùs ſubdividi poſſnt in capitulis ſeu corniculis pediculis longiuſculis inſidentibus, ſeu *erectoribus* ſive *deorſum reflexis* ; & capitulis in mediis foliis ſeſſilibus donatos.

I. *Muſci Capillares majores & minores pileolis villoſis.*

1. *Adiantum aureum pileolo villoſo medium.* An Ad. aur. medium in ericetis proveniens *Muſ. Pet.* n. 24? Foliis eſt oblongis tenuibus, in longum & tenuem mucronem deſinentibus, non rectà extantibus, ſed plerunque incurvis.

Muſcus aureus ſeu Adianti majoris genus foliis tenuiſſimis reflexis D. *Doody. Pluk. Almag. Bot.* Præcedenti eadem planta eſſe videtur; ut & Adiantum aureum medium in ericetis proveniens *Muſ. Pet.* quod in Formicarum cumulis in ericetis provenit.

2. *Adiantum pileolo villoſo minimum.*
Pediculo eſt breviſſimo; capitulo pileolo denudato, minimo. A D. *Vernon* habui.

3. *Adiantum aureum minus foliis rigidis, capitulis coronatis Muſ. Pet.* n. 22. **Small Heath-Goldilocks.** Cum priore.

4. *Adiantum aureum minimum pediculis brevibus, foliis capillaceis Muſ. Pet.* n. 25. In oxyacantha ſeu ſpina alba invenit D. *Glover.*

II. *Muſci Capillares minores* pileolis membranaceis, & 1. Capitulis erectis aut paullum reclinatis & incurvis, pediculis inſidentibus.

Muſcus capillaris minor, capitulis erectis, vulgatiſſimus.

1. Humilis eſt, foliolis anguſtioribus quàm tectorum major, oblongis, acutis, in pilum brevem plerunque terminatis, ſupernè concavis, pallidiuſculis. *Pediculi* ſemunciales in ſummis ramulis è foliorum medio exeunt, *capitula* ſuſtinentes erecta, ſublonga, operculo acuto nonnihil reflexo tecta, ut Aviculæ roſtellum imitentur. Pediculi è flavo interdum rubeſcunt, aliàs è viridi flavicant.

Locus. In murorum rimis, inque tectis & tegularum interſtitiis frequens eſt. Capitula autumno producit & per totam hyemem retinet, non rarò etiam vere cornicula exſerit.

2. *Muſcus capillaris tectorum, denſis ceſpitibus naſcens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus.*

Folia huic circa ſummos caules crebra, è lata baſi in acutum mucronem, in pilum caneſcentem oblongum productum, deſinentia. Pediculi capitula ſuſtinentes ſemunciales, rubentes, non ùt in præcedente è ſummis ramulis in foliorum medio exeunt, ſed inferiùs è veteribus aut annotinis ſurculis. Cornicula longiora ſunt quàm in præcedente, & nonnihil inflexa.

Locus. In ædium tectis, denſis & elatis ceſpitibus, frequentiſſimè oritur. A præcedente differt foliorum latitudine, corúmque pilis productioribus & caneſcentibus; quódque elatior ſit, ceſpitibus majoribus & denſioribus.

3. Muſcus trichoides humilis ramoſus, capitulis oblongis tumidiuſculis donatus *Moriſ. hiſt.* P. 4. 628. Folia hujus plantulæ uncialem altitudinem non ſuperant. Cauliculi in ramuſculos varios diviſi ſunt. Foliola exigua & tenuiſſima ſunt, ut ramuſculos veluti pennatos efficiant; è quibus pediculi, ſemunciam longi capitula oblonga parva & obtuſa, quodammodo cernua ſuſtinent.

4. *Muſcus capillaris, corniculis longiſſimis incurvis.*

Quamvis perenne ſit hoc genus, non tamen ſupra terram attollitur. Folia, quæ in terra plerunque jacent, longiuſcula & acuta ſunt, in pilum tamen non deſinunt, quo à præcedentis foliis differunt. Vaſcula ſeminalia omnium quæ hactenus vidi Adiantorum longiſſima ſunt, erecta, incurva, craſſiuscula, acuta, pediculis ſereuncialibus pallidis ſuffulta.

Locus. In aggeribus terrenis humidioribus primo vere, citiùs ſeriúſve pro anni temperie cornicula producit.

5. *Muſcus capillaris, ſurculis erectis, foliis oblongis tenuiſſimis acutis cinctis.*

Folia huic ſecundùm cauliculos crebra, peranguſta, oblonga, acuta, viridia. Pediculi ſemunciales, prætenues, rubentes capitula ſuſtinent oblonga, erecta, pileolo tecta, in roſtellum acūrum, ſubrubrum nonnihil incurvum deſinente, Novembri menſe, aut etiam Decembri & Januario, emergentia. Folia figurâ ſuâ & ſitu in cauliculo Gallii aut Molluginis minoris primò

primò erumpentis folia nonnihil referunt. In ædium tectis & interdum etiam ſupra terram oritur. *Locus.*

6. *Muſcus capillaris majuſculus, foliis longis cum aliqua latitudine, viridibus, acutis, rugoſis.*

Folia graminea obſcurè viridia ſunt, rugis à medio nervo ad margines utrinque procurrentibus, ut in *Phyllitide.* Capitula oblonga nonnihil incurva, erecta, in pediculis uncialibus, nigricantia, Novembri menſe exeunt.

Evulſa illico marceſcit hæc plantula. Magnitudine nonnullas Adianti etiam majoris ſpecies excedit. In aggeribus umbroſis invenitur ſatis frequens. *Locus.*

7. *Muſcus capillaris parvus, capitulis magnis pyriformibus erectis, in pediculis brevibus.* Trichoides humilior capitibus Pyriformibus erectis D. *Doody.*

Folia latiuſcula ſunt. Terreſtris eſt, & ut puto, annua, non enim ſupra terram exſurgit, nec in caulem folioſum abit.

8. *Muſcus capillaris perexiguus, capitulis brevibus ſubrotundis erectis, in pediculis breviſſimis.*

In cauliculum rarò aſſurgit. Folia non admodum crebra producit, ſupra terram expanſa, pallidè viridia, oblonga, anguſta. Capitula numeroſiſſima exſerit in perbrevibus pediculis, ſubrotunda ſeu ovata, colore fuſco ſplendente.

Locis uliginoſis & umbroſis gaudet ad arborum radices ubi frequens reperitur, & in latum ſe diffundit. *Locus.*

9. *Muſcus minimus pallidus, foliis anguſtiſſimis acutis, corniculis tenuiſſimis.* An Muſcus Polytrichoides humi inſtratus, **The Carpet Moſs** dictus *Pluk. Mant?*

Præcedenti ſimilis eſt, ſedomnibus partibus minor, ſupra terram non aſſurgens, ſed latè ſe diffundens, eamque denſisceſpitibus tapetis inſtar operiens, è viridi luteus.

Folia anguſtiſſima, nec valde longa, acuta. Pediculi ſemunciales aut longiores, tenues, infirmi, rubentes, cornicula ſuſtinent tenuia & anguſta, vix pediculis craſſiora, quo a præcedente diſtinguitur.

Aprilis die 8vo Ann. 1693. à D. *Tanc. Robinſon Londino* ad me miſſus eſt.

10. *Muſcus capillaris omnium minimis foliis, pediculis, capitulis.*

In denſis ceſpitibus oritur. Folia acuta ſunt, capillaceæ tenuitatis, pro plantulæ modo ſatis longa; è quorum ſummitatibus egrediuntur pediculi pallidi, quovis pilo tenuiores, trientem unciæ longi, capitula geſtantes rotunda, adeò minuta ut mera puncta eſſe videantur.

In arborum truncis Novembri menſe capitula profert. A D. *Vernon* in vicinia domus noſtræ inventus, & ad me delatus eſt.

11. *Muſcus trichoides medius, capitulis Sphæricis* D. *Doodii.*

Folia habet anguſta, acuta, mollia, & primo vere cùm capitula producit, pallidè virentia. In ericeto *Hampſtedienſi* in foſſarum aggeribus quibuſdam, paulo cis **Mother Huff's**, invenitur.

Hunc apud D. *Doodium* vidi: Capitulorum figura ſphærica ab aliis eum diſtinguit. *Locus.*

12. *Adiantum aureum minus, paluſtre, capitulis erectis coronatis* D. *Sherard.* Muſc. aureus capillaris minor capitulis geminatis erectis, mutuo incubitu adnatis *Pluk. Almag.*

Hujus ſpecimen mihi communicavit peritiſſimus Botanicus *D. Vernon* Collegii S. *Petri* in Academia *Cantabrigienſi* ſocius. Capitula jam exſiccata & compreſſa figurâ ſuâ, uvæ gigarta quodammodo referunt, habéntque apicem velut floſculum ſeu corollam in ſummo. Pediculi unciâ longiores pulchrè rubent.

In paluſtribus circa **Hitching-Ferry** prope *Southamptoniam* invenit D. *Sherard.* v. pleniorem deſcriptionem in *Hiſt. Oxon. Moriſ.* P. 4.

13. Muſcus muralis minimus roſeus ſive ſtellaris, capitulis longiuſculis acutis erectis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Muris & ædium tectis paſſim & copioſè adhæreſcit hic Muſcus. Cauliculi cum foliis ſuis ſemiuncialem altitudinem vix attingunt, frequenter verò breviores ſunt, quæ folia in ſummis naſcentia ſtellam veluti efformant. Capitula tenuia pediculis ſemiuncialibus inſident, acuta primo exorientia, & quando operculo ſuo tecta ſunt, hoc verò elapſo obtuſa apparent.

14. *Muſcus è viridi albicans, longifolius, capitulis parvis brevibus.*

Folia prælonga, tenuia, acuta ſunt: Pediculi tenues, ſubrubentes, vix ſemunciales, capitula ſuſtinentes parva, ſubrotunda.

Aprilis 3. 1692. ad me *Londino* tranſmiſit D. *Tancr. Robinſon*, ubi collectum neſcio.

15. *Muſcus, Adiantum aureum dictus, aſſurgens, foliolis tenuiſſimis, capitulis parvis, erectis, in oblongis pedicellis.*

Aſſurgit ad aliquam altitudinem ſupra terram, ſurculis denſis, foliolis creberrimis oblongis cinctis. Pediculi è ſummis ſurculis exeunt, tenuiſſimi, recti, ſemunclâ longiores, capitula ſuſtinentes parva, brevia, erecta.
Eodem tempore ab eodem amico accepi.

16. *Muſcus capillaris languine caneſcens, pediculis tenuibus oblongis, capitulis in mucrones longos rectà ſurſum exporrectis,* D. Vernon.
Hujus exſiccati ſpecimen nobis communicavit D. *Vernon.* Capitula anguſta & oblonga ſunt, verùm roſtra illa in longum producta ad opercula ſeu pileos fortaſſe ſpectant.

17. *Muſcus capillaris humilis graminifolius minor, capitulis oblongis erectis.*

Foliola huic anguſta, oblonga, in acutum mucronem ſenſim deſinentia, gramineâ figurâ niſi breviora eſſent, humi jacentia. Pediculi ſemunciales, capitula in ſummo geſtant, longiuſcula erecta. Januario menſe aut ſeriùs pro Anni temperie capitula producit.

18. *Muſcus capillaris parvus; cauliculis tenuibus longiuſculis, foliis brevibus anguſtis acutis rarioribus cinctis.*
Pediculi tenues rubentes ſupra cauliculos aſſurgunt, & capitula ſuſtinent gracilia, acuta, quæ per maturitatem craſſeſcunt & deorſum incurvantur. D. *Dale* attulit.

19. *Muſcus paluſtris cinereo-viridis, ſcapis longis tenuibus, foliolis breviſſimis Hiſt. noſt.* Gray fen Moſs.
Pediculis ſeſcuncialibus tenuiſſimis capitula ſatis grandia, brevia, turgida inſident. Locis paluſtribus præſertim ubi aquæ ſcaturiunt oritur.
Huic Muſco vel ſimillimum, vel eundem planè eſſe ſuſpicor *Muſcum ſtellarem ramoſum paluſtrem, pediculo aureo erecto, capitulo magno ſphærico* D. Vernon, Synopſ. p. 33. hoc modo deſcriptum.
Varias induit formas. E radice ſqualida (locis enim cœnoſis potiſſimùm gaudet) circa Æquinoctium vernum cauliculus exſurgit ſeſcuncialis, in ſummitate velut calicem geſtans ſtellatum, è 6, 7, vel 8, corneæ ſubſtantiæ membranulis, ceu totidem radiis, compoſitum; rufi coloris diſcum, Floris Solis (ſi magna parvis componere licet) æmulum. E membranularum interſtitiis, aut ſubter eas 4, 5, vel etiam 6, incerto numero, ramuli oriuntur, nullos, (quod hactenus viderim) pediculos ſeminiferos emittentes. Hi enim, inſtante Solſtitio Æſtivo, obſcuro ortu, è radice, vel imo caule egreſſi, ad trium circiter unciarum altitudinem eriguntur, *capitula* ſuſtinentes exactè ſphærica, glauci coloris, magnitudine ſeminum Coriandri.
Totum illum calicis ſtellati & ramulorum indè egredientium apparatum nihil aliud eſſe exiſtimo quàm naturæ caſu aliquo deerrantis effectum monſtroſum aut degenerem.

Muſcum hunc eundem eſſe quem D. *Plukenet* depingit Tab. 47. ſub titulo *Muſci parvi ſtellaris*; affirmat D. *Petiver*: in cujus icone (inquit) vereor nè erraverit: Nam capitula in ſpecimine quod mihi nuper communicavit D. *Jacobus Bobartus* Amicus noſter, tum peritiſſimus, tum fide digniſſimus, titulo *Adianti paluſtris coronati, capitulis ſphæricis*, pediculis inſidebant ex inferiori Muſci parte egredientibus, & non ex ſummis apicibus cauliculorum, prout ille depingit. Præterea idem D. *Bobart* Muſcum parvum ſtellarem aliam planè plantam eſſe aſſeveravit.

20. *Muſcus Polytrichoides anguſtifolius pellucidus ramoſus* Plukenet T. 49. F. 1.

Muſcus Polytrichoides humilior, foliis brevioribus raris, pallidè viridantibus & vix pellucidis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Planta præcedentibus congener eſt & humilior, cujus cauliculis folia breviora & latiora rarius opponuntur. D. *Richardſon* invenit & communicavit. In paludibus cum Rore ſolis invenitur.

21. Muſcus Polytrichoides anguſtifolius, caule folioſo tenui reclinante *Moriſ. hiſt.* Ordinem pectinatum ſervare videntur hujus folia anguſta, pallida, acuta, cauliculo reclinanti & incurvato unciam & ſeſcunciam longo appoſita. Ab eodem D. *Richardſon* accepit D. *Bobart* hanc etiam plantam.

22. *Muſcus dendroides ſylvarum erectus, ramulis Kali æmulis, radice repente.*

Cauliculum obtinet erectum, firmum, è rubro nigricantem, arbuſculæ inſtar ramoſum. E ramulis pediculi unciales exeunt, ſubrotunda capitula ſuſtinentes.
In ſilvis humidis ad arborum dejectarum ſtipites & radices.

23. *Muſcus dendroides elatior, ramulis crebris, minùs ſurculoſis capitulis pediculis brevibus inſidentibus.*

Folia quàm prioris longiora latioraque ſunt, pallidiora, in ſurculis creberrima, è quibus pediculi rariores exeunt. Ad *Gamlingay* à D. *Vernon* obſervatus, qui & nobis communicavit.

Adiantum

24. *Adiantum aureum perpusillum, foliis congestis acutis, pileolo Extinctorii figurâ.* Musc. trich. minno pileis magnis acutis *Mus. Pet.* n. 89.
Pediculum habet semuncialem, foliis plurimis brevibus [non tamen bulbi in modum] cinctum. Pileolus in spinulam desinit.
Floret circa natalitia *Christi.* In Essexia prope ædes D. *Thomæ Middleton, Baronetti,* observavit D. *Vernon.*

25. *Muscus aureus capillaris minor Norvegicus, summo caule ad capitulum scutigerus;* ejus enim capitula, Umbellæ satis amplæ, elegantis phœnicei coloris, scutum quodammodo referentes medio (convexa parte) innituntur. *Pluk. Almag. Bot.* Ad D. *Petiver* è *Norvegia* missa est; qui in *Mus.* cent. 1. n. 70. Muscum Norvegicum umbraculo ruberrimo insignitum eum vocat. **Near Port-ground in Norway,** collegit D. *Car. Wheeler,* **Bon-grace Moss.**

26. *Adiantum medium palustre, foliis bulbi in modum se amplexantibus, capitulis erectis.*

Folia obtinet lata, obtusa, pediculum uncialem, pileolum penultimo non dissimilem. Capitula parva, nigra vere promit. Tota plantula capitulis exceptis ex albo viresçit.
Super **Hinton Moor** prope Cantabrigiam, à D. *Davies* Coll. S. *Petri* inventum est hoc genus. D. *Vernon* communicavit.

27. *Adiantum aureum minus, foliis bulbi in modum dispositis* D. *Vernon.*

Plantam hanc eandem cum Musci capitulis reflexis specie 4ta nostra facit, nimis fidenter, ni ego multum fallar: verùm plantæ ipsæ ad manum non sunt, ideoque non possum rem certò determinare.
Folia habet parva, capitula oblonga, pileum cuculliformem. Locis fabulosis gaudet.

28. *Muscus scorpioides palustris foliis crispis pyramidalibus D.* Vernon.

Pediculos habet aureos, corrugatos, capitula subrotunda gestantes; Surculi summi caudæ Scorpii in modum reflectuntur. Cum penultima iisdem in locis.

29. *Muscus trichoides fontanus minor, foliis capillaceis viridissimis Ejusdem.*

Pediculum emittit aureum, capitulum oblongum carnei coloris sustinentem. Ad fontem juxta ædes Comitis *Petroburgensis Draytonæ* in Comit. *Northamptoniæ.*
Hæc species, aut ei valdè similis, in ædium tectis & tegularum interstitiis frequens apud nos oritur, densis cespitibus, foliolis tenuissimis & saturatè viridibus. D. *Vernon.*

30. *Muscus trichoides parvus, capitula creberrima oblonga erecta, habitiora, per siccitatem atro-rubentia producens.* D. Vernon.

31. *Muscus trichoides minimus, capitulis creberrimis parvis, ruffis, brevibus, in pediculis brevissimis* Ejusdem.

32. *Muscus capitulis longis, acutis, pilosissimis.* In *Hibernia à* D. *Sherard* observatus.

33. *Muscus aquaticus, pileis acutis Mus. Pet.* n. 74. Folia tenuiaacuta ramulos undique cingunt, capitula oblonga acuta erecta nigricantia è cauliculorum lateribus inter folia exeunt, in pediculis tenuibus longiusculis.

Hæc species primò observata est ab ingenioso Botanico D. *Joan. Scampton* in saxis majoribus, in rivulis jacentibus, in montibus squalidis Pecci Derbiensis decurrentibus.

34. *Muscus capillaris palustris, flagellis longioribus bifurcatis.* D. Bobart. *Mus. Pet.* n. 75. Mr. *Bobarts.* **golden Bog-mosse.**

35. *Muscus cristam castrensem repræsentans, flavescens, ramosus, nemoralis Cassubicus D.* Breynii in viridario suo *Prussiæ* atque *Cassubiæ.* Breynius *his plume-crested* **Earth-Moss.** Hunc in Anglia nostra nvenit D. *Petiver.* Mus. Cent. 1. n. 84.

36. *Muscus trichoides lanuginosus Alpinus* Mus. Pet. n. 85.

Hunc Ann. 1692. circa solstitium æstivum invenit in rupibus quibusdam in Com. *Leicestriæ.* A Musco terrestri, vulgari simili, lanuginoso D. *Lhwyd* diversus est.

37. *Muscus trichoides minor, vulgaris facie, foliis capillaceis Mus. Pet.* n. 88.

Martio & Aprili circa **Hampsted** & **Hoynsey** in palis quibusdam hunc observavit D. *Petiver.*

Muscus

38. *Muſcus trichoides paluſtris, capitulis erectis, foliis reflexis D.* Richardſon, qui prope ædes ſuas, **North-Birrly** nominatus, in agro *Eboracenſi* eum detexit. D. *Sherard* eundem in *Hibernia*, D. *Lhwyd* in montibus *Walliæ* obſervavit.

39. *Muſcus trichoides major paluſtris, citrini coloris D.* Doody.

Hanc ſpeciem, raram & elegantem, primus mihi ſuppeditavit D. *Sherard*, L L. D. ex *Hibernia*, poſtea verò *D. Brotherton* ex agro *Lancaſtrienſi*. D. *Doody*.

40. *Muſcus trichoides montanus albidus fragilis D.* Doody.

In ericetis & montoſis frequens, ubi denſis ceſpitibus oritur, caulibus habitioribus, uncià longioribus.

41. *Muſcus trichoides capitulo contorto D.* Sherard.

Ad digiti latitudinem aſſurgit, *foliis* anguſtis, crebris, flavicantibus. *Capitellum* habet oblongum erectum, pediculo inſidens ſemunciali, qui per maturitatem contorquetur; aqua tamen infuſus retorquetur ad modum ariſtarum avenæ ſilveſtris.

42. *Muſcus montanus gracilis ramoſus, viticulis longioribus glabris Pluk.* Phytogr. T. 47. F. 4. ubi ſine capitello depingitur; ex tunc autem D. *Woodward* illo inſtructum invenit.

43. Muſcus Americanus aureus foliis cupreſſi *Muſ. Pet.* 534.

II. *Muſci Capillares, capitulis reflexis.*

1. *Muſcus capillaris, foliolis latiuſculis congeſtis, capitulis oblongis reflexis.*

In denſis ceſpitibus oritur. *Folia* in ſummis ramulis glomerata, brevia, lata, ſubrotunda, apice tamen in pilum perbrevem terminato. Pediculis uncialibus, tenuibus, rubentibus *capitula* innaſcuntur oblonga, tumidiuſcula, viridia, reflexa; ima pars in dependentibus tumidior eſt. Pediculi ex annotinis ramulis exeunt inter foliola arida. Capitelli apex ſeu operculum lucidum eſt & hemiſphæricum ex obſervatione D. *Doody*.
Februario & initio Martii ſeriúſve pro anni temperie capitula producit.

2. *Muſcus capillaris, capitulo parvo reflexo, pediculo ima medietate rubro, ſumma luteo-viridi.*

Folia latiuſcula ſunt, congeſta, membranacea, viridia, piloſa; *pediculi* ſemunciales, inferiore meditate rubri, ſuperiore luteo-virides, *capitula* in ſummo geſtant reflexa, parva, breviuſcula, operculo in acutum mucronem rubentem producto tecta.
Januario menſe capitula profert in tectis.

3. *Muſcus trichoides, hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbrevibus pediculis.*

In muris antiquis & tectis oritur, denſo & ſubrotundo ceſpite caneſcente, ut procul poſſit dignoſci. *Folia* prætenuia ſunt, pediculi adeò breves ut ſupra ſurculos ceſpitéſve non emineant.
Novembri menſe capitula producit, & ubique frequentiſſimus occurrit.

4. *Muſcus capillaris pediculis bulboſis, uncialibus, pallidis, capitula oblonga reflexa ſuſtinentibus.*

Pediculi velut è bulbo exeunt majuſculo, quâ notâ ſolâ à congeneribus facilè diſtinguitur. Aprilis initio florentem invenimus.

5. *Muſcus argenteus capitulis reflexis.*

Surculi *foliis* veſtiti teretes ſunt, foliolis adeo arctè eos complexantibus ut vix facilè poſſint diſcerni. *Pediculi* tenues ſemunciales, interdum rubentes. Capitula craſſiuſcula, brevia, deorſum reflexa, quæ Novembri menſe producit.
In muris & tectis oritur. Argenteo totius plantulæ colore ab aliis omnibus ſui generis primo aſpectu dignoſcitur.

6. *Muſcus capillaris major & elatior, capitulis longis obtuſis, deorſum reflexis, & veluti pendulis, prælatis pediculis rubris.*
Inter Muſcos ſiccos D. *Vernon* vidi, qui paluſtrem eum denominat, & pediculos ejus aureos eſſe ait.
In Mariſcis **Hinton** & **Teversham** prope Cantabrigiam æſtate floret.

7. *Muſcus*

7. *Muſcus parvus ſtellaris Ger. emac. C. B. Park.* Muſc. in ericetis proveniens *Lob.* obſervante D. *Bobarto.* Capitulis eſt Adianti, rotundis, brevibus, recurvis. In paluſtri planitie Colemans-Moor dicto prope *Redingam* in *Berceria* invenit D. *Bobart.*

8. *Muſci ſtellaris ſpeciem* nobis exhibuit D. *Vernon,* quam *ſylvarum* vocat *capitulis magnis nutantibus,* & à præcedente diverſam putat. Folia cauliculum uncialem ambiunt, pediculi ex ejus ſummitate exeunt. Verùm adeo propè ad priorem accedit, ut ego ſanè eandem eſſe ſuſpicer.

9. Puempeda H. M. P. 12. T. 37. Muſcus capillaris, pediculis purpureo-rubeſcentibus, capitulis reflexis cuſpidatis.

H. M.

Foliola brevia, denſa. Cauliculi ſeu pediculi ſurrecti, tenuiſſimi, purpureo-rubeſcentes, in vertice cuſpidatis ruffis gemmulis nonniſi flavum continent pollinem.

Unguis pollicis dextri pedis hujus plantulæ ſucco illitus catarrhactam ſiniſtri oculi depellare creditur, & vice verſa.

III. *Muſci capillares minores capitulis ſeſſilibus ſtriatis abſque pediculis.*

1. *Adiantum aureum acaulon capitulis ſtriatis* Muſ. Pet. n. 4.

Arboribus & muris humidis innaſcitur.

Hujus Generis eſt cujus meminit conſummatiſſimus Botanicus D. *Paulus Boccone* Muſei *Plantarum rariorum Tab.* 107. Titulo

2. Polytrichi aurei minimi, acaulis, *Alpini.*

A Polytricho aureo 2do C. *B.* differt, quòd poſt foliola capitulum emittat anguloſum ſine caule. In *Etruriæ* montoſis invenitur inter ſaxa & locis umbroſis.

3. *Muſcus trichoides capitulis apodibus, foliis anguſtioribus D.* Doody.

Saxis adnaſcitur. Ramuli elatiores & graciliores, *foliaque* anguſtiora quàm Muſco trichoidi apodi vulgari, qui in arboribus ubique occurrit, cujus capitellum brevi pediculo innixum aliquando vidi ; an ſpecies ea diſtincta ſit nécne in medio relinquo, quoniam hac de re mihi nondum plane conſtat. Horum pilei ſtriati ſunt, novam autem Muſcorum trichoidum claſſem conſtituunt.

4. *Muſcus trichoides acaulos minor latifolius* Muſ. Pet. n. 86.

A D. *Doody* mihi primùm oſtenſus eſt. Ipſe poſtea eum obſervavi in aggeribus ſiccis Februario & Martio menſibus.

Muſcus trichoides minor acaulos, capillaceis foliis Muſ. Pet. n. 86.

5. Muſcum hunc elegantem unà cum D. *Doody* in arenoſis obſervavi, Aprili menſe florentem.

6. *Muſcus trichoides parvus capitulo conglomerato ſeu Botryoide.*

D. *Tancr. Robinſon* M. D. circa *Londinum* collegit, multos ante annos ſibi à D. *Doody* oſtenſum. Muſcus trichoides parvus, capitulo racemoſo noſtras, à D. *Dale* primo inventus *Pluk. Almag. Bot.*

Aliam adhuc Muſcorum claſſem novam detexi (inquit D. *Doody* literis ad me datis) quos *Apocarpos* denominavi : Quippe in ſummitate ſingularum plantaram globulus unicus, ſubrotundus ſeſſilis obſervatur, ſine ullo vel minimo pediculi veſtigio. Nec pileus, nec aliud quidquam fructui prævium obſervanti huc uſque occurrit ; nec ope quidem Microſcopii ſuturas ullas detegere licuit. Contritus ſuccum luteum pulverulentum præbet. Hi Muſci clavatis ſubjungendi ſunt. Eorum tres habemus ſpecies, ratione foliorum, caulis vel fructûs diſtinguendas, omnes tamen humiles, erectas, non ramoſas.

Hujus Generis varias detexit D. *Sherard,* eorúmque nomina & notas, una cum plantis ipſis exſiccatis ad nos tranſmiſit.

7. *Muſcus apocarpos arboribus adnaſcens polyſpermos.* Viticulis tenuibus arborum cortici arctè adhæret, pluréſque ramulos ſimplices horizontales emittit, plurimis capitulis nullis pediculis fultis per totam caulis longitudinem adnatis. Capitula terram verſùs ſpectant, & nullo caputio (quod apocarpon proprium) teguntur. Tota planta coloris eſt ſaturate viridis. Capitula profert *Octobri* & *Novembri,* & in horto noſtro *Badmintoniæ* in agro *Gloceſtrienſi* vulgatiſſimus eſt. D. *Sherard.*

Muſcus

8. *Muſcus apocarpos arboreus ramoſus.* In denſis velut ceſpitibus arboribus frequens innaſcitur. Ex *Hibernia* ad D. *Doody* pridem miſi, éſtque proculdubio unus è tribus quos ſe habuiſſe memorat: quamvis omnes ſuos non ramoſos eſſe diſertè affirmet. Capitula profert *Octob.* & *Novemb.* D. *Sherard.*

9. *Muſcus apocarpos arboribus adnaſcens minor.* Præcedente multo brevior eſt, nec capitula producit ante *Januarium* aut *Febr.* Quamvis hoc genus plantulæ caputium non habeant, in hac tamen ſpecie apicem parvam in ſummitate vaſculi ſeminalis obſervavi, qui decidit. Idem in aliis nonnullis Muſcorum ſpeciebus obſervatur, ut v. g. in Muſco capillari, foliolis latiuſculis congeſtis, capitulis oblongis reflexis, cujus apex ſeu operculum lucidum eſt & hemiſphæricum, &c. qui decidit & capitulum relinquit Fiſtulæ Nicotianæ capitis æmulum. D. *Sherard.*

10. *Muſcus apocarpos hirſutus, ſaxis adnaſcens, capitulis obſcurè rubris.*

Hanc ſpeciem non alibi unquam quàm in ſaxis inveni. Coloris eſt obſcuri. Capitula ſupremis foliolis fere occultantur, colore rubro obſcuro, ſplendente. Capitula non ante Januarium aut Februarium emittit. D. *Sherard.*

IV. *Muſci Polytrichoides ſeu Filicifolii.*

Ad P. 124. Spec. 8. adde Synon.

1. *Muſcus Polytrichoides humilior foliis latis ſubrotundis* Pluk. Phyt. T. 45. F. 7. An Muſcus Trichomanis facie, foliis utrinque rotundis ſplendentibus Jungermanni *Cat. Altdorf.* In humidis & uliginoſis frequens eſt.

2. Muſci Trichomanis facie ſpecies minima, foliis criſpis, è rupium fiſſuris denſo ceſpite proveniens D. *Richardſon, Moriſ. hiſt.* P. 3. 627. Hujus foliola compreſſa & ſubrotunda, cæteris hujus ſortis minora ſunt, ſcapis tenuibus crebrò adnaſcentia, denſiori creſcendi modo ceſpitem conſtituentibus, quibus à reliquis differt. D. *Bobart.*

3. Muſcus muralis floridus, foliis ſubrotundis creberrimè imbricatim diſpoſitis, ſive Muſcus muralis platyphyllos. *Moriſ. hiſt.* P. 3. 627. Super murorum vetuſtorum *Oxonienſium* aliorúmque projecturas ſatis copioſè exit Muſcus hic elegans, qui ſarmentis ſuis in breves ramuſculos diviſis, compreſſis & expanſis, denſè confertis naſcitur. Hi complurimis foliolis obrotundis, è fuſco viridibus teguntur, adeò denſè, ut ſemunciali longitudine pluſquam viginti imbricatim diſpoſita ſint. *Flores* aliis perfectiores menſe Maio profert, ſeſſiles, ex 4 vel 5 petalis ſubviridibus conſtructos, apice flavo è medio ſe erigente donatos, qui ſummitatibus æque ac geniculis inſident, ad Lichenes debet referri.

4. Muſcus aquaticus *Cornubienſis*, plurimùm capillaceus, foliolis exiguis alternis per totam capillorum longitudinem adnatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Subviridis coloris eſt hæc ſpecies, filamentis tenuiſſimis donata, quibus foliola perexigua ſubrotunda, alternatim & per intervalla poſita inſident, & Confervam geniculatam maritimam *Pluk.* Tab. 84. quodammodo refert. E ſtagno *Dartmore* eruit D. *Stevens.* D. *Bobart.*

5. *Muſcus Filicifolius ſeu pennatus aquaticus maximus.*

Foliis eſt pinnatis Polytrichi in modum; verùm pinnulæ oblongæ, & proportione anguſtiore ſunt, ínque acutos mucrones deſinunt, ad 15 paria in eodem folio ſeu mavis cauliculo. Ex ima foliorum parte alia emergunt folia: Ex eorundem coſta media, ima itidem parte exeunt pediculi prætenues capitula parva, brevia, fuſca ſplendentia ſuſtinentes. Prope aquas exit.

6. *Muſcus Filicifolius ſeu pennatus minor, pinnulis plurimis ad mediam coſtam annexis, latiuſculis, crebris.*

Pinnulæ ad mediam folii cujuſvis coſtam ſeu rachin ſibi invicem proximæ & contiguæ ſunt, nec pauciores in hac ſpecie quàm in præcedente, à qua parvitate ſua & loco natali præcipuè differt. Pediculi vix ſemunciales è radice exeunt; capitula quàm præcedentis paulò majora, brevia, incurva, nutantia, ſeu deorſum reflexa ſuſtinentes. Perelegans eſt plantula & Filicem quandam ſimulat.

In Horto & Pomario noſtro, & alibi in umbroſis & uliginoſis.

7. *Muſcus Polytrichoides perexiguus, capitulis in extremis cauliculis ſeu foliis, ſubrotundis, erectis.*

Cauliculi ſeu mavis folia reclinata, foliolis crebris, ſublongis, in acutum deſinentibus contexta, ad 6 aut 7 in ſingulis paria, ut folia parvæ cujuſdam Filiculæ aut Taxi æmulari videantur, è quorum rachi extrema pediculi exeunt, vix $\frac{1}{3}$ digiti longi, pili inſtar tenues reflexi capitula ſuſtinentes parva, ſubrotunda, erecta.

Autumno aut ineunte hyeme capitula producit.

8. *Muſcus*

Muſcus montanus Italicus *Adianti folliis* Bocc. Muſ. pl. rar. Idem eſt Adianto noſtro petræo perpuſillo, foliolis bifidis vel trifidis.

Muſcus ſaxatilis incanus Bocc. Muſ. pl. rar. p. 117. T. 92.

Muſcus foliis Serpylli rotundis, erectus major.

Folia *Muſco Trichomanoidi* ſimilia ſunt, undique autem ambiunt caulem, qui erigitur. In *Hibernia* D. *Sherard*, in agro *Eboracenſi* D. *Richardſon*, nos etiam in *Eſſexia* ſpongioſo ſolo ad rivulos dudum invenimus.
Fructum hujus aut Muſci Trichomanoidis nondum vidimus.

Muſcus ad Polytrichoidem accedens arbuſculam referens, foliis longis, & veluti criſpis.

Nulla huic è radice folia, verùm in caule crebra, nullo ordine poſita, oblonga & veluti criſpa. Capitula nondum vidimus. D. *Sherard* capitula nutantia plura ſimul è ramulorum alis pediculis uncialibus exire obſervavit. Interdum ramoſus eſt, & arbuſculam refert. In humido & ſpongioſo ſolo cum præcedente non raro occurrit.

Secundum Genus
Muſci terreſtres & aquatici ramoſi, provoluti, aut repentes.

Muſcus terreſtris repens, Lycopodii fermè facie Doodii.

Muſco terreſtri repenti clavis ſingularibus folioſis erectis creſcendi modo ſimilis eſt. Folia habet oblonga, ex luteo vireſcentia, ſuperficie criſpata. Capitula pediculis longis innaſcuntur. *V.* muſc. repentem majorem, foliis & flagellis longis & tenuib. donatum *Sherardi Moriſ. hiſt.* P. 3.
A D. D. *Sherard*, qui in Hibernia primùm detexit, accepit, poſt ea à D. *Richardſon*: tandem & ipſe non procul *Londino* eum invenit.

Muſcus terreſtris repens velut ſpicatus 4. *C. B. Prod.* Hic ad arborum radices nigris radiculis terræ affigitur, viticulis craſſis & longis ſerpit, & de ſe copioſas velut ſpicas oblongas, ex tenuiſſimis & leviſſimis foliolis compactas ramulorum inſtar emittit. Capitula Plantæ reflexa ſunt, oblonga, acumine filamentoſo exeunte.

Muſcus terreſtris ſurculis filamentoſis, tenacibus, Abietinis ſemel tantùm diviſis, fortè M. Abietis facie *C. B. Prod.* Inter Grana repit hic Muſcus, in montoſis locis ſiccioribus naſcens: Viticuli procumbentes tenues lenti & tenaces palmares ſunt, è quibus alii minores, è fuſco lutei ramificantur, ſimplicem verò Abietis in modum diviſionem obtinent D. *Bobart.*

Muſcus terreſtris maximus ramoſus, erectior, latioribus & pallidioribus foliis.

Ramulos crebros undequaque in omnem partem emittit, interdum rubentes. *Folia* crebra, triangularia, concava, in longos & tenues mucrnes producuntur, à cauliculo & ramulis extantia, ut eos penitus non contegant. Capitula in hac ſpecie inventu rariora ſunt. D. *Vernon* unum vel alterum nuper invenit nobiſque oſtendit. In ſylvis & ſepibus frequentiſſimum eſt hoc genus.

Muſcus terreſtris minor, omnium vulgatiſſimus.

In paſcuis ſterilioribus, inque ſylvis & ſepibus ad arborum & fruticum radices ubique nimis frequens eſt.

Muſcus cranio humano innatus, *Uſnea* Officinarum noſtratium, quæ in *Hibernia* frequens eſt, unde ad nos in uſum medicinalem defertur, ex ſententia *D. Doody* Muſci vulgaris ſpecies minor eſt, nec ab eo differt qui ſaxis & arboribus adnaſcitur: cui planè ſimilem, nec figurâ, nec odore diſtinguendam oſſibus equinis & bovinis adnaſcentem obſervavit idem D. *Doody*. Autor Scholii in obſerv. 53. Anni 2di *Ephem. German.* nos docet, Uſneam humanam duplicem eſſe, ſci. 1. *Vegetatam, villicoſam & herbaceam*, quoniam ex parvis filamentis herbaceis conſtat, in forma quaſi illius Muſci, qui in tegulis creſcere ſolet, & qui à Tabernamontano lib. 2. p. 488. in figura ib. delineata inſpicitur, & iſte Muſcus maximè in illis capitibus ſeu craniis invenitur, quæ in terra lociſque humidioribus ſita ſunt. Hic ut puto, Muſcus eſt officinis noſtris uſitatus. 2. *Cruſtaceam*, in ipſo Capite tanquam cruſta adhærefcentem, ſimili modo illi quæ in ſaxis & lapidibus campeſtribus ordinariè in multis locis non cultis apparet, ſeu à Botanicis *Lichen ſaxatilis* S. *Lichen petræus* appellatur. Hæc illa eſt Uſnea quæ ab Autoribus eligitur, quæ peculiari quadam virtute ad diverſos morbos depellendos & curandos dotata eſt.

Muſcus erectus foliis anguſtis, caulibus appreſſis D. Doody.

Ramuli eodem modo diſponuntur, quo in vulgari majore. *Folia* anguſta ſunt, acuminata, caulibus convoluta. Summitates aliquando reflectuntur & ex luteo ſplendent.

Muſcus erectus major foliis anguſtioribus acutis D. *Sherard.*

Vulgari majori ſimilis eſt, folia tamen acutiora & tenuiora ſatis indicant ſpeciem eſſe diverſam.

Muſcus erectus foliis reflexis D. Doody.

Vulgari minor eſt; in udis creſcit, & folia reflectuntur, quæ eum à reliquis ſatis diſtinguunt.

Muſcus terreſtris repens, primæ ſpeciei ſimilis, ſeu multò minor.

Folia, ut in illo, in caule minùs crebra ſunt, & albidiora quàm Muſco terreſtri minori vulgari.

Muſcus terreſtris repens minor, ramulis circa extremitates conglomeratis, foliis capillaceis *Slon. Cat. Jamac.* Ad arborum radices in ſylvis umbroſis mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ.*

Muſcus terreſtris repens minor, cujus ramuli foliis multis & minimis ſeriatim quadrato ordine diſpoſitis, cinguntur. *Slon. Cat. Jam.* cum præcedente.

Muſcus terreſtris repens major, ramulis circa extremitates conglomeratis, foliis multis & minimis capillaceis caulem occultantibus *Slon. Cat. Jamaic.* Cum præcedentibus.

Muſcus terreſtris repens ſubflavus, foliolis criſpis minoribus ramuliſque denſiùs confertis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 625. Ad muros cœnobii *Godſtow* dicti, bina millaria ab *Oxonio* diſſiti hanc Muſci ſpeciem naſcentem collegi, qui viticulis tenuibus, copioſiſſimis reptat, perexiguis foliis mollibus ſericeis, ſubflavis & veluti criſpatis amictis. Capitula nondum vidi, inquit D. *Bobart.*

Muſcus terreſtris *Virginianus* minimus, ſubflavus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus viticuli tenuiſſimi ſunt, Sartoris filum vix excedentes, ſublutei, haud multùm ramoſi, ſed in cæſpitem denſum coacervati. D. *Bobart.*

Muſcus aquaticus fruteſcens pennatus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus viticuli pene lignoſi, repentes, ſaxis adhærentes, & ut plurimum aquis immerſi ſunt, è quibus alii exſurgunt palmares, arbuſculæ in modum ramificati, foliis pennatis ornati; à D. *Richardſon* accepit D. *Bobart.*

Muſcus terreſtris major, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis Doodii.

Hæc quidem ſpecies elegans vulgarem majorem magnitudine æquat. Folia oblonga, lucida, ſuperficie criſpa ſeu pulchrè undulata ſunt, & adeò implicata, ut caules compreſſi videantur. In Comit. *Cantii*, non procul Gravesend oppido copioſum vidi. Eundem etiam D. *Bonivert* ex *Hibernia* ad me miſit. D. *Doody.*

Muſcus aquaticus, terreſtri vulgari ſimilis, ſed major. Fontalis minor lucens *J. B.*

Aquis innatat, eſtque Muſco terreſt. majori ſimilis, ſed multò major & elatior, minùs ramoſus, foliolis viridioribus triangulis lucidis. Hunc mihi Ann. 1695. oſtendit D. *Dale* cum fructu ſeu vaſculis oblongis, rectis, crebris, nullis ferè pediculis, in alis foliorum ſeſſilibus.
Locus. In fluviis, fontibus, atque etiam aquis ſtagnantibus ſæpius vidimus.

Muſcus denticulatus lucens fluviatilis maximus, ad ramulorum apices Adianti capitulis ornatus *Pluk. Almag.* M. Adianti capitulis, Lycopodii in modum per terram ſe ſpargens D. *Richardſon.* Hujus folia præcedentis ſimilia, viridiora, crebriùs diſpoſita viticulis longis repentibus naſcuntur, qui in ramuſculos etiam paucos divaricati ſunt videtur ad unam prima ſpecia.

Muſcus pennatus ſeu denticulatus minimus repens, terreſtri vulgari accedens *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus foliola lucida, tenuia & ſerici in modum ſplendentia, anguſta & acuta cauliculis repentibus denticulatim crebriùs adhærent, hilari virore tincti. Pediculi longiores erecta capitula etiam longiora ſuſtinent. In foſſis umbroſis provenit. D. *Bobart.*

Muſcus

Muſus erectus paluſtris albus, foliis capillaceis D. Doody.

Muſco paluſtri albicanti, pediculis & capitulis brevibus, noſtro, in *Hiſtoria* & *Synopſi* deſcripto, ſimilis eſt in omnibus, præterquam quòd color candidiſſimus ſit, & folia uſque adeò anguſta, ut oculis vix aut nè vix quidem diſcerni poſſint; & propterea ceſpes ex lana tenuiore potiùs quam ex Muſco eſſe videtur; ſed aquæ immerſus ad quod genus pertinet liquidò manifeſtat.

Hujus notitiam debeo D. *Brotherton* ex Hoſpitio *Graienſi*, qui refert eam agri *Lancaſtrenſis* indigenam eſſe.

Muſcus fluitans, foliis, & flagellis longis tenuibuſque D. *Doodii.*

D. *Sherard* in puteis paludum tremularum (ſhaking Bogs) in *Hibernia* invenit.

Muſcus terreſtris, vulgari ſimilis lanuginoſus. Hairy Earth-moſſe.

Vitium Graminis eſt, in montoſis *Cambriæ*; in Alpibus *Venedotiæ* nimis frequens. D. *Lhwyd.*

Muſcus terreſtris, cauliculis Kali geniculati aut Illecebræ *æmulis, foliis ſubrotundi:, ſquamatim incubentibus.*

Hujus folia ſubrotunda ſunt, & cauliculos penitus contegunt capitula parva, brevia, erecta. Cum terreſtri minore paſſim invenitur.

Muſcus terreſtris medius, ſupinus & rapens, foliolis crebris in acutos mucrones productis.

Hujus etiam folia ſquamatim incumbunt, ut ſurculi præcedentis ſurculos propemodum referant. E cauliculis pediculos exſerit menſe Novembri, unciales, tenues, capitula ſuſtinentes breviuſcula, incurva, nonnihil viridia. In tectis ſtramineis frequens eſt.

Muſcus terreſtris vulgaris, Cupreſſi foliis Muſ. Pet. n. 81. In ſylvis frequens. Cupreſſiformis ramoſus *C. B. Prod.* Parvus eſt ramoſus foliolis exiguis imbricatim cauliculis tenuibus diſpoſitis, cupreſſi in modum ſe erigentibus; inter quæ pedicellus exurgit, qui capitula exigua erecta ſuſtinet. In ſylvis umbroſis & ad radices arborum.

Muſcus terreſtris cupreſſinus nanus Stirienſis Bocc. Muſ. pl. rar. P. 161.

Cauliculos emittit breves, per terram ſtratos, complicatos & veluti coacervatos, duas uncias Geometricas longos, denticulos & ſtructuram foliorum cupreſſi imitantes. Cùm inveteraſcit colorem acquirit cinericeum verſùs extremos ſurculos. *Per Germanium* valdc frequens eſt. In reditu à *Vienna* ad *Venetias* à me inventus eſt in ſylvis & dumetiæ Stirium D. *Boccone.*

Muſcus terreſtris parvus ſupinus prælongus Filicis modo interdum pennatus.

Foliola huic exigua & tenuia ſunt, à caule nonnihil extantia. Cauliculi in terram ſtrati, cum ramulis Filicis modo pennatim adnatis. Terreſtri vulgari minori ſimilis eſt, ſed partibus omnibus minoribus, flagellis autem longioribus.

Muſcus terreſtris repens parvus, capitulis, brevibus, tumidis nonnihil incurvis.

Flagella huic parva ſunt, ramoſa, in terram reſupina, foliolis creberrimis minutiſſimis undique veſtita. Capitula pediculis ſemuncialibus, ad imum velut bulboſis, è cauliculis egreſſis, inſident. Decembri menſe, aut etiam maturiùs capitula promit.

Muſcus terreſtris omnium minimus, capitulis majuſculis, oblongis.

Hujus capitula pro plantulæ modulo magna, pallidè viridia, aliquantulum incurva, pediculis unciam ferè longis, pulchrè rubentibus inſident. Folia in ramulis prætenuibus ſupinis adeò parva ſunt, ut viſum ferè fugiant. In tectis oritur.

Muſcus terreſtris, luteo-viridis, ſericeus, repens.

Folia anguſta, oblonga, in tenuiſſimos mucrones producta, ad tactum mollia, creberrima ramulos undique cingunt. Ramuli ſeu ſurculi in longum excreſcunt, cúmque nonnihil inaruerint & foliola ſe contraxerint, tum ſplendore, tum mollitie ſericum referunt. Capitula erecta oblonga incurva pediculis brevibus inſident. Ramuli tegulis, aſſeribus, aut cuicunque alii corpori innaſcitur, arctè adhæreſcentes reptant & ſe diffundunt.

Muſcus repens, Serici modo lucens, viticulis longioribus erectis, D. Doody.

Vulgari Sericeo ſimilis eſt, minùs tamen repit. Viticuli erectiores ſunt & craſſiores; *Folia* peranguſta, per ſiccitatem cauli incumbunt, adeò ut oculos fugiant, & caulis rotundus appareat, ſerici inſtar perbellè ſplendens.

In Pomario ædium antiquarum D. *Franc. Leigh* Equitis aurati apud Fox-Grove in Comitatu *Cantii*, inveni.

Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis, foliolis craſſis, obſcurè virentibus, unam partem ſpectantibus, cum mucronibus aduncis.

Cùm extra aquas creſcit flavicat aut rufeſcit, foliolis minùs craſſis. Capitula longis pediculis innituntur è cauliculis mediis exeuntibus.

Muſcus paluſtris valdè ramoſus, ſurculis erectioribus, foliolis in tenues & longos mucrones productis.

Muſcus terreſtris arborum ſtipitibus adnaſcens, major & erectior.

Ad tres uncias altitudine aſſurgit, variéque & nullo ordine in ramulos dividitur. Folia cauliculos craſſiuſculos undique cingunt, parva, brevia, extantia, in pilos deſinentia. E foliorum alis pediculos emittit capillaceos, ſemunciales aut longiores, capitula ſuſtinentes oblonga, erecta.

Muſcus terreſtris major nigricans, arborum truncis adnaſcens.

Foliola in cauliculis creberrima ſunt, è lata baſi in acutos mucrones deſinentia. Ramuli foliis explicitis virides & aſpectu pulchri ſunt; nigricant autem cùm foliis ſiccitate contractis operiuntur.

Muſcus terreſtris ſquamoſus elegans, in humidis naſcens, ramulis & foliis compreſſis, Plantæ muſcoſæ & plumoſæ Guianenſis perelegantis Breynii *ſimilibus.*

Folia ſquamatim incumbunt & compreſſa ſunt. Ramuli Filicis modo naſcuntur: aquâ madidi craſſiuſculi videntur, extremis obtuſis. Capitula in hoc genere nondum vidi, ut ad Lichenes pertinere ſuſpicer.

Muſcus terreſtris cauliculis compreſſis tenuior & minor.

In arborum truncis, propè radicem præcipuè oritur. Folia ramulis utrinque pennatim adnaſcuntur, latiuſcula plana compreſſa, è quorum ſinubus exeunt pediculi ſemunciales, tenuiſſimi, *capitula* ſuſtinentes minima, brevia, & ferè elliptica.

Muſcus ramoſus paluſtris major, foliis membranaceis acutis D. Vernon.

Ex imis ſcapis pediculi exſurgunt longi aurei; corniculis pileo recurvo auricomo tectis, Adianto aureo majori aliquatenus ſimili. In mariſco *Hintonienſi* locíſque ſimilibus. Æſtate floret.

Muſcus trichoides, medius, ramoſus, foliis albis, mollibus, denticulatim diſpoſitis.

Pediculi aurei longi ex imis exſurgunt caulibus. Capitula producit ſubrotunda. In paſcuis oritur.

Muſcus Trichomanoides purpureus, Alpinis rivulis innaſcens D. Lhwyd. In rivulis montanis Cambriæ. Ad Muſcos denticulatos fortaſſe non ineptè referri poſſet.

Pag. 124. Ad Cap. 7mi ſpec. 2dam.

D. *Plukenet Phytogr.* Tab. 47. F. 5. Speciem quandam Muſci depingit Titulo *Muſci Alpini ramoſioris erecti, flagellis brevioribus, lanuginoſi,* quam *Muſcum terreſtrem erectum ramoſum majorem* C. *B.* eſſe ſupicatur Item aliam Titulo *M. montani gracilis ramoſi, viticulis longioribus glabris,* quam pro *Muſco erecto ramoſo minore* C. *B.* habet.

V. *Lichenes terreſtres & petræi.* Seu *Muſci foliis radices agentibus in terræ ſuperficie ſe diffundentes.*

Lichen ſive Hepatica lunulata ἐπιφυλλόκαρπος *D.* Dale.

Deſcribitur in Hiſtoria noſtra p. 125. Vere primo floret, æſtate lunulæ evaneſcunt.

Lichen verrucoſus D. Doody. Lichen petræus latifolius, foliorum ſuperficie verrucoſus *Pluk. Almag.* Hujus folia (inquit D. *Bobart*) omnium ſunt latiſſima. Menſibus Maio & Junio verrucæ fuſcæ in ſuperficie ſparguntur. Wart-Liverwort.

Circa *Londinum* variis in locis. Verrucæ tuberculis exiguis nigris, ſeminibus nudis ſimilibus, veluti punctatæ ſunt.

Lichen

Lichen ſive Hepatica foliis craſſis, Rutæ murariæ aut Chamædryos foliis laciniatis quodammodo ſimilibus.

Folia hujus craſſa ſunt, & ab eodem centro dilatata, in circularem circumferentiam terminantur, ſectorem circuli referentia. Duo autem vel tria interdum ab eodem centro procedunt, in duas perſæpe partes fiſſa, & hæ denuo in alias duas obtuſas ſectæ, vel certè lineâ profundè impreſſâ rugoſæ. Ex averſa foliorum ſuperficie fibræ nigræ crebræ in aquam, cui innatat, deſcendunt.

In ſummis aquis perſæpe copioſe fluitat, ut cùm primùm eam viderem, Hederulam aquaticam triſulcam, aut aliam herbam putridam & nigricantem aquis immerſam crederem: quin & extra aquas in hortis oritur. Fructum nondum vidi. Eadem eſt Licheni 8vo ſeu *minimo foliis venoſis* Synopſeos noſtræ Methodicæ, &c.

Lichen terreſtris ſupinus, minimus, dichotomus, oblongis ſegmentis, inter muſcos reptans. A D. *Sherard* in *Hibernia* obſervatus.

Lichen parvus in corticibus arborum humidis repens, foliolis ſubrotundis ſquamatim incumbentibus.

E foliolis ſeu ſquamis extremis pediculi exennt breviſſimi & tenuiſſimi capitula ſuſtinentes ſubrotunda, quæ in 4 ſegmenta dehiſcentia floſculum tetrapetalon referunt, colore rubente.

Muſcus lichenoides foliis cauli ſquamatim incumbentibus anguſtior. D. Doody.

Hic ad præcedentem proximè accedit, divaricationes tamen duplo vel triplo anguſtiores ſunt.

Lichen minimus albeſcens, cauliculis repens, foliis pinnatis, capitulis nigris lucidis.

Capitula pediculis ſemuncialibus inſident, ſúntque perfectè ſphærica; in 4 demum velut petala aperiuntur, & flores imitantur. Inaggeribus udis reperitur. Hanc ſpeciem, quamvis cauliculum quendam habeat, nec meris foliis conſtare videatur, ob conformitatem in floribus aut potiùs fructu, huc retuli.

Muſcus lichenoides foliis pennatis bifidis major D. Doody.

Muſcus lichenoides foliis pennatis bifidis minor Ejuſdem.

Hi duo è tubulo foliis inſidente capitellum nigrum rotundum ſplendens, pediculo affixum erigunt, quod diſcinditur in 4 partes, Lichenis cauliculo calceato *Columnæ* in modum.

Lichen ſeminifera, pyxide folio adnaſcente, Iulo pediculo longo inſidente. D. *Tancr. Robinſon* in muris veteris Templi de *Savoy* collegit, quem ante aliquot annos ſibi à D. *Doody* ibidem oſtenſum retulit.

Lichen terreſtris minimus fuſcus Doodii.

Folia ei ſemuncialia ſunt, ſinuata, criſpa, fuſca, pellucida ſimul quaſi in capitulum congeſta. In ericeto *Hampſtedienſi.*

Lichen terreſtris minimus viridis criſpus, Lactucæ marinæ accedens. Ejuſdem.

In loco umbroſo horti *hoſpitii Lincolnienſis* quondam obſervavi, temporibus pluvioſis. Folia minima ſunt, viridia pellucida, criſpata, ſine fibrillis vel pediculis, humi ſtrata. Poſtea D. *Petiver* invenit in cœmeterio *Iſlingtonienſi.*

Lichen petræus ſtellatus foliis plumaceis Pluk. Almag. Bot. Stellati fortè *C. B.* varietas perelegans. *Idem.*

Lichen petræus acaulis, foliorum plano calceatus Pluk. Almag. Bot.

Lichen parvus erectus, foliolis profundè laciniatis Pluk. Phyt. T. 42. F. 2. In umbroſis humidis ad parvulum fluentum juxta fontes medicatos *Dolwicenſes*, 4 circiter M. P. à *Londino* remotis, in agro *Surreienſi* copioſiſſimum invenit Auctor noſter.

Lichen terreſtris cinereus, per longitudinem laciniatus, apicibus rubris orbiculatis Pluk. Almag. Bot. In terreſtri cinereo vulgatiſſimo ejuſmodi apices obſervavit D. *Petiver.*

Pag. 117. Ad Lentem paluſtrem *J. B.*

Hanc plantulam D. *Sherardus* Auguſto & Sept. menſibus ſeminibus averſæ foliorum parti adnaſcentibus ſcatentem in foſſis *Hollandiæ* obſervavit. Eodem modo fructificat quo *Lenticula paluſtris latifolia punctata.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER TERTIUS:

Plantæ Capillares & Congeneres

COMPLECTENS.

Harum nota Generica esto,

Semen minutissimum pulvereum vel foliis aversis vel furculis *seu* racemis è media folii costa ortis innascens.

ADDIDI

***Surculis** è media folii costa ortis*, ut *Lunariæ* species complecterer, quæ à Botanicis huc referri solent.

De Plantis Capillaribus in Genere.

IN *Methodo meâ & Historia Plantarum, Capillarium* stirpium notam Genericam constitui *caule carere*, ac si tota earum superficies ex meris foliis constaret; quod *Europæis* omnibus hoc Genus Plantis, quantum hactenus noverim, convenit: *Indicas* tamen & *Americanas* nonnullas revera cauliferas reperiri idoneorum Autorum testimonio constat; quin & ipsemet earundem specimina aliquot exsiccata vidi apud Doctissimum & amicissimum virum D. D. *Sloane* in *Jamaica* insula collecta. Quinimo *Capillares scandentes*, loríve seu funiculis emissis repentes Fragariæ in modum, quarum in unoquoque ferè genere species nonnullæ in *Indiis* reperiuntur, cauliferæ sunt. Lori enim illi quibus repunt caules provoluti esse videntur: quamvis & ad radices referri possunt, & radices supra terram repentes denominari. Nam si cum D. *Tournefortio Flore carere & Dorsiferas* esse conjunctim pro nota assumas, *Osmundam Regalem*, & siquæ sunt congeneres, ab hujus Generis societate seu participatione excludes. At nec *Herbas Capillares* flore omni carere certum, nè dicam verum est, cùm & D. *Rivinus* flosculos granulatos illis attribuat; quales & ipse in *Polypodio* me vidisse existimavi, colore luteo insignes; & D. *Plumier* in Descriptione *Filicis arborescentis* consentiat, *Tubercula hæc* inquiens (de *seminalibus* loquitur) *antequam in pulviſculum abirent, quantum oculorum acie discernere licuit, præcedere visi sunt* flosculi *minimi canescentes, monopetali calicis exigui hemisphærici in modum excavati, filamentis bene multis, minimis, canescentibus repleti.*

Notæ ergo *Capillarium* sunto, Semen minutissimum pulvereum vel foliis aversis, vel furculis è media eorundem costa ortis innascens. In *Osmunda* Regali furculi floriferi dici soliti foliorum ipsorum pars sunt, ob seminalia adnascentia, (ut mihi videtur) contractorum, marginibus sursum reflexis & revolutis.

Quod ad Methodum autem attinet, eam optimam esse judico quam in Epistola ad *D. Rivinum* proposui, à situ seminum desumptam, nimirum ut dividantur in eas quarum semina,

1. In *ſurculis peculiaribus* racematim compinguntur, *Floridas* Herbariis dictas, ut *Oſmunda regalis.*
2. *Foliis averſis* innaſcuntur ; idque vel
   1. Earundem *marginibus*, ut in Filice fœmina vulgari, Adianto vero, & *Indicis* non paucis.
   2. *Mediæ* vel *interiori* eorundem parti ; idque vel
      1. In *punctis ferrugineis*, ut in *Polypodio*, Filice mare, aliiſque plurimis.
      2. In *lineolis vermicularibus*, ut in *Phyllitide*, &c.
      3. In *areola latiuſcula* juxta nervum *ſeu* coſtam folii mediam utrinque ſecundùm longitudinem ducta ; ut in *Lonchitide juxta nervum pulverulenta* Plumieri.
      4. *Ipſi pinnarum coſtæ* ; qualem nobis exhibuit D. *Petiver.*
      5. *Per totam folii ſuperficiem* ; ut in *Aſplenio.*

Hæc autem Genera á magnitudine, foliorum diviſura, radicum forma, aliiſque accidentibus ulteriùs ſubdividi poſſunt.

Hæc inquam Methodus optima mihi videtur : verùm cùm tot novæ & indictæ *Capillarium* ſpecies in *India Orientali*, ſed præcipuè in *America* clariſſ. Virorum hodie viventium aut nuperrimè defunctorum, D. *Henrici van Rheed*, D. *Joannis Baniſter*, D. *Caroli Plumier*, D. *Hanſii Sloane*, qui in Indias navigârunt, ibidemque aliquandiu commorati ſunt, auſpiciis & induſtria detectæ & deſcriptæ fuerint, quot ego in toto terrarum orbem reperiri vix credidiſſem ; earúmque vel viviradices, vel ramuli curioſè exſiccati, & inter chartas repoſiti, iiſve agglutinati, vel icones ad vivum delineatæ in *Europam* tranſmiſſæ aut invectæ, & curioſis oſtenſæ fuerint, poſtea etiam in æs inciſæ, publico exhibitæ, & omnium oculis expoſitæ ; in multis autem ſeminalium ſitus non obſervatus, certè non deſcriptus ſit. Cùm, inquam hæc ità ſint, mihi planè impoſſibile eſſe video omnes ad hanc methodum redigere, ſed vetus à foliorum figura & diviſione ſumpta omnino retinenda eſt ; in aliquibus tamen eam immutare & emendare conatus ſum.

Sive ergo hoc genus Plantæ revera cauliferæ ſunt, ſive minùs, parùm ſolicitus, à foliorum ſimplicitate aut compoſitione ſeu diviſione earum differentias ſumam. Inprimis autem *Caulis* & *Folii* Definitiones præmittam.

Caulis (definiente *Jungio*) eſt pars plantæ ità in longitudinem exporrecta, ut anteriora à poſterioribus, vel dextra à ſiniſtris non differant : vel ut ex ejuſdem figura ſciri non poſſit, quæ pars anterior, quæ poſterior ſit.

Folium eſt quod partem anteriorem ſeu ſupinam ſuperficiem à poſteriore ſeu prona diverſam obtinet. Hoc de iis intelligendum eſt quæ folia propriè dicta habentur Junci enim folia proprè dicta non ſunt. Sed Junci omnes veluti totidem caules aphylli eſſe videntur. Quod ad folia fiſtuloſa attinet, velut *Cepæ* & ſimilium, eorum interna ſuperficies pro ſupina, externa pro prona ſumenda eſt : nam in imo aperiuntur, & duas ſuperficies oſtendunt quarum ſuperior internæ ſeu concavæ folii ſuperficiei continua eſt, inferior externæ ſeu convexæ.

Folia vel *ſimplicia* ſunt, vel *compoſita.*

Simplicia voco non tantùm abſolutè integra ſeu indiviſa, ſed etiam qualitercunque inciſa aut laciniata, modo inciſiones non admodùm profundæ ſint, nec laciniæ ex utraque racheos parte per folii longitudinem, æquali numero ſibi reſpondeant, ſeu adverſo, ſive alterno ſitu. *Compoſita* ſunt quæ ſecundùm folii longitudinem in plures lacinias ad mediam propemodum coſtam extenſas, vel in plures pinnas *ſeu* foliola, vel in plures alas pinnatas, vel denique in plures ramulos alatos æquali numero, eo quo dixi modo, ad coſtam mediam adnexos diviſuntur.

Hinc Phyllitidem ramoſam dictam à Phyllitide vulgari ſeparo & Genere diverſam facio, quia folio eſt compoſito ſeu pinnato, quantumvis pinnæ ſingulares *Phyllitidem* referant. Sunto ergo

Plantæ *Capillares*, ſeu *cauliferæ* fuerint, ſive non *cauliferæ*, foliis vel
- *Simplicibus*, ut *Phyllitis* & *Hemionitis.*
- *Compoſitis*, idque vel ex
  - *Laciniis* aut *pinnulis* tantùm, ut *Polypodium*, *Lonchitis*, *&c.*
  - *Alis pinnatis* (quas Suffragines nonnulli vocant) ut *Filix mas*, &c.
  - *Ramulis alatis*, hoc eſt, ex ramulis in alas, alis in pinnas diviſis, ut *Filix fœmina vulgaris*, &c. quod Genus capillares *ramoſæ* dici ſolent.

Hinc

Hinc Genus hoc in quatuor ſectiones dividimus. *Prima* Capillares folio ſimplici, in pinnas ſeu lacinias profundas minimè diviſo complectitur.

Secunda Capillares folio in pinnas ſeu lacinias profundas ſecto continet. Has quia numeroſæ admodum ſunt, ulteriùs ſubdivido in eas, 1. Quæ foliis ſunt laciniatis, ut *Polypodium*, 2. Quæ pinnatis. Foliis pinnatis donatas ſubdivido in eas quarum pinnulæ latæ, breves ſunt, ut *Trichomanes*; & eas quarum pinnulæ longiores; Has iterum in eas quarum pinnæ vel 1. Phyllitidis folia referunt, vel 2. Hemionitidis; vel 3. Ad unum tantùm latus auriculatæ ſunt & lanceam referunt, ut *Lonchitidis*; 4. Filicis folia imitantur & auriculatæ non ſunt.

Tertia Capillares foliis ſemel ſubdiviſis exhibet.

Quarta Capillares foliis bis ſubdiviſis ſeu ramoſis.

Plantarum *Capillarium* in *Europa* naſcentium paucæ admodum ſpecies reperiuntur, unde hæc Tribus è minimarum numero haberi ſolet. Verùm in *India* & *America* Botanici moderni innumeras ferè invenerunt. D. *Sloane* Medicus & Botanicus inſignis, Amicus noſter æſtumatiſſimus in Inſula *Jamaica* ſola, plures centum *Capillarium* ſpecies collegit & deſcripſit, earúmque multas non vulgaris formæ aut ſtaturæ, ſed vel raræ & inſolitæ figuræ, vel magnitudine & pulchritudine ſpectabiles.

1. In omni ferè earum genere plures ſcandentes repentéſve Fragariæ in modum invenit; cujuſmodi plantas plurium fundorum ſagaciſſimus *Joachimus Jungius* appellat. Hujus Generis nullæ, quod ſciam, in *Europa* proveniunt.

2. Nonnullas revera cauliferas & arboreſcentes, caudice tereti, craſſo & lignoſo, è faſtigio folia undique emittentes Palmarum in modum, de quibus paulò ſuperiùs dixi.

3. Alias inſolito modo ſe multiplicantes, nimirum folii apice reflexo & terram tangente radices agente & novam plantam producente, cujus generis ſex minimùm ſpecies à celeberrimis Viris, D. *Baniſter*, D. *Sloane*, & D. *Camelli* obſervatas invenio.

4. Præter has, inter plantas ſiccas à D. *Vernon* in *Marilandia* collectas, & à D. *Sloane* ad me tranſmiſſas *Oſmundæ* ſpeciem inveni cujus Caules *ſeminiferi* (ità impræſentiarum appellare liceat) à *foliolis* omnino ſeparati & disjuncti ſunt; ità ut in *Seminiferis* pinnæ nullæ *folioſæ* habeantur, in *folioſis* nullæ *ſeminiferæ*. Color etiam *Seminalium* in hac ſpecie diverſus eſt à reliquarum *Capillarium* ſeminalium colore, nimirum non ferrugineus ut in aliis, ſed ruber.

5. Botanici antiquiores *Capillares* plantas ſteriles & infrugiferas eſſe opinati ſunt. *Recentiores* Microſcopii interventu ſemina in eis detexerunt, averſæ foliorum parti adnaſcentia in punctis lineoliſve ferrugineis ibidem efflioreſcentibus. Nonnulli tamen pervicaciores, microſcopio fidem minimè adhibendam eſſe clamitantes & viſum ab eo non promoveri, ſed decipi exiſtimantes, eas ſeminiferas eſſe obſtinatè pernegant. Verùm Filicis quædam ſpecies *Chinenſis*, cujus folia ad nos à D. *Petiver* *Londino* tranſmiſſa ſunt, rem determinat, & extra omnem controverſiam ponit. Siquidem è ſeminalibus ejus punctis in foliis averſis dum planta mater viget, plurimas plantulas enatas & matri adhuc hærentes, & magnam partem tum pronæ quàm ſupinæ foliorum ſuperficiei operientes obſervavimus.

6. Filicis quædam ſpecies ab eodem amico communicata ſeminalia exanthemata mediæ duntaxat pinnarum coſtæ adnaſcentia obtinuit, quod rarum, ſingulare, & quantum hactenus obſervavimus, huic ſpeciei proprium eſt.

SECTIO PRIMA.

Plantas capillares folio ſimplici, ſeu in pinnas aut lacinias utrinque per totam longitudinem non diviſo, complectens.

PLantæ illæ quas Phyllitidi ſcandenti affines vocat *D. Sloane* an ad hoc Genus propriè pertineant nécne, ſibi non planè conſtare fatetur, cùm earum ſemina nondum viderit. Hic tamen tantiſper eas collocare placuit donec ulterior obſervatio proprias ſedes illis aſſignaverit.

Pag. 135. Ad Caput de Phyllitide præter ſpecies ſeu varietates hîc & inferiùs in *Appendice* traditas, adjiciantur ſequentes.

1. Lingua cervina ramoſa major criſpa *Schol. Bot. Tournefort.* An Lingua cervina ramoſa in orbem per ſummum involuta *Hort. Reg. Par* ? Hæc planta, ſi per *ramoſæ* epitheton cauliferam intelligunt, hujus loci eſt; Si verò *folio ramoſo* præditam, in methodo noſtra ad aliud Genus pertinet. Idem de quarta ſpecie dictum eſto.

2. Linguo

2. Lingua cervina minor criſpa *Schol. Bot.* cervina minor criſpa, uno pediculo trifolia *Hort. Reg. Par.* Phyllitis ſeu Lingua cervina minor criſpa, folio multifido, ramoſa *Plukenet. Phytogr.* Tab. 248. Fig. 2.

Folia longitudinem præcedentium duorum vix aſſequuntur (dodrantalem enim rarò ſuperant)pediculi primò emergentes ſimplices, in 3 ut plurimùm, interdum plures, interdum verò pauciores, partes ſe dividunt, totidémque folia à principio plana, & in dorſo aliarum ritu areolis virgata ſuſtinent, ſed ſuperiùs in varias lacinias conſciſſa, & tanta ſerraturarum copiâ onerata, ut tota criſpa in extremis appareant.

3. Lingua cervina maxima, undulato folio, auriculato per baſin *Hort. Reg. Pariſ. Flor. Bat. flo. Plukenet. Phytogr.* Tab. 248. F. 1. Ob auriculas ad baſin extantes *Hemionitidis* potius ſpecies eſſe videtur.

Folia profert perampla, pallidè vireſcentia, recta, integra, binis auriculis ſubrotundis, ad baſin dependentibus prædita, & marginibus plenis adeò ſinuatis, ut anicularum collare multiplex quodammodo referant. Horum in dorſo nullæ lineæ ſeminiferæ conſpiciuntur. Deſcriptio eſt D. *Bobarti* in *Hiſt. Oxon.* p. 557. ut & præcedentis.

Phyllitidem majore folio in duas tréſve lacinias profundè diſſecto, à Phyllitide multifido folio C. B. diſtinguunt *Floræ Batavæ & Schol. Botan.* Autores.

4. Lingua cervina ramoſa major, multifido folio *Morini Hort. Joncq. Tourneſ. Elem. Bot.*

5. Lingua cervina anguſtifolia lucida, folio ſerrato *H. R. P. Tourneſ. Elem. Botan.* Huic folia atro-virentia ſunt, ſatis longa, aliarum congenerum multò anguſtiora, ad margines frequentibus inciſuris ſinuata & fere criſpa, lineis brevioribus ſed latioribus ferrugineis in averſa parte notata. D. *Bobart* deſcript. in *Hiſt. Oxon.* P. 3. 557.

6. Phyllitis parva ſaxatilis *Virginiana*, per ſummitates foliorum radicoſa *Baniſter Cat. ſtrip. Virgin.* Herba de raiz. *Plukenet. Phytogr.* Tab. 105. Fig. 3. qui hanc notam addit: Hujus folium Phyllitidis ramoſæ *Alpini* folium particulare figurâ æmulatur, & huic fortaſſe iſta proximè cognata eſt, ramificationes quam alteri contulit in altera defectum, per admirabilem propagandi modum & huic ferè proprium, beneficâ compenſante naturâ.

(1.) Verùm non eſt peculiaris huic plantæ hic propagandi modus, ſiquidem in horto *Malabarico* occurrit Graminis ſpecies *Mella-Pana-Kelangu* dicta, eodem prorſus modo ſe propagans. Quin & curioſiſſimus Plantarum in inſula *Jamaica* naſcentium indagator & obſervator D. *Hans Sloane* M. D. aliam ab hac diverſam

(2.) Phyllitidis ſpeciem exhibet in Catalogo Plantarum iſtius Inſulæ, titulo *Phyllitidis non ſinuatæ minoris, apice folii radices agentes*; cujus & ipſe D. *Plukenet* in *Almageſto Botanico* meminit *Filicifoliæ Phyllitidis parvæ ſaxatilis &c. breviore & latiore folio* appellatione, quæ à *Baniſteriana* differt folio pediculo ferè deſtituto, nec ut in illa ad baſin ſinuato.

(3.) Idem D. *Sloane* Filicis etiam ramoſæ ſpeciem exhibet, quam *minorem hirſutam, pinnulis ſubrotundis, folii apice radices agente*, vocat.

(4.) Filix inſuper non ramoſa Scolopendrioides *Plumieri* eodem modo ſe propagat: quò refert D. *Sloane Adiantum* ſeu *Filicem Trichomanoidem Jamaicenſem pinnulis auriculatis dentatis, ad baſin amplioribus, radiculas ex nutante apice in terram demittentem* Pluk. Almag. Bot. T. 253. F. 4. Quæ ſi diſtincta à reliquis ſpecies ſit, ſex habebimus plantas diverſas, hoc modo ſe multiplicantes: & proculdubio plures adhuc reſtant nondum detectæ.

8. Phyllitis ramoſa trifida *Slon. Cat. Jam.* in Inſulæ *Jamaicæ* Sylvis mediterraneis.

9. Lingua cervina coronata *Munting. Herbar. Belg.* ubi deſcribitur & depingitur. Ego luxuriantis naturæ luſum eſſe exiſtimo potiùs quàm Phyllitidis ſpeciem diſtinctam.

10. Hemionitis criſpa, major & minor, & folio obtuſo *Ejuſdem.*

Phyllitidis in Methodo noſtrâ ſpecies ſunt.

11. Phyllitis ſeu Lingua cervina *Indica* quinquepedalis *Mentzel.* Coroll. ad Indicem & Pugillum.
Folium valde ſinuatum pingitur.

Phyllitides Americanæ, (notante D. *Bobart*) pulvere ſeminifero dorſo innaſcente, ſed non lineis obliquis, quales in *Europæis* cernuntur, gaudent. *Hoc non eſt generale & omnibus Americanis Phyllitidis ſpeciebus commune, cùm planta proximè ſequens exanthemata ſeminalia vermiculata obtineat, aliæque plures.*

12. Phyllitis è monte *Serado*, foliis longiſſimis latis. D. *Petiver.*

Lineæ pulverulentæ ſeminales in hac ſpecie aliiſque Indicis anguſtiores ſunt & crebriores quàm in Phyllitide vulgari noſtrate. Folia autem multò longiora latioráque.

13. Lingua cervina longo lato ſerratóque folio *Plumier.* Phyllitis non ſinuata foliorum limbis leviter ſerratis *Sloan. Cat. Jam.*

Radix hujus proprie loquendo nihil aliud eſt quam maſſa quædam è pediculis putridis multíſque parvis, brevibus, capillaribus, nigris fibris ſeu radiculis compoſita. Ex qua egerminant ſeptem aut octo *folia* ejuſdem cum Phyllitide vulgari figuræ, coloris, & conſiſtentiæ, verum multò majora, duos interdum pedes & dimidium longa, tres aut quatuor digitos lata, extremitate acuminata, initio etiam anguſta. Supina ſuperficies æqualis eſt, verùm prona, ſeu dorſum folii, ut vocant, nervo valdè elato diviſa, qui multos prætenues, obliquos, parallelos, & ſibi invicem proximos nervulos emittit. Oræ foliorum denticulis parvis ſubrotundis inciſæ ſunt. In medio nervulorum velut parvi vermiculi pulverulenti foliis adnaſcuntur, colore ruſſo obſcuro.

Multis inſulæ *Martinique* & *Dominici* in locis, ſecundùm rivos & torrentes oritur. In inſulæ *Jamaicæ* ſylvis magnis mediterraneis & umbroſis obſervavit D. *Sloane*, vide *Cat. Plant.* iſtius inſulæ.

14. Lingua cervina longiſſimis & anguſtiſſimis foliis, *Plumier.*

Radix hujus nihil aliud eſt quàm maſſa ſeu congeries pediculorum plurium putridorum, & fibrarum rufeſcentium, muſco obductarum. *Folia* multa emittit, longiſſima, & anguſtiſſima, non plus * lineam & dimidiam lata, tres circiter pedes longa, ſolida & ſpiſſa chartæ Pergamenæ inſtar, lævia, anteriùs amœne viridia, verùm poſteriùs multis nervulis tranſverſis ſed ſurſum vergentibus, ſibi invicem proximis, ſtriata. Oras habent introrſum reflexas, & extremitates valdè acuminatas.

* *Menſuræ Pariſienſis.*

15. Lingua cervina foliis acutis, & ad oras ſummitatum pulverulentis *Plumier.*

Radices Polypodii æmulæ, verùm multò tenuiores ſunt, ſurculoſæ, multíſque fibrillis nigris adeò denſè conſtipatis comoſæ, ut ſpeciem quandam parvi ceſpitis componere videantur. Septem aut octo *folia* exſerunt, pediculo brevi nixa, pedem circiter longa, media parte paulò plus pollicem, lata, utraque extremitate anguſta, præſertim ſuperiore, quæ valde acuta eſt, & ſecundùm oras ſubtus pulvere ſubtili admodum, ferrugineo cincta: Spiſſa inſuper ſunt & glabra, abſque ulla coſta protuberante, nervus duntaxat niger ea per longum dividit; conſiſtentiâ craſſa Pergamenæ *Velin* dictæ; habentque duos treſve proceſſus parvos, nunc acutos, nunc obtuſos, circa mediam oram.

In Iuſula *Dominici* ad rivum quendam invenit Auctor.

Hæc planta & proximè ſequens ſeminalium ſitu & figura, pediculi & coſtæ mediæ colore nigro ad Adianta accedunt, & à reliquis hujus *Generis differunt: Radices quoque ad Polypodium appropinquant*, ut anomalæ videantur.

16. Polypodium foliis Linguæ cervinæ majus *Plumier.* An Polypodium Indicum primum, Scolopendriæ facie *Breynii*? Phyllitis folio non ſinuato tenuiori, rotundis pulverulentis maculis averſa parte punctato *Slon. Cat. Jamaic.* Carapatl *Hernandez.*

Plumier.

Hæc planta truncis arborum vetuſtarum præcipuè ſe affigit, ad modum *Polypodii Europæi*; quod *radice* etiam refert, digitum craſſâ, 5 aut 6 pollices longâ, interiùs ſolidâ & viridi, exteriùs nigrâ, multis fibris donatâ. Sex aut ſeptem exſerit *folia*, duos treſve pedes longa, extremitatibus acutis, ad exortum anguſta, paulatim lateſcentia, ad digitum circiter & dimidium, glabra, ſupina parte pulchrè viridia. Pediculus, qui perbrevis eſt, in nervum glabrum lucidum elongatur, qui ex utraque parte ramos diſtribuit obliquos & parallelos, duas circiter lineas *Pariſienſes* à ſe invicem diſtantes, minoribus plurimis tranſverſim ſectos: in quorum interſtitiis verrucæ exoriuntur pulverulentæ & nigricantes, quæ cum vicinis ſuis duplicem efficiunt ordinem ſecundum coſtas obliquas, in ſuperiore foliorum parte apparentes. Folia hæc oris ſuis undata ſunt, quæ per duplicem nervum ſatis diſtinctæ videntur.

Locus, In *Antillarum* foreſtis frequens. Truncis arborum ſenio confectarum Viſci inſtar innaſcitur. D. *Sloane* ad Phyllitidem hanc plantam refert.

Phyllitides ſcandentes iiſque affines.

Phyllitis repens ſcandénſve foliis longis anguſtis D. *Sherard.*

Caulis tenuis cirris & radiculis tenuibus emiſſis repit, *folia* obiter emittens ad intervalla nunc longiora & ſemipalmaria, nunc breviora & uncialia, ſingularia, alia palmam ferè longa,

ga, alia breviora nec duas uncias excedentia pro plantæ magnitudine, eorundémve in caule ſitu, culmum lata, pediculis longis inſidentia, ſeminalibus efflorescentiis apices occupantibus. Locus *Zeylona* Inſula.

Phyllitis repens ſcandénſve, foliis duplicibus, aliis latis & ſubrotundis, aliis longis & anguſtis. Filix ſcandens Nummulariæ folio *Muſ. Pet.* 217.

Cauliculi ſeu flagella tenuia ſunt & cirroſa, è quibus folia exeunt ad intervalla incertâ ſingularia, alia lata & ſubrotunda, Eſulæ rotundæ aut Tithymali Helioſcopii figura & magnitudine, vel etiam Nummulariæ, quibus D. *Petiver* ea comparat, pediculis brevibus hærentia; alia longiora, anguſta, apicibus obtuſis, pediculis longioribus donata, quæ in caulibus ſuperiorem locum occupant.

Hanc plantam primò à D. *Sherard* accepi in *Zeylona* inſula collectam; deinde à D. *Petiver* è monte *Serado Affricæ* delatam.

Phyllitis ſcandens, cauliculis ſquamoſis *Plumier.* minor ſcandens, foliis anguſtis *Sloan. Cat. Jamaic.*

Plumier.

Multos protrudit *cauliculos* longiſſimos & tenuiſſimos compreſſos, qui rependo arborum truncis ſe affigunt, eodem modo quo Hederæ caules, hinc illinc multos emittentes *ramulos*, nonnullos longiſſimos, alios valdè breves, ſquamis parvis, anguſtis, acutis, ferrugineis penitus contectos, plurimis filamentis minutis interſperſis; ab alterutro latere ſemidigitali intervallo *folia* alternatim poſita emittentes, 4 circiter pollices longa, 7 aut 8 lineas latæ verſùs imam partem. Oras habent undulatas, & paulatim anguſtantur verſùs apicem, quî nonnihil obtuſus eſt. Eorundem conſiſtentia membranoſa eſt; Adverſa ſuperficies lævis & pulchrè viridis; averſa coſtam habet per longum deductam, quæ ramos valdè tenues & undantes utrinque extendit. Verrucæ pulvereæ ſeminiferæ rotundæ ſunt & caneſcentes, uno ad utrumque coſtæ latus ordine.

Multis in locis Inſularum *Martiniquæ* & *Dominici* invenitur.

Truncis arborum in inſuliæ *Jamaicæ* ſylvis mediterraneis innaſcentem obſervavit D. *Sloane.* *Locus.*

Hujus etiam ſeminalia figurâ ſuâ à Phyllitidis ſeminalibus differunt. D. *Plukenet Almag. Bot.* p. 156. Filix ſarmentoſa bifrons ſeu Dryopteris ſcandens *Jamaicenſis*, inter Filicem & Lycopodium media, dicitur. Icon habetur *Phytogr.* T. 290. F. 3.

Phyllitis minor ſcandens, ſalicinis foliis acuminatis viridibus D. Sherard. Viticulos profert graciles, læves, radiculis hinc inde enaſcentibus præditos, quibus ſine dubio arbores aſcendit. His ad uncialem intercapedinem adnaſcuntur pediculi latiuſculi, compreſſi, unciales, qui viticulos vaginatim amplecti videntur, & folia ſaligna 3, 4ve uncias longa, ſemunciam lata, & ſe in mucronem acutum ſenſim anguſtantia, tenera, utrinque viridia, & ad unum latus ſpectantia ſuſtinent. *Zeylonam* agnoſcit matrem. D. *Sherard* deſcripſit.

Phyllitis ſcandens minima, Muſci facie, foliis membranaceis ſubrotundis *Slon.* Adiantum muſcoſum Lichenis petræi facie *Plumier.* Filix Hemionitis Lichenoides Americana, Fungi auricularis Cæſalpini æmula, radice reptatrice *Plukenet Almag. Bot.* T. 285. Hanc plantam à D. *Petiver* accepi & Muſci potiùs quàm capillaris herbæ ſpecies eſſe videtur.

Plumier.

Radices habet valde tenues, longiſſimas, Dentis canini, id eſt, Graminis *Officin.* in modum progredientes, fibras multas nigras obiter emittentes, quibus rupibus humidis ſe affigunt. *Foliorum* diſpoſitione Lichenem ſeu Hepaticam *Matth.* ſatis refert, quæ ſquamatim ſibimet incumbentia totam ferè rupem, cui velut agglutinata videntur, operiunt. Figuram habent ventilabri extenſi, dimidii digiti magnitudinem; ſuntque valdè tenuia, pulchrè viridia, ſulcis minimis, leviter radiata, quos tranſverſim ſecant ſulci alii circulares oris denticulatis. Denticuli autem, minùs profundi introrſum reflectuntur velut Adianti vulgaris. Pluribus in locis inſulæ *Dominici* reperitur, ſuper humidas rupes & ſecundùm rivos. In Inſula *Jamaica* ſupra arborum truncos humidiores in ſylvis mediterraneis umbroſis prope ripas fluminum *Rio d' Oro* & **Orange-River** dictorum inter *16* **Miles-Walk** & **St. Maries** creſcentem collegit D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis major, folio craſſo ſubrotundo *Slon. Cat. Jamaic.* Truncis arborum altiorum, vel rupibus humidioribus mediterraneis ubique ferè innaſcitur.

Caulem obtinet compreſſum, anguloſum, ſtriatum, viridem, *foliis* ex utroque latere alternatim digitali intervallo exeuntibus, veſtitum. Sub quolibet autem folio erumpit clavicula, lata, fungoſa, caneſcens, truncis arborum aut rupium lateribus firmiter adhæreſcens, quarum ope ad triginta interdum pedum altitudinem aſcendit planta. *Folia* pediculis carent, ſúntque digitum circiter & $\frac{1}{4}$ digiti partem longa, latitudine prope baſin rotundam, ubi latiſſima, digitali; figurâ ferè rotundâ aut cordatâ, lævia, craſſa, ſuccoſa, colore pallidè viridi ſeu albicante, *Telephii* propemodum ſimilia. D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis minor, folio craſſo oblongiori *Slon. Cat. Jamaic.* Truncis arborum, in monte *Diablo*, **Archers-Ridge**, ripis fluminis **Orange-River** dicti, & aliis ſylvis Mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ*, innaſcitur.

Præcedenti exactè ſimilis eſt; folia duntaxat longiora ſunt & anguſtiora, ut quæ ſeſquidigitali longitudine ſunt, latitudine $\frac{1}{4}$ digit. ad baſin ſc. ubi latiſſima; ínque caule paulò crebriora. D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis minima, folio craſſo oblongiori *Slon. Cat. Jam.* Cum priori.

Caulibus, claviculis, creſcendi modo cum præcedente convenit, per omnia tamen minor, foliis non ultra ¾ tas digiti partes longis, unam latis, minoribus intervallis diſtantibus. D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis minor, foliis ſubrotundis, acuminatis, ex adverſo ſitis *Slon. Cat. Jamaic.* Truncis arborum innaſcitur propè ripas fluminis *Rio d' Oro* dicti.

Truncis arborum irrepit ad modum præcedentium, *caule* anguloſo albicante ad ½ digiti ferè intervallum claviculas ſeu potiùs cirros hederaceis ſimiles è geniculis protrudens, quibus arborum cortices apprehendens ſcandit. Ex eiſdem locis *folia* etiam exeunt ſibi mutuò oppoſita, pediculis ⅜ digiti longis inſidentia, ſubrotunda, ¾ digit. longa, ſemidigitum lata, ad baſin ſc. rotundiuſculam ubi latiſſima. exinde paulatim anguſtata, & in acutum mucronem deſinentia, lævia, ad margines æqualia, colore fuſco dilutiore. Qualem florem fructúmve producat neſcimus. D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis major graminifolia, folio oblongo acuminato, foliorum pediculis alis extantibus auctis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum præcedentibus arboribus innaſcitur.

Caulem habet ſimilem præcedenti, paulò duntaxat majorem, pariter cirratum. *Folia* ad articulos non bina oppoſita, ſed alternatim ſingula exeunt, pediculis ſemidigitalibus inſidentia, alis ſeu appendicibus membranaceis ſtriatis, utrinque extantibus propemodum cinctis, Aurantiorum in modum. Folium ipſum ſeſcunciam longum, ſemunciam propemodum latum, ad baſin ſc. rotundum ubi latiſſimum, unde paulatim anguſtatur ad apicem uſque, è media coſta fibras tranſverſas ad margines uſque emittens, tenue, glabrum, ſplendens, ſquamoſum Phyllitidis ferè ad inſtar, colore pallidè viridi. D. *Sloane.*

Phyllitidi ſcandenti affinis minor, graminifolia, folio oblongo acuminato, foliorum pediculis alis extantibus auctis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum priore Præcedenti in omnibus ſimilis eſt & ferè eadem, omnibus duntaxat partibus minor, pediculis duas uncias longis, foliis [gramineis] ſex ; & dimidiam illius partem latis. D. *Sloane.*

Pag. 135. Ad Caput 2dum de Hemionitide.

Hemionitis cum Phyllitide foliis ſimplicibus convenit ; ab eadem vel ſinu ad pediculum folii excavato, duabus plerunque ad ejus baſin appendicibus velut auriculis utrinque extantibus ; vel folio ad baſin qualitercunque laciniato, vel figurâ folii diverſâ & ſubrotundâ differt.

Ad ſpeciem 2am ſeu Hemionitidem peregrinam Cluſii nota.

Plantam hanc pro diſtincta ſpecie Hemionitidis habeo, ideóque notam illam *Naturæ luſus eſſe videtur hæc, non Hemionitidis ſpecies diſtincta* revoco, & conjecturam illam erroneam fuiſſe agnoſco

Filix Hemionitis dicta *Maderenſis*, Hederæ arboreæ aliquatenus æmula, ſeu foliorum baſi auriculis binis utrinque donatâ *Pluk. Almag. Bot.* p. 155. Tab. 287. F. 4. Hemionitidi peregrinæ *Cluſ.* vel eadem eſt, vel ſimillima. In inſula *Jamaica* invenitur.

Adde,

Hemionitis Indiæ Orientalis, Phagi ſeu Eſculi folio aliquatenus accedens, *Pluk. Phytogr.* T. 36. F. 5. An Hemionitis multifida *Zeylanica*, coſta ſagittali : ſeu Filix foliis integris *Zeylanica*, pediculo alato *Breyn.* Prod. 2 ? *Ejuſdem.* Hujus icon apud D. *Plukenet* irregularis eſt & anomala, nec ſcio quo propriè pertineat.

Hemionitis *Luſitanica* elegantior *Tournef. Elem. Bot.* Folia palmaria, & latiora, in 5 angulos, medio nonnihil longiore, Hederæ helicis in modum diviſa, latiora tamen, & pronâ parte Linguæ cervinæ ritu areolis pulverulentis à quinis nervis angulos extendentibus, ad margines obliquè tendentibus, inſignita.

Hemionitis Aſari folio *Slon. Cat. Jam.* Elegantiſſimam hanc Hemionitidis ſpeciem ex Inſula *Madera* delatam D. *Slonio* communicavit eximius Botanicus D. *Gulielmus Sherard.*

Filix, Hemionitis dicta, *Maderenſis*, pediculis ſplendentibus nigris, crenatis foliis Aſari, rotundioribus intercreniis oblongo-quadratis ob ſemina adnaſcentia per ambitum circumcirca reflexis *Pluk. Almag.* p. 155. Tab. 287. F. 5.

Radix hujus è plurimis fibrillis fuſcis componitur, quæ verſùs terræ ſuperficiem lanugine ferruginea obſitæ ſunt. *Cauliculi*, ſeu mavis pediculi, ab eadem radice plures exeunt, nigricantes, teretes & ſplendentes, 7 circiter uncias longi, quorum faſtigis inſident *folia* rotunda, Aſarinis exactè ſimilia, 2 circiter unciarum diametro, nervis à pediculo velut totidem radiis à centro ad ambitum extenſis, conſiſtentiâ Hemionitidis aut Linguæ cervinæ foliorum ; Superficiei folii averſæ circa margines adnaſcebantur ſeminain limbo ferrugineo, ut folium velut dentatum videretur. D. *Sloane.* Pediculi foliorum atro-nitentes unà cum ſeminalium ſitu in foliorum marginibus hanc plantam ad *Adianti* genus pertinere arguunt, quò idcirco eam refert D. *Bobart.*

Filix aut potiùs Hemionitis, Plantaginis aquaticæ folio *Muſ. Pet.* 537.

Pediculo eſt ſequipalmari, atro-rubente, ſplendido. *Folia* palmaria ſunt aut longiora, media latiſſima parte duas tréſve uncias lata.

Hemionitis

Hemionitis peregrina, foliorum ſegmentis ſinuatis, longioribus & magis acuminatis ſeu Hederæ folio anguloſo. E *Jamaica* inſula delatam D. *Slonio* communicavit D. *Sherardus*.

Radix fibris aliquot longis in globulum unitis conſtat, cauliculos 3, 4ve emittens, quibus incumbunt *folia* Hemionitidis peregrinæ *Cluſ.* anguſtiora, conſiſtentiâ tenuiore; Auriculis etiam carentia, quibus illius folia donantur. Segmenta in quæ dividebantur tria erant longiora quàm illius, magiſque acuminata, circa margines ſinuata, unde à *Cluſiana* diverſam eſſe mihimet perſuadeo.

Hemionitis aurea hirſuta *Plumier.* folio hirſuto & magis diſſecto ſeu Ranunculi folio *Sloan.* Cat. Jam.

Plumier.

Radicibus multis capillaribus nigris terram apprehendit. E quibus *folia* erumpunt novem aut decem, vetuſtiora in terram reſupina, juniora erecta, omnia ejuſdem propemodum magnitudinis; vetuſtiorum tamen pediculi multò breviores ſunt quàm recentium, cùm hi ſemipedales ſint, illi duobus digitis vix longiores: pediculi autem tenues ſunt, teretes, nigri. *Folia* ad 2 ½ digitos extenduntur, in quinque ſementa acuta diſciſſa, ad modum ferè Ricini vulgaris, ſupernè viridi ſaturo & ſplendenti colore imbuta verùm inferna ſeu prona juniorum ſuperficies tota nervorum plexu, velut reticulo quodam operitur; cujus foramina pulvere aurato replentur, qui in foliis veteribus non invenitur. Tota planta lanugine raſili & albicante tegitur. Quin & folia juniora ad initium uniuſcujuſque ſegmenti parvum interdum emittunt foliolum, ejuſdem conſiſtentiæ, ejuſdemque figuræ cum reliquis, verùm Trifolii in modum diviſum. Tam hæc, quàm illa circumcirca crenata ſunt.

In humidis ſaltubus [Foreſts] inſulæ *Martinique*. In inſula *Jamaica*, in ripis umbroſis cujuſdam torrentis Sylvæ, inter locum dictum **the two mile Wood, and the Town Savanna,** invenit D. *Sloan*. *Locut.*

Hæc eſt Filix Hemionitis Saniculæ foliis, villoſa *Pluk. Almag.* 155. T. 291. F. 4.

Hemionitis profundè lacinata, ad oras pulverulenta *Plumier*. H. Foliis atro-virentibus, maximè diſſectis ſeu Filix Geranii Robertiani folio *Slon. Cat. Jamaic.*

Filix Hemionitis *Americana*, Petroſelini foliis profundè laciniatis *Plukenet Phyt.* T. 286. F. 5. *Almag.* p. 155. item, Filix Hemionitis *Jamaicenſis* foliis Geranii Rupertiani quodammodo æmulis *Ejuſd. ibid.*

Plumier.

Radix pluribus fibris, nigris capillaribus, 3 aut 4 pollices longis conſtat; unde emergunt 7 aut 8 pediculi, diverſæ magnitudinis, valde tenues [forte tenelli *deliées*] recti, teretes, nigri, glabri & ſplendentes: Veteres ſemper breviores ſunt, habentque 4 ad ſummum pollices longitudinis; verùm juniores, qui in medio reliquorum naſcuntur, 8 circiter aut 9. Unuſquiſque pediculus *folium* ſuſtinet in 3 partes diviſum; majora uſque ad pediculum extremum diſſecta ſunt, & in 4 aut 5 pedum longitudinem extenſa. Segmenta lateralia in alia etiam duo profundè diſſecantur, & ut Polypodii ſegmenta quodammodo dividuntur: ſed regulariter: Verùm tam hoc, quàm illa Medium fragmentum pari in modo dividitur, acutum mucronem ſemper deſinunt. Omnia ſupernè glabraſunt, pulcherrimo virore tincta ſubtus autem pulveris ſubtilis ferruginei limbo circumcirca cincta. Nervi valde nigri ſunt & lucidi. Folia minora limbo prædicto carent, verùm ſegmenta eorum majora & minùs profunda ſunt: Omnia chartæ Pergamenæ *Velin* dictæ conſiſtentiâ.

Uno ſolo in loco inſulæ *Tortùe* hanc plantam invenit *Carolus Plumier*. D. *Sloane* in ripis umbroſis torrentis cujuſdam ſylvæ inter locum dictum **Two Mile Wood & the Town Savanna**, in inſula *Jamaica*. *Locut.*

Hanc plantam, ni obſtaret tot inſignium Botanicorum autoritas, ad Adianti potiùs genus ipſius referrem. Pediculi atro-nitentes & ſeminalium ſitus in foliorum marginibus, quin & folii ipſius forma & diviſio id ſuadent.

Patitsjivi-Maravara H. M. P. 12. T. 10. Phyllitidi affinis *Indica*, foliis Ari *Commelin.* notis. Hemionitis foliis Ari.

H. M.

Radices ei parvæ, ruſſæ, duræ, fibroſæ, ſaporis aquei, odoris muſcoſi. *Folia* plura ſimul à radice proveniunt, in pediculis longis, teretibus, firmis, lignoſis, nigris, nitentibus, hinc inde lanâ candidâ floccoſâ, (cùm primò progerminant in totum) obductis, quæ poſtea perit; cùm adhuc juniora ſunt formam harpaginis referentia, viridia, lanâ candidâ tecta, poſtea fuſceſcentia, oblonga, tenera, glabra, in acutum deſinentia, circa pedem, ut illa *Poe-Paretti*, duobus circulis inciſa, dura, nitentia, ſine coſtis vel venis conſpicuis. Pediculo videntur affixa, non inſerta. Nunquam floret, diu ſuperſtes eſt. Folia toto anno decidunt & de novo proveniunt.

Succus radicis cum pulvere dentis Tigris dolorem ex morſu ſerpentum & ſcorpionum ſedat, illorùmque venenum tollit, hæmorrhagiam narium ſiſtit, ſanguiuem ex caſu vel ictu in corpore coagulatum attenuat & diſcutit. *Virtu.*

Hujus

Hanc plantam probè exſiccatam inter multas rariores communicavit D. *Sherard.*

Hemionitis *Zeylanica* repens ſcandénſve, foliis minimis.

Alas dum proſerpit emittit hinc indè plures, alternatim ſingulas, *foliis* alternatim pariter exeuntibus ſatis crebris prædita. Folia autem perexigua ſunt, maxima (quæ ad baſin auriculam hinc indè grandem obtinent) vix unciam longa, reliqua ſemuncialia, obtuſa, per margines æqualia *Caules* ſeu flagella atro-rubent.
E penu *Sherardino* deprompſimus.

Hemionitis ſcandens glabra *Africana Mentzel. Coroll. ad Indicem & pugillum.*

D. *Mentzelius* hanc plantam, ut & ſequentem ad Phyllitidem refert; verùm ob auriculas ad baſin folii extantes in Methodo noſtra ad Hemionitidem pertinet,

Hemionitis [Phyllitis *Mentzel.*] ſcandens, globulis ſeminiferis in marginibus poſitis *Africana Mentzel. coroll.*

SECTIONI SECUNDÆ,

Quæ eſt

De Herbis Capillaribus foliis in pinnas ſeu lacinias tantùm diviſis adjiciendæ.

De Polypodio Cap. 1. p. 136.

POlypodium eſt Herba capillaris, foliis in lacinias oblongas, ad mediam ferè coſtam pertingentes, utrinque diviſis.
A Filicibus, foliis in pinnas tantùm ſeu folia ſecundaria diviſis, diſtinguitur, quod laciniæ ad mediam uſque folii coſtam ſeu rachin in pleriſque ſpeciebus non pertingant, in omnibus baſi ſua tota ei connexæ, & continuæ ſunt. Folia etiam in pleriſque ſpeciebus ad margines ſunt æqualia.
A Scolopendria magnitudine ſua, laciniis longioribus & acutioribus differt. Adde, quòd in Scolopendria ſeminalia exanthemata totam foliorum averſam ſuperficiem occupant, cùm in Polypodio in duplicem punctorum ordinem in unaquaque lacinia dividantur.

Polypodium minus acutoribus foliis *Cordubenſe Bocc. Muſ. pl. rar. T.* 46.

Omnes Polypodii vulgaris notas habet, *folia* duntaxat anguſta & acuta Phyllitidis ramoſæ *Alpini* folia imitantur.

Polypodium majus aureum *Plumier.* altiſſimum D. *Sloane.* Filix Africana max. Polypodii facie P. B. P. *Pluk. Phytogr.* T. 179. F. 1. forte etiam Filix *Africana* lobis profundè inciſis & mucronatis *Ejuſdem B. P.* inter Addenda *Pluk.* Hunc deſcribit D. *Bobart* in *Hiſt. Oxon.* P. 3. Pediculos foliorum alatos facit, membranâ foliaceâ ſinuatâ & modicè criſpatâ ex utroque latere veſtitos. Poſt dimidiam longitudinem in alas dividi incipit.
Plumier.
Radix pollicem ferè craſſa eſt, & interdum pedem longa, teres, valdè ramoſa, nodoſa & carnoſa, intus viridis, foràs tota ſquamis aureis tecta perxiguis, cum foraminibus in medio nodorum, quæ nihil aliud ſunt quàm foliorum delapſorum veſtigia. *Folia* aliquot emittit, pedem circiter longa, hinc inde fiſſa in ſeptem aut octo ſegmenta ſeu lacinias valdè profundas, pollicem unum latas, tres aut quatuor longas, à ſe invicem aliquantulum remotas & in extremitate acuminatas; ſubtus duplex ordo verrucarum pulverearum aurearum cernitur, ſecundùm nervos ſegmentorum ſeu laciniarum.
Locus. In Inſula *Martinique* ſupra truncos magnarum arborum copioſè inque montoſis mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* D. *Sloane.*

Polypodium radice tenui & repente *Plumier.* minus, pinnulis raris, ſubtus cinereis *Slon. Cat. Jamaic.* Filici-folia ſeu Polypodium minus tenuifolium *Virginianum, Pluk.*

Filix Polypodium dicta minima *Jamaicenſis*, foliis averſa parte ferrugineo pulvere Aſplenii ritu circumquaque reſperſis *Ejuſd. Almag. Bot.* p. 153. T. 289. F. 1. forte *Plukenetiana* planta multo minor eſt, & ut puto, ſpecie diverſa.

Plumier.

Plumier.

Hujus *radix* digitum unum craſſitudine non excedit, éſtque teres, nodoſa, in longum extenſa, Dentis canini, hoc eſt, Graminis *Officin.* in modum. Gaudet rupibus muſco obtectis, aut truncis arborum putridis. Pulvere nigricante totum obtegitur, multáſque radiculas valde tenues è nodis emittit. *Folia* obiter protrudit, Polypodii æmula, eadémque magnitudine, ſupernè glabra, hilari ſed paulò intenſiori virore tincta, ſubtus pulvere aurato Aſplenii noſtratis in modum penitus obvelata, cum duplici ordine parvarum *verrucarum* pulverulentarum nigricantium.

In inſula *Dominici* ſæpius obſervavit Auctor. Rupibus innaſcitur in ſylva montana prope Mr. Ellefons Plantation in *Liguanée*, in Inſula *Jamaica.* D. *Sloane.*

Polypodium *Malabaricum* foliis biformibus *Muſ. Pet.* 794. *Indicum Piſ. mantiſſ.* 195. *Indicum* foliis latiſſimis *Commel.* in *H. M.* V. 12. p. 24. An Polypod. *Indicum Cluſ. Exot.* 88? fig. *Indicum*, folio Quercus *C. B.* Panna Kelengu Maravara *H. M.* Tom. 12. Tab. 11. p. 23. *Hort. Oxon.* p. 564. 13.

Folia in hac planta alia integra ſunt, lata, Quernorum quorundam figurâ; alia laciniata Polypodii in modum, laciniis ad mediam folii totalis coſtam non pertingentibus, longis, acutis, intervallis latioribus diſtantibus. Folia laciniata multò longiora ſunt quàm folia integra.

Synonyma collegit D. *Petiver*, & Plantam ſiccam nobis impertivit.

Polypodium *Malaccenſe*, foliis integris & lobatis permaculatis *Muſ. Pet.* 464.

Folia Polypodii ferè in modum diviſa ſunt, ſed multò majora, pinnulis paucis longis latis. Verùm quod hanc ſpeciem ab aliis quibuſcunque diſtinguit ſunt maculæ ſeminales majores, utrinque conſpicuæ nec binis tantum ordinibus diſpoſitæ, ſed per totam folii ſuperficiem diſſeminatæ.

Quod folio integro eſt & indiviſo multò plures habet verrucas ſeminales in lineas rectas hinc inde obliquè ductas diſpoſitis.

Hujus ſpecimen à D. *Petiver* obtinuimus.

Belettadi-Maravara *H. M.* P. 12. T. 20. & 21. Polypodium Indicum magnum, folio rotundo, foraminibus pertuſo ſeu feneſtrato.

H. M.

Radix ſeſquidigitum craſſa, rotunda, geniculata, caudarum inſtar magnorum, nigrorum & agreſtium Scorpionum; alba, viridi-pallida, intus fungoſa, admodum aquea, hinc indè multis, craſſis, curvis, carnoſiſque radicibus, ab illa parte ubi alba, obſeſſa, quibus ſe corticibus arborum affigit, inteſtina referentes, glabra & nitentia, odoris ſylveſtris & muſcoſi, ſaporis ingrati, aſtringentis. *Folia* plura numero ex radicis extremitate proveniunt, ut illa *Anſeli-Maravaræ*, quorum caules admodum glabri, cavi, virides, nitentes, quibus inſident *Folia* ſimplicia, oblongo-anguſta, tres pedes longa, 2 ½ lata, viridi-clara, fungoſa, glabra, admodum nitentia, ut illa *Ponnam-Pou.* Coſta media in averſa parte eminet, éſtque nihil aliud (ut in omnibus fere plantis) quàm pediculus folii ab ima ad ſupremam partem excurrens. *Folia* inter coſtas laterales profundè ſunt inciſa, multis in locis magnis foraminibus ſeu ocellis, veluti feneſtris perforata, decidua, atque illuc loci radicem conſtituunt geniculis diſtinctam; quæ quoniam in vertice nova ſemper producit folia, illáque novas iterum conſtituunt radiculas, & hæ continuò rurſum proſerpunt, hinc fit, ut arbores in totum ferè ab hæc planta obtegantur & pene ſuffocentur.

Singulare eſt in hac planta, quòd folia habeat decidua, ut dubitem an ſit Herba Capillaris *propriè dicta necne. Si floris & fructûs deſcriptionem addidiſſet Auctor, extra dubium rem poſuiſſet.*

Welli-Panna-Kelengu-Maravara H. M. P. 12. T. 12, & 13. Polypodium Indicum maximum, foliorum pediculis ſpinoſis.

H. M.

Radix longa, craſſa, rotunda, nodoſa, aſpera, caſtaneo-fuſca, rigida, lignoſa, intus cinerea, filamentis nigricantibus fortioribus, nervoſis pertexta, ſucco albo limpido mucaginoſo repleta; odor gravis eſt, injucundus, limoſus, ſapor amarus, aſtringens & ſummopere ardens. Foliorum *pediculi* (caules vocat Auctor noſter) tres quatuórve ex extremitatibus radicis proveniunt, ad altitudinem 8 vel 9 pedum, exteriori parte ſpinoſi, fuſci, nitentes, admodum duri; interiori multis filamentis in longum ſuffulti. Folia non ſerrata; eorum laciniæ (folia vocat Auctor) plurimæ, tres digitos latæ, viridi-claræ, duas ſpithamas longæ, alatim expanſæ. Siccata diu durant folia, etiam in aperto aere. Averſæ foliorum parti lanugo quædam adnaſcitur, ruffa, pulvere repleta, qui ſeminis locum ſupplet.

Indi Malabares ex ramis hujus plantæ ſepimenta hortorum & agrorum conficiunt.

Succus radicis vermes enecat, bilem ſiſtit & temperat. Folia in pulverem redacta, cum melle aſſumpta ſecundas, menſes, imò fœtum ipſum fortiter ejiciunt. *Uſus & Virt.*

Folia hujus plantæ figurâ ſuâ & laciniis Polypodii noſtratis folia referunt, ſed multò majora ſunt, & pediculis ſpinoſis.

Filix

Filix Mariana pinnulis ſeminiferis anguſtiſſ. D. *Pet.* Act. Philoſoph. n. 246. p. 398.

Lonchitis major Virginiana *folio vario, alis Polypodii in modum conjunctis Moriſ. hiſt.* P. 3. Pedalis eſt amplitudinis, *folia* promit ampla, alis integris, biuncialibus, mucronatis, planis, unâque extremum claudente, è foliacea membrana ſecundùm coſtam mediam, Polypodii ritu, alternatim emergentibus prædita. Præter hæc alia oriuntur folia, ex alis anguſtioribus, rariùs ſitis, pulverulentis, Lonchitidis aſperæ in modum compoſita. D. *Bobart.*

Lonchitis Virginiana, *folio vario, alis longioribus acutis Moriſ. hiſt.* P. 3. Elatior eſt planta, cujus folia alas inferiores proferunt triuncialis longitudinis, aliaſque aſſurgentes breviores, ut pyramidalem figuram conſtituant, ad baſin ſubrotundas, ſemunciam latas, in mucronem acutum ſenſim ſe anguſtantes, ex utroque latere virides, per coſtam mediam alternatim diſpoſitas. Inter hæc alia aſſurgunt folia, quorum alæ anguſtiores acutiores, & rariùs diſpoſitæ ſunt, ſupernè virides, à nervo medio obliquè ſed eleganter venoſæ, infernè verò fuſcæ, pulverulentâ materiâ omnino obtectæ. D. *Bobart.*

Lonchitis minor Africana, *alis crebriùs diſpoſitis, ſeſſilibus & ad baſin ſubrotundis, planis ac variis Moriſ. hiſt.* P. 3. *Filix minor* Africana, *Lonchitidis folio, pinnulis auriculatis planis* Pluk. Almag. 152. Tab. 89. E denſiſſimo ceſpite oriuntur *folia* plurima, recta, dodrantalia, ſtatim à radice alis oppoſitis ornata; hæ autem inferiores breves ſunt, deinde medium circiter in uncialem longitudinem exporriguntur,& poſtea gradatim in acutum mucronem contrahuntur,creberrimè diſpoſitæ, ut ſibi invicem contiguæ incumbant,imò 30 vel 40 alarum conjugationes coſtæ frequenter adhæreant, planæ, ad baſin latiuſculæ, ſubrotundæ,ſeſſiles, & in mucronem acutum ſenſim terminatæ, ſpiſſiori virore perpetua fronde lucentes. Præter hæc alia oriuntur folia, ex anguſtioribus alis conſtructa, in quibus pulveris ſeminiferi ſpecies conſpicitur, ut in aliis hujus diſtributionis plantis. D. *Bobart.* Horti Regii *Hamptonienſis* ornamentum eſt.

Polypodium *Africanum* maximum, pinnulis Lonchitidis aſperæ vulgaris.

In folii parte quam à D. *Sherardo* obtinuimus alæ ad ſcapum medium binæ ex adverſo ſitæ ſunt: foliorum laciniæ longæ, anguſtæ, acutæ, arcuatæ, verſùs apicem utrinque denticellis inciſæ. Ad Filicem tenuiſſimè & profundè denticulatam Montbelgardicam *J. B.* accedit, verùm alæ profundiùs inciſæ ſunt in longiores & anguſtiores lacinias; ex adverſo ſitæ, & planta ipſa multò major.

Polypodium *Indicum* circulis & punctis ſeminiferis elegantiſſimum *Africanum Mentzel.* Coroll. ad Indicem & Pugill.

Polypodium è *Trinidado*, foliis valde piloſis *Muſ. Pet.* 795.

A D. *Edmundo Halley* celebri illo Mathematico collectum in inſula prædicta. Tota planta tomento innaſcente incana videbatur, quo ab aliis hujus generis facile diſtinguitur.

Filix minor Polypodii foliis ſurculoſis, pinnis oblongis per margines crenatis. An *Pluk. Phyt.* T. 284. F. 2.

Ramuli ſeu tarſi baſi ſuâ totâ coſtæ folii mediæ adhærent ſeu continui ſunt, & pinnulæ pariter tarſis ad modum Polypodii. Caules ſeu mavis foliorum pediculi valde tenues ſunt & albicantes. Pinnulæ crenatæ intercreniis obtuſis. Folium totum breve eſt, ſemipedali circiter longitudine, ſed ad baſin valde latum.

Polypodium Africanum elatius, è plurimis laciniis, ſeu pinnis longis, anguſtis in longos & acutos mucrones exeuntibus compoſitum.

Longitudo folii, quod nobis deſcribendum commodavit D. *Sherard*, ſequipedalis. Pinnæ ſeu laciniæ in quas dividitur, numero circiter 35, in media folii parte, 4 aut 5 uncias longæ erant, ſemunciam latæ, verſùs utrunque extremum breviores, in longiſſimos cuſpides productæ; nervulis tenuiſſimis creberrimis à media coſta ad margines rectâ extenſis, averſa folii parte valde conſpicuis, velut pectinatæ aut pennatæ; laciniæ ad utrumque coſtæ latus alternatim ſitæ ſunt; coſta ſc. laciniæ ex uno latere interſtitio duarum coſtarum ex altero directè opponitur, adeò ut tela ſuperior folii inferioris telæ inferiori folii ſuperioris inſideat & velut continuaſit, quod præcipuè notabile. Coſta folii media rubeſcit, ut & pinnularum omnium,

Locus natalis *Promont. B. Spei.*

Hujus ſpecies minor foliis rubentibus pariter diſpoſitis cui titulus inſcribebatur, Filix non ramoſa arboreſcens *Africana*, colore rubente, ab eodem amico impertita.

Filix Polypodium dicta minima *Virginiana*, platyneuros *Pluk. Almag. Bot.* T. 289. F. 2. An Polypodium minus alterum Scolopendriæ facie *Baniſt. Cat.* Mſſ? *vide* Aſplenium Virginianum Polypodii facie D. *Pet.*

Filix

Filix Polypodium dicta major, ſerratis foliis *Virginiana Pluk. Almag.* T. 287. F. 1. Polypodium *Virginianum* ſegmentis denticulatis. Anomala eſt hæc ſpecies.

Filix ſeu Polypodium *Jamaicenſe* latifolium, pinnis infirmis auritis *Pluk. Almag.* vide infra.

Filix ſeu Polypodium *Indianum*, foliis profundè ſinuoſis, Marrubii aquatici æmulis *Pluk. Phyt.* T. 30. An Filix *Indica* Oſmundæ facie *Bod.* à *Stapel?* in *Theophr.* hiſt?

Filix *Jamaicenſis* ſeu Polypodium Cicutariæ latifoliæ fœtidiſſ. foliis quodammodo conveniens, pinnulis amplis mucronatis, circa margines ſerris latiuſculis profundè ſinuoſis *Pluk. Almag. Bot.* T. 289. F. 4.

Filix ſeu Polypodium *Jamaicenſe*, Hydrophylli Morini ferè diviſuris, ſummo folio raris denticulis profundiùs crenato. *Pluk. Almag. Bot.* T. 289. F. 3.

Tuzpatli (fortè) Mexicenſibus *Hernandez* apud Recchum lib. 5. 147. ſeu Planta Cæſia *F. Col.* apud Recc. v. Filicem minorem, in pinnas tantùm diviſam ex adverſo ſitas oblongas lataſque, non crenatas, infimis ad baſin auriculatis *Slon. Cat. Jamaic.* inferiùs deſcriptam.

Filix ſeu Polypodium minus tenuifolium *Virginianum Pluk. Phytogr.* T. 89. F. 9. Caticaa (fortè) ſeu Polypodium *Braſilienſe* Piſonis lib. 4. p. 233.

P. 139. Ad Cap. De Aſplenio ſeu Scolopendria.

Aſplenium lucidum undulato Pimpinellæ folio *Melitenſe Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 87. p. 137.

Folia nonnihil undulata ſunt ſeu criſpa, tenella, colore glauco ſeu hyalino, adeò tenuia & delicata, ut luci oppoſita diaphana intuenti appareant. Naſcitur in inſula *del Gozo* Melitæ proxima.

Scolopendrium verum majus ſeſquipedale Alpinum *Mentzel. Coroll.* ad *Indicem* Plantarum & *Pugillum.*

Scolopendrium minimum *Ejuſd. ibid.*

Aſplenium *Virginianum* Polypodii facie D. *Petiver.* Palmarem aut etiam majorem altitudinem aſſequitur: ſuperiore medietate pinnis oblongis, anguſtis, obtuſis alatâ. Pinnæ coſtæ folii mediæ alternatim adnaſcuntur tota ſua baſi, ut in *Polypodio*; ſeminales autem effloreſcentiæ averſam pinnulæ ſuperficiem totam occupant, quo cum *Aſplenio* convenit. Seminalia autem exanthemata ferruginei coloris non ſunt ſed albicantis punctulis ferrugineis aſperſa. Hæc planta Filix Polypodium dicta minima *Virginiana* platyneuros D. *Plukenet* nominatur *Almag.* T. 289. F. 2.

Scolopendria Malaccenſis, foliis ſimplicibus & alatis *Muſ. Pet.* 539.

Folia in ſpecimine ſicco nobis à D. *Petiver* exhibito longa anguſta, nervulis ſubtiliſſimis averſa parte conſpicuis pertexta, alia ſimplicia, alia ex una vel altera pinnarum conjugatione compoſita. Semipedali aut dodrantali eſt altitudine, folia majora unciam lata.
Seminalia in planta noſtra non comparuere unde ad Scolopendriam non pertinere ſuſpicor, ſed potiùs ad Hemonitidem multifidam.

Scolopendria *Indiæ Orientalis* Phyllitidis folio D. *Petiver.*

Folio eſt Phyllitidis, verùm ſeminalia exanthemata averſæ foliorum parti in lineolis obliquis non innaſcuntur, ſed in punctis parvis densè ſatis per totam averſam folii ſuperficiem, quo à congeneribus facilè diſtinguitur.

Scolopendria *Cap. B. ſpei*, Phyllitidis minoris folio; olim Filix Biſtortæ folio *Muſ. Pet.* 538.

Seminalia exanthemata totam averſam foliorum ſuperficiem occupant, unde non immerito à D. *Petiver* ad *Scolopendriam* refertur.

SECTIO SECUNDA.

De Herbis Capillaribus pinnatis, seu in pinnas tantùm divisis.

HAs, quia valde numerosa sunt, memoriæ causâ cum D. *Sloane* dividemus 1. in Foliis parvis latis donatas, & 2. Foliis longioribus præditas. Priores *Trichomanis* nomine comprehendimus. Posteriores ulteriùs partiemur in 1. eas quarum pinnæ Phyllitidis folia referunt, quas Filices pinnatas *Phyllitidis* foliis nominabimus. 2. In Eas, quarum pinnulæ ad basin utrinque auriculatæ sunt, quas *Hemionitides* pinnatas, aut Filices pinnatas pinnis utrinque auriculatis dicemus 3. In eas quarum pinnæ ad basin ab uno duntaxat latere auriculatæ sunt, quas *Lonchitidas*, appellabimus. 4. Tandem in eas quæ Filices referunt, quarúmque basis auriculata non est, quas simpliciter Filices foliis in pinnas tantùm divisis vocabimus.

I. *Capillares pinnatæ parvæ, foliis latis brevibus donatæ,*

SEU

Trichomanes & Trichomanoides.

Pag. 140. Ad Cap. De Trichomane.

Trichomanes majus, pinnus sinuatis, subtus niveis *Slon. Cat. Jam.* An Adianthum seu Trichomanes maximum Americanum, subtus argenteum, pinnulis productioribus, serratis, ex insula *Jamaicensi*, summo caule involutis *Plukenet. Almag. Bot.* p. 9?

D. *Sloane.*

E *radice* solida, oblonga, gracili filamenta longa seu mavis fibræ, colore fusco obscuro, quibus terram apprehendit exeunt; summa autem radicis pars musco capillaceo nigricante obtegitur, aliarum Filicum in modum. *Folia* exinde emergunt multa, pedalia, pediculis teretibus, è ruffo nigricantibus, glabris & splendentibus, innixa. Pinnæ mediæ costæ adnexæ, nonnunquam sibi mutuo ex adverso respondent alias alternatim sitæ sunt, ima costæ parte rariores, propè summam creberrimæ; singulæ semuncia circiter longæ, $\frac{1}{4}$ unc. latæ, ad basin sc. ubi latissimæ, & plerunque auriculatæ; inde sensim minuuntur, in acutum desinentes; figuræ irregularis, ad margines sinuatæ & crenulis incisæ, supernè virides, subtus candidæ seu argenteæ, limbo ferrugineo seu muscoso margines ambiente, in quo semen.

Inter rupes in colle sylvatico, propè **Mr. Ellets Plantation** in **Liguanee** invenit D. *Sloane.*

Trichomanes majus, totum album, pinnis aculeatis, Trapezii figurâ
Slon. Cat. Jamaic.

D. *Sloane.*

Planta isthæc plurimis filamentis & fibris longis *radicatur*, obscurè fuscis, versùs summitatem, ubi in rotundam massam coeunt, ferrugineis pilis comosis; unde exsurgunt *folia* à sex unciis ad sesquipedem interdum longa, pediculo & costa media viridi, cui alternatim adnectuntur pinnæ virides, sibi invicem proximæ, à radice usque, quarum unaquæque multò amplior est quàm vulgaris Trichomanis, figuræ irregularis trapezii, punctulis ad angulos perexiguis, & costa media vix perceptibili, ad cujus latera utrinque seminum in ferrugineis punctis dispositorum ordo unicus. Planta hæc cùm in magnitudinem excrescit, incisuras manifestas in marginibus ostendit, & de figura Trapezii nonnihil amittit.

E rupium aridiorum crenis & fissuris exiit, via qua ad 16 **Miles Walk** itur.

Hæc Planta D. *Plukenet* in *Almag. Bot.* p. 152. Filicula maritima ex insulis *Caribæis*, seu Adiantum maritimum, segmentis longioribus angustis auriculatis & crenatis, pediculo atronitente, dicitur. Icon exhibetur Tab. 286. F. 1.

Trichomanes majus nigrum, pinnis leviter dentatis, Trapezii figurâ
Slon. Cat. Jamaic.

D. *Sloane.*

A *Radice*, præcedenti simili, ad 6 unciarum altitudinem assurgit, pediculo nigro, splendente, 3 uncias longo, utí est & costa media, cui utrinque adnectuntur pinnulæ alternatim positæ, sibi invicem proximæ, eâdem Trapezii figurâ, duntaxat minora, colore obscu-

obſcuriora, nec ſpinoſa, cum paucis laciniolis ad margines, quarum pars ſuperior in limbum ferrugineum abit, cui inſunt *ſemina*. Tum autem ſerrata non apparet.

E rupium commiſſuris exit; necnon in ſylvis mediterraneis ſaxoſis occurrit.

Trichomanes majus nigrum, pinnis Trapezii figurâ latiſſimis, tenuibus *Slon. Cat. Jamaic.* Adiantum *Jamaicenſe* Lonchitidis amplioribus foliis, non ramoſum, pediculo atro-nitente *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 252. Fig. 5.

D. *Sloane.*

Radix huic longa, repens, Polypodii exactè ſimilis, fribrillis multis alimento hauriendo donata; unde exurgunt *caules* aliquot, ſeu potius pediculi, atro-nitentes & velut politi, pedem circiter alti; quibus ſummitatem verſus adnaſcuntur 3 vel 4 pinnularum ſeu foliorum paria, peramplorum, trapezii figurâ, tenellorum, tenuium, dilutè viridium, duarum unciarum longitudine. Cùm juniora ſunt ſerrata apparent, cùm vetuſtiora limbo ferrugineo circa margines ambiuntur, & ſinuata videntur, ut diverſis ætatibus intuenti facilè imponat pro diverſa planta.

E *Jamaica* inſula detulit Hortulanus D. *Arthuri Raudon* Baronetti: communicavit Botanicus callentiſſimus D. *Sherard.*

Adiantum *Bermudenſe* minus non ramoſum, pinnulis obtuſis & dentatis, Lonchitidis in modum auriculatis *Moriſ. Hiſt.* p. 3. Adiantum ſeu Trichomanes *Bermudenſe* maximum ſerratis foliis, auriculatum *Pluk. Almag.* p. 9. Tab. 125. Trichomanis vulgaris ritu (quo aliquanto major apparet hæc planta) pediculis nigricantibus, ex radice fibris capillata provenientibus, aſſurgit. His alarum paria numero 30 vel 40, è binis lateribus è regione naſcentia accreſcunt. Unaquæque porro ala unciæ quadrantem aut paullo longior eſt, anguſta, obtuſa, in ambitu, præſertim à ſuperiori parte dentata, & ad appoſitionem Lonchitidis formà auriculata conſpicitur. D. *Bobart.*

A *Jacobo Rhede* in peregrinationibus ſuis collecta eſt.

Trichomanes minus, alis foliorum triangularibus, integris, dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Pediculis congenerum conſimilibus donatur: Alæ etiam ex adverſo poſitæ lata baſi, non dentata præditæ ſunt, duóque latera pyramidalem formam conſtituentia, ac in mucronem abeuntia, ſerrata conſpiciuntur. Hæc fortè eadem eſt planta, quam à D. R. *Sibbald.* in Hiſtoria ſua *Scotiæ* naturali nomine *Trichomanis foliis mucronatis altiùs inciſis*, ſeu *folio pyramidali* memoravit. E *Scotia* accepit D. *Bobart.*

Adiantum nigrum Lonchitidis aſperæ folio, caule ſplendidè nigro *Africanum Mentzel* coroll.

Trichomanes coſta viridi, quandoque biſida, foliis Lenticularibus crenatis D. *Luidii.* Trich. ramoſum *J. B.* foliis ſerratis *Sibbald. Prod.* caule viridi, foliis ſerratis, *Mentzel.*

Hanc plantam ſpecie diſtinctam arbitramur à vulgari Trichomane. In pleriſque montibus excelſis *Cambriæ* & *Hiberniæ* frequens occurrit. teſte D. *Luidio*, diligentiſſimo ſtirpium rariorum indagatore. Foliorum pediculi propè radicem obſcurè rubent, ſuperiùs ubi pinnulæ adhærent vireſcunt.

Pinnulæ minores, molliores & teneriores, acutiores, circa margines profundiùs dentatæ, viridiores quam in vulgari.

Adiantum nigrum foliis Lunariæ minoris D. *Preſton.*

In rupibus maritimis naſcitur vulgari intermixtum. *Folia* multò latiora ſunt, parùm dentata, juniora Lunariæ minoris folia nonnihil referunt; ſeminalibus etiam exanthematis differt, quæ in hoc Linguam cervinam referunt. In maritimis prope *Fifeneſſe* in comitatu *Fifæ* invenit D. *Preſton.*

Trichomanes foliis dentatis, ſuperiore parte auriculatis *Slon. Cat. Jam.* Polytrichum ſaxatile dentatum *Plumier.* Adiantum maritimum ſegmentis anguſtioribus *Pluk. Phytogr.* Tab. 124. F. 5.

Plumier.

Plures habet *radices* tortuoſas, caneſcentes, fibris multis tenuiſſimis capillatas. *Caules* aliquot emittit diverſæ magnitudinis, medios ſemipedales ferè, exteriores vix tripollicares; utroſque valdè tenues & ſubnigros, novem hinc illinc aut decem, foliorum ex adverſo oppoſitorum conjugationibus donatos. *Folia* iſthæc pro pediculorum proportione magnitudine variant; quæ longiſſimis pediculis adhærent, longitudinis 9 aut 10 lineas, latitudini 6 obtinent; quæ brevibus, 3 aut 4 non excedunt; utraque velut ovata ſunt, baſi excepta, quæ acuminata eſt & anguſta: omnia a. membranacea verſus extremum denticulata, anteriore parte lævia admodum & æqualia, pulchrè viridia, poſteriore ſaturatiùs colorata. Unuſquiſque pediculus deſinit in folium Trifolii in modum diſſectum. E mediis pediculis nonnulli *folia* obtinent averſa parte tuberculis pulverulentis oblongis ferrugineis obſita. Pro loci in quo naſcitur humiditate aut ſiccitate majus minúſve evadit.

Frequens invenitur ſuprarupes inſulæ *Tortue*.

D. *Sloane* huc etiam refert, Adiantum ſeu Filicem Trichomanoiden *Jamaicenſem*, pinnulis auriculatis, ad baſin ſtrictioribus & rariùs dentatis majorem, Item ſed dubitanter,

Adiantum ſeu Filicem Trichomanoiden *Jamaicenſem* pumilam, pinnulis auriculatis, ad petiolum anguſtis, per ambitum minutiſſimè denticulatis *Pluk. Almag.* p. 9. Tab. 251. F. 4. Pro ætate faciem inſigniter mutat hæc planta, quod errandi anſam præbuiſſe videtur.

Trichomanoides *Chinenſis* pinnis ſubrotundis, circa margines ſeminiferis. Capilla ris *Emuyaca*, pinnis rotundioribus ferè non ramoſa D. *Petiver*.

Plantula eſt humilis, Trichomanis vulgaris ſtatura & magnitudine.

Filix *Mariana* minor, foliis biformibus, marginibus pulverulentis *Muſ. Pet.* 548.

Duæ ſpecies eſſe videntur; una *pinnulis* paucioribus, latioribus, brevioribus circa margines ſeminiferis: altera pinnulis anguſtioribus & pro magnitudine longioribus, ad baſin interdum auriculatis, tuberculorum rotundorum ordinem ſecundùm nervum medium oſtendentibus. A D. *Petiver* utriuſque ſpecimina accepimus.

Trichomanes foliolis longioribus, eleganter, ſuperna præſertim parte, laciniatis *Slon. Cat. Jamaic.* Ad ripas *Rio d' oro* propè Mr. Philpots Plantation in 16 Miles Walk, è rupium commiſſuris exiit.

D. *Sloane*.

Hujus *radix* fibris multis capillaribus fuſcis donatur, unde exſurgunt *cauliculi* plurimi nigri, ſplendentes, tenues, 6 circiter uncias alti, foliis ſeu ſpinulis creberrimis ab ipſo ferme ſolo, ad $\frac{1}{10}$ digiti intervalla, veſtiti, ſitu interdum adverſo, aliàs alterno, vix ſemunciam longis aut $\frac{1}{8}$ unciæ latis, ad margines valdè inciſis, latere præſertim ſuperiore, averſa parte maculis ferrugineis amplis ſcabris, in quibus ſemina.

Adiantum ſeu Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pinnulis auriculatis, ad baſin ſtrictioribus & rariùs dentatis, major *Pluk. Phytogr.* Tab. 253. F. 5. An Polytrichum Saxatile dentatum *Plumier*? T. 50. Filiculæ petrææ ex inſulis Stœchadibus *C. B.* p. ſive Chamæfilici marinæ noſtrati proximè accedere nobis videtur *Pluk. Almageſt. Botan.* v. ſupra Polytrichum ſaxatile dentatum.

Adiantum maritimum, ſegmentis anguſtioribus *Pluk. Phytogr.* præcedentis ſpecies minor eſſe videtur, ex ſententia ipſius D. *Plukenet* in *Almageſt. Botan.*

Adiantum ſeu Filix Trichomonoides *Jamaicenſis*, pinnulis auriculatis dentatis, ad baſin amlioribus, radiculas ex nutante apice in terram demittens *Pluk. Phytogr.* T. 253. F. 4. v. Filicem non ramoſam Scolopendrioidem *Plumier*.

Adiant. ſeu Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pumila, pinnulis auriculatis, ad Petiolum anguſtis, per ambitum minutiſſimè denticulatis, *Ejuſdem* Phytogr. T. 125. F. 4. Vide ſupra Trichomanes foliis dentatis, ſuperiori parte auriculatis *Sloan. Cat. Jamaic.*

Adiant. ſeu Trichomanes maximum, *Americanum*, ſubtus argenteum, pinnulis productioribus ſerratis, ſummo caule involutis *Pluk. Almageſt. Bot.* Ex inſula *Jamaicenſi* vid. ſupra Trichomanes majus pinnis ſinuatis ſubtus niveis *Slon. Cat. Jamaic.*

Adiantum ſeu Filix Trichomanoides lobis pinniſve Scordii, longis, latiuſculis, obtuſis dentatis. Dryopteris lobis Scordii. Aſplenium lucidum *Melitenſe Boccon.* Tab. 87.

Pediculus ſeu coſta folia media atrorubeſcit. Pinnæ pediculis brevibus coſtæ adnexæ ſeſcunciam aut 2 uncias longæ ſunt, ſemunciam plus latæ, circa margines dentatæ, obtuſis mucronibus. Semina in lineolis oblongis averſæ foliorum parti binis ordinibus ad ſcapum ſeu nervum medium hinc inde uno, adnaſcuntur. Folium quod deſcripſimus ſpithamiæa circiter longitudine erat, 18 plus minus pinnarum conjugationibus compoſita. D. *Sherard* communicavit, natales neſcimus.

Adiantum Trichomanoides foliis [pinnis] oblongis, ſuperiori latere in plures laciniias profundè diviſis. Filicula *Madraſpatana*, foliolis furcatis ex apice prolifera *Muſ. Pet.* 767.

Dodrantem longitudine ſuperat; pediculo ſeu coſta cui pinnulæ alternatim adhærent atrorubente. Pinnulæ ſemunciales, velut arcuatæ, in tres, quatuor, quinque aut etiam ſex lacinias obtuſas profunde diſſectæ. D. *Petiver* communicavit.

Tri-

Trichomanes foliis eleganter inciſis D. *Petiver.*

Hujus folia utrinque profundiùs inciſa ſunt, non in ſuperiore latere tantùm quo à præcedente differt.

Filix pumila, Lonchitidis Maranthæ ſpecies *Cambro-Britannica Pluk. Phytogr.* T. 89. F. 5. Filicula Alpina, pedicularis rubræ foliis ſubtus villoſis D. *Lhwyd Synopſ. Stirp. Brit.* noſtræ.

E petrarum rimis emergit, non recta ſed aliquantulum procumbens, *Ceterach* aut *Trichomanis* ad inſtar, foliis ſex circiter digitos tranſverſos longis.

Nuſquam hanc vidit D. *Lhwyd*, à quo habuimus, quàm in udis ſcopulis *Clogwyn y Garnedh* dictis, juxta ſummitatem montis *Gwydvæ*, totius *Cambriæ* altiſſimi, eſtque ibidem etiam planta ſatis rara.

Radix, deſcribente D. *Bobart*, capillis nigricantibus comata, pediculos emittit pallidos, ad radicem ruffa lanugine obſitos, tenues, nunc unciales, nunc biunciales, ad terram reclinatos & ad ſummum 3, 4ve pollices rarò ſuperantes. His adhærent alæ minimæ, lata baſi ſeſſiles, in triangularem figuram pœnè efformatæ, ex adverſo per intervalla diſpoſitæ, ad margines crenatæ ſuperiori 9 parte labræ, inferiori verò pulverulentâ materiâ fuſca, qualis in Aſplenio conſpicitur omnino obtectæ.

II. *PHYLLITIDES PINNATÆ,*

SEU

Filices pinnatæ foliis Phyllitidis.

Filix latifolia nodoſa *Plumier.* Phyllitis pinnata, ſeu Filix pinnata Phyllitidis foliis, latifolia, nodoſa.

Plumier.

Radix præcipua hujus plantæ ſatis ſpiſſa eſt & compacta ſeu ſolida; ad modum Polypodii vulgaris repens, verùm duplici nodorum, aliorum ſupra alios, ordine compoſita; quorum ſuperiores excavati ſunt, pyxidularum ſeu acetabulorum in modum, quia nimirum caules indè emergentes computruerant; fibris pluribus tenuibus & capillaribus comoſa. E ſumma parte Radicis 4 aut 5 *caules* erumpunt, 4 circiter pedes alti, totidem lineas craſſi, inferiùs paulùm velut inflati, ſuperiùs rotundati, anteriore tamen parte nonnihil ſulcati, colore viridi-fuſco, ſquamis quibuſdam nigricantibus ſparſim adnaſcentibus veſtiti, à medio ad extremum in novem decémve nodos intumeſcentes, duos treſve pollices à ſe invicem diſtantes; è quibus exeunt *folia* contrariis inter ſe pediculis bina membranacea, Linguæ cervinæ ſimilia, paulo acutiora, decem circiter pollices longa, unum & dimidium lata, marginibus circumcirca undatis, nervo medium ſecundùm longitudinem percurrente, qui ramulos tranſverſos parallelos ſibi mutuo proximos hinc indè emittit. Pulverem averſis Filicum foliis innaſci ſolitam in hac ſpecie non obſervavit Auctor.

In inſulâ *Dominici* in valle quodam prope locum dictum *Le-Maſſare*, verſùs *portum Pacis* invenitur.

Phyllitis *Emuyaca* major ramoſa *Muſ. Pet.* 541.

Pinnæ in hoc genere alternatim ſitæ ſunt & Phyllitidis folia in eo præcipuè imitantur, quòd ſeminalia in lineas vermiculatas obliquas diſponantur. Lineæ autem longè minores ſeu tenuiores ſunt quàm in Phyllitide vulgari.

Phyllitis pinnata paluſtris maxima. Filix ſimpliciter pinnatis foliis, ſeu Phyllitis ramoſa *Jamaicenſis* maxima, averſa parte ferruginea lanugine undique obducta *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 288. F. 2.

Filix paluſtris aurea, foliis Linguæ cervinæ *Plumier.* Lonchitis paluſtris maxima *Sloan. Cat. Jamaic.* Phyllitidis ſpecies *Bontii.* Filicis exoticæ nona ſpecies, ſeu Fili mas non ramoſa, foliis integris non ſerratis Indiæ Orientalis *Breyn. cent.* 1.

Radicibus firmatur pluribus, fibroſis, rufeſcentibus, caulium agmen confertum, quorum ſinguli 9 aut 10 pedes longi, digitum minimum propemodum craſſi, è ruſſo nigricant, averſa parte teretes, adverſa ſulcati, emittentibus. Unuſquiſque autem caulis viginti circiter *folia*, alternatim ordine ſita, obtinet, pedem & dimidium plus minùs longa, duos ferè pol-

pollices lata, linguæ longæ obtusæ figurâ, verùm aliquantulum cuspidata ad nervi medii extremum, pediculo brevissimo, nervi elatioris formâ folium medium totum secundùm longitudinem percurrente; membranosa & Pergameni instar solida, texturæ densæ, nervis minutissimis in reticuli formam concurrentibus intertexta, hilarè viridia, nonnulla etiam aversa parte, versùs extremum pulvere aurato tecta. Gustu sunt acerbo, & salivæ copiam in os exprimente.

Locus. In insula *Martinique* locis paluſtribus ad fluviorum ripas exit: ínque insula *Dominici* ejus varietas, quæ à descripta differt foliis paulò longioribus angustioribusque, & pulveris colore saturatiore. In paluſtribus Insulæ *Jamaicæ* copiosè. *Slon. Cat. Jam.*

Phyllitis pinnata latifolia ad margines pulverulenta, seu Filix pinnata Phyllitidis foliis &c. Filix latifolia ad margines pulverulenta *Plumier.*

Plumier.

Ejusdem cum præcedente formæ est, iisdemque in locis oritur; caulium crassitudo ferè eadem; verùm *folia* aliquantulum angustiora sunt, magis acuminata, sibíque invicem ex adverso directiùs opposita. *Caules* teretes, pennâ scriptoriâ paulò minores, virore ad fuscum tendente: *Folia* maxima, duos propemodum pedes longa, pollicem & dimidium lata, extremitate valdè acuminata, versùs caulem seu scapum rotundata, Pergameni instar firma, supernè lævia & æqualia, pallidè viridia; subtus nervo conspicuo medium percurrente prædita, qui transversos emittit nervulos crebros, parallelos, sibi invicem proximos, margine pulverulento, lineam crasso, coloris ferruginei, cincta.

Locus. Secundùm rivulos quosdam in insula *Dominici* reperitur.

III. *Filices pinnatæ, pinnis utrinque auriculatis,*

Seu

HEMIONITIDES PINNATÆ.

Filix parva *Virginiana*, pinnulis productioribus, subrotundis, asperis, ad basin utrinque auriculatis *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 287. F. 2. Hemionitis pinnata, &c. potiùs dicenda. Hujus descriptionem *v.* in *Morisf. hist.* P. 2.

Filix seu Lonchitis aspera *Jamaicensis* elatior, pinnis longioribus, utrinque auriculatis, subtus punctatis, & obtusioribus denticellis spinosa. *Pluk. Almag. Bot.*

Filix *Jamaicensis* non ramosa, ex una radice cespitis instar contexta, pediculis numerosis, foliis auriculatis profundè sectis *Pluk. Tab.* 283. Trichomanis vulgaris in modum in orbem sparguntur è radice comosa petioli plurimi pallidi, graciles, palmares & dodrantales; quibus per intervalla binatim ut plurimum nascuntur alæ tenues, semunciales & breviores, laciniis paucis dentatæ, & ad basin auriculis angustis exiguis ab ala divisis & incisis donatæ. D. *Bobart* in *Hist. Oxon.* p. 567. cui Lonchitis tenuifolia parva *Jamaicensis*, pinnulis oppositis profundè dentatis, & utrinque auriculatis dicitur.

Filicifolia Lonchitidis facie *Jamaicensis* ad basin uniuscujusque pinnæ binis auriculis donata, ambitu æquali, & aversa parte ferrugineis punctis duplici ordine notata *Pluk. Almag.* 152. *Tab.* 286. Caules emittit è radice restibili, filamentis crassiusculis fibrata, tenues, sesquipedales & bipedales, ad radicem glabros, in superiori parte, (præsertim juniorum) molli hirsutie pubescentes. His alæ adhærescunt breves, ad summum vix unciales, satis latæ & obtusæ, in quibusdam è regione, in aliis fortuito positæ, à se invicem longè dissitæ, oris æqualibus, & ad basin auriculis subrotundis donatæ, & in aversa parte punctorum ferrugineorum exiguorum binis ordinibus dispositorum, donatæ.

Lonchitis (potius Hemionitis) pinnis utrinque auriculatis, seminiferis longis angustis, reliquis brevibus.

Folia seu pinnæ perexiguæ, utrinque ad basin auriculatæ, per margines æquales, inferiores intellige; nam superiores & seminiferæ longæ, ad sescunciam sc. aut 2 uncias extensæ sunt, angustæ, marginibus quibus semina adnascuntur revolutis, absque pediculis costæ mediæ adnatæ. Pediculus seu costa folii media albicat. Pinnarum paria 40 aut plura ad ejusdem folii rachin seu scapum adnexa sunt, nec tamen admodum crebra unde patet longissimum esse. Siccam nobis communicavit D. *Sherard.*

Datur hujus varietas pinnis latioribus & brevioribus, costa folii tenuiore.

Panna-Kelengu-Maravara *H. M.* P. 12. T. 11. Polypodium *Indicum* foliis latissimis, *Commelin.* notis. Hemionitis pinnata *Indica* Polypodii foliis latissimis.

H. M.

Radix rotunda, longa, craſſa, exterius fuſca, & muſcoſa lanugine obſeſſa, interiùs carnea, flava, denſa, ſine filamentis aut nervis, Paſtinacæ inſtar, non lignoſa; flectitur at non facilè frangitur; humor aqueus eſt, non mucaginoſus, ſaporis amari, odoris gravis. *Folia* plurima è radice exeunt, cancellatim fuſcis & penè nigris venis pertexta, admodum rigida vitri inſtar, primò viridia, deinde rubroſuſca, valde nitentia, circa radicem duabus ſubrotundis eminentibus auriculis criſpata, lata, in acutum apicem ſpinoſum ſenſim deſinentia, humoris pænè expertia, ſerratim inciſa, coſta inferius altè eminente. Præter hæc diverſi à radice protruduntur ſcapi, ad altitudinem bicubitalem, nitentes, duri, fuſci, ſemicirculares & inflexibiles, utrinque foliis alati; quæ cum prioribus in omnibus conveniunt, ſed dimidio longiora ſunt. Nec floret, neque fructus fert hæc planta, per multos annos ſuperſtes.

Radices vetuſtiores funis inſtar arbores obvolvunt, folia ab omnibus inſectis immunia ſunt. *Virer.*

Tota hæc planta, ſi quando ſupra arbores *Cansjiram* inveniatur, etiam eaſdem habet vires; ſi ſupra Nucum Indic. aphthas nigricantes curat; ſi ſupra *Alou*, omnem ardorem viſcerum refrigerat, cum *Sandalo* & lacte muliebri poſt aures applicata oculorum fluxum & caliginem abigit.

Hemionitis pinnata, pinnis utrinque auriculatis, altiſſima. Lonchitis altiſſima, pinnulis utrinque ſeu ex utroque latere auriculatis. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Lonchitidis hujus pars illa quam deſcribendam ſumpſi, 3 circiter pedes longa erat, coſtâ mediâ ſeu caule robuſto admodum, ſupernè plano & ſulcato, ſubtus rotundo, ſubrubro & ſplendente, adnexis utrinque ad ¼ digit intervalla pinnulis ſeu foliolis digitum circiter longis, ½ dig. latis, integris abſque inciſuris, duplici ad baſin auricula, altera ſuperiùs, altera inferiùs ſita, auctis, duplici ordine macularum ferruginearum, ad alterutrum coſtæ latus unâ, notatis.

In monte *Diablo* dicto provenientem collegit D. *Sloane.*

Lonchitis minor *Jamaicenſis*, pinnulis anguſtis, longis, ad baſin auriculis rotundis donatis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Pedalis & dodrantalis hæc planta pediculos profert pallidos, lanugine brevi fuſca pubeſcentes, alis plurimis planis, ſeſcunciam longis, culmi anguſtiâ præditis, plerumque oppoſitis, à nervo venis quamplurimis ſubtiliſſimis notatis (impari longiore extremum claudente & in acutum quiddam deſinente) ornatos. Horum in dorſo nullæ maculæ ſeminiferæ conſpiciuntur.

Inter rariora D. D. *Sherard* adſervatur.

Valli-Panna *H. M.* P. 12. T. 32. Hemionitis pennata *Indica* ſcandens, trifolia, foliis venoſis, tenuiſſimè crenatis, bifariam perſæpe diviſis, & in angulos ad baſin excurrentibus.

H. M.

Naſcitur in petroſis, frutice ſcandens. *Caules* tenues & lignoſi. *Folia* in petiolis, qui ex brevioribus caulium tuberculis geminati erumpunt, terna proveniunt, oblongo-anguſta, cuſpidata, tenuiſſima, lenia, viroris in recta parte vividi, in averſa dilutioris. Coſta media utrinque eminet, ex illa venæ ſubtiliſſimæ ac condenſæ obliquè in oram ipſam excurrunt, ibique minutiſſimis crenulis inciſæ.

Folia in vaccino lacte trita venenum abdominis, præcordia ac viſcera urens, expellunt.

Tsjeru-Valli-Panna *H. M.* P. 12. T. 33. Hemionitis pinnata Indica ſcandens, foliis oblongis, anguſtis acutis, marginibus profundè dentatis.

Pannæ ſpecies eſt, maximè cum illa conveniens, cujus Folia apicibus ſunt oblongis, ſed hæc minora, æquabiliora, ſine apicibus.

Icon folia repræſentat oblonga anguſta, acuta, denticulis ad margines profundiùs inciſa, ad baſin utrinque extuberantia.

Filix non ramoſa, longiſſimis anguſtis & ad baſin auriculatis foliis *Plumier.*

Plumier.

E *radice* capillari, nigricante, exeunt novem aut decem *cauliculi*, duas circiter lineas craſſi, fuſci, læves ſeu æquales, averſa parte teretes, adverſa ſulcati, 4 aut 5 circiter pedes alti, pluribus foliis pallidè viridibus ſibi invicem proximis, & oppoſitis, pectinis dentium in modum, ſemipedem longis, tres lineas aut ampliùs latis, in cuſpidem valdè acutum deſinentibus, veſtiti. Foliorum initia lateſcunt & lobum auriculæ exteriorem quadantenus repræſentant. Coſtam habent ſubtus elatam, quæ plures minores nervos tranſverſos ad oras obiter-

emittit,

emittit, fimbriâ pulverulentâ caneſcente obtectas.

Locus. Plurima reperitur circa rivulos in inſula *Dominici.*

Filix altera, longiſſimis anguſtis & ad baſin folioſis foliis *Plumier.*

Plumier.

Præcedenti ſimillima eſt, nec aliter quàm *foliis* paulò anguſtioribus, & pro appendicibus prædictis ad baſin lobos multò longiores & anguſtiores habentibus, ut duo foliola repræſentent, altero ſurſum, altero deorſum extenſo ab ea differt: quin & margines pariter contectos habet limbo quodam pulverulento, iiſdemque cum præcedente in locis naſcitur.

Lonchitis, potiùs Hemionitis pinnata, juxta nervum pulverulenta *Plumier.* Filix minor in pinnas tantùm diviſa crebras non crenatas auriculatas & lineis pulverulentis averſa parte notatas *Slon. Cat. Jam.*

Pediculi & oſtæ foliorum. *Radix* valde implexa eſt & fibroſa. * *Caules* ſeſquipedalem altitudinem non excedunt. *Folia* circa tertiam à radice caulis partem erumpere incipiunt, bina proximè adverſa. Infima duo breviora ſunt quàm tertium [par] quod plerunque longiſſimum eſt, tres fere pollices æquans, latitudine ſemidigitali; reliqua ordine ad ſummum caulem, ſequentia antecedentibus, breviora ſunt, is autem in folium paulò ſtrictius & acutius deſinit. Ad nervum ſeu coſtam foliorum mediam, linea anguſta pulverulenta ferruginea utrinque parallela decurrit. Foliorum autem figurâ eadem quæ præcedentis, niſi quòd baſis rotundior, latior & velut cordiformis ſit. Subtus paullum inæqualia ſunt ob multos ramulos exiguos à nervo medio obliquè ad oras cymatili ductu extenſos, denticellis valdè exiguis inciſa.

Lonchitis potiùs Hemionitis *Jamaicenſis* non dentata, alis anguſtis, crebris atro-virentibus, utrinque auriculatis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Pedalis circiter eſt hæc planta, tenuior, petalis aſſurgens plurimis, qui citó à radice alis veſtiuntur, ſemper alternatim poſitis. Harum autem primæ in inferiore parte naſcentes, parvæ, & gradatim ad uncialem longitudinem exporrectæ, anguſtiſſimæ ſunt, biníque auriculis acutis conſpicuis ad appoſitionem donatæ, & quamplurimis punctis minimis ferrugineis pulverulentis in dorſo notatæ. D. *Bobart.*

IV. *Filices foliis pinnatis longioribus, pinnulis ad baſin ab uno duntaxat latere auriculatis,* LONCHITIDES nobis dictæ.

P. 138. Ad Cap. De Lonchitide.

Lonchitis nobis dicitur Herba Capillaris, foliis pinnatis, pinnis ad baſin ab uno duntaxat latere auriculatis.

Hac definitione Lonchitidem aſperam vulgarem ab hoc Genere excludo, & ad Polypodium relego; à quo tamen, ut verum fatear, inſignibus notis differt. Duûm enim Generum folia obtinet.

Lonchitis aſpera major tripedalis *Germanica Mentzel. Coroll.* ad *Indicem* & *Pugill.*

P. 139. Ad Lonchitidem aſperam Maranthæ *J. B.* Folia averſa parte muſco ferrugineo ad modum *Ceterach* totæ obducuntur. In Alpium tranſitu deſcendendo ad Vallem *Auguſtanam* prope S. *Bernardum* majorem invenit D. *Sherard.*

Lonchitis maxima trifolia Americana. Hemionitis maxima trifolia, *Plumier.*

Plumier.

Radicibus cum præcedentibus convenit. *Pediculi* indè exeunt ſex ſeptémve, valdè tenues, glabri, nigri, ſplendentes; altitudine circiter ſemipedali, tria plerunque *folia* geſtantes, membranacea, valdè tenuia, obſcuriùs viridia, ſupernè glabra, quorum medium ſeu ſuperius ſemper majus eſt, pedem longum, ſemipedem latum, medium verſùs duos proceſſus auricularum æmulos emittens, angulo rotundo incipiens & in acutum deſinens; reliqua duo dimidio circiter minora ſunt. Nervus omnium præcipuus, ſecundùm longitudinem decurrens in duas partes inæquales, quarum ſuperior multò minor eſt, ea dividit. Unam tantùm auriculam, in parte ſcilicet inferiore, obtinent. Nervi reliqui obliquè procedunt, à ſe invicem ſatis diſtantes, aliis nervulis extrorſum incurvatis decuſſati. Averſa foliorum pars *verrucis* multis obſita eſt, initio viridibus, lævibus, & umbilici in modum excavatis, lenticulæ parvæ magnitudine, per maturitatem in pulverem caſtaneum obſcurum fatiſcentibus.

Hemionitidi affinis, Filix major trifida, auriculata, pinnis latiſſimis ſinuatis *Slon. Cat. Jamaic.* qui quærit an ſit eadem cum præcedente: & cum Caticaa ſeu Polypodio *Piſonis.*

In umbroſo & nemoroſo colle prope The Orange walks, ad ripas *Rio Cobre* in The Creſcent Plantation provenire obſervavit D. *Sloane.*

Hemionitis

Hemionitis maxima quinquefolia *Plumier.* Lonchitis maxima quinquefolia *Americana.*

Plumier.

E *radice* fibris capillaribus nigris compoſita, quinque aut ſex promit * *caules*, tres circiter pedes altos, & duas lineas craſſos, teretes, verùm anteriore parte paulùm canaliculatos, ſordidè virides. Unuſquiſque caulis in *folium* deſinit, pedem circiter longum, principio anguſtum, extremo acuminatum, media parte ſemipedem latum : infra quod quatuor alia hærent, ex adverſo bina, paulo anguſtiora, & aliquanto acutiora quàm ſuperius. Inferiora duo ad baſis latus exterius appendicem habent auriculatam rotundam. Sunt autem folia circumcirca leviter admodum undata, conſiſtentiâ chartæ Pegamenæ *Velin* dictæ, valdè tenuia, pallidè viridia. Subtus, nervum habent ab extremo ad extremum per longum decurrentem, qui ramos obiter diſtribuit bene multos, valdè tenues, obliquos & parallelos, ad oras uſque extenſos, ubi paullùm incurvantur ; hi rami alios emittunt tranſverſos tenuiores, undulatos & inflexos. Cùm folia pullulare incipiunt baculum Epiſcopale valde referunt, ſúntque muſcoſâ ſubſtantiâ admodum tenui & nigra conſperſa, quæ decidit antequam in juſtam magnitudinem excreverunt.

* *Caules quos vocat nihil aliud ſunt quàm pediculi foliorum.*

Sæpius invenitur in ſaltubus humidis & umbroſis inſulæ *Dominici.*

Lonchitis glabra major *Plumier.* major, pinnulis latioribus, leviter denticulatis, ſuperiore latere auriculatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Plumier.

Radix ceſpitem valdè denſum refert, plures protrudens fibras caneſcentes, multóſque *cauliculos* ſurrigens : duos circiter pedes longos, totidem lineas craſſos, colore viridi obſcuro, glabros, averſa parte teretes, adverſa nonnihil canaliculatos, *foliis* multis à tertia altitudinis parte ad ſummum uſque (quod in folium anguſtum, acuminatum, 3 fere pollices longum terminatur) veſtitos, hinc indè alternatim poſitis, ſibi invicem proximis, quorum longiſſima ad 4 plus minùs pollices extenduntur, pollicari propè baſin latitudine, valdè acuminata, & in ambitu denticulis rotundis inciſa. Baſis ſuperiorem pinnulam rotundam obtinet, auriculæ inſtar protenſam, verùm inferior obliquè inciditur. Nervus inſignior medium folium à principio ad finem percurrit, filamenta hinc indè emittens. Supina ſuperficies lævis eſt, & pulchrè viridis, prona pallida, & nervulorum diſcurſu aliquantulum rugoſa, cum quodam hinc indè ordine velut vermiculorum pulvereorum valde anguſtorum, folio adnaſcentium, 6, 7ve linearum longitudine, colore ferrugineo obſcuro.

** *Pediculos.*

In *Antillis* frequens eſt, in ſaltibus & ſecundùm rivos. In *Jamaicæ* inſulæ mediterraneis montibus *Slon. Cat. Jamaic.*

Lonchitis major, pinnis anguſtioribus, leviter denticulatis, ſuperiori parte auriculatis *Slon. Cat. Jam.*

Slon.

Radix huic nigra, ſquamoſa, fibrillis plurimis longis capillata, ferrugineo muſco obtecta. *Caulis* quàm præcedentis viridior, pinnulis nunc ex adverſo binis, nunc alternatim adpoſitis, præcedentis pinnulas exactè referentibus, niſi quòd anguſtiores ſint, vix dimidiæ illarum latitudinis.

Cum priore in mediterraneis ſylvoſis inſulæ *Jamaicæ.*

Lonchitis glabra minor *Plumier.*

Plumier.

Radix hujus primaria digiti ferè longitudine eſt & craſſitie, foras ad ruſſum colorem obſcurum tendens, carnoſa Polypodii ad inſtar, & intùs ſubviridis, fibras multas capillares, ſatis longas, ejuſdem coloris, emittens ; unde egrediuntur * *cauliculi* aliquot, duos circiter pedes longi, lineam craſſi, teretes, læves, colore ruſſo obſcuro tincti : Ad ſemipedalem ſupra radicem altitudinem utrinque folioſi, *foliis* alternis, ſibi invicem proximis, alarum in modum extenſis, falcis parvæ figurâ, extremitatibus obtuſis, pollicem & dimidium plus minùs longis, 4 lineas latis, in ambitu tantillum denticulatis, præcipuè verſus extremum, ſupernè glabris & ſaturatiùs viridibus ; Subtus nervo incurvo per longum decurrente, & in filamenta parva obiter diviſo ad oram uſque, inæqualibus : Præterea duplici ordine tuberculorum pulvereorum ferrugineorum, ad mediam coſtam, hinc inde uno, donatis.

* *Pediculi.*

Iiſdem cum præcedente in locis, & magis frequens.

Lonchitis auriculata & ſerrata *Plumier.*

Plumier.

Radice & * *cauliculorum* exortu cum præcedentibus convenit. Hi etenim ſeſquipedali ferè longitudine ſunt, non admodum craſſi, verùm teretes & pallidi : ad dimidii pedis ſupra radicem altitudinem 20 hinc inde *folia* geſtantes, ſibi invicem proxima & alternatim ſita, $2\frac{1}{2}$ plus minus pollices longa, ejuſdem ferè figuræ cum præcedentis foliis, ſed aliquantulum breviora, valde acuminata, per marginem crenata [intercreniis] obtuſis, extremitate in duos denticulos fiſſa. Eorum baſis auriculam quandam habet ſuperiore ſui parte, criſtæ galli in modum inciſam ; & dorſum ſeu pars prona duplici ſerie verrucarum parvarum pulverearum ferruginearum inſtruitur.

* *Pediculorum.*

Locus.

In aliquibus inſulæ *Dominici* foreſtis.

Filix Lonchitidis folio, auriculata & dentata. *Insulæ Johannæ Pluk. Mantiss.* p. 77. Lonchitis *Jamaicensis* glabra, pinnulis alternis profundè dentatis, superiore latere auriculatis *Moris. hist.* Planta hæc pedalis & altior, alas profert satis latas, integras, glabras, falcatas, alternatim sitas, quarum primæ breves, & gradatim unciales & sesquunciales cernuntur, ad basin latæ, in acutum mucronem desinentes, per ambitum in profundas denticulationes acutas serratæ. Istarum infima lacinia in superiori latere major & eminentior auriculæ vicem supplet, ac in quibusdam inferior etiam, obliquè à superiore acta, altiùs quodammodo incisa auriculam mentitur. Hæ alæ binis punctorum ferrugineorum ordinibus in dorso maculantur. A D. *Sherard* habuit D. *Bobart.*

Lonchitis *Jamaicensis*, alis longis dentatis & acutis, superiore latere auriculatis, binis macularum ordinibus insignitis *Moris. hist.* P. 3. Filix non ramosa *Jamaicensis* pinnatis foliis integris serratis, subtus duplici ordine punctorum ferrugineorum agminatim insignitis *Pluk. Almag.* Tab. 285. Hujus alæ longæ rectæ & acutæ, alternatim positæ, ad margines crenis rotundiusculis serratæ sunt. Quælibet autem crena minutim dentata est, & quæ ad basin proxima major alias supereminet: unaquæque etiam crena maculâ ferruginea in dorso signatur. D. *Bobart.*

Lonchitis *Indiæ Orientalis*, pinnis crebris prælongis angustis serratis in longissimos & tenuissimos mucrones productis.

Pinnulæ alternatim sitæ sunt non binæ ex adverso, utrinque auriculatæ, verùm ex inferiore latere pro auricula parvam tantùm habent prominentiam. Pinnarum ad eandem costam adnexarum in folio non integro 24 paria numeravimus.

Lonchitis Cap. *B. Spei*, pinnis auriculatis D. *Petiver.*

Folia pedem dimidium aut dodrantem longa sunt, pinnis creberrimis angustis, oblongis, acutis, arcuatis, circa margines sinuatis aut crispis, medio suo nervo costæ folii mediæ adhærentibus, & auriculis utrinque emissis eam amplexantibus donata. In folio seminifero pinnæ minùs crebræ, longiores, angustiores, magis arcuatæ, tota superficie prona seminiferis exanthemasi obductæ.

Lonchitis *Norwegica* major Ejusd. D. *Petiver.*

Folium quod nobis contemplandum exhibuit D. *Petiver* altitudine erat ferè pedali, firmum, rigidum, canaliculo profundo ab imo ad summum supina superficie exaratum, superiore parte pinnulis vestito crebris, angustis, brevibus, Roriſmarini ferè æmulis, marginibus utrinque reflexis ob seminalia puncta duplici ordine, ad nervum folii medium hinc inde uno adnascentia.

Lonchitis minor, pinnulis latioribus, leviter denticulatis, superiori latere auriculatis *Slon. Cat. Jamaic.* E rupium commissuris exibat ad ripas fluvii *Rio d' Oro* dicti, propè 16 Miles Walk in Insula *Jamaica.*

Hæc majori superius descriptæ omnino similis erat, plus dimidio duntaxat minor, ut non varietas ejus, sed species distincta meritò censeri possit. Pinnulæ tenuiores erant & anguſtiores.

Lonchitis major pinnis longis anguſtissimísque *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radicem habet amplam, solidam, intus è viridi albicantem, versùs fastigium pilis ferrugineis obsitam, *folia* aliquot exserentem plus pedem alta, pediculis è viridi albicantibus, glabris, quincuncialibus insidentia. Pinnæ mediæ costæ annectuntur nunc adverso, nunc alterno situ, ad distantiam ¼tæ plus minus unciæ partis, duas circiter uncias longæ, ¼tam unciæ latæ ad basin ubi latissimæ, exinde sensim decrescentes donec in punctum desinant, non serratæ sed lævès & æquales, colore viridi saturo seu gramineo.

E fissuris rupium exiit, viâ umbrosâ quæ ad 16 Mile-walk ducit.

Polypodium nigrum tenuiùs sectum *Plumier.* Lonchitis minor, pinnulis anguſtis, crebris, tenuibus, atrovirentibus *Slon. Cat. Jamaic. Plumier.*

Radix huic longa, digitum crassa, foris nigra, valde comosa, cum duplici nodorum serie sibi invicem proximorum, & velut parvis acetabulis excavatorum, ubi folia vetera abscesserant. Quatuor autem vel quinque *folia* exserit, duos circiter pedes longa, totidem pollices lata, ad mediam usque costam (quæ rotunda est, glabra, nigra) incisa. Segmenta isthæc alternatim opposita sunt, *non directè adversa*, sibimet inter se contigua, tres plerunque digitos lata, in apicem obtusum desinentia; [extrema reliquis breviora sunt] pulchrè viridia, supernè glabra, subtus duplici ordine tuberculorum rotundorum nigrorum inæqualia.

Locus. Locis frigidis gaudet, & in *Antillis* sæpius invenitur. Folia cùm siccantur sursum versùs contorquentur seu complicantur, & à scapo facilè abscedunt, quod in hoc genere rarum.

Lonchitis

Lonchitis altiſſima, pinnulis raris non laciniatis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Quinque nirciter pedes alta erat, pediculo ſeſquipedali, tereti, nigricante. Pinnæ duos plus minus digitos longæ, ½ digiti latæ ad baſin, à qua ſenſim anguſtabantur ad apicem uſque, qui ſubrotundus erat & obtuſus, minimè laciniatæ coſta medium percurrente, cujus in utroque latere multæ ferrugineæ rotundæ maculæ effloreſcebant. Pinnulæ ſemidigitali ferè ſpatio diſtabant, ad mediam coſtam utrinque alternatim ſitæ.

In montoſis *Jamaicæ* Mediterraneis, v. g. *Monte Diablo* invenit D. *Sloane.*

Filix ſeu Lonchitis aſpera maxima *Indorum Pluk. Phytogr.* T. 4.39.F. Filix *Zeylanica* Lonchitidis facie *Breyn. Cent.* 189. Fil. *Virginiana* Lonchitidis facie, pinnis ſuperiore tantùm parte auriculatis D. *Petiver.*

Planta, quam hujus generis è *Marilandia* habemus iconi quidem *Plukenetianæ;* non tamen deſcriptioni *Jacobi Breynii* reſpondet, pinnulæ enim non arcuatæ ſunt ſeu falcatæ ut in Lonchitide aſpera majore *Matth.* ſed rectæ, circa margines pilis quibuſdam denticulos imitantibus aſperæ, potiùs quàm ſerratæ, alternatim ſitæ. Summis pinnis averſa parte adnaſcuntur *flores*, ſiquos habeat, & fructus in muſco ferrugineo averſam folii ſuperficiem totam obducente. Coſtæ folii mediæ per totam longitudinem muſcus ferrugineus innaſcitur.

Filix *Virginiana*, pinnulis oblongis, anguſtis, auriculatis, tenuiſſimè crenatis, longè ab invicem diſtantibus, non ſpinoſa, [Lonchitis nobis dicenda] *Pluk. Phyt.* T. 89. F. 8. An Filix foliis integris auriculatis *Baniſt. Cap. Virgin.* in *Append. Hiſt. noſt* ? Planta eſt dodrantalis, radice & petiolis cum Adianto conveniens. Alæ imæ haud longè à radice provenientes breves ſunt, quæ citra petioli meditullium in uncialem longitudinem extenduntur ; tunc breviores ut mucronem pyramidalem conſtituant : Hæ etenim anguſtæ, ad oras argutè ſerratæ, ſuperiore latere auriculatæ, ſupina parte glabræ, prona verò binis macularum fuſcarum ordinibus, tanta amplitudine, ut totam ferè alam obtegant, inſignitæ ſunt. D. *Sherard.*

Lonchitis *Americana* minor, pinnulis alternis obtuſioribus modicè dentatis, & ſuperiore acie pulverulentis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 567. Petiolos profert graciles, ad nigredinem tendentes, modicè lanuginoſos, palmares & dodrantales. His alterno ſitu adhærent alæ tenues, obtuſiores, ſemunciam, at vix unciam longæ, falcis in modum quodammodo curvatæ, utrinque glabræ, ſuperiore latere ad baſin auriculatæ, quarum juniores concinna ſerraturâ dentatæ ; adultiores verò ab auricula acie concava, membranâ ſeminiferâ fimbriantur, ad extremitates obtuſas dentatæ, ſed in inferiore latere convexo planæ conſpiciuntur. D. *Bobart. Jamaicenſis* eſt planta à D. *Sherard* communicata inter alias rariores.

Filicis è *China* genus molle, auriculâ ad pinnulæ baſin ſuperiùs productâ, ſummo folio longiùs mucronato *Pluk. Phyt.* T. 89. F. 2.

Filix ſeu Lonchitis aſpera *Jamaicenſis*, noſtrati ſimilis, foliis tamen longioribus, à latere tantum ſuperiore auriculatis, argutis per ambitum & creberrimis denticellis ſpinoſa *Pluk. Almag. Bot.* An Lonchitis glabra minor *Plumier ?*

Filix ſeu Lonch. aſp. *Jamaicenſis* pinnulâ lata, brevi, anguloſa *Ejuſd. ibid.*

Filix *Chinenſis* Lonchitidis facie, cujus lanugo radicis *Poco Sempie* vocatur *Muſ. Pet.* 554. Kim-kaw-ja, (i. e. Canis aurei crines) *Herbar. Chinen.* picti.

Pinnæ longæ, anguſtæ, acutæ, creberrimæ coſtæ ſeu ſcapo folii totalis utrinque adhærent. Caules floriferi aphylli, teretes, virides aut fulvi, ex uno latere fimbria purpuro-rubente ornati, ſumma parte reflexi & revoluti, aliquoties. Radix craſſa, tuberoſa lanugine obducta. Hæc ex icone Herbarii Chinenſis quam commodavit D. *Petiver* ſatis rudi penicillo delineatâ.

Lonchitidi affinis arbor anomala, folio alato, è pinnarum crenis fructifero *Slon. Cat. Jam.* Phyllanthos Americana planta, flores è ſingulis floliorum crenis proferens *P. B. P.* Hemionitidi affinis *Americana*, Epiphyllanthos, folio ſimpliciter pinnato, Hippogloſſi æmulo, radice reptatrice lignoſa, ad foliorum crenas florida *Plukenet.* Tab. 36. F. 7.

In collibus ſylvaticis ſaxoſis prope ædes D. *Batchelour* in inſula *Jamaica* copioſè provenit. D. *Sloane.*

Eadem anguſtiori & longiori folio, ramoſa, cauleſcens *Pluk. Phytogr.* T. 247. F. 4. *Conambaya* fortè Braſilienſibus *Marcgr.* p. 79. quoad iconem. Hippogloſſo fortè cognata Surinamenſis, foliis oleandri ſerratis, in crenarum extremo floſculos perminutos ſanguineos gerentibus ; vel forte Hemionitidi affinis *Breyn. Prod.* 2. 57.

Ad hoc Genus ſpectat *Nella-Panna-Maravara* H. M. Part. 12. T. 28.

Priorem ſpeciem (ſi modo ſpecie differant) ſic deſcribit D. *Sloane.*

Ad 8 pedum altitudinem aſſurgit, virgis pollice non multò craſſioribus; ligno albo ſolido, medullâ paucâ, cortice lævi cinereo, paullùm ſtriato, & Abietino nonnihil ſimili, gemmis ſeu cymis Abiegnis exactè ſimilibus. *Folia* è ſummis ramulis nullo ordine exeunt, alata, 4 digitos longa, pinnis ad mediam coſtam digitali circiter intervallo alternatim annexis, 7 aut 9 numero, cum impari in extremo, quarum unaquæque ſeſquidigitum circiter longa eſt, ½ digiti lata, media ſc. latiſſima parte, nam utrumque extremum anguſtiſſimum eſt, ſplendens Lauri ferè Alexandrinæ in modum, colore viridi ſaturatiore, glabra, cum nervo in medio, laterales plures emittente, quarum præcipuæ ad crenas nonnullas parvas in folii margine deſinunt: in quibus primo exit muſcus quidam ruffus aut ferrugineus, deinde è medio muſco floſculus exiguus, pentapetalos ruffus, in pediculo tenui, cui ſuccedit folii margini arctè ahæreſcens *fructus* rotundus, aciculæ capitello non majore, è plurimis ferè rotundis, obſcurè fuſcis ſeu ferrugineis ſeminibus, fungoſo corpori in orbem inſitis, compoſitus; ut microſcopio probo facilè diſcerni poteſt.

Radices plerunque filamenta ſunt prælonga in petrarum rimas ſeu fiſſuras ſe inſinuantes ad alimentum hauriendum.

Lonchitis Aſplenii facie, pinnulis variis ſeu ſubrotundis & ex utroque latere auriculatis *Slon.* Filix non ramoſa Scolopendrioides *Plumier.* Polypodium inciſuris Aſplenii *Tournef. Elem. Bot.*

Plumier.

Radices longiſſimæ, tenues, nigræ, profundiùs in terram deſcendentes, fili nigri faſciculum referunt; unde enaſcuntur ſeptem aut octo *folia* pedalia aut etiam ſeſquipedalia, partim erecta, partim verſùs terram reclinata, pollicem & dimidium circiter lata, utraque extremitate anguſtiora, medio latiora, *Aſplenii* ferè in modum inciſa, verùm ſegmentis acutioribus, exceptis iis quæ pediculo propiora ſunt; ſupernè glabra & ſaturatiùs viridia, ſubtus pallida, & ad unumquodque ſegmentum duplici tuberculorum caneſcenti pulvere repletorum ordine onuſta. Magnitudo hujus plantæ minimè certa aut determinata eſt, ſed pro ratione ſoli variat: vidi quæ foliis eſſet bipedalem longitudinem non ſuperantibus, alias quarum folia quatuor pedes excederent, & humi procumberent aut reperent, & in his peculiare quid obſervavi, nimirum quod è fundo ſegmentorum ſeu laciniarum exirent radices, quæ plantam novam ejuſdem ſpeciei producerent, & interdum unum duntaxat folium. At non è baſi tantùm pinnularum radices agit & novam plantam producit, ſed etiam ex ipſo apice folii nutante & terram tangente.

In dumetis humidis & ſecundùm rivulos in inſula *Dominici*, *Jamaicæ* etiam inſulæ incola eſt. Hæc planta ad præcedens Genus, nimirum Hemionitidem pinnatam referenda eſt. D. *Sloane* huc refert,

1. Adianthum ſeu Filicem Trichomanoiden *Jamaicenſem* pinnulis auriculatis dentatis, ad baſin amplioribus, radiculas ex nutante apice in terram demittens *Pluk. Almag.* p. 9. T. 253. F. 4.

2. Filicifoliam Lonchitidis facie *Jamaicenſem*, ad baſin uniuſcujuſque pinnæ binis auriculis obtuſis donatam, ambitu æquali, & averſa parte ferrugineis punctis duplici ordine notatam *Ejuſd. Almag.* p. 152. T. 286. F. 2.

3. Filicem *Jamaicenſem*, ſimpliciter pinnatis Aſplenii foliis, averſa parte duplici ſerie punctorum notatis *Ejuſd. Almag.* ib. T. 290. F. 1.

Struthiopteris *Munting. Herbar. Belg.* Lonchitidis aſperæ vulgaris ſpecies eſſe videtur.

Lonchitis pinnis ſubrotundis dentatis D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Decem circiter uncias longa erat hæc ſpecies, cauliculo anguloſo, 7 conjugationibus pinnularum ex adverſo ſitarum colore intensè viridi, figurâ oblongo-rotundâ, longitudine unciali, latitudine dimidia, versùs ſuperiorem marginem ſemicircularium, inferiori latere versùs pediculum perbrevem ſinu excavatorum circa margines dentatorum & lineolis ferrugineis ſeminalibus à coſta media versùs margines extenſis ſtriatorum veſtito.

In inſula *Mucho* non procul à *Chili* oritur. Collegit & detulit D. *Handiſyd.*

Aliam non valde diſſimilem plantum ab eodem amico habuimus, minorem, pinnulis pluribus alternatim ſitis minoribus, acutioribus per margines ſerratis.

V. *Filices foliis in pinnas tantùm divisis:*

SEU

FILICES PINNATÆ.

Filix pyramidalis *Madraſpatana* elegans, pinnulis ſeratis. **Steeple-Ferne** *Muſ. Pet.* 55.

Hujus iconem vide apud D. *Petiver* loco citato.

Arana-Panna *H. M.* P. 12. T. 31. Filix major *Indica* pinnata, pinnis prælongis, circa margines angulis rotundis exciſis.

H. M.

Caules (rectiùs *folia*) è radice ſimplices exſurgunt, rotundi, interiùs lato ſulco profundè ſtriati, rigidi, lignoſi ſpadiceo-rubri. *Folia* in duabus ſeriebus geminata proveniunt, pedunculis breviſſimis, de cætero oblongo-anguſta, in cuſpidem deſinentia, in oris angulis rotundis exciſa, rigida, viroris vividi ac nitentis, maximè in averſa parte, ubi coſta eminet, & duæ etiam ovorum ſeries extuberant, quæ rotunda, roſeo-fuſca, rubra, oram folii circum cingunt, & in recta parte veſtigia ac notas imprimunt aſpectui jucunda.

Magnitudo plantæ, foliorumque longitudo & latitudo deſideratur.

Panna-mara-Maravara H. M. P. 12. T. 19. Filix *Indica*, folio pinnato, pinnis vetuſtioribus circa margines ſerratis, extremo in longiſſimum mucronem ſinuatum procurrente.

H. M.

Locus idem qui *Nella-Panna-Maravara*. *Radix* ab una parte excurrit, curva, nodoſa, exteriùs fuſca, interiùs ruffa, lignoſa, plurimis fibris capilliſque nigris circa inferiorem partem coriacea hirſutie, quâ ſe corticibus arborum affigit, obſeſſa, odoris gravis & ingrati, ſaporis amari. * *Caules* plures (ſi ita vocare liceat) ad altitudinem 4 vel 5 pedum aſſurgunt, tenues, glabri, nitentes, intus pallidè virides, carne denſa, albis nervulis ſecundùm longitudinem pertextâ, ab una parte rotundi, ab alia plani, ubi coſta quædam extuberat, in medio & circum oras glabri, ubi duæ foliorum ſeries, 6 vel 7 numero, decuſſatim videntur, quibus *caulis* ab utraque parte velut alis inſtructus videtur, quæ plumarum inſtar flammearum ſeſe offerunt; vétuſtiores factæ punctis & dentibus exporriguntur, caudam referentes flammeam, rigidæ, flexiles, viridi-claræ, ſiccæ, amaræ, odoris gravis & ingrati. *Folia* formâ & figurâ ſunt diverſa, juniora tenuia, parvum digitum longa, duos lata, in acutum deſinentia, poſteriori parte parùm rotundiora, rigida, fuſco-viridia, nitentia, oris glabra, cum coſta utrinque eminente. Vetuſtiora ſeſe ad ſeſqui-ſpithamam extendunt, quando margines ſerratim inciduntur, coſtæque altiùs extuberant.

* *Foliorum pediculi.*

Cum Saccharo in Syrupum redacta tuſſim, morbum endemium, omnia pulmonum vitia, dyſpnœam, morbum lunaticum, phthiſin curat. *Vires.*

Filix *Emuyaca* pinnis pyramidalibus ſerratis, maculis in nervum oppoſitis *Muſ. Pet.* 547.

Pinnæ duas uncias plus minùs longæ erant, crenatæ potiùs quàm dentatæ, intercreniis ſubrotundis. Puncta ſeminalia in averſa folii parte minora quàm in aliis Filicibus, medio nervo propiùs ſita, bina ſibi mutuò plerunque ex adverſo reſpondentia, longiùs à ſe invicem diſtantia magnitudinis reſpectu.

Filix pinnata, pinnis longiùs diſtantibus, anguſtioribus, longis, acutis, circa margines dentatis, D. *Sherard.*

Pars folii quam deſcripſimus, non enim integrum erat, pedali propemodum longitudine, pinnas 12 utrinque alterno ordine ad coſtam mediam ſeu rachin adnexas habebat, 4 uncias longas, ſemunciâ latiores, à baſi ultra dimidium æquali ferè latitudine, deinde ſenſim in acutos mucrones contractas, pediculis brevibus aut nullis, circa margines denticulatas: ſcapo ſeu coſta folii media tenuis erat & gracilis. Pinnæ à ſe invicem intervallis valde notabilibus diſtabant.

Filix pinnata, pinnis crebrioribus, oblongis, latiuſculis, acuminatis, minutiſſimè dentatis.

Scapus medius in hoc genere craſſior erat quàm in præcedente, muſco ferrugineo per totam longitudinem obductus. Pinnæ 4 aut 5 uncias longæ erant, unciam propemodum latæ, ſcapo abſque pediculis adnatæ, à baſi ad apicem ſenſim anguſtatæ, & in acutos mucro-

nes

nes productæ, marginibus integris seu æqualibus, sibi mutuò ad basin propemodum contiguæ.

Locus natalis *Promont. B. Sp.* Communicavit D *Sherard.*

Filix pinnata, pinnis modicè distantibus, quàm præcedentium duarum brevioribus & angustioribus, acuminatis, circum oras minutissimè dentatis.

Folia [pinnas intellige] semunciam plus lata erant, 3 interdum uncias longa, in acumen desinentia circum oras minutissimis denticellis leviter incisa, pediculis brevissimis aut nullis appensa: scapus medius satis crassus & rigidus est. Hanc quoque D. *Sherardo* debemus. Pinnarum intervalla majora erant quàm in penultima.

Filix *Caledonica*, pinnulis alas piscium æmulantibus *Mus. Pet.* 553.

E minorum genere est, pediculo & costâ mediâ atro-rubente splendido. Pinnulæ duabus unciis longiores, semunciam latæ acuminatæ, circa margines profundius paulò incisæ, segmentis circa margines denticulatis. Seminalia in sicca nostra non comparuere.

Filix *Jamaicensis*, pinnatis Fraxini foliis, tenuissimè crenatis, apicibus mucronatis *Pluk. Phyt. Tab.* 286. F. 3.

Pinnulæ in specimine nobis à D. *Sherard* communicato costæ seu nervo medio alternatim adnascebantur, ejusdémque ferme longitudinis & latitudinis cum Fraxineis erant Costæ pinnarum mediærubent, indè ad marginem folii rectà extenduntur nervuliminutissimi innumeri.

Filix fortè pinnata, pinnulis angustissimis oblongis, ex adverso binis, in pedicellis tenuibus brevissimis.

Folia longitudine & angustia sua ad Holostei leucanthemi folia accedunt, & rariùs ad intervalla longiora sita sunt. E penu D. *Sherard* deprompta.

Filix pyramidalis elegans Insulæ S. *Joannis*, pinnulis angustis serratis Mus. Pet. 216.

Pinnulæ vix tertiam unciæ partem latæ sunt, alternatim sitæ, satis crebræ, denticulis profundioribus eleganter incisæ, mucronibus acutis. Costa media in folium longum serratum desinit. Hanc D. *Petiver* debemus.

Filix dactyloides perelegans è monte *Serado Mus. Pet.* 215.

Quam nobis describendam impertivit D. *Petiver* planta erat pentaphylla aut heptaphylla foliis 3, 4ve uncias longis, unam latis, per margines æqualibus, aut obscurè admodum dentatis. Tria superiora ad basin cohærent seu coalescunt, duo inferiora ad basin in duo segmenta seu potius folia dividuntur, ut Planta heptaphylla potius quàm pentaphylla censenda sit.

Acrostichon *Madraspatanum* foliis lacinatis *Mus. Pet.* 741.

Folia seu pinnulæ oblongæ sunt, laciniatæ, laciniis obtusis. Pediculus seu scapus folii medius mollior & tenerior esse videtur, quàm in Filicino genere, ad exortum foliorum seu pinnarum huc illuc reflexa præter normam aliarum; ut D. *Petiver* non præter rationem suspicabatur plantam esse aquaticam.

Pars seminifera seu Folium seminiferum in tenuissima & prælonga dividitur segmenta. Costæ mediæ alæ alternatim adnascuntur; alis pinnulæ vel in plura segmenta tenuia, oblonga subdivisæ vel simplices & indivisæ.

Nella-Panna-Maravara H. M. P. 12. T. 18. Filix *Indica*, pediculo foliis inde à latiore basi in longissimum mucronem productis, & singulari modo dentatis, vestito.

H. M.

Crescit super arbores quæ in petroso nascuntur solo. *Radix* nihil aliud est quàm massa seu fasciculus multarum fibrarum, filamentorum capillarium & radiculorum, quæ fusco-nigræ, lignosæ, alia adhuc muscosa hirsutie complicatæ & intricatæ, odoris gravis, saporis subamari, limpido humore repletæ. * *Caules* plures simul è radice exsurgunt ad altitudinem 3ium, 4ve pedum, simplices indivisi, rotundi, glabri, castaneo-fusci, nitentes, rigidi, lignosi, ab una parte plani sed lacunâ excavati, cùm adhuc teneri, muscosa lanugine, quæ deinde perit, vestiti, sine odore vel sapore, uti sunt & *Folia*, oblongo-angusta, gradatim utrinque incisa, in acutum desinentia, dura, rigida, erecta; costa solium inæqualiter dividens in aversa parte eminet. Per multos annos in radice superstes est.

* *Potiùs foliorum pediculi & costæ mediæ.*

Vires. *Radices* in pulverem redactæ, & cum bubali lacte epotæ dysenteriam vel tenesmum sistunt. Folia contusa cum illorum succo assumpta alvum leniter laxant, sanguinem purgant. Tota planta in formam balnei præparata, & pro insessu ad umbilicum usque usurpata, mirum in modum

modum partum permovet, pituitam pulmonum attenuat, lienem induratum & obſtructum aperit & emollit, ſi quando ſuccus cum radice arboris *Canellæ* jejunæ aſſumatur.

Filix *Emuyaca* pinnis longiſſimis integris, margine pulverulento *Muſ. Pet.* 544.

Pinnæ non tantùm longiſſimæ ſunt, ſed pro longitudine valde anguſtæ margines ſeminiferæ latiores ſunt magíſque conſpicuæ quàm in aliiſpleriſque. Pinnæ baſi ſua coſtæ folii mediæ non adnectuntur, eam tamen amplectuntur. D. *Petiver* plantam hanc Hemionitidi multifidæ *C. B.* proximè accedere exſtimat, ſi non eadem prorſus ſit. Mihi aliter videtur, ſiquidem Hemionitis illa multifida *C. B.* ramoſa ſit. A D. *Petiver* habui quam deſcripſi plantam.

Filix *Malaccenſis*, pinnis longiſſimis integris, nervo medio pulverulento *Muſ. Pet.* 543.

Coſta folii in hoc genere firma eſt & robuſta; pinnæ non tantùm longiſſimæ, ſed & perangustæ, in acutos mucrones productæ. Verùm (quod huic ſpeciei proprium eſt & peculiare) ſeminalia exanthemata nervo pinnarum medio innaſcuntur, ut totus nervus pulviſculo muſcoſo obductus valde protuberet.

Filix latifolia non ramoſa, nigris tuberculis pulverulenta *Plumier.*

Plumier.

Radicibus nititur multis, capillorum inſtar tenuibus, longis, ramoſis, nigris, hàc illàc ſparſis, unde emergunt *caules* plures, tres quatuórve circiter pedes alti, duas tréſve lineas craſſi, ſubtus teretes, ſupernè ſulcati, politi, ſplendentes, nigri; *foliis* veſtiti hinc indè octo aut novem alternatim exeuntibus, octo plus minùs pollices longis, unum & dimidium latis, *Linguæ cervinæ* folia imitantibus, verùm brevioribus & acutioribus, conſiſtentiâ chartæ Pergamenæ *Velume* dictæ, intercreniis circumcirca rotundis leviter admodum inciſis. Subtus nervum medium obtinent nigrum, unde ramuli tranſverſi ejuſdem coloris exeunt, ſibi invicem ſatis vicini; quorum intervalla occupant alii multi parvi, incurvi; ſpatio intermedio tuberculis pulverulentis nigris repleto.

In Sylvis inſulæ *Martinique* occurrit.

P. 141. Ad Cap. 8. ſp. 1. Hæc Planta D. *Sloane* Filix major, in pinnas tantùm diviſa, raras, oblongas, latáſque crenatas dicitur, eſtque Filix latifolia non ramoſa, rotundiùs crenata *Plumieri*, ex ejuſdem ſententia.

Plumier.

E *radice* valde glomerata, ſeu fibris denſis implexis contexta, *caules* aliquot emittit, tres circiter pedes altos, ſatis tenues, teretes, glabros, colore fuſco, in *folium* longum [7 aut 8 circiter pollicum] deſinentes, latitudine bipollicari, alia inſuper tria, quatuórve ab utrovis latere protrudentes, alternatim adnata, ejuſdem ferè cum præcedente magnitudinis, verſùs caulem rotundata, extremitate acuta, margine crenata, intercreniis ſatis amplis & rotundis, glabra, ſupernè è viridi fuſca, nervulis ferè parallelis, tres propemodum lineas à ſe invicem diſtantibus, firmata: inter quos bini tuberculorum pulvereorum ordines, ferri colore. Secundùm rivulos in inſula *Dominici* invenitur.

Filix maxima, in pinnas tantùm diviſa oblongas latáſque non crenatus *Slon. Cat. Jamaic.* In lateribus montis *Diablo* creſcentem collegit autor.

D. *Sloane.*

Ad 4 pedum altitudinem aſſurgit, *caule* è fuſco leviter rubente propè radicem muſco ferrugineo obducto, & ad ſpatium ſeſquipedale nudo, inde pinnis utrinque alternatim ex oppoſitis mediæ coſtæ lateribus, digitalibus propemodum intervallis exeuntibus alato, in pinnam ſeu foliolum lobúmve imparem deſinente. Unaquæque a pinna 6 circiter uncias longa eſt, ſeſcunciam lata, media ſc. latiſſima parte, à perbrevi & ferè nullo pediculo, ad medium uſque lateſcens, exinde ſenſim anguſtata in punctum deſinit, margine æquali, glabra nervo medio ſubtus eminente, à quo coſtæ tranſverſæ ad latera extenduntur, colore pallidè viridi: in aliis Phyllitidis folium refert.

Filix major, in pinnas tantùm diviſa oblongas latáſque non crenatas, à baſi rotundiore ad apicem ſe ſenſim anguſtantes *Slon. Cat. Jam.* qui dubitat Annon ſit Filix latifolia non ramoſa, nigris tuberculis pulverulenta *Plumier*, p. 6. F. 9. E *Jamaica* inſula attulit Hortulanus D. *Arthuri Rawdon* Baronetti: communicavit D. *Sherard.*

D. *Sloane.*

Filicis hujus *caulis* 2 ½ circiter pedes altus erat, anguloſus & in pinnas tantùm diviſus, in pleriſque cum præcedente convenientes; ad baſin duntaxat ſubrotundam, ubi tenui pediculo mediæ coſtæ adnaſcebantur, latiſſimæ erant, ¾ ſc. unciæ, & exinde decreſcentes paulatim in punctum tandem deſinebant: erant autem 3 circiter digitos longæ: non adeò regulariter ſtriatæ lineis parallelis, ut præcedentis pinnæ.

Filix

Filix Jamaicenſis, Paſtinacæ aquaticæ foliis alternis, craſſiuſculè dentatis, pediculo ſplendente nigro *Pluk. Almag. Bot.* p. 152. T. 285. F. 2. Huc ſpectat ex ſententia D. *Plukenet*, Lonchitis Americana juxta nervum pulverulenta *Plumier*, Tab. 29. Quodammodo etiam convenit Lonchitis glabra major *Ejuſdem Plumier*, Tab. 27. Item Filix latifolia ramoſa, cauliculis nigris *Ejuſdem* Tab. 4.

Filix major, in pinnas tantùm diviſa, oblongas anguſtáſque non crenatas *Slon. Cat. Jam.* In ripis *Rio d' oro* prope Archer's Ridge, inter 16 Miles Walk & S. Maries copiosè provenit.

D. *Sloane.*

Caulis & coſta folii media interdum nigricant, aliàs dilute fuſceſcunt, altitudine bipedali, ad 9 ſupra terram uncias pinnas emittere incipientes, nunc ſibi mutuò ex adverſo, nunc alternatim poſitas, ¼ circiter digiti intervallo, 4 plus minùs uncias longas, vix ſemunciam latas media latiſſima parte, ad margines æquales, anguſtas, in longum & anguſtum mucronem deſinentes, colore ſupernè obſcurè viridi, coſta ſeu nervo medio ſubtus eminente, & tranſverſas aliquot fibras emittente, muſco ferrugineo, in quo ſemen, penitus obtectas. Datur hujus varietas dimidio minor aliàs ſimilis.

Filix major in pinnas tantùm diviſa, raras, latiores, oblongas, ſtriatas, ex adverſo ſitas, & non crenatas *Slon. Cat. Jamaic.* In lateribus montis mediterranei *Diablo* dicti collegit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

E *radice* nigra tuberoſa ad bipedalem altitudinem aſſurgebat *caule* anguloſo, fuſco dilutiore, ad 9 ſupra terram unciarum ſpatium pinnas emittente bino ordine ſibi mutuo ſemper oppoſitas, digitali inter conjugationes intervallo. Singulæ autem pinnæ 4 uncias longæ erant, unciâ una latiores, media ſci. latiſſima parte; in principio enim & fine anguſtiores erant, nervo uno medio, & tranſverſalibus multis indè ductis, coloris fuſci obſcuri, velut ſtriatæ ad margines æquales, glabræ, colore viridi claro.

Filix major in pinnas tantùm diviſa, raras, oblongas lataſque crenatas *Slon. Cat. Jamaic.* Filix an Polypodium *Margrav.* Filix non ramoſa foliis integris ſerratis Braſiliana *Breyn. cent.* 1. Filix latifolia non ramoſa, rotundiùs crenata *Plumier*, p. 7. F. 10. Fil. *Jamaicenſis*, foliis ſemel ſubdiviſis, pinnulis obtuſioribus coſtæ adnaſcentibus, Sorbi Aucupariæ folia quodammodo referentibus *Pluk. Almag.* p. 153. Tab. 291. F. 1.

D. *Sloane.*

Ad tripedalem altitudinem aſſurgit, *caule* pallidè fuſco aut caneſcenteferè quadrato, cui utrinque ad 9 uncias ſupra terram, intervallis digitalibus, adnaſcuntur *pinnæ* alterno ſitu, 5 uncias longæ, media parte ubi latiſſimæ unam latæ, ad margines eleganter inciſæ, ut ſegmenta totidem pinnæ videantur ad margines juncta, colore ſupernè obſcurè viridi.

Filix minor in pinnas tantùm diviſa, crebras, plerumque ex adverſo ſitas, oblongas latáſque, crenatas *Slon. Cat. Jamaic.* In monte *Diablo*, Archers Ridge, necnon aliis ſylvis mediterraneis *Jamaicæ* inſulæ reperitur.

D. *Sloane.*

In omnibus ferè cum præcedente convenit; ad dimidiam duntaxat altitudinem non aſſurgit. Pinnæ multo crebriores ſunt, binæ plerunque ex adverſo ſitæ, rariùs alternatim, ſúntque uncias 5 longæ, non ultra ¼tiam unciæ partem latæ ad baſin ubi latiſſimæ, unde ad apicem uſque ſenſim minuuntur, ad margines æqualiter inciſa, averſæ parte ad utrumque coſtæ mediæ latus macularum ferruginearum ordine inſtructæ.

Filix minor in pinnas tantùm diviſa, raras, oblongas latáſque, crenatas *Slon. Cat. Jamaic.* Cum priori.

Præcedenti per omnia reſpondet, altitudine etiam æquali; omnibus duntaxat partibus minor eſt; pinnæ etiam paulò crebriores, breviores & anguſtiores multo, ut quæ ad baſin ſemunciam latitudine non excedant.

Filix minor in pinnas tantùm diviſa, crebras, non crenatas, inferiore latere auriculatas, & rotundis pulverulentis areolis averſa parte notatas *Slon. Cat. Jamaic.* In montis *Diablo* dicti lateribus reperitur. Ad Lonchitidem referenda; differt quòd folia inferiore latere auriculata ſint.

Seſquipedali altitudine aſſurgit, *Caulis* imus ad exitum è terra muſco capillaceo ferugineò tegitur: 4 à terra digitorum diſtantiâ pinnis ad mediam coſtam hinc indè annexis ¼ unciæ partis intervallis, alternatim plerunque ſitis inſtruitur, iiſque 3 uncias longis vix ſemunciam latis, ad baſin ſc. auriculatam ubi latiſſimæ, à qua ad mucronem ſenſim decreſcunt, læves, colore viridi obſcuro, media coſta in averſa parte eminente, ad cujus utrumque

que latus maculæ rotundæ ferrugineæ ſemen continentes. Variat pinnis latioribus ex adverſo plerunque ſitis.

Filix minor, ruffa lanugine tota obducta, in pinnas tantùm diviſa, raras, non crenatas, ſubrotundas *Slon. Cat. Jamaic.* Communicata fuit hæc planta perelegans à D. *Sherard*, qui eam ab Hortulano D. *Arthuri Rawdon* Baronetti accepit.

Ad ſeſquipedalem circiter altitudinem aſſurgit, *caule* tereti, pilis ferrugineis obſito. *Pinnæ* rariùs ſitæ, digitali ferè intervallo, tenui pediculo adnexæ, ſingulæ digitum longæ, dimidium latæ ad baſin rotundam, ubi latiſſimæ, exinde ſenſim anguſtatæ ad apicem qui rotundus erat: omnes comâ lanoſâ ferrugineâ integebantur; quæ nota ſola ad hanc ſpeciem à reliquis diſtinguendam ſufficit. Pinnæ etiam averſa parte ſeminibus penitus obtegebantur.

Filix minor, in pinnas tantùm diviſa, ex adverſo ſitas, oblongas, latáſque, non crenatas; infimis ad baſin auriculatis *Slon. Cat. Jamaic.* In ſylvis mediterraneis montoſis *Jamaicæ* inſulæ reperitur.

Radicem habet parvam ſubrotundam, cum fibris multis ſeu filamentis appenſis, quibus alimentum exſugit: è qua exoriuntur *folia* pedem circiter alta, pediculo anguloſo ferrugineo, cui ad 6 plus minus unciarum ſupra terram altitudinem adnectuntur *pinnarum* ex adverſo poſitarum paria 4, cum impari in extremo: Pinnæ ſingulæ 3 circiter uncias longæ ſunt, unam plus latæ, media ſc. latiſſima parte, à qua ſenſim minuuntur, in punctum deſinentes, colore viridi ferrugineo. Pronam partem mediam coſta ſecundùm longitudinem dividit, tranſverſos nervos emittens. Inferius pinnarum par appendiculam ſeu auriculam habet ad baſin, reliquis pinnis minorem & obtuſiorem, cætera ſimilem. Folium ſupremum coſtam terminans nonnihil ſinuatum eſt ſeu dentatum.

D. *Sloane* huc refert Filicem ſeu Polypodium *Jamaicenſe* Hydrophylli *Morini* ferè diviſuris, ſummo folio raris denticulis profundiùs crenato *Pluken. Almag.* p. 153. T. 189. F. 3. Quærit etiam Annon huc pertineat Filix ſeu Polypodium *Jamaicenſe* latifolium, pinnis infimis auritis *Ejuſd.* ibid.

Filix *Jamaicenſis* non ramoſa trifoliata, anguſtifolia, caule lævi *Moriſ. hiſt.* P. 3, 572.

Politioribus nitentibus pediculis caſtanei coloris aſſurgit hæc ſpecioſiſſima planta, pedalis, cubitalis & interdum altior, erecta, è *radice* nigreſcente capillacea proveniens. Alæ cæterarum hujus familiæ alis diſſimiles cernuntur; inferiores enim trifoliatæ, earúmque diſtributio quælibet anguſta, culmi latitudinem rarò ſuperat, media triuncialem, binæque laterales biuncialem longitudinem poſſident, quæ in caulis meditullio naſcuntur, biſectæ, longæ quoque & anguſtæ; & ſuperiores ſingulatim pediculo brevi inſident, ſupina parte glabræ, nitentes, pronæ verò pulvere aureo ſeminifero (adultiores intellige) totæ obductæ conſpiciuntur. A D. *Sherard* accepit D. *Bobart.*

Filix *Jamaicenſis*, alato pediculo, Fraxinellæ foliis crenatis, radice repente *Pluk. Almag.* p. 154. T. 287. F. 3.

Hanc ſic deſcribit D. *Bobart* in *Moriſ. hiſt.* P. 3. 573. Humilis hæc planta palmarem aut ſpithamiæam altitudinem non excedens, è *radice* tenui, Graminis canini in modum repente exſilit. Pediculi apparent, compreſſi, palmares, membranula foliacea ex utroque latere decurrente fimbriati; quibus alæ unciales, ſatíſque latæ, in ambitu nonnihil dentatæ, nunc mucronatæ, nunc obtuſiores & ſubrotundæ, alternatim, 9 ut plurimùm 10ve numero adhæreſcunt. E *Jamaica* delata eſt.

Chamæfilix *Jamaicenſis*, alis ſubrotundis, ad pediculum anguſtis, minutiſſimè dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 573. Adiantum ſeu Filix Trichomanoides pumila, pinnulis auriculatis, ad petiolum anguſtis, per ambitum minutiſſimè denticulatis *Pluk. Almag.* p. 9. *Tab.* 251. 4.

Hæc à Chamæfilicibus reliquis dignoſcitur; primo Humilitate, ut quæ 3 uncias altitudine non ſuperet; deinde alis paucioribus donatur, eæque ex anguſto principio ovales fere fiunt, & in ambitu minutiſſime denticulatæ. D. *Bobart.*

Filix non ramoſa major *Jamaicenſis*, lobis longis Quercinis, Polypodii diviſurâ *Moriſ. hiſt.* P. 3. 574.

Ad tripedalem pediculis ſuis pallidis aſſurgit altitudinem. Alæ fortuito poſitu, nunc alternatim, frequenter etiam è regione ſitæ, rariùs diſpoſitæ iis adnaſcuntur, dodrantem longæ, non ad nervum uſque diſſectæ, ſed inciſuris uncialibus obtuſiùs & Quercinorum more ſinuatis diviſæ & in dorſo binis punctorum ferrugineorum exiguorum ordinibus notatæ. Juniora & teneriora folia humiliora ſunt, & Polypodii ritu non ad coſtam uſque partita, ſed folium præſertim in ſuperiore parte continuatur, unde excurrunt laciniæ laterales.
E collectaneis D. *Sherard.*

Filix non ramosa *Jamaicensis* elatior, alis crebris longissimis angustissimis dentatis *Moris. hist.* P. 3.

Pediculus pallidus, rectus, & fortè haud mediocri altitudine donatus: in hujus autem palmari longitudine 24 alæ, semipedem longæ, angustissimæ unciæ ½ latitudine non excedentes, ad marginem profundiùs serratæ, sursum spectantes & alternatim positæ cernuntur. A D. *Sherard* accepit.

Capillares in pinnas tantùm divisæ scandentes.

Filix scandens latifolia serrata *Plumier.* major scandens in pinnas tantùm divisa oblongas latásque crenatas *Sloan. Cat. Jamaic.*

Plumier.

Plures emittit *caules*, qui truncis arborum radiculis multis, brevibus, tenuibus, nigris se affigunt, digito minimo minores, satis solidos, lentos & flexiles, colore russo saturo, squamulis acuminatis, membranaceis & rufescentibus vestitos. Arbores quas amplectuntur aliquoties onerant, adeò ut truncum penitus contegant & occultent, ramos subinde emittentes ad trium quatuórve pollicum distantiam, pedem interdum longos, teretes, flexiles, texturâ densâ, colore è viridi canescente, multa, ad 14 interdum aut 15 foliorum paria gestantes, extremo quod ramulum terminant impari. Horum figura ad parallelogrammam accedit, extremitatibus tamen acutioribus, oris eleganter dentatis; sunt autem consistentiâ membranaceâ & firmâ *Velume* instar, utrinque saturatè viridia, supernè lævia, subtus aliquantulum rugosa, exiguis aliquot ramulis, qui à nervo medio ad margines transversim excurrunt.

Secundùm rivos in insulis *Martinici* & *Dominici*.

Truncos arborum grandiores in latere montis *Diablo* Meridionali scandit ad 20 aut 30 pedum altitudinem. Reperitur etiam ibidem foliis non crenatis, D. *Sloane*: qui Panna-Valli *Hort. Malab.* P. 12. T. 35. huc refert cujus idcirco descriptionem subjiciemus.

Caulis huic tortuosus seu incurvus, coloris obscurè fusci anguloſus, interdum nudus lævisque, aliàs ferrugineo capillari musco obductus, digiti minimi crassitudine, multos utrinque emittens cirros villosos, corticibus arborum adhærescentes, quorum ope ad 20 aut 30 pedum altitudinem assurgit, intus è viridi albicans, plurimis fibris seu filamentis albis compositus, ad 2 unciarum distantiam *folia* emittens sesquipedalia, quorum pinnæ ad mediam costam alternatim annexæ intervallis semuncialibus 3 circiter digitos longæ sunt, ¼ dig. latæ, media latissima parte, ad initium & finem angustæ, multis transversis fibris è medio nervo exeuntibus, tenuia, glabra, pallidè viridia, *Linguæ cervinæ* similia.

Phyllitidi multifidæ affinis Filix scandens, in pinnas tantùm divisa, oblongas angustas non crenatas *Sloan. Cat. Jamaic.* An Filicis alia species in insula *Tamaraca Marcgrav?* p. 2.

Radice nititur rotunda, pilis nigris comosâ, multis filamentis validis appensis alimentum hauriente: è qua exit *Cauliculus* teres, glaber, tenuis, atro-rubens, lucidus aut splendens, arborem quamcunque vicinum circumvolvens & amplectens, ad 12 aut 15 pedum altitudinem assurgens, ad 3um, 4ve unciarum distantiam *folia* emittens, bina plerunque adversa, pediculis unciam aut sesquunciam longis teretibus insidentia, pinnis plerunque 4, tenuibus pediculis appensis, alatis, quarum unaquæque 3 circiter digitos longa est, unum lata, ad basin sc. ubi latissima, inde ad summum sensim decrescens intensè viridis, odore, consistentia &c. foliorum Phyllitidis.

Truncos arborum Montis *Diablo*, **Archers-Ridge**, **Mountain-River Plantations**, necnon sylvarum aliarum montanarum, mediterranearum Insulæ *Jamaicæ* conscendit.

Adiantum non ramosum scandens *Plumier.*

Plumier.

Multos emittit *cauliculos* longissimos, qui reptando se affigunt arborum truncis, Hederæ in modum, hinc indè multos promentes ramulos, alios valdè longos, alios è contra perbreves, squamis undique obtectos, angustis acutis, ferrugineis, filamentis crebris seu cirris intermixtis; *foliis* hinc inde successivè alternatim sitis ornatos, 4 circiter pollices longis, 7 aut 8 lineas latis, è parte costæ inferiore, oris undatis, sensim angustatis ad apicem usque, (qui nonnihil obtusus est) consistentiâ membranaceâ, anteriùs glabris, pulchrè viridibus. Dorsum totum costa secundum longitudinem percurrit, quæ nervulos emittit transversos tenues & undulatos. Medio inter nervos spatio verrucæ pulverulentæ canescentes enascuntur.

Plurimis insularum *Martinique* & *Dominici* locis invenit Auctor.

Panna-Valli *H. M.* P. 12. T. 35. Filix repens scandénsve, foliis longis, integris, serratis, nervosis, alternatim scapo adnascentibus.

H. M.

Convolvulus nascens in arenosis, undique radiculis fibrosis nigricantibus, vel supra terram repens, vel arboribus se affigens. *Caules* tortuosi sunt, rotundioli, viridi-fusco ac crasso cortice,

cortice, filamentis, lignosis pertexti. *Folia* in caulibus proveniunt planis plana & glabra exteriora versùs inflexa, viroris in recta parte fusci ac valdè nitentis, circa oras albicante limbulo, ac cuspidibus acutis rigidis anteriora versùs reflexis munita. Costa media utrinque altum eminet.

Succus cum oleo *Sergelim Zingibere* ac *Pipere longo* mixtus capitique illitus cephalalgiam biliosam emendat & abigit.

Filix perpnlcha scandens Indiæ Orientalis, marginibus foliorum seminiferis, Julos æmulantibus D. *Petiver.* Filix scandens foliorum marginibus laciniolis seminiferis fimbriatis.

Pinnæ duas trésve uncias interdum longæ sunt, semunciam aut etiam unciam latæ, ipsæ etiam unam aut alteram pinnam infrà basin obtinent. Planta est singularis & rara admodum.

Filix major scandens, in pinnas tantùm divisa, oblongas, latissimas, non crenatas *Slon. Cat. Jamaic.* E *Jamaica* insula ab Hortulano D. *Arthuri Rawdon*, Baronetti advecta, & à Do. Dre. *Sherard* communicata est.

D. *Sloane.*

Radicem fibrillis donatam reliquarum Filicum scandentium more obtinebat, qua arbores ascendebat; unde exibat *caulis* pallidè viridis, angulosus, aliarum Filicum similis, sesquipedali altitudine, prope fastigium duobus tribusve pinnarum paribus alatus cum impari in extremo. Erant autem pinnæ quàm præcedentis multò latiores; ut quæ 10 uncias longæ essent, 5 latæ, costa seu nervo medium secundùm longitudinem percurrente, & laterales fibras copiosas hinc indè emittente; in medio latissimæ, & exinde utrinque decrescentes, in acutum desinentes, integræ absque incisuris. Pinnarum numerus plerunque binarius erat, interdum ternarius.

Plantulæ quædam inter Capillares & Muscos ambigentes.

Darea *Americana* major pubescens *Mus. Pet.* 762. Filicula digitata *Plumieri Tournefort. Institut. Rei Herb.* 542.

Ad Musci potiùs quàm Filicis genus referenda est, plantæ proximè sequenti congener, sed major. Folia varie dissecta sunt in longas lacinias, tenuiora & flavidiora quàm Filicis cujusvis; folia Matricariæ cæsurâ suâ æmulantur, aut Absinthii cujusdam.

P. 141. *Hist. nost.* Adiantum petræum perpusillum *Anglicum*, foliis bifidis aut trifidis. Darea *Tunbrigensis* minor *Mus. Pet.* 761. Muscus montanus *Italicus* Adianthi foliis *Bocc. Mus.* p. 24. Tab. 2.

Hanc speciem D. *Plukenet* Adiantum fruticosum erectius, foliolis imis bisectis, cæteris verò integris tenuissimè crenatis appellat, plurimúmque differre ait ab Adianto radicoso globulifero, humi sparso, à D. *Georgio Daire* circa *Tunbrigiam* invento; quod & nobis videtur.

In pulchro specimine prioris speciei ab amicissimo viro & peritissimo Botanico D. *Edwardo Luidio Oxonienſi*, mihi communicato & in *Hibernia* collecto, palmum dimidium altitudine excedente *folia* omnia tam summa quàm ima bifida vel etiam trifida erant & nonnulla quadrifida, pediculis seu cauliculi tenuissimi, unde Adiantum trichoides inter Muscos & Capillares herbas, ambigens eam denominavit,& revera semina producendi modo *Muscos* imitatur, Lichenem nimirum, vasculo in 4 folia expanso florem imitante.

Adiantum furcatum Insulæ S. *Helenæ.*

Plantula est minima, pediculo tenuissimo, pinnata, pinnulis furcatis.

SECTIO TERTIA.

Plantas Capillares foliis semel subdivisis, seu alatis complectens.

P. 143. Ad Cap. De Filice mare 1æ Spec. add.

D. *Jacobus Petiver* insignem varietatem, si non speciem distinctam *Filicis maris* observavit, pinnulis rigidioribus & acutioribus, quarum margines lineis seminalibus, ex frequentibus tuberculis pulverulentis compositis notantur, cùm in vulgari tubercula seu maculæ pulverulentæ pauciores, duplici ordine pinnulas occupantes conspiciantur.

* *Pediculos.* In Ericteo *Dunsmore* dicto agri *Warwicensis* prope *Rugby*, oppidum.

Filix non ramosa, latifolia dentata D. *Tourefort Institunt. rei herb.* Vulgaris varietas esse videtur, pinnulis brevioribus & latioribus, incisuris tenuioribus & acutioribus.

P. 145. Filix Indica Osmundæ facie *Bod.* à *Stapel.* Semina profert in furculis peculiaribus, quibus utrinque adstant globuli Piperis magnitudine.

Filix latifolia caudata, pinnulis Lonchitidis dentatis *Plumier.*

Plumier.

Locus. *Radix* è fibris multis nigris, longis, valde tenuibus, quæ eam densè comosam reddunt, componitur. * *Caules* aliquot protrudit bipedales circiter, colore rufo saturatiore, supernè sulcatos, subtus teretes, quorum unusquisque tria quatuórve foliorum paria gestat, 7 aut 8 digitos longa, duos lata, in caudam angustam trium circiter unciarum desinentia: Segmenta seu laciniæ Lonchitidis asperæ similes sunt, unumquodque tres circiter lineas latum, pallidè virens. Folium medium nervus seu costa ab extremo ad extremum pertransit, ramulos obiter ad unam quamque laciniam distribuens, qui in plures minores ad extremas oras extensas desinunt. Caules singuli in folium lateralibus simile terminantur. Pulverem seu semen observare nonpotuit Autor. Verùm D. *Tournefort* in planta simili è *Lusitania* allata, pulverem ad oras pinnularum in ambitu adnascentem observavit.

Secundùm rivulum quendam in insula *Martinici* observavit Auctor.

Filix palustris mas non ramosa, pinnulis obtusioribus planis, ex insula *Bermudensi Pluk. Phytogr.* T. 243. F. 6.

Filix *Bermudensis* non ramosa petræa, pinnulis acutioribus, planis, hirsutie pubescentibus *Pluk. Phytogr.* T. 144. F. 1. An Filix non ramosa latiùs dentata minor *Plum?*

Filix *Staffordiensis* elegans, foliorum apicibus multisciffis *Pluk. Almag.* Tab. 284. F. 3. Filicis minoris palustris varietas, foliorum summitatibus minutissimè & eleganter dissectis. *Tufted* Marsh-Fern.

A D. *Thoma Willughby* Baronetto in muris Ecclesiæ Cathedralis *Lichfeldensis* collecta, & ab ejusdem Hortulano nobis ostensa est. Cæterùm D. Doody Herbam ibi collectam; *Filicis maris non ramosæ, pinnulis raris angustis profundè dentatis* Ger. emac. varietatem fuisse, vel ad eam proxime accessisse asserit. Verisimile est, varias Filicum species hoc modo ludere.

Filix saxatilis omnium minima elegantissima *Pluk. Phyt.* T. 89. F. 3.

Adiantum Myrrhidis folio *Cap. Bæ. Spei* D. *Petiver.* Plantula est perexigua in alas & pinnulas divisa, pinnulis ad margines profundè incisis seu laciniatis, ut Myrrhidem, si parva magnis componere licet, quodammodo referant.

Filix mari vulgari accedens ramosa alis brevioribus, pinnis angustioribus & acutioribus, *Æthiopica.*

Folium, quod communicavit D. *Sherardus* pedali longitudine erat, ima tamen parte abrupta; scapus medius tenuis, è viridi albicans, 25 aut plures hinc inde alas emittebat, non directè oppositas, sed alternatim sitas, è pinnulis seu potiùs laciniis plurimis, (nam ad costam mediam usque non pertingebant) compositas, in longas & acutas cuspides exeuntes. Pinnulæ minores & angustiores erant quam in Filice mari, circumcirca denticulatæ, & in acutum desinentes.

Locus natalis *Promontorium Bæ. Spei.*

Filicula *Marilandica* alata, pinnis oblongis latiusculis, circa margines dentatis. Dryopteris minor *Mariana* non ramosa D. *Petiver.*

Sesquipalmaris est aut altior. Pediculus idemque scapus folii medius gracilis admodum & tenellus, alas emittens nunc binas adversas, nunc alternatim, hoc est, spatio inter binas alas oppositi lateris medio situs. Pinnulæ oblongæ, obtusæ, circa margines denticulatæ. Folium quod descripsimus 14 aut 15 utrinque alas extendebat: Alæ a. longissimæ 6, 7ve pinnarum paribus constabant.

Filix

Filix *Javanica*, pinnis anguſtiſſimis, ſubtus diviſis *Muſ. Pet.* 404.

Folium, quod nobis communicavit D. *Petiver*, pedali circiter longitudine erat, pediculo tenui inferiùs albente, triplici alarum pari compoſitum. Alæ inferiores ima parte unam vel alteram hinc inde pinnam emittebant, ſummâ parte denticulatam, deinde in longiſſimum & anguſtum mucronem procurrebant: præcipue autem coſta Folii media in ejuſmodi lanceam reliquis longiorem extendebatur.

Filix *Emuyaca* fœmina pinnulis Lonchitidis *Muſ. Pet.* 549.

Folium aut pars folii, quam à D. *Petiver* obtinuimus, ſemel tantùm ſubdiviſa erat, primò in alas, deinde inpinnulas. Pinnulæ oblongæ erant, obtuſæ, tota baſi coſtæ alæ mediæ adnexæ, nervulis utrinque extenſis ſtriatæ. Seminalia exanthemata pinnularum margines occupant. Unaquæque ala 20 aut 24 pinnularum conjugationes obtinet. Locus natalis *Emuy* inſula *Chinenſis*. E majorum Filicum genere eſt.

Filix *Emuyaca* pinnis ſeu alis ſingulis integris & diviſis, marginibus ſeminiferis *Muſ. Pet.* 403.

Caules hujus ſeu potiùs pediculi & coſtæ foliorum mediæ tenues, rubentes. Alæ oppoſitæ ad intervalla longiora ſitæ, in lacinias potiùs quam pinnulas acutas, arcuatas, utrinque ad mediam propemodum coſtam utrinque inciſæ. Quod præcipuè notabile & hujus ſpeciei Characteriſticum, alæ inferiùs ab interiori latere laciniis ſeu pinnulis carent, ut pinnulæ abſciſſæ videantur, ad imum tamen unam obtinent pinnulam.

Filix mas, vulgari ſimilis, pinnulis amplioribus, planis nec crenatis *Virginiana* D. *Baniſter*. Icon hujus exhibetur à D. *Plukenet Phytogr.* Tab. 179. F. 2.

Filix *Africana* humilis ſpinoſa, pinnulis latioribus minùs patula. *Plukenet Phytogr.* Tab. 180. F. 2. Hujus ſpecimen ad me miſit peritiſſimus Botanicus D. *Dodſworth*.

Filix mas non ramoſa latifolia, dentata *Schol. Bot.* pro nondum deſcripta proponitur.

Filicula fontana, latiore folio, ad imum ſolummodo ramoſa. *Pluk. Phytogr.* Tab. 180. F. 6.

Filix *Virginiana* non dentata florida, foliis alternis, & in ſummo caule ſeminibus occultatis *Plukenet. Phytogr.* Tab. 181. F. 4.

Filix *Africana*, floridæ ſimilis, in ambitu foliorum argutè denticulata *Ejuſdem ibid.* F. 5. Pinnulæ longæ anguſtæ & acutæ ſunt, & in averſa parte nervulis creberrimis à coſta media ad margines procurrentibus eleganter velut pectinatæ. Cæterum pinnulæ creberrimæ ſunt, & ad eandem coſtam annexa interdum 25 paria.

Filicula fontana Rutæ murariæ facie, tenerifolia, an Filicula fontana minor *C. B?* *Ejuſdem ibid.* F. 1.

Filicula fontana Adianti facie latifolia dentata *Schol. Bot.*

Filix querna *C. B.* arborea ſeu Dryopetris *Trag.* Vide Hujus figuram apud D. *Plukenet Phytograph.* Tab. 179. Fig. 4. Verùm icon quam ibi proponit minimè convenit Dryopteridi Tragi *Ger.* quæ ramoſa eſt.

Filix *Luſitanica* non ramoſa paluſtris, Lonchitidis folio *El. Bot. Tourneſ.*

Filix criſpa languine hepatici coloris veſtita ex Inſulis *Fortunatis Pluk. Almag. Bot.* T. 281. F. 4.

Filix minor longifolia, tarſis raris, pinnulis longis, tenuiſſimis & oblongis laciniis fimbriatis. In montibus *Mourn*, Comitatûs Hiberniæ *Down* dicti à D. *Sherard* inventa nobiſque oſtenſa. Filix *Americana* non ramoſa tenerior, pinnulis verè capillaceis, ſe uFilicis genus ex inſula *Jamaica* molliuſculum, foliis tenuiſſimè pennatis.

Hanc. D. *Bobart* in *Hiſt. Oxon. P.* 3. ſic deſcribit, Tenues ſunt hujus pediculi, pedales, quibus alæ unciales aut circiter rariùs per intervalla alternatim diſpoſitæ adhærent. Ex his inferiores & ſuperiores breviores, mediæque longiores evadunt. Hæ autem pinnulis exiguis acutis, adeò profunde capillaceas in lacinias diſſectis conſtant, ut Mei *Athamantici* tenuitatem penitus obtineant, earúmque dorſo nulla (quantum obſervare licuit) materia pulverulenta inhæret.

Lon-

Lonchitis ramosa, limbo pulverulento *Plumier.* Filix Lonchitis limbo pulverulento.

Plumier.

Radix glomerem seu congeriem capillorum nigrorum refert; è qua exeunt *pediculi* aliquot, valdè tenues, pallidè virentes, semipedales ferè: unusquisque autem in tres ramos terminatur, è quibus laterales medio breviores sunt, sibi mutuo ex adverso oppositi, ad costam usque in *folia* falciformia alternatim dipositа secti; è quibus priora duo, quæ ad exortum cujusque ramisunt, deorsum dependent, habentque oppositum ab altero latere. Folium ramulos hoce terminans 4 circiter longitudinis pollices obtinet, 4 lineas latitudinis; præcipuum ex illis quæ deorsum spectant, æqualis ferè longitudinis & latitudinis est, reliqua quo extremo propiora proportione minora sunt. Ramus medius 5 aut 6 folia gestat, quorum infima, prælonga ad basin in tria folia dividuntur, duo infernè dependentia, unum in altum elatum: proxima unam tantùm auriculam acuminatam hinc inde obtinent, reliqua nonnisi unam, eámque rotundam ad latus superius. Tandem folium extremum ramulum terminans summitate est acuminata, & ad digitum circiter unum supra basin duabus auriculis satis longis & obtusis præditum. Folia a. longissima 4 propemodum pollices æquant, 4 aut 5 lineas lata sunt. Hoc acuminatum est, reliqua paulò obtusiora; omnia quoad consistentiam membranacea sunt, valde glabra, anteriore superficie pulchrè viridi, posteriore aliquantulum rugosa ob multos nervos transversos, margine seu limbo pulverulento circumcirca cincta.

Filix latifolia non ramosa, foliis gladiiformibus serratis *Plumier.*

Plumier.

Ex eadem *radice* decem aut duodecim pullulant *caules*, lineam crassi, propemodum quadrati, læves, è viridi fusci, 4 circiter pedes longi; quibus supra mediam longitudinem adnascuntur hinc inde 12 aut 20 folia, alternatim sita, digitalibus intervallis, pedem dimidium longa, pollicem lata, nervo à caule ad extremum producto, valdè acuminata, cultelli aut gladii figurâ, consistentiâ membranosâ supernè è viridi fusca, subtus multis nervulis à media costa ad marginem tantillum denticulatum productis, cum duplici ordine tuberculorum pulvereorum ferrugineorum ad quemlibet nervulum. Nascitur secundum rivulos in insula *Dominici.*

Filix non ramosa major, furculis crebris, pinnis longis angustis *Sloan. Cat. Jamaic.* Filix non ramosa, latiùs dentata major *Plumier.*

Plumier.

E *radice* fibrosa, nigricante, *caules* protrudit novem aut decem, quatuor aut quinque pedes altos, pennâ scriptoriâ graciliores, fuscos, glabros, quadratos ferè, foliorum decem aut duodecim conjugationibus hinc indè adnascentibus; duorum circiter pollicum distantiâ decem prope pollices longorum, unum latorum, chartæ Pergamenæ consistentiâ, nihilominus satis fragilium, pallidè viridium, margine in cisuris acutis profundis ad medium ferè folium pertingentibus diviso. [*Segmenta incisuras intercedentia pinnulæ potius dicenda sunt.*] Nervus insignior folium totum à caule ad apicem medium percurrit [secundùm longitudinem] à quo alii ad apicem usque uniuscujusque laciniæ extenduntur, alii etiam ad fundum denticulorum. Hujus alia species habetur, omnibus partibus similis sed multò minor.

Locus. Nascuntur secundùm rivulos & in humidis saltubus insulæ *Dominici.* Ad ripas fluviorum mediterraneorum nemorosorum multæ oriebantur hujus Filicis varietates. D. *Sloane.*

Kari-Welli-Panna-Maravara. H. M. P. 12. T. 17. Filix non ramosa *Indica*, pinnulis obtusis non crenatis.

H. M.

Radix aquea, nigra, nodosa, circumquaque fibris fuscis capillata, carne densa & fragili, odoris & saporis pænè expers. *Caules* è radice ad altitudinem 5 vel 6 pedum assurgunt, rigidi, lignosi, pœne quadrati, ab una parte lacunâ excavati [*unde patet, pediculos foliorum potiùs quàm caules dicendos esse*] viridi-clari, interiori parte albo-pallidi, humidi, simplices, indivisi, odoris ingrati. *Folia* [tarsi potiùs seu furculi folios] spithamam longa, pollicem lata, acuminata; horum costis adnexæ sunt utrinque pinnulæ seu foliola rotunda: in quorum aversa parte supra costulas seu nervos transversos, parva, rotunda, fusca reperiuntur ova seminifera, & quidem magno numero; nitidissimè decussatim dispositа.

Virtus. Tota planta adhibetur in morbo endemio, ille est languor vel infirmitas membrorum, decoloratio vividi cutiscoloris. Indigenæ enim, non tantùm instar mortui pallidi sunt, sed & flavi, imò & ipsa oculorum albedo flavicat, dyspnœæ & intolerabilibus corporis doloribus continuè subjecti, qui ex malignis ventis nocturnis & irregulari vita causantur. Cadaveribus horum dissectis lien semper deprehenditur lapidis instar induratus.

Filix

Filix non ramoſa *Indica*, circa margines pinnularum ſeminifera, alis lanceatis.

Alæ binæ oppoſitæ ad coſtam folii totalis mediam annectuntur, in pinnas diviſæ, non tamen ad medium uſque nervum: pinnarum margines ſeminales efflorescentiæ occupant. Alæ ipſæ in anguſtum prælongum mucronem lanceæ cujuſdam æmulum exeunt. D. *Petiver* contribuit.

Filix *Emuyaca* fœmina, pinnulis anguſtioribus, ſubtus glaucis *Muſ. Pet.* 550. An Ouka-mo *Herbar. noſtri Chinenſis illuminat.* Tab. 72. Fig. 18.

Folia huic dichotomam diviſionem obſervant. Ramuli Polypodii folia imitantur. Pinnulæ enim non ad mediam uſque coſtam pertingunt: ſunt a. oblongæ, anguſtæ, non binæ è regione oppoſitæ, ſed alternatim ſitæ, h. e. quæ ex uno latere coſtæ ſunt ſpatio inter duas adverſi lateris medio oppoſitæ. Hæc folii totalis diviſio dichotoma ferè ſingularis eſt, & paucis Filicibus communis.

Filix pinnulis criſtatis *Plumier.* Rutæ murariæ accedens Filix min. non ramoſa, pinnulis ſubrotundis profundè ſciſſis *Slon.*

Plumier.

Fibris multis, tenuibus caneſcentibus, duos treſve pollices longis, in terra hac illac ſparſis, radicatur; unde emergunt *caules* 4 aut 5, valdè tenues, teretes virore ſordido, & pedali circiter altitùdine, à medio ad extremum *foliis* utrinque alternatim extenſis ornati, eo ſitu, ut ſuperioris margo marginem inferioris tangat. Horum maximum duos ferè pollices longitudinis obtinet, latitudinis 9 aut 10 lineas; ſunt autem obtuſa, in extremo denticulata, in alas pariter ſeu pinnulas ad medium uſque nervum inciſa, 4 ferè lineas latas, circumcirca dentatas, excepta parte illa quæ caulem primarium reſpicit, eum in modum ut criſtas, parvas valde referant. Folia quò propriora caulis extremitati eò breviora ſunt, ſaturatè viridia, adverſa parte glabra, averſa tuberculis quibuſdam eminentibus, pulvereis, ſcabra, verùm non rotundis, ut aliis, ſed ovalibus & ad utramque extremitatem acuminatis, obſcurè ruffis.

Uno ſolo in loco inſulæ Dominici, juxta rivum, &c. invenit autor. E rupium commiſſuris ad ripas *Rio d' Oro* in Inſula Jamaica. D. *Sloane.*

Filix pulverulenta, pinnulis obtusè dentatis *Plumier.*

Plumier.

Radix è quibuſdam caulium putridorum reliquiis conſtat, fibris multis, longis, hac illac ſparſis, intermixtis, colore fuſco; cujus etiam coloris radicis truncus particeps eſt; è quo exeunt 4 aut 5 *cauliculi*, prætenues, teretes, è viridi fuſci, plus pedem alti, 16 aut 18 utrinque *folia* emittentes, ex adverſo bina, ſibi invicem proxima, ad medium uſque nervum inciſa; media duos circiter pollices longa, 6 aut 7 lineas lata, reliqua à mediis utrinque, tam verſus radicem quàm verſus folium extremum, ſenſim ordine breviora, omnia ad medium uſque nervum inciſa, laciniis ſeu ſegmentis anguſtiſſimis, extremo per margines æquali, oris in ambitu denticulatis. Unumquodque folium ad exortum ſuum duo habet ſegmenta longiora, velut parva foliola, alterum ſurſum, alterum deorſum ſpectans. Sunt autem folia glabra, è viridi fuſca, inferior eorundem ſeu prona ſuperficies pulvere quodam valdè tenui ferrugineo obtegitur.

Rara eſt hæc ſpecies & in inſula tantùm *Dominici* reperitur.

Filix non ramoſa maxima, ſurculis raris, pinnis variis, inferioribus ſc. oblongis acutis, ſuperioribus verò Aſplenii, ſubrotundis *Slon. Cat. Jam.* Circa montem *Diablo* dictum copiosè creſcit.

D. *Sloane.*

Ad 4 pedum altitudinem aſſurgit, caule digitum craſſo, è fuſco rubente, ſurculis alternatim poſitis, ad 3, 4ve unciarum diſtantiam, ſeſquipedali longitudine, pinnis utrinque, nunc majori nunc minori intervallo, alternatim itidem adnexis obſitus, quarum unaquæque 4 circiter uncias longa, vix unam lata prope exortum ubi latiſſima, unde paulatim anguſtata in punctum deſinit, circa margines tantillum dentata, graminei ubique viroris, ferruginea linea ſeu limbo margines ambiente, in quo ſemina. Surculorum inferiorum ſummitates, & integræ ad apicem pinnæ ſeu foliola lata ſunt & ſinuata ſive undata ad modum Aſplenii.

Filix non ramoſa major, ſurculis raris, pinnulis crebris, latis, minimis, brevibus, aculeatis *Slon. Cat. Jamaic.* Ad ripas *Rio Cobre*, viâ qua ab urbe St. *Jago de la Vega* ad locum 16 Mile walk dictum itur, copiosè provenit.

D. *Sloane.*

Ad bipedalem altitudinem aſſurgit hoc genus, caule ad egreſſum è terra intumeſcente, ferrugineo muſco obducta, reliqua parte vireſcente, ad pedalem altitudinem nudo, exinde ſurculoſo, ſurculis alternatim ad ſemuncialia intervalla exeuntibus, ſex unciis longioribus, vix $\frac{1}{4}$ unciæ latis; pinnulis non ultra $\frac{1}{8}$ unciæ longis, latitudine longitudinis dimidia, extremitatibus acuminatis, ad coſtam mediam quàm fieri poteſt arctiſſimè aut ſibi invicem proximè adnexis, nullo ſpatio vacuo intercedente, colore luteo-viridi.

Filix

Filix non ramosa major, furculis raris, pinnulis longis, angustis, rariſſimis *Slon. Cat. Jamaic.* In ripis *Rio d' Oro* inter 16 **Miles Walk** & **St. Maries** collegit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Ad tripedalem altitudinem assurgit, furculis è caule utrinque alternatim exeuntibus, digitalibus plus intervallis, interdum brevioribus; singulis 3 circiter digitos longis, & ¼ digitalis, ad basin ubi latissimæ. Pinnulæ ⅓ circiter digiti partem longæ sunt, & peranguſtæ, lato intercedente inter binas quascunque intervallo, unde raræ admodum apparent. Aversa parte ferrugineis muscosis maculis propemodum operiuntur. Dantur aliquot hujus varietates.

Filix non ramosa major, furculis raris brevioribus, pinnulis crebris, latis, brevibus, non aculeatis *Slon. Cat. Jamaic.* E. *Jamaica* insula delatam communicavit D. *Sherardus.*

Filici non ramosæ latiùs dentatæ *Plumieri* eadem videretur, ni furculi breviores essent, & pinnulæ non aculeatæ sed obtusæ & subrotundæ, Asplenii similes.

Filix non ramosa major, caule nigro, furculis raris, pinnulis angustis, raris, longis, dentatis *Slon. Cat. Jamaic.* In rupibus ad ripas **Orange-River**, & *Rio d' Oro* prope **Mr. Philpot's Plantation**, in Insulæ *Jamaicæ* parte Septentrionali.

D. *Sloane.*

Cum subsequentibus duabus exactè convenit, duplo duntaxat major erat, & pinnulæ multò longiores, circa margines dentatæ, ut ad ramosum genus referenda videatur. Pinnularum pars prona non ut in illis farinâ candidâ obducebatur, sed canescente aut ferruginea dilutiore, in qua semen. Supina pinnarum superficies obscurè viridi colore tingebatur.

Filix non ramosa major, furculis crebris, pinnulis brevioribus angustis *Slon. Cat. Jamaic.* An Filicis exoticæ secunda species, seu Filix non ramosa *Brasiliana*, foliis Asplenii acutioribus *Breyn.* cent. 1. p. 187. Ad ripas saxeas fluviorum **Orange-River** & *Rio d' Oro* dictorum, inter 16 **Miles Walk** & **St. Maries**, invenitur.

D. *Sloane.*

Hæc species præcedenti cætera similis, in eo tantùm differt quòd furculi anguſtiores sint, ut quæ ⅓ unciæ latitudine non superent, h. e. pinnulæ non ultra ⅓ unciæ longæ sint, & ad basin non usque adeò anguſtæ ac illius, ut minus spatii vacui inter eas intercedat. Semen in punctis ferrugineis rotundis ad mediam pinnulæ uniuscujusque costam utrinque situm.

Hujus etiam aliquot varietates sunt, respectu longitudinis furculorum, &c.

Filix non ramosa minor, furculis crebris, pinnis longis latísque *Slon. Cat. Jamaic.* Cum priori.

D. *Sloane.*

Caulis huic è fusco viridis dilutior splendens, ad 9 uncias, interdum etiam sesquipedem assurgens, cui utrinque ad ⅓ digit. distantiam adponuntur furculi, sescunciam circiter longi, & ad basin ubi latissimi, unciam propemodum lati; coloris obscurè viridis, pinnulis alati præcedentis similibus, longioribus tantùm latioribúsque, ut cùm in præcedente vacuum inter pinnularum extrema intersit spatium, in hac ferè nullum sit, quin & pinnularum margines, sibi mutuò incumbant. Radix tuberosa fibrillis plurimis cinerei coloris demissis alimentum hauriens, 3, 4ve caules protrudit, quo à Filice minore paluſtri *Hist. nost.* satis distinguitur. Semen aversæ foliorum parti innascitur in punctis rotundis.

Ab *Hispaniola* insula attulit D. *Handisyde.*

Filix non ramosa minor, furculis crebris, pinnulis breviſſimis anguſtis *Slon. Cat. Jam.* Infra urbem S. *Jago de la Vega* ad ripas fluvii *Cobre* dicti collegit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

In omnibus præcedenti respondet, minor duntaxat est, ut quæ pedem altitudine non multùm superet. Surculi 3 uncias longi sunt, semunciam lati; pinnulæ ¼ unciæ longæ, sibi mutuo unitæ seu continuæ ad extremum ferè; prona parte ferrugineis maculis notatæ, colore luteo-viridi.

Filix non ramosa minima, furculis crebris, pinnulis breviſſimis anguſtis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum priore.

D. *Sloane.*

Plurimis filamentis nigris è *radice* parva subrotunda, solida, obscurè fusca egressis terram apprehendit; unde emergit *caulis*, 6 circiter uncias altus, furculis & pinnulis præcedentis similibus, eodémque situ positis instructus, omnibus tamen partibus multò minor, præsertim pinnulis, quæ eousque ad latera junctæ sunt, ut intercrenia potiùs quàm pinnulæ videantur.

Filicula non ramosa minima, furculis crebris, pinnis anguſtiſſimis raris *Slon. Cat. Jam.* Ad rivulos Mediterraneos umbrosos.

D. *Sloane.*

Præcedenti persimilis videbatur; 4 duntaxat aut 6 uncias altitudine non excedebat: Surculi breviſſimi erant, cauli alternatim adpositi, in quibus pinnulæ, non ad margines unitæ ut in præcedente, sed ad ipsum usque furculum divisæ, spatio inter eas vacuo relicto, ob anguſtiam & situs raritatem. Semen in maculis rotundis aversæ foliorum parti adnascitur.

Filix

Filix non ramosa minor, caule nigro, surculis raris, pinnulis angustis, dentatis, raris, brevibus, acutis, subtus niveis *Slon. Cat. Jamaic.* Adiantum nigrum Americanum, pulvere candidissimo aspersum *Breyn.* Cent. 1. p. 190. Ad. Calomelanos Americanum, seu Ad. nigrum foliis prona parte candidissimis *Pluk. Tab.* 124. F. 1. Adiantum nigro simile, albissimo pulvere consperſum, *Plumier.* Avenca minor *Marcgr.* Conambai-miri sive Adianti species 2. *Pison.* D. *Sloane.*

E *radice* solida, parva, prope summitatem squamosa, ferrugineo musco obducta, plurimis filamentis & fibris capillaribus inferiùs demissis alimentum hauriente, colore obscurè fusca, multa exsurgunt *folia*, pediculis atro-rubentibus lucidis plerunque triangulis insidentia pedem longa, ab exortu ad 8 circiter unciarum altitudinem nuda, exinde surculos emittentia semuncialibus intervallis, nunc binos adversos, nunc alternatim sitos, singulo * unciam circiter longos, & peranguſtos; pinnulæ namque breves sunt, strictissimæ, acutæ, ut spatium inter eas vacuum intersit, colore obscurè viridi, subtus farinâ candidâ per totam superficiem aspersæ, unde aspectu pulcherrima & jucundissima evadit planta. * *Errorem hîc subesse suspicor.*

E rupibus in mediterraneis umbrosis insulæ *Jamaicæ* ut & *Barbados* dictæ exiit.

Hanc sic describit D. *Plumier.*

Radix capillaribus fibris comata, nigra, plures emittit *caules* nigerrimos, teretes, tenues, glabros, lucidos, bipedales circiter, ramis hinc indè 20 plus minus brachiatos, aliis adversis, aliis alternatim sitis, quò extremo cauli propioribus eò brevioribus; maximis 7 aut 8 pollices longis, pinnulis hinc indè sibi mutuo proximis à basi ad apicem donatis, alternatim positis, longissimis 7 lineas æquantibus, acuminatis, circumcirca denticulis acutis profundiusculis incisis, supernè lævibus, virore lucido saturo, subtus pulvere tenuissimo & candidissimo penitus velut obvelatis. Descriptiones per omnia non conveniunt.

In *Martinique* locis humidis & secundùm sepes. Item in rupibus umbrosis mediterraneis Insularum *Jamaicæ* & *Barbados* invenitur copiosa. *Locus.*

Filix non ramosa major, surculis crebris, pinnulis longis angustis *Slon. Cat. Jamaic.* F. non ramosa latiùs dentata *Plumier.* p. 11. Fig. 17.

Ad bipedalem circiter altitudinem assurgit, *caule* seu mediâ costâ virescente, cui ad $\frac{1}{3}$ unciæ intervalla adnascuntur *surculi*, interdum oppositi, aliàs alternatim siti, 7 circiter uncias longi, unam lati, ad basin sc. ubi latissimi. *Pinnulæ* singulæ semunciam longæ sunt ad exortum suum è media costa, unde ad extremitates usque sensim anguſtantur, & in acutum desinunt, colore luteo-viridi, spatiolo vacuo intercedente. Hujus nonnullæ habentur varietates.

Ad fluvios sylvaticos & umbrosos in *Jamaicæ* Mediterraneis.

Filix non ramosa minor, caule nigro, surculis raris, pinnulis latis, dentatis, subtus niveis *Slon. Cat. Jamaic.*

Radicibus & caulibus præcedenti seu penultimæ exactè similis erat, & magnitudine pari: præcipua differentia erat in *foliis*, quæ rotundiora huic & latiora, aliàs similia, siquidem farinâ candidâ obtegebantur quemadmodum illius.

In insula *Barbados* vel *Nieves* invenit D. *Sloane.*

Filix non ramosa minima, caule nigro, surculis raris, pinnulis anguſtis raris, subtus niveis. *Ejusdem ibid.*

Præcedenti per omnia similis erat, dimidio duntaxat minor; Cùmque eadem unà in insula *Jamaica* proveniebat.

Filix non ramosa minor, pinnulis crebris obtusis crenatis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum præcedentibus invenitur.

D. *Sloane.*

Radice firmatur nigra, oblonga, multis foliorum delapsorum pediculis obtecta, fibris ex ima parte egredientibus multis, longis profundè actis; unde exsurgunt *caules* foliave viridia, ad radicem nigricantia, pedem & dimidium alta, in surculos divisa alternatim adnexos, è quibus pinnulæ exeunt creberrimæ contiguæ, ut nullum inter eas spatium vacuum relinquatur, amplæ, latæ, obtusæ dentatæ, obscurè virides.

Filix saxatilis pervenusta, foliis punctatis, seu Adiantum *Maderense* folio Filicis, caule tenui candicante *Pluk. Almag. Bot.* T. 284. F. 4. An Filix pulverulenta pinnulis obtusè dentatis *Plumier.*

Filix *Jamaicensis* non ramosa, ex una radice cespitis instar contexta, pediculis numerosis, foliis auriculatis profundiùs secta *Pluk. Almag. Bot.* T. 283.

Filix *Jamaicensis* non ramosa maxima, foliis radici propioribus longiusculis, Centaurii majoris facie, tenuiùs & profundè laciniis ad ambitum undulatis incisa *Pluk. Almag. Bot.* T. 292.

Filix *Virginiana* non ramosa, foliis planis partim & dentatis rachi mediæ apophysibus foliaceis (plerunque ex opposito) per intervalla eleganter adnexis *Pluk. Almag. Bot.* T. 284. F. 2. An Filix mas rachi seu nervo medio alato *Banister* Cat. Virgin?

Filix *Emuyaca*, pinnis proliferis mirè ornatis *Mus. Pet.* 402. Filix non ramosa maxima *Chinensis*, plantulis plurimis è foliis enascentibus, eorúmque superficiei densis agminibus incumbentibus.

Planta elata & robusta est, alis oppositis. Pinnæ in quas alæ seu tarsi dividuntur longæ sunt, angustæ, acuminatæ, duabus seminalium exanthematum oblongorum seriebus donatæ, ad mediam usque alæ rachin non pertingentes. Verùm, quod mirum videtur, & huic speciei ex omnibus quas unquam vidimus proprium, ex ipsis foliis, & quantùm discernere licuit seminalibus lineolis, enascuntur plantulæ innumeræ ferè, denso velut cespite totam foliorum superficiem operientes.

Singularis est hæc planta & rariſſima, qualem antea nunquam vidimus, prorsus indicta nobísque inaudita. D. *Petiver* misit.

Filix *Palmensis*, pinnis parvis, subtus omnino villosis *Mus. Pet.* 212.

Hujus plantæ specimen ad nos à D. *Petiver* transmissum dodrantali aut pedali erat longitudine, costâ media firma, musco ferrugineo obtecta, alas emittens alternas, duas, trésve uncias longas, in pinnulas seu potiùs laciniolas breves, ferrugineo villo subtus penitus obductas, Ceterach in modum, divisas, supernè obscurè virides.

Filicula maritima humilior, pediculis pallidis, segmentis rotundioribus *Morisf. hist.* P. 3. p. 581. Adiantum maritimum, segmentis rotundioribus *Schol. Bot.* Præcedenti *Hist. Oxon.* 581. pl. 24. haud multùm dissimilis est: pediculi verò pallidi & albescentes palmarem longitudinem rarò superant. His alarum vix ex opposito nascentium, nec unciam longarum, è tribus quatuórve pinnulis pallidè virentibus, & extremitatem erga simplicibus constructarum paria, 10 circiter numero, è petiolis veluti exiguis emergentia adhæreſcunt. Dorso maculæ pulverulentæ, oblongæ & angustæ, obliquè actæ accrescunt. D. *Bobart.* A Parisiis D. D. *Sherard* attulit.

Filicula *Cambro-britannica* pinnulis Cicutariæ divisurâ donatis *Morisf. hist.* P. 3. An Adiantum album tenuifolium, Rutæ murariæ accedens *J. B.* Planta hæc palmaris & altior pediculis constat tenuissimis, è viridi in castaneum colorem vergentibus, muscosa lanugine nonnunquam asperſis. Hi autem radice ad dimidium usque nudi sunt: superiori parte non ferme conjugatim (interdum enim fortuito positu) per intervalla, octo circiter alarum paria, è pinnulis tenuibus profundè sectis compositarum adnascuntur. Quælibet ala segmentum Cicutariæ tenuifoliæ quadantenus refert; pulvere tamen ferrugineo, Filicum ritu in dorso consperſa.

E rupibus celsissimi montis *Snowdon* loco *Clogwyn dw yn yr Ardhu* ab incolis dicto legit D. *Lhwyd.*

Filix aculeata, Lonchitidis æmula, nostras D. *Lhwyd. Radix* velut in caput coacta, quemadmodum in mare vulgari multis fibris ferrugineis capillatur. Ex hac prodeunt *pediculi* pedales, costæ mediæ vicem præstantes, ruffa lanugine muscosa penitus obsiti. Juxta radicem incipit alarum ad basin latarum ac in mucronem desinentium productio, quarum infimæ breves, aliæ unciales alternatim exeunt, glabræ, rigidæ, & ex 6 circiter pinnularum conjugationibus compositæ, quæ extremitatem erga conjunguntur: cæteræ subrotundæ crebriùs dispositæ, sibi invicem quadantenus incumbunt, & quæ libet in spinulam acutissimam, innoxiam tamen, exit; & qua rachi mediæ proximè adhæret in superiori parte aliis major, elatior ac eminentior (ipsa tamen auriculata) Lonchitidem cum auricula sua aliquatenus repræsentat, & in dorso præsertim ea quæ à radice magis remota & summitatem versùs nascuntur punctis farinaceis ferrugineis notatæ sunt.

In montosis *Cambro-Britannicis* invenit D. *Lhwyd.* D. *Bobart* descripsit *Hist. Oxon.* P. 3. p. 580.

Filix *Americana* Artemisioides, pediculis nigris, aversa foliorum parte incana *Herman.*

E majoribus esse videtur, siquidem folium quod communicavit D. *Sherard* non integrum pedali propemodum erat longitudine. Pediculus seu costa media cui alæ adhærebant, pro plantæ modo crassus erat & firmus, colore nigro. Alæ nunc binæ ex adverso nascebantur, nunc singulæ alternatim, è pinnulis angustis, longis, acutis, superna parte obscurè virentibus, subtus incanis compositæ. Pinnulæ ad basin in lacinias acutas aliquousque incisæ sunt, ut siquis plantam ad ramosas referendam mallet, non repugnarem.

Ex *Sirinama* accepit D. *Hermannus.*

Filix *Africana*, pinnulis spinosis altò incisis D. *Petiver.*

Alæ costæ mediæ, pinnulæ alis alternatim adnascuntur. Pinnulæ autem oblongæ sunt, altiùs incisæ, denticulis in pinnas oblongas exeuntibus. Puncta ferruginea seminalia bino ordine pinnulis aversis innascuntur. Costa folii media musco ferrugineo obducta est.

Filix

Filix pyramidalis Chinenſis *Muſ. Pet. cent.* 1. 54. Filicis è China genus molle, auriculâ ad pinnulæ baſin ſupernè productâ, ſummo folio longiùs mucronato. *Pluk. Phyt.* T. 30. F. 2. Filicis genus è China delata *Hiſt. noſt.* 1853.

Filix pyramidalis *Madraſpatana* elegans, pinnulis ſerratis *Muſ. Pet.* 55. Erecta eſt, alis Filicis ritu pectinatim ex utroque latere exeuntibus, rectis, longis, ex adverſo poſitis, & (quod huic peculiare videtur) alæ jam dictæ anguſtæ, æqualem latitudinem à baſi, (extima lacinia in mucronem deſinente excepta) retinent, ad margines denticulationibus modicè profundis ſerratæ. D. *Sam. Brown* circa Fort St. George collegit. D. *Bobart.*

Filix paluſtris mas, pinnulis obtuſioribus planis, ex inſula *Bermundenſi Pluk. Phyt.* T. 243. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Erecta hæc planta alas præcedentis [*Filix minor Britann. pediculo pallidiore*, &c.] haud multùm abſimiles profert, laciniis obliquis profundè dentatis, primæ verò breviores, tunc ad medium longiores excreſcunt, unde iterum gradatim conicam figuram conficientes contrahuntur.

Filix pumila paluſtris Virginiana *Pluk. Almag.* 151. T. 284. Pediculos edit ſemipedales, ut plurimum rectos, tenues. Alæ ex adverſo poſitæ, cum binis lateralibus extenduntur, profundè dentatæ ſed non ſerratæ, pediculis brevibus inſidentes. Primæ laciniæ uniuſcujuſque alæ, à rachi provenientes longiores auricularum ſpeciem præ ſe ferunt; inferior autem conjugatio brevior eſt, ſecunda longiſſima, poſtea aliæ in pyramidalem abeunt figuram. D. *Bobart.*

Filix *Jamaicenſis* humilior, acuta, alarum pinnulis inferioribus brevioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 576. Pedalis hæc planta pediculos habet pallidos, læves, quibus inordinatim apponuntur alæ, biuncialis longitudinis, acutæ, profundè ſed non ad nervum uſque ſectæ, modicéque ſerratæ; primáque diviſio coſtæ mediæ proxima, in ſuperiore parte, cæteris longior, profundiùs eſt diſſecta. In inferiore verò parte omnino breviores ſunt laciniæ, & in dorſo maculis pulverulentis ferrugineis, reliquarum congenerum amplioribus, notatæ. D. *Bobart.* In collectaneis D. *Sherard* aſſervatur.

Filix minor *Jamaicenſis*, pediculis villoſis, alis amplioribus oppoſitis, quercinis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Filix non ramoſa, pediculo hirſuto, Coriandri foliis *Americana Pluk. Almag.* 153. T. 284. Hujus pediculi è radicula fibrata, fuſca, ad dodrantalem altitudinem oriuntur, ſubfuſci coloris, molli hirſutie brevi pubeſcentes. His alarum 10 plus minùs conjugationes, ut plurimum ex adverſo, nonnunquam tamen inordinatim ſitæ, adhærent. Alæ unciales ſunt, latæ, præſertim ad baſin, obtuſæ, & rotundis inciſuris quercinis profundè laciniatæ; eæque quæ maculas pulverulentas ferrugineas in averſa parte oſtendunt frequenter anguſtiores & profundiùs diſſectæ cernuntur. Hanc D. D. *Sherard* è *Jamaica* acquiſivit. D. *Bobart.*

Filix *Jamaicenſis* hirſuta, Sorbi aucupariæ folia quodammodo referens *Moriſ. hiſt.* P. 3. 576. F. *Jam.* foliis ſemel ſubdiviſis, pinnulis obtuſioribus coſtæ adnaſcentibus Sorbi Aucupariæ folia quodammodo referentibus *Pluk. Alm. Tab.* 291. Radicula hujus Filicis cum fibris ſuis concoloribus nigricat. Tota planta dodrantalem longitudinem non ſuperat, cujus pediculis pallidis lævibus tria quatuorve alarum paria ſunt, unúmque conforme extremitatem claudit. Quælibet ala binos pollices longa, unciam lata eſt, in mucronem acutum deſinens, in ambitu profundis laciniis obliquè dentata, ſuperficie modicè villoſa prædita. His linea à nervo medio obliquè tranſiens, ad extremum uniuſcujuſque denticulationis extenditur, ita ut folia alata majora magiſque luxuriantia Sorbi aucupariæ folia quadantenus referant. D. *Bobart.*
E *Jamaica Jacobus Harlow* attulit, à quo D. *Sherard* habuit.

Filix *Jamaicenſis* rachi folioſa, Cicutariæ latifoliæ fœtidiſſimæ folio quodammodo conveniens, pinnulis amplis mucronatis circa margines ferris latiuſculis profundè ſinuoſis *Pluk. Alm.* 153. *Tab.* 289. Cum præcedenti quo adhabitum hæc convenit: alæ verò Polypodii in modum ſibi invicem junctæ, quodammodo anguſtiores, obliquè etiam dentatæ apparent: Ex his inferiores quæque profundiùs ſectæ ad ramificationes tendunt.

Filix minor, ſive Chamæfilix *Jamaicenſis* in pinnas tantùm diviſa, ala longiore coſtam claudente *Moriſ. hiſt.* P. 3. Filix ſeu Polypodium *Jamaicenſe*, Hydrophylli Morini ferè diviſuris, ſummo folio raris denticulis profundè crenato *Pluk. Almag. Tab.* 289. Hæc pro modulo ſuo ampla profert *folia*; palmaris enim & dodrantalis eſt, pediculis lævibus gracilibus donata. In horum ſuperiore parte naſcuntur 6, 7ve alæ, uncialis & biuncialis longitudinis, è regione naſcentes, acutæ, (longiore quadam ad extremitatem aſſurgente) in ambitu profundè dentatæ; atque inferiores, luxuriante planta in alas ſecundarias ſe dividunt.
E *Jamaica* ad D. *Sherard* delata eſt.

Filix *Jamaicenſis* non ramoſa, pediculo fuſco ſpinoſo, Sorbi Aucupariæ pinnulis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Ad eundum modem cum præcedente [Fil. non ramoſa maj. ſurculis raris brevioribus, pinnulis crebris latis brevibus non aculeatis *Slon.*] conſimilíque altitudine pediculos emittit læves, caſtanei coloris, in inferiori parte, & ad alarum originem uſque ſpinulis

Rubi ſylveſtris in modum, ſparſim armati, inter alas vero iis deſtituti, quæ quidem alæ præcedentis ſimiles ſunt, Sorbíque Aucupariæ non incongruæ; pinnulíſque diſtinctis, profundiùs dentatis alatæ.

Filix *Luſitanica* paluſtris, Lonchitidis folio *Tournef. Elem.* Pedali altitudine excreſcit pediculus pallidus, gracilis. Huic poſt dimidium adnaſcuntur 3, 4ve alarum conjugationes (unâ longiore extremitatem claudente) 3, 4ve uncias longarum, anguſtarum & acutarum, pinnulis ad nervum uſque diviſis, in mucronem deſinentibus, ad oras mitioribus denticulis crenatis, ſed tanta ad baſin Lonchitidis in modum latitudine, ut ſibi invicem contiguæ & ex utroque latere virides conſpiciantur, donatarum. Binæ alæ inferiores in ſecundarias, ex inferiore parte naſcentes, nonnunquam ramificantur. D. *Bobart.*

Filix ad ramoſam accedens paluſtris, muſcoſa lanugine aſperſa, pinnulis acutioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Filix mas aculeata noſtras, alis expanſis, muſcoſa lanugine aſperſa *Pluk. Almag.* 151. *Tab.* 180. 1. *Filici mari* ramoſa pinnulis dentatis *Ger. emac.* ſimilis eſt, ſed humilior, pallidiore virore prædita. Pediculos edit graciles, pedales, muſcoſa lanugine fuſca ut plurimum tectos. Alæ è regione ſitæ ſunt. Pinnulæ latiuſculæ in tenuiores lacinias ſectæ, in acutiores mucrones abeunt, maculáſque ex fuſcis aureas ubertim provenientes oſtendunt. Infimæ etiam alæ ad eundem modum ad pinnulæ nervum uſque diviſæ, ramificandi ſpeciem præ ſe ferunt.

In locis paludoſis ſolo putrido multis *Angliæ* noſtræ in locis invenitur. D. *Bobart.*

Filix *Africana* humilis, ſpinoſa, pinnulis latioribus minùs patula *Pluk. Phyt. Tab.* 180. Pediculi muſcoſa lanugine aſperſi oriuntur pedales, pallidi; quibus alternatim alligantur alæ, in mucronem acutiorem deſinentes. Hæ ex pinnulis ſatis latis, lævibus, viridibus, in ambitu dentatis, ſine ordine adnexis compoſitæ ſunt, tantâ acutie ut ſpinulam quælibet denticulatio mentiatur. Unaquæque autem pinnula binis macularum ordinibus in dorſo notatur. Et (quod huic peculiare videtur) pinnula quæque in ſuperiori parte multo latior & eminentior, auriculam quodammodo refert, cùm inferior anguſtior ac veluti deficiens appareat.

Filix ſaxatilis pervenuſta, foliis punctatis, ſive Adiantum *Maderenſe* foliis Filicis, caule tenui candicante *Pluk. Almag.* 150. *Tab.* 294. Hujus pediculus rectus, tenuis, pallidus & pæne albeſcens, ſpithamiæ circiter longitudinis aſſurgit. Alæ inferiores ſeſcunciales, ſenſim poſtea in breviores contrahuntur, & in pyramidalem figuram efformatæ, ex oppoſito ferè naſcentes, pinnulis integris, parvis, oblongiuſculis, modicè crenatis, per intervalla diſpoſitis, in dorſo maculis notatis conſtant. D. *Bobart.*

Filix minor non ramoſa, alis acutioribus, tarſíſque latioribus, in tenuiores lacinias dentatis, *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus alæ alternatim ſitæ, & in rachi ſeu nervo medio rariùs diſpoſitæ, biunciales & triunciales in acutiorem mucronem terminantur. Pinnulæ ut plurimum è regione, interdum verò inordinatim poſitæ, breves, latiuſculæ, oblongæ, integræ, in acutiores lacinias dentatæ, maculas habent paucas, pulverulentas, oblongas in dorſo ſparſim ſignatas. D. *Bobart.*

Inter plantas *Jamaicenſes* D. *Sherardi* reperitur.

Filix elegans, Adianto nigro accedens, ſegmentis rotundioribus *Nobis.* Hæc planta Adianto nigro primo intuitu quodammodo reſpondet. E radice duriuſcula, capillamentis nigricantibus complicata emergunt pediculi dodrantales, læves, è viridi in caſtaneum colorem ad radicem vergentes, ad dimidium uſque nudi. Horum autem alternatus ortus alas emittit, unciam longas, quarum 18 circiter conjugationes folium continet, ac unaquæque ala in 7, 8ve pinnularum rotundiuſcularum in ambitu dentatarum paria ſe dividit, eæque in dorſo maculis farinaceis, adeò latis ut totam ferè cooperiant notantur. D. *Bobart.* In inſulæ Jerſei rupibus collegit D. *Sherard.*

Oſmunda non ramoſa, tarſis floriferis imo folii ſcapo infra folioſos adnaſcentibus.
Oſmunda *Mariana*, Dryopteridis folio, in medio caulis florifera *Muſ. Pet.* 556.

In planta quam deſcripſi folium totale dodrantem ferè longum erat ſed anguſtum, è cujus imo pediculo ſeu ima coſtæ mediæ parte tres alarum ſeu tarſorum floreorum conjugationes, intervallis ſeſcuncialibus diſtantes exibant. Tarſi unciam ferè longi duplici racemulorum è binis globulorum ſeminalium ordinibus conſtantium ſerie velut pennati erant. Superiorem ſcapi partem occupabant ſurculi ſeu tarſi folioſi ex adverſo bini, profundè inſecti, ut pinnati viderentur, quamvis inciſuræ ad mediam uſque ſurculi coſtam non pertingebant.

In *Marilandia Americæ* Septentrionalis provincia collegit D. *Krieg.*

Oſmunda

Oſmunda non ramoſa caule florifero à folioſis ſejuncto, plurimis ſeminum racemis craſſis rubentibus lanuginoſis conjugatim exeuntibus onuſto. An Filix botryitis Virginiana major per totam caulis longitudinem floreſcens *Moriſ. hiſt.*? Oſm. *Mariana* Dryopteris folio *Muſ. Pet.* 442.

Pediculi ſeu ſcapi folioſi in plantis, ſaltem quos nobis videre contigit, dodrantales erant; tenues, plurimos ramulos, binos ex adverſo per intervalla ſitos, emittentes, luteo-virides duas tréſve uncias longos, profundè velut in pinnas diviſos, inciſuris tamen ad mediam ſurculi coſtam non pertingentibus. Erant autem ſegmenta illa pinnularum æmula, obtuſa, per margines æqualia. Caules floriferi ſemipedales erant aut longiores, craſſi, tomento raſili obducti, plurimis florum ſeminúmve racemulis craſſis lanuginoſis rubentibus duplici ſerie ab imo ad ſummum uſque onuſti.

In *Marilandia Americæ* provincia collegit D. *Vernon.*

P. 147. Ad finem Cap. 5ti adde,

Adiantum exoticum Rutæ murariæ æmulum, pinnulis oblongis anguſtis, in ſummitate tripartitis *Pluk.Phytogr.* Tab. 73. F. 5. *vide* inter Adianta ramoſa.

Adiantum *Africanum* Rutæ murariæ æmulum, ſegmentis longioribus acutis *Ejuſdem ibid.* F. 6. Hujus ſpecimen pulchrum nobis communicavit D. *Sherardus, vide* Filix *Africana* arboreſcens Apii foliis, inter Filices ramoſas.

Ruta muraria maxima, foliis oblongis crenatis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* ſolida robuſta, ſquamis multis fuſcis amplis obtecta, fibris pluribus capillata, *caules* aliquot exeunt obſcurè virides, pedem alti, in ſurculos multos diviſi, nunc binos oppoſitos, nunc alternatim ſitos ad ½ unciæ diſtantiam; quibus appoſitæ 3, 4ve pinnularum conjugationes aliquot obſites, cum impari in extremo coſtam terminante; Rutæ murariæ multò minores ad margines crenatæ ſeu dentatæ.

Ripis petroſis fluviorum **Orange-River** & *Rio d' oro* innaſcebatur in inſula *Jamaica.*

Ruta muraria major, foliis variis, ſc. oblongis integris & ſubrotundis ſerratis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* parva ſolida, ſquamoſis ferrugineis pilis obtecta, multis longis filamentis capillaribus comoſa, quibus alimentum attrahit, multa exoriuntur folia, 6 aut 9 uncias longa, pallidè viridia, prope ſummitatem in varios ſurculos diviſa, binos ex adverſo exeuntes, pinnularum ſeu foliolorum conjugationibus aliquot obſitos, cum impari in extremo. Rotundæ autem eæ ſunt ſeu ovatæ, quàm Rutæ murariæ multo majores, circa margines regulariter dentatæ, colore pallidè viridi. E foliorum horumce medio alia exeunt, pediculis altioribus, pinnis eodem modo diſpoſitis, longioribus duntaxat & anguſtioribus quàm illorum, abſque inciſuris, margine ſeu limbo ferrugineo folium averſum ambiente, in quo ſemen.

E fiſſuris rupium ad ripas fluviorum **Orange-River** & *Rio d' oro* in media inſula *Jamaica* exit.

Rutæ murariæ accedens Filicula non ramoſa minima, pinnulis ſubrotundis, profundè ſciſſis *Slon. Cat. Jamaic.*

E rupium commiſſuris ad ripas *Rio d' oro* inter 16 **Miles Walk**, & **St. Maries** exibat D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

E *radice*, parva, ſolida, nigra, muſco nigro capillaceo ſumma ſui parte obtecta multis obſcurè fuſcis filamentis, quibus alimentum attrahit, demiſſis, terræ in fixa 9 aut 10 folia exſurgunt, obſcurè viridia, & ad unciæ unius à terra diſtantiam diviſa, in ſurculos alternatim hinc indè ſitos, mediis amplioribus, ¼ circiter digiti longos, è pinnulis alternatim itidem ſitis conflatis. Sunt autem *pinnulæ* parvæ, ſubrotundæ, ad margines altius inciſæ, colore ſupernè pallidè viridi, ſubtus multis ferrugineis maculis ſeu tuberculis verrucoſæ, in quibus ſemen continetur.

Filix ſaxatilis, Rutæ murariæ foliis, *Americana*, ſeu Adiantum album, Filicis folio ex Inſula *Jamaic. Pluk. Almag. Bot.* T. 282. F. 1. Fortè Kalpanna Maravara *H. M.* P. 12. T. 16.

Adianthum album pumilum pinnatum tantùm, pinnulis anguſtis acutis, una vel altera laciniâ, crenâve inciſis.

Radix denſo ceſpite ex innumeris fibris varie implexis conſtat, *folia* emittens plurima palmum longa, tenuia, viridia, pinnulis tribus quatuorve ex utrovis coſtæ latere, nunc binis oppoſitis, nunc ſingulis alternatim ſitis, unâ vel alterâ laciniâ denticulóve diviſis compoſita.

Ruta

Ruta muraria *Emuyaca* major ac ramosior D. *Petiver.*

Ramosior est & elatior quàm Ruta Muraria, alis longioribus, pinnis in segmenta tenuia angusta plurifariam divisis.

Adiantum minus, foliis in summitate retusis *Plumier.*

Plumier.

Radix Polypodii æmula est, verùm multò tenuior, capillata, nigra, intorta, pulvere ruffo obtecta, huc illuc progrediens; plures obiter protrudens *pediculos*, tenues, pallidè admodum virides, dimidium circiter pedem altos, in multos ramulos & surculos divisos & subdivisos, *foliis* stipatos alterius, ad trianguli isoscelis inversi figuram appropinquantibus, cujus basis nonnihil incurva est, & in se replicata: plica hæc canescit, foliúmque reddit hac in parte spissius quàm alibi. Nonnulla ex foliis hisce incisa sunt, verùm pleraque integra colore pallidè viridi, habéntque 4 circiter lineas longitudinis, unam latitudinis.

In insula *Dominici* invenit Autor, sed paucis in locis, v. g. secundùm rivum, &c.

Adianthum nigrum non ramosum majus, surculis raris, pinnulis densis, crassis, minimis, cristatis, & Trapezii in modum figuratis *Slon. Cat. Jamaic.* Filicis exoticæ prima species seu Fil. non ramosa *Brasiliana*, pinnulis cristatis *Breyn. cent.* 1. Adiantum ramosum foliis trapeziis dentatis *Plumier.* Tab. 46. Capillaris *Jamaicensis* elatior pinnis triangularibus *Mus. Pet.* 756.

Radix fibrosa, nigra, intorta, 4 aut 5 *cauliculos* emittit, duos circiter pedes longos, interdum etiam tres ramulis alternis utrinque extensis, digitali ferè intervallo, à medio ad extremum, (quod pariter ac rami folioſum est) longissimis pedem æquantibus, infimis bifurcis, foliis seu pinnulis instructis sibi mutuo proximis, figurâ ad trapezium appropinquantibus, h. e. 4 lateribus inæqualibus aut irregularibus terminatis, è quibus quæ angulum exteriorem formant crenulata sunt, oris intus reflexis, Adianti vulgaris in modum: Folia autem ad 4 linearum longitudinem extenduntur, supernè è viridi fusca, inferiùs aliquantulum sulcata. In sylvis montanis prope Mr. Ellctson's Plantation in *Liguanee*, Archers Ridge, &c. invenit D. *Sloane.*

P. 53. Ad finem Cap. 8. adde,

Adiantum fruticosum *Bermudense*, summis ramulis erectis, & in metæ formam fastigiatis *Pluk. Phytogr.* Tab. 124. F. 1.

Filicula saxatilis omnium minima elegantissima *H. R. P.* Filicem quandam minorem, longifoliam, tarsis raris, pinnulis longis, tenuissimis & oblongis laciniis fimbratis: in montibus *Mourn*, in Comitatu *Down Hiberniæ* invenit & ad nos misit D. *Sherard*, hujus iconi apud D. *Plukenet Phyt.* Tab. 89. F. 3. non dissimilem, nisi quòd pinnulæ inter se longiùs distarent. *Vide* supra Filicem minorem longifol. &c.

Adiantum nigrum maximum non ramosum, pinnis crebris, majoribus, crassis, & Trapezii in modum figuratis *Slon. Cat. Jam.* Conambai-miri, sive Adianti species prior vel Avenca Lusitanis *Pison.* p. 234. In ripis umbrosis torrentis ultra Troopers Quarters, prope urbem S. *Jago de la Vega*, & in sylvis mediterraneis insulæ *Jamaicæ* frequenter.

D. *Sloane.*

E *radice* nigra musco capillaceo ferrugineo obtecta, fibras multas nigras in terram demittente *caulis* emergit bipedalis, firmus, niger, triangularis, musco ferrugineo capillaceo obductus, ad pedalem circiter à terra altitudinem surculos emittens, ad semuncialia intervalla, alterno ordine, pinnulis seu foliolis creberrimis alternatim positis vestitos, quarum quælibet unciam unam longa, non ultra dimidiam lata, figuræ irregularis Rhomboidis seu Trapezii, crassiores & obscuriores quàm Adianti foliis Coriandri. Semina in linea seu limbo ferrugineo ad margines pinnarum cubant.

Adiantum nigrum majus non ramosum, pinnulis & surculis rarioribus, crassis, & Trapezii in modum figuratis *Slon. Cat. Jamaic.* i. e. Adiant. nigrum, ramosum, pulverulentum & falcatum *Plumier.* vide descriptionem inter Filices ramosas.

Adiantum nigrum minus, non ramosum, pinnulis majoribus, crassis, Trapezii in modum figuratis *Slon. Cat. Jam.* Adiantum Barbadense auriculatum, &c. *Pluk.* Phyt. T. 125. F. 2. Ad semitas in monte Archers Ridge, dicto, & aliis Insulæ *Jamaicæ* sylvis mediterraneis.

D. *Sloane.*

Radix huic tenuis, repens, fibris nigris obiter emissis alimentum hauriens, unde erumpunt *folia* multa, 6 uncias longa, surculis & pinnulis Adianti primi seu maximi exactè similibus donata: margines duntaxat *pinnularum* leviter dentatæ erant, ipsaque non usque adeò crassæ aut obscurè coloratæ.

Adiantum

Adiantum nigrum non ramosum majus pinnulis majoribus, tenuibus, Trapezii in modum figuratis *Sloan. Cat. Jamaic.* Cum priore.

Ad sesquipedalem circiter altitudinem assurgebat, caule nigro splendente absque ullo ferrugineo capillitio adnascente; pinnulæ crebræ nascebantur in furculis præcedentis exactè similibus, non usque adeò dentatæ, valde tenues & colore luteo-viridi.

Adianthum Jamaicense, pinnulis auriculatis ramosum, 5 ramulis ex eodem cauliculi puncto expansis ornatum *Pluk. Almag.* p. 11. T. 253. F. 3. Adiantum ramosum radiatum *Plumier.* nigrum majus non ramosum, furculis è pediculi communis summitate tanquam centro prodeuntibus, & stellæ in modum radiatis. *Sloan. Cat.*

Fibris tenuibus, longis, ramosis, nigris, in terra hac illac sparsis, ab uno capite, fibris pediculorum præteritorum comoso, exeuntibus, *radicatur. Pediculi* novi nigri sunt, tenues, lucidi, semipedali circiter longitudine, quorum unusquisque *folium* sustinet. unicum, rotundum, stellæ prout vulgò pingitur simile, diametro 4 linearum, in 5 aut 6 segmenta rotunda & nonnihil denticulata incisum. Ex hujus folii centro exeunt sex septémve ramuli, nigri, tenues, stellæ quandam speciem exhibentes, radiis inæqualibus, quorum longissimi 5 aut 6 pollices obtinent, brevissimi 2½. Ramuli hi ab utralibet parte foliis ornantur, alternatim sitis, *Polytrichi* tantùm non foliorum in modum, verùm adeò vicinis sibi mutuò, ut eorum bases aliæ aliis incumbant. Figurâ ad cor dimidiatum accedunt, 5 circiter lineas longa, 3 lata colore viridi, amœno & lucente. Oræ crispæ sunt & crenatæ, verùm crenis fuscis & versùs dorsum reflexis.

Duobus tantùm in locis insulæ *Martinique* invenit Auctor.
In sylvis non procul à **Captain Dax's Plantation**, & prope urbem olim *Sevilla* dictam in insulæ Jamaicæ parte Septentrionali.

Adiantum folio vario *El. Bot. Tournef. Magnol. Hort. Monsp.*

Radix capillacea, brevis, nigricans, *folia* primùm edit inferioribus Coriandri foliis proxima, vix unciam longa, lætè virentia, incisuris rotundis nunc altè, nunc leviter dissecta, pediculis hærentia tenuibus, & obscurè virentibus; quæ deinde oriuntur palmum æquant, & Fumariæ vel Rutæ murariæ formam æmulantur; in aversa autem parte capsulas glomeratim gerunt sphæricas, quæ tendinis annularis & elastici ope in duas partes rumpuntur, ut microscopio deprehenditur, *seminaque* effundunt, visum pænè fugientia. Tota planta vix palmum assequitur.

Invenit D. *Tournefort* in *Gallo provincia* circa oppidum *Bormes* non longe *Tolono*: tum in rupibus, aspergine medentibus Carthusiæ *Laverno*: in *Lusitania* frequens esse dicit inter cœnobium *Bathalha* & *Leiriam*, circa *Conimbriam*, *Porto*, *Bragam*, & *Guardam*, unde non dubitat quin sit Adiantum album pumilum vernum *Grisleii* in *Virid. Lusit.* an verò annuum nescit.

Hæc est Adiantum foliis inferioribus Coriandri, cæteris Rutæ murariæ vel Fumariæ *Schol. Bot.* ut à D. *Sherard* admonitus sum. Folia inferiora in icone D. *Magnol* desunt. In *Italia* sæpius inveni, speciatim in Sibyllæ antro prope lacum *Avernum*. Cùm adolevit & floret, folia infima marcescunt. D. *Sherard.*

Adiantum nigrum à Cap. Bæ spei, segmentis acutioribus D. *Petiver.*

Alæ huic oblongæ sunt & angustæ, in longas tenues & acuminatas lacinias seu pinnulas divisæ. E Filicum minorum genere est.

Adiantum nigrum, pinnis seu foliolis triangularibus, aversa parte ad apicem maculâ rotundâ atro-rubente pictis.

In planta sicca quam à D. *Sherard* accepimus *radix* obliquè acta plurimas fibras altè in terram descendentes emittebat. *Cauliculi* seu potiùs pediculi foliorum tenues, atronitentes, semipedales aut altiores, alas hinc inde extendebant, non binas sibi mutuo oppositas, sed alternatim sitas, hoc est spatio inter binas adversi lateris alas medio. Pinnæ seu foliola eodem situ alis adhærebant, pedicellis tenuibus, figuræ triangularis, supremo latere circulari, crenato, reliquis duobus à pediculo extensis rectis & æqualibus. Verùm, quod præcipuè notabile est, & singulare in hac specie, quódque eam primo statim aspectu ab aliis omnibus distinguit, macula est atro-purpurea, rotunda, prope mediam supremi lateris partem in aversa folii superficie, ubi non rarò pinna altiùs insecta & pæne bifida est.
Locus natalis *Promontorium Bæ.* Spei.

Adiantum Scolopendrioides, foliis alatis angustis, pinnulis parvis, obtusis non crenatis, Polypodii æmulis.

Ad *Adiantum* refero hanc plantam quia pediculi foliorum atro-rubente colore nitent; *Scolopendrioides* voco, quia efflorescentiæ seminales totam aversam foliorum superficiem occupant.

pant. Folia cum pediculis (qui longiſſimi ſunt) dodrantalia aut altiorá: alæ ferè oppoſitæ ſunt, breves, è 6, 7e pinnularum oppoſitarum exiguarum obtuſarum, baſi tota coſtæ mediæ, Polypodii in modum, adnaſcentium conjugationibus compoſita. Coſta folii media muſcoſa lanugine obducta eſt.

Adiantum *Chinenſe* pinnulis ſubrotundis, circa margines ſeminiferis. Capillaris *Chinenſis* pinnulis rotundioribus *Muſ. Pet.* 757.

Pediculus prælongus, tenuis, atronitens, in ramulos aliquot dividitur, qui alios interdum emittunt. Pinnulæ ſitu alterno, pediculis tenuibus ramulis adhærent ſubrotundæ, & interdum quadrangulæ. Semina [quantum diſcernere licuit) in punctis ferrugineis margines foliorum ambiunt.

Adiantum Cap. Bæ. Spei foliis trilobatis *Muſ. Pet.* 134.

Caule eſt firmo, craſſo, atrorubente, ramulos binos oppoſitos ad intervalla emittente. *Folia* ima ramuli parte plerumque terna, ſuperiùs ſingula, pediculis firmioribus innituntur, longiuſcula, obtuſa, marginibus limbo ferrugineo ſeminibus fæto cinctis.

Tres præcedentes plantæ à D. *Petiver* nobis communicatæ ſunt.

Adiantum album ramoſum minus, Rutæ murariæ pinnulis D. *Sloane.*

Ad 7, 8ve unciarum altitudinem aſſurgit, *cauliculo* anguloſo, verſùs ſummitatem in virgulas rariores brachiato, pinnulis ſeu foliolis paucis, Rutæ murariæ æmulis, rotundiuſculis, oblongis, altiùs, inciſis in ſegmenta ſubrotunda, obtuſa, Rutæ murariæ vulgaris non diſſimilia, duntaxat minora, ferrugineis punctis averſa parte notata, hic illic obſito. *Radix* fibrillis plurimis oblongis, è terra alimentum haurientibus, comâ ferrugineâ obtectis componitur.

In inſula *Joannis Fernandez* in mari Meridionali oritur, ubi à D. *Georgio Handiſyd* eruta, & ad nos allata eſt.

Adiant. album *Canarienſe* ramoſius *Pluk. Almageſt. Botan.*

VI. *Filices foliis ſemel ſubdiviſis ſeu alatis ſcandentes.*

Tsjeru-Valli-Panna altera *H. M.* P. 12. T. 34. Filix ſcandens *Indica*, ramulis ex adverſo binis foliis alternatim ſitis, oblongis, anguſtis, cuſpidatis.

Arbores & hæc ſcandit, ſolo gaudens arenoſo. *Caules* tenues, lignoſi, rotundi, virides. *Folia* in ramulis tenuibus, rotundis, lignoſis, qui ex adverſo caulium geminati erumpunt, plura congregatim, ac in duabus ſeriebus proveniunt, oblongo-anguſta, cuſpidata, tenuia, plana, in oris apicibus oblongis, craſſiuſculis eminentia, viroris in recta parte ſaturi, in averſa dilutioris, ſaporis & odoris expertia. Coſta media in utraque parte extuberat.

Filix non ramoſa ſcandens, pinnulis latis longis crebris obtuſis & dentatis *Slon. Cat. Jamaic.* Para-Panna-Maravara H. M. P. 12. T. 15. Filix *Indica* ramoſam ſimulans, pinnulis longis circum oras crenatis intercreniis obtuſis ſeminibus in lineolis.

H. M.

Radix fuſco-ruffa, rotunda, geniculata, piloſis veſtita fibrillis, pollicem craſſa, interiori parte rubra, carne denſa, fuſcis nervulis pertexta, humore viſcido repleta, ſubamara, aſtringens, odoris gravis & muſcoſi. *Caules* [potiùs foliorum pediculi] plures è geniculis proveniunt, *Kari-Welli-Pannæ* formâ, ſed non tam altè exſurgentes. *Folia* etiam illius ſimilia, excepto quòd non tam profundè ſint inciſa, & quòd ramoſa, ut & nomen *Paraa* indicat, quod ramum ſignificat; non adeò rotunda: ſed ut in hoc diflerunt, quòd illius folia quaſi pomula rotunda gerant, hujus rugoſis tantum, fuſcis, obliquis lineis (in quibus flores, ſi quos habeant, & ſemina continentur) obducta ſunt, ſine ſenſibili odore vel ſapore aliquo modo tamen gravi & injucundo. Biennio vel ad ſummum triennio radices intereunt & facillimè exſiccantur.

Virt. Adversùs morbos adhibetur endemios, febres intermittentes curat, tuſſim ſedat, alvum laxat. Succus cum ſanguine galliæ permixtus ardorem ex pulvere pyrio & ferventi oleo contractum refrigerat.

Arbores grandiores laterum montium Mediterraneorum *Diablo* & **Archers Ridge** dictorum in inſula Jamaica circumvolvebat D. *Sloane.*

SECTIO

SECTIO QUARTA:

Plantas Capillares foliis bis subdivisis seu ramosis EXHIBENS.

Lonchitis ramosa *Africana* foliis seu pinnulis acutis non crenatis.

Hermannus Phyllitidem vocat hanc plantam, verùm ob folia ex uno latere ad basin auriculata ad Lonchitidem potiùs referenda videtur. Scapus folii medius & alarum costæ, quantum in sicca discernere licuit, ex atro rubent. In planta quam siccam communicavit D. *Sherardus* Folium decompositum tantùm erat seu alatum, non ramosum: Alæ inferiores oppositæ superiores alternatim sitæ, uti sunt & pinnæ alarum costis adnexæ. Pinnæ à basi latiuscula in acutum mucronem sensim angustantur, ad margines æquales, unciam aut sescunciam longæ, ut semunciam aut amplius ad basin latæ, rarius sitæ. Plantæ adultiores, conjicio, ramosæ sunt.

Filix arboreſcens pinnulis dentatis *Plum.* 1. Alberi del Felce Ovied. lib. 9. cap. 14.

Plumier.

Caulem emittit rectum, in summitate tantùm ramosum ramulis in orbem dispositis *Palmæ* arboris modo, octo aut etiam decem pedes altum, diametro semipedali, crassitudine ab imo ad summum usque æquali, squamis membranaceis canescentibus vestitum, colore sub squamis fusco, multis foraminulis, satis profundis, areolatim sitis, punctatum; ramulorum veterum vestigiis minùs depressis intermixtis. Transversim sectus medullæ loco carnem ostendit candidissimam, gustu subdulci, succo albo glutinoso prægnantem; reticulo quodam nervorum nigrorum undantium, ligneæ duritiei cinctam.

Summum caudicem coronant duodecim circiter ramastri, quaquaversum in orbem diffusi, ad initium duos trésve pollices crassi, exinde ad extremum usque paulatim minores, decem plus minùs pedes longi, glabri, supernè plani, subtus rotundi, è viridi rubentes; ramulos circiter triginta hinc indè emittentes, non ex adverso oppositos, sed alternatim sitos, satis crebros, magnitudine pennæ anserinæ, duorum circiter pedum longissimos. Ramuli isti surculos utrinque plurimos situ alterno emittunt, sibi invicem proximos, glabros, hilari virore nitentes, septem ferè aut octo pollices longos, foliola seu pinnulas utrinque sustinentes, *Filicis maris Matthioli* satis similes, 7 aut 8 lineas [mensuræ *Parisiensis*] longas, duas ad exortum plerunque latas, in apicem obtusum desinentes, circum oras serratas, colore hilarè viridi, aversa parte duplici serie tuberculorum, in pulverem tandem coloris Castanei saturatioris fatiscentium donatas. Quantum oculorum acie penetrare & discernere licuit, tubercula hæc, antequam in pulvisculum abirent, præcedere visi sunt *flosculi* minimi, canescentes, monopetali, calicis exigui hemisphærici in modum excavati, filamentis bene multis, minimis, canescentibus repleti.

In insulis S. *Dominici* & *Martinique* invenitur, locis humidis.

Antequam juniores ramuli hujus arbusculæ explicantur & in longum se extendunt, volutam capitelli columnæ *Ionicæ* satis aptè referunt, aut baculum Episcopale; suntque omnes ad oras squamis parvis, acuminatis, rubris & argenteis obvelatæ.

Filix arboreſcens latifolia aculeata *Plum.*

Plum.

Radices comosæ sunt, nigræ in fibras sparsæ, quæ interdum simplicem truncum edunt, aliàs multos *caules*, qui speciem nigri sentis exhibent, valde spinosi, & corpus humanum fere crassi. Caules hi ad exortum suum trium propemodum pollicum crassitudine sunt, nigri, valde spinosi, ad hominis usque altitudinem sensim gracilescentes, deinde in tres ramos divisi, quorum medius ulteriorem divisionem non admittit, laterales paulò superiùs in alios duos subdividuntur, qui unà cum medio speciem quandam fuscinæ quinque dentium efficiunt: Hi per totam longitudinem ramulos emittunt, alternatim oppositos, foliis onustos eodem modo sitis, quorum segmenta seu laciniæ folia *Lonchitidis asperæ C. B.* valde referunt; sunt autem membranosa, glabra, è viridi fusca, 10 circiter pollices longa, 3 lata, nervo mediam longitudinem percurrentes & ramos ad unumquodque segmentum emittente. An pulverem aversæ parti adnascentem habeant non observavit Auctor.

In insula *Martinique* satis copiosè in saltubus invenitur.

Filix latifolia ramosa, cauliculis nigris & spinosis *Plumier.*

Plum.

Radices hujus confertæ admodum sunt, tenues, nigricantes, unde simplices aliquot *cauliculi* oriuntur, 4 circiter pedes alti, pollicem crassi, teretes, verùm anteriore parte aliquantulum canaliculati, nigri, splendentes, aculeis rigidis, quàm præcedentis paulò longioribus, acutissimis, nigris armati, hinc indè ramos emittentes, alternatim oppositos, qui & ipsi alios pariter emittunt surculos minores, breviores, folia gestantes ejusdem cum præcedentis foliis figuræ, verùm majora, & ad extremas tantùm lacinias denticulata, paulò etiam firmiora & saturatiùs viridia; subtus nervum seu costam minorem obtinent, è quo minores ramuli exeunt, in tres alios divisi; inter quos duo tuberculorum pulverulentorum ferrugineorum ordines erumpunt.

In saltibus [Fozests] insulæ *Dominici* oritur.

Filix latifolia laciniata, & ad lacinias molliter aculeata *Plumier.*

Ejusdem est cum præcedente formæ & magnitudinis, verùm nequaquam spinosa. *Folia* ei tenuiora sunt, teneriora, & amœniore viriditate. Laciniarum dentes circumcirca sed leviter admodum, crenati sunt. Quin etiam in imo seu angulo cujusque incisuræ appendicula habetur, valde tenera, ejusdem cum folio consistentiæ.

In saltibus [Fozests] humidis insulæ *Dominici* exit.

Filix arborea ramosa, spinosa, caudice non diviso, pinnulis latis, densis, brevibus tenuibus, minutim dentatis *Slon. Cat. Jamaic.* Fil. Jamaicensis prælongis & angustis alis, Filipendulæ accedentibus, pediculo senticoso rubente *Pluk. Almag.* p. 156.

D. *Sloane.*

Simplici & indiviso *caule*, Palmæ arboris in modum, ad 20 pedum altitudinem assurgit. Est autem caulis caudéxve cruris humani crassitudine, foliorum delapsorum vestigiis seu pediculis imis obtectus obscurè fuscis, digitum crassis, 2, ;ve uncias longis, brevibus & acutis spinulis dense obsitis. Summo caudici truncove insident quasi in circulum disposita, 5 aut 6 *folia* pediculo 6 circiter pedes longo, brevibus & acutis spinulis creberrimis aversa parte obsito, & ad pedalem à trunco distantiam in ramos diviso, binos sibi mutuo oppositos, 6 circiter digitorum intervallis distantes, pedem plus minus longos, circa medium folium [totale] ubi longissimi. Surculi è ramis hinc indè alternatim egrediuntur, sescunciam longi, ¾ circiter unciæ lati media latissima parte, è pinnulis compositi ½ unciæ longis, dimidia latitudine, obtusis, leviter circa margines dentatis, supernè obscurè viridibus, subtus pallidioribus, tenuibus, sibi mutuo proximè ad sitis, ut nullum inter eas spatium intersit.

In monte *Diablo* dicto, & in torrentis ripis, locis montanis, inter *Guanoboa* & S. Faiths copiosissimè crescit.

Filix arborea ramosa, caudice non diviso, pinnulis angustis raris obtusis integris *Slon. Cat. Jamaic.*

Admirandam hanc Filicis speciem versùs summitatem montis, qui *Nieves* Insulæ maxima pars est, collegit D. *Sloane*, in torrentis præcipitis ripis, ubi copiosè crescebat.

Trunco & crescendi modo, (quantum memini) cum præcedente conveniebat: tota autem facie & foliis Tamarindum juvenem referebat. Pediculi & mediæ foliorum costæ in hac arbore minimè spinosæ erant, sed læves crassi, colore viridi rubente; surculi & pinnulæ alternatim egrediebantur, pinnulæ autem circa margines æquales erant & minimè dentatæ, semunciam circiter longæ, ad furdum surculo junctæ, verùm ob angustiam aliquantulum à se invicem distantes, colore obscurè viridi, crassiusculi.

Filix ramosa maxima scandens, ramulis raris, pinnulis crebris latis, brevibus, obtusis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis huic pollicis est crassitudine, truncis arborum se applicans eósque apprehendens, & corticibus tenaciter adhærescens Hederæ instar, fibrillis seu cirris emissis; hoc modo ad 15 aut 20 pedum supra terram altitudinem enitens, musco ferrugineo obtectus: ad 5 aut 6 pedum altitudinem nudus, deinde folia utrinque emittens, ex oppositis sc. lateribus, 5 pedes longa, pedali ab exortu distantia ramastros porrigentia, coloris cinerei, ferrugineo musco tectos alternatim sitos, duarum unciarum intervallo distantes, cauli proximos seu infimos longissimos. Rami in surculos, surculi in pinnas divisi: Pinnulæ autem amplæ erant, integræ, latæ, obtusæ, crebræ, nullo inter proximas interstitio vacuo relicto, ad mediam usque costam incisæ, in ramulis sc. inferioribus, in superioribus enim ad apicem propemodum junctæ erant, colore viridi splendente.

In sylvis mediterraneis viâ quâ *Guanaboa* itur versùs Colonel Bourden's Plantation, in lateribus montium *Diablo* & Archers Ridge arbores scandentem hanc Filicem observavi passim nascentem. D. *Sloane.*

Filix

Filix ramoſa *Indica* maxima *Herman.* Filicis fœminæ aut Lonchitidis aſperæ vulgaris foliis, ramis dichotomis, pinnis anguſtis, apicibus in pleriſque velut abſciſſis.

Planta, quam à D. *Sherardo* habuimus, ſcapi & ramorum diviſione dichotomian obſervabat, ità ut rami quater divaricarentur, antequam ad folia ventum eſſet. *Folia* quæ voco pedem dimidium interdum longa erant, pinnis ſeu laciniis ad mediam coſtam non pertingentibus, ut in Polypodio, anguſtis (longiſſimis vix uncialibus) extremo plerumque velut abſciſſo. Laciniæ contiguæ non erant, ſed ſpatium vacuum intercedebat. Color ramorum & coſtæ cujuſque mediæ albicans, foliorum viridis. Planta eſt in hoc genere maxima, & ob diviſionem dichotomam caulis & ramorum in latitudinem valdè diffuſa.

Filix ramoſa major, caule ſpinoſo, foliis ſeu pinnulis rotundis profundè laciniatis, ſeu Cerefolii foliis *Slon. Cat. Jam.*

In campis propè *Rio d' oro*, non procul à **Mr. Philpot's Plantation** provenientem collegit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Radicem habet oblongam Polypodii inſtar, verſùs ſummitatem ferrugineo capillitio ſeu muſco obtectam, ex ima parte filamenta aliquot emittentem coloris fuſci obſcuri. Pediculi indè exoriuntur aliquammulti, ex uno latere anguloſi, ex alio rotundi cygnei calami craſſitie, colore cinereo ſeu caneſcente, brevibus, acutis pinnulis denſè obſiti, ut & ramuli, qui ad 6 unciarum intervalla bini ex adverſo egrediuntur. Caulis ad 3, 4ve pedum altitudinem aſſurgit. Surculi ramulis alternatim oppoſiti, quibus adnaſcuntur pinnulæ ſubrotundæ, ad margines profundè inciſæ Chærephylli in modum, cui etiam colore ſimilis eſt, nimirum luteo-viridi. Semen in parvis maculis ad ſegmentorum extrema in averſis foliis.

Filix ramoſa major, pinnulis crebris, brevibus, latis, obtuſis, ſubrotundis *Slon. Cat. Jamaic.* An Tancapaz Hernandez? In Inſulæ *Jamaic* ſylvis mediterraneis ubique.

D. *Sloane.*

Radix hujus ſubrotunda, grandis plurimas fibras nigras in terram demittens, capite muſco ſeu pilis rubentibus tecto, ut & infima caulium parte, qui ad 2, triúmve pedum altitudinem aſſurgunt, colore dilutè viridi, ramoſi, ramis plerunque binis oppoſitis ad intervalla 2 digitorum, inferioribus maximis, in ſurculos duos digitos longos diviſis, quorum pinnulæ ſeu foliola ad infimas diviſiones reliquis longiores, ſurculo ipſi oppoſitæ & dentatæ erant, verùm ſuperiores latæ, breves, obtuſæ, integræ, & plerunque ad uſque extrema ferè unitæ: adeò ut in dubio eſſem an integrum hunc ſurculum pinnam dentatam dicerem, adeóque ad Genus non ramoſarum hanc ſpeciem reducerem. Multæ ferrugineæ maculæ averſis foliis adnaſcuntur.

Variat latitudine virgarum & pinnularum.

Filix ramoſa minor hirſuta, ramulis raris brevibus, pinnulis ſubrotundis, folii apice radices agente *Slon. Cat. Jamaic.* Ab Hortulano D. *Arthuri Rawdon* Baronetti è *Jamaica* inſula delatam communicavit D. *Sherard.*

D. *Sloane.*

Radix hujus tuberoſa, fibrillis multis, 2, 3ve uncias longis, comoſa, muſco capillaceo ferrugineo obtecta, unde 3, 4ve erumpunt *caules* dodrantales aut pedales prætenues, colore è fuſco rubente, & ejuſdem coloris lanugine obſiti. Ramuli rariùs ſiti, bini ex adverſo ad digitalem circiter diſtantiam, uncia breviores, quorum pinnulæ ſeu foliola pauca admodum & ſubrotunda, aliquantulum hirſuita ſeu lanuginoſa, ferruginis rotundis maculis donata, in quibus ſemina latitant, quibus ſe propagat. Verùm præter hunc ex ſemine ſe propagandi modum alium obtinet, apice nimirum folii cùm terram attingit, radicem agente, & novam plantam producente, Rubi vulgaris ferè in modum.

Hæc eſt Filix non ramoſa pediculo hirſuto, Coriandri foliis Americana Pluk. Almag. T. 284. F. 5.

Filix ramoſa major, ramulis raris, ex adverſo ſitis, pinnulis Aſplenii, ſc. crebris, latis, brevibus, ſubrotundis, non dentatis *Slon. Cat. Jamaic.* In mediterraneis ſylvis invenit D. *Sloane.*

Ad bipedalem circiter altitudinem aſcendit hoc Filicis genus, *caule* fuſco, ad 6 unciarum à terra diſtantiam in ramos diviſo, binos ſibi invicem oppoſitos, tam ad imum quàm ad ſummum, digitali inter conjugationes intervallo. Rami infimi ſeu radici proximi longiſſimi erant, 5 nimirum uncias extenſi, quibus adpoſiti ſurculi unciales, è 4 plerunque pinnularum paribus compoſiti, aliquouſque ad imum conjunctarum, brevium, latarum, integrarum, colore viridi obſcuro, & ferme rotundarum, ut quilibet ſurculus folio brevi Aſplenii nonnihil ſimilis videntur.

Filix fœmina ſeu ramoſa major, dichotoma, pinnulis anguſtiſſimis rariſſimiſque *Slon. Cat. Jamaic.*

In pratis mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ*. An Filix *Indica* maxima *Hermanni* ſuperiùs deſcripta?

Ad 5 pedum altitudinem aſſurgit, caule robuſto, anguloſo, digiti humani craſſitudine, ima parte nigro, ſuperiore viridi-rubente, *ramulis* nunc oppoſitis nunc alternatim naſcentibus; ramulis *Surculi* adnaſcuntur, pinnulis donati multò anguſtioribus quàm in quavis alia hujus generis planta, intervallo amplo vacuo inter eas intercedente: Rotundiuſculæ autem ſunt ut ab aliis quibuſcunque hujus Generis facilè poſſint dignoſci. Hæc Deſcriptio hujus Plantæ titulo non convenit.

Filix fœmina *Cap. Bæ. ſpei*, ſeminali pulviſculo mediæ pinnularum parti innaſcente. Filici noſtrati fœminæ vulgari ſimilis eſt. A D. *Petiver* hujus ramulum accepi.

Filix Emuyaca ramoſa, pinnulis ſpinoſis D. *Petiver*.

Pinnulæ ramulis alternatim adhærent, oblongæ, circa margines dentatæ, denticulis in ſpinulam brevem terminatis.

Filix montana ramoſa minor, anguſtè denticulata D. *Lhwyd*. Alpina Myrrhidis facie *Cambro-Britannica Pluk. Phyt.* Tab. 89. F. 4.

Ad ſummitatem montis *Glyder* qua lacui *Lhyn Ogwan* imminet in *Cambria*.

Singulare quid in hac ſpecie eſſe videtur, quòd in alis ſeu ramulis infimis ſurculi ad alæ coſtam interiores oppoſitis longiores ſunt, notabili differentiâ. D. *Lhwyd*. Cauliculi recti, pedales ſunt. Totum folium *Myrrhidis majoris* ramuſculum quadantenus refert.

Filicula *Luſitanica* Polypodii radice *Tournef. Elem. Bot.* Adiantum nigrum, radice prælonga, arbores annoſas ſcandente *Virid. Luſit.* Adiantum nigrum ſpecioſum *Canarienſe Muſ. Pet.* n. 26.

Radix digiti minimi fermè craſſitiem æquat, tranſverſa viâ rupibus & arborum truncis adhærens, fibroſa bracteolis paleaceis, ſeu ſquamulis obducta, intus albida, in varia capita & brachia diducta, è quibus *folia* oriuntur, dodrantem ſuperantia, pediculo nigro & ſplendido innixa, in plures ramos utrinque diviſo, nunc conjugatis nunc alternis pinnulis ornatos, ab Adianti nigri *Officinarum* pinnulis non multùm abludentibus, ſed obtuſioribus, creniſque rotundioribus inciſis. Pinnularum averſa pars globulos plurimos ſuſtinet, ex capſulis conflatos ſphæricis.

Occurrit non longè *Ulyſſippone* in celebri illo monte quem *Cintram* appellant.

Filix ramoſa *Luſitanica*, pinnulis ad Ceterach accedentibus *Tournef. El. Bot. Magnol. Cat. Hort. Monſp.* An Filicula Palmenſis pinnis parvis, ſubtus omnino villoſis *Muſ. Pet.* 212.

Palmaris hæc planta, in umbroſis parietibus naſcens, eundo ab urbe *Porto* ad *Bragam Luſitaniæ* civitatem; radicibus eſt capillaceis & nigricantibus, ab uno capite pendentibus, à quo *folia* prodeunt tenui pediculo pullo inſidentia, cujus rami pinnulas habent unciam longas ex minoribus aliis compoſitas, & adeo denſe digeſtas, ut majores pinnulæ Aſplenii folia referre videantur, ſupina parte obſcurè virentia, prona tenuiſſimo pulvere fulvo aſperſa, cujus granula, ſi microſcopio obſerventur, capſulæ apparent Adianti folio vario capſulis ſimiles.

Filix exotica, prælongis & anguſtis ramulis, denticulata *Pluk. Phytogr.* T. 181. 3.

Filix Acaciæ cornigeræ foliis, peregrina *Ejuſdem* Tab. 182. F. 3.

Filix ſaxatilis ramoſa major ex hort. *Patavino Ejuſdem* ibid. Tab. 182. F. 2.

Filicula fontana latiore folio, ad imum ſolummodo ramoſa *Ejuſdem* Tab. 80. F. 6.

Filix ramoſa procerior lacunis adnaſcens, platyphyllos ex inſula *Bermudenſi Pluk. Phytogr.* Tab. 244. F. 3.

Filix *Bermudenſis* elegans ramoſa, pinnis rarioribus, profundè dentatis, ſpeluncis rupium innaſcens, cauliculis muſcoſa lanugine refertis *Pluk. Phytogr.* T. 244. Pediculis aſſurgit rectis, molli lanugine tenuiore denſè conferta obſitis. Iſti in ramulos oppoſitos extenſos, ac ſecundarias alas alternatim ſitas, pinnulaſque obiter & profundè dentatas iis conjugatim adhærentes ordine diviſi exſtant.

Filix florida minor *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* P. 61. Spithamiæa paulò plus altitudine ſupra terram attollitur.

Filix

Filix *Surinamenſis* major ramoſa, ramis ad Filicem marem vulgarem accedentibus.

Pediculus plantæ craſſus & firmus erat. Ramus quem nacti ſumus alarum 18 aut pluribus conjugationibus conſtabat, deinde in longum mucronem procurrebat: pinnæ alam componentes non profundè inciſæ erant, ut dentes potiùs quam pinnæ viderentur, minimè, (quantum quidem diſcernere licuit) dentatæ crenatæve.

Filix *Africana* ramoſa, pinnis Lonchitidis parvis D. *Herman. Moriſ. hiſt.* P. 3. Pediculus huic pallidus, in ramos diviſus, quibus alæ adnaſcuntur, hac ratione inter ſe irregulares, quòd nonnunquam longæ ſunt, & in pinnulas à nervo medio naſcentes diviſæ; aliis interea pinnulis tantùm ſimplicibus, nunc longioribus, nunc brevioribus donatis. Pinnulæ iſtæ Lonchitidis inſtar oblongæ, anguſtæ & falcatæ evadunt, in ambitu denticulationibus concinnis extremitates erga ſerratæ; ſed appoſitionem versùs margo limbo pallido ſeminifero reflexus conſpicitur. D. *Bobart.*

Filix *Africana* floridæ ſimilis, in ambitu foliorum argutè denticulata *Pluk. Phyt.* T. 181. An Filix *Africana* vel *Monomotapenſis* ramoſa fœmina *Hort. Beaumont*? Pediculus ei aſſurgit rectus, rigidus, glaber, qui in ramos oppoſitos per intervalla ſe dividit. His alæ unciales anguſtæ, per margines dentatæ, fiſſiles, alterno ſitu poſitæ, obliquè actæ adhæreſcunt. D. *Bobart.*

Filix ramoſa *Jamaicenſis*, Cicutæ majoris foliis, ſive Adianti nigri vulgaris pinnulis amplioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Filix hæc inter ſpecioſiſſimas numeranda pediculos habet erectos, pallidos, glabros, tripedalem altitudinem attingentes. Ex his per longa intervalla alterno ſitu exeunt ramuli, primò pedales, deinde aliarum Filicum in modum breviores, ut mucronem in ſummitate conſtituant: horum enim quiſque alis plurimis longis & acutis, fortuito poſitu, amictus, pinnulis longis glabris, profundè dentatis, crebriùs diſpoſitis, ornatur; ità ut Adianti nigri vulgaris folium unuſquiſque ramuſculus quadantenus referat, aut totam potiùs Cicutam majorem ramulis ſuis in bipedalem latitudinem æquè ac altitudinem expanſis æmuletur. D. *Sherard* communicavit. D. *Bobart.*

Filix *Jamaicenſis* ramoſa, Adianti nigri pinnulis anguſtioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Minor eſt præcedente, aliàs ſimilis. Ramuli è regione interdum naſcuntur, totáque nec pedalem altitudinem, nec latitudinem ſuperat. Alæ ſuæ extenſæ, pinnulæque acutiores, crebriùs ordinéque diſpoſitæ formoſiſſimum præbent ſpectaculum D. *Bobart.*

Filix ramoſa, pinnulis roſtratis *Plumier.*

Radix hujus tota comoſa eſt, & ſubnigra, quæ initio producit plurium caulium agmen, inter quos cùm jam exſiccantur ſeptem aut octo alii exeunt, lineam circiter craſſi, teretes, læves, rufeſcentes, 3 aut 4 pedes alti, ramoſi, ramis hinc inde alternatim exeuntibus, duorum pollicum diſtantiâ, longiſſimis pedalibus ferè, *folia* ſeſcuncialia geſtantibus, eodem cum ramis ſitu, novem proximè lineas à ſe invicem diſtantia, 6 lineas lata, circumcirca inciſa in lacinias ſeu pinnulas ad medium propè nervum. Pinnulæ hæ duas lineas latæ ſunt, in apicem roſtro avis ſimilem aliquantulum incurvum ſeu hamatum deſinentes, ſupernè læves, virore claro, ſubtus autem aliquanto obſcuriore tinctæ, & nervulis tranſverſis radiato.
Variis in locis inſulæ *Dominici* reperitur.

Filix ramoſa pinnulis longiuſculis, partim auriculatis *Plumieri.* fœmina ſeu ramoſa maj. pinnulis anguſtis, obtuſis, non dentatis, impari ſurculum terminante longiſſima *Sloan. Cat. Jam.*

Filice fœmina *Matth.* cui aliàs ſimilis, multo ramoſior eſt magiſque extenſa. E *radice* tota comoſa & fuſca 7 aut 8 promit *caules*, duas proximè lineas craſſos, valde glabros, caſtanei coloris, hinc inde ramos emittentes ex adverſo ferè binos, in alios ſecundarios, pedem circiter longos, diviſos; ſecundarios denique in tertios ſubdiviſos, eodem omnes cum caule colore, verùm ad viridem tantillo magis tendente. E ſecundariis longiſſimi pedales fere ſunt, Ultimi multò breviores, ſenſim decreſcentes, prout ad extremitatem ſecundorum appropinquant; in foliolum autem oblongum anguſtum terminantur: utrinque etiam pinnulas emittunt alterno ſitu, valdè anguſtas, ſibi invicem proximas, longitudine paulò magis digitali, latitudine ſeſquilineari, apice tantillum obtuſo. Sunt etiam & aliæ pinnulæ ad longiorum initia multò breviores, & alarum parvarum ſimiles. Omnes autem oras habent Roriſmarini in modum introrſum reflexas, ſupernè glabras & pallidè virides, ſeu è viridi albicantes, ſubtus nervulis tranſverſis crebris per longitudinem tótam radiatas.
Duobus tantùm in locis, nimirum in inſula *Teſtudinum* & in inſula *Dominici* invenit Autor. In pratis mediterraneis *Jamaicæ* inſulæ invenit D. *Sloane.*

Filix *Jamaicenſis* Fumariæ foliis, pediculis & rachi media aculeatis *Pluk. Alm.* 156.

Hujus radix è fibrillis fuſcis complicata, pediculos emittit politos, glabros, rigidiuſculos, à radice nudos, ubi plenè adoleverint. Pedales enim habemus ac tripedales, qui fortaſſe ſcandentem

ſcandentem facultatem demùm obtinent, & ſpinulis brevibus & recurvis, innoxiis hinc indè, ſed rariùs ſparſis, ornati ſunt. Ex his per longam aliis nempe palmarem, aliiſque ſemipedalem intercapedinem, admittentibus, nunc ex oppoſito, nunc alternatim emergunt ramuſculi, foliolis quamplurimis tenuiter diviſis, variéque complicatis onuſti, ut Fumariæ vulgaris figuram ſinguli aptiſſimè repræſentent. D. *Bobart*, Inter rariores D. D. *Sherard* è *Jamaica* acceptas hanc habuit.

Filix *Canarienſis* humilior, ramoſiſſima, Adianti nigri foliis viridioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. ramoſa Canar. Rutæ murariæ pinnulis anguſtis, mediæ coſtæ alternatim alligatis *Pluk. Almag.* 156. *Tab.* 296. Denſiſſimum ceſpitem foliorum ſpithamam longorum, hilari virore præditorum, conſtituit. Pediculos emittit pedales, à radice nudos, tunc in ramos alternos longè expanſos diviſos. Hi rurſus in alios minores brachiati, atque alarum vice adeò profundè ſecti, & in pinnulas oblongas ex acutis obtuſas ſunt diſtributi, ut in 3 aut 4 diviſiones ramificentur. In Horto Regio *Hamptonienſi* cultam vidit D. *Bobart*.

Filix *Africana* arboreſcens Apii foliis anguſtioribus & acutioribus D. *Herman.* Adiantum *Africanum* Rutæ murariæ æmulum, ſegmentis acutioribus *Pluk.* Tab. 73. F. 6.

Tum ſcapus medius tum rami muſco ferrugineo obducti ſunt, & in ſicca nigri apparent. Alæ plerunque alternatim coſtæ mediæ adnexæ ſunt. Pinnulæ ad apii fere modum inciſæ; laciniæ tamen anguſtiores ſunt earumque ſummitates in breves laciniolas ſeu denticellos diviſæ, & in acutos apices exeunt. Summorum foliorum apices ob ſeminalia adnaſcentia latiores & obtuſiores ſunt. Color foliorum obſcurè viridis eſſe videtur in ſicca quam nobis communicavit D. *Sherard*.

Filix furcata pinnulis longiuſculis non dentata *Plumier.* Fil. fœmina ſeu ramoſa major, dichotoma, pinnulis Lonchitidis, ſc. longis anguſtis non dentatis *Sloan. Cat. Jamaic. Plumier.*

Rara admodum eſt hæc ſpecies, nec niſi uno ſolùm in loco eam invenit in inſula *Martinique*. *Radice* eſt fibroſa, nigricante, quæ non plures duobus tribúſve *caules* emittit, ruſſos, ad nigrum tendentes, teretes, bipedales, duas lineas craſſos, ſquamis quibuſdam minutiſſimis & valde tenuibus tectos, rubore minùs ſaturo quàm ipſi caules, in duos ramos divaricatos, pollicem circiter longos, unúmque ab altero ſatis remotum. Unuſquiſque ramus in duos alios mox ſubdividitur, duplo longiores quàm priores; tandem & hi etiam in alios duos 5 aut 6 pedes longos bifurcantur, qui tamen à ſe æquè remoti ſunt ac primi. Præter ramos hoſce ad finem uniuſcujuſque caulis, circa mediam ejus partem alii duo enaſcuntur ſibi invicem oppoſiti, qui ſimiliter in alios ramos ſubdividuntur eodem modo cum ſuperioribus. Omnes hi rami foliis ornantur ad nervum uſque primarium inciſis. Longiſſimæ laciniæ verſùs medium folium, unum circiter pollicem longæ ſunt, & duas fere lineas latæ. Longitudo foliorum paulatim diminuitur prout extremis ramulis propiora ſunt. Eorum diſpoſitio dentium pectinis aut foliorum Taxi ſitum refert. Semen non obſervavit D. *Plumier*.

In pratis Mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ* invenit D. *Sloane*.

Filix minor *Virginiana*, rachi media ramulíſque alis brevibus foliaceis veſtitis *Moriſ. hiſt.* P. 3. F. *Virgin.* non ramoſa, foliis planis partim & dentatis rachi mediæ apophyſibus foliaceis (plerumque ex oppoſito) per intervalla eleganter adnexis *Pluk. Almag.* 151. T. 284.

Radicem habet ſolidam, non repentem, fibris adnexis, è qua aſſurgunt pediculi, ad eundem modum quo & in Filice ramoſa minore *J. B.* poſt dimidium nudi, recti, ubi in ramuſculos primos, 3 uncias longos, quadratim fere extenſos, brachiati, & aſcendentes breviores ſunt; eorúmque 10 circiter conjugationes triangularem formam, (ſuprema conjugatione in acutum mucronem terminata) gradatim naſcentes, componunt. Sed (quod huic proprium videtur) ad exortum uniuſcujuſque ramuli, æque ac uniuſcujuſque alæ membrana foliacea, plana, anguloſa, oblonga, non per totam coſtam perducta rachi ſeu nervo medio oppoſitè adhæret. Ex hujus meditullio ramulus exit, qui alis oblongis, integris, ad baſin latiuſculis, in mucronem acutum definentibus in ambitu ſerratis, alternatim ſitis oritur. D. *Bobart*.

Filix ramoſa pinnis plerunque integris è monte *Serado* D. *Petiver*.

E minorum Filicum genere eſt, alis & pinnulis ſitu alterno plerunque diſpoſitis. Pinnæ obtuſæ ſunt, minimè dentatæ ſeminalibus punctis ſingulis donatæ. Caulis tenuis rubeus.

Filix bimaculata è Cap. *Bæ. Spei.* pinnulis dentatis *Muſ. Pet.* 551.

Caulis huic firmus & ſatis craſſus. Pinnulæ longæ acutæ, circa margines denticulis majoribus inciſæ. Maculæ ſeminales majuſculæ, bino ordine in ſingulis pinnulis.

Filix

Filix pinnulis Lonchitidis obtusis, non dentatis, ad oras pulverulentis *Plumier.* ramosa major, pinnulis longis, acutis, raris, falcatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Radices huic prætenues sunt, aliis adhuc minoribus capillatæ, obscuriùs canescentes, longæ & sparsæ; sex septémve *caules* emittentes, duos propemodum pedes altos, duas circiter lineas crassos, supernè canaliculatos, subtus teretes, colore Bætico valdè diluto & albicante, sex septémve foliorum paria gestantes, duorum digitorum intervallis distantium, duobus imis ramosis, reliquis integris: maxima 9 plus minus longitudinis pollices obtinent, latitudinis binos; in cuspidem desinentia, ad mediam ferè costam incisa laciniis tres lineas latis, cuspide obtuso, oris circumcirca pulverulentis & canescentibus. Color foliorum pallidè viridis, superficies lævis, consistentia membranacea.

Multis in locis insularum *Martinici* & *Dominici* occurrit.

Filix ramosa villosa major, crenis rotundis dentata *Plumier.* ramosa major hirsuta, ramulis raris, pinnulis Asplenii sc. crebris, latis, brevibus, subrotundis non dentatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Hæc species, cum in locis humidis secus rivos nascitur, in insignem magnitudinem excrescit. *Radices* omnes comosæ seu capillatæ sunt, canescentes; Quinque vel sex protrudunt *caules*, obscurè ruffos, 4 circiter pedes altos, duas lineas crassos, teretes verùm supernè sulcatos, ramos utrimque alternatim emittentes intervallis inæqualibus, sesquipedales ferè, foliis secundùm longitudinem hinc inde alternatim hærentibus 2 ½ circiter pollices longis, sensim brevioribus ad extremum usque ramulum, in cuspidem acutum desinentibus, incisuris ad medium usque nervum pertingentibus, in pinnulas divisis, tres digitos latas, extremo rotundas, intercreniis subrotundis circumcirca crenatas, glabras, supernè pulchrè virides, subtus pallidas, duplici ordine tuberculorum pulvereorum nigricantium onustas. Tota planta pilis quibusdam sparsis, tenuibus, rufescentibus, obsita est.

Duobus tantùm insulæ *Dominici* in locis invenit Auctor. Ad ripas *Rio d' Oro* propè *Locus.* **Mr. Philpot's Plantation**, inter 16 **Miles Walk** & **St. Maries**.

Filix villosa minor, pinnulis profundè dentatis *Plumier.*

Præcedente multò minor est, duos non plus pedes altus, verùm & radix, & locus conveniunt. *Caules* ejus valdè tenues sunt, teretes, nigri, pilis multis tenuibus nigricantibus intortis tecti, ad tertiam ferè partem nudi, indè folia hinc inde emittunt alarum in modum bina opposita, sescunciali circiter distantiâ, maxima 4 ferè pollices longa, 1½ lata, nervo medio caulis in modum piloso, in acutum desinentia, ad nervum usque incisa in pinnulas, 3 circiter lineas latas, nervis valde tenuibus, & oris crenis satis profundis in acutos dentes divisis. Retro unamquamque crenulam efflorescit tuberculum parvum, pulverulentum, subruffum. Sunt autem pinnulæ dictæ læves, hilari supernè virore imbutæ, membranaceæ, valdè tamen tenues.

Adiantum ramosum.

Adiantum nigrum ramosum maximum, foliis seu pinnulis obtusis tenuibus, regulariter minutissimè & pulcherrimè fectis *Slon. Cat. Jamaic.* An Filix exotica prælongis & angustis ramulis denticulata. *Pluk. Phyt.* T. 181. F. 3 ?

Caulem habuit ejusdem crassitiei, altitudinis & coloris, cum præcedente, pulvere ferrugineo tectum: ramulos etiam & surculos similes, pinnulæ duntaxat tenuiores erant, profundiùs & elegantiùs ad margines incisæ, non ut illius sinuatæ, colore supernè obscurè viridi splendente, subtus pallidiore, ferrugineis rotundis maculis, in quibus semina cubant minoribus.

In lateribus montis *Diablo* & ad ripas *Rio d' Oro* & **Orange-River** versùs **St. Maries** in parte *Jamaicæ* insulæ Septentrionali, copiosè.

Adiantum nig. ramos. maxim. foliis seu pinn. obtusis, variè sed pulcherrimè sinuatis & dentatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Ad 4 aut 5 pedum altitudinem assurgit, caule glabro splendente, è fusco rubente digiti humani crassitie in ramos divisо alternatim ex oppositis ejus lateribus exeuntes, surculosos, surculis, pinnulis aut foliolis Adianti nigri *J. B.* in modum creberrimis obsitis iisque crassis, obtusis variè sinuatis, aut profundè ad margines præsertim superiores incisis, circa summitates suas rotundas dentatis, Filiculæ fontanæ majoris seu Adianti albi Filicis folio *C. B.* nonnihil similibus, supina parte colore saturatè viridi, splendente, pronâ dilutiore, tuberculis ferrugineis rotundis semina continentibus inæquali, præsertim propè sinus profundiores ad margines.

Ad latera montis *Diabla* copiosè. Hanc *Car. Plumier* sic describit.

Radix subruffa, grandis, plurimis fibris conferta, & valde comosa, 7 aut 8 cauliculos exserit, 4 aut 5 pedes altos, à media parte in ramos longos divisos, hinc indè alternatim fitos, qui in ramulos secundarios subdividuntur, Filicis fœminæ in modum. Hi etiam utro-

que

que latere ſurculos geſtant, ad pollicis circiter diſtantiam à ſe invicem remotos, verſùs extremum ramum paulatim breviores, *foliis* onuſtos utrinque alternatim poſitis, Lonchitidis ſatis ſimilibus, ſemidigitum longis, tres lineas latis, ab initio ad apicem ſurculi ſenſim minoribus, ubi in cuſpidem valdè acutam deſinunt: horum ambitus ſatis profundè inciſus eſt *dans le tranchant*, & verſùs extremum crenulata. Ad initium uniuſcujuſque crenæ bacca fuſca magnitudine ſeminis Braſſicæ folio adnaſcens obſervatur. Tota planta hilarè viridis eſt, & ſecundùm rivulos naſci amat in inſula *Dominici*.

Adiantum *Americanum* auriculatum, ramoſum majus, ſegmentis craſſioribus, minutiſſimè denticulatum *Pluk. Almag.* 11. *Tab.* 125. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Pediculis dodrantalibus ac pedalibus, atro-purpureis, lanugine quodam brevi conſperſis aſſurgit. Ramuſculi 3, 4ve pollices longi, indiviſi, indè alterno ſitu ramificantur; atque iis folia, unciam plus minus longa, ab exortu ad quadrantis unciæ latitudinem expanſa, & velut in auriculam ſuperiore parte prominentia, & in obtuſum mucronem anguſtata, concinna tenuíſque ſerraturâ per totam ſuperiorem partem ac dimidiam inferioris lineæ ut plurimum dentata, ſeſſilia, alternatim ad ſemuncialem intercapedinem, adnaſcuntur. Ex inſula *Barbados* obtinuit D. *Bobart*.

Adiantum *Narbonenſe* foliis longioribus & acutioribus pulverulentis, pediculo nigro *Schol. Bot. Pluk. Phyt.* T. 124. F. 4.

Species hæc diſtincta, *Pariſiis* detecta, & à Cl. D. D. *Sherardo* inde allata cum Adianto nigro Officinarum *J. B.* aliàs conveniens, altiùs, ità ut bipedale ſit, nigricantibus ſuis pediculis nonnunquam aſſurgit; *foliáque* ampliora, ex tenuioribus copioſioribúſque alis ac pinnulis, magíſque ramoſis & diviſis, atro-virentibus, ac tenuioribus lineis ferrugineis in dorſo notatis, conſtructa ſunt. D. *Bobart*.

Adiantum exoticum, Rutæ murariæ æmulum, pinnulis oblongis anguſtis, ſummitate tripartitis *Pluk. Almag.* 10. T. 73. F. 5. E pediculo Adianti ritu aſſurgente, rariùs alterno ſitu naſcentes proveniunt, alæ in ternas, & ut plurimum ternatim in longas partes ex anguſta origine diviſæ. Harum quælibet terminatio latior & obtuſa, in tres velut crenas rotundas, quarum media altior, diſſecatur.

Adiantum nigrum *Africanum* ramoſum, pediculis longis craſſis, robuſtis; pinnulis minimis, anguſtis, oblongis, crenatis, intercreniis ſubrotundis.

Pediculus culmi triticei craſſitudine erat aut major, firmus, rigidus, atro-viridis, glaber, ſplendens, ad duos palmos nudus: Rami deinde erumpunt aliàs oppoſiti, aliàs hinc indè ſinguli, alati, alis è pinnulis compoſitis, minimis, oblongis anguſtis, crenatis, intercreniis obtuſis ſubrotundi. Folium integrum ſeu totale longum eſt & anguſtum, ramulis ſurſum rigentibus. D. *Sherard* communicavit.

Adianto nigro Officinarum accedens, ramis in latitudinem magis diffuſis, pinnulis crebrioribus.

Pinnulæ in hac laciniatæ utrinque & in pinnulas ſecundarias velut diviſæ ſunt, oblongas & dentatas. Verùm id quo præcipue ab Adianto nigro *Offic.* differt, ſunt exanthemata ſeminalia maculas rotundas ſeu puncta ferruginea imitantia, non ut in illo lineolas oblongas.

Adiantum nigrum *Madraſpatanum*, Geranii Robertiani folio *Muſ. Pet.* 340.

Adiantum *Barbadenſe* auriculatum, ramoſum majus, ſegmentis craſſioribus, minutiſſimè denticulatum *Pluk. Almag.* 11. Phyt. T. 125. *Hiſtor. Oxon.* P. 3. p. 588. D. *Bobart*.

Pediculis dodrantalibus & pedalibus, atro-purpureis, lanugine quadam brevi conſperſis, aſſurgit. *Ramuſculi* 3, 4ve pollices longi, indiviſi, indè alterno ſitu ramificantur; atque iis *folia*, unciam plus minus longa, ab exortu in quadrantis unciæ latitudinem expanſa, & veluti in auriculam ſuperiori parte prominentia, & in obtuſum mucronem anguſtata, concinna tenuíque ſerratura per totam ſuperiorem partem, ac dimidiam inferioris lineæ ut plurimum dentata, alternatim ad uncialem inter capedinem adnaſcuntur.

Adiantum ramoſum majus, foliis ſeu pinnulis tenuibus, longis, profundè laciniatis obtuſis *Slon. Cat. Jamaic.* In Inſula *Madera*, ultra urbem *Funchall* viâ qua ad montem itur, collegit D. *Sloane*.

Ad ſeſquipedalem aut bipedalem altitudinem aſſurgit, *caule* è pallidè fuſco rubente, anteriore parte anguloſo, poſteriore rotundo, ad dodrantalem aut pedalem à terra altitudinem ramoſo, ramulis infimis ſeu radici proximis ampliſſimis, pedem longis, quorum ſurculi (quibus adnectuntur pinnulæ) alternatim adnati. Pinnulæ ipſæ longæ, tenues, pallidè virides in longa, anguſta, obtuſa ſegmenta inciſæ.

Adiantum

Adiantum nigrum ramoſum maximum, foliis ſeu pinnulis tenuibus, longis, acutis, ſpinoſis. In monte *Diablo* copioſiſſimè creſcit. *Slon. Cat. Jamaic.*

Ad tripedalem altitudinem aſcendit, *caule* rubente glabro, ad ſeſquipedalem à terra diſtantiam in varios ramos diviſo, ſurculoſos; ſurculis adnectuntur pinnulæ ad modum Adianti nigri Officinarum *J. B.* longiores tamen, tenuiores, mucronibus acutioribus, in ſpinulam deſinentibus; Margines etiam ejuſmodi ſpinulis vix diſcernendis ambiuntur. Averſæ parti multæ parvæ ferrugineæ maculæ, aliarum Filicum modo, adnaſcuntur.

Adiantum nigrum ramoſum majus, foliis ſeu pinnulis tenuibus, longis, acutis, ſpinoſis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum priori.

Radix hujus tuberoſa fibris nigricantibus altè in terram demiſſis alimentum haurit: magnitudine ſola à præcedente differre videbatur, ut ejus fortè varietas tantùm ſit. Hæc etiam magnitudine & colore variat.

Adiantum nigrum ramoſum minus, pinnulis minoribus tenuibus, obtuſis, crenatis *Slon. Cat. Jamaic.* Cum præcedentibus.

Statura eſt & magnitudine Adianti nigri Officinarum *J. B.* pediculo albicante ſeu pallidè virente, pinnulis minoribus, tenuioribus, nec adeò profundè inciſis, minùs acutis, ſpinulis illis carentibus, quæ in ſuperiore genere cernuntur. Cum prioribus.

Adiantum nigrum ramoſum minus, ramulis, ſurculis & pinnulis raris, minimis, ſubrotundis *Slon. Cat. Jamaic.* Inter ſaxa infra urbem S. *Jago de la Vega* dictam prope fluvium ex hac parte reperitur.

Ad 9 unciarum altitudinem aſſurgit, caulibus nigris, ad egreſſum è terra muſco ferrugineo adnaſcente obvelatis, ramulis ſeu virgulis propè faſtigium exeuntibus, unciali circiter intervallo à ſe invicem diſtantibus, binis plerunque hinc inde ex adverſo ſitis: in quibus proveniunt pinnulæ rariùs ſitæ, omnium hujus generis minimæ, notabili diſtantia à ſe invicem remotæ, diverſimodè ſinuatæ ſeu ad margines inciſæ, ut in pinnas ſecundarias diviſæ appareant; colore autem ſunt obſcurè viridi.

Adiantum fruticoſum Coriandri folio *Jamaicenſe*, pediculis foliorum politiore nitore nigricantibus, fortè Adiantum fruticoſum *Braſilianum C. B.* prod. *Ejuſdem.* D. *Pluk. Almag.* p. 10. Tab. 254. F. 1? Vide deſcriptionem *Hiſt. Oxon.* T. 3. p. 588.

Adianthum Æthiopicum fruteſcens, diffuſo vertice, pinnulis tenerrimis ſubrotundis tranſparentibus, pediculo nigro *Pluk. Mantiſſ. Almag.*

Filicula ſeu Adiantum nigrum, rigentibus pinnulis auriculatis, *Inſulæ Johannæ Pluk. Mantiſſ.*

Filix ſeu Adiantum nigrum floridum, *Monomotapenſe*, priori valde ſimile, ſi non idem *Ejuſd. ibid.*

Adiantum fruticoſum *Æthiopicum*, pinnulis amplis, ſubrotundis, ſupernè dentatis, media pinnarum parte petiolis inſidentibus *Pluk. Almag.* 10. *Tab.* 253. Hanc plantam (inquit D. *Bobart*) nomine Capilli Veneris majoris ex *Aleppo* accepimus. A pediculis nigris in ramuſculos diviſis prodeuntia folia ſubrotunda, unguis humani latitudine, in paucas rotundas lacinias ſuperiore parte inciſa, & petiolis perexiguis utrinque plana per alarum medietates inſidentia, & accreſcentia conſpiciuntur.

Adiantum fruticoſum *Chalepenſe* minus, alis ſubrotundis, in ambitu argutè denticulatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Capillus Veneris minor ex *Aleppo*. Humilior hæc planta, dilutè viridis pediculos habet graciliores, ut ſetæ equinæ tenuitatem pænè obtineant, in alas diviſos, & petiolis tenuiſſimis ſubdiviſos, quibus *folia* latiuſcula ſubrotunda, in paucas lacinias altiùs diſſecta, in ambitu crenis exiguis minutim ſerrata, adnectuntur. D. *Bobart.*

Adiantum nigrum majus ramoſum, Coriandri folio *Slon. Cat. Jamaic.* fruticoſum *Bermudenſe*, ſummis ramulis erectis & in metæ formam faſtigiatis *Pluk.* T. 124. F. 1.

Ad ripas torrentis umbroſi ſylvatici ultra **Troopers Quarters** prope urbem S. *Jago de la Vega*, & in aliis ſylvis Inſulæ *Jamaicæ* obſervavit D. *Sloane.* E *Bermuda* etiam Inſula delatam oſtendit D. *Jac. Petiver.*

Duûm ſúmve pedum altitudinem aſſequitur, firmo, nigro, politi lævoris ſplendente *caule* ramoſo, ramulis ad intervalla inæqualia alternatim exeuntibus; Pinnulis, pedicellis, figura, colore, magnitudine, tenuitate, ſeminibus, inciſuris, &c. cum Adianto foliis Coriandri *C. B.* exactè conveniens; in eo duntaxat differt, quòd ramoſior ſit planta, multóque major & altior.

Adiantum nigrum ramoſum maximum, foliis amplioribus, Trapezii in modum figuratis *Slon. Cat. Jamaic.* In ſylvis majoribus mediterraneis pulcherrimam hanc Adianti ſpeciem provenire obſervavit D. *Sloane.*

Præcedente multò major erat, caule nigro, polito, ſplendente, ad 3ium 4ve pedum altitudinem aſſurgente; ramis & virgis ei exactè ſimili: pinnulæ etiam quoad colorem, tenuitatem, ſeminalia, &c. eidem conformes, figurâ duntaxat trapezium referente & magnitudine dupla tripláve, quódque ad margines minùs inciſæ erant, diſtabant.

Adiantum nigrum, ramoſum, pulverulentum, & falcatum *Plumier. Slon. Cat. Jamaic.*

Ejuſdem figuræ eſt & magnitudinis cum præcedente, [*Ad. ramoſo, foliis trapeziis dentatis*] h. e. Radix, cauliculi, ramuli, pinnulæ eundem ſitum obtinent, excepto quod ramuli pulvere ſubruffo, ceu velo quodam, penitus contegantur, qui paulatim induratur, & in parva tubercula ſeu puncta elevatur, nec ramulos ullos bifurcos obtineat. *Folia* falcata ſunt, brevia, extremo rotunda, acie ſurſum ſpectante, ſex circiter lineas longa, tres lata. Acies ſeu oræ extremæ ſurſum replicantur, ut in aliis ſpeciebus, plicaturâ pulvere tenui caneſcente tectâ.

In ſylvis Mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ* paſſim.

Adiantum *Jamaicenſe*, Lonchitidis falcatis foliis ramoſum, pediculis ſplendentibus nigris *Pluk. Almag.* 11. Tab. 253.

Radices capillares filamentis nigricantibus pertenuibus, ceſpitis inſtar contextis gaudent. Pediculi politiore nitore nigreſcentes rigidi, ut in reliquis hujus generis. Hoc quidem pediculos emittit pedalem ac interdum bipedalem altitudinem attingentes, in ramulos alternos pedales & dodrantales lateraliter diſtributos. Alæ iis alternatim poſitæ adhærent, pollicem circiter longæ, in inferiori parte lineâ rectâ planâ ab exortu provenientes, ſuperiore verò Lonchitidis in modum eminentiores eriguntur, ut ſemuncialem latitudinem obtineant, & mucronatæ evadant, integræ & quodammodo falcatæ. Harum teneriores, à ſuperiore præſertim parte, margine ſunt dentatæ; aliis verò adultis limbus craſſior pulverulentus per totum marginem ſuperiorem ac dimidium duntaxat inferioris decurrit. D. *Bobart.*

Adiantum nigrum pinnulis Lonchitidis ſerratis, minus. An *Avenca* major *Marcgr. Plumier.*

Eodem habitu & magnitudine eſt cum præcedente; ramulis etiam & foliis cum eadem convenit. Pediculi glabri ſunt, nigri, lucidi. Ramuli duo inferiores alium adhuc parvum habent ab utroque latere. *Folia* eodem ſitu ſunt, eadémque figurâ cum præcedentis; novem propemodum lineas longa, quatuor lata, mucrone acuto, margine non crenato, excepta ſuperiore parte & versùs apicem; cum hac differentia, quòd crenæ quàm præcedentis profundiores ſunt, intercrenia ampliora, rotunda, & introrſum reflexa; Supernè pulchrè ſed ſaturatiùs viridia ſunt, ſubtus pallidiùs vireſcunt.

Duæ ſpecies præcedentes inveniuntur copioſè in inſula *Hiſpaniola.*

Datur hujus varietas minùs ramoſa, foliis majoribus, ad tactum rugoſioribus.

Adiantum ramoſum ſcandens, pinnulis ſeu foliis oblongis, profundè laciniatis, pellucidis *Slon. Cat. Jamaic.* Truncos arborum grandiores in montibus Mediterraneis *Diablo* & Archers-Ridge dictis ſcandit. An Filix ſcandens Adianto *Narbonenſi* ſimilis *Jamaicenſis Plukenet Almag.* p. 156. An Adiant. *Jamaicenſe* ramoſum & pellucidum, pinnulis anguſtis, crebrioribus, ut plurimum peltatis apice filamentoſo è medio exeunte, *Moriſ. hiſt.* T. 3. p. 589.

Caulis huic tenuis, pennæ anſerinæ vix par, teretiuſculus, niger, ſuperiore parte muſco ferrugineo obductus, plurimis filamentis ſeu cirris donatus, quibus arborum cortices firmiter apprehendit, & ad 15 ſeu 20 pedum altitudinem enititur, ad digitalia intervalla *folia* emittens longa, pediculis ad duas uncias nudis, deinde in ramos ſe dividentibus, interdum binos oppoſitos, plerunque alternatim ſitos. Ramuli ſurculos hinc inde emittunt, quibus adnaſcuntur pinnulæ ſeu foliola oblonga, ad margines profundè inciſa, tenuia admodum & pellucida, colore luteo-viridi, opacis coſtis ſeu nervis ea percurrentibus,& in extremitatibus ſemina habentia.

Kal-Panna-Maravara *H. M.* P. 12. T. 16. Adiantum nigrum *Indicum*, foliis latioribus & obtuſioribus.

Radix tenuis piloſa, fibroſa, nigra, denſa, cinerea, intus nervoſa, odoris fortis, ſaporis aliquo modo ſubamari. *Caulis* ſimplex, pedalis, in multos ſe dividens ramos, viridi-clarus, depreſſus,anguloſus,laciniis ab una parte ſtriatus,intus aqueus,hinc indè pilis obſeſſus. *Folia* mutantur in ramos: coſta enim folium conſtituens, ſe longiùs exporrigens, unaquæque inciſio in privatum folium, folium verò in ramulos excreſcit; qui iterum multa producunt folia, oblonga, anteriori parte obtuſa, tribus, 4ve punctis rotundiolis profundè inciſa, unumquodque

quodque punctum nervulo coſtæ mediæ infigitur. Rami & folia communi cauli ſunt annexa, decuſſatim diſpoſita, glabra, viridi-clara. Coſta media in averſa parte eminet, in qua plura ſeſe oblonga, rufo-fuſca exhibent ova ſeminifera. Admodum tenera eſt hæc planta, umbram amans, è radice annuatim progerminans tempore pluvioſo. Adversùs morbos chronicos, hecticam tuſſim, dyſpnœam adhibetur.

P. 127. Ad Cap. De Lunaria.

Adiantum ſaxoſum floridum *Plumier.* Lunaria elatior Adianti albi folio, duplici ſpicâ *Slon. Cat. Jamaic.*

Secundam ſpeciem Capilli Veneris *C. B.* valde refert; verùm tantillo major eſt, *Folia* ſcabriora ſunt & rugoſiora; *Radices* tenuiſſimæ, fibroſæ & obſcurè griſeæ. Pediculos emittit non plures duobus, plerunque unicum, tenuem, teretem, politum, & ejuſdem quaſi coloris cum radice, ſeſquipedalem; media circiter à radice parte ramulos hinc indè emittentem alternatim ſitos, quorum longiſſimi 5 pollicum ſunt, reliqui ordine quò extremo pediculo propiores eò breviores, ínque parvas velut alas acutas & dentatas terminantur. Ramulos hinc inde occupant folia ſatis vicina, alternatim ſita, ad caulem longiora, inde ordine ſenſim breviora ad extremum ramulum, qui eodem modo terminatur quo caulis medius. Horum longiſſimum ſeſcunciale circiter eſt acuminatum, & undique inciſum, alis denticulatis: omnia pallide viridia & nervis elatis velut rugoſa. Pollicari circiter infra præcipuos ramos ſpatio, verſùs radicem, è caule egrediuntur alii duo pediculi, in altum elati, valdè tenues, & 8 aut 9 pollices longi alternatim à media parte ramoſi, ramulis longiſſimis circiter digitalibus, reliqui quo altiores eò minores evadunt, racemis parvis è granulis infinitis, valde exiguis, rotundis, caſtanei coloris, conſtantibus compoſiti, ut in *Oſmunda regali.*

Rariùs occurrit hæc planta, & in inſula *Dominici* reperitur.

D. *Sloane*, hanc plantam, quam in inſula *Jamaica*, infra urbem S. *Jago de la Vega* dictam ad ripam fluminis, *Rio Cobre* nuncupati, ſupra rupem creſcentem obſervavit ad Lunariam refert.

Lunaria minor foliis diſſectis, quam in *Weſtmorlandia* invenit D. *Lawſon*, non varietas tantùm Lunariæ vulgaris eſt, ut conjectabamur, ſed revera ſpecie ab ea diſtincta, obſervante D. *Doody.* Quippe ſegmenta foliorum ſeu lunulæ non ſolùm eminenter ſunt ſecta, ſed planta ipſa elatior eſt, & botrus racemoſior. A D. *Tho. Willughby* primo tranſmiſſa eſt; verùm poſtea ſæpius vidit à mulierculis rhizotomis allatam.

Lunaria elatior Matricariæ folio, ſpica duplici *Slon. Cat. Jamaic.* An Lunaria racemoſa Cicutariæ foliis *Jamaicana Plukenet?* *Almag. Bot.* p. 228.

D. *Sloane.*

Hæc multò elatior eſt præcedente, [Adianto ſaxoſo florido] ad pedalem à terra altitudinem aſſurgens, ſpicis elatioribus, geminis, præcedentis exactè ſimilibus. Folia ſeu pinnulæ longiores ſunt, anguſtiores ad mediam uſque coſtam non inciſæ, pallidiùs virentes, diviſuris ſuis foliis Matricariæ reſpondentes.

Cum præcedente.

Lunaria racemoſa, Cicutariæ foliis *Jamaicana Pluk. Almag. Bot.* An Lunaria racemoſa minor Matricariæ folio *Breyn. cent.* 1. 184? Lunaria botrytis elatior *Virginiana*, pinnulis tenuiſſimis, & Cicutariæ in modum diviſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Oſmunda Virginiana Cicutæ folio *Muſ. Pet.* 791. Urtica *Canadenſis* Myrrhidis folio *Tournef. Elem. Bot. Hort. Monſpel.* 207. ex ſententia D. *Petiver.*

D. *Bobart.*

In pedalem attollitur altitudinem. *Caulis* pallidè virens, palmaris, integer aſſurgit, erectus, qui Lunariæ ritu ſe dividit, ac in folium palmare præterpropter, è ramuſculis biuncialibus, alternis (his rurſus in alias unciales cum pinnulis ſuis acutis conjugatim poſitis, folia Tanaceti quodammodo referentes diviſi) compoſitum ſeſe expandit, foliumque totale, ex lata baſi in mucronem abiens, Cicutariæ Myrrhidiſve folio haud diſſimile eſt. Ex eodem cauliculo & ad folii exortum erigitur pediculus tenuior, 8 aut 9 uncias longus, nudus niſi in ſummitate, qua Lunariæ minori conſimilem racemulum è punctis aciniſve congeſtis pallidum pyramidalem, biuncialem ſuffulcit.

Hanc plantam in *Marilandia* obſervârunt & collegerunt Viri eruditiſſimi D. *Vernon* & D. *Krieg.* Siccum à D. *Sloane* acceptam ſic deſcripſi.

Lunaria Geranii Robertiani folio ramoſo, caule elatiore, panicula decompoſitâ, *Marilandica.*

Pediculus folii, quod ſingulare obtinet, ima parte ad palmi circiter altitudinem nudus eſt, deinde ramulos emittit ex adverſo binos: verùm ſurculi è ramulis, ut & pinnulæ è ſurculis alternatim exeunt. Pinnulæ oblongæ ſunt. *Folium* totale, ſeu mavis coſta ejus media, & ramuli laterales in folia longa deſinunt. *Folia* in ſicca obſcuriùs viridia videntur quàm aliarum hujus generis; quàm Filicum teneriora & ſucculentiora, quod Lunariis omni-

bus commune est. Caulis, (cujus imam partem folii pediculus amplectitur) dodrantalis est, ejusque fastigium spica seu juba 3 uncias longa occupat, decomposita, è ramulis hinc inde alternatim è caule exeuntibus, & spicis seu racemulis oblongis, bino seminum seu potiùs globulorum seminalium ordine constantibus.

An hæc planta eadem sit cum præcedente à D. *Bobart* descripta dubito, cùm descriptio illius cum nostra non exactè conveniat. Quin sequens seu Lunaria Dryopteridis folio ad *Bobartianam* propiùs accedere videtur; ut eandem cum illa esse existimem.

Lunaria Dryopteridis folio, spicâ è duobus racemulorum ordinibus compositâ.

Folium ad Dryopteridis formam accedit, sed paulò minus est & brevius, ramulos hinc inde alternatim emittens, non binos oppositos. Surculi pariter è ramulis alterno ordine exeunt, pinnulis paucis, discretis, inferioribus ramulis & surculis adnascentibus, nam reliquum surculi simplex folium est, profundiùs quidem incisum, non tamen ad costam usque. *Caulis* florifer semipedalis est, ad primorum folii ramulorum egressum ab ejus pediculo abscedens, rubescens, spicam in summitate gestans è surculis racemosis, h. e. è globulis seminalibus compositis, hinc inde egredientibus, conflatam.

Datur hujus varietas, surculis rariùs sitis, brevioribus & latioribus

In *Marilandia Americæ* Septentrionalis provincia à D. *Vernon* & D. *Krieg* observata & collecta est.

Lunariæ stirps foliis parvulis serratis *Africana Mentzel Corollar. ad Indicem plantarum.*
Lunaria botrytis spicis plurimis, è singulis foliorum alis singulis.

Caule assurgit simplici, multis *foliis* vestito, brevibus, profundè dentatis, aut potiùs laciniatis. singulis foliorum alis singulæ exeunt spicæ seu florum racemuli, è duplici globulorum ordine compositi.

Lunaria hirsuta Lonchitidis folio, spicâ gemellâ. Lonchitis hirsuta florida *Plumier.*

Plumier.

Radix capillaribus fibris constat, septem aut octo *pediculos* emittens, tenues, altitudine plus minùs pedali, valdè fragiles, supernè sulcatos, subtus rotundus, subvirides, pilis brevibus fuscis hirsutos, à media parte sursum *foliis* vestitos, aliàs binis oppositis, aliàs alternatim sitis; infimis sescunciam ferè longis, semunciam latis, circumcirca crenatis, parvis subtus nervis, colore hilarè viridi, utrinque pilis albentibus obsitis, Lonchitidis vulgaris figurâ similibus, hoc est, ad cordis dimidiati formam accedentibus. E pediculo principia ad basin primi foliorum paris, alii duo pediculi tenuiores velut gemelli exoriuntur ad dimidii pedis altitudinem elati, lanuginosi, sulcati, singuli racemum pyramidalem, duos circiter pedes longum, sustinentes, multis parvis racemulis compositum, Osmundæ regalis floribus similibus, initio viridibus, tandem fuscis.

Semel duntaxat hanc plantam invenit Auctor, idque uno solùm in loco insulæ *Martinique.*

Ophioglossum *Marianum* linguâ dentatâ D. *Petiver* Catal. in *Philosoph. Transact.* N. 248. p. 398.

Caulis hujus duplo triplóve elatior est quàm vulgaris, Ophioglossi supráque folium ad semipedalem ferè altitudinem assurgit. Tenuis est & imbellis ut spicam, quamvis gracilis sit, in sicca non sustineat.

Plantulæ speciem, cauliculo tenui nudo, capitulum in summo gestantem è plurimis radiis pectinatis arctè stipatis compositum sæpius vidimus ex *Africa* delatam, quam D. *Petiver* pro scapo florifero & seminifero cujusdam herbæ capillaris habet, quamvis folia ejus se nondum vidisse fatetur. D. *Plukenet* ad juncum eam refert; nos nihil temere definire audemus.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM LIBER QUARTUS:

Herbæ Staminifloræ,

SEU

Flore apetalo, ſolis ſtaminibus & calice conſtante.

FLoris Petalon à Calice diſtinguitur, 1. *Colore*, qui in illo nunquam planè viridis ſeu herbaceus eſt, in hoc plerunque: 2. *Duratione*, cum illud fugax aut caducum ſit, vel defluat ſc. vel marceſcat ante fructûs ſeminiſve maturitatem, hic, autem ſæpiſſime duret.

Novi bene Calicem in multis ſtirpibus flore perfecto ſeu omnibus ſuis partibus donato, unà cum Petalis, vel etiam ante petala defluere, ut in *Rapiſtro* & Papavere. Verùm in Floribus illis quæ utramque partem, hoc eſt, calicem & petala habent, quæ Calix ſit, quæ petalon, nemini dubium eſſe poteſt, ſed in iis tantùm quæ unam ſolam ex his partibus obtinent. Cùm autem Flos ab omnibus, doctis pariter & indoctis, caducus aut fugax habeatur, pars illa quæ ſtabilior eſt & ad Fructûs maturitatem vel perfectionem perdurat, calix potiùscenſeri debet quàm Flos ſive Petalon. Quod ergo ad Florem *ſtamineum* & *folioſum* attinet rem ſic breviter expedio. In flore quocunque ſtamina vel *duplici* vel *ſimplici* tegumento ambiuntur; in prioribus, tegumentum exterius *calix*, interius *petalon* dicitur: in poſteriori genere tegumentum illud ſingulare vel caducum eſt aut fugax, decidit ſc. aut marceſcit antequam ſemen matureſcat; vel ſtabilibus & firmius ad fructus aut ſeminis uſque maturitatem incorruptum perdurans: cujus generis flores *ſtaminei* nobis appellantur. In herbis ſexu diſtinctis color & conſiſtentia herbacea ad florem ſtamineum conſtituendum ſufficit.

Equiſetum ad hoc genus refero, quamvis de ejus ſemine mihi nondum planè conſtet. D. *Carolus Preſton* M. D. literis Julii 11. 1697. ad mendatis ſcribit, ſe nuper obſervâſſe ſemina *Equiſeti ſylvatici tenuiſſimis ſetis*, eáque Botanicis *Londinenſibus* peritiſſimis oſtendiſſe in itinere ſtirpium indagandarum & obſervandarum gratiâ ſuſcepto. Erant autem ea rotunda, alba, muſci ſeminum æmula, pediculo ſemunciali, tenuiſſimo & planè capillaceo, è foliorum geniculis exeunte ſuſtentata.

Pag. 131. Ad Caput de Equiſeto adde

Poſt ſpeciem ſeptimam pro 8va

8. Equiſetum nudum lævius noſtras. **Engliſh ſmooth naked Horſe-tail.**

Hæc ſpecies eſt quæ apud nos in *Anglia* frequens invenitur in fluviorum alveis ad ripas, inque rivulis & foſſis paluſtribus. A præcedente autem ab exteris regionibus ad nos delata (quæ non tantùm ligna & oſſa, ſed etiam metalla ipſa velut lima rodit) plurimum differt. At neque præcedens omnino hoſpes eſt in *Anglia*: eam enim nobis oſtendit *Thomas Williſellus* in agro *Warwicenſi* propè *Drayton* vicum collectam. Et nuperrimè per literas à D. *Joan. Aubrey* acceptas certior factus ſum, copioſè naſci hoc genus in rivulo quodam propè *Broadſtitch* Abbatiam in *Comitatu Wiltoniæ*.

Poſt nonam, quæ jam decima eſt, pro undecima &c. adde

11. Equiſetum paluſtre, Linariæ ſcopariæ foliis *C. B. Park.* **Broad leav'd Horſe-tail.**

C. B.

Ex *radice* repente geniculata, *caulis* rotundus, calami in modum inanis, geniculis diſtinctus, cubitóque altior aſſurgit: *foliis* ad genicula pluribus, Linariæ vulgaris foliis latioribus, & Linariæ ſcopariæ ſimilibus, viridibus, oblongis, fragilibus, ſubaſperiuſculis: *julos* in cacumine non obſervavimus, licet quandóque velut in ramos dividatur.

Baſileæ in paludibus *Michelfeldenſibus*, & in rivulis juxta patibulum.

Cum Eſquiſeto paluſtri foliis brevibus, polyſpermo, *nonnullis* Polygonum fœmina *dicto, genere convenire videtur, à reliquis differre. Verùm cùm neque flos ejus, neque fructus hactenus obſervatus fuerit, nihil certi de ejus genere ſtatuere poſſumus.* Locus.

12. Equiſetum paluſtre tenuiſſimis & longiſſimis ſetis *C. B.* **Marſh Horſe-tail with very long and ſlender leaves.**

C. B.

Culmo eſt inani, bipedali, geniculis pyxidatim cohærentibus junceis, longis, multóque tenuioribus. Locus.

Baſileæ in aquoſis *Michelfeldenſibus*.

13. Equi-

13. Equiſetum praten ſe longiſſimis ſetis C. B. **Meadow Horſetail with very long Leaves.**

C. B.

Radix nigra, lignoſa, geniculata, fibris donata & inſipida, ſub *Maii* initium aſparagos nigros protrudit: quibus *culmi* recti, cavi, crebris geniculis intercepti, ſeſquicubitales & altiores quoque ſuccedunt; quorum ſummitatibus *aſparagi* recurvi, anguſti, ad perfectionem uſque inſident: circa quos *folia* caulis modo geniculata juncea, rotunda, palmaria & fragilia, quare ad poliendum inepta.

Locus. In humidis & uliginoſis pratis reperitur, ut in declivibus montis *Mutetæ Baſil.* & fœniſecis inviſum eſt, eò quòd falces ſua ſcabritie obtundat. Ab *Equiſeto ſegetali* caulis altitudine, foliorum longitudine & fragilitate differt.

14. Equiſetum ſub aqua repens ad genicula polyſpermon D. *Sherard.* **Creeping Water-Horſetail with many Seeds about the Joynts.**

Elegans eſt plantula, foliis & ramulis tenuibus. In Inſula *Cæſarea* ſeu *Jerſeia* in piſcinis D. *Philippi Carteret*, obſervavit D. *Sherard.*

Hæc fortè ſpecies eſt, quam eruditiſſimus vir, & curioſiſſimus plantarum indagator D. *Carolus Preſton* nuper invenit, & ſic breviter deſcripſit, *Equiſeti fœtidi ſub aquis repentis ſecunda ſpecies. Folia* habet longiora, tenuiora ſeu minora quàm fœtidum vulgare, ad ſpithamæ unius longitudinem excreſcentia, viridiora & minùs rigida quàm in illo. *Semina* profert minuta, rotunda, rubeſcentia, ad ſingulos nodos foliolis adhærentia, ut in priori. Odor graviſſimus.

Add.

Equiſetum non fœtens, ſub aquis repens, D. *Preſton. Caules* emittit graciles, glabros, intus cavos, ſucco viridi repletos. Ad ſingulos nodos etiam ſemina profert, minuta, rotunda, foliolis adhærentia, eodem modo ac in vulgari fœtente.

15. Equiſetum muſcoſum ſub aqua repens, ſemine Lithoſpermi D. *Sherard.* Hippuris muſcoſus ex Hibernia *Plukenet. Phytograph.* **Moſs-like creeping Horſetail with Gromwell Seeds.**

In paludoſis ſcrobibus è quibus ceſpites igniarios effodiunt in *Hibernia* invenit D. *Sherard.*

16. Equiſetum junceum nigrinodum C. *Bæ. ſpei*, non ramoſum. *Pluk. Almag. Bot.*

17. Equiſetum ſeu *Hippuris* exigua, fluviatilis, petræa, nuda, *Virginienſis*, D. *Paniſter. Pluk. Phyt.* T. 193. F. 7.

18. Equiſetum *Indicum manſu arenoſo* ſimile, floreſcens *Plukenet. Mantiſſ. Almag.* P. 68. *Vailumbaſh Malabarorum.* Hippuris aquatica, Orientalis polyſpermos *Pet. Act. Philoſ.* n. 274.

P. 158. Ad Cap. de Lupulo.

Lupulus *Mexiocanus* C. *B.* Radix *Carlo ſanto Park. Theat. Monard.*

Radix hujus plantæ, quæ Lupulo ſimilis eſt, ex provincia *Mechocan* adfertur; cujus decoctum & pulvis in Catarrho, Epilepſia & Lue Venerea commendatur, C. *B.* v. *Monardem* & *Parkinſonum*, qui vires ejus prolixè perſequuntur.

Lupulus ſylveſtris *Americana*, claviculis donata *Pluk. Phyt.* Tab. 201. F. 4. **Wild Hop-ſeed**, *Barbadenſibus* dicta. Coryli ſeu Avellanæ, folio oblongo acuminato, Frutex convolvulaceus capreolatus *Americanus P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 162. huic plurimùm convenit. *Almag. Bot. imò eadem planè planta eſſe videtur.*

Lupulo vulgari ſimilis, *Indiæ Orientalis*, floribus in ſpicam ex origine foliorum prodeuntem digeſtis *Pluk. Almag. Bot. & Phytogr.* Tab. 201. F. 5.

Lupulus folio trifido, fructu tricocco & hiſpido *Plumier. vide* Urtica.

Ex his ſpeciebus nulla vera & genuina Lupuli ſpecies eſſe videtur, ſed ob aliqualem in facie externa ſimilitudinem ad Lupulum referuntur.

P. 159. Ad Cap. de Cannabe.

Cannabis minor & lignoſior Bangue *dicta.* Hanc (inquit D. *Sherardus*) in Horto *Lugd. Bat.* collegi. Vulgari omnibus partibus minor eſt, ramoſior, & ſubſtantiæ firmioris. *Flores* fert propendentes, nudos, breviſſimis petiolis inſidentes, herbaceos, ex 5 petalis, ad baſin junctis, & in medio totidem *Staminulis*, viridi-flavicantibus, craſſiuſculis, bifidis conſtructos. Succedunt *Semina* vulgaris ſimilia, multò tamen minora.

D. *Plu-*

D. *Plukenet. Almag.* trifoliatam vocat: an ſit altera ſpecies, vel ſummitas forſan floreſcens, neſcio; quam in *Horto L. B.* enutritam vidi folio erat vulgaris diviſurâ. D. *Sherardus.*

P. 160. Ad Cap. De Urtica.

Plantæ ſequentes in multis à ſe invicem, & ab Urticis *Europæis* differunt. *Secunda, Tertia, Septima, & Octava* ſpecies fructu ſunt tricocco, & aliarum fortaſſe nonnullæ quarum fructus non obſervavit D. *Sloane*, quo cum *Ricino* conveniunt, & ab *Urticis Europæis* differunt. *Quarta* ſpecies, ut & *Octava* fructu racematim in pediculis tenuibus & velut funiculis è foliorum alis egreſſis naſcente cum *Urtica Europæa* conveniunt, differunt ab eadem quòd inertes ſint. *Sexta & ſeptima* ſpecies ab *Urticis Europæis* differunt non tantùm quòd mites ſeu inertes ſint, ſed & florum fructuumque ſitu in ſummis caulibus ſpicatim congeſtorum.

Omnes ad *Urticæ* Genus referendas cenſuit D. *Sloane*, ob convenientium quam cum Urticis habent in foliis reliquâque facie & habitu externo; quantumvis Botanici nonnulli eas quæ fructu tricocco ſunt ad *Ricinum* referre maluerint. Ego equidem, quod ad illas quæ foliis & fructu racemoſo in pediculis tenuibus è foliorum alis egreſſis cum *Urtica* conveniunt, cum D. *Sloane* planè ſentio, ad *Urticas* referendas eſſe, non obſtante, quòd fructus tricoccos ſit. De iis autem quæ in ſummis caulibus flores geſtant conglomeratos, dubito annon potius novum Genus conſtituendum ſit.

Hinc autem patet vim urentem non eſſe Urticæ in genere notam propriam & ſpecificam, cùm nec omnibus Urticis communis ſit; nec ſolis propria, ſed ad *Urticas Europæas* reſtringendum eſſe.

1. Urtica urens arborea, foliis oblongis anguſtis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Quem deſcripſi frutex junior videbatur, ad 8 tamen aut novem pedum altitudinem aſſurgebat, trunco tereti, recto, lignoſo, digiti minimi craſſitudine, cortice lævi, fuſco, obtecto; verſùs faſtigium *folia* aliquot retinebat, alternatim poſita, pediculis $\frac{1}{2}$ unciæ partem longis inſidentia, 3, 4ve digitos longa; media latiſſima parte $\frac{1}{4}$ circiter digiti lata, circa margines æqualia, niſi quòd unica parva, acuta lacinia folium velut auriculatum efficeret (quod tamen in foliis nonnullis deſiderabatur & fortaſſeaccidentarium erat) A pediculo ad medium uſque ſenſim dilatabantur, inde decreſcebant, in acutum deſinentia. Coloris erant obſcurè viridis; pronaparte coſtas aliquot elatas oſtendentia. Superficiei toti & marginibus multæ innaſcebanturſpinulæ, valde (ut mihi narratum eſt) urentes; adeóque feroces videbantur, ut in memetipſo experimentum facere vererer; ſed cautè admodum ſummitatem fruticis decerpſi, & exiccavi. *Florem & fructum* tum nondum protulerat, adeóque eos nunquam vidi.

Ultra fluvium *Rio Cobre* dictum, inter arbores in ſylvis prope **The Angels** creſcentem col- *Locus.*
legit Deſcriptionis autor. An frutea hic ad Urticam referendus ſit dubito, cum folia alternatim naſcantur, nec flore fructumve vidit D. *Sloane.*

2. Urtica ramoſa fruticoſa anguſtifolia, fructu tricocco *Slon. Cat. Jamaic.* An Pino Braſilienſibus *Marcgrav.* Pino ſive Urtica urens *Piſon* ? D. *Sloane.*

Caule aſſurgit anguloſo, lignoſo, cortice ima parte fuſco, ſumma viridi, obducto, ſpinulis ferocibus plurimis rigidis minaci, *foliis* hinc indè alternatim exeuntibus, in pediculis ſemuncialibus, conſimilibus ſetis rigidis urentibus obſitis, 3 uncias longis, vix unam latis, prope baſin rotundam, unde paulatim anguſtantur ad apicem uſque, in punctum deſinentia; ad margines profundè ſerratis, non multùm piloſis. Prope ſummos ramulos ex alis foliorum exeunt *Pediculi* tenues, ſeſcunciales, quibus adnaſcuntur *fructus*: primò parvi admodum & tricocci, magnitudine poſtea proficientes, pilis longis innaſcentibus aſperi. Unaquæque cellula ſubrotunda *ſemen* unicum ſatis grande, ſtriatum, rotundiuſculum continet.

In Caribbearum inſularum aliqua, neſcio qua, eam inveni; urentem eſſe fidenter affirmare non auſim, *Pino* tamen *Piſonis* eſſe exiſtimo.

3. Urtica racemoſa ſcandens anguſtifolia, fructu tricocco *Slon. Cat. Jamaic.* An Valli Scorigenam *H. M.* part. 2. p. 79? An Urticæfolia *Jamaicenſis* tricoccos *Muſ. Corten. Pluk. Almag.* p. 393? *Sloane.*

Caulis huic lignoſus, rubeſcens, ſtriatus, nonnihil anguloſus velut Urticæ, arbori aut plantæ cuicunque vicinæ ſe circumvolvens, & ad 6, 7ve pedum altitudinem enitens, cortice lento, Cannabino aliquatenus ſimili, veſtitus; ſumma parte in plures, 2, 3ve digitos longos, ramulos, diviſus, *foliis* creberrimis obſitos, nullo ordine poſitis, pediculis ſemuncialibus, aſperis inſidentibus, unciam longis, dimidiam latis, ad baſin ſc. rotundam ubi latiſſima, indè ſenſim anguſtatis donec in punctum tandem deſinant, ad margines profundè inciſis, & pilis urentibus denſis, undique obſitis, Urticarum vulgarium in modum. Ex alis foliorum exeunt *florum* herbaceorum racemuli ut in aliis Urticis. quibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia tricapſularia, ſingulis capſulis ſingula *ſemina* ſubrotunda rubentia continentibus.

In frutetis pratorum circa urbem S. *Jago de la Vega* copioſè oritur. *Locus.*

4. Urtica

4. Urtica racemosa humilior iners *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic semipedem longa, crassa, terræ firmiter infixa, filamentis in omnem partem longè latéque sparsis alimentum hauriens. *Caulis* bipedalis quadratus, è fusco rubescens, ramos emittens sibi mutuo oppositos. Folia prope summitates ex adverso bina, semunciali intervallo distantia, Urticeorum exactè similia, non tamen urentia. E foliorum alis racemuli flosculorum viridium, ut & fructuum exeunt, *Urticæ majoris vulgaris, J. B.* similium; apices duntaxat seu semina racemum componentia solidiora erant, plana, & minimè anguloſa.

Locus. Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, prope *D. Fonsecæ* prædium reperit Autor.

5. Urtica caule lignoso, foliis tenuioribus atro-virentibus *Slon. Cat. Jamaic.* An Urtica urens ramosa *Lusitanica Commel. Cat. Amster?*

D. *Sloane.*

Caulis huic surrectus, angularis, lignosus, fungosâ medullâ farctus, cortice lævi, è fusco rubente tectus, in 2, 3ve pedum altitudinem assurgens, nodosus, & ad nodos ramos oppositos emittens, necnon folia pariter ex adverso bina in pediculis ¼ unciæ longis, spinulis parvis urentibus creberrimis obsita, unciam longa, ¾ unciæ lata, ad basin sc. ubi latissima, unde sensim latitudine decrescunt ad apices usque; ad margines profundè incisa, tenuia, obscurè viridia.

Locus. In *Madera* insula prope oppidum *Funchal.*

6. Urtica iners racemosa sylvatica, folio nervoso *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* parva, fibrosa, fusca exoritur *Caulis* viridis, angulosus, sesquipedalis, *foliis* ad geniculà ex adverso binis vestitus, in pediculis sextantalibus, 4 unciarum longitudine, latitudine trium media sc. latissima parte, aspera, hilarè viridia, circa margines paullùm dentata, tribus costis seu nervis insignioribus, à pediculo velut communi centro per folii longitudinem decurrentibus, cum multis transversis, urticarum Europæarum nonnihil similibus. *Flores* summum fastigium occupant in fasciculum arctè stipati, subfusci, minimi, muscosi, reticulati, pulchram speciem exhibentes.

Locus. In sylvis umbrosis prope **Hope River** in *Liguanee*, & in montibus sylvosis umbraticis non procul à **Colonel Cope's Plantation** in *Guanaboa* provenit.

7. Urtica minor iners spicata, folio subrotundo serrato, fructu tricocco *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic 5 uncias longa; pro plantæ modo magna, exteriùs fusca, terræ altiùs infixa, ramulos humi stratos undequaque spargens, ad duarum unciarum spatium, foliis parvis, nullo ordine positis, pediculis ½ dig. longis innixis ipsis ¼ unciæ longis, & tantundem ferè latis ad basin ubi latissima; subrotundis, lævibus, & circa margines leviter incisis obsitos. Summus caulis in spicam *florum* terminatur, unciam longam, è plurimis purpureis flosculis coagmentatam, albi tantillo intermixto; quibus succedebant in eadem spica *capitula* tricocca, primo viridia, deinde rubentia, aspera: in singulis autem capitulis tria continentur *semina* subrotunda singula membranâ tecta. Tres istæ membranæ fructum tricoccum componunt, Heliotropii tricocci similem, sed multis numeris minorem.

Locus. In pratis *Savannas* dictis circa urbem *St. Jago de la Vega* locis arenosis ubique oritur, præsertim circa locum **Two Mile wood** dictum.

8. Urtica major racemosa humilior, pungens sed non urens *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic lignosa, rubescens, 5 circiter digitos longa, laterales aliquot fibrillas emittens, quibus alimentum haurit. *Caulis* teres, lignosus, viridis, pedem circiter altus; versùs summitatem *foliis* aliquot cinctus, nullo ordine positis, in uncialibus pediculis, ipsis 5 uncias longis, unam latis (media latissima parte) profundè serratis, & urticeorum instar asperis, coloris obscurè viridis, aversa parte dilutiore. Folia in planta quam examinavi valdè aspera erant & pungentia, verùm nullas ad fundum spinularum vesiculas observare potui ut in Urticis; verùm puncturas digitorum à duris quibusdam & albis spinulis microscopio facilè in foliis discernendis factas fuisse manifestum erat. In pediculo ad initium folii perbrevis exit petiolus, 4 folia membranacea seu petala sustinens, cum 4 vel 6 intus staminulis luteis; quibus succedit *capsula* subrotunda tribus partibus composita, quæ sponte se aperientes semina aliquot ejiciunt parva, oblonga, fusca.

Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, ex altera parte supra urbem *S. Jago de la Vega* occurrit.

9. Urtica *Zeylanica*, foliorum pediculis tenuissimis & longissimis, funiculis floriferis pariter tenuissimis, prælongis, raris flosculis donatis.

In specimine nostro sicco, à Do. *Sherard* accepto, folia Urticeis similia, bina plerunque adversa, intervenientibus pediculis tenuissimis, duas trésve uncias longis, cauli adnectebantur. E foliorum alis egrediuntur pediculi, & quidem è singulis singuli, fili instar tenues, tres quatuórve uncias longi, prope summitatem flosculos gestantes paucos, rariùs sitos, pediculo communi proximè absque petiolis adnatos, quorum formam & structuram, numerúmve petalorum in sicca discernere non licuit.

10. Cupa-

10. Cupameni *H. M.* P. 10. T. 81. Urticæ folio, flore albicante ſpicato, cui paſſim thecula bicornis inſidet, foliis in ſummitate caulem ambientibus *Commelin.* Urtica *Malabarica* tricoccos.

H. M.

In arenoſis naſcitur, altitudine trium, 4ve pedum. *Radix* parva eſt, tenuis, albicans, ſubruffa, odoris haud ingrati, ſaporis ſubamari. *Caules* tenues, rotundi, virides, breviſſimis pilis obſiti, ſapore ſubamaro. *Folia* vel majora ſunt, vel minora, majora in petiolis proveniunt, tenuibus ac viridibus, rotundiola, brevi cuſpide eminentia, in margine ſerrata, tenuia, ſubamara. Coſta cum coſtulis etiam in recta parte aliquantulum eminet. *Flores* ſpicatim petiolos ambientes, gemmulæ ſunt rotundæ, parvæ, viridi-dilutæ, albicantes, quæ in petala ſe aperiunt minutiſſima: Petiolorum floriferorum ſummitati thecula inſidet bicornis. *Capſulæ ſeminales* viridi-fcuſcæ, trilateræ, tenuiter piloſæ, ex tribus velut globulis conflatæ, ex vertice filamenta emittentes, ac cum iis folia minuſcula, cochleata, inflexa, in ſuperiori ora cuſpidibus eminentibus inciſa. *Semina* in capſulis tria, interſepimentis diſtincta, parva, rotunda, primùm albo-flava, dein rubeſcentia, tandem nigricantia. *Floret* toto anno maximè menſe Januario.

Succus cum oleo decoctus linimentum eſt antiarthriticum, dolores è lue Venerea exortos tollit, ut & impetigines: cum calce permixtus idem præſtat in morbis cutaneis. Radix trita & cumaqua calida aſſumpta cathartica eſt. Folia trita & cum aqua epota ventrem laxant, illorum decoctum auribus immiſſum earundem mitigat dolorem. *Virei.*

11. Pee-Cupameni *H. M.* P. 10. T. 82. Urticæ folio, flore tetrapetalo ramoſo, capſula triquetra *Commelin.*

H. M.

Cum priori in omnibus pæne convenit, at hæc *caulibus* eſt magis piloſis, *foliis* majoribus & oblongioribus appendentibus. *Flores* etiam ſpicati, ſed paulò majores ſunt gemmulæ; ut & capſulæ *ſeminales*, quæ tamen magis piloſæ, & *folia* cochlea taminora, piloſa, in oris dentibus confertioribus inciſa. *Semina* eadem. Sapor ut præcedentis.

12. Wellia-Cupameni *H. M.* P. 10. T. 83. Urticæ-folia *Indica* ſpicata, ſpicis longis rectis, floſculis & ſeminibus crebrioribus. An Mercurialis *Coromandelienſis*, tricoccos major, Urticæ facie, cum acetabulis *Pluk. Mantiſſ. Almag.*

H. M.

Cum prioribus ex omni parte convenit. Integræ hujus plantæ partes in nodulum collectæ, infectæ parti calidè applicatæ venenum, cucurbitularum inſtar, extrahunt; eandem ob cauſam foliorum pulvis in aqua *Oryzæ* lævigatus temporibus fricando applicatur. Succus oleo *Sergelim* permixtus Eryſipelati medetur, hæmorrhoidibus, ventris cruciatibus *Malabaribus Guinæo* dictis.

13. Urtica *Canadenſis* Myrrhidis folio *Tournefort. Elem. Bot.* Hort. Reg. Monſpel. Magnol p. 207.

Caule eſt firmo, ſtriato, villoſo, *foliis* ad Myrrhidis formam planè accedentibus colore, forma, & ad eam quæ appellatur à *C. B.* Cicutaria paluſtris latifolia, alba. *Flores* in ſummo caule in paniculis racematim naſcuntur, ut in *Urtica racemoſa Canadenſi.* Circa *Quebec* N^a. *Franciæ* caput oritur.

Hæc planta D. *Petiver* Oſmundæ aut Lunariæ ſpecies cenſetur, & in *Muſeo* ſuo n. 791. pro ſynonymo *Oſmundæ Virginianæ Cicutæ folio* ponitur, cui ego libenter ſuffragarer, ni planta illa major magiſque ramoſa eſſet.

14. Urtica minor iners *Mariana*, ſeminibus ex alis foliorum racemoſis, non ramoſis *Pluk. Mantiſſ. Almag.* p. 190. An Urtica *Mariana* mitis, ſpicâ ſpecioſa prætenui *Muſ. Pet.* cent. 5. n. 499?

Urticam è *Marilandia* allatam vidimus, duobus tantùm ad ſingulos nodos florum racemulis; Foliis noſtratium Urticarum formâ ſimilibus, non tamen ſpinulis obſitis, quantum in ſicca diſcernere potui, ſed potiùs glabris & innocuis. Racemuli floriferi è ſingulis foliorum alis ſinguli exeunt, in apice binis foliolis Urticeis velut criſtâ ornati.

D. *Vernon* & D. *Krieg* in *Marilandia* collegerunt. Denominari poteſt Urtica *Marilandica* fatua, racemulis florum ſeminúmve ad ſingula genicula binis.

P. 160. Ad Cap. De Urtica.

15. Urtica annua longiùs caudata vulgatiſſima, *Luſitanica* & *Africana*, nondum deſcripta *Griſleii Virid. Luſit.*

Lupulus [potiùs Urtica] folio trifido, fructu tricocco & hiſpido *Plumier.*

Supra arbores & ſepes ſcandendo latè vagatur, lupuli vulgaris in modum, verùm *Sarmenta* ejus minora ſunt, viridia, lanuginoſa. Genicula ſatis longè à ſe invicem diſtant, & ad unumquodque annectitur *folium*, longo pediculo inſidens, magnitudine manus expanſæ, in

tria ſegmenta ſatis profundè inciſum, & ad pediculum formâ cordis excavatum. Segmenta acuta ſunt, duos circiter pollices lata, leviter dentata, colore viridi obſcuro, ſubtus lanuginoſa, & nervis multis velut rugoſa. E foliorum alis exit ſurculus [interdum duo tréſve] prælongus & valde tenuis, extremitate ſua *Burſæ* quandam ſpeciem geſtat, duobus foliis cordiformibus ferè compoſitam, ſeſquipollicari circiter longitudine, extremitate in tres cuſpides ſectam, & ab extremo ad extremum nervis aliquot intertextam, baſin etiam duobus aliis foliis parvis & anguſtis ſtipatam. E burſæ hujus fundo exeunt tres pediculi, medio ſemper longiſſimo, quorum unuſquiſque *fructum* geſtat Ciceris magnitudine, *Heliotropii tricocci* fructûs formâ, novem parvis anguſtis & acuminatis foliis obvallatum, quæ deſuper velut conglutinata ſunt, circumcirca pariter denticulata, parvis quibuſdam pilis albentibus, & urticariorum inſtar pungentibus, ac pruritum moleſtum excitantibus, obſita. *Fructus* ſummitate ſua parvum habent *ſtylum*, capitulo parvo umbilicato tectum, colore initio viridi, poſtea flavo. In unaquaque cellula invenitur *ſemen* unicum, rotundum, album, membranâ parvâ, nigrâ, valdè tenui tectum.

Nunquam obſervare potui florem ullum in hac planta, quamvis variis in locis inſulæ *Martinique* eam invenerim.

Pag. 163. Ad Cap. de Mercuriali adde ſpecies ſequentes.

Phyllum fœminificum, Alaterni brevi, glabro folio *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 109.

Folia profert Alaterni aut Myrti valde ſimilia, nonnunquam tamen ſubrotunda, colore viridi pallido aut glauco. In fructu eandem differentiam habet cum *Mercuriali*, hoc eſt, mas teſticulatus eſt, fœmina ſpicata, *rectiùs dixiſſet*, fœmina teſticulata eſt, mas ſpicatus. Folia etiam maris anguſtiora ſunt quàm fœminæ. Planta eſt palmaris, magna copiâ in urbe * *Baſtia*, locis aridis provenit.

* *Corſicæ inſulæ.*

Mercurialis *Maderaſpatenſis* tricoccos, acetabulis deſtituta *Pluk. Phyt.* T. 205. F. 4. Fortè *Pee-Cupameni* H. M. P. 10.

Mercurialis tricoccos hermaphroditica, ſeu ad florum juncturas ex foliolis criſtatis Julifera ſimul & fructum ferens D. *Baniſter Pluk. Phyt.* T. 99. F. 4.

Mercurialis *Mariana*, Urticæ folio trinervis, floribus albis perexiguis *Pluk. Mantiſſ. Almag.* p. 129.

Ad vires Cynocrambes adde,

Herbæ hujuſce intra corpus liberaliùs aſſumptæ malignam & venenatam vim triſti experimento nuper didicimus; Siquidem à muliere quadam *Salopienſi* in agris collecta, & unà cum lardo ſeu porcina ſalita & infumata, Bacon noſtratibus dicta, frixa, & pro cœna à ſeipſa unà cum marito & tribus liberis comeſta, funeſta ſymptomata excitavit. Nam liberi poſtquam decubuiſſent, & duas circiter horas in lecto dormiiſſent, experrecti graviter ægrotârunt; igni autem à parentibus admoti, per vomitum & ſedem aliquoties purgati ſunt, & poſt ſemihoram iterum obdormierunt; omnibúſque gravi ſopore oppreſſis, unus non ante triduum exactum evigilans, & tum oculos tantùm leviter aperiens, convulſus illico expiravit: reliqui duo poſt 24 horas experrecti, ἄνω καὶ κάτω iterum purgati, evaſerunt. Vir, utpote robuſtior, & firmiore viſcerum conſtitutione, veneni vim haud difficulter eluctatus, poſt ſomnum duntaxat ſolito longiorem evigilans, ad conſuetum laborem & quotidiana munia egreſſus, non aliud incommodum ſenſit, quàm igneum in mento ardorem, cui leniendo per totum diem mentum frigidæ ſubinde immergere coactus eſt. Mulier poſt ſomnum diuturniorem aliquandiu malè ſe habuit, & ægrè tandem poſt multos dies convaluit. Cæterùm ab hac herba hominibus cavendum eſſe indicio eſt, quòd jumenta eum non attingant. Hiſtoriam communicavit D. *Sloane*, cui multum debet hoc ſupplementum.

Mercurialis *Zeylanica* tricoccos cum acetabulis *Hort. Leyd.* 687. *Herman. Kuppa Meniia Zeylanenſibus.* Folia pediculis tenuibus & longiſſimis inſident.

Mercurialis tenuifolia fruticoſa perennis N. D. Vir. Luſit.

Mercurialis fruticoſa *Luſitanica*, Amygdali folio, teſticulata & ſpicata *Virid. Luſit. Tourneſ. Inſtitut.* p. 534.

Mercurialis rotundifolia trimeſtris mas & fœmina *V. L. Ejuſdem ibid.*

Phyllon, Mercurialem fruticoſam vocat D. *Tournefort*: & D. *Magnol* Phyllon teſticulatum, plantam vivacem eſſe & per plures annos durare ſcribit, contra quàm nos opinabamur ex intuitu plantæ.

P. 164. Ad Cap. de Ambroſia.

Ambroſia maxima inodora, Marrubii aquatici foliis tenuiter laciniatis, *Virginiana Pluk. Phytogr.* T. 10. F. 5.

Ambroſia

Ambroſia (forſan) è *China*, Anguriæ foliis accedens *Ejuſdem ibid.* F. 6. An Katu-Tsjetti-pu *H. M.*? proximè deſcribenda.
Huc transferendæ ſunt

Ambroſia *Americana* inodora, foliis non diviſis D. *Baniſt. Cat. Srtip. Virgin.* ad finem *Hiſtor.* hujus, *Pluk. Almag.*

Ambroſia gigantea inodora, foliis aſperis trifidis *Ejuſdem ibid.* Virgin. maxima Platani Orientalis folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. Sect. 6. Tab. 1. Fig. 6. *Ambroſia Canadenſis altiſſima, Platani folio, hirſuta* Tournefort. Inſtitut. p. 439.

Caule firmo, pollicem craſſo, medulla farcto ad 6, 7ve pedum altitudinem aſſurgit, *foliis* donata ad genicula è regione poſitis, pedalis aut amplioris latitudinis, in varias lacinias profundas, Platani Orientalis more, ſed paulò acutiore diviſis, pediculis biuncialibus aut triuncialibus adnatis: E geniculis alii etiam *caules* ramificantur, *folia* etiam ſimilia, acutiora tamen ſuſtinentes: in quorum cymis *Flores*, ut in cæteris rotundi, muſcoſi, & quaſi vexillo galeato & viridi cooperti, ſteriles ſeu falſi, & inutiles, ſpicatim naſcuntur, & *ſemina* ſolida, quadrangularia, acuminata inter materiam herbaceam, è foliolis anguſtis in eodem caule inferiùs locatis compoſitam latentia ſuccedunt. Semina aculeata reliquarum triplo majora ſunt. D. *Bobart.*
Hujus plantæ inter ſiccas à D. *Sherardo* communicatas ramulum habemus, qui propiùs accedit ad Titulum D. *Baniſteri*, quam à D. *Bobarto* deſcripta planta, ſiquidem folia inferiora integra erant, ſuperiora in 3 tantùm lacinias diviſa.

Ambroſia maritima foliis Artemiſiæ inodoris elatior *Hort. Leyd.* 32. Seminibus è *Carolina* illatis in horto D. *Samuelis Doody* enata eſt. *Pluk. Mantiſſ.* p. 28. Humanam altitudinem aſſequitur, Foliis latioribus, viridioribus, nec tanta lanugine obductis, odore minùs vehementi. *Ambroſia* Virginiana *elatior & viridior, hortenſis facie Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 4. dicitur.

Ambroſiæ affinis è *Maderaſpatan* Perſicariæ folio, *Nonducallacres Malab. Muſ. Pet.* 605. Planta eſt aquatica, 6 aut 8 unciarum, edulis *Act. Philoſ. Lond.* N. 264. p. 287.

Katu-Tſietti-Pu *H. M.* P. 10. T. 45. Ambroſia *Malabarica* Artemiſiæ folio odoratiſſimo, floribus flavis. *Commelin. notis*, elatior, foliis Artemiſiæ atro-virentibus, aſperis, odoratis, non lanuginoſis *Slon. Cat. Jamaic.*
H. M.
Planta eſt 4 aut 5 pedum, arenoſo gaudens ſolo. *Rami* virides lignoſi, [teneriores ſubcærulei] nonnihil piloſi. *Folia* laciniata, craſſiola, plana; ſubtus, ubi coſtæ eminent, villoſa, odoris, (ut & tota planta) grati, aromatici, ſaporis ſubacris. *Flores* roſæ ſunt plano-rotundæ, ſurculorum ſummitatibus inſidentes, quorum petala oblongo-anguſta, in longitudine plicis ſtriata, ac in illarum tractu, ubi diutiùs ſe aperuerint, ſeſe findentia, flava, quæ ſingula ſtamine concomitantur viridi-flavo, ſuperiori parte furcato, quod ex pede folii theciformis emergit. *Capſulæ* ſeminales plano-rotundæ ſunt ac virides, tardè ſe aperiunt ut 4, 5ve menſes maneant clauſæ. Planta hæc ægrotantis pulvinari ſubſtrata vitæ periculum indicat, ſi indè ſomnum non capiat æger. Oleo *Zergelim* ſeu *Tzit-Elu* & vino aduſto incocta, partíque affectæ applicata empyemata & reconditos ventriculi abſceſſus antequam maturuerint ſanat; inprimis ſi ejuſdem ſuccus cum melle bibatur: cum vino aduſto & *Europæo* ſimul ac *Malabarico* Marrubio in formam emplaſtri redacta, & dolenti parti impoſita ſpaſmo medetur: cum melle jejunè deglutita Hydropem ſolvit. Ali etiam juvamenta præſtat, quæ videſis hoc in loco.

P. 165. Ad Cap. de Xanthio.

Xanthium ſpinoſum *Luſitanicum P. B. P. Flor. Bat. fl.* Luſit. laciniatum, validiſſimis aculeis munitum *El. Bot. Tournef.* Lappa minor polyacanthos ſeu Xanthium *Luſitanicum* validiſſimis aculeis munitum *Pluk. Almag. Bot.*

Folia longa, acuminata, & laciniata ſunt, ſupernè obſcurè viridia, ſubtus incana. Aculei longiſſimi, tenues, acuti, bifurci aut tridentati è caule ipſo exeunt: ut ex ſpecimine ejus ſicco à D. *Carolo Preſton* Botanico ſagaciſſimo ad me miſſo didici. *Radix* fibris plurimis capillata. *Caulis* bicubitalis, teres, lævis, brachiatus. *Fructus* oblongus, duriſſimus, innumeris ſpinulis recurvis & hamatis armatus. *Flores* ex plurimis globulis compoſiti & ope microſcopii quinqueparti apparent.
Deſcriptionem plenam *Tournefortianam* vidi apud D. *Magnol* in *Catal. Hort. Reg. Monſp.*

Arctium montanum anguſtifolium *Hiſpanicum Boccon. Muſ. Plant. rar.* P. 79. T. 69.

E ſchedis *P. Barelier.*

P. 165. Wella-Codiveli *H. M.* P. 10. T. 59. Beta Malabarica fructu lappaceo *Commelin.* Xanthium *Malabaricum* capitulis lanuginosis *Musf. Pet. cent.* 1. Ambrosia *Malabarica*, Artemisiæ folio odoratissimo, floribus flavis *Morisf. hist.* P. 3. *H. M.*

Quolibet gaudet solo. Surculi parùm lignosi, rotundi, glabri, geniculati, supra genicula ventre rubescentes extuberantes, cortice viridi-spadiceo, surculos è geniculis geminatos emittentes. *Folia* in pedunculis brevibus, interiùs planis ac rubescentibus proveniunt oblongo-rotunda, mollia, flaccida, crassiola, plana, glabra, viroris fusci & nitentis. *Costa* utrinque eminet, in foliis teneris supernè rubescens. *Flores* in surculis striatis proveniunt, suntque spicæ cuspidatæ, ternæ simul junctæ ac unitæ, furculas referentes tricuspidatas, apertæ autem globulos, rubro-miniatis purpureis nitentibus spiculis in orbem adhærentes; petalis constant 5, viridibus, cuspidatis, interiùs lanuginosis, venis viridi-fuscioribus, intus striatis; globulus in illis longiusculus & albicans *stylulum* è vertice emittens, *staminula* 5, rubro-purpureo-miniata. In singulis spicis unicum latet *semen*, parùm oblongum, complanatum, fabaceum, spadiceo-nigrum ac nitens. N. B. Rubro-miniata spicula prædicta quæ floribus subsunt, spicis matureſcentibus in orbem quaquaversum se expandunt, spicas illas Bardanæ aut Lappæ similes efficientia.

Invenitur etiam in *Africa* circa Promontorium *Capo Corso* dictum, vulgò **Cape-Coast**, ubi *Tetrephoe* appellatur. Indigenæ in jusculis decoquunt ad Diarrhœam. *Musf. Pet.* Cent. 1.

Lappula Bengalensis tetraspermos, Ribesii folio, echinis orbicularibus ad foliorum exortus plurimis simul, sessilibus *Plukenet* T. 41. F. 5. An Alcea *Indiæ Orientalis* fructu Lappaceo, folio Ribis *Breyn. Prod?*

Lappula Althæoides *Americana* Mori albæ foliis vitigineis, hirsutie ferrugineâ pubescentibus, **White-Bark** *Barbadensibus* vulgò *Pluk. Mantiss.*

Lappula *Americana* spicata, foliis amplis, fidium instar sinuatis, & eleganter crenatis, **Fiddle-weed** nostratibus dicta *Ejusd. ibid.*

Lappula ferè umbellata, Astrantiæ foliis *Virginiana Ejusd. ibid.*

P. 167. Ad Cap. de Ricino.

Ad speciem tertiam nota,

Hæc species sub titulo *Ricini majoris Americani* proponi potiùs debuit. Estque *Nhambu-guacu* seu Ricinus Americana *Pisonis* p. 180. *Nhambu-guacu* Brasiliensibus *Marcgrav.* p. 77. Ficus Infernalis *Laet.* p. 283. & aliorum. Pandi Avanacu *H. M.* ex sententia nostra in App. p. 1855. Hanc speciem sic describit *Marcgravius*:

Frutex est in multos ramos expansus: caudicis color ut in Juglande. *Folia* fert in longis pediculis, medio folii infixis, magna, in 8 aut 9 lacinias acuminatas sciſſa, per ambitum subtiliter serratas, in quarum singulas è centro folii nervus tendit secundùm longitudinem. Inferiùs eleganter sunt viridia, superiùs saturatè, ad tactum mollia, tenera, & quæ decerpta statim flaccescunt. In ramorum extremitatibus proveniunt singulares pediculi, in quibus alterna serie & spicæ formâ, in propriis petiolis proveniunt virides lævésque globuli, 5 aut 6 juxta se positi, instar uvæ, qui se aperientes exhibent *flosculos* subtiles, figurâ ut in Sambuco, sed multò minores, coloris ex albo-subflaveſcentis, copiosè in racemum elegantem congesti, odore ferè Sambuci (uti est & tota planta) facilè decidui. Floribus succedunt [*non tamen in eisdem pediculis, nè quis erret*] corpora rotunda, viridia, cinnabriis umbilicis notata, magnitudine Avellanæ, in totum hispida ut Erinaceus, 50 aut 60 in unum racemum congesta, per maturitatem nigricantia, & in 3 (rariſſimè 4) capsulas dissilientia, quarum quælibet in se continet nucem cinerei coloris, & nigro eleganter maculati, figura & magnitudine Pistaceorum. Nux, (cute cartilaginea fragili disrupta) albissimum in se continet nucleum, oleaginosum, ex quo & oleum exprimitur.

Parùm differt à Ricino vulgari, ut an specie distincta sit, meritò dubitet D. Sloane.

Ad speciei 2dæ Ricini, Curces dictæ vires adde,

Hujus 9 grana *Semina Barbadensia* nostratibus vulgo audiunt, & ad Hydropen curandam mirandarum virium esse perhibentur. Multa hujus rei experimenta à medicis quibusdam nostratibus facta sunt in Hydropicis ferè deploratis, spiritu, tinctura aut extracto ægrotis propinato, magno successu. D. *Marloe.*

Ad Ricinum tenuifolium *Breynii* adde, Flosculos fert quasi in umbella Coccinei coloris, observante D. *Sherardo.*

Ad Ricin. *Americanum* minorem adde ex *Ejusdem* observatione, Capsulas habet minores, glabras, nucleos ex puniceo punctatos.

Species addendæ,

Ricinus Linariæ folio, flore nigro, fruticescens, è *Curassau*, capsulis parvis, Cataputiæ instar, seminibus nigris aut fuscis.

Ricinus

Ricinus *Curaſſavicus* humilis & minor D. *Sherard.* Semina ſimul ac perficiuntur è capſulis exiliunt. Foliis utuntur incolæ in acetariis ad laxandam alvum.

Ad Ricinum *Africanum* maximum, caule geniculato rutilante *H. R. P.* & Eundem caule vireſcente notat D. *Sherardus*, Prior 9 minimùm pedes altus eſt, foliis ſplendentibus, obſcuriùs viridibus quàm poſterioris, qui pulvere glauco aſpergitur. Utriuſque folia pedem & dimidium lata ſunt.

Naga-Dante *H. M.* P. 10. T. 76. Ricinus *Indicus* ſemine ſpadiceo-rubro minore *Commelin.* potiùs Ricino affinis *Indica*, &c. Ric. minor *Indicus*, folio magis cuſpidato, pilis rigidioribus utrinque aſpero, ſemine ſpadiceo-rubro *Pluk. Almag. Bot.*

H. M.

Naſcitur in arenoſis & petroſis. *Stipes* craſſus; *Rami* virides, intus medullâ inſtructi. *Folia* in petiolis perveniunt oblongis, rotundis, piloſis, oblonga, in cuſpidem oblongum deſinentia, in oris dentata, pilis hirſutis utrinque aſpera. *Coſtæ* in utraque parte altum eminent. *Flores* plures congregati proveniunt; *gemmæ* ſunt parvæ, quarum petala ſurrecta, quæ ſuperiori parte ex viridi flaveſcunt. *Stylus* trifurcatus eſt, & viridi-dilutus, cujus furculæ ſupernè latiores & in medio bifidæ. *Fructus* trilaterales ſunt, quorum ſingula latera rotunda, in medio ſuturâ ſtriata, in vertice ſtylo florum trifurcato, cujus furculæ ſuturas lateris * recipiunt dotati; cuticulam habent tenuem & viridi fuſcam, quæ cartilagineum, craſſum, & durum involvit corticem, intra quam tria in diſtinctis loculis continentur *ſemina*, oblonga, exteriùs convexa, coloris ſpadiceo-rubri, capitulo candido in vertice ornata. *Folia*, radix atque fructus tantâ purgandi pollent energiâ, ut ſolus odor catharſin excitet. Folia extrinſecùs applicata articulari medentur morbo. **fortèreſpiciunt.* *Virez.*

Jo. Commelinus ad Ricinum refert hanc plantam, cum quo fructu tricocco & vi purgatrice convenit, aſt florum ſitu differt, ſi fructus in vertice ſtylo florum dotati ſunt, ut deſcriptio habet.

Ricinus minor Staphiſagriæ folio, flore pentapetalo purpureo Slon. Cat. Jamaic. Braſilianus perennis, flore purpureo, folio Staphidis agriæ nonnihil ſimili *P. B. P.* An Ricinus *Americanus* Hucipochotl *Huaxacenſis Hernandez?* & Ric. *Americanus* folio Staphidis agriæ *C. B.* p. *App?* An Ric. *Indicus* piloſus trifidus vel quinquifidus floſculis purpureis in umbellam aggregatis *Pluk. Phytogr.* T. 55. F. 2.

D. *Sloane.*

Radix hujus alba, recta, pyramidalis, duas uncias longa, paucis fibris appenſis alimentum hauriens. *Caulis* bipedalem altitudinem rarò ſuperat, in ramos diviſus in omnem partem diffuſos, incurvos, uti eſt & caulis ipſe, cortice fuſco pallidiore tectos. *Folia* longis ſcabris pediculis innixa, in 5 apices perpetuò dividuntur, ſuperiora ſc. & in planta adulta; juniora in 3 lacinias rubeſcentes; Staphidis agriæ ſimilia, & aliquatenus etiam *Mandihocæ*, unde nomen vulgare **Wild Caſſada**, in omnibus noſtris Coloniis uſitatum. Coloris autem ſunt obſcuri aut intenſè viridis, odoris ingrati. *Flores* in ramulorum faſtigiis, multi ſimul coacervati, brevibus pediculis inſident, pentapetali, purpurei, ſtaminibus luteis, perexigui; quorum ſingulis ſuccedit fructus triquetrus, cortice muricato fuſco-obſcuro tectus; ſub quo latitant tria dura, lutea, putamina, ſinu quodam ad exteriorem angulum depreſſo unumquodque ſemen unicum oblongum, aliorum Ricinorum ſimile, coloris cinerei lucidi cum duabus viridibus auriculis & pulpâ alba, includens.

In pratis *Savannis* dictis ubique in *Jamaica* inſula provenit, ut & in omnibus *Caribbæis*, & *Americæ* continente. D. *Sloane.* Uſitatiſſimum eſt & fere generale tenuioris conditionis hominum remedium pro ventris dolore ſicco. Folia à 7 ad 21 decoquunt, & decoctum bibunt, quod alvum movent aliis medicamentis nequicquam proficientibus. Nec non apud noſtrates ſolum, ſed & *Hiſpanos Americæ* incolas in uſu eſt. *Virez.*

Ricinus lacteſcens, Fici foliis, ſpinulis mordacibus armatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 220. F. 3. humilis lacteſcens, Fici foliis, flore lacteo pentapetalo, caule, foliis & capſulis ſeminalibus ſpinulis Urticarum more pungentibus armatis *Baniſteri.* Tithymaloides Americanus lacteſcens & urens, floribus albis P. *B. P.* Frutex innominatus pungens & urens *Marcgr.* l. 2. p. 79. *Brancamos* Luſitanis. *Hort. Amſt. rar.*

Radix ei alba, ſucco lacteo acri turgida. *Caudex* in ramos diviſus, liratus, 2 uncias craſſus, in 5 pedum proceritatem attollitur, cortice dilutiore virore perfuſo amictus, & infinitis ſpinulis undique obſeſſus. *Folia* incondita, ſpinulis tenuiſſimis mordacibus & urentibus itidem obſita, pediculis longioribus fulta, formâ vitis foliorum æmula, in tres, quatuórve lacinias dirempta, quarum ſingulæ margine ſerratæ nervo gaudent ſecundùm longitudinem protracto. *Flores* menſe Julio prodeuntes hexapetali ſunt, colore candido, quorum umbilicum occupant *ſtamina* varia. Floribus marceſcentibus, ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* tricapſularia, in quibus tria quoque *ſemina*, Ricini vulgaris ſimilia, aſt minora, extus coloris cinerei, punctulis coloris ſpadicei permixta. Interior medulla candida, ſapore acri prædita, quo non ſolùm tota planta eſt imbuta, verum etiam urit, pungit, doloréque diuturno minacibus ſuis ſpinulis afficit tangentium manus, chirothecis coriaceis quantumvis munitas.

Perennat

Perennat hæc planta in climate noſtro duriore, ſemen maturum & perfectum producens, ſi modò cautè à frigore muniatur, cujus impatiens eſt.

Hæc planta foliorum figurâ & ſeminis formâ ad Ricinum accedit, ſpinulis urentibus ad Urticam, lacte acri ad Tithymalum; fructu tricocco tam Ricinum quàm Tithymalum refert. Cùm ergo Fructus floribus contigui ſint, præter Ricinorum normam, rectiùs me judice ad Tithymalum refertur quàm ad Ricinum.

Ric. dulcis arboreſcens Americanus, *Populnea fronde argentea, ſeu foliis Populi nigræ argenteis* Breyn. Prod. 2. Ricini fructu arbor *Curaſſavica*, foliis Zizyphi argenteis, *Zeylanica P. B. P.*

Ric. Arbor, fructu glabro, grana Tiglia *Officinis dicto P. B. P.* ubi & Synonyma. vide. Cadelavanacu *H. M.* Hæc planta in *Hiſtoria* noſtra ſub diverſis nominibus bis térve repetitur. Vide Emendanda. Hujus plantæ ſemina, *Mexicana ſem.* nonnullis dicta, in vermibus enecandis & expellendis admirandarum virium eſſe comperiuntur & in uſu frequenti ſunt contra lumbricos, alioſque in genere vermes humanum corpus infeſtantes apud *Americanos*, & nuper etiam noſtrates medicos. V. chartas à D. *Marole* editas.

D. *Sloane* in Catalogo Plantarum *Jamaicenſium Mandiocam Indorum*, è qua panem *Caſſava* dictum conficiunt, ad *Ricinum* refert, titulo, Ricini minoris, cujus duas ſpecies proponit.

1. *Ricinus minor, Viticis obtuſo folio, caule verrucoſo, flore pentapetalo albido*, ex cujus radice tuberoſa, ſucco venenato turgida, *Americani* panem conficiunt.

2. *Ricinus minor, Viticis anguſto mucronato folio, caule verrucoſo flore pentapetalo albido*, ex cujus radice tuberoſa, ſucco venenato turgida Americani panem conficiunt *Slon. Cat. Jamaic.* Hiuccæ ſive Mandiocæ genuinæ *Mexicanæ* foliis Cannabinis ſpecies 2. *Park. Theat.* p. 1624. Cum priore ſeritur.

Ricinus folio Althææ molli & incano, Maderaſpatanus *Pluk. Phyt.* T. 120. F. 5. Hujus deſcriptionem vide Moris. hiſt. P. 3. p. 349. D. *Petiver* Act. *Philoſoph. Londin.* N. 244. p. 318. Hanc plantam eandem eſſe ait cum Schorigenum *H. M.* Vol. 2. Tab. 39. p. 73. cui & nos aſſentimur.

Ricinus Orientialis *fructu villoſo, puritum excitans hirſutie capſularum* Couhage-nut *nuncupari meretur, Pluk. Mantiſs.*

Ricinus arboreſcens Æthiopicus fructu calyculato trianuglari, parvo, ternis ſpinulis duris, lignoſis aculeatis (ad ſingulos angulos ſingulis) munito, granis atro-nitentibus Pluk. Mantiſs. Apud D. *Robertum Uvedale conſpexit.*

Ricinus Surinamenſis, *foliis radiatis amplis, ad centrum pene diviſis, fructu ficiformi* Moriſ. hiſt. P. 348. Hujus *folia* in pedalem latitudinem extenſa, ſuperiùs viridia, glabra, inferiùs ad cinereum glaucúmve colorem tendentia, pediculis pedalibus inſidentia, ex 10, 12ve radiis ad medietatem pœne diviſis, uncialis plus minus latitudinis, compoſita ſunt: qui quidem radii frequenter uno margine plano donati, cùm alter oppoſitus in dentem longum & acutum, imò uncialem unum aut alterum laciniatus eſt: interdum etiam utrinque ad eundem modum diviſi ſunt, in longum cuſpidem deſinentes. Fructus nobis traſmiſſus glaber erat, ficiformis, ſeu ex anguſto principio in pollicarem latitudinem intumeſcens, in 3 cellas, ut in aliis fit, diviſus, quarum quælibet ſemen ſingulare, ſatis magnum, ſubnigrum continet. D. *Bobart.*

Ricinus parvus urens, foliis Quercinis, Virginianus D. *Baniſter Pluk. Phyt.* T. 107. Fig. 5. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Planta hæc dodrantalis & pedalis, erecta, *cauliculo* diviſo rariùs aſſurgit, villo urenti obducto. *Folia* huic ſine ordine, pediculíſque deſtituta, uncialia & biuncialia, latiuſcula, Quercina, quibuſdam laciniis denticulationibúſve ſinuata apponuntur & ad foliorum exortum auriculæ binæ acutæ adnaſcuntur. E foliorum ſupremorum alis petioli rariores *flores* & *capſulas* ſeminales parvas triquetras rotundiuſculas gerentes proveniunt. D. *Bobart.*

Notat D. *Plukenet* in *Almageſt.* p. 320. quòd Folia præſertim ubi Flores emittit, fert ſingulatim; & non è foliorum ſinu ſed ex oppoſita caulis parte ramulus extruditur vix uncialis, julo è floſculis plurimis tripetalis luteis (at ſterilibus) compacto ornatus; ad cujus baſin pediculo craſſiuſculo ſuffulta creſcit capſula ſeminalis, ſtaminulo trifurco coronata, atque tribus parvis & ſubrotundis ſeminibus, Ricino animali non diſſimilibus gravida.

Ricinus aromaticus ſpicatus *Indiæ Orientalis* folio Circææ, ſpinis ad imum duplicatis armato, Laccam in granis fundens *Cappæthiia* à Cingalenſibus dicta *Pluk. Almag. Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 349.

Folia ad uncialem & biuncialem intercapedinem, alterno ordine ſita ſunt, petiolis uncialibus & biuncialibus inſidentia, ad petiolum ſubrotunda, binas aut ternas uncias lata, in mucronem exporrecta, in ambitu leviter dentata. *Flores* ſpicatim & racematim in ſummo proveniunt,

veniunt, parvuli, quorum color in planta ſicca haud facilè percipitur. *Fructus* parvi, rotundi, exteriùs villoſi ſunt, & Ricinorum ritu in 3 partes per maturitatem ſe aperiunt, & tria ſemina incluſa Cannabinis æqualia, demonſtrant. Hæc planta D. *Hermanno* Ricinus *Indicus* fruteſcens, Laccam fundens, *Wælkappæthya* Zeylanenſibus, dicitur. Siccatam, chartis agglutinatam, D. *Hermanni* manu hoc Titulo inſcriptam, nobis commodavit D. *Sherard.*

Ricinus arbor aromatica, fructu glabro, media, *Kæppæthya.* P. *Herman.*

Major eſſe videtur præcedente. *Folia* majora & ſolidiora. *Ramuli* ut & foliorum pediculi brevi & denſa incana lanugine obſiti. *Flores* in ſummis ramulis in tam longas ſpicas non excurrunt. Plantæ hujus ſpecimen ab ipſo D. *Hermanno* collectum & exſiccatum nobis oſtendit. D. *Sherard.*

Ricinus fructu parvo, fruticoſa *Curaſſavica*, folio Phylli *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 107.
fruticoſus *Curaſſavicus*, fructu parvo, folio Phylli *Moriſ. hiſt.* P. 3. 350.

D. *Bobart.*
Cauliculi huic pedales, lignoſi, tenues, nunc erecti, nunc humi procumbentes, Halimi vulgaris ſimiles, tomentoſa candida lanugine, ut & *folia* obſiti, quæ quidem folia uncialia, ovalia, pediculis ſemuncialibus & uncialibus inſidentia, inordinatim, (interdum enim è regione, interdum etiam alternatim) cauliculis modò diviſis, modóque indiviſis, ſparguntur. *Flores* exigui, rarò niſi in caulium ſummitatibus naſcuntur, quibus capſulæ ſeminales parvæ rotundæ, tomento albicantes ſuccedunt. Flores, obſervante D. *Sherard*, pallidè virentes ex parvis apicibus luteis, quibus 5 foliola parva herbacea ſubſunt, conſtructi ſunt, 5 vel 7 conglomerati, ſemidigitalibus pediculis inſidentes. *Fructum* habet tricoccum inſtar Ricini ſub hirſutum albidum ſeu cinereum, *ſemina* cannabinorum magnit. fuſco-cinerea glabra, lucida lineolis & punctis cinereis notata.
In Horto Regio *Hamptonienſi* colitur.

Ricinus *Madraſpatanus* quinquifidis durioribúſque foliis in margine ſpinoſis. *Pluk. Phyt.* T. 108. F. 3. *Moriſ. hiſt.* P. 3. 347.

D. *Bobart.*
Hujus exemplar à D. *Gyfford* acceptum, ſtipitem monſtrat, aliorum conſimilem, cujus ſummitas pilis longis foliaceis, imò uncialibus, veſtita eſt. Inter hos pediculi exeunt palmares, quibus *folia* glabra rigidiuſcula, palmum lata, in 5 partes unciales diviſa, in ambitu ſpinulis innocuis crenata inſident. Laciniæ verò ad centrum uſque non deſcendunt, una ſolùm ad pediculum, (ut in Vitis folio res habet) ſecta eſt.

Ricinus minor urens, cannabinis foliis, triphyllos, è *Maderaſpatan* Pluk. Phyt. T. 120. F. 5. An Urtica Indica pentaphyllea *Ciaſſi Mich, Nutii Catal.* Moriſ. hiſt. 3. 348.

D. *Bobart.*
Caule erigitur recto, tenuiore, molli lanugine pubeſcente, qui *folia* alternatim pediculis uncialibus inſidentia, anguſta, trifida & Cannabina, acuta hirſutie piloſa, in ambitu dentata emittit. E foliorum alis in petiolis biuncialibus proveniunt *flores* cum fructibus trifidis, parvis, rotundis, piloſis, qui calyci quinquepartito & ſtellato piloſóque inſidentes, petiolo arcte adhærent.

Ricinus minor aſperior, *Alceæ Venetæ* foliis aliquatenus accedens, *Madraſpatanus Pluk. Phyt.* T. 120. F. 2. *Moriſ. hiſt.* 3. Pag. 348.

D. *Bobart.*
Elegans hæc planta in collectione D. *Du Bois* obſervata, in cauliculo pilis exaſperato *folia* habet è pediculis brevibus provenientia, in tres lobos inſeparatos diviſa, margine crenatos & obtuſos, quorum medius, ut in Alcea *Veneta* videre licet, in inſignem longitudinem porrectus eſt. Ad petioli exortum binæ prodeunt auriculæ foliaceæ, & ex earum alis petioli nudi unciales & biunciales, in iis *fructus* unus vel alter parvus, ex tribus ſeminibus rotundis conjunctis conſtructus ſuſtinetur.

Ricinus *Madraſpatanus* flore purpureo, trilobato folio, mitibus denticellis crenato *Pluk. Phyt.* T. 220. F. 4. *Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*
Huic *caulis* in ſuperiore parte, ad pediculorum triuncialium alas, pilos longos confertos emittit, *Folia* trifariam partita, glabra, integra in fundo, in margine denticulis muricata ſunt. *Flores* in ſummitate ex quinque petalis purpureis conſtructi, non racematim ut in vulgari, ſed variis petiolis corymbatim ſparſi ſunt, quibus vaſcula ſeminalia, ut in aliis triquetra, glabra ſuccedunt.

Ricinus urens *Marilandicus* foliis aceris tripartitis.

Hujus folia à D. *Sherardo* accepi, qui ab omnibus à P. *Plukenetio* ſculptis diverſumeſſe aſſerit; viridior eſt & lævior quam *Brancamos Luſitanorum.*

Ricino

Ricino affinis odorifera fruticosa major, Rosmarini folio, fructu tricocco albido. **Wild Rosemary or Spanish Rosemary.** *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fruticis hujusce *truncus* brachii humani crassitudine est, cortice lævi, dilutè fusco tectus ad 5 pedum altitudinem assurgens, multis *ramis* albis brachiatus, *foliis* pluribus simul agminatim junctis ad digitalia circiter intervalla obsitus; quorum unumquodque duas uncias longum est, quadrantem unciæ latum, supernè viride, subtus albicans, pediculo albo $\frac{1}{8}$ unciæ longo insidens, principio angusto, ínque punctum desinens. Ramorum summitates, ad trium unciarum longitudinem *floribus* parvis albis densè obsitæ sunt, velut spicatim dispositis, è multis staminibus in capsula alba pentaphylla, vel intra 5 petala è viridi albicantia compositis; quibus succedunt *fructus* tricocci, cauli arctè adhærentes, læves, albicantes, Chamælææ tricoccæ majores, singulis alveolis singula semina fusca nitentia continentibus. Tota planta grati admodum odoris est.

Locus. In collibus **Red-hills** dictis ubique frequens occurrit, necnon prope **Passage-Fort** viâ qua illuc ab urbe S. *Jago de la Vega* tenditur.

In omne genus balneis medicatis usurpatur, ínque fomentationibus pro cruribus hydropicis.

Ricino affinis odorifera fruticosa minor, Teucrii folio, fructu tricocco, dilutè purpureo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Ricini fructu parvo fruticosa *Curassavica*, folio Phylli *P. B. P? Pluk. Phytogr.* T. 167. F. 6. An Teucrii foliis frutex *Curassavicus P. B. P?* 380. *Pluk.* T. 228. F. 4.

D. *Sloane.*

Ramulos aliquot lignosos emittit, 4 aut 5 pedes longos, interdum rectà assurgentes, aliàs humi procumbentes, cortice cinereo tectos. Summæ virgæ *foliis* in orbem dispositis cinguntur, $1\frac{1}{2}$ digit. longis, unum latis, ovatis, circa margines crenatis, colore viridi obscuro, Chamædryos nonnihil simili. *Flores* sex viridiusculis staminibus, ex eodem centro exeuntibus, calice viridi pentaphyllo obvelatis constant, ex alis foliorum egressi, perbrevibus pediculis; quibus succedunt *Fructus* tricocci, pilosi, parvi, ad magnitudinem fructûs Heliotropii tricocci postea augescentes: à quo differunt quòd læves sint, & coloris pallidè purpurei amœni.

Folia hujus plantæ compressa, valde odorata sunt.

Locus. In sylvula prope urbem S. *Jago de la Vega* dictam inter arbores crescentem invenit D. *Sloane.*

Ricinoides arborescens *Madraspatana*, Cotini foliis *Act. Philos.* N. 244. p. 332. 40. item, N. 276. p. 1018. pl. 212. D. *Petiver.*

Ad 5 aut 6 pedum altitudinem assurgit, carpi crassitudine. Decoctum in aqua cum butyro melancholiam hypochondriacam & hystericam passionem lenit, & aufert. *S. Brown.*

Ricinus Americanus fœtidus, Balloten olens, Scammoneæ foliis punctatis, ferruginea lanugine obductis, Balsamum caprarium *Antegoanis* & *Nevisensibus* dictus, *v.* Balsamum caprarium.

Omnes hæ plantæ veræ & genuinæ Ricini species non sunt, sed ob fructum præcipuè tricoccum, aliquæ etiam ob foliorum similitudinem, eò referuntur.

P. 168. Ad Cap. de Helleboro albo.

Helleborus albus minor botrytis, Ephemeri Phalangoidis *Virginiani* foliis, magna sui parte caulem vaginantibus, floribus amplioribus atropurpureis, ex *Angola Pluk. Mantiss.*

P. 177. Ad Cap. de Lapatho.

Planta, Rhabarbarum *Chinense* longifolium, sive Rhabarbarum longifolium vel verum *Matthioli Abrahamo Muntingio* dicta, an Rhabarbarum verum Officinarum sit ut in Historia scripsi, jam dubito, cùm ex sententia D. *Hermanni* & aliorum Rhabarbarum verum (ut rectè *Parkinsonus* noster) Hippolapathum maximum rotundifolium exoticum sive Rhapontico cum *Thracicum* sit: cujus duas species seu varietates observavi; alteri enim semina soluta erant, triquetra, maxima, coloris Bætici seu castanei aut ruffi, pulchrè splendentia; alterius seminibus tria interiora floris folia fortiter adhærebant & adnascebantur, ut in Acetosa minore lanceolata seu ovilla.

Lapathum maculatum *Lusitanicum Grisleii Virid. Lusit.*

Lapathum aquaticum angustissimo acuminato folio *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 104. An Lapathum anthoxanthon seu folio acuto, flore aureo? ut D. *Plukenet* opinatur.

Planta isthæc initio *folia* profert in terram strata, angusta, longa, Luteolæ similia; postea cùm adolevit ulnæ longitudine supra terram attollitur: folia autem non multùm augentur, nisi longitudine, tumque formam acutam accipiunt. Extremos ramulos occupant *Flores* & *semina* densè stipata, ad modum reliquorum Rumicum.

In

In paludibus *Moraviæ* & aliarum *Germaniæ* provinciarum exit. *Nihil video in hac deſcriptione quod non conveniat Lapatho anthoxantho*: proinde cum D. *Plukenet* conſentio eandem plantam eſſe.

Lapathum longo anguſtóque folio, Anthoxantho plurimum accedens, verticillis rarioribus caulem cingentibus, ſemine majori *Plukenet. Mantiſſ. Almag.* In compaſcuo quodam pone *Weſtmonaſterium* Cuthill-Fields vulgò vocato.

Lapathi anthoxanthi ſummis ramulis aliquatenus accedens Planta cauſtica *Indiæ Orientalis, Kalurëve* Malabarorum *Plukenet. Mantiſſ. Almag.*

Lapathum maritimum fœtidum *C. B. pin. & prod.* D. *Plukenet* Acetoſæ veſicariæ perennis repentis, foliis longis ſinuatis *Moriſoni* ſynonymum facit *Almag. Bot.* p. 8.

Lapathum anthoxantho ſimile *Maderaſpatanum Pluk. Almag. Bot.*

Lapathum *Noveboracenſe* ſemine nigro *Flor. Bat. fl.*

Lapathum folio oblongo paludoſum *Belgicum Hort. Lugd. Bat. Herman. Munting.*

P. 181. Ad Cap. de Acetoſa add.

18. *Acetoſa rotundifolia repens* Eboracenſis, *folio in medio deliquium patiente* Moriſon. An *Cambro-britannica* montana *Park*? Round-leaved Mountain Sorrel. Copiosè provenit juxta ſcaturigines aquarum in cautibus clivoſis montis *Snowdon*, ſupra vicum *Lhanberys*, necnon ad rivulos in confragoſis rupibus montis *Cader-Idris* ſupra lacum quendam *Llin-y-cau* dictum, obſervante D. *Lhwyd*, qui Acetoſam Cochleariæ folio montanam eam vocat. Eandem in *Weſtmorlandiæ* & *Cumberlandiæ* montoſis obſervavit D. *Lawſon*. Ni fortè diverſa ſit *Weſtmorlandica* à *Wallica* Acetoſa: ſiquidem *Wallica* à Generoſo quodam in hortum tranſlata (ut nos monuit D. *Lhwyd*) poſt duos tréſve annos culturâ faciem mutavit, & *Acetoſæ Romanæ* vulgaris rotundifoliæ vultum & formam induit, ut ab eâ dignoſci ampliùs nequiret: verùm *Weſtmorlandica* in hortis culta ſpeciem non mutat, ſed in multos annos invariata perſeverat. Hæc planta ab *Acetoſa ſcutata repente*, *C. B.* ſpecie diverſa videtur, non (ut olim opinabar) eadem: folia quippe obtinet ſubrotunda Cochleariæ ſimilia, & in medio deliquium patientia (ut loqui amat *Moriſonus*) hoc eſt ſinu quodam excavata. Cæterùm D. *Plukenet* in *Almag. Bot.* non ſolùm Acet. ſcutatam repentem *C. B.* ſed & rotundifoliam Alpinam *Ejuſd.* pro eadem cum hac planta habet.

19. Acetoſa *Cyrenaica* anguſtiſſimo & longiſſimo folio *Schol. Bot.* An Acet. *Virginiana* anguſto longoque folio *Pluk. Almag. Bot*?

Ad ſpeciem 15tam nota; Acetoſa *Cretica* ſemine aculeato *C. B.* non eadem eſt (ut opinabar) cum Acetoſa *Neapolitana* Ocimi folio Συκεφαλησφέρω *Col.* verùm diverſa; monente D. *Jacobo Breynio* Botanico peritiſſimo, qui utramque coluit & obſervavit *Prod.* 2.

Acetoſa arborea foliis minoribus & magis acuminatis Pluk. Mantiſſ. Chittra-mullum Malabarorum, & *Coadevalle* Gentilium *Indorum*. An Katapa *H. M.*
Oxalidem max. montanam *Cluſ. hiſt.* 2. p. 69. D. *Plukenet* eandem plantam facit cum Ribe legitima *Arabum Ejuſdem Cluſ. hiſt.* 120. Vid. *Mantiſſ. Almag.*

Acetoſæ rotundifoliæ Alpinæ *C. B.* adde locum. In muris Noſodochii quod in monte majore *Bernhardi Helvetiorum* eſt, provenit.

Acetoſa radice Lapathi 1. & 2. *Luſitanica* N. D. *Vir. Luſit.* Griſleii.

—— maxima, radice prælonga tuberoſa N. D. *Ejuſdem.*

—— anguſtifolia, rad. prælonga tuberoſa N. D. *Ejuſdem.*

—— laciniata amara ſupina *Ejuſdem.*

—— rotundifolia viminea *Luſitanica* N. D. *Ejuſdem.*

—— annua minor, *Azedas* N. D. *Ejuſdem.*

—— minima auriculata, ſemper virens *Ejuſdem.*

—— annua *Luſitanica* Ocimifolia *Munting. Herbar. Belgic.*

Acetoſa Alpina minima, foliis Aſari *Ambroſin. Cat. Hort. Bonon.* An Acet. montana, lato Ari rotundo folio *Bocc. Muſ.*? mox deſcribendæ.

Exigua eſt planta, *radice* parva fibroſa, foliis Aſaro ſimilibus, rotundioribus tamen ac minoribus, prælongis, nitentibus pediculis. *Cauliculum* edit unicum, tenuem, palmarem, circa quem in modum ſpicæ alternatim diſpoſiti *floſculi* numeroſi ſpectantur, exigui, muſcoſi: quibus *ſemen* ſuccedit tenuibus membranis incluſum, rotundam formam repræſentantibus. Tota planta ſapore eſt acido.

In Alpibus *Lucenſium* provenit : item ſupra *Cimonis* montis ſupercilium Septentrioni oppoſitum in *Mutinenſium* Alpibus abunde.

Acetoſa arboreſcens, ſubrotundo folio, ex Inſulis *Fortunatis Pluk. Phyt.* T. 252. p. 3. Oxalis (fortè) rotundifolia à *Rovilio* picta *Ponæ*. & Lunaria magorum Arabum *Ponæ Ejuſ. Deſcript. Montis Baldi ad finem.* Lunaria Magorum Arabum *J. B.* Tom. 2. Lib. 24. p. 994. *Lob.* Obſ. 470. & Icon. 808.

Hujus ſynonyma è D. *Plukenetii* Almageſto mutuati ſumus. Planta ipſa in Hortis *Londinenſibus* colitur, cujus ramulum nobis oſtendit D. *Steward*, donavit D. *Sherard*, qui in Hortis noſtris ad 8 aut 10 pedum altitudinem aſſurgere ſcripſit, *caule* pollice humano craſſiore. Folia in caule & ramulis alternatim ſita, ſubrotunda, aut triangularia angulis ſubrotundis, 2, 3ve uncias interdum longa, & totidem propemodum lata, glabra, per margines æqualia, pediculis longis, è membranula caulem obvolvente ortis, ut Perſicaria, fulta. *Flores* ſummos occupant ramulos in ſpicis peculiaribus laxis & ramoſis ſparſi, perexigui. *Semina* triangularia.

Acetoſa minor erecta, lobis multifidis *Boccon. Muſ. Plant. rar.* T. 126.

Spithamiæam in locis ſaxoſis, in lætioribus pedalem altitudinem aſſequitur. Ab aliis omnibus ſpeciebus differt parvitate ſua & auriculis ſeu lobis foliorum, quæ laciniata ſunt & multifida.
In *Calabria*, ínque montoſis *Maſſæ* & *Carraræ* oritur.

Acetoſa montana pumila, Fegopyri folio *Boccon. Muſ. plant. rar.* p. 165.

Altitudo ſpithamiæâ paulò major : Folia brevia Fegopyri *Dod.* radix perennis. In Alpibus *Bononienſibus* provenit.

Acetoſa montana, lato Ari rotundo folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 164. T. 126.

Altitudo circiter pedalis, Folia Ari ſimilia, verùm ſubrotunda, venoſa, quo à congeneribus differt. Planta eſt perennis. In montoſis & Alpibus *Bononienſibus* oritur.

Acetoſa minor ſupina, lobis laciniatis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 164.

Foliorum diviſuræ tenues ſunt, acutæ, & aliquantulum hirſutæ. In ſaxis Turris & tuguriorum ex adverſo inſulæ *Fimmini*, à *Capaci* in *Sicilia* duobus milliaribus diſtantis, exit.

Acetoſa montana, Mali Limoniæ folio, flagellis ramoſis *Bocc. Muſ. plant. rar.* p. 164. T. 126.

Pedali altitudine ſupra terram elevatur, *foliis* caulem cingentibus oblongis, Limoniæ. Juba ſeu ſpica ramoſa eſt, radix lignoſa. In Alpibus S. *Benedicti* in *Etruria* obſervavit.

Acetoſa montana, folio undulato, flagellis non ramoſis *Bocc. Muſ. Plant. rar.* p. 164. T. 126.

Folia profert ampla, rigidiuſcula, breviuſcula & undulata : *Flores* ſpicatos ſpicâ recta, ſimplici & non ramoſa, quo differt ab Oxalide criſpa *J. B.*
In montibus invenitur, & prope eremum *Camaldulenſium* in *Etruria*.

P. 180. Plant. 14.

Acetoſam arvenſem lanceolatam *C. B.* & lanceolatam anguſtifoliam repentem *Ejuſdem*, ſpecies Acetoſæ diverſas eſſe cultura ſatis comprobat, inquit D. *Magnol*, in *Cat. Hort. Monſp.* Idem confirmat D. *Tournefort* in *Hiſt. Plant. circa Pariſios naſcentium.*

P. 183. Ad Cap. De Fegopyro.

3. Fegopyrum *Marianum* folio ſagittato, caulibus & pediculis ſpiniferis *Muſ. Pet.* 401. Fagotritico ſimilis, anguſtiori folio, Convolvuli modo ſcandens, caule ſpinulis deflexis denſiùs obſito *Pluk. Mantiſſ. v.* paulò infra *Perſicaria Marilandica*, &c.

4. *Frumentum* Saracenicum *maximum Americanum Hort. Lugd. Bat. Herman.* Helxine latè ſcandens, ſeminibus majoribus D. *Baniſter*. Fago-triticum volubile majus *Virginianum Pluk. Phyt.* T. 177. F. 7. Convolvulus niger *Virgiaianus* major *Hort. Oxon. Ejuſd.*

Fegopyrum ſcandens ſeu Volubilis nigra major, flore & fructu membranaceis ſubrotundis compreſſis, *Slon. Cat. Jamaic.*
D. *Sloane.*

Caules habet teretes, rubros, ſucculentos, quibus aut arboribus aut fruticibus vicinis ſe circumvolvit, ad 7 aut 8 pedum altitudinem aſcendens. Ad uncialia aut ſemuncialia intervalla versùs faſtigium caulis *folia* emittit alterna, pediculis $\frac{1}{4}$ unciæ longis inſiſtentia, ſeſcunciam

cunciam longa, ad basin unciam lata, ferè triangularia, cordis formâ, Convolvuli nigri semine triangulo *C. B.* folia valde referentia. Ex alis foliorum versùs summitates exeunt *flores* multi simul in spicis 3 uncias longis, brevibus pediculis hærentes; rotundi, compressi, in medio protuberantes, virides, membrana tenui alba cincti, Pastinacæ seminum similes; cúmque in *semen* maturum evadunt, non differunt formâ ab eo quod videbantur prima germinatione cùm flores essent, nisi quod tantillo ampliora fiant, parsque protuberans à viridi in fuscum colorem mutetur.

Inter arbores prope ruinas monasterii cujusdam juxta oppidum S. *Jago de la Vega* inter frutices invenit D. *Sloane.*

Fegopyrum *Chinense*, Bistortæ folio *Mus. Pet. num.* 400.

P. 184. Ad Caput de Persicaria.

Persicaria mitis, maculis Ferrum equinum referentibus *Schol. Bot. Pluk. Almag.* Varietas est, non species distincta.

Persicaria latiore folio, floribus candidis *Ejusdem.*

Persicaria angustifolia *C. B.*

Persicaria mitis major, foliis pallidioribus D. *Bobart.* Dead Arsmart the greater with pale leaves.

Planta est erecta, tripedalis, *caule* digitum crasso, geniculis protuberantibus, & in arbusculam quasi fruticescens. *Folia* palmaria sunt & dodrantalia, binas uncias lata, pallida, albedine aspersa, nunc maculata, nunc immaculata. *Spicæ* quàm vulgari crassiores, ponderosæ, unde & frequenter deorsum dependent. *Semina* quoque majora sunt. In the Land and Furrows of Hedington-field, above S. *Bartholmews* Hospital, half a Mile from *Oxford* sufficiently plentiful. A D. *Jacobo Bobart* observata & descripta est.

Persicaria Alpina, folio nigricante, floribus albis *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 27. p. 34.

Pedali altitudine supra terram assurgit, *foliis* nigricantibus & persæpe conjugatis Caulem cingentibus. In montibus *Pistoiæ, Lucæ & Garfignanæ* nascitur.

Persicaria altera Alpina, pallidioribus, longioribus & acuminatis foliis ex *Corsica. Bocc. Mus. pl. rar.* p. 35.

In monte *Asinaio* è *del Coscione* in *Corsica* nascitur, inter saxa, pede Geometrico paulò elatior. *Folia* profert longa, lata, acuminata, dura, colore viridi pallido.

Persicaria Alpina altera saxatilis, foliis durioribus acutis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 108.

In saxosis montis *Asinaii* in *Corsica* oritur. *Folia* producit duriuscula, figurâ Aurantiacorum, aut *Lepidii* Pauli, pallidiuscula, extremitate acuta; *Flores* albos. Planta est pedalis: in iconibus inscribitur Persicaria altera, Lepidii Pauli foliis *Bocc. M. P. R.* T. 83.

Persicaria seu potiùs Fegopyrum *Marilandicum* caule spinulis aspero, foliis ad Phyllitin accedentibus Fagotritico simili, angustiori folio, Convolvuli modo scandens, caule spinulis deflexis densius obsito *Pluk. Mantiss.* Fegopyrum *Marianum*, folio sagittato, caulibus & pediculis spiniferis *Mus. Pet.* cent. 401.

Caulis teres, geniculatus, spinulis crebris asper. Folia ad singula genicula singula, longa, angusta, acuminata, ad Linguæ cervinæ accedentia, sed minora, breviora, & sinu ad basin excavato differentia. E summis caulibus, ut & foliorum alis exeunt pediculi longi, in plures interdum divisi, sustinentes *flosculos* rarius sitos, sessiles; quibus succedunt in vasculis membranaceis albicantibus *semina* paullum compressa, acuminata, nigricantia. Ad singula genicula ex adverso folii, ut in Persicaria, membrana tenuis ex ipso geniculo orta caulem aliquousque ambit. Quâ notâ ut ad Persicariam hanc plantam referrem inductus sum.

E *Marilandia* in *Angliam* reduces secum attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

Pesicaria angustifolia, ex singulis geniculis florens *Mus. Pet.* Cent. 1. n. 90. An Persicaria angustifolia *C. B.* 101. & *Prod.* 43. Found with the common *Persicaria* on the Ditch-banks in the Meadows beyond the Lord Peterborroughs house at *Westminster.* D. *Petiver.*

Velutta-Modela-Muccu *H. M.* P. 12. F. 76. i. e. Modela-Muccu alba. Persicaria *Indica* mitis, non maculosa, angustifolia, alba.

H. M.

Nascitur in aquosis, inferiori Caulium parte super terram repens, ex geniculis radices, quibus se affigit, emittens. *Radices* fibrosæ, capillatæ, albicantes, & fuscescentes, in fasces implexæ, saporis adstringentis & subamari, odoris expertes. *Caules* saporis sunt adstringentis, rotundi, glabri, viridi-diluti, geniculis seu nodis laxis ac flexibilibus interstincti, in ex-

ortu articulorum extuberantes, è nodis hinc indè novos ejicentes caules, in ipsis nodis tenui, folioso, viridi-albicante involucro amicti; illud pilosum est, extra nodos extensum, ex superiori parte longiuscula ejciens filamenta, in exortu, paulò infra nodum, rubicundo circulo terminatum, dein fuscescens. *Folia* è geniculis proveniunt singula, oblongo-angusta, in cuspidem contracta, saporis amari, odoris ullius. Costa media in utraque parte eminet. *Flores* in summitate caulium spicatim proveniunt in petiolis, qui ex origine foliorum oriuntur; parvæ sunt gemmæ, pentapetalæ, oblongo-rotundæ, albicantes: *stamina* in medio parva sunt, tenuia, albicantia, purpureo-rubris ac parvis dotata *apicibus*, sine odore. *Flores* primum aperti, postea se iterum claudunt ac virideſcunt, constituentes gemmas oblongas, quæ seminum capsulæ sunt. In singulis unicum continetur *semen*, rotundiolum, nonnihil planum, trigonum, glabrum, nigrum & nitens. Toto anno floret.

Contrita & in lacte acido data intestinorum tormina lenit.

Schovanna-Modela-Muccu *H. M.* P. 12. T. 77. i. e. Modela-Muccu rubra. Persicaria *Indica* mitis non maculosa, angustifolia, rubra.

H. M.

Cum priore quàm maximè convenit; sed hujus *caules* in totum rubescunt, intus corculo purpureo-rubro instructi. *Folia* oblongo-angustiora sunt. *Flores* nonnihil majores ac rosacei, ad petiolum rubicundiores, in summitate subalbicantes. Etiam gemmæ majores sunt, in summitate rubro-albicantes, inferiora versùs rubicundiores & nitentes: Et *semina*, sed illa ad spadiceum vergunt.

Virei. Decocta cum oleo linimentum præstat antiarthriticum. *Radix* cum aqua calida assumpta ventrem expurgat: foliorum decoctum in lacte acido datum tumores ventris detumescere facit.

Persicaria *Indica* foliis in prælongos & acutos mucrones exeuntibus.

Folia in exemplari sicco *Sherardino* è caule tereti satis firmo exibant sesquipalmaria & longiora, ab angusto principio paulatim dilata ad uncialem aut paulò ampliorem latitudinem, deinde sensim contracta in prælongos & acutissimos mucrones exeunt, pediculis uncialibus insidentia. Ad singula genicula ex adverso folii, præsertim ex cujus sinu ramulus exit, membranula oritur caulem aliquousque obvestiens, ut in reliquis Persicariis. In summo caule & ramulis spicæ longæ graciles, è flosculis iisque succedentibus seminibus compositæ, quorum formam in sicca discernere non licuit.

Spicæ graciles & strigosæ Persicariæ urentis speciem esse arguunt.

Persicaria minima folio angustissimo, valde ramosa.

Ab imo statim valde ramosa est, *caule* ad genicula creberrima huc illuc reflexo. *Folia* ad singula genicula seorsim singula, angusta [$\frac{1}{4}$ unciæ] longissima sescuncialia aut longiora, acuminata, pediculis brevissimis aut nullis donata. Summos caules & ramulos terminant *spicæ* breves, angustæ, è flosculis rarioribus compositæ. *Flores* & fructus quales fuerint in sicca discernere nequivi. D. *Sherard* siccam submini stravit.

Coluppa *H. M.* P. 10. T. 11. Persicariæ affinis repens *Malabarica* flore globoso albescente *Commelin.* notis.

H. M.

Plantula est tortuoso ductu supra terram seu aquæ fundum repens, ad sesquipedem se erigens. *Radices*, quæ ex inferioribus caulium articulis prodeunt, fibrosæ sunt, capillaceæ, primùm albicantes, dein rubescentes, insipidi. *Caules* rotundi, aquei, virides, tenues, geniculati, ex geniculis cauliculos passim duos emittentes. *Folia* ad genicula bina & bina, se mutuo ordine obliquè decussantia, parva, oblongo-angusta, nonnihil alatim incurvata, crassa, densa, mollia, *costa* media utrinque eminente. *Flores* spicatim & conferti proveniunt in parvis brevibus petiolis, simul capitula referentes rotundiola, seu etiam oblonga, quæ arctè geniculis caulium insident: *Flosculi* parvi sunt, qui in 5 petala oblongo-cuspidata stellatim se aperiunt, colore albescentes, ad umbilicum virideſcentes: stamina in illis tria cum suis flavis nodulis; ac capsulæ seminalis rudimentum viride, nullius odoris. Ipsæ capsulæ planæ & compressæ, florum petalis, quæ post aperturam se claudunt, comprehensæ, ac scutelliformiter ad se invicem positæ, cordis formam referentes, cum suo cuspide stylo medio capituli insidentes, colore albicantes & flaveſcentes. In singulis unum continetur *semen* minutum, plano-rotundum, primò rufum, deinde cœruleum obscurum, in medio oculum habens pellucidum.

Virei. Trita & illita capitis dolores mitigat: cum momento butyri, aquæ rosaceæ & muschati assumpta flatibus dissipandis inservit. Succus expressus & cum aqua calida epotus ventris dolores & flatus dissipat. *Radix* trita cum *Cumino* & *Saccharo* mixta, & pro ratione morbi vel cum lacte, vel aqua *Coqui Indici*, vel lacte acido sumpta, præciquè virium conservationi reparationi cnonfert.

A Persicaria differt seminibus capsulâ inclusis, non nudis, foliis in caule binis adversis.

Persicaria

Perſicaria major, Lapathi foliis, calice foris purpureo *Tournef. Hiſt. plant.* circa *Pariſ.*

Tournef.

Radices habet fibroſas, albicantes; *caules* bipedales, 2, 3ve lin. craſſos, lignoſos, purpuraſcentes, ramoſos, *folio* ad unumquemque nodum veſtitos, Rhabarbaro monachorum ſimili, 6, 7ve uncias logno, duas lato, utraque extremitate acuminato, pediculo unciam longo ſuffulto, cujus baſis eſt vagina, nervis purpureis ſtriata, duabus alis membranaceis pariter venoſis inſtructa. Folia prope ſummum caulem majora non ſunt quàm Perſicariæ vulgaris. Ex horum alis naſcuntur ſurculi duobus tribúſve florum arctè ſtipatorum racemulis plerunque onuſti. *Flos* unuſquiſque 4 aut 5 *ſtaminibus* cum ſuis apicibus conſtat. *Calix* purpuraſcens lineam unam longus eſt, in 4 plurimum ſegmenta diviſus. Piſtillus ovalis compreſſus, qui in ſemen abit planum, nigrum, fere rotundum, extremo acuto, calice involutum, Aug. & Sept. floret & ſemen maturat.

Belutta-Modela-Muccu H. M. P. 10. T. 80. Lyſimachia rectiùs Perſicaria monoſpermos ſpicata *Indica*, foliis oblongo-anguſtis hirſutis. Perſicaria *Maderaſpatana*, longiore folio hirſuto *Pluk.* 210. F. 7.

H. M.

Circa ripas naſcitur fluminum. *Caules* geniculati, ex geniculis qui folioſis inveſtiuntur involucris, novellos emittentes caules. *Folia*, quorum pedunculi plani & albicantes, in geniculis proveniunt oblongo-anguſta, tenuia, mollia, manui ſi deorſum ducatur adhærentia, aſpera. *Flores* ſpicati, pentapetali, candidi, *ſtamina* totidem continent candida, rubris apicibus nodulata. *Semen* in ſingulis floſculis continetur unicum, ex ſpadiceo nigricans, brevi cuſpide in vertice inſtructum.

Totius plantæ ſuccus cum oleo *Sergelim* decoctus linimentum præſtat cephalicum, etiam *Vires.* in narium hæmorrhagia applicandum; tenella folia cum *Oryzæ* lotura, in potiunculam redacta humorem *Paddave* dictum minuit.

Perſicariæ affinis *Virginiana*, foliis parvis palleſcentibus, ſpica alba compactiore brevi *Pluk. Mantiſſ.* p. 148. An rectiùs ſit de Blitorum genere?

Perſicariæ ſimilis: planta aquatica *Indiæ* Orientalis: floribus ſummo caule in capitulum oblongum glomeratis, capſulis foliaceis, *Nonducallacree Malabarorum.* Hac plantâ Indigenæ pro cibo utuntur. *Pluk. ibid.*

P. 185. Ad Cap. De Polygono.

Polygonum maritimum longius radicatum noſtras, Serpylli folio circinato craſſo nitente *Pluk. Phytogr.* T. 53. F. 3. An Polyg. minus Lentifolium *C. B?* Polyg. minus Monſpelienſe *Park?* Conſule *Plukenet. Almageſtum Botan.* p. 302.

Polygonum Selinoides *Maderaſpatenſe*, Thymi capitatis foliis, incanum *Pluk. Phyt.* T. 120. F. 2.

Polyg. *Germanicum*, caule folioſo, floſculis in ſummitate *Pluk. Phytogr.* T. 103. F. 6. An Polygono anguſtiſs. folio affinis *C. B?*

Polyg. juncoides ſcoparium, ex Inſulis *Fortunatis Pluk. Almag. Bot.* T. 311. F. 3.

Polygonum minus Caryophylleum, foliis anguſtiſſimis, floſculis tubuloſis anguſtiſſimis, plurimis ſimul junctis, incarnatis *Cat. Altd.* Paſſim ad ſaxa circa *Utenhoffen* menſe Junio.

Polygonum Alſines folio, *Sapinho*, N. D. Inſigne medicamentum ad calculum & arenas renum & veſicæ *Vir. Luſit. Griſleii.*

Polyg. Segetum erectum annuum *Luſitanicum* N. D. *Ejuſdem.*

Polygonum argenteum montis *Libani Munting. Herbar. Belgic.*

Polygonum fruticoſum maritimum ἄτυλον craſſioribus flagellis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 41.

Planta eſt fruticoſa & ad duum circiter palmarum altitudinem aſſurgit. In maritimis *Sagonæ* inſulæ *Corſicæ* oritur.

Polygonum majus *Romanum*, longiùs radicatum foliis Roriſmarini, longiſſimis flagellis donatum *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 58.

Boco.

Folia protrudit acuta longiuſcula, unciâ Geometricâ minora, *Roriſmarini* æmula cùm in ſterili ſolo creſcit, verùm acutiora. Surculi ejus ſeu flagella aliquoties 3 pedes longitudine excedunt; radix etiam hunc menſuram adæquat. Inferior uniuſcujuſque folii ſuperficies valde nervoſa eſt; & in hac planta illud ſingulare obſervavi, quod hyeme folia amittat, & ſurculi

ſurculi qui tunc temporis in terræ ſuperficie ſtrati jacent, nervorum aut arteriarum corporis humani ſtructuram imitantur. Planta eſt perennis, terræ *Puteolanæ di Roma* familiaris, & prope monaſterium *trium Fontium* & Eccleſiam *della Nunciata* magna copiâ invenitur.

Hujus ſpecimen pulchrum, radice craſſa admodum & altiſſimè in terram deſcendente à D. *Sherardo* obtinuimus.

Polygonum montanum niveum roſeum minus, compactioribus foliolis, *Cyrnæum Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 7.

Planta eſt repens, tomentoſa. In extremis ſurculis magnam producit copiam ſquamarum argentearum, in formam Roſæ conglobatarum. *Folia* brevia ſunt & anguſta. In altis *Corſicæ* montibus à me obſervata fuit *Anno* 1677. Species diviſa eſt à Paronychia *Hiſpanica Cluſ.*

Polygonum maritimum latifolium, foliis pediculis longis inſidentibus. Biſtorta fruteſcens, floribus rubris, foliis ſubrotundis. D. *Hermannus* hoc nomine accepit.

In ſpecimine ſicco, quod à D. *Sherardo* habuimus, *Folia* in caule crebra ſunt, ad interſtitia circiter ſemuncialia, pediculis longis inſidentia præter morem hujus generis reliquorum, lata & breviuſcula, in acumen tamen deſinentia, ſuntque ferè rhomboide, nam ab anguſto principio ſenſim dilatantur ad mediam propemodum longitudinem, ubi ſemunciâ latiora ſunt, deinde contrahuntur donec in acutum deſinant.

Ad exortum foliorum hinc indè apponitur ſquama pellucida & velut argentea, in acutum deſinens, ut in Polygono maritimo majore. Planta deſcripta juvenis erat & nondum adulta, cùm planè adolevit immane quantum à deſcripta differt.

Polygonum minimum, folio Knawel anguſtiſſimo, ſupinum.

Radix ſimplex, ſurculoſa, ſatis altè in terram deſcendit, *Cauliculi* plures, in terram reſupini, *foliis* crebris veſtiti, anguſtiſſimis, acutis, vix $\frac{1}{4}$ unciæ longis, in quorum alis ſedent *flores* fructúſque. In vervactis prope *Tuſculum* menſe Octobri frequentiſſimum obſervavit D. *Sherardus.*

Polygonum Alſines folio Alpinum repens *Hort. Cath.* ſive perenne craſſa radice.

Innumeros emittit ramulos tenues, humi fuſos, *foliis* veſtitos ex adverſo binos, Alſines anguſtioribus pro magnitudinis ratione. *Flores* in ſummis cauliculis aut ramulis eodem ferè modo diſpoſiti quo in Alſine, parvi, albi, quorum partes & texturam in ſicca diſcernere non licuit. Verùm ad Alſinem potiùs quàm Polygonum referenda videtur hæc plantula. Siccam à D. *Sherard* impetravimus.

Polygonum erecto caule *Lælii Triumfetti.* Idem eſt cum Polygono max. foliis *Park.* Ic.

P. 185. Poſt 5tam ſpeciem Polygoni adde

Polygonum minus candicans, capitulis ſurrectis *Bot. Monſp.* Paronychia *Narbonenſis* erecta *Elem. Bot. Tournef.* Polyg. minimum montanum niveum & ſericeum *Ad. Lob.*

Idem facit iſthoc *Lobelius* cum *Paronychia Hiſpanica* Cluſ. verùm foliola anguſta ſunt, unde rectè dixit *Lobel.* foliolis eſſe Thymi tenuifolii, cùm in Paronychia *Hiſpanica Cluſ.* folia ſint Herniariæ: Capitula etiam multùm diverſa ſunt, quæ in Polygono *Ad.* ſurrecta & multò elegantiora. In arvo cui ſubeſt ſpecus Frontignana invenit *Lobelius*; D. *Magnol* in ſqualidis locis ultra pontem Salenovæ ad dextram.

Paronychia ſupina latifolia *Gadenſis Elem. Bot. Tournef.*

Paron. *Hiſpanica* ſupina Alſinefolia, capitulis minùs compactis *Ejuſd.*

Paron. *Hiſpan.* fruticoſa, Myrti folio *Ejuſd.*

Paron. *Luſitanica*, Polygoni folio, capitulis echinatis *Ejuſd.*

Polygonum maritimum latifolium arboreſcens *Tournef. El. Bot.*
Hoc genus idem facit D. *Plukenet* cum Polygono marino majore *Park.*

Polyg. maritimum repens *Luſitanicum* rotundifolium *Ejuſdem.*

Polygonum lignoſum maritimum *Africanum* azurei coloris, foliorum vice ſquamulis pellucidis ornatum *Pluk. Phytogr.* T. 53. F. 4.
Hoc nihil aliud eſt quàm Limonium lignoſum *Siculum Boccon.* de plantis Siculis. V. *Pluk. Almag. Bot.*

Tour-

Tournefortius *Paronychiam Hiſpanicam* Cluſii *Polygonum niveum* vulgò dictam, cui quinque alias plantas addit, à Polygono genere diſtinctam facit. Præcipua differentia eſt in calicis figura, quæ in *Paronychia* pelvem refert, & in caputium quoddam terminatur, & flore præterito in capſulam evadit quinque coſtis elatam: in Polygono Infundibulum imitatur. Verùm cùm hæc planta tota ſpecie externa, atque etiam ſemine cum Polygono convenit, ſola (ut mihi videtur) calicis figura ad eas diſtinguendas non ſufficit.

Polygonum erectum lignoſum; Roſmarini foliis, *Virginianum* D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.* E foliorum ſinu erumpunt floſculi albi, quibus evanidis ſuccedit *ſemen* triquetrum, nigrum, unicuique unicum.

Polygonum ex inſula *Palma*, Serpylli foliis ad genicula confertis, argenteâ comâ paleaceâ *Pluk. Mantiſs.* p. 154.

Polygonum Serpylli foliis, ex adverſo binis, ex inſula *Palma*, ſericea coma candicante *Ejuſd. ibid.* Idem (inquit) fortè Cruciatæ marinæ ſimili plantæ *Indiæ Orientalis Phytogr.* T. 277. F. 3. *Almag.* p. 122.

Polygonum ſericeum, Thymi anguſtioribus foliis, ad genicula binis, ex *India Orientali Pluk. Mantiſs.* p. 154.

Polygonum ſericeum ramoſius *Indicum*, foliolis Gallii inſtar caulem cingentibus, *Chaipoondoo* Malabarorum *Pluk. Mantiſs.* Hanc eandem facit cum Amaranto foliis acutis incanis, molluginis facie, *Zeylanica Boccon. Muſ. pl. rar.* p. 44. T. 39. *vide* Elichryſo affinis Herba *Indica* Polygonoides, &c. *Pluk. Almag.* p. 134. plant. 9. & 10.

Polygonum Selinoides, Sedi minimi foliis ex *Prom. B.* Sp. An forſan rectiùs Valerianella polycarpos, Sedi minimi foliis, *Æthiopica*, *Pluk. Mantiſs.* p. 154.

Polygonum Selinoides, Spergulæ folio, *Indianum Palandee Malabarorum Ejuſdem ibidem.*

P. 190. Ad Cap. De Potamogit.

Potamogiton fluviatile, *Sargazo* ſimile, lucens, foliis margine dentatis *Pluk. Phyt.* T. 216. F. 4. Fluvialis *Piſana*, foliis denticulatis *J. B.*

J. B.

Ramuli molles, quaquaverſum ſparſi, ac variè divaricati in aquis fluitant. Diſtincti ſunt geniculis foliorum oppoſitorum, quæ ima parte latiuſcula, extremâ anguſtiſſima, utrinque eleganter ſerrata, vel denticulata, ubi quoque denſiore ſtipatu hærent: ad foliorum commiſſuras & velut ex ſinu eorum, & ex parte veſtiti emergunt noduli quidam oblongi, milii ſemine majores, ovati, obſcurè virentes. Ramulis quoque ſicut & foliis conchulæ quædam exiguæ & vel prædictis granis minores hærent, vacuæ, pellucidæ, acuminatæ. Planta hæc ſicca nullo manifeſto odore prædita eſt, odorem autem quendam uliginoſum ſpirat.

Lecta in flumine *Piſis* tendente *Liburnum.*

Fluvialis ſpecies folio anguſto, ad margines denticulis ſpinoſis inciſo, *Flagellum Chriſti* dicta *Hort. Cathol. Cupani* inferius deſcribitur.

Nir-Valli-Pullu H. M. P. 10. T. 12. Potamogiton *Indicum*, cujus foliis pediculorum loco ſunt veſicæ oblongæ ſtriatæ, caules ſuccingentes. Ephemerum *Virginianum* procumbens, ramoſum foliis amplis *Zanoni* ex ſententia D. *Hermanni.* Eo itaque referatur.

Planta eſt aquatica, repens, radiculis albicantibus, tenuibus, fibroſis. *Caules* plano-rotundi, geniculati & è geniculis inferioribus radices agentes, albicantes, ſubvirideſcentes, & nitentes, in ſingulis internodiis, veſicâ oblongâ, cui folium tanquam pediculo inſidet, ſuccincti. Sunt autem hæ veſicæ interiùs concavæ, ex aqueo-viridi-albicantes, exteriùs aqueo-rubeſcentes, venis in longum ſtriatæ, aere turgentes, qui ex compoſitione cum ſonitu eliditur. *Folia* à veſicis flavo-viridi anguſto geniculo interſtinguuntur, ſuntque oblongo-anguſta, venis ſubtiliſſimis in longum ſtriata, in recta parte valde aſpera, viroris ſubflaveſcentis, in averſa ſubcœruleſcentis, glabra.

Aurium tinnitus ex obſtruente pituita lenta contractus hac plantâ in oleo *Sergelim* excocta, *Vires.* vel foliorum ſucco auribus inſimul inſtillato, tollitur. Endemius ille morbus *Pitao* dictus per decoctum foliorum in aqua cum Saccharo curatur.

Potamogiton virens ſpicatum *Griſleii Virid. Luſitan.* quid?

Potamog. perpulchrum noſtras, lucens, anguſtiſſimis longis & obtuſis foliis, pallidè virentibus *Pluk. Almag. Bot.* Salici marinæ Park. 1403. foliis haud multum diſpar. Fortè idem eſt.

Pota-

Potamogiton folio anguſto, pellucido, ferè gramineo.

Simillimum eſt Potamogitoni folio pellucido, lato, oblongo, acuto nobis dicto, ſed omnibus partibus minor. Folia quadrantem unciæ non ſuperant. A D. *Morton* Northamptonienſi habuit D. *Doody*.

Potamogiton fluviatile longiſſimo gramineo folio noſtras *Pluk. Mantiſs.* Alga graminea fluviatilis longiſſimo folio *Tournef. Elem. Bot.*

Potamogiton *Indicum* minus venis foliorum elegantiſſimis, ſeu pennas avium referentibus *Pluk. Mantiſs.* p. 155.

Potamogiton omnium minimum, graminis facie capillaceum, ſiliculis curvulis binis ternis, dorſo dentato. *Hort. Cath. Suppl.* 3. Hujus ſpecimen nobis impertivit D. *Sherard.*

P. 191. Ad Cap. De Millefolio aquatico.

Millefolium aquaticum cornutum *C. B.* diverſa planè herba eſt ab ea quam ſub hoc titulo hic loci, & in Catalogo *Cantabrigienſi* deſcripſimus. *Jo. Bauhinus* iconem fratris aſſumit; at deſcriptio iconi non convenit, éſtque alterius plantæ; quæ quamvis in multis noſtræ reſpondet, in nonnullis tamen ab ea differt, ut diverſam etiam ſpeciem exiſtimem.

P. 194. Ad Cap. De Atriplice.

Atriplex argentea dentata *Curaſſavica Herman. Parad. Bat. Herman.*

Tota Halimi inſtar candicat, & quaſi argenteo ſplendente polline conſperſa ad Solem lucet. Pingui & appoſito ſolo inſita ad duorum pedum altitudinem adoleſcit, crebris brachiata ramis, adeò infirmis ut plerunque reſupini procumbant & humi fundantur. *Folia* Atriplicem odoratam *Botrys* dictam quadantenus æmulantur, ad ambitum ſc. dentata, ſinuata, & nonnihil undata. *Floſculi* ſtaminei ſunt, herbacei, perexigui, nudis oculis vix conſpicui, conferti velut in breviſſimis racemulis, qui ſummo caule & ramulis è foliorum ſede egrediuntur. Hos ſequuntur *ſemina* minutiſſima tenuiſſimis rugoſi vaſculi pelliculis pro congenerum more tecta. *Radix* pallida eſt, aliquot fibris capillata & annua, quæ è delapſis ſeminibus annuatim ſeſe renovat. Odore & ſapore nidoroſo cum reliquis ſuæ ſortis convenit; nec dubitandum eſt, quin conveniat quoque facultatibus.

Atriplex Rhamni primi foliis dentatis incana, folliculis deltoidibus, Atr. anguſtifolia *Canarienſis* marit. dentata repens, *Pluk. Alm.* 61. T. 326. F. 3.

In ramulo ſicco à D. *Sherard* nobis communicato *folia* ſatis crebra erant, parva, ſeſcunciam longa, ſemunciam lata, circa margines dentata, incana. *Caulis* teres, firmus, brevi & incana lanugine obſitus, ſumma parte flores & fructus geſtans crebros in ſpicam longam excurrentes, *Fructus* autem bivalves erant, tricuſpides, media cuſpide multò longiùs producto.

Atriplex botrytis *Luſitanica* N. D. *Virid. Luſit.* Griſleii.

—— Halimoides N. D. *Ejuſdem.*

Atriplex ſylveſtris latifolia, Chenopodii facie *Tournefort Inſtitut. Rei herbariæ Append.*

Specimen ſiccum, quod communicavit D. *Sherard*, pedali erat longitudine, nec tamen integrum, à radice avulſum. *Caules* teres, ſtriatus, per ſiccitatem albicans, ramulos ad duarum circiter unciarum intervalla alternatim emittens ſingulos, è *foliorum* alis; quæ ad *Chenopodii* formam accedunt, dentibus inæqualibus inciſa, verùm pro magnitudine longiora & anguſtiora ſunt, viridia, glabra. *Fructus* è ſuperiorum foliorum alis exeunt, nunc ſinguli, nunc plures ſimul in eodem pediculo, *ſemina* ſingula duabus valvulis conniventibus incluſa continentes.

Datur hujus ſpecies minor, foliis minoribus, latioribus, utrinque candicantibus, cætera ſimilis.

Atriplex anguſtiſſimo & longiſſimo folio *H. L. Bat.*

Atriplex Halimus dicta, undulato folio, oblongo, dentato *Hort. Cath. Suppl.* 3. ſeu Atriplex Halimoides undulato folio dentato *Capani.* Tota planta incana eſt. *Folia* in caule creberrima ſunt, ſeſcunciam longa, ſemunciam lata, circa margines ſinuata, aut inæqualiter dentata.

Atriplex maritima noſtras procerior, foliis angulosis incanis, admodum ſinuatis *Pluk. Alm. Bot.* Ab Atriplice maritima ſinuata *C. B.* inquit, plurimùm diverſa eſt. Quærit autem an ſit Atriplex maritima perennis, folio deltoide triangulari, minùs incano *Moriſ. hiſt.* p. 607.

Ego

Ego hucuſque dubius admodum fui, an detur ejuſmodi Atriplex perennis maritima, &c. Certè ſpecies illa quæ in litoribus noſtris ubique copiosè occurrit, ex obſervatione D. *Doody*, annua eſt.

Atriplex anguſtifolia *Canarienſis*, maritima, dentata, repens: Flos de *Alumo Hiſpanis* dicta *Pluk. Almag. Bot.* An Atriplex argentea dentata *Curaſſavica P. B. P?*

Atriplex maritima noſtras, Ocimi minoris folio *Pluk. Almageſt.* Prope *Lennam Norfolciæ* oppidum ab Autore obſervata.

Atriplex maritima *Hiſpanica*, fruteſcens & procumbens *Tournefort. Elem. Bot.*

P. 195. Ad Cap. de Halimo, ſeu Atriplice maritima *Halimus* dicta.

Atriplex maritima, Halimus dicta, erecta, ſemine folliculis membranaceis bivalvibus, in latitudinem porrectis & utrinque recurvis, longo pedunculo inſidentibus clauſo *Pluk. Phytogr.* Tab 36. F. 1. Fortè Halimus minor *Germanicus Park. Theat.* minor C. *B.* Halimus aurei arvi in *Prod.* deſcriptus p. 59. Prope *Scribeck* vicum juxta ſepulchretum, unico milliari à *Boſtonia* agri *Lincolnienſis* oppido remotum copioſiſſimum invenit D. *Plukenet.* Eundem nuperrime in maritimis Belgicis invenit D. *Carolus du Bois.*

Halimus repens Nummulariæ madido folio, *Sicula, Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 100.

Per terram ſternitur *foliis* crenatis, verùm rotundis, Nummulariæ aliquo modo ſimilibus, farinâ quâdam albâ & madidâ obductis, pinguiculæ unctuoſitati ſimili. Locis ſaxoſis & arenoſis provenit prope urbem *Saccæ* in *Sicilia.*

Halimus ſupinus Polygoni folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 100. Halimus *Matth.*

Valde ramoſa eſt hæc planta, in terræ ſuperficie ſtrata, ramis foliis aliquantulum ſinuatis cinctis, figuræ inter Polygonum mas & Atriplicem Polygoni folio mediæ, totis incanis. Radice eſt perenni. Cum præcedente invenitur.

Ad 3tiam Halimi ſpeciem addatur hæc nota:

Hujus foliis & tenellis ramulis, Crithmi modo muriâ conditis hyberno tempore in acetariis utuntur noſtrates ad acuendum appetitum & **Marſh-Sampire**, i. e. Crithmum paluſtre, vocant.

P. 197. Ad Cap. De Blito ſylveſtri ſeu Chenopodio.

Chenopodio affinis, folio lato laciniato, in longiſſimum mucronem procurrente, florum racemulis ſparſis. An *Blitum, ſeu Atriplex Pes Anſerinus dicta, Stramonii acutiore folio, racemoſum*, Pluk. Mantiſſ?

Caules huic firmus, ſtriatus, glaber, uti ſunt & *folia*, in pediculis longis, tenuibus, rariùs ſita, inferiore parte prope baſin 3 unc. lata, unâ vel alterâ laciniâ utrinque dentata, in longiſſimum mucronem procurrentia. *Flores* & *fructus* in ſummis caulibus, ínque pediculis prælongis è foliorum alis exeuntibus velut racematim digeſti, racemulis laxis è globulis compoſitis. Circa *Colseſtriam* in *Anglia* inventa eſt. D. *Dale.*

Atriplex odore & folio Daturæ, minori tamen Lælii Triumfetti Catal. apud fratrem. A præcedente differt foliorum magnitudine, & ſeminum racemulis ramoſioribus magíſque ſparſis: quæ varietates vel loco, vel culturæ fortè debentur. Hanc D. *Sherard* debemus.

Ad 8vam Bliti ſylveſtris ſpeciem ſeu Atriplicem ſylveſtrem folio ſinuato candicante, add.

Hujus ſpeciei plantulæ tenellæ, Spinachiæ modo decoctæ & conditæ, gratum & ſalubre ferculum præbent. *Hiberni Septentrionales* recens natas, cùm duarum triumve unciarum altitudinem non excedunt, ſtudiosè colligunt pro pultibus conficiendis & **Milds** vocant. Communicavit D. *Sloane.*

Blito Pes anſerinus dicto ſimilis Atriplex vulgaris ſinuata, ſpicata D. *Plot* hiſt. nat. Oxon. Blitum ſeu Atriplex Pes Anſerinus dicta, laceris laciniis, latifolium, minùs ſpicatum. *Pluk. Mantiſſ.* Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 198. cui Add. Hanc (inquit D. *Plukenet*) ſæpius ab *India Orientali* habuimus *Saccaravetti* nomine *Malabaribus* dictam, ubi bene coctâ pro cibo utuntur Indigenæ. Idem teſtatur D. *Samuel Brown*, chirurgus, qui in India Orientali aliquandiu commoratus eſt. Chenopodium polyſpermum Orientale floribus racemiferis 4 (inquit) pedes altitudine æquat, craſſitie duos digitos. Indigenæ decoctum comedunt. Mirum hoc alicui videri poſſit, cùm Pes anſerinus vulgaris **Sowbane**, id eſt, Suûm pernicies, noſtratibus dicatur. Mirum ex duabus plantis adeò ſimilibus unam edulem eſſe, alteram pernicioſam.

Blitum Giganteum humiſternum ex *Promont. Bæ Sp. Pluk. Mantiſſ.* In Horto Medico *Chelſeiano* enutritum vidit.

Blitum Guineenſe foliis Hyſſopi Caulis tenuis ſtriatus, glaber. *Folia* etiam lævia Hyſſopi aut potiùs Gratiolæ, longis pedicellis hærentia, ſuperiùs in caule crebra, inferiùs longius diſtantia. *Flores* & *ſemina* è foliorum alis & ad inſertiones foliorum exeunt conferta, quorum partes in exemplari ſicco, à D. *Sherard* communicato, diſcernere non potui, hiſpida tamen eſſe videbantur. Longitudo dodrantalis.

Pro 5tæ ſpeciei titulo ponatur, *Atriplex ſylveſtris Mori fructu altera Schol. Bot.*. Spinachia rubra Fragifera *Hort. Farnes. Alpini*: Nam Nomina illa, Atriplex baccifera *Ger. emac.* baccifera rubra *Park.* ſylveſtris Mori fructu *C. B.* ad ſequentem ſeu 6tam ſpeciem pertinent.
Blitum Americanum humile lucidum *P. B. P.*

P. 198. Pro 14ta ſpecie interſeratur,
Atriplex paluſtris laciniata, purpuraſcente coma Schol. Bot. Eadémque vireſcente coma Ejuſdem.

P. 199. Ad ſpeciem 18vam adde Synon. ſeqq.
Blitum monoſpermon Indicum aculeatum, capſulâ rotundâ *Breyn. Prod.* 1. Amarantus Indicus ſpinoſus, ſpicâ herbaceâ *Hort. Lugd. Bat. Herman.* p. 31. Indicus ſpinoſus ſpicâ herbaceâ, monoſpermos, cauliculis viridantibus & rubentibus *Herman.* P. B. P.
Ad viarum & ſemitarum margines in *Jamaica* & *Caribbæis* inſulis ubique reperitur. *Slon. Cat. Jamaic.*

P. 199. Pro Speciei 16tæ Synonymo adde
Vermicularis frutex minor *Ger.* & pro loco è *Lobelii* Adverſariis,
Fruticat maritimis litoribus atque inſulis *Angliæ* & *Zelandia.* Nam ſpeciem illam Vermicularis fruticis, quæ in *Anglia* reperitur, pro minore habeo.

P. 201. Adde uſus Bliti Americani *Pararù* dicti.

Folia à caulibus deciſa & cocta ſaporis ſunt jucundiſſimi cum fragrantia quadam palato arridente, ut omnibus quas ego unquam guſtavi herbis coctis antecellat, unde & pro olere juſculis incoquitur, quomodo ſumpta alvum emollit & ad ſedem provocat.
In clyſteribus adhibetur contra ventris tormina, éſtque in communi & frequentiſſimo uſu pro herba emolliente in hac inſula [*Jamaica.*] D. *Sloane.*

Add. inſuper huic Capiti.

Blitum Polygonoides viride, ſeu ex viridi & albo variegatum Slon. Cat. Jamaic. D. *Sloane.*
Radicem ſimplicem, albam, profundè deſcendentem coronant *caules* undique ſparſi, pedes aliquot longi, rotundi, virides. *Folia* ſecundùm ramulos crebra, Bliti ſylveſt. minoris viridis ſimilia, niſi quod interdum maculâ albâ amplâ pulchrè variegentur. *Flores* è caule exeunt creberrimi, eum undique ambientes, ſecundùm totam ferè longitudinem, maximè è foliorum alis exeuntes, abſque pediculis, parvi, pentapetali, pallidè virides, cum purpurea in unoquoque petalo ſtria, & viridi intus ſtamine. Succedunt autem ſingulis ſingula *ſemina* rotunda, compreſſa, nigra, fuſca, ſplendentia. Siquis hanc plantam ad Polygonum referre maluerit per me licet. Locis ruderatis & lutoſis circa urbem S. *Jago de la Vega* paſſim.

Blitum Atriplex dictum, folio ſinuato, ſaturè virente, *Mexiocanum Pluk. Almag. Bot.* ubi reliqua ſynonyma vide.

Blitum minus *Indiæ* Orient. ſummis foliis lunulatum *Pluk. Almag. Bot.* T. 272. F. 1. An Blitum nodoſum D. *Bobart?*

Blitum *Virginianum*, polyſpermon, erectum, viride D. *Sherard. Pluk. Almag. Bot.*

Blitum erectum minus *Suecicum*, cauliculis punicantibus. *Pluk. ibid.* A D. *Stoneſtreet* habuit.

Blitum *Barbadenſe* erectum megaſporon *Pluk. Phyt.* T. 151. F. 3. An Cararù *Braſilienſium Piſonis?* **Wild-Spinache** noſtratibus, i. e. Spinachia ſylveſtris. Blitum album majus ſcandens *Slon. Cat. Jamaic?*

Caulis huic viridis, craſſitudine pollicari, infirmus, nec ſe ſuſtentans abſque adminiculo fruticum vicinarum quibus innititur, ad 5 aut 6 pedum altitudinem aſcendens, ramulos ſubinde emittens, *foliis* ad ſeſcuncialia intervalla donatas, pediculis uncialibus inſidentibus, tres uncias longis, latitudine ſeſcunciali, media ſc. latiſſima parte; ad pediculum enim anguſta ſunt, unde paulatim dilatantur ad medium uſque, deinde verò ſenſim anguſtantur ad apicem; lævia autem ſunt, obſcurè viridia, & mollia. Ex alis foliorum exeunt *florum* ſpicæ, vel ſurculi 2, 3ve uncias longi, ad ſemuncialia intervalla ſpicas ſuſtinentes unciales circiter, florum Bliti aut Amaranti ſimilium pallidè viridis aut herbacei coloris, plurium ſimul arctè ſtipatorum, quorum unuſquiſque *ſtylum* habet ſubluteum, *ſtamina* 5 cum apicibus; quibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia ſeu *folliculi*, qui horizontaliter in medio per maturitatem diſſiliunt, *ſemina* parva, nigra, nitentia, compreſſa, renis figurâ continentes. D. *Sloane.* Amaranti potiùs ſpecies cenſenda eſt.

Viâ

Viâ qua ab urbe S. *Jago de la Vega* verſus locum dictum **Paſſage-Fort**, & ad ripas fluvii *Cobre* dicti copiosè oritur.

Blitum ſcoparium, *Belvedere Indicum* puſillum, è Maderaſpatan. *Pluk. Almag. Bot.*

D. *Plukenet* tres ſpecies Bliti arboreſcentis ſeu Vermicularis fruticis diſtinguit *Almag. Bot.* 69.

P. 203. Amaranti ſpeciebus add.

Amarantus fruticoſus erectus, ſpica viridi, laxa & ſtrigoſa Slon. Cat. Jamaic. Ad ripas fluvii *Cobre* prope urbem S. *Jago de la Vega* in Inſula *Jamaica* collegit D. *Sloane.*

Caulibus fruticat lignoſis, viridibus, gracilibus, ad 2½ pedum altitudinem. *Folia* glabra ſunt, obſcurè viridia, crebra, nullo ordine ſecundùm ramulos ſita, pediculis ſemuncialibus inſidentia, unciam longa, ¼ unciæ lata paulò ſupra baſin rotundam ubi latiſſima, unde ſenſim decreſcunt ad apicem uſque. *Flores* in faſtigiis ramorum, in ſpicas compoſiti, non patuli, è 5 petalis conflati, colore luteo-viridi; in quorum medio *ſtylus* magnus, nigricans, qui proceſſu temporis in *ſiliquam* abit, multa *ſemina* continentem adeò minuta, ut eorum ſingula nudo oculo ægrè poſſint diſcerni, coloris fuſci, nitentia; ſubrotunda, & ab uno latere concava, ſi microſcropio ſpectentur, apparent.

Amarantus panicula flavicante gracili holoſericea Ejuſdem. Loco *Guanaboa* dicto in ſepibus, & in *Caribbæis* inſulis invenit idem.

Caules huic imbelles, ut abſque ſtripium vicinarum adminiculo ſe ſuſtentare non poſſit, quamvis iis ſe circumvolvendo non implicet, anguloſi, luteo-virides, concavi, glabri, ad 3 circiter pedum altitudinem aſſurgentes, pennæ anſerinæ craſſities, nodis pauci; & *foliis* ad nodos binis oppoſitis veſtiti, ſemuncialibus pediculis donatis, ſeſcunciam plus minus longis, latitudine dimidia, prope baſin ſubrotundam ubi latiſſima, exinde paulatim anguſtatis donec in punctum deſinant, glabris, colore luteo-viridi. In ſummis caulibus & ramulis & è foliorum alis exeunt *florum* paniculæ ſeu ſpicæ ramoſæ, è floſculis pallidè flavis, ſerici inſtar ſplendentibus compoſitæ, ut in aliis hujus Generis, multo tamen quàm in ullis præterea aliis quotquot ego novi ſpeciebus minoribus, aliàs per omnia ſimilibus.

Amarantus ſpicâ longâ candidiſſimâ, Spicæ foliis, *Maderaſpatana Pluk. Phytogr.* T. 118. F. 2.

Amarantus baccifer Circææ foliis *Commelin. Cat. Amſt. rar.*

Hic Suffrutex amœnus *caudice* aſſurgit ad altitudinem tricubitalem tereti, lirato, calamum ſcriptorium, imò digitum minorem, craſſo, ad ramorum exortum nodoſo, qui corticem griſeum gerens, Solani noſtratis in modum divaricatur ramis: per quos *Folia* magna ex parte alternatim poſita, pediculis ſemuncialibus purpuraſcentibus innituntur, Solani vulgaris noſtratis æmula, 3, 4ve uncias longa, duas circiter ad baſin lata, in mucronem abeuntia, ambitu non ſerrata, nec inciſa, lætè virentia, ſub finem æſtatis non rarò rubedinem induentia. *Flores* ex alis foliorum exſurgunt, albicantes, breviſſimis pedicellis fulti, ſerie gemina & continua è racemis dependentes. Hiſce ſuccedunt *Fructus*, coloris ſanguinei, magnitudine baccarum *Sambuci*, ſphærici, dulces, unicum ut plurimum *ſemen* continentes, rugoſum ſubnigricans, aciculæ majoris magnitudinem haud ſuperans. *Floſculi* ut plurimum tetrapetali, rariſſimè pentapetali, nudi, haud marceſcentes antequam fructus ad maturitatem pervenerint, verùm fructibus adhærentes, & calicum vicem ſupplentes, mutando tamen colorem ex albo in herbaceum.

Ex India orientali advecta eſt. Per totam æſtatem floret vigetque, nec folia Circææ ſimilia deponit antequam nova renaſcantur.

Ad plantas bacciferas racemoſas releganda eſt.

Amarantus verticillatus melancholicus, maculâ nigrâ in medio foliorum infectus Pluk. Almag. Botan. Amarantus folio variegato ſerotinus *H. R. P.* Amar. folio variegato, colore obſcuriore *C. B.* ſeu mas. Symphonia notha.

Amarantus Maderaſpatenſis, *Origani vulgaris facie, fruticeſcens, paniculis inter foliola ſparſis* Pluk. Almag. Botan.

Amarantus folio tenuiſſimo incano, Mollugini æmulante, umbellatis floribus, incarnatis rigidis, Zeylanica *Bocc. Muſ. plant. rar.*

Staturæ eſt humilioris, & ſquamas quaſdam argenteas habet propè florem.

Amaranthus min. ſpica ſingulari albo-purpureâ luteâque, lunatis circum caulem foliis Bocc. Muſ. pl. rar. *p.* 77. A D. *Barelier* habuit. T. 66.

Amarantus *Indiæ Orientalis* Bliti folio tranſparenti, paniculis inter folia ſparſis, *Caunumpalae* Malabarorum *Pluk. Mantiſſ.*

Amarantus verticillatus minimus, exiguis Bliti foliis, pallidè viridibus ex *India Orientali Pluk. Mantiſſ.* An Muriguti *H. M.*? Part. 10. Tab. 32.

Amarantus *Africanus* tomentoſus, ſubrotundis majoribus foliis, capitulis parvis inter folia ſparſis. *Ejuſdem ibid.*

Amaranti ſpeciem ex *India Orientali* habemus vulgari ſimilem, verùm ſpica longiore & anguſtiore, deorſum dependente.

Amarantus panicula viridi multiplici, foliorum pediculis longiſſimis.

In ſpecimine ſicco, nobis à D. *Sherard* exhibito, *caulis* non admodum firmus erat, quippe qui paniculam vix ſuſtinebat, ſtriatus, inferiùs flaveſcens ſupernè diluto rubore tinctus. *Folia*, ut in reliquis hujus Generis, alternatim ſita, inferiùs ad intervalla longiora, pediculis tenuibus 3, 4ve uncias longis hærentia, baſi lata ad duas interdum uncias accedentia, longitudine latitudinis vix ſeſquialtera, nervis ſubtus valde conſpicuis; & extantibus. Summum caulem terminat *panicula* è plurimis *ſpicis* modicè craſſis compoſita. *Floſculi* & *fructus* in ſicca non erant diſcernenda; *ſemina* tamen parva & rotunda videbantur. Amarantus *Novæ Angliæ* max. ſpicis viridibus *Hiſt. noſt.* non eſt. In horto D. *Magnol* collegit qui nobis communicavit.

Amarantus albus *Gangeticus*, Salviæ anguſtis foliis, paniculâ conglomeratâ *Pluk. Phytogr.* T. 10. F. 1. an Amarantus *Ind.* min. lanuginoſus, foliis Salviæ anguſtioribus & longioribus *Breyn. Prod.* 2? Perexil Gangeticum, Oleaſtri folio, ſpicâ Paniceâ. *Rette Pe Marette Malab.*

Folia hujus Oleaſtrum referunt. Spica alba eſt & mollis, alias perſimilis Gram. Panicei ſpicâ diviſâ *C. B.* 8. Ad 3ium circiter pedum altitudinem aſſurgit.
Hanc indigenæ linteo involutam inter duas ollas non vitreatas ponunt ad coquendum, ut aquæ in olla inferiore vapor eam humectet: deinde humorem exprimunt, ejúſque calidæ cochlearia duo propinant ad Aſthma. D. *Brown.*

Amarant. *Ind.* minor lanuginoſus, Sampſuchi foliis, ſpicâ albâ ad foliorum exortum gemellâ *Ejuſd. ibid.* F. 2. an Amarantus *Ind.* fruteſc. lanuginoſ. foliis Salviæ latioribus & brevioribus *Breyn. Prod.* 2?

Amarant. ſpicatus, Dictamni Cretici folio, *Maderaſpatenſis Ejuſd. ibid.* Fortè *Scheru Cadelari* Malabarorum *H. M.* P. 10.

Naiurevee *Malabarorum* nomine ad D. *Petiver* miſit D. *Samuel Brown.* Notat D. *Petiver* iconem *Plukenetianam* plantam hanc dum adhuc juvenis eſt ſatis bene referre; verùm adultæ folia multò majora eſſe, & florum ſpicam longiorem, introrſum plerunque reflexam. *Joannes Commelinus* notis in *Hort. Malab.* plantam hanc ad Verbenam refert, & pro Verbena Indica *Bontii* habet, ubi & nos D. *Commelinum* ſequuti eam diſpoſuimus, minùs commodè, cùm Amaranto Siculo ſpicato radice perenni *Boccon.* congener, ſi non eadem planè planta ſit.

Amar. *Indicus* verticillatus albus, Origani foliis, lanugine incanis *Pluk. Phytogr.* T. 75. F. 8. An Amaranthus Alopecuroides *Indicus* herbaceus, Atriplicis folio *Breyn. Prod.* 1?

Amarantus ſericeus, Populnea fronde viridi, ſpica alba flavicante *Pluk. Almag. Botan.*

Amar. ſpicatus ſericeus, Populnea fronde, totus ſanguineus *Ejuſd. ibid.*

Am. auriculatus ſpicatus, anguſtiori folio, guttis ſanguineis aſperſo *Ejuſd. ibid.*

Am. ſpicatus albus, Lychnidis folio, *Maderaſpatenſis Pluk. Almag. Botan.* T. 260. F. 1.

Am. *Americanus* nodoſus, palleſcentibus Bliti foliis parvis, multiplici ſpecioſa ſpica laxa ſeu panicula laxa candicante *Pluk. Almag. Botan.* T. 261. F. 1.

1. *Amaranthoides humile* Curaſſavicum *foliis Polygoni P. B. P.* Amarantho affinis aizoides, ſive Amaranthoides minima *Americana* procumbens, Polygoni folio & facie, flore oblongo, cinereo ſeu ſubalbido *Breyn. Prod.* 2. *Sloan. Cat. Jamaic.*
In inſula *Jamaica* in pratis circa urbem S. *Jago de la Vega* copiosè provenit.

D. *Sloane.*
Caules hujus herbæ teretes ſunt, rubentes, teneri, piloſi, geniculati, in terræ ſuperficie latè ſparſi, ad pedum aliquot ſpatium, unoquoque geniculo radiculas ſeu fibrillas in terram emittente, ut & *folia* aliquot obſcurè viridia, ſupernè lævia, ſubtus piloſa, figurâ foliorum Polygoni, ſed majora. Ad unumquemque nodum exeunt pariter *florum* agminula è plurimis albis oblongis membranulis, aridiuſculis nec marceſcentibus ſquamatim incumbentibus arctè ſtipatis conflata, omnibus ſimul capitulum rotundum conglomeratum efficientibus. *Semina* rotunda ſunt, compreſſa, coloris caſtanei.

2. Ama-

2. Amaranthoides fruticoſum, foliis longis anguſtis, ſubtus niveis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis hujus Plantæ rectus erat, lignoſus, cortice glabro, è fuſco rubente obductus, ad uncialia aut duarum unciarum intervalla *foliis* veſtitus majoribus & minoribus 1, 2, 3 búſve, maximis, perbrevi pediculo intercedente annexis, duas circiter uncias longis, media latiſſima parte ¼ unciæ latis, à pediculo ad medium uſque latitudine auctis, exinde paulatim anguſtatis, donec in punctum deſinant, glabris, ſupernè obſcurè viridibus, ſubtus miveis. In foliorum alis abſque pediculo ſedet capitulum oblongum, glomeratum, è multis aridis membranulis ſquammatim arctè incumbentibus & viciſſim ſubeuntibus compoſitum, ut in reliquis hujus generis.

In *Madera* inſula, aut fortè in una è *Caribbæis* inveni, nam non bene recordor.

3. Amaranthoides humile, foliis Ocimi minoris, floribus albis verticillatis. Amarantus *Indicus* verticillatus albus, Origani foliis lanugine incanis *Pluk. Almag.*

Folia huic Ocimi minoris: Florum ſpicæ in foliorum alis ab imis caulibus ad ſummos uſque verticillatim diſpoſitæ abſque pediculis. Valde ramoſum eſt hoc genus: Ramuli autem floriferi in ſemipedalem longitudinem perſæpe excurrunt, floribus onuſti.

4. Amaranthoides Alſines aut Parietariæ ferè foliis, elatior, floribus albis verticillatis. Amarantus verticillatus minor *Bengalenſis* Serpylli foliis incanis *Pluk.* Tab. 10. F. 3.

Præcedente duplo triplóve major eſt & elatior. Folia ad Alſines mediæ aut Parietariæ folia accedunt: Flores ſimiliter ab imis caulibus ad ſummos uſque in foliorum alis ſedebant, velut verticillatim diſpoſiti. Florum autem ſpicæ ſeu glomeruli minores videbantur quàm in præcedente. Utrumque D. *Sherard* contulit.

5. Amaranthoides humile *Curaſſavicum*, foliis Cepæ lucidis, capitulis albis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 75. F. 9. Perexil *Luſitanis Marcgr.* p. 14. Caaponga 1a *Piſon.* p. 243. Amaranto affinis aizoides, ſive Amaranthoides minor *Americana* procumbens, Sedi teretifolii foliis & facie, flore oblongo niveo, *Breyn. Prod.* 2. p. 13. Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1331.

P. 203. Ad ſpeciem Amaranti 6tam adde Synonyma ſeqq.

Amaranthoides *Indicum* monoſpermum, foliis Ocimaſtri, capitulis purpureis *P. B. P.* 309. Amaranthoides ſeu Amaranto affinis major *Indica*, Ocimoidis folio & facie, flore globoſo purpureo *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Almag. Bot.* Gnaphalio affinis Ocimaſtri folio, flore ex purpureo violaceo *Herman. Bat. Leyd.* Wada-Pu *H. M.* P. 10. 73.

D. *Ruyſch.*

Qui inter ſquamas emicant *floſculi*, è calyculo emergunt 5partito, quæ laciniæ [calicis] admodum anguſtæ ſunt & mucronatæ, tomento albo obſeſſæ & vireſcentes, exceptis mucronibus, qui colore purpureo perfuſi; floſculorum cinereo-albicantium oræ in 5 lacinias quoque ſunt diviſæ, inter quas *apices* locantur longiuſculi, nivei, qui prima fronte viſi lineas albas mentiuntur. *Stamina* adeo brevia ſunt, ut nudis oculis vix ac nè vix quidem conſpiciantur. *Stylus* cujus pars ſuperior bifurcatur, è fundo floſculorum emergens innititur vaſculo ſeminali coniformi.

Amaranthoides humile *Curaſſavicum* anguſtiſſimo gramineo folio *P. B. P.* perexiguum, foliis tenuiſſimis longioribus *Preyn. Prod.* 2.

Amaranthoides *Benghalenſe* purpureum, capitulis minoribus nudis, ſive foliolis ad baſin florum viduatis *Pluk. Almag. Bot.*

Amaranthoides tomentoſa & incana, foliis longis anguſtis Helichryſi *Germanici* paniculâ in ſummo albâ, è pluribus ſpicis compoſitâ. Ex *India Orientali* ad D. *Petiver* miſſa.

D. *Hermannus* in *Parad. Bot.* ſicut *Amaranthorum* ità *Amaranthoidum* duo genera diſtinguit, Illorum Primum in vaſculo mucronato ſeu conico, per maturitatem horizontaliter diſſiliente, claudit ſemen unicum orbiculatum lucidum; Alterum verò in conſimili vaſculo ſemina plurima, priori paria. Horum (quæ ſc. ob affinitatem Amaranthoides vocantur) Prius in pellicula tenui, tanquam puſillo vaſculo, occulit ſemen unicum lucidum: Poſterius verò ſemina plura.

Amaranthoidis polyſpermi ſpecies duæ proponuntur in *Hort. Malab.* P. 10. nempe,

1. *Pelutta-Adeca-Manjen.* Deſcribitur paulò inferiùs.

2. *Tsjeria-Pelutta-Adeca-Manjen.* Deſcriptionem vide.

Amaranthoidis monoſpermi ſpecies ſeptem innotuerunt tres nempe majores ſeu elatiores, & quatuor minores ſeu humiliores.

Tres

Tres elatiores ſunt,

1. Amaranthoides *Indicum*, foliis Ocymaſtri, capitulis purpureis, cujus Synonyma & deſcriptionem jam dedimus.

2. Amaranthoides *Indicum*, foliis ocymaſtri, capitulis albis *Herman. Parad. Bot.* Amarantho affinis *Indiæ* Orientalis, ocymodis foliis, flore conglomerato albo *Breyn.* cent. cujus deſcriptionem in *Hiſt. noſt.* vide.

3. Amaranthoid. *Americanum*, capitulis parvis albis *Herm. Par. Bat.* Amarantho affinis *Braſiliana*, glomeratis parvíſque floſculis *Breyn. cent.* 1. cujus deſcriptio habetur *Hiſt. noſt.* p. Ex *Surinama* accepit D. *Hermannus*.

Quatuor humiliores,

1. Amaranthoides 5a, ſuperiùs poſita, ubi Synonyma vide.

2. Amaranthoides 1ma, ſeu in hoc Supplemento primo loco exhibita.

3. Amar. humile *Curaſſavicum* anguſtiſſimo gramineo folio *P. B. P.* perexiguum foliis tenuiſſimis longioribus *Breyn. Prod.* 2.

Cauliculi huic tenuiſſimi, erecti; Folia anguſtiſſima Polygoni *Knawel* Tragi æmula, capitula perexigua.

4. Amar. humile *Curaſſavicum* ferrugineum *P. B. B.*
A ſecunda ſpecie differt colore ferrugineo, & foliis nonnihil latioribus.

Amaranthoides *Indicum* verticillatum, Parietariæ hirſutis foliis aculeatum *Pluk. Phytogr.* T. 133. F. 3.

Amaranthoides *Indicum* globoſum, ad caulium nodos floridum, foliis ſolitariis, ſummo apice barbatis *Pluk. Phytogr.* T. 133. F. 2.

Amaranthoides humile *Maderaſpatanum*, capitulis candicantibus, folio molli, *Ejuſd. ibid.*

Amaranthoides *Maderaſpatanum*, foliis anguſtis, ex adverſo binis, floribus ad nodos verticillatis *Pluk. Phytogr.* T. 132. F. 6. An forte Coluppa *H. M.* P. 10. Tab. 11. fortè etiam Amar. hum. *Curaſſ.* anguſtiſs. gramineo folio *P. B. P.*

Amaranthoides ſpicatum *Indicum* ramoſiſſimum, Spergulæ foliis, ſpica Alopecuroide candida *Pluk. Mantiſs.* p. 11.

Amaranthoides *Americanum* latioribus bijugis foliis, ſummo caule ſpicatum. An Tlanoquiloni *Huaxacenſis Hernandez* apud Recchum 178. *Pluk. Mantiſs. ibid.*

Amaranthoides *Indica* purpurea, floribus in globum compactis, calice bifolio. Ex *India Orientali* ad D. *Petiver* tranſmiſſa.

Amaranthoides *Indica* purpurea elatior, foliis tenuiſſimis, ſpicis oblongis teretibus è foliorum alis, & in ſummo caule. *Ejuſd. orig.*

Amaranthoides *Indica* alba, brevior & humilior foliis tenuiſſimis ſpicis albis plurimis, oblongis, teretibus, ſecundùm cauliculos, eóſque terminantibus. D. *Petiver* ab *India Orientali* acceptam impertivit.

Belatta-Adeca-Manjen, *H. M.* P. 10. T. 38. Amaranto affinis ſpicata *Indica*, floſculis pentapetalis in ſpicis ſquamoſis.

H. M.
Planta aquoſa. *Radix* albicans & fibroſa. *Caules* lignoſi virides. *Folia*, quæ ſurculis inſident, oblongo-anguſta, tenuia, lenia. *Coſta* cum lateralibus in averſa parte eminet. *Flores* ſpicati proveniunt, in capitulis primò rotundis, dein longioribus, pentapetali, rigidiuſculi, interiùs cochleato-cavi, albicantes, ac dilutè rubro-purpuraſcentes ac nitentes: *Stamina* in illis 5, rubra, apicibus rubris dotata: *Stylus* oblongior, ſupernè nodulatus. *Semina* in ſpicis tria quatuorve conſita, parva, orbiculata; plano-rotunda, ex ſpadiceo nigricantia, glabra ac valde nitentia.

Tsjeria-Belutta-Adeca-Manjen, *H. M.* P. 10. T. 39. Amaranto affinis *Indica*, foliis anguſtioribus, ſpicis minoribus.

Cum priore convenit, excepto quòd hæc foliis ſit longioribus & anguſtioribus, capitulis ſpicatis minoribus, cuſpidatis & anguſtis, albicantibus & dilutè purpuraſcentibus.

P. 206. Ad Cap. De Parietaria.

Parietaria foliis ex adverſo naſcentibus, Urticæ racemoſæ flore, *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Parietariam hanc non alia in re ab *Europæa* noſtra vulgari differre obſervare potui quàm foliis & ramulis in caulibus ex adverſo ſitis; caulibus quadratis, viridibus, glabris, nitentibus, & interdum ſubrubentibus; floribus denique racemoſis in filamentis è foliorum alis exeuntibus: quæ tamen differentiæ tanti ſunt ut ſpecie diverſam eſſe ſuſpicer.

In rupibus umbroſis & humidioribus frequens oritur. In *Marilandia* etiam invenitur. D. *Petiver.* Catal. in *Philoſoph. Tranſact.* N. 246.

Parietaria paluſtris *Munting. Herbar. Belgic. Griſleii Virid. Luſit.*

Parietaria trimeſtris *Luſitanica* latifolia *Ejuſd. ibid. Griſleii Virid. Luſit.*

Parietaria *Luſitanica* annua minima *Tourneſ. Elem. Bot.*

In exemplari ſicco nobis à D. *Sherard* exhibito folia breviora pro ratione magnitudinis rotundiora erant quàm in Parietaria vulgari.

Parietaria Ocimi folio *C. B.*

Differt (inquit D. *Sherardus*) à vulgari Parietaria. *Romæ* in muris & ruderibus creſcentem ſæpius vidi. Floſculos fert exiguos, palleſcentes, in quinque ſegmenta diviſos, qui inſident calyci viridanti hirſuto quinquepartito expanſo. Singulos flores ſequuntur *ſemina* ſingula, nuda, oblonga, anguloſa.

Parietaria Lipſienſium major latifolia *Mentzel. Pugil.*

Ad altitudinem trium pedum aſſurgit, foliis triplo majoribus quàm vulgaris & magis acuminatis. Eodem modo cum præcedente fert flores & ſemina. D. *Sherard.*

P. 207. Ad Cap. de Saxifraga aurea,

Saxifraga rotundifolia aurea minor, montis *Aurei*, *Tournefort. Elem. Bot.*

P. 208. Ad Cap. de Aſaro.

Aſarum *Virginianum*, Piſtolochiæ foliis ſubrotundis, Cyclamini more maculatis *Pluk. Phytogr.* T. 78. F. 2. Aſarum Cyclamini folio *Baniſter Cat. Stirp. Virg.*

P. 209. Ad Cap. de Alchimilla.

Pro Synonymo 2dæ Alchimillæ ſpeciei adde,

An Alchimilla minima glabra, foliis elegantiùs ſerratis D. *Fagon. Schol. Bot.*

Pro nova ſpecie

Alchimilla Alpina pubeſcens nivea *H. R. P. Schol. Bot.* Item

Alchimilla minima, ramoſiſſima, hirſuta, floſculis in pediculis è foliorum alis exeuntibus. *Cap. B. Spei. Muſ. Pet. cent.* 4. n. 343.

Foliola Alchimillæ ſatis ſimilia, digiti minimi ungue minora, in caulibus non admodum crebra, alternatim poſita, è quorum alis exeunt ſurculi ſeu pediculi communes, alii ſupra alios, *floſculis* onuſti velut in ſpicis laxis, qui quales fuerint in ſicca non comparuit. *Caules* ex eadem radice plures exeunt in terram reſupinis, ut planta denſo velut ceſpite terram operiat.

Raram hanc plantulam cum multis aliis curioſè admodum exſiccatis D. *Margareta Hendrina van Otteren*, D. *Oldenlandii* Botanici peritiſſimi vidua à *C. B. Sp.* ad D. *Petiver* miſit.

Alchimilla Alpina pentaphyllea, minima lobis fimbriatis *Bocc. Muſ. Plant. rar.* p. 18. Tab. 1.

Plantula eſt repens, nec ultra duas tréſve uncias erigitur. Flore & ſemine cum Alchimilla vulgari convenit. In monte *Ceniſio* minore reperitur.

P. 211. Ad Cap. de Camphorata.

Camphoratæ effigie planta *Africana Pluk. Almag. Bot.* T. 273. An Camphoratæ ſimilis longiùs radicata *Breyn. Faſcic. rar.* Humilis eſt planta, cauliculis hirſutie pubeſcentibus prædita, folia iis præcedentium aliquantulum latiora videntur.

Cam-

Camphoratæ hirſutæ ſimilis, fruticulus *Æthiopicus*, foliolis ex uno puncto confertiſſimis, flore parvo tubuloſo niveo, pentapetaloide *Pluk. Almag. Bot.* T. 272. F. 7. Camphoratæ ſimilis altera, magis hirſuta *Breyn. Faſcic.*

Camphorata *Africana* umbellata fruteſcens *Hermanni Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radices fibroſæ: *Caulis* lignoſus, cinereus, in varios ramulos rotundos, virides, à radice ſtatim diviſus, *foliis* nullo ordine poſitis, parvis, rotundis, anguſtis, viridibus, quæ penicilli in morem numero incerto conjunguntur, veſtitus. Ramulorum ſummitatem floſculi albicantes in umbellam congeſti exornant, in quorum medio præter *ſtylum* 4 reperiuntur *ſtamina*, apicibus luteis prædita. Floribus evanidis gemina ſimul juncta, ſequuntur *ſemina* parva, nuda, non ſtriata.

Camphoratæ ſimilis elatior planta *Æthiopica* circa caulem Gallii lutei foliis conſtipata *Pluk. Almag. Bot.* inter Emendanda & Supplenda 399. In Horto *Chelſeiano* enutritum vidit.

Camphoratæ congener, ſeu Anthyllis altera *Æthiopica*, ſummis virgulis tomentoſa *Pluk. Almag. Bot.* T. 273. F. 2. An Planta Corios folio *Africana Breyn. Faſcic?*

P. 212. Ad Cap. de Kali geniculato adde,

Kali geniculatum perenne fruticoſius procumbens D. *Sloane.* An Kali geniculatum majus ſemper virens humilius *Schol. Bot.* In litore maris prope inſulam *Shepey* ſeu *Shipway* in *Cantio.*

P. 213. Ad Cap. de Kali ſemine cochleato.

Quarta ſpecies, *ſeu* Kali floridum repens Aizoides *Neapolitanum* ad Seda multiſiliqua transferatur.

Addantur autem ſpecies ſequentes,

4. Kali fruticoſum *Hiſpanicum*, Tamariſci folio *Tournefort. Elem. Bot.*

5. Kali fruticoſum *Hiſpanicum* Geniſtæ fronde *Ejuſd.*

6. Kali fruticoſum *Hiſpanicum* capillaceo folio villoſo *Ejuſd.*

7. Kali lignoſum, flore muſcoſo, Roriſmarini folio. *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 126.

Planta eſt lignoſa, verùm humilis, non ultra palmum alta. *Folia* ei anguſta, glabra, carnoſa, retuſa, colore pallidè viridi, Kali aut Roſmarini formâ. Flores muſcoſi ut Sedi, Ficoidis, Anonymi Linariæ folio Cluſ. & Kali. *Harum Plantarum flores longè à ſe invicem diſtant, neque me judice muſcoſi ſunt*, ni pictura fallat. In Horto D. *Franciſci Moroſini* cultâ vidit.

8. Kali Molluginis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.*

Folia emittit craſſa, brevia, tomentoſa, & ad unumquemque caulis nodum velut in verticillos diſpoſita. Planta eſt *Hiſpanica*, cujus notitiam D. *Barelier* debemus.

9. Kali polygonoides, frutex polyſpermos, *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 83. T. 73.

Invenitur hæc planta in *Sicilia*, prope mare urbem *Saccam* & Agrigentum alluens. Pedalem circiter altitudinem aſſequitur.

10. Kali aizoides racemoſum D. *Sherard. Hort. Cathol.*

Plantula eſt palmaris aut ſequi palmaris, in varios ramos diviſa & ſubdiviſa, rubentes, hirſutos. Secundum eoſdem exeunt ſpicæ ſeu racemuli oblongi teretes, quorum partes & ſtructuram in ſicca diſcernere non licuit.

11. Kali *Ægyptiacum* foliis valdè longis hirſutis *C. B.* Kali tertia ſpecies *Alpini*

Foliis conſtat paucis, Ajugæ foliis proximis, ſed valde longioribus, uno *caulèque* non omnino recto, à quo tres quatuórve cauliculi exoriuntur, qui rectà ſurſum feruntur, quilibétque ipſorum in cacumine ſcapum quinque aut plus foliis Chamæpityos proximis, at deorſum in arcum recurvatis inclinantibus conflatum; à cujus medio, *floſculi* roſarum ſimiles exſurgunt multi. Salſo acríque ſapore linguam ferit.

12. Kali *Curaſſavicum* procumbens foliis ſubrotundis majus *P. B. P.*

13. Idem minus *Ejuſdem.*

14. Kali aizoides *Canarienſe* procumbens, Portulacæ palleſcentibus ſucculentis foliis, aſpergine rorida perpetuò madidis *Pluk. Almag. Bot.* T. 303. F. 4. *Boita Camilo* Inſulanis dictum. Hæc ſpecies ad caulium nodos prolifera eſt cum floribus ferè inconſpicuis *Pluk.* Deſcribitur à D. *Volkamero Flor. Norimberg.* p. 236.

Kali

Kali geniculatum *Hiſpanicum* ramoſum fruticans, ramulis ad unam partem vergentibus *Pluk. Almag. Bot.*

Kali fruticoſum coniferum, flore albo *Slon. Cat. Jamaic.*

Caules aliquot fundit, rectos, teretes, lignoſos, incanos, pedales circiter, verſùs ſummitates ramoſos, ibidemque *foliis* multis viridibus ¼tas unciæ longis ſucculentis & ad guſtum ſalſis binis plerunque oppoſitis, Kali foliis nonnihil ſimilibus veſtitis. *Flores* albi, minimi; inter ſquamas coni parvi egrediuntur, rarò aut nunquam ſemen proferentes,
In arenoſis maritimis paluſtribus circa locum dictum Paſſage-Fort ubique reperitur. *Locus.*

Ad Caput 20 pro Synonymo 1æ ſpeciei ſeu Knawel *Germanorum* adde,

An Polygonum montanum Vermiculatæ folio *C. B?* Vermiculata nova montana *Col?*

Pro Secunda ſpecie interſeratur,

2. Polygono anguſtiſſimo folio affinis *C. B.* Hæmorrhoidalis *Cluſ. hiſt.* app. alt. ad Caryophyllorum ſylveſtrium claſſem referenda.

3. Knawel Pearmeedooricum, Gallii lutei foliis, floribus comoſis *Petiv. Act. Philoſoph. Lond.* n. 267. p. 701. Chaipoondoo *Malab.*

Toſtæ & in aqua bullitæ decoctum vomitum, diarrhœam, cibi inappetentiam, & cruditatem ventriculi ſanat.
Radicem habet longam lignoſam, multas fibras rigidas versùs imum præcipuè emittentem.

Kali floribus membranaceis *Boccon. pl. rar.*

Polygonum minus, flagellis longiſſimis, ſubrotundo folio, aſpermon. *Hort. Cath.*

Polygonum minus *Siculum*, acutis & craſſioribus foliis polyſpermon *Hort. Cath.* Hujus & præcedentis ſpecimina *à Principe Catholicæ* ad D. *Sherard* miſſa ſunt à quo habuimus.

P. 114. Poſt lin. 14tam. adde,

Hanc plantam *Polygalam repentem nuperorum* Lobelii eſſe conjectabar: quòd & deſcriptio Polygalæ illius apud Lobelium in *Adv.* & locus ei convenire videbantur; necdum ſententiam muto, quamvis iconem omni ex parte ei non reſpondere agnoſcam. D. *Plukenet* Polygalam hanc repentem nuperorum *Lob.* pro Polygono minore ſupino candicante *Bot. Monſp.* habet *Phytograph.* Tab. 52. Fig. 7. Verùm Polygonum illud minus candicans *Bot. Monſp.* eadem eſt cum Paronychia *Hiſpanica Cluſ.* quæ calidiorum Regionum incola eſt, nec circa *Antverpiam* aut *Gandavum* reperitur. Fortè ergo vel error eſt Typographicus vel ἁμάρτημα μνημονικὸν, & pro Polygono minore ſupino candicante apud D. *Plukenet.* legendum Polyg. min. cand. capitulis ſurrectis *Bot. Monſp.* Verùm & has duas eandem plantam eſſe affirmat *Lobelius*, nec fidenter diſtinguit *P. Magnol.* ſed poſtquam utramque in hortis coluerit, ſe certiùs de iis locuturum dicit; *Tournefortius* tamen diſtinguit. Sive autem eædem ſint, ſive diverſæ, ut nobis quidem videtur; *Lobelius*, eumque ſecuti omnes Botanici *Polygalam repentem nuperorum*, ab utraque diſtinctam faciunt. D. *Plukenet* me adhuc erroris inſimulat quòd in ſententia perſiſtam, nec Polygonum iſtoc à Polygala repente nuperorum *Lobelii* diſtinguam. Res non eſt tanti ut de ea contendamus. Fruatur ille per me licet ſuo judicio; hoc tantùm addam me in locis conſimilibus iis quos *Lobelius* memorat in *Flandria*, Polygonum hoc inveniſſe.

P. 214. Poſt ſextam ſpeciem adde,

Herniaria ſegetum hirſuta annua *Luſitanica* N. D. *Virid. Luſit. Griſleii.*

—— erecta annua *Luſitanica* N. D. *Ejuſd.*

—— Alſinitis annua N. D. *Ejuſd.*

—— Alſinitis annua marina N. D. *Ejuſd.* marina *Luſitanica* N. D. *Munting. Herbar. Belg.*

—— Alſinitis annua tertia minor N. D. *Ejuſd.*

Herniaria lucida aquatica *Slon. Cat. Jamaic.*
D. *Sloane*,
Fibris multis tenuibus capillaceis *radicatur*, *Caulis* viridis eſt, teres, erectus, lucidus & propemodum tranſparens, pedem plus minus altus, ramulos alternatim emittens eiſque oppoſitum foliorum ceſpitem: E ramulis pari modo exeunt ſurculi, *foliis* perexiguis, viridibus, lucidis, Polygoni ſimilibus ſed minoribus, creberrimis, ex adverſo ſitis veſtiti. *Flores* è foliorum alis exeunt petiolis tenuiſſimis, vel rubentes, vel virides, qui microſcopio ſpectati tetrapetali apparent. *Semen* ſubſequitur minutiſſimum, pulvereum.

Inter plantas ſiccas D. *Sherardi* Plantulam habemus Herniariæ hirſutæ ſimilem, ſed minorem foliis minimis, floſculis & fructu ſecundum caules velut racematim congeſtis.

P. 215. Plant. 9.

Polygonifolia per terram ſparſa flore Scorpioides. Huc refert D. *Tournefort Hiſt. plant. circa Pariſios.* Polygonum minimum ſeu Millegranam minimam *C. B. Lob. ico.* cujus florem & fructum ſic deſcribit, Flos 5 foliolis albis, ovalibus, ¾tas lineæ longis componitur. Calix ſimplex eſt, lineam unam longus, in 5 apices viridiuſculos, extremo albicantes diviſos, introrſum recurvos; qui floribus præteritis pro involucro inſervit grani unius fuſci, duri, ſubrotundi; quod microſcopio examinatum propemodum triangulare apparet. Hinc patet Plantam hanc ad *Monoſpermas gymnoſpermas* referendam eſſe.

Perexil *Eremitana*, Parietariæ folio, paniculis ſpecioſis.

Duæ ſunt ſpecies, altera humi provolvitur, altera rectà aſſurgit, ad pedem unum aut alterum. Decoctum utriuſque cum Borace urinæ ſuppreſſioni medetur.

Scherubula *H. M.* P. 10. T. 29. Herniaria Malabarica major *Commel.* Perexil-*Malabarica* Parietariæ folio *Muſ. Pet.* 793.

H. M.

Caules ſuos maximè in latum ad 3, 4ve pedes diffundit, arenoſo gaudens ſolo, ſemper florens. *Radix* tenuis albicans ac rubeſcens, fibroſa & ſubamara. *Caules* tenues, rotundi, viridi-diluti ac rubeſcentes, lanugineſi, aliquantulum lignoſi. *Folia* in caulibus vel ſolitaria vel bina, vel terna congregatim proveniunt, iiſque breviſſimis intercedentibus petiolis inſident, parva, rotundiola, parùm oblonga, craſſiuſcula, in ſuperficie piloſa, maximè in averſa parte. *Flores* ubivis ſpicatim videntur & conferti, in brevibus petiolis, qui vel ſolitarii, vel duo tréſve ſimul ſupra ex origine foliorum erumpunt, capitula referentes oblonga, ſúntque rotundæ, albicantes & lanuginoſæ gemmulæ, pentapetalæ, in exteriori parte lanuginoſæ & albicantes, interiùs virides, ſine ullo odore. *Stamina* in illis 5, tenuia, parvis flaviſque *apicibus* donata. *Capſulæ ſeminales* ex ipſis floribus poſt aperturam iterum clauſis conſtituuntur; in unaquaque *ſemen* continetur unicum minutiſſimum, rotundum, planum, primùm viride, dein rubeſcens, tandem nigrum & nitens.

Scoparia foliis tenuiſſimis, in plurimos & tenuiſſimos ramulos diviſa & ſubdiviſa, floribus & fructu in ſummis ramulis, præparvitate vix diſcernendis. E *Marilandia* acceptam nobis impertivit D. *Petiver.*

Fluvialis ſpecies anguſto brevíque folio undequaque ſpinis infeſta *Hort. Cathol.* 241. *Flagellum Chriſti* dicta. Plantam hoc titulo à D. *Sherard* accepimus, aquaticam, altitudine vix ſemipedali, cauliculo prætenui & infirmo, foliis veſtito ad intervalla longiora nunc binis oppoſitis nunc ſingulis, anguſtiſſimis, unciam plus minus longis brevibus utrinque ſpinulis ſed innocuis (ut mihi videtur) utrinque extantibus, velut dentatis. Folia in ſummis cauliculis & ramulis magis coacervata. Floribus & fructu vidua erat, aut eos nondum protulerat.

P. 216. Ad finem Libri 4ti addatur Caput integrum.

De Battata ſylveſtri *Rizophora* & *Inhame* dicta: Anglis Yams.

Rizophora ſeu Inhame *Indica*, alato caule, Scammonii folio ſingulari *P. B. P.*

Rizophora ſeu Inhame *Curaſſavica*, folio Bryoniæ aſpero, hirſuto & crenato *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Curaſſavica* folio ſubrotundo, rigido ſplendente *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Curaſſavica* trifolia ſive Phaſeolodes *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Curaſſavica* ferruginea lanugine pubeſcens, *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Sirinamenſis* folio auriculato *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Veræ Crucis*, fœtida *Ejuſd.*

Rizophora ſeu Inhame *Javanica*, Plantaginis rigido ſplendente folio *Ejuſd.*

Rizophora Melonis folio parvo, radice Rapi nigricante *Pluk. Almageſt. Bot.* In horto Regio *Hamtonienſi* è ſeminibus nata eſt.

Battata cathartica ſeu Spinachia *Americana* tuberoſa ſolutiva *Munting. Herbar. Belgic.*

Herbarii ſub Battatæ ſylveſtris ſeu Rizophoræ nomine plantas valde diſſimiles, non ſpecie tantùm ſed & genere diverſas (ut nobis videtur) tradunt. Aliæ enim florem habent ſine ſemine, ut *Kattu-Kelangu* & *Mu-Kelengu H. M.* Aliæ ſemen ſeu fructum ſine flore ut *Tsjari-Nuren, Katu-Katsjil*; Aliæ tum florem, tum fructum, ut *Nurem-Kelengu*; Aliæ neque florem, neque ſemen, ut *Katsjil-Kelengu.*

Ex-

Cæterùm curioſis diligentiùs examinandum propono, An ulla omnino dotum Battatæ ſylveſtris *Indicæ* ſeu *Rizophoræ* aut *Inhames* ſpecies flore fructúque ſimul, aut utrolibet ſolo vidua. Mihi certè rationes non deſunt, cur non dari ſuſpicer.

Tsjageri-Nurem *H. M.* P. 7. T. 33. Battata ſylveſtris ſpinoſa trifolia, flore vidua, verrucoſa, fructibus in ſpicis longis, rarioribus, triangularibus, ad pediculum reflexis.

H. M.

Frutex eſt *radice* Raphani *Hiſpanici*. *Caules* rotundi, tenues, glabri, ſpinoſi. *Folia* in petiolis oblongis terna proveniunt, ſupernè viridi-fuſca & ſurda, ſubtus glabra & nitentia, coſtulis albicantibus, quæ in averſa parte eminent, obſita. *Flores* fert nullos, *Vereor nè in hoc falſus ſit Auctor*. *Fructus* plures congregati ſpectantur in petiolis longis ad exortum foliorum erumpentibus, pollicem longi, triangulares, in vertice cuſpidem ferentes, virides & cinerea lanugine amicti, ad petiolum converſi. Singuli anguli duas veſiculas ſeminales continent, cartilaginoſo ſepimento ſejunctas, in quibus unum vel duo reperiuntur *ſemina*; oblongo-rotunda, plana, ſubrubra, ſepimento accumbentia, tenui membranâ inſtructa. Præter fructus, *verrucas* ſeu ſpurios habet fructus, oblongos, ſcabros, ad pedem foliorum quaſi oppoſitos, è quibus perinde ac è radice & ſemine nova planta exſurgit.

Natale ſolum eſt *Cotate* & alia loca, ſemper virens & frugens. Folia Millepedum morſui medentur. *Radix* cocta, pro balneo uſurpata, vel potu aſſumpta, hæmorrhoidas ſanat. *Locus & Vires.*

Katu-Nuren-Kelengu *H. M.* P. 7. T. 34. Battata ſylveſtris verrucoſa, ſpinoſo caule, foliis digitatis, fructu carens.

H. M.

Radix magna & craſſa inſtar Bryoniæ: *Caules* ſpinoſi: *Folia* ſena, terna, quaterna, vel quina in uno petiolo. Præter verrucas bulboſas carne denſa, aquea, viſcida repletas, quæ caulibus circa exortum foliorum inſident, nullos habet fructus, ſemper novas propagines, antequam terram attingant ejicientes.

Naſcitur in petroſis terræ *Candanatæ* & *Cotate*.

Nurem-Kelengu *H. M.* P. 7. T. 35. *Battata Indica*, caule ſpinoſo, foliis digitatis, fructu triangulo, cum tribus intus ſeminibus compreſſis.

H. M.

Radix ut præcedentis, ſed major. *Caules* ſpinoſi ac tenues. *Folia* ex petiolis intus ſtriatis quina proveniunt, minora quàm præcedentia, texturâ tenui, plana, glabra. Coſta media plures tranſverſales emittit, nervulis inſtructas, averſam foliorum partem cancellatim pertexentes. *Flores* ut *Katu-Kelangu*, in vertice fructuum, pentapetali, coloris flavi, dein nigricantes, qui umbilicum fructûs conſtituunt; & *Fructus*, ſed minores: præter illos & alii viſuntus, plures ſimul provenientes, virides, oblongi, triangulati; in unoquoque angulo Faba valde plana & compreſſa.

Eſt & alia ſpecies *Nurem-Kelengu*, cum priori conveniens, præter quod folia tantùm tria prodeant, & Fructus oblongo-anguſtiores ſint.

Naſcitur in terris *Angecaimael*, & ubique locorum, ſemper viret, floret, fruget, & verrucas habet. Inter edulia recenſetur. *Locus.*

Katu-Katsjil *H. M.* P. 7. T. 36. Battata ſylveſtris foliis Smilacis nervoſis, flore vidua, fructu triangulari compreſſo diſpermo.

H. M.

Species eſt *Tsjari-Nurem* reſpectu radicis, fructuum, & verrucarum, quæ & totam producunt plantam. *Caules* tenues, nonnihil lignoſi, ſe invicem ſinuosè amplectentes. *Folia* petiolis longis, angulatis & interiùs ſulcatis, ad exortum nonnihil protuberantibus inſident, oblonga, mollia, lenia, tenuia, ex uno latere longiùs exporrecta, lato ſinu ad petiolum profundè inciſa. Coſta media quatuor alias annulari ductu emittit, in prona parte eminentes. *Flores* nulli. *Fructus* plures congregatim proveniunt, triangulares, angulis latè extenſis ac velut extenuatis, in unoquoque duo reperiuntur *ſemina* in ſe invicem decumbentia, ſine ullo interſepto, rotunda, plena, latâ ac tenui rotundâ pelliculâ circumcincta, primùm viridia, dein ad ſpadiceum vergentia. Præter hoſce, etiam fructus habet ſpurios, cauliculis ſupra exortus foliorum inſidentes, ut in *Katu-Kelengu*, ſpadiceos, cortice ſcabro, carne denſa, circa corticem viridi, intus albicante: humor nonnihil viſcidus.

Naſcitur in denſis nemoribus, circa *Candenata* & *Oedampere*. Fructus menſe *Septembri* maturescunt, ſemper viret. *Locus.*

Radicis decoctum cum pulvere radicum *Chinæ* ulcera mundificat, & ſanat. *Viret.*

D. *Plukenet* Rizophorum *Indicum*, Bryoniæ nigræ ſimilem, ad foliorum ortum verrucoſum *H. R. H. Phytogr.* T. 220. F. 50. depictum huc referendum conjectatur.

Kattu-Kelangu *H. M.* P. 7. T. 37. Battata ſylveſtris, ſpinoſa, Smilacis folio, floribus ſtamineis racemoſis, pro fructu verrucoſam excreſcentiam protrudens.

H. M.

Species eſt *Nurem-Kelengu*. *Radix* major & craſſior, exteriùs ex ſpadiceo nigricans, hinc indè tenues emittens fibras, intus carne albicante, ſubflava, denſa, humida, nonnihil unctuoſa, & laxis filamentis pertexta, ſaporis aquei, odoris nullius, à plebe tamen comeditur, longæva, ac ſemper de novo ſurculos emittens. *Caules* tenues, rotundi, duris acutiſque ſpinis hinc indè muniti, geniculati, inferiùs nigricantes. *Folia* inſtar cordis huma-

ni ad petiolum profundè inciſa; plana ſunt, glabra, lenia, mollia, ſeptinervia, nervis obliquo valde ductu excurrentibus, infernè nonnihil extuberantibus cum venis tranſverſis. *Flores* plures in petiolis brevioribus ſupra exortum foliorum ſpicati oriuntur, ſuntque gemmulæ parvæ nullum fructum dantes. Cum hiſce ſimul proveniunt *Fructus* rotundiuſculi, irregulares, triplo vel quadruplo grandiores quàm *Nurem-Kelengu*, cortice tenui & ſubamaro, intus carne denſa, ſolida, humida, unctuoſa, ſubflava, ſaporis aquei, nullum *ſemen* habentes. Semper viret florens menſe Julio & ſequentibus.

Locus. Naſcitur circa *Cochien*, & multis aliis in locis.

Virtus. Radix cum croco mixta & appoſita crurum tumores diſſipat. Succus foliorum cum urina vaccæ dolores aurium ſiſtit.

Katsjil-Kelengu *H. M.* P. 7. T. 38. Battata ſylveſtris *Indica*, foliis Smilacis, lævibus, caulibus alatis, flore vidua, pro fructu glandes tuberoſas ad exortum foliorum emittens.

H. M.

Caules habet quadratos, virides, angulatos, alatos, criſpatos, & in alarum ora nonnihil rubeſcentes, geniculis interſtinctos, intus lignoſos. *Folia* in geniculis geminata, & ordine decuſſato, in pedunculis oblongis quadrilateris proveniunt, oblonga, lato ſinu exciſa, mollia, lenia, viroris in recta parte ſaturi. *Coſta* media utrinque tres laterales emittit, alatas, candicantes & nitentes, venulis tranſverſis ſubrubeſcentibus intertextas. *Flores* nulli. *Fructus* cortice ſpadiceo, interiùs ſanguineo-rubri, carne denſa, albicante, viſcida, caulibus ad exortum foliorum inſident, ſúntque velut radices, quæ folia, ut & novellos foliorum caules emittunt, & radiculas ſeu fibras albicantes, ubi terræ incumbunt, fundentes.

Virtus. Foliorum ſuccus ſcorpionum morſui medetur, ulceribus malignis ſummo cum ſucceſſu inſpergitur, Radicis pulvis cum *Katu-Panna-Kelengu* : fotûs loco adhibiti idem præſtant.

Hanc plantam D. *Sloane*, cui optime cognita eſt, *Cat. plant. Jamaic.* pro *Cara Braſilienſibus*, *Inhame* de S. *Thome*, *Congenſibus* Quiquo-aquicongo *Marcgr. Piſon.* Rizophora *Indica*, rubra & alba, caule alato, Scammonii foliis nervoſis conjugatis *Herman. Parad. Bat. prod.* Hetich *Theveti*, Rapo Americano foliis Bryoniæ *C. B.* Yeams, ſeu Yams Anglorum habet : & in agris ubique per Inſulam *Jamaicam* menſe Martio plantari, & Decembri radicem maturam colligi ſcribit.

Mu-Kelengu *H. M.* P. 8. T. 51. Battatæ ſylveſtris ſpecies.

H. M.

Naſcitur circa *Cochien*, *Mutan* & alibi, ſemper virens, florens tempore pluvioſo, ſine fructu. *Radix* craſſa, carnoſa, urens, ſed cocta acrimoniam deponit, ac apud indigenas in eduliis eſt. *Cauliculi* teretes, lanuginoſi, viridi-diluti, ſub tunica lanuginoſa glabro-viridi-ſaturo cortice. *Folia* formam cordis referunt, in cuſpidem craſſiolum ac rigidiuſculum ſtricta, tenuia, mollia, lanuginoſa, viroris clari & diluti in averſa parte, in recta plana, glabra, ac viroris ſaturi & nitentis, odore & ſapore deſtituta. *Flores* petiolis ſeriatim inſident, penta vel hexapetali, viridi-ſaturi, exteriùs nonnihil lanuginoſi, latiori ac profundiori orificio, ex quo *ſtamina* 5 vel 6, pro numero petalorum emicant, quæ flavis inſtructa ſunt *apicibus* : in umbilico globulum continent viridem ; parvo & lanuginoſo excipiuntur calice. Florum *gemmæ* rotundæ lanuginoſæ, nullius odoris.

Vires & Uſus. *Folia* in decocto *Oryzæ* trita medentur ulceribus.

Hæc Planta, ut & 4 præcedentes, ſpecies ſunt Battatæ ſylveſtris, naſcentes etiam in Inſula *Ceylon*, ubi porci earum radicibus ſaginantur, unde ad D. *Commelinum* tranſmiſſæ, & in Horto Medico *Amſtelodamenſi* ſatæ, coaluerunt, & etiamnum ibi virentes viſuntur. *Commelin.* notis in hunc locum.

Volubilis nigra, radice tuberoſa, compreſſa, maxima, digitata, farinacea, eſculenta, folio cordato nervoſo *Slon. Cat. Jamaic.* dicitur.

Hanc plantam D. *Sloane* pro *Igname* ſeu *Inhame Luſitanorum Cluſ. hiſt.* habet : item pro Battatis affini *Igname* ſive *Inhame J. B. Hiſt.* Tom. 2. lib. 19. p. 793. Rapo Braſiliano ſeu Americano altero *P. B.* pin.

Hujus ut & præcedentis ſpeciei radices in taleolas ſectæ & in aqua coctæ, vel ſub cineribus toſtæ ab *Æthiopibus* mancipiis, ut & *Europæis*, panis loco comeduntur ; aridæ ſunt, farinaceæ, guſtu jucundo, multi & ſatis laudabilis nutrimenti ; ideoque in *Jamaica* & inſulis *Baribbæis* plurimùm ſeruntur.

Battatam tuberoſam *Americanam* plurium ſpecierum nimirum luteam, variegatam purpuream, & albam invenio in *Muntingii Herbario Belgico.*

Podava Kelengu *H. M.* P. 7. T. 51, 52. Rhizophora, ſive Inhame *Malabarica* ſpinoſa *P. B. P.* Yeam-Peru *Cluſ.*

H. M.

Convolvuli ſpecies non eſt, ſed potius Rizophoræ, noſtratibus Yams dictæ, ſeu Battatæ ſylveſtris. *Flores* in petiolis oblongis, craſſioribus, ſpinoſis, viridi-fuſcis ſupra exortum foliorum erumpunt heptapetali vel octapetali, ſtellatim cuſpidati, viridi-diluti, flocculoſa lanugine obſiti, ſuperne oblongis & tenuibus filamentis cuſpidati, ac oblongis pilis barbati, odoris expertes ut & fructuum.

Fructuum expertes eſſe mihi non facilè perſuaſerint : Fructus fortaſſe rariùs producit, ideóque ab indigenis non fuerint obſervati.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER QUINTUS:

Herbas flore compoſito lacteſcentes complectens.

Herbas flore compoſito in Quatuor Genera dividimus:

PRimum eſt earum, quæ flore ſunt planifolio, naturâ plerunque pleno; D. *Rivino* Flore ex floſculis *irregularibus* tantùm compoſito dictæ: D. *Tournefort* Florem ex *ſemifloſculis* ſeu floſculis *dimidiatis* eis attribuit. Verùm ſufficit huic Generi pro characteriſtica Flos compoſitus lacteſcens, ſiquidem proprietas iſthæc omnibus & ſolis hujus Generis inter eas quæ flore compoſito ſunt ſpeciebus convenit.

Secundum earum, quæ flore ſunt DISCOIDE PAPPOSO.

Tertium earum, quæ flore ſunt ex floſculis *fiſtuloſis* compoſito, cujus calix ſquamoſus in ventrem extumeſcit; CAPITATÆ.

Quartum earum quæ Flore ſunt diſcoide non pappoſæ; CORYMBIFERÆ.

P. 222. Ad Cap. de Lactuca.

1. Lactuca *Banadenſis* altiſſima, flore pallidè luteo *Elem. Bot. Tournef.*

2. Lactuca *Banadenſis* altiſſima, latifolia, flore leucophæo *Ejuſdem.*

Hæ duæ ſpecies (notante D.*Tournefort*) à reliquis differunt caulibus & ſurculis craſſioribus minúſque rigidis.

D. *Bobart* Lactucam foliis Endiviæ *P. B.* i. e. Intybaceam *Tab. Ger.* à Lactuca Romana longa dulci *J. B.* diſtinguit, cùm tamen ipſe *Jo. Bauhinus* hanc illi eandem faciat.

3. Lactuca *Gallica* longifolia D. *Bobart Hiſt. Oxon.* P. 3. p. 57. An Lactuca longo & valde anguſto folio *J. B?* Hujus folia inferiora (inquit) palmum aut ſeſquipalmum longa ſunt, unciam unam aut alteram lata, ſpinulis quibuſdam per margines donata, præcipuè iſta quæ caulem veſtiunt.

4. Lactuca *Turcica* longifolia alba, ſeu maxima Capazunticas *Pos* dicta. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Lactuca hæc inter præſtantiſſimas numeratur. *Folia* plana, pedalis ſunt longitudinis, quæ in medio oblongum & ovale caput arctè compacta, conſtituunt. D. *Bobart.*

5. Lactuca ſativa maxima *Auſtriaca* capitata, variegata, Lactuca caryophyllacea vulgo *H. L. B. Herm.* Folia hujus latiſſima ex albido rubicundis ſtriis & lineis variegata ſunt, quo Caryophyllum pratenſem referunt.

6. Lactuca ſylveſtris altiſſima, foliis inferioribus dentatis; ſuperioribus acuminatis, integris *Hort. Beaufortian.*

Planta eſt annua, 7 pedes alta, caule craſſo, purpuraſcente, versùs ſummitatem valde ramoſo; *floribus* luteis, *ſeminibus* latis, compreſſis nigris. D. *Sherard*, qui & plantæ ſpecimen ſiccum nobis communicavit, in quo folia in caule ſuperiora dodrantem longa erant, media latiſſima parte 4 uncias lata, in longiſſimum & acutum mucronem producta, verùm proculdubio foliorum magnitudo pro magnitudine & luxurie plantarum variat.

7. Lactuca ſylveſtris *Italica*, coſtâ ſpinoſâ, ſanguineis maculis aſperſâ *Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Ultra hominis proceritatem aſſurgit, *caule* pollicem craſſo, purpuraſcente, in plurimos ramos brachiato, pilis rigidis undique obſeſſo. *Folia* infima humi expanſa, ſpithamâ longiora, palmo latiora, per margines undulata, nonnunquam integra, nonnunquam unâ alterâve

terâve laciniâ divisa, supernè saturatè virentia, quà terram spectant pallida, spinulísque per costæ & fibrarum majorum longitudinem excurrentibus armata, maculis sanguineis seu purpureis, quasi cruore perfuso notata; superiora profundiùs & frequentiùs laciniata, inferiorum more aspera & maculata; quæ in summis ramulis integra sunt & glabra, in acutum mucronem terminantia, atque ad margines pilis tantùm breviſſimis tanquam spinulis donata. *Flores* ex squamatis calycibus conferti, lutei, in extremis ramulis velut in spicas disposiți, ad solem circa meridiem expansi, aliàs clausi. Hos excipiunt *semina* compressa, nigra, villo coronata. Tota planta lacte amaro turget, & odorem gravem & virosum spirat, ut congeneres Lactucæ sylvestris species. Semel in horto sata se propagat semine deciduo.

8. Lactuca sylvestris annua, costa spinosâ, folio integro, cŏlore cæsio *Hist. Oxon.* P. 3. p. 58. An 2. *Ger?*

Hæc, quam ex *Aleppo* primò accepimus, *folia* profert oblonga, ex angusta basi in palmarem latitudinem sese extendentia, crenata, & spinulis in margine, cum dorso etiam spinoso, donata; cæsii aut ex virore subcærulei coloris. *Caulis* rotundus, firmus, pollicaris, quem *folia* minora, etiam integra, amplectuntur. Ad humanam assurgit altitudinem, cujus summi ramusculi *flores* luteos stellatos, & *semina* nigra cæterorum ritu sustinent; à quibus deciduis Lactuca hæc satione spontanea quotannis renovatur. D. *Bobart.*

9. Lactuca montana purpuro-cærulea minor *C. B.* Sonchus lævior Pannonicus 4tus *Clus. Hist.* D. *Bobart.* Sonchum montanum purpureum πτερυγόπταλον *Col.* huic synonymam facit, cùm C. Bauhinus præcedenti, i. e. L. montanæ purpuro-cæruleæ majori; item Lactucam sylvaticam purpuream *J. B.* cùm *J. Bauhinus* Lact. itidem mont. purpuro-cæruleæ majori, i. e. Soncho lævi 2do seu purpureo flore *Clus.* eam subnectat. Fortè non differunt specie hæ duæ.

P. 226. Ad Cap. de Soncho.

1. Sonchus ἀφυλλόκαυλος, angusto & oblongo folio nostras, per foliorum ambitum creberrimis spinulis asperatus *Pluk. Phytograph.* T. 62. F. 4. Caulis semipedalis, nudus, in duas tréſve alas in summo divisus, *flores* luteos, ex petalis latiusculis in extremo dentatis compositos sustinens.

2. Sonchus latifolius maritimus laciniatus *Massilienſis Schol. Bot.*

3. Sonchus lævis *Madraſpatanus Pluk. Phytogr.* T. 227. F. 3. Fortè *Muel*-Schevii *H. M.* P. 10.

4. Sonchus lævis *Virginianus*, caule alato, foliis laciniatis *Banisteri Pluk. Almag. Bot.*

5. Sonchus lævis *Virgin.* caule alato, foliis non dentatis *Banisteri Ejusd. ibid.*

6. Sonchus elatus seu dendroides *Virginianus*, Ari in modum auriculatis foliis, ramosissimus, floribus parvis luteis pentapetalis *Pluk. Almag. Bot.* In *Horto Medico Chelseiano* colitur.

7. Sonchus lævis, flore & semine Lactucæ *Virid. Lusitan. Grisleii.*

8. —— asper *Africanus* N. D. *Ejusdem.*

9. —— Hieracites major, marinus, elegans N. D. *Ejusdem.*

10. —— Hieracites minor N. D. *Ejusdem.*

11. —— aquaticus, *trans-taganus* N. D. *Ejusdem.*

12. Sonchus sylvaticus palustris major & minor *Jungermanni Cat. Altd.* sylvaticus 3. *Tab.* Soncho affinis Lampsana sylvatica *C. B.* foliis est integris, supina parte incanis; ramosior Lampsanâ vulgari.

In sylva circa *Huningen Cat. Basil.* In sylvis umbrosis *Pfaffenthalii* editioribus udis, mense Julio & seqq. *Cat. Altd.*

15. Sonchus pyramidalis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 41.

Caulem edit à 4 ad 6 pedes altum, *foliis* vestitum ab imo ad summum ità dispositis, ut figuram pyramidalem efficiant, rugosis, & Carlinæ sylvestris in modum divisis. *Caulis* autem cùm adolevit in summitate ramos aliquot emittit. *Flos* flavus est, folioſior quàm in congeneribus. *Semen* per maturitatem cum lanugine innascente avolat. *Radix* fibrosa est, longi-

uscula,

uſcula, clavi in modum terræ infixa. Planta eſt annua, & ſemine deciduo ſe propagat. Cæſa aut vulnerata omnibus ſuis partibus lacteſcit.

In *Etruria* invenitur ; *Fratalini* M. Ducis villa.

16. Sonchus *Tingitanus* Papaveris folio *Tournefort. Elem. Bot. Africanus*, flore luteo amplo, fundo purpureo *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Chondrilla Tingitana, floribus luteis Papaveris hortenſis folio *H. L. Bat. Herman. Radix* digiti craſſitie fibroſa, annua : Folia glauca, Papaveris hortenſis nonnihil ſimilia, duos digitos lata, palmum longa, lævia, carnoſa, albicantibus venis inſignita, per ambitum crenata ; inter quæ aſſurgunt caules, cubito longiores, in aliquot alas divaricati, læves, pallidè virentes, infra ſolidi, ſuperiùs verò fiſtuloſi. Horum ſingulis nodis adhærent folia ſine ullis petiolis auriculata, inferioribus latiora & profundiùs inciſa. *Flores* in apicibus ampli, è numeroſis petalis flavis ad baſin purpuraſcentibus congeſti. *Semina* oblonga alba fungoſa, ſulcata, denticulata.

17. Chondrilla vulgatiſſima Lactuculæ foliis ad petiolum caninis dentibus Perfoliatæ ſupernis *Hort. Cath.* 49.

18. Sonchus *Madraſpatanus* Lampſanæ foliis, Muel-Schevy *Hort. Malab.* Part. 10. p. 135. Tab. 68.

H. M.

Caules tenues, viridi-diluti, nonnihil piloſi cernuntur. *Folia* ſine petiolis caulibus inſident, oblongo-anguſta, utrinque laciniâ versùs poſticam partem extenſâ. *Flores* faſciatim proveniunt, petalis anguſtiſſimis ac velut capilliformibus, ex capitulis oblongo-rotundis, ſuperiora versùs contractioribus, ſtriatis, piloſis, coloris ſuperiori parte ſunt purpureo-rubri, de cætero albicantis, odoris expertes in capitulis in 5 anguſta folia apertis, *ſemina* conſident numeroſa, ruffo-fuſca, oblongo-rotunda, ſtriata, circa baſin erecta, ſingula ex oculo penicillum tenuium & albicantium filamentorum ejicientia, è medio verò unicum anguſtiſſimum foliolum. Floribus deciduis *ſemina* cum penicillis julos referunt.

Naſcitur in arenoſis, temporéque reperitur pluvioſo, etiam in locis irriguis & udis.

19. Sonchus [potiùs Lactuca] ſylveſtris, folio laciniato glauco, coſtâ non ſpinoſâ, *Hort. Beaufort.* Badmington.

Capitula parva anguſta; ſemen nigrum compreſſum Lactucæ ſpeciem eſſe arguunt. Obſervavit D. *Sherard.*

20. Sonchus Irionis folio glauco lævis, an lævis latifolius tertius *Tabern ? Hort. Cathol.* D. *Sherard.*

Folia circa margines eleganter denticulata ſunt.

P. 229. Ad Cap. de Chondrilla.

1. Chondrilla cyanoides lutea, Coronopi folio non diviſo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 21. T. 7.

Seminis reſpectu ad Genus *Stœbes Plantaginis folio* rectè referri poſſit hæc planta, verùm cùm lacteſcat, Chondrillæ generi non abſurdè ſubordinatur. Invenitur in *Sicilia* aliquantulum tamen varians fructu, foliorum figurâ, & colore floris. Iconem habuit inter ſupellectilem Botanicam D. *Barelier.*

2. Chondrilla *Americana*, foliis Polygoni, bullis pellucidis *Schol. Bot.*
3. Chondrilla puſilla, bulboſa, atro-purpurea *Griſleii Vir. Luſit.*

4. Chondrilla paluſtris longifolia, ſinuata, leviter ſpinoſa *Hort. Cath. Suppl. ult.* 18. *Folia* huic dodrantem longa, ab baſin ubi latiſſima ſunt ſeſcunciam lata, in longum & acutum mucronem ſenſim anguſtata. In caule, quem baſi ſua amplectuntur rariùs ſita ſunt, per margines æqualia. *Caulis* in ſummo unicum geſtat florem luteum.

5. Chondrilla altera Cichorei ſylv. folio, flore albo *C. B.* Lactuca perennis humilior flore albo *Tournef. Hiſt. plant.* circa *Pariſ.*

P. 230. Ad Cap. De Hieracio Hyoſeride.

Species hujus Capitis 3tia ſeu Hieracium minimum *Cluſ.* Hyoſeris maſcula *Ger.* minimè pappoſa eſt, ideóque ad Sect. hujus Libri IIam, quæ Herbas flore compoſito, naturâ pleno, lacteſcentes, ſeminibus ſolidis complectitur, transferenda eſt.

P. 230. Ad Cap. De Hieracio ſimpliciter dicto.

P. 232. Ad Speciem 7am ſeu Hieracium medio-nigrum *Bæticum Park.* pro Synon. adde, Hieracium *Bæticum Cluſ. cur. poſt.* ſine deſcriptione, medio-nigrum, flore majore & mino- *Boelii Ger. emac.* medio-nigrum D. *Pilleterii Lob. Stirp. illuſtr.*

P. 235. Ad finem Capitis adde ſpecies ſequentes.

1. Hieracium lanoſum *Ger. emac. app.* tomentoſum ſive lanoſum *Park. Theat. app.* p. 1683. E ſeminibus ex *Hiſpania* à *Gulielmo Boelio* ad *Parkinſonum* miſſis ortum eſt.

Ex eadem *radice* exſurgunt tres, quatuor aut etiam plures *caules*, recti, molles, tomentoſi, mediocriter craſſi, in plures ramulos diviſi, præſertim versùs ſummitatem; quibus ad ſingulas diviſiones ſingula adnaſcuntur *folia*, lata, acuta, valde corrugata, mollia pariter ac lanoſa, uti eſt & tota planta. *Flores* parvi, pleni, pallidè flavi, Piloſellæ repentis perſimiles, plures ſimul in ſummis caulibus & ramulis aggregati, è parvis rotundis mollibus tomentoſis capitulis erumpentes.

Huic forte eadem eſt, Hieracium longifolium flore albo palleſcente N. D. *Virid. Luſit.* Griſleii.

2. Hieracium intybaceum latifolium annuum ramoſius, capitulis rotundioribus hiſpidis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hieracium medium, Lactucæ folio villoſo, Pulmonariæ Gallicæ flore *Hort. Cath.* 95. E ſeminibus *Româ* tranſmiſſis à D. *Sherardo* orta eſt hæc planta, quæ *folia* plurima, humi procumbentia, dodrantem longa, ex anguſto principio in triuncialem latitudinem expanſa, mollia, obtuſa, tenui hirſutie pubeſcentia, marginibus ſinuata & nonnunquam Rapi in modum laciniata emittit. *Caulis* inter hæc aſſurgit pedalis & altior, hirſutus etiam & anguloſus, tenuis, molli medullâ farctus, in alas nudas, hirſutas, plurimas divaricatus. Harum autem ſingulæ *florem* geſtant ſingularem, aureum, plenum, è *calyce* brevi, rotundiore hirſuto emergentem, cujus petala exteriora colore ex carneo purpuraſcente ſparſim tinguntur, quibus dehiſcentibus *ſemina* pappoſa plurima longa ſuccedunt. D. *Bobart.*

3. Hieracium annuum, Chondrillæ folio, calyce barbato viridi breviore *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hieracium vulgare, Chondrillæ folio glabro *C. B.* quodammodo æmulatur; *folia* enim longa anguſta, Dentis leonis Chondrillæve denticulationibus laciniata ſunt, modicè (præſertim in dorſo) hirta. *Caulis* anguloſus in rectum attollitur, pedalis & cubitalis, in ramuſculos divaricatus, ad quorum ſingulam appoſitionem foliolum etiam enaſcitur acutum; & pluſculos *flores* parvos, luteos, plenos, è calicibus hirſutis viridibus, barbularum ſerie inſidentibus provenientes, ramulorum ſummitates corymbatim gerunt, quibus *ſemina* brevia, pappoſa, congenerum more ſuccedunt. D. *Bobart.*

4. *Hieracium phlomoides exoticum latifolium, foliis candida & denſa lanugine obſitis* Moriſ. hiſt. P. 3. 69. An *Piloſella Syriaca Park.* E *radice* nigricante fibroſa *folia* 4 uncias longa, 2 aut 3 lata emergunt, pediculis uncialibus aut biuncialibus adnata, pauliſper in margine raris denticulis extantibus ſinuata, candida, ſericeo tomento, ut in Verbaſco videre licet, obducta. *Caules* aſſurgunt tomentoſi, pedales foliis binis terniſve donati, & *flores* ſatis amplos luteos in ſummitatibus, reliquorum hujus familiæ ſimiles gerunt.

Pro Piloſella *Indica* à *Venetiis* miſſa eſt. D. *Bobart.*

5. Hieracium λεπτόκαυλον hirſutum, folio longiore D. *Lawſon.* Folia huic in caule (quantum memini) nulla, ſed ad imum tantùm caulem è radice exeuntia. *Caulis* ſatis procerus, gracilis, prope ſummitatem in ramulos aliquot diviſus, *flores* ſuſtinentes majores ſpecioſos. In rupibus juxta rivulum inter *Shap* vicum & S. *Annæ* fontem in *Weſtmorlandia.*

6. Hieracium fruticoſum Alpinum latifolium minus, uno vel altero flore. In rupibus editioribus circa vicum *Lhanberys* in *Arvonia*, à D. *Edwardo Luidio* Botanico peritiſſimo, totiúſque Hiſtor. natur. callentiſſimo inventum.

Hujus ſpecimen ad me miſſum caule erat dodrantali, tereti, pluribus foliis, Hieracii fruticoſi vulgaris ſimilibus, veſtito, uno alteróve in ſummo flore luteo, mediocri.

7. Hieracium *Sabaudum* altiſſimum, foliis latis brevibus, crebriùs naſcentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Folia* è radice fibris implexa promit oblonga, duos pollices lata, ambitu denticulationibus ſinuata, hirſuta, in mucronem deſinentia. *Caules* inter Hieracia altiſſimi, humanam & altiorem acquirunt proceritatem, rotundi, è viridi-fuſco colore tincti, hirſuti ſunt; quibus folia plurima, imò numero 80, in uno caule inordinatim naſcentia, èlata baſi mucronata, ſeſſilia adhærent: Summitatem versùs caulis in ramuſculos breves & frequenter indiviſos diſtributus, *flores* luteos planos, ex petalis plurimis anguſtis, ad extremum dentatis compoſitos, è calycibus ſquamatis emicantes, ſuſtinet, qui in ſemina brevia, nigricantia ac pappoſa cum cæteris reſolvuntur. D. *Bobart.*

8. Hieracium

7. Hieracium hybernum, Cichorii folio tenui *Hort. Catholic.* Plantam hoc nomine à D. *Sherardo* accepimus, *caule* ſatis craſſo, ſed molli, hirſuto, ab imo ſtatim ramoſo, ramulis (ut in hoc genere ferè fit) alternis, ad intervalla inæqualia. *Folia* Cichorii, mollia & tenuia, abſque pediculis cauli adnata. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis tres, quatuórve aut plures ſimul, majuſculi, lutei. Longitudo ſiccæ pedalis, quæ tamen integra non erat.

8. Hieracium montanum longifolium ſinuatum, aſperitudine Boraginis. Hierac. mont. Boraginis facie aſperum *H. Cathlo.* Hanc etiam D. *Sherardo*, hoc titulo inſignitam debemus. *Folia* è radice exeunt 3, 4ve, ſeſqui palmaria, duas tréſve uncias media parte lata, unde ad utrumque extremum ſenſim contrahuntur, circa margines in æqualiter denta, pediculis longis inſidentia, villoſâ hirſutie aſpera Boraginis ad inſtar. Inter quæ *caulis* exurgit craſſus, ſtriatus, hirſutus, ſemipedalis, foliis minoribus & rarioribus veſtitus, è quorum alis versùs ſummitatem exeunt ramuli, ínque eorum faſtigiis, ut & in ſummo caule, *flores* in pediculis craſſis conſiſtunt, ampli, lutei calycibus hirſutis cincti.

9. Hieracium *Pyrenaicum* Lampſanæ *Dod.* foliis & facie *Schol. Bot. Elem. Bot.* Tournefort. Lampſanæ vulgari antequam flores producit ſimillima eſt; quando verò lutei ampli flores ſummis caulibus emicant, & ſemina ſuccedentia in capitulis parvis contenta & pappoſa cernuntur, ſe facilè ad hanc familiam pertinere demonſtrat.

10. Hier. *Pyren.* Blattariæ folio hirſutius *Schol. Bot.*

11. Hier. *Pyren.* Blattariæ folio minùs hirſutum *Schol. Bot. Elem. Bot.* Tournefort. qui *Plukenetium* noſtrum reprehendit, quòd ſpeciem hanc cum Dente Leonis latifolio cauleſcente *C. B. prod.* confundat, *Phytogr.* T. 116; quæ ab eo longè diverſa eſt.

12. Hier. *Pyren.* folio Cerinthes, latifolium *Schol. Bot.* A *radice* vivaci, ex fibris nigricantibus compoſita protruduntur *folia* 3, 4ve uncias longa, ad appoſitionem anguſta, & ſenſim ad biuncialem latitudinem ſeſe dilatantia, & in rotunditatem deſinentia, quodammodo villoſa; inter quæ *caules* aſſurgunt cubitales, quos folia glauca, ex oblongo rotunda, alternatim ſita, & Cerinthes majoris *Lob.* foliis ſimillima, eodémque modo caulem amplectentia, veſtiunt: quorum ſummitates in alas quaſdam diviſæ *flores* luteos radiatos, ſatis amplos, eos Hieraciorum majorum æquantes, ſuſtinent; quibus dilapſis aliorum ritu ſuccedunt *ſemina* longa fuſca, cum ſuo pappo avolantia. A D. *Sherardo* communicata eſt. D. *Bobart.*

13. Hier. *Pyren.* folio Cerinthes anguſtifolium *Ejuſd.*

14. Hier. Dentis leonis folio latiſſimo, *Pyrenaicum Ejuſd.*

15. Hier. longifolium *Pyren.* amplexicaule *Ejuſd.* Folia caules ad exortum fere complectuntur, unde nomen. Vide deſcriptionem in *Moriſ. hiſt.* P. 3. 69.

16. Hier. rotundifolium *Pyren.* amplexic. *Ejuſd. Elem. Bot. Tour.*

17. Hier. *Pyren.* Verbaſci folio, tomentoſum *Schol. Bot.*

18. Hier. Alpinum humile, facie Doronici *Ejuſd.*

19. Hier. *Pyrenaicum* altiſſimum, foliis & facie Doronici 3. Auſtriaci *Cluſii, Elem. Bot. Tournef.*

20. Hierac. Alpinum Scorzoneræ folio *Elem. Bot. Tournef.*

21. Hier. humilius *Luſitanicum* tomentoſum *Ejuſd.*

22. Hier. pratenſe latifolium non ſinuatum majus & minus *C. B.* pin. *Park.* Intybus ἀουμίκαυλος major & minor *Thal.*

23. Hier. *Alpinum*, folio caulem amplectente Triumfetti *Flor. Bat. fl.* Qu. Annon eadem ſit cum Hieracio *Pyrenaico* longifolio amplexicauli *Schol. Bot.* ſuperiùs poſito.

24. Hieracium Alpeſtre majus, Endiviæ planæ foliis longis, maculis ferrugineis aſperis *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Radix* vivax, Dentis leonis in modum craſſiuſcula, carnoſa, *folia* edit per terram ſtrata, pedali longitudine, integra, binas uncias longa, iis Endiviæ vulg. haud abſimilia, plana, margines obiter dentata, nervo è rubedine albicante inſigni per medium decurrente, ac ſuperficie maculis longis, inæqualibus, ferrugineis inordinatim infecta. *Caulis* cubitalis, rarò ramoſus, in ramuſculum unum aut alterum diſtributus, & exinde nudus è medio oritur. In uniuſcujuſque cauliculi ſummitate, menſe

Junio, è calycibus planis provenientes, *flores* aurei, multis petalis anguſtis, ſtaminuliſque coacervati, pleni, ampli emicant, qui temporis progreſſu in pappos ſeminibus longis adhærentes fatiſcunt. Ex Horto Patavino habuit D. *Bobart.*

25. Hieracium fœtidum majus incanum & ramoſum *Lælii Triumfetti.* Inter Hieracia majora numerandum eſt hoc, quod folia promit 4 aut 5 uncias longa, unam lata, integra, mucronata, marginibus denticulatis, molli hirſutie vel lanugine tecta, quæ defricta odorem rancidum & ingratum ſpirant. Caules, flores & ſemina ut in reliquis Hieraciis. D. *Bobart.*

26. Hier. ſupinum verrucarium N. D. *Virid. Luſit. Griſleii.*

27. Hier. verrucarium erectum N. D. *Ejuſd.* Utriuſque folia (inquit) conveniunt acetariis.

28. Hieracium *Africanum,* latiore Bupleuri folio, flore Piloſellæ, ad caulium nodos lanuginoſum *Pluk. Mantiſſ.* p. 102.

29. Hieracium *Africanum* bulboſum, Piloſellæ flore ſingulari, foliis, rariùs dentatis, caule ad radicem valde tomentoſo. Chondrilla bulboſa *Africana Ejuſd. ibid.*

30. Hieracium *Marianum,* Pulmonariæ Gallicæ ſubrotundis foliis, Lactucæ floribus parvis *Ejuſd. ibid.*

31. Hieracium umbellatum *Africanum* piloſiſſimum, Doronici rotundioribus foliis, amplexicaule, floribus ſaturatè croceis, *Ejuſd. ibid.*
Huic (inquit) ad radicem folia ſunt longiora, pediculis donata.

32. Hieracium *Marianum* perelegans, Lapathi venis ſanguineis inſcripti foliis, flore parvo flaveſcente, *Ejuſdem ibid.*

33. Hieracium *Indicum* Sonchifolium, caule nudo, flore albicante *Ejuſd. ibid.* An Yztaccihuatl ſive Fœmina candida *Hernandez.* apud *Recc.* 208. In horto D. *Uvedale Enfeldiæ* cultum vidit D. *Plukenet Mantiſſ. Almag.* p. 102.

34. Hieracium aſperum *Hiſpanicum,* foliis ad radicem Rhaphani ſativi, flore luteo ſingulari *Pluk. Mantiſſ.*

35. Hieracium, Chondrilla dictum, *Canarienſe,* Crupinæ Belgarum foliis tenuiſſimè laciniatis *Ejuſd. ibid.*

36. Hieracii peculiare genus Coridis folio *Æthiopicum,* ſeminum pappis denſiùs radiatis *Ejuſd. ibid.* An Eupatorio affinis ſuffrutex Ericoides capitatus, Coris ſeu Juniperi folio *C. Bæ Spei Breyn. faſcic. rar.*

37. Hieracio ſimilis *Ind. Orient.* umbellatis floribus, radice craſſa, & carnoſa, *Paringehekka Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* A medico ejus uſu & ſimilitudine externa *China* radix à noſtratibus illic commorantibus nuncupatur.

38. Hieracifolium hirſutum caule nudo, ſumma parte tres quatuórve flore cernuos, alium ſupra alium geſtante *Cap. Bæ Spei.*

39. Hieracium latifolium, radice reptatrice *Virid. Luſit.*

40. Hier. flore luteo, foris purpuraſcente, minus *Ejuſd.*

41. Hier. incanum lanuginoſum *Raguſinum,* Piloſellæ flore *Hort. Lugd. Bat. Herman.* An Chondrilla foliis Cichorei tomentoſis C. *B* ?

42. Hieracii ſeu Piloſellæ majoris ſpecies, foliis rariùs dentatis, flore ſingulari, noſtras *Pluk. Phyt.* T. 37. F. 3.

43. Hier. Alpinum, latiori folio, ramoſum, flore majore *Pluk. Phyt.* T. 194. F. 2. An Piloſella ſeu Pulmonaria anguſtiore folio, valde piloſa *J. B* ? Hier. Alpinum, latifolium, villoſum, magno flore C. *B* ?

44. Hier. piloſiſſimum, parvo flore, non ramoſum *Pluk. Phytogr.* T. 194. F. 3. An Piloſella *Syriaca* C. *B* ? maxima *Syriaca Lob* ?

45. Hier. peregrinum, Limonii folio non ſinuato, floribus in ſummitate ternis *Pluk. Alm. Bot.*

46. Hier.

46. Hier. exoticum, foliis fidium inſtar ſinuatis & dentatis, floribus luteis, ſingulis vel binis *Ejuſd. ibid.*

47. Hier. peregrinum Jaceæ-folium, calice ſquamato habitiore *Ejuſd. ibid.*

48. Hier. parvum *Virginianum* vernum, cujus pappi in ſemine ex 5 petalis membranaceis, totidémque ſtaminulis conflantur D. *Baniſter. Pluk. Almag. Bot.*

49. Hier. fruticoſum, foliis tenuiſſimis, Coronopi modo diviſis *Slon. Cat. Jamaic.* qui dubitat annon ſit Hieracium fruticoſum anguſtiſſimo incano folio *Cat. Hort. Leydenſ. Herman.*

In montibus ſaxoſis prope urbem *Funchal* in inſula *Madera* collegit D. *Sloane*, & in hunc modum deſcripſit.

E *radice* ſimplici, incurva, 3, 4ve uncias longa *Caulis* exurgit lignoſus, ſolidus, inflexus, teres, leucophæus, tripedalis, verſus faſtigium varios emittens ramulos, & foliorum ſubinde agminula, à quibus alia majora, minora alia, omnia tenuiſſime laciniata, ſeu diviſa in ſegmenta ferè capillacea, *Coronopi Ruellii* ſeu *Sophiæ Chirurgorum* in modum. *Flores* in ſummitatibus ſeorſim ſinguli, calice è plurimis anguſtis oblongis foliolis compoſito, obvallati, cum ſemen matureſcit reflectuntur, *ſemina* parva, nigra, pappoſa relinquentes, ventorum flatibus huc illuc transferenda.

50. Hieracium fruticoſum, anguſtiſſimis grâmineis foliis, capitulis parvis *Slon. Cat. Jamaic.*

In *Madera*, *Jamaica*, vel Inſularum *Caribbæarum* aliquâ invenit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Radix huic oblonga, albicans, lateralibus aliquot fibris emiſſis alimentum hauriens, *Cauliculus* indè exurgit ſolidus, rectus, ſtriatus, viridis, duos circiter pedes altus, ramulis ex adverſo binis, è foliorum alis exeuntibus brachiatus. *Folia* 2, 3ve uncias longa ſunt, anguſtiſſima, Gramineorum inſtar, abſque pediculis, & in acumen deſinentia, qua notâ ſolâ ab omnibus mihi hactenus viſis hujus generis herbis ſatis diſtinguitur. Surculorum ſummitatibus inſident capitula florifera, *ſemen* longum pappoſum à flore delapſo, ventíſque difflandum exponentia.

51. Hier. minimum, longis integris & anguſtis foliis *Ejuſdem.*

In Inſulæ *Jamaicæ* locis campeſtribus, arenoſis & aridioribus ubique reperitur.

D. *Sloane.*

E *radice* parva, oblonga, fibroſa *Cauliculus* exoritur unicus, teres, rubens, 3, 4ve uncias altus, in ramulos parvos nullo ordine poſitos diviſus, multis oblongis, anguſtis nec dentatis neque ſinuatis *foliis*, ad margines piloſis, & averſa parte punctis nigricantibus maculoſis, veſtitus. Summos ramulos terminant *flores* luteis; reliquorum Hieraciorum per omnia ſimiles.

P. 234. Ad Speciem Hieracii 6tam nota.

Jo. Bauhinus huc refert Hieracium foliis & facie Chondrillæ *Lob. ico. Park.* necnon Hieracium Aphacoides *Tab. Ger.*

Thomas Johnſonus in *Gerardo ſuo emaculato* cum *Jo. Bauhino* conſentit, & *Gerardum* reprehendit quòd diſtinxit, quos & Nos in Hiſtoria ſecuti ſumus. *Caſp. Bauhinus* has plantas ſeparat, & pro tribus diverſis ſpeciebus habet, cui nos jam mutatâ ſententiâ ſuffragamur. Siquidem à D. *Sherardo* plantam ſiccam accepimus, caulibus, foliis, & florum calycibus hirſutis Hieracio Chondrillæ folio hirſuto *C. B.* per omnia reſpondentem, niſi quòd paulò ramoſior eſſe videretur, & floribus tantillo minoribus.

52. Hieracium *Pyrenaicum* Blattariæ folio, minùs hirſutum *Schol. Bot. Herman. Parad. Bot.*

Herman.

E vivaci craſſa fibratâque *radice* multa exeunt *folia*, in orbem congeſta, humi decumbentia, ſaturatè viridia, acuminata, per ambitum denticulata, craſſiuſcula, piloſa, nervoſa, longitudine nonnunquam dodrantem, latitudine duos pollices ſuperantia. *Caules* paulò ultra pedis altitudinem proſurgunt, ramoſi, hirſuti, anguloſi, ſtriati, intus cavi, quos amplectuntur *Folia*, imis minora, & ad exortum auriculata. Ex horum ſede egreditur pediculus digitalis, hirſutus, cui capitulum inſidet multis piloſis, anguſtis & arcuatis foliolis circumſeptum, quod in amplum luteum *florem* Hieraciis ſimilem ſeſe explicat. *Semina* ſuccedunt oblonga, in ruſſo nigricantia, albo pappo donata. Foliorum ſapor amarus eſt cum aliqua aſtringentia in receſſu.

Magnam habet affinitatem, si non idem sit, cum Hieracio latifolio glabro ex valle *Griesbachiana J. B.* Verùm folia huic pilosa sunt non glabra.

53. Hieracium capitulis Cardui benedicti glabrum *Herman. Parad. Bat Herman.*

Ab *Hieracio Echioide capitulis Cardui benedicti* in eo tantùm deflectit, quòd omnibus partibus sit glabrum, & nullis spinulis pilisve asperum, solis foliolis floris capitulum amplectentibus exceptis, quorum margines nonnunquam breviſſimis pilis, aſt minimè hirtis, circundati sunt.

Hieracii Tingitani nomine misit D. *Bobertus.*

Hieracia *Boccon. Muſ. Plant. rar.*

54. Hieracium Alpinum, incanum, saxatile, Prunellæ foliis integris *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 33. T. 24.

Planta est supina, *foliis* supernè tomentosis, incanis, subrotundis, *Acetosa Ocimi folio Col.* majoribus, verùm Prunellæ integro folio minoribus. *Flores* profert flavos. Supra terram non ultra 6 uncias Geom. elevatur. In montosis *Nurſiæ* oritur, locis Alpestribus & saxosis prope lacum *Pilati.*

55. Hieracium minimum supinum, Tragopogonis capitulis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 146. T. 106.

Folia hujus plantæ brevia sunt, sinuata, cum lobis *Limonii peregrini foliis Aſplenii C. B.* similibus. Spithamam unam diametro plerunque non excedit. Cùm in locis saxosis solo macro invenitur, caules foliis nudi sunt, eorúmque capitula retusa, *Tragopogonem* aliquatenus imitantur. *Flos* flavus. Nascitur in *Auguſta*, prope vicum di *Capaci*, di *Gratteri*, aliisque *Siciliæ* in locis, Plantam annuam esse existimo.

56. Hieracium *Siculum* Bursæ pastoris folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 106. 112. p. 147. Hieracium minus *Panormitanum* Cichorei folio *Hort. Cath.* 95.

Hujus *Caules* spithamiæam altitudinem non excedunt, *foliolis* brevibus laciniatis hic illic ornati. Quæ è radice exeunt & in terra jacent, Bursæ pastoris folia multùm assimulant. Planta est perennis, & in *Panormo* nascitur prope Conventum *PP. di S. Teresa*, aliisque *Siciliæ* in locis. Cauliculi summa parte in duos, tres, aut etiam plures pediculos prætenues dividuntur, flores gestantes parvos, quibus delapsis lanugo supra calicem contractum eminere videtur in planta sicca.

57. Hieracium tomentosum, integro folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 106.

Folia profert crassa, tomentosa, subrotunda, velut summitates foliorum Calthæ vulgaris C. *B.* cùm primùm oritur. *Flos* flavus est. In montosis *Sabaudiæ* invenitur, spithamâ non altior. E chartis *P. Barelier.*

58. Hieracium montanum Asphodeli foliis acuminatis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 106.

Folia producit sulcata, acuminata, Asphodeli valdè similia, à foliis retusis glaucis Hieracii differentia. Pedali circiter altitudine supra terram elevatur. *Flos* ei flavus est, *radix* perennis. In muris & locis saxosis oritur, inque montibus *Utinenſibus* Ditionis *Venetæ* frequens invenitur.

59. Hieracium latifolium montanum, prælтum, glabrum, Endiviæ folio *Boc. Muſ. pl. rar.* T. 113.

Ad sesquipedalem circiter altitudinem assurgit, *foliis* Endiviæ similibus, sed proportione angustis, unoquoque spithamam longo, glabro, sinuato. *Fructus* seu capitulum satis grande. In montibus *Sabaudicis* invenitur, prope prata & ad sepes.

60. Hieracium montanum, Malocotonei folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 53.

Ad sepes & in senticetis viâ qua itur à *Braman* usque ad S. *Giovanni di Maurienne* in *Sabaudia* invenitur.

Ramosum est, & ad pedalem altitudinem supra terram assurgit; *Folia* valde tomentosa sunt, *Melo-cotonei* figurâ similia. *Flos* luteus. Reliqua cum cæteris Hieraciis conveniunt.

Non videtur differre ab Hieracio Alpino 5to *Cluſ.* D. *Sherard.*

61. Hier-

61. Hieracium montanum Jaceæ integro folio *Boc. Muſ. pl. rar.* p. 64. T. 54.

Provenit inter ſaxa in monte *Paviæ*, viâ quæ ad villam *Vivigliano* ducit. Spithamam alta eſt, erecta aliquantulum, *floribus* luteis, reliquis Hieraciis ſimilibus.

62. Hieracium *Marilandicum*, caule prætenui, glabrum, foliis longis, anguſtis, rariùs dentatis, ſupernè viridibus, in caule crebris, floſculis in ſummo caule cœruleis, pluribus ſimul velut umbellam efficientibus. Altitudo ei dodrantalis aut pedalis.

63. Hieracium elatius *Marilandicum*, Cichoreum luteum dictum.

Caulis huic tenuis, pedalis ferè, ima parte foliis donatus duobus tribúſve, brevibus, latis, obtuſis. Flores in ſummis caulibus pedicellis tenuibus longis inſident, parvi, lutei, alii ſupra alios ad intervalla exeuntes.

64. Hieracifolia, floribus in ſummis caulibus & ramulis confertis, & velut ſpicatis, cylindricis, ſtriatis, oſculo parvo.

Caulis eodem modo in ramulos alternos dividitur, quo Hieracium, longiùs diſtantes, medio caule elatiore. *Flores* in ſummo caule & ramulis in ſpicas breves congeſti, cylindrici, ſtriati, non tamen admodum longi, deorſum perſæpe nutantes.
Tota facie exceptis floribus Hieracium quoddam referre videtur.

65. Hieracium fruticoſum anguſtifolium *Marilandicum*.

Caulis teres, rigidus, tenuis, rubeſcens, *foliis* veſtitus nullo ordine poſitis ab imo ad ſummum uſque duas tréſve uncias longis, ſemunciam latis, marginibus obiter dentatis, denticulis rarioribus, abſque pediculis adnatis. *Flores* in ſummo caule è foliorum alis exeunt, in pediculis tenuibus, longis, parvi, vel ſaltem mediocres. Ramuli ſupra medium caulem aſſurgunt, ut in Herba Impia dicta, aliiſque multis.

66. Hieracium, Cichoreum luteum dictum, *Marilandicum*, foliis anguſtiſſimis.

Folia habet omnium quæ unquam vidi Hieraciorum anguſtiſſima, quovis Gramine ſtrictiora, longa, acuminata. *Caules* dodrantales, tenues, huc illuc ad genicula reflexi, ſatis rigidi, ſumma parte è foliorum alis ramulos ſeu potiùs pediculos emittentes foliolis minutiſſimis veſtitos, ſingulos *flores* ſuſtinentes, mediocres, & quantùm in ſicca diſcernere licuit, flavos. Summus pariter caulis in florem reliquis ſimilem terminatur.

67. Hieracium Dentis leonis folio acuto glabrum, caule ramoſo, floſculis in ſummis caulibus & ramulis paucis.

Folia è radice egreſſa longis pediculis inſident, anguſta, Dentis leonis vulgaris in modum laciniata, ſed minora & anguſtiora in acutum apicem deſinentia. *Caules* ex eadem radice plures exeunt dodrantales & pedales, teretes, læves, ſtriati, *foliis* paucis, ubi ſc. ramuli exeunt, ad longa intervalla cincti, iis quæ ad radicem ſimilibus. Caules & ramulos terminant *flores*, nunc ſinguli, interdum bini aut terni, mediocres, lutei. E penu D. *Sherardi* deprompta eſt; qui in muris prope *Lucam* vulgarem eſſe ad me ſcripſit.

68. Hieracium parvum, cauliculis tenuiſſimis ramoſis, floſculis minimis.

Folia ima ad radicem ſeſcuncialia ſunt aut longiora, modicè lata, duobus tribúſve denticulis utrinque extantibus. *Caulis* ab imo ſtatim ramoſus ramulis prælongis, & medio fere cauli æqualibus. Caulis autem & ramulorum divaricationes latæ ſunt, ut ramuli cum caule rectos fermè angulos interdum efficiant, unde *floſculi*, qui in ſummis caulibus & ramulis exiſtunt minimi, tenuiſſimis inſidentes pediculis valde ſint diffuſi.
Hæc etiam ſpecies eidem D. *Sherardo* debetur.

69. Hieracium rectum, rigidum, foliis longis anguſtis dentibus paucis utrimque extantibus.

E *radice* alba, ſimplici, recta deſcendente exſurgit *caulis* dodrantalis aut pedalis, rectus, firmus, ſtriatus, ab imo ad ſummum àſque *foliis* veſtitus, ſatis crebris, peranguſtis, longis, paucis utrinque dentibus oblongis & ferè rectà extantibus donatis, in longum & acutum plerunque mucronem productis. Summus autem caulis in plures dividitur ramulos, è ſinubus foliorum egreſſos, & in alios minores ſubdiviſos: ad uniuſcujuſque ramuli exortum apponitur folium parvum anguſtum integrum. Summis ramulis innaſcuntur *flores* in pediculis oblongis umbellatim ferè (ut videtur) diffuſi, lutei. Flores in ſicca à D. *Sherardo* exhibita prope omnes abrupti erant, ut qualiſnam fuerat eorundem diſpoſitio non auſim fidenter affirmare.

70. Hiera-

70. Hieracium villoſum Soncho lanato Dalechampii affine, latifolium.

Caulis & ramuli in ſicca non admodum tenues erant, molles tamen & flaccidi, valde lanuginoſi. *Folia* vix palmum longa, ſeſcunciam lata, circa margines dentibus aut laciniolis acutis inciſa, in acutum deſinentia, è quorum ſinubus exeunt *ramuli* oblongi, nudi, *flores* in ſummitate duos tréſve ſuſtinentes amplos flavos.

71. Hieracium caule firmo, rigido, ſtriato; foliis longis, obtuſis, per margines dentibus inæqualibus leviter inciſis.

Caulis in ſicca nobis à D. *Sherard* communicata ſeſquipedalis erat, nec tamen integer, firmus, ſtriatus, brevi admodum lanugine hirſutus; *foliis* ad intervalla langiora veſtitus anguſtis, oblongis, circa margines propemodum æqualibus, è quorum ſinubus ab imo ad ſummum exeunt ramuli, inque eorum faſtigiis, ut & ſummo caule *flores* proveniunt, nunc ſinguli, nunc bini terníve ſimul, mediocres, quorum formam in ſicca clarè diſcernere non licuit. Folia ima & quæ è radice exeunt prælongum velut pediculum habent, alâ ſeu margine foliaceo prætextum deinde dilatantur ad 2 unciarum ſpatium, & in obtuſum deſinunt, circa margines inæqualiter dentata.

72. Hieracium rectum, glabrum, foliis lata & velut auriculata baſi caulem amplexis, floribus paucis.

Quæ è radice exeunt *folia*, initio longo & anguſto ſunt, deinde aliquantulum dilatata, ad margines ſinuoſa & velut dentata evadunt, ſuperiore parte unciam lata, & marginibus æquis ſunt, extremo obtuſo. Quæ in caule exiſtunt latâ & obtusè auriculatâ baſi, eum amplectuntur, deinde anguſtiora redduntur, tandémque iterum dilatantur ad extremum uſque obtuſum. Ramulos emittit paucos inque eorum cymis ut & in ſummo cacumine *flores* ſingulares majuſculos. Altitudo plantæ pedalis aut major. Hoc Genus D. *Sherardo* debemus, qui *Genuæ* in villa imperiali illud collegit.

73. Hieracium majus foliis integris, lata baſi cauli adnatis, ramulis tenuibus floſculos multos parvos ſuſtinentibus è foliorum alis ſecundùm caulium longitudinem exeuntibus.

Caules ſatis craſſi, teretes, læves, per ſiccitatem albicantes, *foliis* crebris veſtiti palmum longis, ſeſcunciam aut duas uncias latis, baſi lata, abſque pediculis adhærentibus, acuminatis, per margines æqualibus, glabris. E foliorum alis per caulium longitudinem egrediebantur ſurculi valde tenues, oblongi, ſumma parte in plures pedicellos diviſi, *flores* ſuſtinentes parvos luteos; quod huic ſpeciei proprium eſt nec ulli præterea, quantum novimus, Hieracio commune.

74. Hieracium folio integro longo, anguſto acuminato, monanthes.

Caulis huic ſemipedalis, ſimplex ſeu non ramoſus, duobus foliolis [in ſpecimine noſtro à D. *Sherardo* communicato] cinctus, unicum in faſtigio *florem* ſatis amplum geſtans. *Folia* ſeſquipalmaria, interdum graminea fere, aliàs Perſicariæ minoris latitudine, quibus & ſimilia ſunt, pediculis longis, ad exortum tomentoſis hærentia.

75. Hieracium hirſutum, folio integro, modicè lato, flavicantes, circa margines leviter dentato, monanthes, flore maximo.

Caulis huic ſemipedalis aut dodrantalis, craſſus, ſtriatus, hirſutus [3bus 4ve foliis cinctus, ſaltem in noſtro ſpecimine à D. *Sherardo* accepto] unicum in faſtigio *florem* ſuſtinens amplum, petalis longis, calice circumvallatum è ſquamis longis, acutis, nigris, tomentoſis compoſito. *Folia* palmam ferè longa ſunt, unciam aut ſeſcunciam lata, in acutum mucrocronem deſinentia, flavicantia, circum oras denticulis parvis extantibus donata. Accedit ad Hieracium montanum prælatum, Endiviæ folio *Bocc. Muſ.* T. 113. monente D. *Sherardo*.

76. Hieracium ramoſum floribus amplis, calicibus valdè hirſutis, foliis oblongis obtuſis, dentibus majoribus inæqualiter inciſis.

In ramulo ſicco nobis à D. *Sherardo* exhibito *caulis* teres erat, ramoſus, ramulis paucis, ad quorum exortum foliola tenuiſſima. Summi caules & ramuli in pediculos longos exeunt, ſingulos flores ſuſtinentes, ſatis amplos, calicibus valde hirſutis, cùm reliqua planta vix ſenſibiliter hirſuta ſit, quod hujus generis peculiare & characteriſticum eſt. Folia è longo pediculo paulatim dilatata in extremum obtuſum deſinunt, circa margines dentibus majuſculis inæqualibus laciniata.

77. Hieracium

77. Hieracium altiſſimum aſperum, unicaule, longifolium, ſinuatum, polycephalon, *Hort. Cathol. Cupani* 95.

Caulis bicubitalis aut altior, minimi digiti propemodum craſſitudine, teres, ſtriatus, aſper, erectus, medullâ farctus, *Foliis* ad intervalla veſtitus non admodum crebris, alterno ordine poſitis, baſi ſua abſque pediculis adnatis, ſeſquipalmam aut duos palmos longis, unciam aut ſeſcunciam latis, acuminatis, circa margines ſinuatis aut potiùs dentatis. Superiore caulis parte è foliolorum ſinubus exeunt *flores* hinc inde ad pedalem ferè longitudinem, mediocres, lutei; cujuſmodi ſummum quoque caulem in ramulos ſeu pediculos paucos diviſum, terminant. Hoc genus D. *Sherardo* debemus.

78. Hieracium platycaulon *Marilandicum*, flore magno, foliis anguſtis, acutis, glabris, ad margines laciniatis.

Folia in longum & acutum mucronem exeunt, circa margines inæqualiter laciniata, laciniis nunc majoribus & profundioribus, nunc minoribus & minùs profundis ad radicem plurima. D. *Sherardo* debemus. Quod caulis latus fuerit accidentarium eſſe judico & monſtroſum.

79. Hieracium minimum *Ætnæenſe*, Dentis leonis foliis obtuſis (*lege* acutis) *Hort. Cath.*

Parvitate ſua ab aliis omnibus nobis cognitis facilè diſtinguitur. Flores tenuiſſimis inſident pediculis, ſingulis ſinguli, duas uncias longis, pro plantulæ modulo majuſculi. *Radix* ſatis craſſa. Ab eodem D. *Sherard* hanc etiam accepimus.

80. Hieracium incanum præaltum aphyllocaulon, floribus parvis N. D. *Triumfetti Syllab.*

Hujus ſpecimen à D. *Sherardo* habuimus. Notis in titulo poſitis ab aliis congeneribus, facilè diſtinguitur, ut alias adferre non ſit opus.

81. Hieracium Chondrillæ facie, ſaxatile, hirſutum, folio glauco dentato *Hort. Cath.*

Hoc titulo plantam à D. *Sherardo* accepimus foliis Hieracii, palmum longis, ex anguſto principio paulatim dilatatis ad apicem ferè ſemuncialem aut etiam uncialem, obtuſum, ad margines dentibus extantibus rarioribus, inæqualibus diviſis. *Cauliculos* edit ſemipedales, graciles, ſatis tamen rigidos, ramoſos, ramulis rarioribus, in quorum uniuſcujuſque faſtigio flores ſinguli. Hoc præcipue ab aliis Hieraciis differre videtur, quòd caules nudi ſunt, niſi quòd ad ramulorum exortum foliola minima, acuta & vix diſcernenda apponantur.

82. Hieracium hirſutum latifolium elatius ramoſum, polyanthes.

Caulis in ſicca, quam à D. *Sherardo* obtinuimus, ſeſquipedalis erat aut bipedalis, firmus, ſtriatus, ab imo ſtatim ramoſus, *foliis* veſtitus latis, circa margines dentibus majuſculis inæqualibus ad pediculos præcipuè inciſis, è quorum alis exeunt ramuli, hirſuti, in alios minores diviſi & ſubdiviſi, donec tandem in pediculos tenues, oblongos, hirtos deſinant, quorum tamen ſinguli ſingulos flores ſatis amplos, flavos ſuſtinent.

Hieracii ſpecies ex Horto Catholico: quarum exſiccatarum copiam inter alias rariores ab Illuſtriſſ. *Principe Catholicæ* tranſmiſſas nobis fecit D. *Sherardus*.

83. Hieracium piloſum Cnici folio *Hort. Cath.* Suppl. 3.
Folia inferiora longis inſident pediculis: *Caulis* lanugine incana pubeſcit. In ſummo caule *flores* coacervati, ſinguli è foliorum alis exeunt perbrevibus pediculis, mediocres.

84. Hieracium, *Scorſonera Italica* dictum, folio integro dentato Calendulæ *Hort. Cath.* Suppl. alt. Ab Hedypnoide Monſpeſulana *J. B.* foliis minimè laciniatis, ſed dentatis tantùm; item caulibus procerioribus differt.

85. Hieracium montanum foliis cinereis, raris laciniis, dentes caninos affectantibus *Hort. Cath.* ſeu foliis denticulatis, Tragopogonoide capitulo *Cupani*. Monanthes eſſe dicitur: nos folia duntaxat vidimus.

86. Hieracium montis *Pollini* ovato folio, ad petiolum laciniato, Lactucæ muralis floribus copioſis *Hort. Cath. Supplem. alt.* Capitula à flore delapſo, lanugine ſupra calicem paullùm eminente pubeſcunt.

87. Hieracium platyneuron, Burſæ paſtoris cæſurâ, piloſo folio *Hort. Cath.* Novum eſt; differt enim ab Hieracio ſexto *Tab.* quia hujus folia ſunt dentibus longioribus, ſeu profun-

profundiùs inciſa ac ſubaſpera, noſtri autem non propriè inciſa ſunt, ſed potiùs ſinuata, nec aſpera ſed mollia. *Cupani* Caules nudi ſunt aut foliolis minimis donati, ramoſi ramulis in prælongos pediculos flores ſingulares ſuſtinentes excurrentibus.

88. Hieracium montanum Tragopogonoides, cinereis foliis, laciniis contortis dentibus Aprinis ſimilibus *Hort. Cath.* 95. Caules nudi ſunt, in noſtra ſicca à D. *Sherard* communicata in duos tantùm ramos diviſi.

89. Hieracium Alpinum Dentis leonis folio acuto piloſo, capitulis Tragopogonoidibus, pungenti lanugine obſitis *Hort. Cath.* 95. *Caules* ramoſi ſunt & ad ramulorum exortum foliis longis anguſtis veſtiti, verùm quod ſingulare eſt in hac ſpecie eámque ab omnibus nobis cognitis primo ſtatim aſpectu diſcriminat, ſunt ſquamæ calycis ſpinulis pungentibus aſperæ.

90. Hieracium marinum tomentoſum incanum, Cichorii folio, flore candido ſulphureo *Hort. Cath.* Florum pediculi & calices inſigniter tomentoſi & incani ſunt. *Folia* ut in aliis Hieraciis inciſa & laciniata. Planta eſt valde ramoſa, inque ſummis caulibus & ramulis plures perſæpe flores geſtat, interdum ſingulos. In Horto *Beaufortiano* ex ſeminibus à D. *Sherard* ſatis ortum eſt.

91. Hieracium maximum glabrum, Erucæ folio *Tourneſ. Hiſt. plant.* circa *Pariſ.* In Hortis & pratis invenitur. Caulis ejus 3 circiter pedes altus eſt, canaliculatus, cavus, lævis, 3 lin. craſſus. *Folia* prima 5 aut 6 pedes longitudinis obtinent, in plures partes ad mediam uſque coſtam diviſa, quarum unaquaque ſeorſim Dentis leonis folium ſatis refert, omnes autem ſimul *Erucæ hortenſis* folia inferiora non malè referunt. Folia caulem veſtientia ſatis longè à ſe invicem diſtant, eorúmque laciniæ breviores ſunt, ſed multò magis acuminatæ; ultima tandem folia Dentis leonis ſatis ſimilia ſunt. E foliorum horumce alis inferioribus oriuntur ramuli in plures ſurculos diviſi, paucis foliis veſtiti, & floribus radiatis onuſti 7 aut 8 linearum diametro, quorum ſemifloſculi flavi ſunt, verùm ſubtus prope extremitates purpurei.

92. Hieracium caneſcens præaltum aphyllocaulon floribus parvis *Triumfetti Nov. Plantarum icon. & deſcript.*

Hæc (quam in arenoſis *Farneſianorum* collium areis, aliiſque *Romæ* adjacentibus pendicibus ubertim perennantem primò notaveram) Martii ac Aprili menſibus uno ceſpite, (nonnunquam duplici aut triplicato) *frondium* ovalium in orbem ſuper humum fuſarum dives occurrit; quarum longitudo major digitalis, latitudo vix unciam tranſcendit, margine raris dentibus, at prominulis exaſperato. Earum ſubſtantia, licèt pinguis, tactui tamen obſequioſa, nervo ſeu coſta, identidem in utraque parte elevatâ per medium dirimitur: propè radicem latiſſima, ibíque brevem pediculum conſtituente; ſed decreſcendo adeò tenuis efficitur, ut in obtuſo frondis apice quaſi evaneſcat: ejus color reipſa viridis, ſed ob lucidam candidorum villorum copiam, præcipuè tranſverſim ſpectantibus incanus apparet, uti etiam candidior in junioribus foliis, quorum delicatiorem craſin denſiſſima tomenti mollities tutatur. Odor & ſapor herbaceus. E frondium medio junceus erumpit cauliculus, pallidè viridis, ad cujus initium anguſtiſſimæ ac raræ frondes, imis neutiquam brevitate cedentes notantur, ſed ubi elatior extolli cœpit frondium expers, frequentiſſimum lateralium flagellorum in minora alia iterum atque iterum ſe findentium prole contentus, tricubitali altitudine ſuperbit. Extremis cacuminibus luteolus inſidet floſculus, Piloſellæ vulgaris flore aliquantulum minor, ſed calice, petalis & ſeminibus, eidem non parùm ſimilis. Hactenus exaratæ partes ſuam recognoſcunt originem ab unica in junioribus plantis *radice* albicante, ſeſquipalmari, caudam annoſi muris formâ æmulante; in ſenioribus duplicata, craſſiore ac intorta, in utriſque pulpoſo cortice, tenuibus barbulis ſed raris capillato, fibras ligneas intus ſervante, compoſita. Quæ radix vulnerata magis quàm folia lacteas fundit lachrymas, &, ſi dentibus conteratur, amarorem priùs impreſſum in jucundam ſapiditatem mox commutat.

P. 248. Ad Cap. De Dente leonis.

1. Dens leonis anguſtiore folio *C. B.* Aphaca anguſtioris folii *Cæſ.* A vulgari Dente leonis differt foliis paucioribus, anguſtioribus & profundiùs laciniatis, ſemine etiam ruſſo, cum illius citrinum aut fuſcum ſit.

2. Dens leonis Chalepenſis, foliis longis, flore minore melino, radice nigra. *Folia* quàm vulgaris longiora ſunt, variè etiam fiſſa & aliquando integra. *Flos* ejuſdem formæ eſt, ſed minor, coloris pallidioris: Radix longa, tenuis & cortice nigro tecta. D. *Bobart.*

3. Dens leonis glaber anguſtiore & longiore folio, flore minore *Moriſ. hiſt.* P. 3. A radicis rectæ & fibratæ ſummitate proveniunt (more congenerum) *folia* glabra, dodrantalia & pedalia, vix pollicem lata, quæ aliis hujus familiæ multò apparent anguſtiora, denticulationibus rectis, nec ſurſum, nec deorſum ſpectantibus, profundè inciſa: inter hæc protruduntur pediculi pedales & ſeſquipedales, recti, tenues, læves, aphylli, ſolidi, atque horum ſingulo cacumine *flos unicus*, omnino luteus, cæteris hujus familiæ minor

minor, è calyce glabro ſubnigricante emergit. In monte *Saleva* prope *Genevam* invenit D. *Sherard.*

4. Dens leonis minimus, folio integro gramineo vix ſinuato *Moriſ. hiſt. P.* 3. Hujus plantæ notitiam D. *Sherardo* debemus, cujus folia triuncialia, anguſta & q. graminea ſunt, una aut altera denticulatione extante, & ſubinde marginibus rectis conſpiciuntur. Ad eundem modum cum vulgari floret & ſemina producit. D. *Bobart.*

5. Dens leonis longioribus foliis mollibus obiter dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 76. Hæc vulgaris plantæ in pratis *Avenionenſibus* Galliæ detectæ penè conſimilis apparet; quæ folia longiora, minúſque profunde dentata, lanugine quadam holoſericea candicante, non hirſutie tecta oſtendit: Cauliculi pediculíve etiam nudi, villoſi, altiùs aſſurgunt, imò ad bipedalem altitudinem, qui *florem* plenum luteum, è calyce oblongo, pallido erumpentem ſuffulciunt. D. *Bobart.*

6. Dens leonis *Virginianus*, Hyoſeridis minoris folio, radice bulboſa *Pluk. Mantiſ.*

7. Dens leonis minimus foliis hirſutis, calicis ſegmentis à flore delapſo erectis & ſemina complexis. Cauliculi huic nonnulli palmares, alii dimidio breviores, craſſiuſculi, & ſub floris baſi velut intumeſcentes, ut in Hyoſeride. Calicis particulæ à flore delapſo non reflectuntur ſed eriguntur, velut ſimplici palorum vallo ſemina ſepientes. Folia duas uncias longa, utrinque laciniata ad modum Dentis leonis vulgaris. Inter ſiccas D. *Sherardi* reperi. Hujus deſcriptionem *Bocconianam* vide inter Hieracia.

8. Dens leonis folio ſubtus incano, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* Yztac-ci-huatlis ſeu Fœmina candida *Hernandez.*
D. Sloane.

Pluribus rubentibus uncialibus fibris, in unum corpus ſeu truncum ſemuncialem coeuntibus radicatur. E radicis capite *folia* multa in orbem emittit, in terræ ſuperficie jacentia, 3 uncias longa, latiſſima prope extremum parte, unam lata, prope radicem ubi anguſta ſunt, profundis inciſuris diſſecta ſeu laciniata, ſupina parte obſcure viridia, ſubtus candida ſeu lanuginoſa, Dentis leonis vulgaris foliis figurâ ſimillima. E mediis foliis exoriuntur unus pluréſve *caules*, nudi, virides, lanuginoſi, ſeſquipedales, in ſummo florem geſtantes, calice è multis viridibus foliolis compoſito obvallatum, petalis ſcu floſculis purpureis in ambitu radiatum, diſco medio albicante. Succedit *ſemen* pappoſum, Dentis leonis modo in globum diffuſum.

In agris D. *Cope*, loco *Guanaboa* dicto collegi.

Ad Cap. De Piloſella.

1. Piloſella minima Gnaphalii montani lanoſis foliis, flore aureo, nondum deſcripta *Pluk. Phytogr.* T. 52. F. 6. Foliola huic ſemuncialia, lanuginoſa è *radice* fibroſa emergunt; inter quæ *Cauliculus* biuncialis, paucis & exiguis foliolis veſtitus, florem aureum è petalis obtuſis & crenatis conflatum geſtans.

2. Piloſella major, non repens, monanthes, Sicula *Hort. Cathol.*

Folia Piloſellæ majoris repentis vulgaris ſimilia ſunt, ſupernè raris & longis pilis pariter hirſuta, viridia, ſubtus incana lanugine ſeu tomento candicante obducta; uti ſunt & cauliculi & florum pediculi. In montibus *Nebroidibus* copioſè luxuriat. Hujus exemplum impertivit D. *Sherardus.*

3. Piloſella erecta non repens polyanthes major Piloſ. max. non repens, utrâque folii parte ſaturè viridi *Triumfetti Præluſ.*

E *radice* fibroſa *caulis* exſurgit dodrantalis aut pedalis longis pilis hirſutus, in plures pediculos *flores* ſuſtinentes minuſculos diviſus. *Folia* quæ è radice exeunt palmam circiter longa, ſeſcunciam aut unciam lata, acuminata, pilis longis hirta, nigris punctis aut maculis punctata.

4. Piloſella repens minor caule erecto, pedali, polyanthes, foliis anguſtis oblongis.

E *radice* fibroſa plurima exeunt *folia* in orbem diffuſa, Piloſellæ vulgaris repentis minora & anguſtiora, oblonga, pallide viridia. E foliorum medio exurgit *caulis* tenuis, erectus, pedalis, uno vel altero foliolo cinctus, tres quatuórve *flores* in ſummitate geſtans, parvos luteos. E radice circumquaque exeunt flagella reptatricia, Piloſellæ vulgaris in modum, foliis veſtita, parvis, pediculis quidem deſtituta, & baſi ſua caulem amplexa, verùm ex anguſto principio paulatim dilatata, & in obtuſum apicem deſinentia. Circum oras piloſa ſunt, pilis tamen mollibus, non rigidis. E locuplete D. *Sherardi* penu hauſimus. Ex Horto *Romano.*

5. Piloſella maxima, non repens, utraque foliorum parte ſaturo-viridi *Triumfet. Nov. Plantarum non hactenus ſculpt. Icon. & Hiſt.*

Profert hæc planta nodosam *radicem*, externè fuscam, intus albam, crasso cortice fibrâque ligneâ medium occupante compositam. Ejus longitudo sesquiunciam, crassities auricularem pueri digitum vix attingunt; eámque semper gibbam, & Succisæ instar præmorsam notavi, numerosa mollium albarúmque fibrarum ad uncias 4 se elongantium, filamenta emittentem, quæ miti statímque evanescente amarore palatum afficiunt. Propè telluris superficiem brachiatur hujusmodi radix in varios, (ut plurimùm binos) frondium cespites, radiatim solo incumbentes, & Pilosellam *Indicam Cornuti* adamussim formâ æmulantur, magnitudine verò, præsertim diametrali parumper excedunt. Insuper harum substantia magis crassa, illâque rigidior, saporis fatui, in utraque parte virescit, supernè tamen intensius; ubi frequentium longorúmque pilorum alba messis ex minimis tuberculis germinat, nescio quid asperitatis concilians. Abeunte vere teretes, spithamam circiter æquantes assurgunt *cauliculi*, quos eadem Folia, minora tamen, inordinatè vestiunt, & prope summitatem in alios atque alios divisi *flores* luteos, Pilosellæ vulgari colore & structura analogos sustinent: quibus omnimodam maturitatem adeptis succedunt *semina* exigua, oblonga, nigra, tenuissimis cristata villis, ex quibus papposus globulus (ut in affinibus) efformatur. Neutiquam repit; at si quandoque in stolones elongetur, hi florum cauliculos imitati sursum attolluntur, frondium cespitem ferentes in apice.

Viterbensis soli indigena est quam sub tegmine sepis (emenso nemore viam Romanam opacante) adinveni. *Triumfetti.*

P. 250. Ad Caput de Scorzonera.

1. Scorzonera montana alexipharmaca *Volkameri. Ephem. Germ. Ann.* 11. *Obs.* 181. pag. 422. In montibus *Vicentinis* propè *Piutiene*, mense Aprili, Graminis humilioris & latè passim sparsi è terra prorumpentis formâ copiosè prodiit, ex radicibus superiùs villosis, nigris, digiti majoris & minoris crassitie; quin divaricatis nonnunquam hinc indè cruribus ad spithamæ unius & dimidiæ circumferentiam. Hanc depingit & describit *Michael Febr.* Tractatu de *Scorzonera.*

2. Scorzonera pratensis Monspeliaca *Schol. Bot. Tournef.*

Folia pedem longa sunt, unciam lata in longos & tenues mucrones producta, glabra, per margines plerunque æqualia, obiter interdum denticulata. Caulis firmus, ramosus, & foliis minoribus ad divaricationes vestitus. Flores in summis ramulis mediocre, lutei. D. *Sherard.* ex Horto *Beaufortiano.*

3. Scorzonera Orientalis *Veslingii* notis in Alpin. *plant. Ægypt.*

Radice sustinetur ut reliquæ Scorzoneræ longa, simplici, quæ pollicis crassitudine vix diductior, crebris rugis sulcatum corticem atrore quodam obfuscat. Candida tamen intus est, cúmque recens lacteâ ubertim alimoniâ diffluit. Exurgit à radice *caulis* singularis, cubitum altus, gracili quidem habitudine, sed firmus, quem circumstant rara, oblonga, gratum virorem cœrulo cœlesti permiscentia *folia.* Horum inferiora latiora sunt, & ampliora, circum oras leviter sinuosa, tum quinis in longitudinem excurrentibus nervis distincta; superiora magnitudine & æquatis sensim oris contractiora cernuntur. Cauli *flos* insidet pulcherrimus, suaviter odorus, scutati nummi ambitu dilatatus, si hyemem asperiorem expertus non fuerit. In eo duplex foliorum series in stellam radiósve digestorum, quæ candorem suum purpuræ miscent. Circa umbilicum saturatior purpuræ splendor est, è quo per longitudinem foliorum ad extrema leviter serrata coloris ejusdem crebræ lineæ ducuntur. Erigitur ex umbilico floris titulus purpurâ suâ decorus, à basi versùs cacumen frequentibus plicis adstrictus. Hunc circumsistunt ex intervallis duodena vel etiam plura vallorum statumina, ex cœruleo nigricantia, quorum extremum aureis capreolis utrinque retortis exornatur. Flori *calix* subjicitur oblongus, squamatímque compactus, quo *semina* pariter oblonga, molli potiùs copiosaque lana, quàm pappo involuta.

In *Palæstina* & finitimis *Ægypti* nascitur.

4. Scorzonera *Zeylanica* bulbosa D. *Sherard.* Flores in hac specie longis pediculis nudis non insident, sed caulis ad ipsum usque florem foliis crebris vestitur, ut folia Florem velut ambiant.

5. Scorzonera humilis latifolia *Chalepensis*, flore amplo subcœruleo *Moris. hist.* P. 3. 82. Pedalem altitudinem non assequitur. *Folia* ex angusto principio, pediculisve donata, binas uncias lata, 3, 4ve longa cæteris obtusiora, modicéque sinuata emittit. *Caulis* ex horum medio erigitur crassus, vix palmaris, cui folium unum aut alterum angustius insidet, eúmque amplectitur, in quorum sinu caulis in 4, aut plures cauliculos se dividit, penè nudos, quorum singuli caput crassum squamosum sustinent, è cujus apice *flos* amplus subcœruleus aut pallidè purpurascens ex plurimis petalis longis & angustis, ad terminationes crenatis conflatus. D. *Bobart.*

6. Scorzonera humilis sinuata ampliore flore sub cœruleo *Chalepensis. Moris. hist.* P. 3. *Folia* longa mucronata, biunciam lata, marginibus sinuatis & veluti crispis donantur. Inter isthæc *caulis* assurgit pedalis aut circiter, in 2 aut 3 alas divisus, quarum singulæ

gulæ prorumpentem è ſquamoſo capite *florem*, amplum, pallidè cœruleum, cum pappoſis itidem ſeminibus ſuccedentibus ſuſtinent. D. *Bobart.*

7. Scorzonera humilior multicaulis, latifolia, criſpatis oris, radice ſublonga, monorchidæ aut clavari *Hort. Cath. Caules* emittit ex eadem radice plures, dodrantem aut pedem altos, tomentoſos, in ſpecimine nobis à D. *Sherard.* communicato non ramoſos, duobus tribúſve foliolis indutos. *Folia* nobis videbantur anguſta, vix unciam latitudine ſuperantia, oblonga, acuminata, ut in hujus generis reliquis, & ut titulus habet, per margines criſpa.

8. Scorzonera anguſtifolia humilis, radice oblonga monorchide *Hort. Cath.* 198. *Folia* anguſta, longa, acuta ſunt. *Caules* paucos vel nullos emittunt ramulos, & in longum pediculum exeunt reliquarum modo, capitulum reliquis ſimile geſtantem.

9. Scorzonera paluſtris pulveriflora *Hort. Reg. Par.* noſtras pulverifera *Moriſ. Prælud. Bot.* In ſylvis & pratis humidis *Italiæ, Galliæ & Germaniæ* inter perfectas Scorzoneras provenit, à quibus hoc ſolo differt, quòd in hujus caulium ſummis naſcatur globulis Bellidis majoris more, calyculo inexpanſo; in cujus ſinu loco floris continetur pulvis ferrugineus, ad Cinnabaris colorem valdè accedens, ſubtilitate nulli peritiſſimi artificis manu facto ſecunda; qui brevi, partim pluviis ingruentibus, partim humidis noctu decidicis vaporibus, accedente Solis diurno calore, in materiam fæci vini Tartarum dictæ ſimilem degenerat: qua tandem decidente, apparet apex cauliculi, ad modum Dentis leonis floribus & pappo ſuo exuti. Apex autem pulverifer ab *Aprili* medio uſque ad idus *Maii* exactos perſeverat, nec ultra hoc tempus ipſum conſpicere licet, cùm ſit tantùm vitium naturæ à cœlo aut ſolo proveniens. *Moriſon. Præl. Bot.* p. 305.

10. Scorzonera bulboſa, Biſtortæ minimæ foliis, *Virginiana Plukenet. Phytogr.* Tab. 59. F. 4.

11. Scorzonera *Luſitanica* Plantaginis folio *Elem. Bot. Tourneſ. Virid. Luſit. Griſleii.*

12. Scorzonera *Luſitanica* gramineo folio, flore ſulphureo *Ejuſd.* fortè,
Scorzonera anguſtifolia N. D. *Virid. Luſitan. Griſleii.*

13. Scorzonera Plantagineo folio, caule folioſo *Virid. Luſit. Griſleii*, N. D.

14. Scorzonera multifido folio N. D. *Ejuſdem.*

Pag. 253. Ad Caput de Tragopogone.

1. Tragopogon parvum, flore Chondrillæ purpuro-cœruleæ *Lob. ob.* parvum ex luteo purpuraſcens *C. B.*
Lob.
Spithamiæa puſilla planta nulla ſui parte à Tragopogonis diffidet. Flos Chondrillæ ex luteo tantillum purpuraſcit. Folia graminea, palmum longa.
In *Hetruria* & agro *Romano* obvia. *Locus.*

2. Tragopogon capite & flore magno, luteo, *Luſitanicum* N. D. *Griſleii Vir. Luſit.*

3. Tragopogon caule admodum folioſo N. D. *Ejuſdem.*

4. Tragopogon flore luteo majus, *Villæ Vicioſæ* N. D. *Ejuſd.*

5. Tragopogon flore purpureo, *Villæ Vicioſæ Ejuſd.*

6. Tragopogon flore violaceo ſegetum, annuum N. D. *Ejuſd.*

Tragopogon gramineo folio glabrum, flore pentapetalo, dilutè incarnato. *Hort. Cath.* Supplem. 3.

Herbula eſt minima, palmaris aut paulò altior, radice tenui, alba, *caule* etiam tenui infirmo, foliis 3bus 4ve anguſtis gramineis, lata baſi eam amplexis, veſtito, *floſculum* in ſummitate unicum geſtans, ſaltem in planta nobis à D. *Sherard* communicata, quæ (ut puto) in Horto *Beaufortiano Badmington*, ſuccrevit.

P. 256. Ad Cap. 4. De Hieracio ſtellato adde,

Hieracium minimum falcatum *C. B. prod.* minimum ſeu marinum falcatum *Park.*

Plantula eſt uncias ſex non excedens, *radicula* longiuſcula, tenuiſſima rufeſcente: Ex qua *Cauliculi* aliquot Capilli craſſitie, in ramulos diviſi, inter *folia* laciniata lævia, duas uncias longa, at anguſta, exurgunt. *Flores* ſinguli exigui, luteoli, pedicellis ſingulis inſident, qui in ſtylos minutiſſimos recurvos & pungentes abſumuntur.

In arenoso litore maris non longè à *Monspelio* invenimus.
Hieracium stellato semine annuum, cujus folia idonea acetariis N. D. *Virid. Lusit. Grisleii.*

P. 257. Ad Cap. De Cichorio.

2. Cichorium tomentosum fœtidum *Park.* Th. p. 779.

Hieracii aut fortè Senecionis species est. Flores enim calicibus viridibus, Senecionis similibus obvallantur, & semen in pappum abit. Verùm nec ubi oritur, nec unde habuit, nec an descriptum, an indictum sit, nos certiores facit.

3. Cichoreum campestre æstivum seu annuum N. D. *Virid. Lusit. Grisleii.*

4. Endivia nigra *Hispanica Munting. Herbar. Belg.*

5. Cichoriastrum *Gaditanum*, Thlaspeos semper virentis folio & facie *Pluk. Mantiss.*

6. Cichorio affinis Conyzoides *Americana*, floribus villosis albis *P. B. P.* 323. Facie & crescendi modo similis est Rapuntio seu Flori Cardinalis fl. cœruleo. Flosculos fert ad ramulorum exortus nudos, parvos, albos, villosos; semina solida; tota planta lactescit.
Eadem Floris Cardinalis folio, floribus villosis rubris *Ejusd. ibid.*
A præcedente prima fronte non videtur differre, sed non lactescit.

7. Cichorio affinis, capitulum inclinans, major *Ejusd.* Hieracium capitulum inclinans, semine adunco *C. B.*

8. Cichorio affinis, capitulo erecto, minor. *Folia* profert in terram strata, & in orbem congesta, digito longiora, unguem lata, pallidè viridia, altera parte magis candicantia, per margines raris dentibus crenata, in parvum mucronem tendentia. Intra hæc multi assurgunt *cauliculi*, palmares, glabri, juncei, ima parte pleni, à medio verò ad summum usque concavi. Hi dispescuntur in multos ramulos, quorum singuli in duos alios dividuntur, ad capituli exortum tumidos, velut Hieracii dentis leonis folio obtuso majoris *C. B.* Ramorum summitates sustinent *capitula* parva, striata, quæ in flosculos luteos parvos ex petalis planis constructos expanduntur: Quibus deciduis succedunt *semina* Lampsanæ similia, sed multò minora & breviora, spadiceo-pallida. Facie ferè convenit cum icone Hieracii parvæ speciei, Hyoseridis angustifoliæ asperæ *J. B.* nec differre videtur (quoad iconem) ab Hyoseride alt. *Tab.* 490. Hæc ex *Adversar.* D. *Herman.* Addit D. *Sherardus*, se minime dubitare quin una & eadem planta sint. Proinde hæc species non minùs quàm Hyoseris mascula *Ger.* papposa non est, sed ad Cichoria referenda.

9. Cichorium *Januense*, altiùs radicatum, laciniato lanceolato folio *Hort. Cath.* 50.

10. Cichorium sylvestre cœruleum hirsutum, Centauroide folio *Hort. Cath.* 50. Folia ima ad exortum laciniata sunt, & in extremum latum & oblongum desinunt. Flores in summis caulibus longis intervallis à se invicem distant.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER SEXTUS.

Herbarum flore compoſito Genus ſecundum,

SEU

Herbæ flore diſcoide pappoſæ.

P. 260. Ad Cap. De Petaſitide.

PETASITES maximus maritimus *Boruſſiæ Mentzel. pugil.* Plantam hanc D. *Mentzelius* circa litora paludum maritimarum *Boruſſiæ*, floribus trium ulnarum, albis, foliis oblongis incanis præditam obſervavit.

Petaſites minor alter, Tuſſilaginis folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 95. *Radicibus* non adeò ac in aliis reptatricibus donatur. *Flores* ante folia exſurgunt, qui cauli dodrantali adnati, pauciores, ſubfuſci aut ferruginei coloris apparent. *Folia* palmaris aut amplioris latitudinis, mucronata, q. triangularia, & auriculis in baſi prædita, ſuperna parte penè viridia, infernâ molli lanugine, Tuſſilagineâ, candidâ obducta, *Cauliculi* ſemipedales aut dodrantales, è radice ſinguli naſcentes ſuſtinent.

Hæc planta à *Moriſono* breviter deſcribitur, in *Prælud. Bot.* Accuratiorem & pleniorem deſcriptionem à D. *Bobart.* in *Hiſt. Oxon.* elaboratam adjicere placuit.

Petaſites minor, folio rotundo cordato, floribus umbellatim diſpoſitis, purpuro-candidis, infirmis petiolis inſidentibus *Hort. Cath.* 166. Hujus folia duntaxat vidi à D. *Sherard.* communicata.

P. 265. Ad Cap. De Conyza.

1. Conyzæ affinis Germanica *C. B.* Conyzis affinis Herba vulneraria, ſeu Solidago Saracenica tertia *Tragi*, hirſuta *J. B.* Solidago Saracenica altera, ſive tertia Tragi *Park.*

In ſicca obſervavit *Jo. Bauhinus Caulem* teretem, villoſum *folia* rotundis pinnis amplecti, nullis nixa pediculis, acuminata, unciam aut palmum longa, latitudine unciali, aut ſemunciâ anguſtiora, non multùm diſſimilia foliis Conyzæ veræ majoris, nonnihil hirſuta. Summum caulis faſtigium in plures abit pediculos, quorum ſinguli *florem* geſtant aureum, in pappos degenerantem.

Hujus iconem vide apud *Jo. Bauhinum* Tom. 2. pag. 1051. Item apud D. *Plukenet. Phyt.* T. 78. F. 4. ſub titulo Aſteris lutei, Ciſti hirſutis & crenatis foliis, ſummo caule ramoſo, floribus amplis. An Herba vulneraria ad fluvium *Pfrim*, *Hieronymi Tragi*?

Qui ad *Jo. Bauhinum* attulit ad ulcera tibiarum commendatam fuiſſe dixit.

2. Conyza viminea *Luſitanica* N. D. *Virid. Luſit. Griſleii.*

3. —— anguſtifolia minor *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

4. —— *Indica* minima *Ejuſdem.*

5. —— longifolia *Americana ejuſd.*

6. Conyza maritima fruteſcens *Hiſpanica Mentzel.* Hanc in muris circa *Alicandiam*, caulibus quidem ligneſis, cæterùm reliquis partibus Conyzæ paluſtris gaudentem obſervavit *Mentzelius.*

7. Conyza *Americana*, Lamii folio, flore albo *Tournefort. Elem. Bot. Vide* Eupatorium humile *Afric.* Senecionis facie, folio Lamii.

8. Conyza *Indica*, Scrophulariæ folio flore ex cœruleo purpuraſcente Ejuſdem *ibid.*

9. Conyzâ

9. Conyza *Africana* graveolens, capitulis argentatis *Pluk. Phytogr.* Tab. 243. F. 1. *Vid. Gnaphalium Africanum, &c.*

10. Conyza minor *Indiæ Orientalis*, Nelapu *Malabarorum Pluk. Mantiſs.* p. 55. vid. *Chryſanth.* Orientale foliis criſpis *Muſ. Pet.* 373.

11. Conyza minor *Hiſpanica*, ex oris *Gaditanis*. An Con. minor exotica *C. B.* minor *Bætica Cluſ. Cur. poſt? Pluk. Mantiſs.*

12. Conyza *Æthiopica*, flore bullato aureo, Pinaſtri brevioribus foliis, lætè viridibus *Pluk. Mantiſs.* vide Coma aurea *Afric.* fruticans foliis Linariæ anguſtis major *Hort. Amſt.* P. 2. Elichryſum *Africanum* multiflorum tenuifolium fruteſcens *Volckamer. Flor. Norimberg.* 148.

Volckam.

Ex *radice* tenui alba fibroſa propullulant *caules* plures, ſubrotundi, herbacei, in lignoſam tandem ſubſtantiam abeuntes, pedales, ad duorum pedum & plurium cum tempore altitudinem ſeſe erigentes, numeroſa *foliorum* tenuiſſimorum rigidiuſculorum ac lætè viridium congerie cincti. Summitates a. horum in plures ſubdividuntur ramulos, quorum ſingulis ſingulus inſidet *flos*, nudus, compoſitus ex pluribus *floſculis* tubuloſis aureis, è perianthio viridi ſquamato prodeuntibus, quorum *ſtamina* in ſummitate bifida, copioſo farinaceo, luteíque coloris polline aſperſa ſunt. Horum exantheſin ſequuntur *ſemina* latiuſcula, exigua, compreſſa, ſubfuſca, pappeſcentia, nuda. Tota planta perennat & ſemper viret. Sponte naſcitur ad *Promont. B. Spei.* Floret *Julio* & *Auguſto* ſemina perficit. Deſcriptionem Commelinianm *vide ſis Hort. Amſt. rar.* P. 2.

13. Conyza media, criſpa, lacuſtris, multò minori folio, criſpo, flore globoſo, nullatenus radiato *Hort. Cathol. Cupani.*

A Conyza minori flore globoſo *C. B.* diſtantiſſima eſt: Folia ſcil. minora & anguſtiora ſunt, per margines ſinuata ſeu criſpa: *Flores* pariter minores, prorſus nudi. Caules in ſicca albicant. *Siciliam* agnoſcit matrem. Plantam hanc ſiccam nobis communicavit D. *Sherardus.*

14. Conyza aquatica, Aſteris flore aureo *C. B. Prod.*

Caule eſt cubitali, rotundo, hirſuto, geniculato, in plures ramos brachiato, qui *foliis* tres quatuórve uncias longis, ſemunciam latis, villoſis, per margines hiſpidis, & crenis rigidioribus exaſperatis, cingitur. *Flores* magni, Aſteris formâ, aurei, ſinguli ſingulis pediculis inſident; diſcum enim aureum folia plurima & anguſtiſſima aurei coloris cingunt, at aliorum more in pappum avolant. Hanc in *Valeſia* propè *Sedunum* ad aquas D. *Burſerus* legit. D. *Sherardus* in fluvio *Arare* prope *Cabillonum.*

15. Conyza alba, acris, annua, foliis ſplendentibus, glabra, minor, à D. *Doody* primùm obſervata. Virga aurea *Virginiana* minor *Zanoni.*

Vulgari annua acri alba elatiore, Linariæ foliis, humilior eſt, & per omnia minor, *foliis* paucioribus tenuioribus glabris.

16. Conyza *Pyrenaica* foliis Primulæ veris *Herman. Parad. Bat.* latifolia, viſcoſa, ſuaveolens, flore aureo, è Gallo-provincia *Schol. Bot.* Eupatoria conyzoides maxima *Canadenſis*, foliis caulem amplexantibus *Pluk.* Tab. 87. major, alato caule, foliis Primulæ veris, longè amplioribus, graviter odoratis *Læl. Triumfetti.*

Herman.

Per initia antequam excauleſcit *folia* profert in orbem fuſa, ſuperficie rugoſa, & in ambitu acuminatis crenis inciſa, *Primulæ veris* foliis adeò ſimilia, ut potiùs hujus quàm Conyzæ genus eſſe diceres. Deinde ex horum medio (quod ſecundo à ſatu anno contingere ſolet) egrediuntur *Caules* bini terníve, aliquando unicus, ſeſquicubitales, qui veluti *Baccharis Monſpelienſium* fermè à medio ad ſummum uſque in multos ramos, & hi rurſus in alios minores, Umbellæ formam conſtituentes, dividuntur. Singuli exeunt in oblonga folioſa parva capitula, extima parte multis luteis tubuloſis floſculis, & parvis anguſtis concoloribus petalis, numero ut plurimùm quatuor, coronæ inſtar ornata. Seneſcentibus ſuccedunt pappoſa *Semina*, Conyzarum familiæ communia. Caules veſtiunt *Folia* abſque pediculis, alterna ſerie, quorum inferiora & intermedia iis quæ ex radice prodeunt magnitudine cedunt. Superiora verò ſenſim decreſcunt, atque rugis & crenis carent. *Radix* pollicari craſſitudine ad palmæ longitudinem deſcendit, albida, & in aliquot fibras brachiata; quæ intercidentibus caulibus hyeme in hortis noſtris, quorum ſolum humidius eſt, corrumpitur, quanquam non rarò è ſummo capite ſoboles emittat, quæ inſequente anno ſeſe perficiunt. In fictili aſſervata per plures annos ſuperſtes eſt. Abunde quoque renaſcitur ex delapſis *Septembri* menſe ſeminibus.

Virat. Plantæ vis & effectus reliquis Conyzis non omnino diſſimilis videtur. Tota namque pinguis & tactu glutinoſa eſt, odore ſuavis & fragrans, ſapore acris, ad Chamæmelum nonnihil accedens.

Virga

Virga aurea latiſſimo folio *Canadenſis*, glabra *Schol. Bot.* quam *Plukenetius*, licèt dubitanter, huic Synonymam facit, ab ea diverſiſſima eſt.

17. Conyza prælta, alato caule, odorata. *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 121. Præcedenti eadem eſt; libet tamen Deſcriptionem Bocconianam adjicere.

In montibus *Mutinenſibus, Etruſcis & Bononienſibus* oritur. Ad 3 pedes Geometricos ſupra terram attollitur. Prima ejus *folia* lata ſunt, glabra, ſubtilia, & *Helenio* folia imitantur, odore medicato & acuto. In plantis adultis foliorum baſis *caulem* circundant, qui alatus eſt ad modum Cirſii & Carduorum quorundam. *Flores* velut in umbellam diſpoſiti ſunt, & Baccharidis Monſpelienſium flores affimulant. In hortis *Italicis* colitur, ejúſque mentionem facit in opere ſuo *Triumfettus*.

18. Conyza capitata ſeu globoſa *Bocconi, Plant. Sic.* p. 14. *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Boccon.

Radice conſtat ſatis craſſa. *Caule, foliis* & odore Conyzam majorem apprimè refert hæc planta; ſed in *flore* id præcipuè notandum, quod concreſcat illius diſcus ſeu umbo in caput globoſum, *Lachrymæ Jobi* quoad figuram non abſimile, & quod abſolutis & ad maturitatem perductis ſeminibus, ſeſe aperiat Caput globoſum, atque ſemina effundat in pappos abeuntia, ità ut in medio capitis globoſi inſecta exigua ut plurimum gignantur. *Hanc plantam à Conyza majore non differre puto. Capitis ſeu diſci contracti figuram globoſam vulneri ab inſecto quodam inflicto deberi exiſtimo.*

19. Conyza *Virginiana* lutea, Lini folio anguſtiore *Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*

Caulis rectè aſſurgit, gracilis, teres, pedalis aut circiter, lanugine quadam obſitus; quem *folia* ſeſcuncialia, & aſſurgentia breviora, anguſta, & Lini foliorum ad inſtar acuta, tantillo tomento obducta, ſine ordine veſtiunt. Caulis ſummitas in alas ſe dividit, *flores* haud amplos, petalis aureis tenuibus radiatos gerentes, qui cæteorum more in pappos abeunt. E *Virginia* tranſmiſit D. *Baniſter*.

20. Conyza fruticoſa, Ciſti odore, floribus pallidè purpureis, ſummitatibus ramulorum inſidentibus capitulis & ſemine minoribus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Frutex iſthic ad 6, 7ve pedum altitudinem aſſurgit, *virgis* aliquot, pollicem craſſis, lento membranaceo rubente cortice tectis; ramis binis plerunque oppoſitis, interdum ternis, unà egredientibus diviſis; *foliis* crebris obſitis, in pediculis ¼tam unciæ longis, ipſis uncialibus ſemunciam latis latiſſima prope baſin ſubrotundam parte nervis ex apice pediculi tanquam è centro exeuntibus, nonnihil hirſutis, glutinoſis, & Ciſtum redolentibus. Summitates caulium in plures pediculos ramificantur, *capitula* nuda ſuſtinentes, Jacobææ æmula, pallidè purpurea; quibus ſuccedunt *ſemina* plurima leucophæa, oblonga, canaliculata, pappoſa.

Secus viam quæ ducit ab urbe S. *Jago de la Vega* versùs *Guanaboa*, & in monte *Diablo* locis apricis provenit.

21. Conyza fruticoſa, Ciſti odore, floribus pallidè purpureis, ſummitatibus ramulorum inſidentibus, capitulis & ſeminibus majoribus *Slon. Cat. Jamaic.*

Præcedenti cætera ſimilis, magnitudine excedere videbatur, capitibus multò ampliori-bus, foliolis fuſcis, flores & ſemina ſquamatim ambientibus, cinctis. Cum priore.

22. Conyza Orientalis, alato caule, flore globoſo *Moriſ. hiſt.* P. 3. Scabioſa capitulo aphyllo, Chryſanthemi Myconi foliis, alato caule Madraſpatanenſis *Pluk. Phyt.*

D. *Bobart.*

Caulis erectus membranis foliaceis criſpis per longitudinem amicitur, eúmque folia modò unciam, modò ſemunciam lata obtuſa, hirſuta ac viſcida alternatim conveſtiunt. E ſupremo caule erumpit pediculus, ſemuncialis, hirtus, qui globulum nudum Ceraſi magnitudine, ex minutiſſimis floſculis luteis ſtaminuloſis compoſitum ſuſtinet. Ex alis foliorum ſupremorum aliæ ramificationes emergunt, folia conſimilia gerentes ſed minora. *Flores* globulares primum florem (qui pappoſus eſſe videtur) ſuperant, ut in *Impia herba* fieri amat.

23. Conyza Helichryſoides, graveolens, capitulis argenteis, *Africana Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*

Caulis tomentoſus, bicubitalem altitudinem aſſequitur: A dimidio in varios ramuſculos oblongos brachiatus, quem *folia* 2 aut 3 uncias longa, pollicémque lata, ſuperna parte viridiora, infernâ tomento candido obſita, quaſi auriculis lata ſua baſi amplectentia conveſtiunt. Superiùs ſecundùm caulis provectum folia minora & acutiora comminuta ſunt. Caulium ſummitates *capitulis* plurimis amplis rotundis, Helichryſi modo corymbatim diſpoſitis, & ex ſquamulis argenteis retorridis & acutis cum umbone luteo in medio depreſſo compoſitis, eleganter

eleganter ornatæ, in *semen* breve pappoſum deſinunt. Habitus totius priuſquam flores proferat, Conyzam refert; deinde Helichryſum eſſe capitula ſuadent, quare Helichryſum Conyzoides non abſurdè nominaveris. In horto D. *G. London* culta eſt.

Hæc Planta D *Volckamero* Flor. *Norimberg.* deſcribitur ſub titulo Gnaphalii *Africani* fœtidi latifolii maximi, flore argenteo.

Eadem eſt, (monente D. *Sherard*) cum Xeranthemo *Africano* latifolio lanuginoſo *Cat. ad finem Par. Bat.* inferiùs deſcripto, Helichryſo Africano latifolio fœtido, cap. aureo *Hort. Amſt. rar.* P. 2. ſolo petalorum colore differt. Hujus deſcriptionem inferiùs dabimus.

24. Conyza major inodora, Helenii folio integro ſicco & duora, Cichorii flore albo, è ramorum lateribus exeunte *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad primum exortum *folia* emittit è radice plurima, Jacobææ folio integro ſimilia, 5 uncias longa, initio anguſta ad duas uſque longitudinis uncias, in apicem ſubrotundum, ſeſcunciam latum deſinentia, dura, glabra, obſcurè viridia, circa margines dentata. Aliquandiu poſt folia edita exurgit *Caulis*, teres, viridis, robuſtus, quadrupedalis, è ſingulis geniculis ad ¼ unciæ intervalla *folia* emittens ſingularia, ad exortum eum amplectentia, verſùs faſtigium ramoſus, ramulis ad unumquodque geniculum caulem cingentibus, in alios ſecundarios diviſis, *foliis* veſtitos minoribus, è quorum alis exeunt *flores* abſque pediculis ſeſſiles, foliolis viridibus pro calice cincti, petalis plurimis albis, longis, Cichoraceis ſimilibus eodémque ſitu, compoſiti; quibus *ſemina* ſuccedunt pappoſa.

Planta eſt anomala, quantum memini non lacteſcens.

In ulteriore ripa fluvii *Rio Cobre* dicti prope urbem S. *Jago de la Vega*, & in prato *Moncque Savanna* vocato copioſè provenit, in frutectis ſeu ſenticetis prope ædes D. *Cope.*

Hujus folia & caules, cùm dura & rigida ſint, ſcoparum uſum incolis præſtant ad domorum conclavia everrenda & mundanda.

25. Conyza inodora, Helenii folio integro, duro, anguſto, oblongo, capitulis in lateribus ramorum conglomeratis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice ampla, oblonga, laterales aliquot fibras emittente fundatur, è qua exoritur *Caulis* ſimplex, teres, ſtriatus, concavus, 2 circiter pedes altus, *foliis* alternatim abſque pediculis adnatis veſtitus, membrana ad exortum caulem amplectente donatis, 5 circiter uncias longis, à pediculo ſenſim dilatatis ad apicem uſque ſubrotundum, ubi latiſſima ſunt, & ſemuncialia; pallidè viridibus, & ſuperficie corrugatis. Verſùs faſtigium [caulis] proveniunt *flores*, ſpicatim diſpoſiti, ſeſſiles abſque pediculis, perianthio è paucis aridis fuſcis membranulis compoſito excepti, nunc ſeorſim ſinguli, nunc plures ſimul conglomerati; ſuccedunt *ſemina* parva, fuſca, canaliculata, pappoſa.

In monte *Diablo* dicto copioſiſſimè oritur.

26. Conyza *Madraſpatana* Carthami folio, Pukumude *Malab. Act. Philoſ.* N. 264. P. 590. D. *Petiv.* Hæc planta D^o. *Plukenet* Eupatoria Conyzoides integro Jacobææ folio, glabro, duriuſculo *Indiæ Orientalis* dicitur. *Tab.* 87. F. 5. vide infra in Capite De Eupatorio 4vicenæ.

27. Conyza minor procumbens fœtida, flore luteo, feminibus tomento obductis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibrillæ ſeu filamenta plurima fuſca *radicem* componunt, *caules* undequaque emittentem quadratos, pedem longos, ad 2, 3ve digitorum intervalla geniculatos, è geniculis *folia* protrudentes undique pilis obſita, pediculis deſtituta, unciam longa, dimidiam lata [media latiſſima parte] circa margines dentata, colore luteo-viridi, odore fœtido & ingrato. E foliorum ſinubus exeunt ramuli, quibus inſident. *Flores* plures ſimul congeſti, colore flavo, iiſque ſubſunt & ſuccedunt *ſemina* plurima, longa, nigra, lanugine alba undique obſita.

In ſylvoſis apricioribus Inſulæ *Jamaicæ* frequens reperitur.

28. Conyza ſeu Baccharis *Marilandica*, foliis longis anguſtis ſerratis, valde ramoſa, & plurimos flores producens.

Caulis ei firmus, anguloſus, hirſutus, rubeſcens, ſumma parte in multos ramos diviſus, & ramuli iterum in ſurculos & pediculos copioſos *flores* ſuſtinentes, mediocres, radiatos, & ut in ſicca videtur, luteos. *Folia* hirſuta ſunt, baſi ſua abſque pediculis cauli adnata. *Semina* minutiſſima.

29. Conyza fruticoſa, folio haſtato, flore pallidè purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* Eupatoria Conyzoides, Urticæ folio molli & incano, capitulis magnis *Americana Pluk. Phyt.* T. 177. F. 3. An Axixpatlis *Texaxahuæcenſis*, ſeu Volubilis quinque latera *Hernandez*? Red Arch-Angel Barbadenſibus.

D. *Sloane.*

Caule craſſo, lignoſo, cortice albicante obtecto, ad 7 circiter pedum altitudinem aſſurgit. Rami quadrangulares ſunt, bini oppoſiti. *Folia* ſimiliter in extremis virgis pediculis ſemuncialibus

cialibus inſident ex adverſo bina, propemodum triangularia, ſeſcunciam longa, ad baſin unciam plus lata, parùm piloſa, nervis à pediculo extremo ad varias eorum partes extenſis, colore luteo-viridi, odore ſuavi & pergrato. Ex alis foliorum verſùs caulis & ramorum ſummitates egrediuntur pediculi tenues, 2 uncias longi, minoribus foliis, ejuſdem cum majoribus figuræ, hic illic obſiti, *Flores* aliquot nudos, ſingulos ſemuncialibus petiolis fultos ſuſtinentes, è multis pallidè purpureis floſculis cum ſuis ſtaminulis arctè ſtipatis compoſitos, plurimis viridibus oblongis, ſquamatim incumbentibus foliolis incluſos, quos ſequuntur *ſemina* complura, parva, oblonga, ſtriata, leucophæa ſeu griſea, rigidis aliquot, pappoſis, pilis coronata.

Ubique circa urbem S. *Jago de la Vega* oritur.

Vulnerarium inſigne habetur herba contuſa & applicata.

30. Conyza fruticoſa, flore pallide purpureo, capitulis è lateribus ramulorum ſpicatim exeuntibus *Slon. Cat. Jamaic.* Cotino affinis Arbor *Americana*, Trematè *Braſilienſibus Marcgr. Pluk. Almag.* 121.

D. *Sloane.*

Hujus deſcriptionem *Margravianam* vide inter Arbores anomalas & minùs cognitas *Hiſt. noſt.* p. 1783. Hunc in modum eam deſcribit D. *Sloane*, Frutex iſthic ad 3, 4ve pedum altitudinem aſſurgit, *caule* tereti, lignoſo, ſuprema parte ramoſo, ramulis deorſum nutantibus, *foliis* denſis obſitis, parvis, alternatim exeuntibus, perbrevibus aut nullis pediculis, ſuperficie rugoſa & inæquali, ad modum Salviæ foliorum, ſeſcunciam longis, ſemunciam latis media latiſſima parte, in acutum deſinentibus, ſubtus candidioribus. Ex alis foliorum emergunt *Flores*, pallidè purpurei, aliorum hujus Generis ſimiles, foliolis pallidè fuſcis circumvallati; quos ſequuntur *ſemina* parva, oblonga, alba, pappoſa.

In frutetis & ſylvis apertioribus *Jamaicæ* & inſularum *Caribbearum* oritur.

31. Conyza arbor Helenoides ſeu Inſulæ S. *Helenæ*, Teucrii craſſis & hirſutis foliis, Balſamum Tolutani æmulum fundens *Pluk. Mantiſſ.* ad *Almageſt.*

32. Conyza arbor Helenoides ſeu Inſulæ S. *Helenæ*, Salvia crenatis foliis, prona parte alba lanugine incanis, Balſamifera *Pluk. Almag. Mantiſſ.* Hæc enim (inquit) Arbor eſt quoque Balſamifera, reſinam *Benzoin* haud malè referentem copiosè fundens. An Conyza Salviæ odorem ſpirans *C. B.*? Planta Bantanica *Cluſii*] Exot. lib. 4. cap. 23.

33. Conyza aromatica fruteſcens *Mauritanica*, Camphoratæ foliis ad margines piloſis, flore magno flavo, ex floſculis fiſtularibus compoſito *Pluk. Mantiſſ.*

34. Manja-Adeca Manjen *H. M.* P. 10. T. 17. Conyza *Indica*, Teucrii folio, flore flavo odorato *Commelin.* notis.

H. M.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* albicat: *Caules* virides, tenues, *foliis* veſtiti, oblongis, craſſiuſculis, piloſis, cuſpidibus acutis, crenatis. *Coſtæ* quæ in cuſpides incurrunt in adverſa parte extuberant. *Flores* capitula ſunt plano-rotunda, flava, ex plurimis floſculis compoſita; qui ſinguli cyathi-formes in orificio 5 cuſpidibus inſtructi, *ſtylum* emittentes craſſiolum, è cujus vertice filamentum prodit tenue. Odoris gratiſſimi tota hæc planta eſt.

Cum uvis paſſis, Caryophyllis & Glycyrrhizæ ſucco exhibitus Cacochymicum illud *Virei.* malum endemium [*Pitao*] eradicat, & ſanguificationem juvat.

35. Nari-Patsja *H. M.* P. 10. T. 62. Conyza Malabarica, Lamii folio, flore purpureo *Commelin.* notis. An Sonchus lævis Maderaſpatanus *Pluk. Phytogr.*?

H. M.

Naſcitur in arenoſis & petroſis. *Radix* albicans, ſubruffa, intus lignoſa, odoris haud injucundi, cortice ſubacri. *Caules* rotundi, virides, piloſi, *foliis* hinc indè veſtiti, oblongo-rotundis, in oris piloſis, ad exortum non item, acutè ſerratis, mollibus, odoris grati. Coſta in utraque parte eminet. *Flores* faſciatim proveniunt, ſuntque capitula rotunda, ex purpureo-rubris conflata filamentis, quæ penicilli inſtar è calice emicant, in medio floſculis cyathi-formibus quinque-cuſpidalibus dotata, è quibus *ſtaminulum* ſe exſerit purpureum, vertice candido tenuiori. *Calyx* piloſus eſt, cuſpidatis & anguſtis foliolis compoſitus. *Semina* minuta, oblonga, plano calycis diſco inſident, in vertice floſculorum collum in ſe recipientia, in ora verticis pilis albicantibus circundata, primum flaveſcentia, dein rufeſcentia.

Succus cum illo Herbæ *Mammæ* ſimul expreſſus linimentum præſtant antihæmorrhoidale. *Virei.* *Folia* cum lacteo Nucis Indicæ ſucco conteruntur, quæ aſſumpta inteſtinorum flatus vellicantes inhibent.

36. Puam Curundala *H. M.* P. 10. T. 64. Conyzæ affinis *Malabarica*, Aquilegiæ folio, flore purpureo nudo. *Commelin.* notis.

H. M.

Arenoſo, terreo, & petroſo gaudet ſolo, tota piloſa. *Radix* lignoſa, fibroſa, ſubruffo-obſcura; ſaporis ſubacris. *Caules* rotundi, tenues, viridi-fuſci, leniter ſtriati, parùm lignoſi, pilis minutis, raris obſiti. *Folia* oblonga ſunt, in oris angulis prominentibus inciſa, tenuia, laxa, mollia, ſupernè piloſa, & viridi-fuſca. *Flores* faſciculatim proveniunt, ſuntque gemmæ oblongæ, coloris in ſuperiori parte cœruleo-purpureo-rubri, ex numeroſis floſculis

ſculis pentapetalis conformati, è quorum medio *ſtylulus* emicat tenuis, ſupernè bifurcatim criſpatus. *Calix* ex pluribus conſtat foliolis cuſpidatis arctè floſculos apprehendens. *Semina* pappoſa ſunt, in ambitu oculi pilis ſurrectis, qui poſtea julos referunt, primùm viridia, dein nigricantia.

Virtus. Succus in patina bene agitatus, oculíſque illitus ſuffuſioni reſiſtit: balneum ex illo præparatur antimaniacum: additis ejuſdem energiæ medicinis febres fugat: globus quoque ex illo conficitur contra Ophthalmiam.

P. 267. Ad 9. Aſteris ſpeciem, ſeu Britannicam Conyzoidem nota,

Plantam hanc *Aſteris paluſtris lutei folio longiori lanuginoſo* titulo plenè & accuratè deſcribit D. *Tournefort* in Hiſtoria plantarum circa Pariſios naſcentium. Hæc planta (inquit) quamvis valde frequens ſit, paucis tamen probè cognita & perſpecta eſt.

P. 267. Ad Cap. de Aſtere.

1. After *novæ Angliæ*, Linariæ foliis, Chamæmeli floribus *Herman.* Parad. Bat. *Americanus* multiflorus, flore albo Bellidis, diſco luteo D^n^ de *Flines Schol. Bat. Pluk. Phytogr.* After *Virginianus* fruteſcens minor Ericoides, Linariæ folio. Flore albo parvo *Breyn. Prod.* 2.

Herman.

Creſcunt ex *radice* vivaci, quæ ex innumeris tenuiſſimis repentibus fibris capillata eſt, *Folia* per initia numeroſa, glabra, ſaturatè viridia, anguſta, Linariæ æmula, digitum longa, & in mucronem extenuata, quæ dum Flores apparere incipiunt marceſcunt, & penitus diſparent. Inter ea attolluntur *caules*, altitudinis pluſquam ſeſquicubitalis, craſſitie calamum ſcriptorium adæquantes, nonnumquam excedentes, duri & propemodum lignoſi, annis tamen ſingulis intercidentes. Hi dividuntur in multiplices ramos, maximè circa ſummitates in quibus tantâ copiâ luxuriant, ut integram ſylvam conſtituere videantur. *Folia*, quæ de more Aſterum abſque petiolis alterna ſerie caulibus hærent, magnitudine & diſpoſitione inſigniter diſcrepant. Ima namque & quo terræ propiora, eò latiora, productiora, & longiùs ab invicem diſſita ſunt; remotiora verò & quæ ramulorum cacumina veſtiunt, denſiùs congeſta, contractiora, Ericæque foliis ſimillima apparent. Apices ramulorum ſinguli in longula ſquamoſa capitula, quæ ſe in *flores* pandunt Bellidi ſylveſtri minori, veriùs Chamæmelo ſimiles, petalis ſc. albis & intermedio flaveſcente orbiculo, in pappoſum *ſemen* fatiſcente, compoſitos.

2. After N^va.^ *Angliæ* purpureus, Virgæ aureæ facie & foliis undulatis Herman. *Parad. Bat.* Tripolii floribus in ſpicis longis diſpoſitis *P. B. P.*

Herman.

Eo quòd hujus plantæ *flores* in prolixas ſpicas, velutíque jubam longâ denſiſſimaque ſerie congeſti ſunt, dubitavi an ad *Aſteres*, an *Virgas aureas* reducenda eſſet, aſt cùm *Flores* præcipuis notis ad *Aſteres* propiùs quàm *Virgas aureas* accedere videbantur, libuit prius eligere, & hanc Afterem cognomento Virgæ aureæ appellare.

Radicem habet vivacem & repentem, ex cinereo in fuſcum tendentem, fibratam, è qua exeunt *Cauliculi* complures, ſeſquipedales, & certè majores, duriuſculi, infra leviter purpuraſcentes, in progreſſu verò viridantes, crebros ramos de ſe ſpargentes. *Folia* pallidula ſunt, undulata, elata, cordata baſi, in modicum acumen deſinentia. Ima, quæ primis æſtatis caloribus è radice proficiſcuntur, longis ſulcatis petiolis inſiſtunt, & magnitudine Afterem latifolium *Cornuti* quadantenus æquant, aſt rotundiuſcula ſunt ſubhirſuta, & in ambitu leviſſimè crenata. Cætera multò minora ſunt, aſperiuſcula, rigida, ad margines integra, atque cauliculis ſine ullis petiolis Perfoliatæ inſtar juncta. Cultura operoſa quidem non indiget hic After, ſed per radicum excreſcentias, velut ſuperior conterraneus ejus propagatur, naturæ tamen tenerioris eſt, & hyeme, acriùs ſtringente bruma, ſtragulis contegendus eſt, ut ſubſequente æſtate numeroſiore prole repullulet. Sub finem Septembris faſtigiantur caules in ſpicas, dodrante nunc longiores, nunc breviores, quos pulchra numeroſâque ſerie exornant *Flores*, prominulo in ruſſo flaveſcente diſco, purpureíſque radiis *Aſteri Tripolii flore* adeò conſimiles, ut ſola parvitate ab his diſcriminentur. Superiores dum dehiſcunt, inferiores langueſcunt velut in pleriſque floreis ſpicis uſu venit. Diſcus reſolvitur in pappum è pallido pauliſper rufeſcentem.

3. After *Novæ Angliæ* altiſſimus, hirſutus, floribus ampliſſimis, purpuro-violaceis *Herman. Parad. Bat.* A. N. An hirſutus, floribus majoribus ſaturate violaceis Dæ. *de Flines Schol. Bot. Volchamer. Flor. Norimb.*

Herman.

Caules hominis proceritatem ſuperant, raríſque lanuginoſis pilis, præcipuè parte inferiori pubeſcunt, & à medio ad ſummum uſque in complures ramos, quorum ſupremi breviſſimi ſunt, ſe expandunt. His circumſtant *Folia* mollia, undulata, ſeſquidigitum longa, pallidè virentia è latiuſcula auriculata ſede in mucronem gracileſcentia, quorum auriculæ ità inter ſe connivent, ut eminus conſpecti à caulibus perforata videantur. *Flores* ampliſſimi & venuſtiſſimi

nuſtiſſimi in caulium ramorúmque faſtigiis eo numero & ſerie diſponuntur, ut non ſimplices flores, ſed artificiosè contextum faſciculum mentiri videantur. Conſtructi ſunt ex prominulo flaveſcente umbone, numeroſiſque longulis petalis, in orbem diradiatis, violaceo colore ſplendidiſſimè purpuraſcentibus. Longè poſt æquinoctium Autumnale flores apud nos explicare incipit. *Semina* velut in reliquis hujus familiæ pappeſcunt. Brumam rigidiorem innoxiè tolerat, & licet per radicum ſoboles avulſas in quovis ſolo promptè multiplicetur, lætiùs tamen multò adoleſcit, floréſque pleniùs & maturiùs perficit, ſi loco horti ſolis meridiani radiis expoſito implantetur.

4. Aſter *Novæ Angliæ* altiſſimus hirſutus alter, floribus nonnihil minoribus *Herman. Parad. Bat.*

Eodem ortu, caulium proceritate, florum colore & diſpoſitione priori ſimillima eſt; deflectens tantùm *ramis* in caulibus rarioribus, *foliis* anguſtioribus & molliùs undulatis, *auriculis* amplioribus, altiúſque inciſis, & *floribus* paulò minoribus.

5. Aſter ſupinus lignoſus Siculus, Conyzæ odore *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 129. p. 161.

Planta eſt perennis, & in locis ſaxoſis aut arenoſis quæ mare alluit, duobus à *Drepano* milliaribus remotis oritur, loco dicto *la Tonnara di S. Giuliano*. *Caulem* profert humi ſtratum, aſperum, nodoſum, lignoſum, durum, pollicem craſſum. *Folia* Bellidis ſimilia ſunt, craſſa, brevia, cochleato-cava & tomentoſa, in caule crebra, odorata, Conyzæ majoris veræ ſimilia. *Flos* aureus ungulâ circundatus.

Si non ſit Chryſanthemum conyzoides *Luſitanicum Breynii*, aut Aſter Conyzoides *Africanus*, ſupinus, lignoſus *Park.* oportet (inquit) ut ſit ſpecies nova.

6. Aſter Conyzoides, anguſtis Linariæ foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 68.

Ad ſeſquipedalem altitudinem aſcendit. In Horto *Magni Ducis Etruriæ*, inque Horto Regio *Pariſienſi* cultam vidit.

7. Aſter montanus ſaxatilis luteus, anguſto acuto nervoſo & molli Plantaginis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 18.

Pedali eſt altitudine. Supra *Caſtelnovo di Garfagnana*, quà itur ad S. *Antonio d' Eglio*, aliiſque multis *Hetruriæ* in locis oritur. Folia *Plantaginis anguſtifoliæ*.

8. Aſter *Americanus* albus latifolius, caule ad ſummum brachiato *Pluk. Phyt.* T. 79. F. 1.

Folia nonnihil piloſa videntur, Parietariæ ferè figurâ, pallidè viridia, 4 aut 5 unc. longa, ſatis crebra, alternatim cauli adnata, abſque pediculis. *Caulis* rubeſcit. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis majuſculi albi, umbone luteo quandam quaſi umbellam componunt. E *Marilandia* habuimus. Colitur in horto *Chelſey*.

9. Aſter luteus monanthes, flore magno, umbone tumido, foliis imis oblongis anguſtis Hieracii, circa margines dentatis. D. *Sherard.*

Caulis tenuis hirſutus, *foliis* parvis dentatis, baſi lata eum amplexantibus, in longum & acutum mucronem productis, veſtitus. Folia palmum longa, uncia latiora, circa margines Hieracii cujuſdam in modum dentata, pediculis longis.

10. Chamæaſter flore luteo, latiori folio glabro *C. B.* Sp.

Semipedalis eſt aut altior, *caule* molli, in ramulos aliquot diviſo, quorum ſinguli in longum excurrentes ſingulos flores geſtant, luteos, radiatos, mediocres. *Folia* Valerianæ aquaticæ æmula, verùm quæ in caule ſunt minora, anguſtiora, abſque pediculis adnata. D. *Sherardus* impertivit, qui ſe in *Hollandia* florentem vidiſſe ſcripſit: Fruticoſam plantam eſſe, folia habere glauca, craſſa. *Floris* calix ſquamoſus non eſt, ſed ſimplici foliorum circulo conſtat.

11. Aſter foliis oblongo-rotundis, caulibus ſimplicibus microphyllophoris, floré in unoquoque unico, Jacobææ affini tuberoſæ plantæ *C. Bæ. Sp.* Breynii ſimilis.

Radix fibris craſſis conſtat. *Folia* pediculis inſident ſeſcunciam aut duas uncias longis, integra, nervoſa, circa margines denticellis parvis extantibus exaſperata, figuræ ovalis, ſumma parte latiora, duas tréſve uncias in longum extenſa, in latum ſeſcunciam aut duas uncias. Inter folia è radice emergunt *cauliculi* dodrantales aut majores, minoreſve, foliolis minimis & anguſtiſſimis veſtiti, ſinguli ſingulos flores amplos, petalorum rubentium anguſtorum oblongorum vallo diſcum medium cingente compoſitos.

In ſicca colorem florum exactè diſcernere non potui.

E locuplete penu D. *Sherardi*.

12. Aſt. tenuifolius ramoſus *Canadenſis*, flore minore violaceo *Schol. Bot. Tournef.*

13. Aſt. Canadenſis Salicis hirſuto latiſſimo folio *Flor. Bat. fl.*

14. Aſter viſcoſus flore luteo, *Africanus* D. *Oldenland.*

Planta aquatica eſſe videtur, caule ima parte procumbente, & fibras albas longiſſimas emittente. *Folia* unciam longa, ſemunciam lata, obiter dentata. *Caules* teretes, ima parte rubentes, *flores* aliquot in ſummo geſtantes, luteos, ſimplici palorum vallo pro calice cinctos. A Promont. *Bæ Spei* tranſmiſſum D°. *Oldenland* acceptum refert D. *Petiver*, à quo habui.

15. Enulæ campanæ affinis, flore luteo D. *Oldenland.*

Parva eſt planta. Ego in ea cum Enula camp. ſimilitudinem ferè nullam diſcernere potui. *Folia* integra latiuſcula, brevia, per margines æqualia, Plantaginis aquaticæ foliis quæ ſummis aquis innatant ferè ſimilia. Eoſdem cum præcedente natales obtinet, & ab iiſdem amicis miſſa eſt.

16. Aſter *Æthiopicus*, flore cœruleo, diſco aureo D. *Oldenland.* Africanus cœruleis parvis floribus D. *Herman.* Hort. ſicc.

Planta eſt fruticoſa, ſuperiore parte in ramulos multos diviſa, *foliis* cinctos confertis, ſemunciâ longioribus, anguſtis. E ſummis ſurculis exeunt *flores* in pediculis oblongis tenuibus, compoſiti, radiati, floſculis marginalibus cœruleis, umbone medio aureo.
E Promont. *Bæ Spei* ſiccatum accepit D. *Petiver*, & nobis inpertivit.

17. Aſter flore luteo, folio Cymbalariæ D. *Oldenland.*

Plantula eſt ſeſquipalmaris, *flore* in ſummo caule unico, ſimplici pro calice foliolorum vallo cincto. *Folia* præparva ſunt, ad radicem ſubrotunda, in caule productiora. *Radix* unico bulbo conſtare videtur, ex ima parte fibras emittente. *Africanæ* originis eſt, à D. *Oldenland* ad D. *Petiver* tranſmiſſus à Prom. *Bæ Spei.*

18. Aſter folio oblongo, integro, incano, flore pallidè cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*
Ad ſeſquipedalem altitudinem aſſurgit *caule* tereti, rubente, glabro, *foliis* longis, acuminatis, media parte latiſſimis, paullùm albicantibus, glabris, circa margines æqualibus, abſque crena vel inciſura, veſtito. Plurimis ornatur *floribus* dilute admodum cœruleis, barbulis ſeu petalis marginalibus, medio diſco concoloribus. An Semina pappoſa fuerant necne non obſervavi, ideóque an Aſter genuinus ſit, an Chryſanthemum Aſteris facie neſcio.
In locis humidioribus pratorum circa urbem S. *Jago de la Vega* obſervavi.

19. Aſt. *Africanus* fruticeſcens ramoſus, flo. cœruleis, foliis ex oppoſito minimis, caulibus & ramulis in pediculos florum nudos exeuntibus.

Folia parva ſunt, in caule ſatis crebra, ex adverſo bina, Vermicularis ſimilia. *Caules* & ramuli è ſummitatibus unum vel alterum pediculum prælongum, nudum emittunt *florem* unicum mediocrem, cœruleum ſuſtinentem. D. *Sherard* nobis communicavit.

20. Aſter *Africanus* fruteſcens, floribus copioſis cœruleis, foliis minimis Aizoidibus. D. *Sherard.* Aſter maritimus fruticoſus, Hyſſopi foliis confertis, flore albo *Cap. Bæ Sp. Pluk. Mantiſſ.* 29. *Tab.* 340. An Aſt. *Africanus* fruteſcens flo. parvo cœruleo ſuperiùs deſcript ? D. *Sherard* eundem eſſe fidenter affirmat.

Folia ſecundùm caulium longitudinem in agminulis exeunt, è quorum medio egrediuntur pediculi ſingulares plerunque, tenues, oblongi, ſingulos ſuſtinentes *flores* ſatis amplos, albos cœruleóſve.
In horto D. de *Flines* florentem vidit D. *Sherard.*

21. Aſter *Africanus*, flore amplo aureo, foliis anguſtis rigidis in acumen abeuntibus D. *Sherard.*

Caulis teres, erectus, rigidus, *folis* creberrimis veſtitus, anguſtis, acuminatis, à baſi latiuſcula, quâ cauli adnaſcuntur ſenſim anguſtatis, donec in acutum deſinant, Roſmarini quodammodo ſimilibus; ſumma parte in plures ramulos dividitur, quorum ſinguli ſingulos *flores* geſtant peramplos, foliolis amplis acuminatis pro calice cinctos; apices medii nigricant. Ramuli ad ipſos uſque flores foliis crebris cinguntur.

22. Aſter

22. After *Africanus* frutescens, splendentibus parvis & reflexis foliis *Hort. Amst.* tom. 2.

Radicem habet ligneam & albicantem: Caulem rotundum, pilosum, fuscum, ab ima parte ad summam varios emittentem ramulos. His *Folia* adstant, nullo habito ordine, nulloque sustentata pediculo, parva, splendentia, & reflexa, quorum margines pilis rigidioribus ornantur. Ramuli è foliorum alis orti florem in summitate sustinent, unicum, discoidem, radiatum. Flosculi discum componentes lutei radios formantes albi, qui à parte postica versùs summitatem purpurascunt, quales etiam priusquam explicantur apparent flores. Semina papposa esse videbantur; nam in horto non plenè maturuere. Floret mensibus Februario & Martio. Saporem habet subsalsum.

23. After *Africanus* frutescens, Lavendulæ folio, flore purpureo *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radice nititur fibrosa & lignea: *Caulem* habet sesquipedalem, rotundum, primò rubrum, deinde viridem, & tandem fuscum. In varios caulis divaricatur ramulos, quibus *folia* adstant, nullo habito ordine, viridia, angusta, longa, acuminata, & unico duntaxat nervo prædita. Ramulorum summitates *Flores* exornant discoides, radiati; flores discum componentes lutei in 5 segmenta dividuntur, radium componentes sunt purpurei. Floribus marcescentibus succedunt *semina* papposa, quæ unà cum foliis saporem exhibent aromaticum.

Floret æstate, semina initio Autumni perficit.

24. After *Africanus* annuus Senecionis foliis *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet albicantem, fibrosam; *Caulem* rotundum, rubentem & alba lanugine præditum; cui *Folia* nullo suffulta pediculo, nullóque habito ordine, annectuntur longa, utrinque in lacinias divisa, quorum medium nervus occupat, ex adversa parte subruber, albaque lanugine obsitus. Ex alis foliorum ramuli oriuntur, cum caule concolores, qui in summitate ex variis pediculis, digito plerunque longioribus *Flores* sustinent discoides, radiatos, flosculis radios efformantibus purpureis, discum componentibus luteis. Flores singulos sequuntur plurima *semina* nuda, in pappum abeuntia.

Floret Junio & Julio, Augusto semina perficit, in Horto Med.

Juxta montes, post rupes locis opacis Promont. *Bæ Sp.* crescit, & Octobri floret.

25. After *Africanus* frutescens, foliis Senecionis craffioribus *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet crassam, lignosam, fibras emittentem albicantes. *Caulem* producit pedalem, virescentem primò, deinde albicantem, & nonnihil lignosum, in ramulos rotundos, striatos & virides divaricatum. Ramulis, nullo habito ordine, & absque omni pediculo, adnascuntur *Folia* Senecionis incani pinguis *C. B.* foliis non absimilia, at craffiora & succulentiora. Ramulorum summitates terminantur in pedicellos, nunc digitum longos, nunc longiores, sustinentes oblonga, squamosa capitula, quæ se in Florem expandunt discoidem, radiatum, disco existente luteo, radiorum petalis purpurascentibus. Florem sequuntur plurima semina papposa.

26. After foliis longis angustis, basi sua caulem ferè amplexantibus.

Caulis erectus, non ramosus: *foliis* ad intervalla vestitus, duas trésve uncias longis, semunciam latis, basi sua caulem amplexis, ut planta perfoliata videatur, glabris, per margines æqualibus. Summa parte in 3, 4ve pedicellos dividitur, foliolis multis tenuissimis obsitos, flores gestantes parvos luteos.

27. After fruticosus purpureus *Africanus*, incanus, foliis parvis angustis, acutis, crebris, D. *Sherard*.

Radice nititur surculosa; *caulem* erigit semipedalem, erectum, incanum, *foliolis* crebris, semuncialibus & longioribus, angustis, acutis, cinctum, propè radicem, & in summitate ramulos aliquot emittentem, quorum fastigiis singuli insident flores pro plantæ modo satis ampli, purpurei.

28. After luteus, foliis parvis dentatis, floribus in summis caulibus & ramulis singularibus, simplici pro calice foliolorum vallo cinctis. D. *Sherard*.

Folia sesquncciam aut duas uncias longa, ab angusto principio paulatim dilatata ad uncialem latitudinem, deinde sensim contracta in acutum apicem, alterno aut nullo ordine sita. *Caulis* teres in ramos dividitur paucos, quorum singuli in pediculos longos excurrunt singulos flores gestantes, flavos, amplos, calice simplici non squamoso septos.

In Horto D. *Vander-Stell* prope *Harlemum* collegit D. *Sherard*.

29. After

29. Aſter fruticoſus *Africanus*, foliis parvis Chamædryos, floribus cœruleis.

Planta fruticoſa eſt & lignoſa, ramulos emittens creberrimos ad ſemuncialia aut minora intervalla, ad rectos propemodum angulos, firmos, rigidos, breves, incanos, *foliis* parvis amictos ad Chamædryn quodammodo accedentibus, ſummos caules & ramulos terminant *flores* ſatis ampli, cœrulei.
Siccam à D. *Sherard* accepimus.

30. Aſter *Americanus*, flore albo, folio Lactucæ purpureæ *Cat. ad finem Parad. Bat. Herman.* *Caules* erigit ſeſquipedales, rotundos duros. *Folia* ſine ordine poſita, nullis vel breviſſimis petiolis inſidentia, foliis Lactucæ purpureo flore ſimilia, ſed rigidiora & obtuſiora, una parte obſcurè viridia, alterâ in viridi rubentia. Summus caulis ſpargit ramos quinos & plures, & hi alios minores, quorum ſummitati inſidet flos diſcoides, radiatus diſco flaveſcente, cui quid aurei coloris interlucet, petalis ſeu radiis albis 8 vel 10 diſcum cingentibus. Calix ſquamatus. D. *Sherard.*

31. Aſter Bellidis flore, folio longo anguſto. D. *Sherard.* *Caulis* huic pedalis, firmus, ſtriatus, hirſutus, ramoſus, *foliis* veſtitus inferiori parte crebris, hirſutis, palmo longioribus, vix digitum tranſverſum latis, ad margines æqualibus, nullo ordine poſitis, baſi ſua abſque pediculis cauli adnaſcentibus, Salicis longifoliæ aut Tripolii foliorum æmulis ſed anguſtioribus. E foliorum alis exeunt ramuli longi, folioſi, ſinguli ſingulos *flores* in ſummo geſtantes, Bellidis ſimilies, quorum partes & colorem in ſicca diſcernere non potui. A D. *Sherardo* habui. *Aſteri Alpino purpuraſcenti* noſtro ſimilis eſt.

32. Aſter *Africanus* fruticoſus foliis minutiſſimis creberrimis, flore flavo.

Caules & ramuli lignoſi foliis minutiſſimis Thymi æmulis abſque pediculis adeò denſis & confertis, ut eos penitus contegant & occultent, veſtiuntur. Flores ſummis ramulis inſident brevibus pediculis quantùm in ſicca diſcernere licuit, flavi radiati, petalis brevibus frontatis. Hanc etiam eidem D. *Sherardo* debeo, qui ad Chryſanthemum referendam putat, & quærit Annon ſit Chryſanthemum *Æthiopicum* Conyzoides, capitulo aphyllo, Majoranæ foliis *Breyn. cent.* 1. 159.

33. Aſter fruticoſus *Africanus* luteus, foliis tenuiſſimis creberrimis Pinum æmulantibus.

Folia anguſtiſſima acuta, viridia unciali longitudine, caulem undique obſident. Sum *caulis* & ramuli in *Flores* terminantur radiatos, flavos, ſingulares. Ejuſdem D. *Sherard* munere accepi.

34. Aſter *Africanus* foliis anguſtis crebris Roriſmarini, floribus in ſummis ramulis luteis.

Suffruticis ſpecies eſſe videtur, foliis anguſtis acutis, in caule crebris, marginibus reflexis ut in Roſmarino, baſi latiore cauli aut ramulis adnatis. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis duo tréſve ſimul pro plantæ modo ſatis ampli, lutei, radiati. E ſupellectili D. *Sherard.*

35. Aſter *Africanus* cœruleus, foliis anguſtis parvis, brevibus, acutis, minutiſſimis denticellis inciſis.

Dodrantali eſt altitudine, radice ſurculoſa fibris aliquot donata. *Caulis* firmus, erectus, ramos emittens pauciores, foliis creberrimis veſtitus, ſemunciam longis, anguſtis, acuminatis, minutiſſimis denticellis ad margines inciſis. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis ſingulis ſinguli, interdum duo tréſve, pro plantæ modo ſatis grandes, petalis cœruleis radiati.
Ex eodem Promptuario cum præcedente.

36. Aſter fruticoſus ramoſiſſimus, floribus cœruleis, in ſummo caule & ſingulorum ramulorum faſtigiis ſingulis. Eadem eſſe videtur Aſteri *Africano* foliis parvis Chamædryos, flo. cœrul. ſuperiùs deſcript.

Caulis firmus, lignoſus ab imo ad ſummum ramulos emittit creberrimos interdum vix ſemunciam diſtantes, in ſurculos minimè diviſos, tomentoſos ſeu candicantes, *foliis* veſtitos parvis, Chamædryos fere figurâ ſed multo minoribus, circa margines dentatis, crebris, nullo ordine poſitis, ſupernè obſcuriùs viridibus, ſubtus incanis. Summos caules & ramulos terminant *flores* ſingulares, majuſculi, petalis marginalibus (quantum in ſicca diſcernere licuit) cœruleis purpureiſve.

37. Aſter

37. Aſter *Africanus* fruteſcens, flore parvo cæruleo *Afric.* frut. foliis anguſtis & plerunque conjunctis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Planta iſthæc ſingularis eſt ſtructuræ: ſecundùm caulis longitudinem è foliorum ſingularium alis, ramorum loco, foliolorum agminula producit, è quorum medio exit pediculus tenuis, ſeſcuncialis, *florem* ſuſtinens parvum, cæruleum. In ſummis ramulis plures è foliolorum alis exeunt flores. Folia vix ſemuncialia, anguſta, obtuſa. Hæc ex ſicca à D. *Sherard.* communicata. Qui pleniorem deſcriptionem deſiderat *Hort. Amſt. rar.* P. 2. adeat. Hæc Planta Aſter maritimus fruticoſus, Hyſſopi foliis confertis, flore albo *Prom. Bæ. Spei* D. *Pluk.* in *Mantiſſa* dicitur. Datur etiam flo. purpureo.

38. Aſter procerior *Canadenſis* alter, Bellidis flore minore *Schol. Bot.*

Flores primùm purpurei ſunt, poſtmodum albeſcunt; horum diſcus quoque purpuraſcit primùm, deinde flaveſcit. *Caules* in ſummo ramoſiores ſunt & paulò minores quàm Caules Aſteris *Virginiani* ſerotini, *&c. Park.* folia quoque longiora ſunt & anguſtiora, cætero qui prorſus ſimilia, niſi quòd margines nihil aut minùs denticulati ſint, maturiùs quoque floret, nempe *Auguſti* initio, alter ſeriùs initio *Septembris*, imò apud nos non ante *Octobrem* menſem.

39. Aſtroplatycarpos *Africana* fruteſcens, Crithmi marini foliis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice ſuſtentatur fibroſa, primò alba, deinde fuſca, quæ *caulem* profert ſemipedalem, rotundum, qui è viridi colore in caſtaneum mutatur. Caulis in aliquot ramulos divaricatur, rotundos, cum caule concolores, qui undique *foliis* ornantur, primò cinericeis, tandem viridibus, anguſtis, multâque diviſurâ non malè cornu Cervini, ſeu potiùs Crithmi marini *Dod.* foliis ſimilibus. Ramulorum ſummitates ex pediculis longioribus rotundis & viridibus *Flores* exornant diſcoides radiati, diſci radiorúmque petalis à parte interiore ſulphureis, ab exteriore purpureis. Florem ſequitur *Fructus* ſeu capſula ſeminalis rotunda & lata, ab una parte, qua pediculo adnectitur convexa, ab altera plana, è cujus medio ſex ſpinarum inſtar, acutæ exeunt eminentiæ, ſtellæ in modum diſpoſitæ, quæ totidem in ipſo fructu latere ſemina demonſtrant, illæ autem eminentiæ ſemina intus non continent, ſed circa eorum baſin fructus ea reſervat.

Planta eſt inter *Africanas* omnes quas alit *Hort. Amſt.* tenerrima, quam niſi ab omni ſitu & mucore (quibus tamen facillimè plantæ hyberno tempore in hybernaculis conſervandæ primo vere corripiuntur) cautè conſervetur, illico pereat.

40. Aſtero-platycarpos *Africana*, Abſinthii tenuiſſimis foliis, flore luteo magno D. *Sherard*, qui in *Horto P. Vander-ſtell* prope *Harlemum* ſemine perfecto vidit.

41. Aſter *Africanus* floribus flavis amplis, in pediculis longis, in quos caulis & ramuli excurrunt.

Folia ſeſcunciam longa ſunt, unciam lata, circa margines inæqualiter dentata, mucronata, pediculis brevibus, nullo ordine poſita. E ſinubus foliorum majorum foliola aliquot parva exeunt. *Caulis* teres, ſtriatus, lævis, ſuperiori parte in ramulos paucos longiùs à ſe invicem diſtantes dividitur, in quibus, ut in ſummo caule *Flores* majuſculi, flavi, pediculis longis inſidentes in quos ſcil. ramuli excurrunt. Tota planta lævis eſſe videtur.

42. Aſter fruticoſus *Africanus* luteus, foliis Thymelææ figura & ſitu æmulis.

Folia ut in Thymelæa agminatim in ſummis caulibus & ramulis ſita; inferiora enim ut in Thymelæis decidunt, veſtigia ſui relinquentia. Sunt autem folia oblonga, modicè lata, ſeu mavis anguſta, acuminata. *Flores* in ſingulis caulibus ſeu ramis, foliis paucis anguſtis parvis donatis, flavi, è calyce ſimplici non ſquamoſo erumpentes. Datur hujus alia ſpecies foliis latioribus & obtuſioribus, caulibus ramoſis cum unico in unoquoque ramulo, in pediculum longum tenuem excurrente, flore, petalis flavis radiato.

43. Aſter *Africanus* minimus monanthes luteus, foliolis anguloſis minimis, Aceris formæ vel Cymbalariæ.

Cauliculus palmaris. Foliola è medio caule erumpunt plura, minima, anguloſa, Aceris minoris foliorum ferè figura, pediculis oblongis tenuiſſimis inſidentia. Floris calix minimè ſquamoſus eſt.

Idem fortaſſe fuerit cum Aſtere flore luteo, foliis Cymbalariæ, ſuperiùs deſcripta, verùm in hoc folia in caule productiora nulla.

44. Aſter, vel fortè Doronicum, folio *Ceterach, Cap. Bæ. Spei Breyn. Prod.* 2. Aſter *Africanus* monanthes Scolopendriæ folio, flore luteo. Scolopendriæ ſeu Aſplenii facie planta *Æthiopica*, ſummis pinnis acuminatis, ſericea lanugine ex ruffo candicante villoſa *Pluk. Almag.* T. 313.

E radicis

E radicis capite pappo circumvoluta plura exeunt *folia* angusta, ad modum Scolopendriæ aut Lonchitidis asperæ incisa ad mediam fere costam segmentis tamen angustioribus & acutioribus: Inter quæ *caulis* assurgit foliolis tenuissimis cinctus: Florem in summo gestans unicum magnum, petalis marginalibus luteis, umbone medio nigricante.
Hæc est Doronicis affinis petræa, Asplenii folio *Æthiopici Pluk.*

45. Asteriscus *Africanus* luteus, foliis angustis & ferè gramineis.

Caulis teres, tenuis, ramosus, *foliis* vestitus sesquinciam aut duas uncias longis angustissimis, acutis, alterno aut nullo ordine sitis. Summus caulis & ramuli in pedicellos tenues dividuntur *flosculos* sustinentes parvos, luteis petalis radiatos.

46. Aster *Africanus* purpureus ramosus, ramulis à caule valdè extantibus. D. *Sherard.*

Hujus summitatem tantùm vidimus. Folia ad exortum tenuiter incisa erant ad modum ferè Abrotani. Ramuli cum caule rectos propemodum angulos interdum efficiebant, sesquipalmum aut duos palmos longi, summa parte in duos tresve pediculos tenues divisi, in quibus totidem *flores* majusculi, purpurei.
Hæc planta an ad Asteres, an ad Jacobæas referenda sit dubito.

47. Aster foliis profundè dentatis & quasi laciniatis, ramosus *Boccon.* in *Horto Bononiensi* collectus.

Folia ad *Conyzam Helenitidem* foliis laciniatis accedunt, in caule crebra, nullo ordine posita.

48. Aster cœruleus ex Provincia *Mariana*, q. perfoliatus, floribus parvis spicatis *Pluk. Mantiss.* p. 29.

49. Idem foliis minùs acuminatis, summo caule flore unico majore *Ejusd. ibid.*

50. Aster purpureus *Americanus*, foliis tridentatis, Ex *Carolina Ejusd. ibid.*

51. Aster cœruleus polyanthos, Alypi foliis incanis, Ex *Terra Mariana Ejusd. ibid.*

52. Aster cœruleus, Piloselle foliis, floribus umbellatis *Marianus Ejusd. ibid.*

53. Aster *Marianus*, flore albo majore simplici, foliis magis mucronatis, hirsutie pubescentibus *Ejusd. ibid.*

54. Aster Tripolii facie, crassis amplioribus foliis, subtus incanis, Ex Insula *S. Helenæ Ejusd. ibid.*

55. Aster *Cormandelienſis*, Virgæ aureæ foliis *Ejusd. ibid.*

56. Aster *Marilandicus*, Ptarmicæ capitulis, flore albo, Baccharidis *Monspelienſium* folio & effigie *Ejusd. ibid.*

57. Aster *Marianus* Ptarmicæ capitulis, latiori folio rigescente, margine leni, flore albo, *Ejusd. ibid.*

58. Aster *Marianus*, Ptarmicæ capitulis, Conyzæ albæ acris folio angusto, splendente glabro *Ejusd. ibid.*

59. Aster *Marianus* Ptarmicæ capitulis, flore albo, foliis & facie Bellidis umbelliferæ *Ejusd. ibid.*

60. Aster perexiguus ex Insula *Johanna Pluk. Mantiss.* p. 30.

61. Aster *Virgin.* Conyzæ mediæ foliis, Bellidis ramosæ *Cornut.* floribus ferè umbellatis *Ejusd. ibid.*

62. Aster *Marianus*, Majoranæ foliis, flore luteo magno singulari *Ejusd.*

63. Aster luteus Polygalæ foliis *Africanus*, Ex *Prom. Bæ. Spei Ejusd. ibid.*

64. Aster luteus *Marianus*, Salignis brevioribus foliis, hirsutie pubescentibus, summo caule ramosus *Ejusd. ibid.*

65. Ast. maritimus luteus, *Crithmum chrysanthemum* dictus, folio in summo obtuso *Flor. Bat. fl.*

66. Ast.

66. Aſt. *Pyrenæus* præcox, flo. cœruleo majori *Dod. mem. Hort. Reg. Pariſ.* Aſt. cœr. præcox, hirſutis foliis, per margines obiter crenatis, floribus amplis *Pl. Alm.*

E radicis fibroſæ capite oriuntur *caules* recti, teretes, cubitales, hirti; *foliis* pluribus, biuncialibus, hirtis, anguſtis & acutis, margine dentatis, crebriùs ſine ordine cauli adnatis, qui in ſummo in alas brachiatur. Porro alarum quælibet *florem* ſatis amplum, ex petalis longis, anguſtis, pallidè cœruleis umbonem luteum ambientibus compoſitum gerit, qui in pappos abit. D. *Bobart.*

67. Aſt. latifolius, Tripolii flore *Hort. Reg. Par. Flor. Bat. fl.*

—— anguſtifolius *Ejuſd.*

—— anguſtiſſimo & tenuiſſimo folio *Ejuſdem.*

After Tripolii flore alter, ramoſior, Linariæ & Ericæ folio D. *Sherard.* Paulò altior eſt Aſtere Tripolii flore *J. B.* Folia in caule frequentiora, in parvum mucronem deſinentia, abſque ordine caulem undequaque ſine pediculis veſtientia. His interjacent alia foliola parva & anguſtiſſima, Caules rotundi. *Flores* ex 7 vel 9 petalis pallidè purpuraſcentibus, & diſco flavo parvo cum ſtaminibus aureis conſtructi.

Aſſerit D. *Hermannus* Tripolium majus & minus duas ſpecie diſtinctas plantas eſſe: ſiquidem minus folia habet peranguſta, nec adeò pinguia ac majus, flores minores, magis purpuraſcentes, caules rubentes tenuiores & paulò humiliores, omnes denique partes minores.

68. Aſt. montanus cœruleus, omnium minimus *Hort. Reg. Par.*

69. Aſt. conyzoides odoratus luteus *Hort. Eyſt. Flor. Bat. fl.*

70. Aſt. conyzoides *Ind. Orient.* ramoſior, cauliculis ſparſis *Pluk. Phytograph.* T. 149. F. 4.

71. Aſt. Verbaſci folio *Hort. Reg. Pariſ. Boccon. Rar. & Zanoni.*

72. Aſt. Atticus Alpinus alter, magno flore *Schol. Bot.*

73. Aſt. ſerotinus procerior ramoſus, Bellidis ſylv. flore *Hort. Reg. Par.* flore Bellidis ſylveſtris minoris. *H. R. Blæſ.* 25.

74. Aſt. Autumnalis alter, folio longiore *Hort. Reg. Par. App.*

75. Aſt. *Americanus* fruteſcens, Satureiæ foliis ſcabris, floribus amplis ſaturatè violaceis *Plukenet. Phytograph.* Tab. 14. F. 7.

Caules teretes, ſubfuſcos, duros & lignoſos, pedales aut cubitales emittit, qui foliis plurimis, anguſtis, rigidis, ſcabris, Satureiæ ſimilibus, adeo crebris ut caulem ipſum pæne occultent, veſtiuntur. Caulis ſummitas in petiolos breves, unciales aut circiter, ſe dividit eóſque foliolis duris confertis amictos. Inter iſthæc, (quæ calycis vicem præſtant) *flores* emicant diſcoides, ampli, cœrulei, cum umbone in medio luteo, qui in pappos tranſmutantur.

(75.) After autumnalis elatior, flore cæruleo minore *H. R. P.*

Secundùm *Tournefortium Inſtit. rei herb.* p. 48. eſt After *Americanus* latifolius maximus puniceis caulibus *H. L. B. app.* quem *Hermannus* deſcribit, *floribus amplis violaceis*; verùm errat D. *Tournefort.* Nam Afteris *Hermannia* Synon. eſt, Aſt. ſerotinus ramoſus alter flore purpuraſcente *H. R. P.* ut rectè *Schol. Bot.*

76. Aſt. *Bengalenſis* omnium minimus, ſummo caule biflorus *Ejuſdem.* Tab. 15. F. 8.

77. Aſt. luteus latifolius glaber, foliis rigidis & minutiſſimè crenatis *Ejuſdem.* Tab. 16. F. 1. An After luteus folio glabro & crenato *C. B?*

78. Aſt. peregrinus Ciſti folio non crenato, flore luteo magno. *Ejuſdem.* Tab. 16. F. 2. An Aſt. Conyzoides luteus perennis *Icon. Robert?*

79. Aſt. *Alpinus* luteus, Conyzæ vulgaris folio. *Elem. Bot. Tourneſ.*

80. Aſt. luteus fœtidus, Crithmi-Chryſanthemi folio, floribus umbellatis *Pluk. Phytograph.* T. 16. F. 3. Jacobæa Crithmi litorei foliis *Hort. Reg. Blæſ.*

81. Aſt. *Sirinamenſis* & *Carolinienſis*, ſubrotundis Baccharidis foliis, lanugine obductis, ſub nomine *Tea* primò miſſus *Pluk. Phyt.* T. 149. F. 1. Herba *Caſſiana*, famem ſitímque retardans *J. B.* T. 3. L. 24. p. 631. Ex hujus fruticis foliis (mediante aqua calida) tincturam

tincturam eliciunt Floridani, quâ potionem *Cassine* illis dictam, potui *Thee* haud absimilem, pro suis parant.

82. Aster cœruleus *Americanus*, non fruticosus, serotinus, angustifolius, humilis, flore amplo floribundus *Pluk. Almag. Bot.*

83. Aster *Americanus*, Belvedere foliis, floribus ex cœruleo albicantibus, spicis prælongis *Phyt.* Tab. 78. F. 5. An Aster N. Angliæ Tripolii floribus in spicis longis dispositis. *P. B. P?*

84. Ast. parvus *Æthiopicus*, Chamæmeli floribus, Tamaricis *Ægyptiæ* foliis, tenuissimè denticulatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 271. F. 4.

85. Ast. peregrinus, Cisti angustiore folio & magis acuminato, flore minore *Pluk. Almag. Bot.*

86. Ast. luteus, Cisti hirsutis & crenatis foliis, summo caule ramoso, floribus amplis *Pluk. Phyt.* T. 78. F. 4. An Herba vulneraria ad fluvium *Pfrim?*

87. Ast. fruticescens luteus *Mauritanicus*, folio Stœchadis incano, Seriphii facie & sapore *Pluk. Almagest. Bot.* An Ast. *Æthiopicus* Stœchadis citrinæ folio flore aureo *Hort. Leyd?* Descriptio bene convenit. Siccum nobis exhibuit D. *Sherard.*

88. Asteroides *Munting. Herbar. Belg.* Ubi icon ejus habetur.

89. Aster, an potiùs Conyza, floribus purpuro-cœruleis in summis caulibus & ramulis pluribus, foliis angustis oblongis.

Marilandicæ originis est, *caule* satis crasso, molli tamen & fungoso, foliis vestito à latâ basi quâ ei adhærent, in acutum mucronem sensim angustatis, sescunciam aut unciam longis, prout altiora aut inferiora sunt in caule, vix unciam latis, alternatim sitis, ad intervalla longiora. E supremorum foliorum alis exeunt ramuli seu potiùs pediculi supra medium caulem assurgentes; in quibus, ut & in summo caule existunt *flores* satis grandes, purpurascentes, barbulis tenuissimis purpureis cincti. Pediculi infra flores fungosi sunt & lati.

D. *Vernon* in *Marilandia* collegit & attulit.

90. Aster *Americanus*, Mezerei Arabum exasperatis foliis, florum petalis reflexis *Pluk. Phytograph.* T. 79. F. 2.

Folia in caule pedali aut sesquipedali erecto, duriusculo, viridi, alterna, Hyssopi, angustiora & breviora. *Flores* albi in capitulis oblongis congesti, in summo caule & supremis ramulis plurimi in umbellæ formam dispositi, velut *Eupatorii* Avicennæ.

In *Marilandia* collegerunt D. *Vernon* & D. *Krieg* Botanici egregii, à nobis sæpius laudati; inque Horto *Chelseiano* colitur: ubi folia ampliora & latiora producit.

91. Aster *Africanus* cœruleus fruticans, foliis angustioribus rigidis D. *Volckamer. Flor. Norimb. Volckam.*

Caules huic subrotundi, ad cubiti altitudinem assurgentes, in plures divaricati ramulos; quos *folia* alterno ordine cingunt, angustiora, oblongiuscula, acuminata, dilutè viridia, seu quodammodo candicantia, rigida. Cauliculorum extremitatibus insidebant *Flores* ampli, compositi ex floseulis plurimis luteis, tubulosis, brevioribus, in summitate quinquefariam divisis, discum constituentibus, & planifoliis cœruleis in extremitate quodammodo reflexis, radii vices sustinentibus. Horum emarcescentiam sequebantur *semina* papposa, Anethi odorem spargentia. Planta est perennis, verùm tenerior. Semine facile propagatur. Solum amat pingue, arenâ nonnihil temperatum.

92. Aster an Hieracium fruticosum latifolium *Marilandicum*, floribus in summo caule & ramulis parvis.

Planta est procera; *Caule* tereti, rigido, rubescente, *foliis* vestito crebris, latis, acuminatis, rhomboidibus, glabris, nullo ordine positis. In caulis parte superiore è foliorum alis exeunt ramuli, quos ut & caulem medium terminant *flores* ut in hoc genere parvi, qui quales fuerint in sicca discernere non potui, puto tamen foliorum limbo seu corona Asteris in modum cinctos fuisse.

Ex *Marilandia*, ubi sponte provenit, attulere D. *Krieg* & D. *Vernon*. Huic fortè eadem est planta,

93. Aster *Virginianus* comosus, foliis latioribus, & floseulis minimis cœruleis *Morif. hist.* P. 3. Ast. *Næ. Angliæ* Tripolii floribus in spicas longas dispositis *Parisiensium.*

D. *Bobart.*

Ex semine papposo è *Virginia* accepto surrexit hæc planta, quæ *folia* per terram strata, 3 uncias longa, unam aut alteram lata, in mucronem desinentia, marginibus modicè dentata, lanugine

lanugine quadam consperſa. protrudit. Inter hæc assurgunt *caules* cubitales, minoribus foliis sessilibus vestiti, in plurimos cauliculos petiolósque comantes divisi; quorum unusquisque floremparvum discoidem, florem minimæ Bellidis non excedentem cœruleum profert.

94. Aster tomentosus, foliis parvis integris, in caule crebris, floribus in summo caule velut umbellatim congestis, flavis.

E radicis capite (in planta sicca quam nobis exhibuit D. *Sherardus*) plurimæ demittebantur fibræ, nam radix media præmorsa videbatur. *Caulis* dodrantalis erat ab imo ad summum crebris foliis inordinatis cinctus, minimè ramosus, in fastigio plures *flores* gestans, velut in umbellam parvam digestos. *Folia* quæ è radice exeunt minora sunt, pediculis longis adnexa, Prunellæ foliis non multum formâ suâ dissimilia sed minora. Quæ cauli adhærent ima majora sunt & longiora, brevioribus pediculis, superiora sensim angustiora & minora.

95. Aster *Æthiopicus* Pilosellæ facie, tomento copioso ad radicem folia & caulem obvolvente. Hedypnoidi Monspessulanæ *J. B.* affinis.

Tomentum copiosum oblongum è radicis capite exit, foliáque & caulem obvolvit. *Folia* integra sunt, duas trésve uncias longa, sescunciam lata, hirsuta, aversa præcipuè parte, circa margines æqualia, in acutum desinentia, colore in sicca atro-virente. *Caulis* sesquipalmaris aut longior, nudus, valde tomentosus, unicum in summo *florem* producens satis amplum, barbulis angustis atro-rubentibus radiatum, è calice tomentoso. Siccam nobis describendam commodavit D. *Sherardus*.

96. Aster monanthes *Africanus*, foliis longissimis & angustissimis. An potiùs Calendulæ *Africanæ* species?

Caulis pedalis *folia* undequaque emittit, sesquipalmaria, ima parte ab exortu aliquousque capillaceæ tenuitatis, quæ deinde dilatantur, (nonnulla ad culmi latitudinem) & graminea videntur. Summus caulis in longum pediculum nudum exit, *florem* unicum gestantem, petalis prælongis radiatis cinctum, umbone medio nigricante.
Hanc plantam è *Calendulæ Africanæ* genere esse existimat D. *Sherard*, à quo siccam accepi.

Asteres florum pediculis polyphyllis.

GENUS SINGULARE.

Florum pediculi foliis parvis crebris vestiti sunt, & flores gestant singulos singuli. Quos florum pediculos voco alii fortè ramulos dicerent.

1. Aster *Americanus* multiflorus, flore albo Bellidis, disco luteo *Pluk. Phyt.* T. 78. F. 6.

Caulis huic tenuis, teres, rubescens, *foliis* crebris vestitus alternatim positis, semunciam longis, valde angustis. E foliorum alis alternatim exeunt ramuli seu potiùs pediculi longissimi, rectà ferè extantes, foliolis minimis crebris cincti, singuli singulos *flores* sustinentes, quantum quidem in siccâ discernere licuit, disco medio albo barbulis cœruleis quo à *Plukenetiano* Astere differt.
E *Marilandia* attulit D. *Vernon*.

2. Aster *Marilandicus*, pediculis florum polyphyllis, folio latiore, basi sua cauli adhærente, & auriculis utrinque extensis eum amplectente.

Caule tenui, crassiore tamen quàm in præcedente, tereti pariter & rubente, altiùs assurgit. *Folia* unciâ longiora, semunciam plus lata, acuminata, marginibus undulatis, basi sua, ubi latissima sunt, cauli arctè adhærent, & appendicibus seu auriculis utrinque emissis eum velut amplectuntur. Pediculi longissimi è foliorum alis egressi, & foliolis minimis creberrimis vestiti, rectáque ferè extantes, ut in præcedente, singuli singulos *flores* gestant majores, quorum colorem in sicca clarè discernere non potui.

3. Aster *Marilandicus* Roris marini foliis angustioribus, in caule crebris inordinatis, floribus in summitate paucis.

Caulis tenuis, semipedalis, rubescens. *Flores* in pediculis foliolis minutissimis obsessis satis grandes pro plantæ modo, barbulis (ut in sicca videbatur) cœruleis cincti.

4. Aster Satureiæ foliis scabris, floribus amplis saturatè violaceis, *Americanus*, fruteſcens *Pluk.* T. 14. F. 7.

Folia in caule crebra, alterno aut nullo ordine posita, in ramulo quem siccum è *Marilandia* nacti sumus Rorismarini similia, marginibus reflexis. In summo caule & ramulis seu pediculis indè exeuntibus foliolis minutissimis cinctis consistunt *flores* majusculi, violacei.

5. Aſter *Marilandicus* pediculo polyphyllo, foliis Polygoni brevioribus & acutioribus, flore cœruleo ſaturo.

Folia in caule crebra ſunt, alterno aut nullo ordine poſita: è ſuperiorum foliorum ſinubus exeunt pediculi foliolis minutiſſimis cinct; i ſinguli ſingulos *flores* ſuſtinentes ſatis grandes pro plantæ modo, purpuro-cœruleos. Pediculi in hac ſpecie, ut & in ſuperiore multò breviores ſunt quàm in præcedentibus duabus.

Quatuor ſpecies præcedentes in *Marilandia* inventæ ſunt à D. *Vernon*, earúmque ſpecimina ſicca D. *Sloane* exhibita; qui eas nobis communicavit.

6. Aſter *Æthiopicus*, pediculis florum polyphyllis, fruticeſcens, luteus, Bellidis minoris ſolio.

Caule aſſurgit tereti, firmo, lignoſo, hirſuto, foliis crebris, nullo ordine poſitis, Bellidis minoris forma & magnitudine, ſed paulo majoribus cincto. Summus caulis in ramulos, ramuli in ſurculos dividuntur, qui unà cum caule ipſo in pediculos excurrunt, foliolis minutiſſimis obſitos, *flores* geſtantes ſingulos, flavos, pro Plantæ magnitudine parvos.

D. *Petiver* inter alia plantarum rariorum ſpecimina pulcherrima ſanè & optimè exſiccata, à D. *Oldenlandii* vidua accepit, mihíque commodavit.

P. 276. Ad Cap. De Doronico.

1. Doronicum Alpinum, foliis ſubrotundis, araneoſa lanugine obvolutis *Schol. Bot.*

2. Doronicum Alpinum humile, maximo flore *Tournefort, Elem. Bot.*

3. Doronicum monanthes, foliis ad radicem latis, brevibus, nervoſis, duplici in caule foliolorum pari.

Folia ad radicem 2 uncias longa ſunt, unam lata, nervoſa, & quantum in ſicca diſcernere licuit, glabra. *Caulis* ſemipedalis ſuperiùs hirſutus, foliolis binis adverſis in inferiore parte majoribus, in ſuperiore minoribus cinctus. Florem in faſtigio geſtat amplum, flavum. D. *Sherardus* hanc pro *Doronico Germanico foliis ſemper ex adverſo naſcentibus, villoſis J. B.* habet: Verùm folia ima ad radicem vix omnino villoſa videntur in ſicca, quam nobis communicavit.

4. Doronicum *Virginianum* majoribus nervoſis foliis, ſubtus incanis, ad marginem leviter denticulatis *Pluk. Mantiſſ.*

5. Doronicum *Pyrenaicum*, Perſicæ foliis glabrum *Tournefort Elem. Bot.* A Tuſſilagine Alpina folio longo *C. B.* plurimùm differt, inquit D. *Tournefort*, cùm folia ejus anguſtiora ſint, tenuiora, glabra & velut ſplendentia ab utraque parte; hujus autem ſpiſſa, ſupernè viridia, ſubtus tomentoſa & candicantia; ideóque D. *Plukenet* reprehendit, quòd eas conjunxit. D. *Plukenet* in *Mantiſſa* ad *Almageſtum*, ad hæc nihil reſpondet; cæterùm *Doronicum hoc Pyrenaicum*, &c. non deſcriptis minimè annumerandum eſſe ait, cùm ſe exactiſſimè cognoſcere hanc plantam eandem eſſe *Conſolidæ aureæ nemorum Ponæ, Hiſt. Lugd.* lib. 11. 1271. (i. e.) Virgæ aureæ magno flore *C. B.* Conſolidæ aureæ nemorum Limonii folio *Ad. Lob. & icon.* affirmet. Videmus ergo utrumque lapſum eſſe, D. *Tournefort*, quod Doronicum iſthoc pro nova planta venditet; D. *Plukenet*, quòd pro Tuſſilagine Alpina folio longo habuerit.

6. Doronicum *Æthiopicum*, Jaceæ nigræ foliis, ſubtus tomentoſis *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

7. Doronicum *Virginianum*, Valerianæ ſativæ foliis amplioribus *Ejuſd. ibid.*

8. Doronicum pumilum, ſubrotundo folio bulboſum *Ejuſd. ibid.*

9. Doronico affinis planta *Mariana*, Solidaginis Saracenicæ foliis, è regione binis, ampliſſimo melino flore, octapetalo *Ejuſd. ibid.*

10. Doronici, fortè, ſpecies pumila, Auriculæ urſi folio glabro, flore ſaturatè croceo, ex *Prom. Bæ. Spei.* Rectiùs forſan de Hieraciorum cenſu reputanda. **Little Grim the Collier.** *Ejuſd. ibid.*

11. Doronicum anguſto folio *Tranſtaganum Virid. Luſitan. Griſleii.* An Doron. Alpinum Pulmonariæ aureæ anguſtiori folio hirſuto, flore ſingulari *Pluk. Almag.* p. 131. Caulis ei aſſurgit rectus, molli hirſutie pubeſcens, è quo fortuito poſitu enaſcuntur *folia*, pediculis inſidentia, longa, anguſta, utrinque acuminata, Hieracii in modum denticulationibus paucis ſinuata. Flos in ſummitate ſingularis ex petalis anguſtis, aliis longioribus aliiſque brevioribus, radiatim diſpoſitis conſtructus, umbone luteo in medio protuberante.

12. Do-

12. Doronicum folio longo ſerrato *J. B.* Mollicellâ lanugine, & colore ex viridi flaveſcente huic cum Doronico vulgari conveniunt folia; figura tamen alia, utpote bene longa, parùm lata, & in ambitu ſerrata.

P. 280. Ad Cap. de Virga aurea.

1. Virga aurea *Novæ Angliæ*, lato rigido folio *Flor. Bat.* aurea ex *Nova York*, foliis Symphyti majoris hirſutis *Schol. Bot. Herman. Par. Bat.* An Doria minor *Americana Park?*

Herman.

Radice conſtat multis fibris albicantibus, & in terra latè ſe diffundentibus compoſita, ex qua prodeunt *folia* plurima, pedalia, palmum lata, in mucronem deſinentia, ſubviridia, tactu aſpera, rigida, pluribus nervis inſcripta, ſubinde in margine denticellis inciſa, pediculis dodrantalibus inſidentia. *Caules* gerit multiplices firmos, rotundos, ſtriatos, craſſos, quos ambiunt *Folia* cæteris minora, magiſque acuminata, baſi caulem quaſi amplectentia. Ex horum alis versùs ſummitates exeunt ramuli frequentes, in alios rurſus ſubdiviſi; ſuſtinentes *flores* inſtar *Herbæ Doriæ* radiatos, luteos, paniculatos, in pappos evaneſcentes.

2. Virga aurea *Canadenſis* Aſteriſci folio *Parad. Bat. Herman.* aurea *Canadenſis* Scrophulariæ folio *Acad. Reg. Pariſ.* aurea montana, Scrophulariæ folio *Pluk. Phyt.* T. 235. F. 3. *Robert. ico.*

Herman.

Florum, foliorum, cæterarúmque partium ſtructurâ adeò accedit ad Aſteriſcum Autumnalem *Cornuti*, ut niſi ſolo florum colore aureo ab illo diſtaret, Aſteriſcus potiùs quàm Virga aurea nominata eſſet: quanquam inter *Virgas aureas*, *Aſteres & Aſteriſcos* nulla potior intercedat differentia quàm florum color & amplitudo. Aſſurgit autem ex fibroſa *radice ſurculis* multis, bicubitalibus, valde ramoſis, ad quorum nodos hærent *folia* alternatim diſpoſita, *Aſteriſco* paria, coloris Scrophulariæ inſtar, in fuſco viridantis. *Flores* ad foliorum ſinus faſciculatim ramulos ornant, lutei, diſcoides, radiati, quos *ſemina* ſequuntur floccoſa. Odor herbaceus eſt, ſapor ingratus, amaricans, veluti Scrophulariæ. Culturæ hyemíſque patientiſſima eſt, radice reſtibili.

3. Virga aurea omnium minima, floribus maximis *Herman. Parad. Bat.* aurea omnium minima *Hort. Reg. Par.* Non rectè me judice ad Virgam auream refertur, cum flores magnos eóſque aliter diſpoſitos habent.

Herman.

Hujus *folia* ex longis carinatis pediculis ad radicem in orbem congeſta, anguſtiora & breviora ſunt quàm in vulgari, glabra, minimè rugoſa ſeu corrugata, ad margines ſerrata, multíſque cancellatis venulis, altera præſertim parte conſpicuis, inſignita. *Cauliculi* inter folia rectà aſſurgunt, & circa ſummitates in 3, 4ve ramulos diviſi, cæteris ſpeciebus multò breviores ſunt & palmæ longitudinem vix attingunt. Unuſquiſque ramulus flore luteo magno, ex calyce oblongo viridi ſquamato prodeunte coronatur. Plantula enim hæc cæteras ſpecies omnes florum amplitudine ſuperat, adeò ut quod cauliculorum proceritati deceſſiſſe id florum magnitudini acceſſiſſe videatur.

4. Virga aurea Alpina, Laurinis rigidioribus foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 31. T. 16.

Ad pedalem altitudinem erigitur, & in montibus *Mutinenſibus* propè *Cimone di Fanano* invenitur; foliis duris, Laurinis ſimilibus.

5. Virga aurea, longo molli & laciniato folio, Alpina *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 34. T. 30.

Sub *Cimone di Fanano* provenit in tractu *de Porcelli* propè aquarum rivulos. Ad pedalem circiter altitudinem attollitur.

6. Virga aurea montana minor *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 169. T. 118.

Folia producit brevia, lata, dentata. Paulò ſupra ſpithamæ altitudinem aſſurgit. *Floris* color aureus eſt ut congenerum. Variat foliorum parvitate & duritie. In montibus *Corſicæ* frequens occurrit, ut & in monte *Ceniſio*, & in Alpibus *Etruriæ*.

7. Virga aurea major, ſeu Herba Doria folio ſinuato hirſuto *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caulis huic firmus & robuſtus admodum, ſtriatus, viridis, humanam altitudinem æquans vel excedens, *foliis* veſtitus pluribus per totam longitudinem, iis quæ in ramulis ſunt majoribus, 4 uncias longis, unam latis media latiſſima parte, hirſutis, per margines ſinuatis, colore obſcurè viridi. Caulis versùs faſtigium in plures ramos & ſurculos dividitur, quorum unuſquiſque plurimos geſtat *flores* nudos ſeu non radiatos, *Jacobææ* ſimiles.

Secus viam quà ab agris D. *Cope* versùs Mountain-River itur creſcentem obſervavit D. *Sloane.*

8. Vir-

8. Virga aurea floribus fiſtuloſis, Senecionis inſtar, foliis anguſtioribus non ſerratis *Moriſoni.*

Caules ei erecti, piloſi, *foliis* longis anguſtis & hirſutis amicti ſunt, & floſculos minimos petalis deſtitutos, aureos, ſtaminuloſos ſpicatim in ſummitatibus ſuſtinent. D. *Bobart.*

9. Virga aurea, flore minùs amplo, foliis non ſerratis latioribus *Moriſoni.* Aurea *Canadenſis* paniculâ minùs ſpeciosâ *H. R. P.*

Folia 2 aut 3 uncias longa, in medio unam lata producit, quæ abſque ſerratura cernuntur. Flores ſummis ramis inſident antecedentis [Virgæ aur. anguſtifoliæ, paniculâ ſpeciosâ Canadenſis *H. R. P.*] pauciores, nec adeò compactam & ſpecioſam paniculam componentes. D. *Bobart.*

10. Virga aurea longiſſimis & anguſtiſſimis foliis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Flores cum aliarum hujus generis floribus conveniunt. Folia verò anguſta, palmum longa, uncialem latitudinem vix aſſequuntur, in oris minutim dentata.

11. Virga aurea *Americana,* Tarachonis facie & ſapore, paniculâ ſpecioſiſſimâ *Pluk. Phyt.* T. 116. *Pet. Act. Philoſoph.* n. 246. Crebris caulibus bipedalibus quaſi fruticat, foliis 2, 3ve uncias longis, modicéque latis & dentatis ſine ordine inferiùs amicta. Superiùs autem in caulibus folia anguſtiora & breviora redduntur, ſerraturis deſtituta, & Herbæ Draconis aut Hyſſopi vulgaris ſatis æmula. Porro ex horum alis alii ramificantur cauliculi, graciles, foliis etiam minoribus onuſti, qui quidem cauliculi longiùs extenti, rariùs ſubdiviſionem patiuntur, ſed ſimpliciter naſcuntur, iiſque ex uno latere & ſuperna parte floſculi minimi lutei copiosè adhæreſcunt ſurſum ſpectantes. In horto *Chelſeiano* culta eſt. D. *Bobart.*

12. Virga aurea *Americana,* fruteſcens glabra, foliis ſubtus cæſiis, comis ad ſummitatem in ramulos brachiatos implicatis *Pluk. Phyt.* T. 235. F. 6.

13. Virga aurea rugoſis foliis *Virginiana,* paniculâ florum ampliſſimâ *Pluk. Almag. Bot.*

14. Virga aurea montana biuncialis, foliis acuminatis *Pluk. Phyt.* T. 235. F. 7.

15. Eadem foliorum apicibus obtuſis *Ejuſd. ibid.* F. 8.

16. Virga aurea *Luſitanica* N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

17. Virga aurea Noveboracenſis floribus albis, folio Bellidis ramoſæ *Canadenſis Cornuti P. B. P.* aurea flo. albo ſpicato *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phyt.* T. 114. F. 8.

Folia oblonga ſunt, modice lata, circum oras crenata, acuminata, in caule ſatis crebra. *Flores* in ſummo caule in ſpicas longas laxas excurrunt. Flores a. qui ſpicam componunt ex alis foliolorum agminatim exeunt, quatuor aut quinque in eodem pediculo communi velut circulariter diſpoſiti.

In *Marilandia* collegit D. *Vernon,* & inter alias rariores *D. Sloane* communicavit, qui benevolè nobis deſcribendam commodavit.

18. Virga aurea *Marilandica,* foliis longis anguſtis acutis; ramulis ſeu virgulis floriferis è foliorum alis exeuntibus longa ſerie.

Flores huic non ut reliquis in ſummo caule coacervati, verùm virgæ floriferæ à medio ad ſummum caulem è foliorum ſinubus alternatim exeunt, ut pars florifera in longum excurrat. Floſculi è foliorum ſinubus exeunt ſingulis ſinguli, in pediculis tenuibus brevibus.

19. Virga aurea *Indiæ Orientalis,* floſculis albis, lanuginoſa, *Pubkerandee Malabarorum.* An fortè rectiùs ſit de Eupatorii cenſu? *Pluk. Mantiſſ.*

20. Virga aurea, *Herba Doria* dicta, variat foliis ſerratis & non ſerratis, item foliis craſſioribus.

20. Virga aurea, *Herba Doria* dicta montana humilior D. *Sherard.* Primùm (inquit) vidi in Horto ſuburbano D. *Hermanni,* poſtea *Auguſtæ Vindelicorum:* Ex montibus *Tyrolenſibus* delata erat. Seſquipedalem altitudinem rarò aſſequitur, aliàs vulgari ſimilis eſt.

21. Virga aurea *Noveboracenſis* cacumine dependente *Flor. Bat.*

22. —— *Noveboracenſis* glabra, caulibus rubentibus, foliis, anguſtis glabris *Ejuſdem.*

24. Virga

24. Virga aurea *Næ. Angliæ*, rugosis foliis crenatis *Flor. Bat. fl.*

25. Virga aurea floribus albis, an Symphytum petræum Tab? *Ejusdem.*

26. —— montana, latiore folio glabro *Hort. Reg. Par.*

27. —— montana, latiore folio hirsuto *Ejusdem.*

28. —— latissimo folio glabro, *Canadensis Ejusdem. Pluk. Phytograph.*

29. —— *Canadensis* hirsuta, longiore folio *Ejusdem.*

30. —— *Canadensis* latifolia, humilior *Ejusdem.*

31. —— *Lusitanica* fruticosa, longissimo, angustissimo & glutinoso folio *Elem. Bot. Tournef.*

32. —— *Canadensis*, folio subrotundo serrato glabro *Ejusdem.*

33. —— *Canadensis* altissima, folio subtus incano *Ejusd.*

34. —— *Canadensis* humilior, Salicis minoris folio *Ejusd.*

35. —— *Canadensis* humilior, Linariæ folio *Ejusd.*

36. Virga aurea angustifolia, paniculâ speciosâ *Canadensis H. R. P.*

37. —— foliis lævibus non serratis *H. R. B. Hort. Joncq.* aurea *Virginiana Bod. à Stapel. Pluk. Almag. Bot.*

38. Eadem foliis nonnihil crenatis, panicula non specioſa D. *Doody.*

39. Virga aurea *Bermudensis* spicata, Tripolii longis pinguioribus foliis, lætè virentibus *Pluk. Almag. Bot.*

P. 284. Ad Cap. de Elichryso, seu Stœchade citrina.

1. Chrysocome seu Stœchas citrina odoratissima N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

2. Chrysocome seu Stœchas citrina, flore globoso majore N. D. *Ejusdem.*

3. Chrysocome seu Stœchas citrina, polyclonos N. D. *Ejusd.*

4. Chrysocome seu Stœchas citrina, petræa N. D. *Ejusd.*

5. Elichrysum latifolium Hispanicum, corymborum squamulis & floribus amplis sulphureis *Pluk. Almag. Bot.* Ex insulis *Fortunatis.*

6. Elichrysum peregrinum, Empyrocome: seu Chrysocome vera Dioscoridis *Zanoni. Hist. Bot.* p. 69. Chrysocome *Germanica* flore igneſcente seu ex aureo rutilante *Breyn.* Cent. 1. 145. *Pluk. Almag. Bot.* Hujus descriptionem vide in *Hist. nost.*

7. Elichrysum latifolium, villosum, alato caule, odoratissimum *Pluk. Phytogr.* T. 172. F. 6. In Horto Regio *Hamptonienſi* florentem vidit An. 1695. Hujus descriptionem infra.

8. Elichrysum *Æthiopicum* seu Stœchas arborea foliis Abrotani, strigosis floribus, umbellam quodammodo mentientibus, fragrantissimum *Pluk. Almag. Bot.*

9. Elichrysum *Æthiopicum*, numerosis & angustis, Stœchadis citrinæ foliis, minùs albicantibus, florum squammulis carbunculi in modum scintillantibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 279. F. 1.

10. Heliochrysum aliud *Grisleii Virid. Lusit.*

11. Helichrysum caule alato, floribus spicatis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane*,

Ab eadem *radice caules* emittit, plures, rectos, bipedales, teretes, quamvis fimbriæ binæ, $\frac{1}{10}$ unciæ latæ, à basi uniuscujusque folii, hinc inde una, in longum extensæ, ut quadrangularis videatur efficiant. *Folia* ad uncialia à se invicem intervalla caulem undique obsident, 3 uncias longa, non ultra $\frac{1}{4}$ unciæ lata, circa margines leviter dentata, supernè obscurè admodum viridia, subtus lanuginosa, & albicantia, nervo eminentiore media secundùm longitudinem percurrente. Caulium summitates, & ramuli prope fastigium ex alis foliorum

exeuntes

exeuntes nihil aliud ſunt quàm *florum* ſpicæ, nunc ſeorſim ſtantium, nunc acuminatim trium quatuórve ſimul, cauli ipſi nullo interveniente pediculo adnaſcentium, nudorum, exterioribus calicularibus foliolis florem amplectentibus, & ipſis floſculorum apicibus cùm apparere incipiunt purpureis. Succedunt plurima pappoſa *ſemina*, ut in congeneribus.

In patris *Jamaicæ*, locis aridioribus copiosè provenit.

12. Elichryſum maximum incanum, foliis longis anguſtis, floribus in ſummis caulibus & ramulis plurimis parvis, velut in umbellam diffuſis.

Caulis in ſicca pedalis, nec tamen integer, teres, incanus, ramoſus, culmi craſſitudine, *foliis* ab imo ad ſummum uſque creberrimis undique cinctus, palmum propemodum longis, anguſtis, Lavendulæ anguſtifoliæ, ſupernè obſcuriùs, ſubtus clariùs canentibus. Summus caulis in plures ramulos dividitur, in quibus *flores* parvi ſquamoſi, plurimi, velut in umbellum diffuſi. D. *Sherardus* collegit, nobiſque impertivit: In horto Med. Roman. Sap. & in monte *Pauſilipo* aſcendendo ad tumulum *Virgilii*.

13. Elichryſum ſive Stœchas citrina fluminalis, Roſmarini foliis longioribus, anguſtiſſimis, tomento obſitis, parvis corymbis *Hort. Cathol. Cupani.*

Planta ſicca, quam hoc titulo inſcriptam à D. *Sherard* accepimus, *caule* erat ſimplici nec in ramos diviſo, niſi ſumma parte (ubi in ramulos breves tenues abit, *flores* ſuſtinentes qui cum iis quæ in ſummo caule conſiſtunt umbellam parvam efficiunt) incano, foliis raris veſtito, anguſtis ſeſcuncialibus, ſupernè in ſicca nigricantibus, ſubtus incanis, acuminatis.

14. Elichryſum ſeu Stœchas citrina minor foliis integris anguſtis, oblongis, capitulis floriferis ſingulis aut binis in ſummo caule. An Helichr. ſaxatile ſingulari capitulo, acuto & anguſto Stœchadis folio *Bocc. Muſ.* 104? imò idem plane eſt, ad notante D^o. *Sherard.*

Caulis in ſicco noſtro ſpecimine à D. *Sherard* accepto ſeſquipalmaris erat, teres, firmus, incanus, *foliis* crebris nullo ordine poſitis cinctus, duas uncias longis, Roriſmarini anguſtioribus, acuminatis, ſupernè pallidiùs virentibus, ſubtus incanis. Summum caulem occupant *flores* bini, interdum ſinguli magni. Add. Synon. Elichryſum ſylv. latifolium flo. ſingulari magno *Tournefort. Inſtit.* p. 452.

15. Elichryſum *Africanum* multiflorum, tenuifolium fruteſcens *Volkamer.* 148. *vide* Conyza *Æthiopica*, flore bullato aureo, &c. *Pluk. Mantiſſ.*

16. Helichryſum *Africanum* Lavendulæ folio breviori, floribus umbellatis albis. Ad Gnaphalium potiùs referenda videtur.

Cauliculis aſſurgit ſemipedalibus, ab imo ad ſummum uſque *foliis* ſatis crebris, nullo ordine poſitis, incanis, quàm Lavendulæ multò brevioribus veſtitis. Summos caules occupant *Flores* numeroſiſſimi albi, valde conferti, & velut umbellatim digeſti. D. *Sherard* ſiccam nobis exhibuit.

17. Elichryſum Lavendulæ folio breviori, floribus conglobatis minime luteis D. *Sherard.*

In horto *Vander Stell* collegit.

18. Helichryſum *Africanum* Gnaphalii foliis.

Folia huic quàm præcedenti longiora ſunt, anguſtiora & acutiora, nec minùs crebra in caulibus & ramulis; quibus etiam intermiſcentur foliola plurima minima. Summi caules ut in illo in plurimos ramulos dividuntur, Flores numeroſos parvos confertos umbellatim digeſtos, colore in ſicco fulvo, ſuſtinentes.

Hujus aliam habemus ſpeciem foliis brevioribus magis tomentoſis & incanis; capitulis majoribus, paucioribus minùs confertis. E D. *Sherardi* penu hauſimus.

19. Helichryſum foliis longis anguſtis, floribus parvis, rubris, in ſummo caule faſciculatim congeſtis.

Folia tres uncias longa, culmum lata, obſcuriùs viridia, abſque pediculis adnata, non admodum crebra. *Caulis* ſumma parte in ramulos aliquot faceſſit *Flores*, ſuſtinentes parvos numeroſos, confertos, faſciculatim potiùs quàm umbellatim diſpoſitos, unà cum iis quæ ſummum caulem terminant.

20. Helichryſum *Africanum*, foliis latis ad baſin, in longum mucronem productis, floribus in faſciculum congeſtis ſplendentibus, luteis. Hel. Afric. latifolium fœtidum capite aureo. *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Idem capitulo argenteo *Ejuſd.*

Planta

Planta, quam nobis impertivit D. *Sherard* pedalis erat, *caule* ſimplici non ramoſo, *foliis* veſtito quæ ad baſin, (ubi cauli abſque pediculis adnata, auriculis ſubrotundis eum amplectuntur) unciâ latiora, latitudine exinde ad apicem uſque continuè imminuta, tres uncias longa, mucronibus acutis, in ſpinulam innocuam deſinentia, ſupernè obſcurè viridia, ſubtus incana lanugine tecta, marginibus æquis. *Flores* in ſummo caule faſciculatim congeſti, majuſculi, ſquamis flavis ſplendentibus pro calice cincti. Umbo medius protuberans pariter flavus eſt ſed obſcurior. Conyza Africana grave-olens capitulis argenteis *Pluk. Almag.* 117. Tab. 243. dicta, ab hoc anguſtiâ foliorum & floris colore differt.

21. Elichryſum *Africanum* ramoſum, folio lato & oblongo, floribus minoribus candicantibus, D. *Sherard.*

Caulis & Folia tomentoſa valde & incana ſunt; caulis teres, ramoſus, pedalis, foliis rarioribus veſtitus; ſumma præcipuè parte in ramulos plures diviſus, quorum ſinguli flores plurimos conglobatos ſuſtinent, albos, parvos.

22. Elichryſum *Africanum*, Stœchas citrina dicta, media D. *Sherard.*

Folia 4 uncias longa, culmum lata, obtuſa, tomentoſa, rariùs ſita *Caulis* ſimplex, in faſtigio ramulos aliquot emittit, flores plures coacervatos luteos ſuſtinentes.

23. Elichryſum *Æthiopicum*, foliis latioribus, denticulatis, ſubtus tantummodo lanuginoſis, floribus phœniceis. *Pluk. Mantiſſ.* An Chryſocome *Africana*, flore phœniceo, ſerratifolia *Breyn. Faſcic. rar.* 20.

24. Elichryſum gnaphaloides, criſpatis foliis *Monomotapenſe* *Pluk. Mantiſſ.* 67.

25. Elichryſum *Æthiopicum*, Stœchadis citrinæ ſylveſtrioris *Parkinſoni* foliis, capitulorum ſquamis amplioribus, ex argenteo ſplendentibus, ſummo caule glomeratis *Ejuſd. ibid.*

26. Elichryſum ſeu Stœchas citrina tenuifolia, maximè tomentoſa, ex oris *Gaditanis Ejuſd. ibid.*

27. Elichryſum *Æthiopicum*, tenuiſſimis Stœchadis citrinæ confertis foliis, ramoſiſſimum, comis argenteis *Ejuſd. ibid.*

28. Elichryſon minus *Æthiopicum* procumbens, Serpylli folio candidiſſimo tomento ſubtus lanuginoſum, floſculis parvis albis in umbellam glomeratis *Ejuſd. ibid.*

29. Elichryſon *Æthiopicum* umbellatum, Chryſanthemi *Cretici* foliis minùs laciniatis, ex *Prom. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*

30. Helichryſum *Africanum* brevi & anguſto folio, floribus parvis conglobatis albentibus D. *Sherard.* Gnaphalium Afric. floribus minimis albicantibus, inodorum *Volckam.* p. 194.

Cauliculos edit pedales, teretes, tomentoſos, interdum abſque ramulis recta aſſurgentes, aliàs valde ramoſos, *foliis* amictos non admodum crebris, ſemunciam, & interdum etiam unciam longis, ad baſin ubi cauli arctè adnaſcuntur, latiſſimis, inde ſenſim anguſtioribus ad apicem uſque. *Flores* parvi, in ſummis caulibus & ramulis conglobati, albicantes. Deſcriptionem *Volckamer.* vide in *Cap.* de Gnaphalio.

31. Elichryſum anguſtifolium humile, flore Pedis cati ſuave-rubente D. *Sherard.*

Flores pro plantæ ratione majores ſunt nec adeò denſe ſtipati ut in pleriſque hujus generis. Tota planta tomento candido obducta eſt velut Gnaphalium. Altitudinem ſemipedalem aſſequitur.

32. Elichryſum *Africanum* fruteſcens, anguſtis & longioribus foliis incanis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radix hujus lignoſa & fibroſa eſt; *Caulis* teres, incanus, & tomentoſus, qui tandem cinereus evadit, in varios ramulos diviſus, quibus undique nullo ordine, nulliſque ſuſtentata pediculis adnaſcuntur *Folia*, anguſta, 3 uncias longa, (inferiora intellige) ab utraque parte incano tomento obſita, & mucronata, per quorum medium nervus unicus & ex adverſa parte eminens ad mucronem uſque excurrit. Ramulorum ſummitates ornant ex pediculis longioribus umbellatim diſpoſiti *Flores* diſcoides, foliolis multis exaridis albicantibus & ſplendentibus ſquamatim circumvallati, aurei. Florem in eodem capitulo ſquamoſo ſemina ſequuntur parva, oblonga & pappoſa.

Per totam æſtatem flores & ſemina perficit.

33. Helichryſum ſaxatile, ſingulari capitulo, acuto & anguſto Stœchadis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 104. p. 142.

Radice eſt perenni ; *caule* ramoſo, *foliis* ſubtus incanis anguſtis oblongis, *flore* pallido Citri colore. Ad pedalem altitudinem attollitur. In vicinia urbis *Savenæ* provenit quà itur *alla Madonna di Miſericordia*, locis ſaxoſis. Superiùs exhibetur & deſcribitur ſub titulo Elichryſi integris oblongis foliis, &c. monente D. *Sherard.*

34. Helichryſum trifidis foliis aſperiuſculis, *Siculum Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 43. T. 37.

Aliquantulum ramoſa eſt hæc planta, & ſupra terram elevatur paulò plus ſpithamâ. *Folia* producit aſperiuſcula, trifida, anguſta, brevia, cum appendicibus quibuſdam inferiùs. *Radix* fibroſa eſt. *Flos* aureus in clavam coactus, ad modum *Pedis cati*. Prope urbem Saccæ provenit ; tractu *di Carbone* dicto, item prope vicum *di Capaci*.

35. Helichryſo ſylveſtri anguſtifolio ſimilis, tota viridis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 109.

Saxatilis eſt hæc planta, lignoſa, pedem alta. *Folia* profert brevia, anguſta præ alia quacunque hujus generis ſpecie, & quod præcipuè notabile eſt, omnia viridia, uti eſt & tota planta. *Flos* pallidè flavus eſt, & per maturitatem in pappum evolat. Supra muros urbis *Panormi* invenitur, loco dicto *Baſtione di* S. *Agatha*.

36. Helichryſum humillimum ex Promontorio ſacro *Luſitanicum Tourneſ. Elem. Bot.* Planta eſt humilis, virgulas ſemipedales aut circiter emittens, nunc erectas, nunc reclinatas ; *foliis* uncialis ferè longitudinis, ad appoſitionem anguſtis, & in obtuſum deſinentibus, incanis, *Pedis cati* ſimilibus, veſtitas. *Caulis* ad ſummum penè nudus, floſculos aureos compactos ſquamatos (quales ſunt aliis hujus familiæ) ſuſtinet. D. *Bobart.*

37. Helichryſum latifolium, membranaceo caule, floribus parvis conglomeratis odoratiſſimis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Virgultis quodammodo lignoſis, tomentoſis, membranis foliaceis, ex tribus quatuórve lateribus ſeu angulis, præſertim inferiori parte, alatis, foliiſque oblongis latiuſculis, & ex obtuſis acutis, tomento obductis, inordinatim cinctis, aſſurgit. *Caulis* à ſuperiore parte nudus ac alis deſtitutus enaſcitur, atque thyrſum floſculorum aureorum exiguorum, odorem Abrotani Camphorati ſed gratiorem ſpirantium, densè compactorum, ſuſtinet. D. *Bobart.* In Horto Regio *Hamptonienſi* colitur.

38. Helichryſum ſive Chryſocome Gnaphaloides *Virginiana* annua, foliis obtuſioribus, capitulis argenteis conglobatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 88. Gnaphalium *Luſitanicum*, comis argenteis *Pluk.* E ſemine à D. *Jo. Baniſter* è *Virginia* tranſmiſſo provenit hæc planta, cujus *caules* lanugine albi, rotundi, in alas à medio brachiati, ad altitudinem pedalem aut cubitalem eriguntur ; *foliis* biuncialibus, ex anguſta baſi ſeſe ad ſemuncialem ferè latitudinem dilatantibus, & ſupina parte viridioribus, pronâ lanugine obductis, per intervalla ad caulem (ad ſemuncialem aut uncialem diſtantiam) ſparſis ; è quorum alis emergunt cauliculi, qui in *capitula* parva conglobata, argentei coloris, ſquamata, cæteris hujus familiæ ſimilia deſinunt. D. *Bobart.*

39. Helichryſum ſeu Chryſocome Gnaphaloides *Americana* annua, capitulis conglobatis aureis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Gnaphalio Americano affinis, capitulis conglobatis *Schol. Bot.* Hujus *caulis* calami ſcriptorii craſſitie, teres, modicè lanuginoſus, cubitalis. *Folia* biuncialia à lato principio in acutum mucronem deſinentia, plurima, ſupernè viridia, infernè cum tantilla lanugine inalbicantia, densè ſtipata, caulem conveſtiunt ; cujus ſuprema pars in ramuſculos ſe dividit, capitula ſquamata flaveſcentia, parva compacta, cum floribus vel mediis aureis, ſuſtinentes. D. *Bobart.*

40. Chryſocome aurea *Æthiopica*, latifolia, capitulis conglobatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Gnaphalium aureum Æthiopicum flore roſeo pleno *Pluk. Almag.* 171. Tab. 298. F. 3. *Caulem* emittit craſſiuſculum, foliis unciam circiter longis, ad baſin latis, vaginæ inſtar eum amplectentibus, alterno ordine hærentibus, veſtitum : Ex horum alis interdum pauci proveniunt *flores*, ſed in ſummo caule amplo corymbo, *capitula* quamplurima parva, ſquamata, aureos floſculos exhibentia naſcuntur. D. *Bobart.*

41. Pſeudo-helichryſum humilius Orientale, Polygonoides, foliolis ad genicula binis, flore pentapetaloide argenteo, apicibus aureis paleaceo D. *Pluk. Moriſ. hiſt.* P. 3. E lignoſa *radicula* humi ſpargit *folia* anguſta, Satureiæ haud diſſimilia : Inter quæ *Caulis* rigidus, geniculatus, rectus, teres erigitur, qui ſemipedalem altitudinem raro ſuperat. Porro ad hujus genicula foliola ex oppoſito naſcuntur conſimilia, è quorum alis alii ramificantur cauliculi, qui in plurima capitula parva, ſquamoſa, argenteo & aureo colore commixta, corymbatim naſcentia deſinunt ; ínque horum ſingulorum medio *flos* albus, pentapetaloides inſidet. D. *Bobart.*

42. Pſeudo-

42. Pseudo-helichrysum humillimum, Orientale, Polygonoides, foliolis caulium nodos radiatim ambientibus, comâ paleaceâ, flore albo lituris aureis striato D. *Pluk. Morif. hist.* P. 3. Hoc cum præcedente convenit, minus tamen, humilius & ramosius est, altitudine palmari, foliis tenuibus plurimis è geniculis orientibus. Cauliculi variè se dividunt, copiosis *capitulis* paleaceis ac squamatis, exiguis, argenteo-fuscis ad extremitatem ornati. Tota planta *Polygoni vulgaris Selinoidis, Knawel* dicti vultum ostendit, sed lignosior & rigidior est. D. *Bobart.*

43. Elichrysum angustifolium humile *Afric.* floribus conglobatis minoribus, ex luteo rufescentibus D. *Sherard.*

Folia angusta, tomentosa, majora ad Rosmarinum aliquatenus accedunt, verùm majoribus hisce minora plurima intermiscentur. *Flores* in summis caulibus plurimi, arctè stipati, velut in umbellam digesti sunt, colore rufescente.

44. Elichrysum *Africanum* angustifolium, floribus luteis minimis, in capitula densè conglobatis D. *Sherard.*

Folia angusta sunt, oblonga, acuta. Florum globuli summos caules & ramulos occupant. Florum parvitate à reliquis differt.

45. Elichrysum *Africanum* velut perfoliatum, floribus minimis albescentibus, D. *Sherard.*

Caules teretes, tenues, incani, ramosi, *foliis* ad intervalla vestiti hirsutis, extremo subrotundis, media parte anguftioribus, ima in auriculas dilatatis, quibus caulem adeò circumplectuntur ac si perfoliatus esset; unciam longis, semunciam latis. In summis caulibus & ramulis *flores* minimi coacervati velut umbellam laxam efficiunt. Hujus iconem vide in Flora Norimberg. D. *Volckamer.*

46. Elichrysum Alpinum minimum, capillaceo folio *Ejusd. ibid.*

47. Helichrysum (an Gnaphalium) *Africanum*, Amaraci foliis minorbus, floribus minimis umbellatis D. *Sherard.* Planta hæc tota incana & tomentosa est, foliis Mari aut Amaraci minoris, alternatim positis. In schedula Plantæ sic cæ annexâ, Ageratum aquaticum *Africanum*, incanum & tomentosum, Mari foliis, floribus albis Millefolii inscribitur.

Coma aurea Genus.

1. Coma aurea *Africana*, foliis glaucis, in extremitate trifidis *Hort. Amstel.* Tom. 2.

Ex *radice* fibrosa tria 4ve assurgunt virgulta, duos & tres pedes alta, rotunda, primò viridia, deinde fusca, quæ in aliquot divaricantur ramulos. *Folia* ramulis adnectuntur absque ullo pediculo, unciam longa, angusta, glauca, & ab utraque parte lanugine albicante obsita. Ramulorum summitates *flores* discoides, non radiati, exornant, lutei, quorum quisque discum componens, quinquifidus. Flores sequuntur *semina* pappescentia.
Circa Septembrem floret, & Decembri semina perficit.

2. Coma aurea *Africana*, floribus & foliis minimis, Nasturtii petræi æmulis.

Foliola velut alata in duo vel tria pinnularum paria dividuntur: capitula parva in umbellulas digesta summos ramulos terminant.

3. Coma aurea *Africana* fruticans, foliis Crithmi marini *Hort. Amst.* P. 2.

Radix huic lignosa & fusca; *Caulis* teres, lignosus, 6 pedum non rarò altitudinem superans, cortice cinericeo & inæquali tectus, in varios ramulos divaricatur, rotundos & virides, *foliis* vestitos nullo ordine positis, angustis, viridibus, multiplicia divisura non malè folia Crithmi marini *Dod.* aut Cornu cervini æmulantibus. *Flores* in summis ramulis in umbellas digesti, lutei, discoides, nudi: Semina nuda in pappum abeunt.

Elichrysum Africanum frutescens, fol. Crithmi marini *Hort. Amstel.* Tom. 2.

Radix crassa est, fusca, & multis albicantibus fibris prædita; *Caulis* fuscus, teres, qui variam pro vario cultore acquirit altitudinem, nunc tripedalem, nunc 5 pedes excedentem. Ramulos habet hic *frutex* plurimos, rotundos, primò virides & foliis undique præditos, denique fuscos, lignosos, & parte inferiori foliis destitutos. Ramulis, & in planta juniore ipsi cauli adstant *folia*, nullo servato ordine, rotunda & angusta, quæ Cornu cervini & Crithmi marini folia suâ divisurâ æmulantur. Ramulorum summitates *flores* exornant umbella-

tim disposíti, in capitulo squamoso arido & splendente, discoides aurei. Flores *semina* sequuntur papposa.

5. Coma aurea *Africana* fruticans, Linariæ foliis glaucis & lanuginosis *Hort. Amst. rar.* P. 2. Conyza *Æthiopica* flore bullato aureo Pinastri brevioribus foliis lætè viridibus *Pluk. Mant.*

Ex *radice* fibrosa 3, 4ve assurgunt virgulta, 2 & 3 pedes alta, rotunda, primo viridia, dein fusca, quæ in aliquot divaricantur ramulos. *Folia* ramulis annectuntur absque ullo pediculo, unciam longa, angusta, glauca, & ab utraque parte lanugine albicante obsita. Ramulorum summitatem *flores* discoides, non radiati exornant, lutei, quorum quisque discum componens 5quifidus. Flores sequuntur *semina* pappescentia. Circa Septembrem floret, & Decembri semina perficit.

6. Coma aurea *Africana* fruticans, omnium maxima, foliis tomentosis & incanis *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radice sustentatur lignea & fusca, unde exsurgit *Caulis* tripedalis & fuscus, rotundus, ligneus, qui in varios divaricatur ramulos, 2 pedum longitudinem superantes & tomentosos. *Folia* ramulis adnascuntur angusta, mollia, tomentosa & incana, quæ nullo suffulta pediculo unicum per longitudinem excurrentem possident nervum. Ramulorum summitates *Flores* exornant plurimi, discoides, non radiati lutei quorum singuli in Capitulo squamoso & incano pediculis nutriuntur & sustentantur rotundis & incanis. Flores *semina* sequuntur papposa.

Julio & Augusto floret, Septembri semina perficit.

7. Coma aurea *Africana* fruticans Ericæ folio *Hort. Amst. rar.* P. 2.

E *radice* tenui & lignosa *cauliculos* producit sesquipedales, teretes, cinericeos, quibus parva adstant *folia*, angusta admodum, ut ferme rotunda videantur, viridia. Cauliculorum summitates flosculis ornantur in umbellam congestis, discoidibus, non radiatis, luteis. Flosculi discum componentes quinquifidi stylum habent nutritivum bifidum & concolorem. Floribus marcescentibus *semina* succedunt papposa.

Julio & Augusto floret, Septembri semina perficit. Si folia hujus plantæ fricentur odorem spirant Dauci vulgaris, si mandantur saporem exhibent terebinthinoso-aromaticum.

P. 287. Ad Cap. De Jacobæa.

1. Jacobæa *Africana* frutescens, folio longo & glauco *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radix alba est & fibrosa : *Caulis* tripedalis & altior, teres, viridis, glaber, quem undique *Folia* amplectuntur, 6, 7ve uncias longa, mucronata, unciam vel sesquunciam lata, rigida, glauca. Ex ipsis foliorum alis ramuli producuntur rotundi, in quorum summitate pediculi oriuntur varii, qui in alios minores se dividentes, in *flores* sustinent discoides, luteos, post quorum exanthesin semina apparent papposa. Floret Julio & Augusto, Septembri semina perficit. Folia mansu saporem exhibent subacrem.

2. Jacobæa *Africa* Hederæ terrestris folio, repens *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet tenuem & albicantem ; quæ *Caulem* emittit rotundum, viridem, & humi sparsum, qui in varios dividitur ramulos, & adminiculis sustentatus hominis altitudinem non rarò superat. His undique nullo servato ordine, è pediculo longiori, ab una parte excavato, ab altera rotundo, *folia* adstant (sive figura, sive magnitudo aut color considereretur) instar foliorum Hederæ terrestris. Flores in ramulorum summitate umbellatim positi apparent discoides, lutei, radiati ; hos *semina* sequuntur papposa. Secundo sationis anno floret Julio & Augusto, & Septembri semina perficit. Crescit juxta montes locis umbrosis *Cap. Bæ Spei.*

3. Jacobæa *Africana* frutescens, crassis & succulentis foliis *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet lignosam, varias emittentem fibras, quæ *caulem* producit lignosum, pedalem aut sequipedalem rotundum : Caulis in varios dividitur ramulos, herbaceos primò dein lignosos, qui undique nullo habito ordine, *foliis* ornantur longis & latis, nunc mucronatis nunc subrotundis, nullis aut perexiguis suffulcientibus pediculis. Folia superiora in caule nonnihil incisa sunt & minora. Ramuli è foliorum alis orti in pediculos terminantur rotundos & varios, quorum quisque florem sustinet discoidem, radiatum, luteum, quem *semina* sequuntur papposa.

Subsalsus est & aqueus hujus plantæ sapor.

Siccam nobis communicavit D. *Sherard.*

4. Jacobæa

4. Jacobæa *Africana* fruteſcens, foliis rigidis & hirſutis *Hort. Amſt. var.* P. 2.

Ex *radice*, quam habet fibroſam, ad altitudinem 7, 8ve pedum excreſcit. *Caulis* eſt rotundus liratus & hirſutus, qui in varios divaricatur ramulos longos, qui unà cum caule rotundi, hirſuti. Caulem & ramulos abſque ullo pediculo *folia* amplectuntur longa, lata, hirſuta & rigida: ſupinè viridia ſunt, ſubtus alba lanugine teguntur: horum margines crenis crebrioribus notantur. Ramulorum ſummitates *Flores* umbellatim poſiti exornant, diſcoides, radiati, lutei. Poſt horum exantheſin *ſemina* apparent pappoſa.
Auguſto & Septembri Flores, Semina Octobri producuntur matura.

5. Jacobæa *Africana* fruteſcens, Coronopi folio *Hort. Amſt. Tom.* 2.

E *radice* fibroſa & albicante *caulis* erigitur pedalis, teres, fuſcus, qui in varios divaricatur ramulos, primò cineraceos, deinde fuſcos; quibus undique nullo ſervato ordine *Folia* abſque ullo pediculo adſtant, unciam longa, multiplici ſua diviſurâ Cornu cervinum æmulantia, quæ ſuperiori parte cinerea, adverſa inſigni tomento ſunt prædita. E ramulorum ſummitate in longioribus pediculis, in alios minore diviſis *Flores* oriuntur plurimi, diſcoides, radiati, toti lutei. Florem evanidum *ſemina* ſequuntur pappoſa.
Floret Auguſto, Septembri ſemina perficit.

6. Jacobæa *Africana* fruteſcens, foliis Abſinthii umbelliferi incanis *Hort. Amſtel. Tom.* 2.

Radix fibroſa eſt, *Caulis* rotundus, cineraceus, digitum craſſus, (cui foliorum delapſorum indicia manent perpetua) in ramulos ſe expandens incanos; quibus nullo habito ordine *folia* adſtant, ex anguſto in latum exeuntia, quæ in profundas dividuntur lacinias: incana ſunt, & Abſinthii umbelliferi foliis æmula. E ramulorum ſummitate pediculus exſurgit rotundus, nunc ſingularis, nunc geminus, 4, 5ve uncias longus, qui è capitulo oblongo, unà cum pediculo incano & lanuginoſo *florem* gerit diſcoidem radiatum, luteum. Poſt floris exantheſin *ſemina* apparent oblonga, atro-purpurea, & in pappum exeuntia.
Floret menſibus Junio & Julio, Auguſto ſemina perficit. Flores fœtent. Foliorum odor & ſapor inſtar Dauci ſativi eſt.

7. Jacobæa Æthiopica, Stœbes facie, flore Calendulæ *Africanæ*, foliis latioribus *P. B. P.* Hæc ſub titulo Anemone affinis Æthiopicæ, fibroſa radice, flore Aſteris, Taraxaci foliis ſubincanis, ab *Hermanno* deſcribitur in *Cat. Hort. Lugd. Bat.* Vide deſcriptionem in Appendice *Hiſt. noſt.* p. 1873.

8. Jacobæa lanoſa, foliis brevibus ſubrotundis; Piloſellæ flore impensè flavo, an Jacobæa lanata, foliis brevibus ſubrotundis D. *Baniſter Cat. ſtirp. Virgin?* *Plukenet Phytogr.* Tab. 39. F. 5.

9. Jacobæa pumila, Abſinthii Umbelliferi foliis incanis, floribus velut in umbella; an Chryſanthemum Alpinum primum *Cluſ?* *Ejuſdem ibid.* F. 6.

10. Jacobæa pumila, ſinuatis foliis, argentea, ſummo caule flore ſingulari *Ejuſdem. ibid.* F. 7.

11. Jacobæa maritima, Senecionis folio craſſo & lucido *Maſſilienſis Tourneſ. Schol. Bot.*

12. Jacob. incana *Pyrenaica* ſaxatilis & latifolia *Ejuſd.*

13. Jacob. minor incana, flo. amplo luteo *Cap. B. Sp. Pluk. Almag. Bot.* T. 302. F. 4.

14. Jacob. min. *Æthiopica*, florum petalis lituris croceis ſtriatis *Ejuſd. ibid.* F. 5. Prioris tantùm varietas eſſe videtur.

15. Jacob. pumila Stœbes foliorum diviſuris tomentoſa *Cap. B. Sp. Ejuſd. ibid.* F. 6.

Ad vires Jacobææ vulgaris adde,
Hujus folia contuſa & recenti butyro commixta, cataplaſmatis formâ applicata, inter præſtantiſſima medicamenta ad tumores diſcutiendos & reſolvendos à Chirurgis *Hibernicis* habentur. D. *Sloane* communicavit.

16. Jacobæa marina altera ſeu viridis *Munting. Herbar. Belgic.*

17. Jacob. nodoſa *Americana Ejuſdem.*

18. Jacob. latifolia *Bætica Griſleii Virid. Luſit.*

19. Jacobæa

19. Jacobæa *Æthiopica* procumbens, latioribus ſinuatis foliis, floribus ad caulium nodos prodeuntibus, fortè Nelampatu *H. M.* P. 10. T. 49. *Pluk. Almag. Bot.*

20. Jacob. *Æthiopica* foliis Abrotani trifidis, ſummo caule capitulis parvis glomeratis *Pluk. Almag. Bot.* T. 302. F. 7.

Folia in hac planta interdum bifida ſunt aut etiam quadrifida, plerunque tamen trifida. Capitula ad Ageratum vulgare accedunt. Ego in ſicca pappum ſemini innaſcens obſervare non potui : nec flores radiati videntur.

21. Jacobæa altiſſima *Luſitanica*, tenuiſſimè laciniata *Tourneſ. Elem. Bot.*

22. Jacobæa *Africana*, Senecionis folio pingui, flore purpureo majori, à *Cap. Bæ Spei* allata *Pluk. Mantiſſ.*

23. Jac. Senecionis folio incano, flo. luteo minore *Prom. Bæ Spei Ejuſdem ibid.*

24. Jac. radiato Senecionis flore, Chondrillæ foliis, *Æthiopica Ejuſd. ibid.*

25. Jac. minor *Æthiopica*, foliis laciniatis, Rutæ caninæ diviſuris *Ejuſd. ibid.*

26. Jac. Coronopi rigentibus foliis, *Æthiopica Ejuſd. ibid.*

27. Jac. *Virginiana* foliis ad radicem integris, Erynegii campeſtris æmulis, cæteris autem elegantiſſimè laciniatis. *Ejuſd. ibid.*

28. Jacobæa *Æthiopica* procerior, Lampſanæ foliis, floribus luteis *Ejuſd. ibid.*

29. Jac. Abſinthites fruteſcens, tomentoſis Cinerariæ foliis, *Æthiopica*, calice integro, ſummis oris dentato *Ejuſd. ibid.*

30. Jac. parva incana, Stœbes *Salamanticæ* foliis, ex inſula *Johanna Ejuſd. ibid.*

31. Jac. *Æthiopica* ſpicata lutea, foliis parvis, craſſis & incanis, rigidiuſculis ex nodis caulium confertim erumpentibus *Pluk. Mantiſſ.*

32. Jac. *Æthiopica*, Chryſanthemi *Cretici* foliis, flore purpureo *Ejuſd. ibid.*

33. Jacobæa Chærephylli foliis, *Mariana*, floribus luteis, ferè umbellatis *Ejuſd. ibid.*

34. Jac. *Africana*, Hieracii fruticoſi anguſtioribus dentatis foliis glabris, flore flavo, octapetalo pulchro *Pluk. Mantiſſ.* p. 107. An Jacobæa *Æthiopica* Lavendulæ folio *Breyn. cent.* A Conyza *Melitenſi* retuſis foliis *Bocc.* haud prorſus abludere videtur ; folia tamen per extremum ſunt minùs retuſa.

35. Jacobæa ramoſa folio rigido, glauco, per limbum aſpero P. *Didaci Pariſienſis*, in cujus horto à D. *Sherard* collecta eſt. Virgæ aureæ Lepidii folio nomine D. *Sherardo* è ſemine enata eſt.

Caulis robuſtus, ſtriatus, ſeſquicubitalis aut altior eſt, quantum ex ſpecimine ſicco, quod commodavit D. *Sherard*, conjectamur, ramoſus, ramulis è foliorum alis exeuntibus, alternatim poſitis, & in caulibus ſatis crebris. *Folia* duas treſve uncias lata, palmum longa, glabra, circa margines tantillum crenata aut ſinuata, lata baſi caulem amplexa, exinde in acutum mucronem ſenſim anguſtata. *Caulis* medius & ramuli in ſummitatibus numeroſos geſtant *flores* parvos luteos, petalis, radialibus brevibus luteis pariter, Senecionis magnitudine & figura æmulos, in pappum abeuntes.

36. Jacobæa parva, foliis integris, ſubrotundis, ſerratis floribus velut in umbellam parvam digeſtis.

Altitudine eſt palmari, caule ſimplici, folioſo, foliis ſuperioribus anguſtis & oblongis : Ad radicem ramulos humi procumbentes ac ſi planta reperet. Radix fibroſa.

37. Jacobæa Rapi folio *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Folia huic ad radicem, ima parte ſeu ad exortum utrinque ad mediam uſque coſtam in lacinias aliquot diviſa ſunt. Extremum folium latiſſimum eſt, circa margines inæqualiter dentatum dentibus obtuſis. Folia quæ in caulibus ad divaricationes ramulorum parva ſunt, laciniata & dentata. Flores parvi lutei, unico foliolorum circulo pro calice cincti. Verùm (quod præcipuè notabile eſt) florum pediculi foliolis crebris donati ſunt, quo cum *Americanis* non nullis flore compoſito convenit.

38. Jacobæa

38. Jacobæa foliis laciniatis rigidis vulgo. Jac. Cardui folio, floribus parvis in ſummis caulibus & ramulis numeroſiſſimis. D. *Sherard.*

Caulis huic ſatis firmus, teres, ſtriatus *foliis* amicitur non admodum crebris, anguſtis, oblongis, acutis, circa margines Cardui cujuſdam in modum, ſed rariùs, inciſis, lata baſi cauli adhærentibus, ſuperna parte in ramulos plures divaricatus, quorum ſinguli in innumeros pedicellos, *flores* perexiguos, flavos, unico pro calice foliolorum circulo ceu vallo cinctos, dividuntur. Locus Promontorium *B. Sp.* D. *Sherard* contulit.

39. Jacobæa *Africana*, foliis oblongis, craſſis, dentatis. D. *Sherard.*

Planta eſt fruticoſa & lignoſa, in ramos diviſa, *foliis* crebris veſtitos, nullo ordine poſitis, ſeſcunciam longis, ab anguſto principio paulatim dilatatis, ultra mediam longitudinem, ubi ad uncialem latitudinem accedunt, & dentata eſſe incipiunt, craſſa & rigida, & ut videtur in ſicca, rugoſa. Flores in ſummis ramulis plurimi in umbellæ formam congeſti, parvi, flavi.

40. Jacobæa *Africana* minima, foliis Dentis leonis, floribus in ſummo caule purpureis parvis.

Folia ad radicem parva, Dentis leonis in modum inciſa & dentata ; quæ in caule ſunt integra, anguſta, oblonga, acuta, lata baſi eum amplectuntur. *Caules* ſemipedales, tenues, rigidi, non ramoſi, niſi prope faſtigium, ubi in tres quatuórve pediculos dividuntur, folioli minimis cinctos, *flores* pro plantulæ modulo mediocres, purpureos ſuſtinentes. Hanc & ſequentem nobis impertivit D. *Sherard.*

41. Jacobæa *Africana*, ſparſis floribus, foliis Abrotani. D. *Sherard.*

Folia minutim inciſa ſunt ad modum ferè Abrotani. *Flores* è ſummis caulibus & ramulis exeunt in pediculis prælongis, firmis, nudis, ſigillatim, ſeu ſingulis ſinguli.

42. Jacobæa *Africana*, foliis Dentis leonis parvis, caule ſimplici duos in faſtigio flores ſatis amplos purpureos geſtante.

Quæ in caule ſunt folia lata baſi eum amplectuntur. Planta eſt parva dodrantali altitudine, caule tenui ſimplici non ramoſo. A D. *Sherard* ſiccam habui.

43. Jacobæa fruticoſa *Africana* perennis, rugoſo folio integro, floribus copioſis parvis D. *Sherardi.* Qu. Annon eadem ſit cum Jac. Afr. fruteſc. fol. integris & hirſutis *Hort. Amſt.*

Caulis teres, firmus, craſſus, hirſutus, *foliis* crebris ab imo ad ſummum uſque veſtitus, rugoſis, 3 uncias longis, ſeſcunciam & amplius latis, circum oras inæqualiter dentatis, averſa parte incanis, imis obtuſioribus, ſummis acutis, lata baſi caulem amplexis. Caulis autem ſumma parte in ramulos aliquot dividitur, *floſculos* plurimos minutiſſimos ſuſtinentes, velut umbellatim digeſtos.

In alio hujus generis ſpecimine ſicco, folia duplo longiora latioráque ſunt & versùs imam partem anguſta & in lacinias aliquot diviſa ; ut dubitem an utrumque ejuſdem ſpecie plantæ eſſet. Communicavit D. *Sherardus*, verùm hæc fortaſſe è ſemine orta.

44. Jacobæa *Africana* Populi albæ foliis.

Caulis huic ſimplex, tomentoſus & incanus, ima parte *foliis* aliquot veſtitus, integris, ſubrotundis, duas uncias longis, ſeſcunciam latis, circum oras æqualibus, ſupernè atro-viridibus, ſubtus dilutioribus, pediculis ſemuncialibus, tomentoſis inſidentibus ; in reliquo caule foliola minutiſſima duo vel tria acuta, lanuginoſa ; Summum caulem terminat *Flos* umbone nigricante, petalis longis, &, ut in ſicca videbatur, luteis radiatus.

45. Jacobæa *Africana*, floribus parvis ſparſis, foliis tenuiſſimè diſſectis, viridibus.

In horto *Vander Stell* collegit D. *Sherard.*

46. Jacobæa Ætnæa Iſatidis folio, leviter dentato, Umbellifera *Hort. Cathol.* 102.

Caulis huic ſatis firmus, foliis crebris, Iſatidis ſimilibus, lata baſi adnatis cinctus, ſumma parte in ramulos aliquot diviſus, *flores* ſuſtinens mediocres, luteos in pappum candidiſſimum abeuntes.

47. Jacobæa

47. Jacobæa *Ætnenſis* Coronopi folio *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Folia huic longa, anguſta, acuta, ad margines laciniata Coronopi fere inſtar. *Flores* in ſummo caule & ramulis, in tenuibus pediculis plures ſimul, parvi, lutei.

48. Jacobæa *Ætnæa*, foliis rigidulis, venoſis, laciniatis criſpis *Hort. Cathol.* Cupani.

Caulis in ſemipedalem altitudinem aut majorem aſſurgit, *foliis* ſatis crebris anguſtis acutis ad margines utrinque laciniatis laciniis acutis, abſque pediculis immediatè adnatis veſtitus, in faſtigio inque ſummis quos interdum emittit ramulis *Flores* aliquot minuſculos geſtans, luteos.

Tres plantas præcedentes ſiccas nobis communicavit D. *Sherardus*.

49. Jacobæa *Sicula*, caule rigido ramoſo, foliis anguſtis ad margines laciniatis, floribus parvis luteis.

Caulis, in ſicca à D. *Sherard* nobis communicata, tenuis erat, rigidus, ramoſus, *foliis* crebris veſtitus, duas tréſve uncias longis, ſemunciam latis, ad margines laciniatis, acuminatis. Ramuli caulem medium craſſitie & longitudine propemodum æquant. In ſummis caulibus *flores* parvi, lutei, non ità multi, pediculis tenuibus inſidentes.

50. Jacobæa folio in extremum ſubrotundum Ranunculi cujuſdam æmulum exeunte. Eadem eſt, (monente D. *Sherardo*) cum Jacobæa *Africana* Hederæ terreſtri folio repente, *Hort. Amſt.* p. 2.

Caulis huic teres, firmus, hirſutus, in planta quam ſiccam nobis exhibuit D. *Sherard* ſemipedalis aut dodrantalis, ramoſus, *foliis* veſtitus figuræ ſingularis, Caryophyllatæ folia quodammodo æmulantibus; ſiquidem ad coſtam mediam adnectebantur lobuli inæquales, lato principio, circa margines dentati: extremum autem folium latum eſt & ſubrotundum, in 3 aut 4 partes dentatas altiùs inciſum, ad modum Ranunculi cujuſdam. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis plures, lutei, mediocres.

51. Jacobæa Cineraria Braſſicæ foliis *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Flores in ſummo caule velut in corymbum coacervati. Folia utrique lanuginoſa & incana ſunt.

52. Jacobæa *Africana* fruticans, oblongis foliis, anguſtis, integris incanis. An Jacobæa *Æthiopica* Lavendulæ folio *Breyn?* D. *Volckamer. Flor. Norimb.*

Volckam.

Ex tenui, fibroſa, candicante *radice Caules* eriguntur cubitales, inferna parte lignoſi, ſuperna herbacei, ſubincani, rotundi, foliis anguſtioribus oblongis, in extremitate acuminatis alterna ſerie cincti: ſúntque præterea hæc folia rigidiuſcula, in ambitu nonnihil ſinuata. E cauliculorum faſtigiis prodeunt globuli rotundi, incana lanugine pubeſcentes, quini, ſeni, aut etiam ſepteni ſimul juncti, qui poſt aliquot dierum decurſum expanduntur, in *floſculos* aurei coloris compoſitos ex radialibus ſeu planifoliis, & diſcoidibus ſeu tubuloſis minimis ac breviuſculis, more congenerum in ſummitate 5 laciniis diviſis. Horum poſt exantheſin ſequuntur ad ſingulos floſculos ſingula *ſemina*, nuda, oblonga, parva, albicantia, ſub pappo deliteſcentia.

Perennat apud nos & perpetuo virore gaudet, modò per hyemem ad commune transferatur hibernaculum.

Sponte provenit ad *Promont. Bæ. Spei.*

53. Jacobæa *Africana* fruteſcens flore amplo purpureo elegantiſſimo Senecionis folio *Volckamer. Flor. Norimb.*

Volckam.

Radix huic fibroſa, candicans; ex qua caules ſeſe erigunt cubitales, rotundi, ſucculenti, virides, quos alterna ſerie cingunt *folia* lætè viridantia, craſſiuſcula, profundiùs ac Senecionis ad inſtar laciniata. Ex ſummitatibus ramulorum è calice oblongo, ſquamato, inferiùs petiolum verſùs nonnihil barbato, in conſpectum prodibant *Flores* ampli, purpurei, compoſiti ex planifoliis, radialibus, lætè rubentibus, & tubuloſis diſcoidibus, quinqueſariam in ſummitate diviſis, luteis. Hos emortuos *ſemina* ſequuntur, congenerum more in pappum abeuntia, nuda, oblongiuſcula, ſubflava.

Sponte gignitur ad *Promont. Bæ. Spei.*

Hujus minor habetur ſpecies anguſtifolia, parvitate & foliorum anguſtiâ multùm diverſa.

54. Jacobæa minor altera *Virginiana*, foliis tenuiùs diſſectis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Flores hujus familiæ & colore & forma æquè bene congruunt & ſimiles ſunt ac alius cujuſpiam. Præcipua diſtinctio à foliis oritur, quæ in hac tenuiùs ſunt diviſa, laciniis acutis donata, & exinde in alia ità diſtributa, ut quaſi Cornu Cervi repræſentent. D. *Bobart.*

55. Jaco-

55. Jacobæa *Africana* fruticans, foliis Abrotani ſeu Crithmi major & minor *Volckamer. Flor. Norimb. P. B. Pr. Pluk. Almag.* 194. T. 303. F. 2.

Radix fibroſa eſt ac lignoſa, præſertim ſi adultior ſit planta, Caules in aliquot ramos divaricati ad duorum & plurium etiam cum tempore cubitorum altitudinem protenduntur, radicem verſùs lignoſi. Hos denſo ſtipatu ambiunt folia craſſiuſcula, tenuiſſimè diviſa. Ramulorum ſummitatibus innaſcuntur *Flores* lutei, ut plurimum ſolitarii, compoſiti ex diſcoideis ac radialibus. Semina quæ ſequuntur ſunt fuſca, nuda, ad ſingulos floſculos ſingula, ſub pappo deliteſcentia. Quæ minor eſt cum deſcripta quoad omnia ferè convenit, niſi quòd folia ſint tenuiſſime diſſecta & quaſi fœniculacea.
Frequens reperitur in montoſis *Capitis Bæ. Spei.*

Jacobæa *Æthiopica* flo. purpureo *Breyn. Prod.* 2. Senecioni (inquit) noſtro viſcoſo ſimilis eſt, foliis exceptis magis laciniatis, & flore petalis purpureis radiato.

56. Jacobæa *Africana* perennis, integro oblongo folio glauco *Volckamer. Flor. Norimberg.*

Patriam agnoſcit hæc planta ſæpius laudatum *Promont. Bæ. Spei.* Ex *radice* tenui, fibroſa albicante prodeunt *caules* bini, terni, quaterníve ad duorum ferè cubitorum altitudinem, *foliis* oblongis rigidis, circa baſin leviter crenatis, glaucis, carinatíſque obvallati. Summitates caulium in plures adhuc ſubdividuntur ramificationes, quarum faſtigio numeroſi inſident *flores* aurei, compoſiti ex diſcoideis & radialibus, è communi perianthio ſquamato oblongiuſculo prodeuntes. Hiſce fatiſcentibus perficiuntur ſemina, nuda, oblonga, nigricantia, pappoſa. Tota planta perennat, & ſemper viret.

57. Jacobæa ſupina maritima annua *Triumfetti Moriſ. hiſt.* P. 3.

Caules è radice fibroſa orti, palmarem longitudinem rarò ſuperant, procumbentes, glabro cortice purpuraſcente tecti: quibus inſident ſine ordine *folia* virentia, pinguia, oblonga & anguſta, in ambitu ſinuata. Hæc autem cauliculis adnaſcuntur minora minúſque dentata. *Flores* aureos & ſemina ad eundem modum quo & congenera profert. Copioſè admodum per totam maritimam oram campóſque adjacentes, quo à Centumcellis Cajetam verſùs eſt iter, ſponte naſcitur.

58. Jacobæa cineraria Lampſanæ foliis *Hort. Cath. Suppl.* 3. Hujus folia duntaxat vidimus; quæ ſupernè viridia erant, ſubtus incana, acutiora & anguſtiora quàm Lampſanæ folia.

(58.) Jacobæa Iſatis folio *Ætnenſis Hort. Cath. Suppl.* 3. In ramulo quem hujus plantæ vidimus folia crebra & conferta erant, oblonga, anguſta, acuta, integra, ſeu non laciniata; lata baſi cauli adnexa. *Flores* in ſummo caule & ramulis plures ſimul, lutei. A D. *Sherardo* accepimus hanc & præcedentem.

59. Jacobæa humilis erecta, craſſo lucido latóque folio, parùm inciſo, montis *Circelli Hort. Med. Sap. Roman.* Ex *Horto Beaufortiano Badminton.* miſit D. *Sherard.* Flores in ſummis caulibus & ramulis plures parvi, conferti.

60. Jacobæa *Africana* ramoſiſſima, foliis Senecionis pinguis, rigidis & lucentibus, ſubtus incanis D. *Sherard.* Ex eodem horto. Folia Cardui cujuſdam potiùs quàm Jacobææ eſſe videntur. Flores in ſummis caulibus & ramulis plures parvi, diffuſi potiùs quàm in umbellas coacti.

61. Jacobæa *Nebrodenſis* altera, oblongo folio latiori, minùs incano, lacerato *Hort. Cath. Suppl. alter.* Ex *Horto Beaufortiano* plantam miſit D. *Sherard* pedalem aut altiorem, *caule* foliis crebris cincto, ab anguſto principio velut pediculo oblongo, dilatatis, laciniatis, non tamen admodum profundè, laciniis etiam inæqualiter dentatis. *Caulis* ſumma parte in ramulos dividitur tenues, *flores* ſuſtinentes flavos, petalis latis.

62. Jacobæa Alpina, pumila comoſa incana *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 8. p. 20.

63. Jacobæa humilis Vernalis, ſubrotundo Senecionis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 100.

Ad palmi unius longitudinem plus minùs excreſcit, humi plerunque ſtrata. *Folia* producit brevia, ſingularia, retuſa velut *Senecio*, *Bellidis* minora. Primo vere exit multis *Siciliæ* in locis, ſpeciatim prope *Panormum*, quà itur ad *S. Mariam de Gieſu.*

64. Jacobæa Linifolia *Hiſpanica* & *Italica Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 60. T. 49.

Duos tréſve pedes à terra aſſurgit, Loca Alpina amat; ínque *Hiſpania*, *Italia* & *Pedemontio* invenitur. Hanc etiam obſervavit D. *Barelier.*

65. Jacobæa umbellifera pumila *Bocconi.*

Radice fundatur fibrosa: *Caule* assurgit palmari aut altiori, hirsuto, *foliis* pluribus vestito, pediculis longis insidentibus, subrotundis, serratis, hirsutis, vix unciam longis, semunciâ latioribus. Ex imo caule prope radicem exeunt ramuli in terram reclinati qui repentem plantam arguunt.

66. Jacobæa montana integro rotundo folio Jac. mont. Betonicæ folio *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 49.

Hæ duæ species in Alpibus *di Fiumalbo* & *della Pania* in *Italia* oriuntur, & ad duos circiter pedes supra terram elevantur. Folia subtus tomentosa sunt & alba.

67. Jacobæa saxatilis erecta, angusto laciniato folio *Sabauda Bocc. Mus. pl. rar.* p. 107. T. 81.

Altitudo ei pedalis; *folia* angusta, laciniata, versùs summitatem flavicantia. Ramos non emittit, sed unum aut plures *caules* erectos exserit. *Flores* & pappi Jacobæanis similes. Propè monasterium *di Alta comba*, supra lacum *di Burget* in *Sabaudia* oritur.

68. Jacobæa spicata, Linariæ foliis, floribus amœnè purpureis Provinciæ *Marianæ Pluk. Mantiss.* 107.

69. Jacobæa fruticosa, Camphoratæ foliis *Æthiopica Ejusd. ibid.*

70. Jacobæa *Æthiopica*, angustissimis & prælongis foliis, rariùs crenatis, ab imo caule ad summum usque confertis *Ejusd. ibid.*

71. Jacobæa *Æthiopica*, Stœchadis citrinæ foliis, flore luteo *Ejusd. ibid.* Fortè Elichrysum foliis Absinthii *Pontici* majus *Cap. Bæ. Sp. Breyn. Prod.* 2.

72. Jacobæa umbellifera, foliis Agerati, flore Aurantii colore imbuta *Marilandica.*

Caulis huic dodrantalis, rectus, non ramosus, *foliis* ad intervalla vestitus alternis, parvis, Agerati fere in modum aut Millefolii lutei incisis; *flores* in fastigio gestans multos, velut umbellatim dispositos, singulos singulis pediculis longis, tenuibus, foliolis minimis cinctis insidentes. E *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

73. Jacobæa parva *Æthiopica*, tuberosa radice, imis Cymbalariæ foliis, ad caulem longioribus angustis, luteo flore summo caule singulari *Pluk. Mantiss.*

74. Jacobæa *Virginiana*, foliis imis Alliariæ glabris, caulescentibus Barbareæ *Moris. hist.* P. 3. Folia inferiora pediculis longis, nudis, tenuibus donata sunt, subrotunda, Violæ Martiæ aut Alliariæ æmula, marginibus crenata & glabra. Quæ autem ad caulem nascuntur longa sunt & lobata, in partem ampliorem, rotundam & dentatam desinentia. *Flores* vulgaris floribus persimiles. D. *Bobart.*

75. Jacobæa Crithmi littorei foliis *Moris. prælud. Bot.* Planta est bipedalis, cujus cauli plurima apponuntur *folia*, angusta, crassa, oblonga, viridia, Crithmi Chrysanthemi marit. instar, quæ Lavendulæ latitudinem non superant. Florem fert luteum, Jacobææ similem, *&c.*

76. Nelam-Pata *H. M.* P. 10. T. 49. Jacobææ foliis Indica, flore nudo, an Corymbifera? *H. M.*

Arenosa amat. *Radix* fibrosa, albicans, odoris grati. *Caules* rotundi, virides, in latum se diffundentes. *Folia* laciniis sinuatis dissecta, pilosa, mollia, lenia, saporis peracris. *Flores* capitula sunt rotundo-plana, tum caulium fastigiis, tum petiolis è caulibus prodeuntibus insidentia, rufescentia vel rufo-nigra: in hisce plurimi conspiciuntur parvi *flosculi*, cum *seminibus* oblongis & nonnihil planis, quorum vertici oblongo stricto collo insident, pentapetali, angustissimi, cuspidati; è medio staminulum ejiciunt. Ipsa semina basi capituli, (quæ viridis pilosa, in superiori parte cuspidibus dissecta) inoculantur, primò viridia, tandem ruffa.

Pulvis phagedænicis prodest ulceribus; cum caprino lacte mixtus faucium dolores mitigat; cum *uvis passis* & *butyro* decoctus antihydropicus est, lepram, noxios flatus & cachexiam tollens: cum *Zinzibere*, *Pipere*, *& Saccharo* deglutitus intemperatam bilem corrigit, epilepsiam, maniam comæque canitiem abigit.

P. 287. Ad Cap. De Xeranthemo.

1. Xeranthemum flore rubicundo in lutescentem album languente D. *Oldenland.* An Xer. Rorismarini folio, è *Cap. B. Spei. Mus. Pet.* cent. 3. n. 299?

Foliis angustis, prælongis Pini, incanis, Stœben capitatam Rosmarini folio *Ponæ* refert. E foliorum sinubus exeunt pediculi longissimi, ab imo ad summum foliolis cincti, crebris, brevibus, tomento eisdem annexis & velut agglutinatis, Flores singuli singulos sustinentes; squamis lucidis, acuminatis, è rubicundo in luteum languescentibus obvallatos.

A *Prom.*

A *Promont. B. Spei* ad D. *Petiver* transmisit D. *Oldenland* Medicus & Botanicus insignis.

2. Xeranthemum Sophiæ Chirurgorum foliis è *Cap. Bon. Spei Mus. Pet.* cent. 3. n. 300.

3. Jacea Oleæ folio, capite spinoso, flore albo *Pluk. Mantiss.* Xeranthemum flore albo coronato, folio Cynogloffi *Cretici Breyn. Prod.* 2. 105.

4. Xeranthemum Oleæ folio, capitulis simplicibus, petalis rigidis & pungentibus *Chalepense Morif. hist.* P. 3. 43. An Ptarmicæ *Austriacæ* species ex *Hispania*, *Clus. cur. post?* Planta hæc oribus humilior, & caulibus, & aversa foliorum parte, densiore lanugine obducta est, quæ Oleæ foliis etiam similia sunt, *Oleæ Bohemicæ* speciem intelligimus. Caulis in ramulos quosdam divisus est, hac præcipuè nota ab aliis Xeranthemorum caulibus discrepans, quòd foliis usque ad florem vestitus sit, cùm in cæteris semper à superiore parte nudus appareat. *Flos* è squamis foliaceis rigidis & acutis, ex 16 aut 18 petalis longis, tenuibus, acutis, aridiusculis & pungentibus, purpurascentibus aut purpuro-violaceis conflatus, emicat. Semen è *Syria* accepimus, quod satis feliciter succrevit, sed nunquam ad maturitatem perductum est. D. *Bobart.*

N.B. *E Prom. B. Spei plures habemus Xeranthemi species, caule & ramulis ad flores usque foliis obvallatos.*

5. Xeranthemum *Africanum*, Gnaphalii foliis tomentosis, foliis & squamarum summitatibus ferrugineis.

Planta est pedalis aut altior, *caule* firmo, crasso, *foliis* creberrimis nullo ordine positis ab imo ad summum usque cincto, in ramulos aliquot divisо. Sunt autem *folia* angusta, oblonga, absque pediculis cauli adnata, valde tomentosa & incana, per margines æqualia, unciâ longiora $\frac{1}{3}$iam unciæ lata. Caulis medius & ramuli singuli singulos *flores* gestant, amplos, albos, membranaceos, calicibus squamosis laxis, squamis singulis maculâ ferrugineâ in summitate notatis, septos. D. *Sherard.*

6. Xeranthemum *Africanum* foliis tomentosis, ad Conyzam mediam accedentibus, floribus exteriùs pallidè ferrugineis.

Hujus etiam *caulis* teres, crassus, tomentosus, *foliis* cinctus ab imo ad summum usque crebris, nullo ordine positis, basi sua cauli adnatis nullo interveniente pediculo, duas plus uncias longis, unam latis latitudine à basi ad apicem ferè æquali, acuminatis, circa margines obscurè dentatis. *Caulis* superiore parte in duos trésve dividitur ramos, *flores* totidem sustinentes, quàm præcedentis minores, quorum squamæ exteriùs colore fulvo diluto tinguntur.

7. Xeranthemum *Africanum* fol. tomentosis ad Conyzam mediam accedentibus brevioribus, flore maximo, pallidè sulphureo, umbone protuberante D. *Sherard.*

8. Xeranthemum *Africanum* perenne, Gnaphalii foliis tomentosis majoribus.

Caulis satis crassus est, valde tomentosus, inferiore parte foliis creberrimis cinctus, Gnaphalii, sescunciam aut duas uncias longis, vix unciam latis, per margines æqualibus, lata basi cauli adnatis, in acutum mucronem desinentibus. Folia in caule superiora parva, angusta, rariùs sita. Flos in fastigio magnus, polypetalos petalis acutis, umbonem magnum cingentibus apicibus nigris insignem. *Caulis* in specimine sicco nobis à D. *Sherard* exhibito simplex erat & minimè ramosus, Floris color è fulvo albicans.

9. Xeranthemum *Africanum* ramosum, foliis tomentosis minoribus, creberrimis, floribus albis maximis, umbone magno protuberante, apicibus nigris insigni.

Caulis in planta nostra sicca, à Dº. *Sherard* communicata, dodrantalis erat aut major, in 3 ramos divisus, *foliis* omnium creberrimis, unciam plus longis, vix semunciam latis, acuminatis, lata basi cauli adnatis ab imo ad summum usque cinctus, superioribus tamen minoribus & paulo rariùs sitis. *Flores* in caule & ramulis singulis singuli ampliſſimi, albi, umbone medio protuberante, apicibus nigris operto.

10. Xeranthemum *Africanum* ramosum, flore minore albo lucido, foliolis minimis, lævibus cauli & ramulis appressis.

Sicca, quam nobis impertivit D. *Sherard* in plures dividebatur ramulos *foliis* undique cinctos angustis, acuminatis, eisdem ut & cauli medio appressis & velut arctè adhærentibus, ut an foliis amictus esset, vix posset discerni.

11. Xeranthemum *Africanum*, ramosum, floribus albis paulò majoribus. Foliis Gnaphalii, angustis, oblongis caulem & ramulos ad ipsos usque flores cingentibus.

Caulis in sicca nostra, à D. *Sherard* exhibita, vix dodrantalis erat, in tres ramos divisus, foliis creberrimis ab imo ad summum usque cinctus duas trésve uncias longis, $\frac{1}{3}$tiam unciæ latis, acutis, tomentosis valde & incanis. Flores mediocres albi lucidi seu argentei.

12. Xeranthemum *Africanum* ramoſum, Gnaphalii foliis anguſtioribus, tomentoſis, oblongis, floribus albis magnis, apicibus nigris.

Caulis in ſicca, quam à D. *Sherard* obtinuimus, pedalis erat, duos emittens ramulos, *foliis* cinctos 2, 3ve uncias longis, $\frac{1}{3}$ unciæ latis, in acutum deſinentibus inferiore parte crebris, verſùs flores rariùs ſitis, lata baſi, ut in reliquis hujus generis omnibus cauli adhærentibus. Flores è maximis ſunt, petalis albis lucidis ſeu argenteis cuſpidatis umbonem medium magnum protuberantem apicibus nigris obvelatum, cingentibus.

13. Xeranthemum *Africanum* latifolium lanuginoſum *Catal. ad finem Parad. Bat.* D. *Sherard.*

Ex *radice* fibroſa molli, nulláſque propagines emittente aſcendunt *caules* ad duos pedes, ab imo ad ſummum in viridi candicante lanugine obducti, qui in ſummo divaricantur in ramos, & hi in plures pedicellos, qui *Flores* ſuſtinent 3, 4, vel plures invicem junctos: nonnunquam ad imum caulis, atque etiam è medio ramos emittunt: Hos veſtiunt *folia* alterno ordine, mollia, ſùperna parte viridia, infernâ prorſus incana, & veluti caules lanuginoſa, quæ à lata baſi, quâ caules abſque petiolis ambiunt in oblongum obtuſúmque mucronem terminantur. *Flores* in ramorum ſummitatibus umbellata quaſi ſerie diſpoſiti ſunt, & amplitudine *Gnaphalii Americani* latifolii flores multùm excedunt. Conſtant autem ex rigidis lucidis albentibus petalis, ſquamato quaſi ordine ſtrictè cohærentibus & intermedio flaveſcente diſco, qui ubi laxatur in tenuiſſima, oblonga pappoſa *ſemina* faceſſit. Gravis & non ingrati eſt odoris.

Pullulavit 1691. ex ſeminibus à D. *Oldenlandio* miſſis à *Promont. Bæ. Spei*, & flores perfecit 1692. Menſe *Auguſto*.

Hujus & alia datur ſpecies petalis diſcum cingentibus aureis.

14. Xeranthemum *Africanum* fruteſcens, folio Ericæ aut Juniperi anguſtiore breviore acuto, floribus conglobatis, exiguis, albis D. *Sherard.* forte Alaternoides *Afric.* Ericæ folio, floribus albicantibus & muſcoſis *Hort. Amſt.* T. 2. *Vide* deſcription. in add. ad Alaternum.

Folia minima, acuta & pungentia ramulos undique obſident. *Floris calix* in plures dividitur partes ſeu ſquamas albas, aridas, petala plura alba pariter & exſucca continentes, cum 4 aut 5 *floſculis* tubuloſis, ſtaminulis aliquot intermixtis.

15. Xeranthemum *Africanum* foliis brevioribus caneſcentibus, floribus minimis conglobatis albis.

A præcedente differt quod minùs ramoſus ſit, ramulis incanis & tomentoſis, non adeò. erectis, *foliis* brevioribus, plurimùm reflexis; floribus minoribus.

1. Anemonoſpermos *Africana*, foliis Cardui benedicti, florum radiis intus ſulphureis *Hort. Amſt. rar.* P. 2. *vide* Anemonæ affinem *Æthiopicam* fibroſa radice, *&c. H. L. B.* p. 42.

Radix hujus plantæ longa, craſſa & ſubflava eſt, quæ fibris albicantibus emiſſis telluri ſe inſinuat. *Caulis* fungoſus rotundus, viridis, foveis albicantibus notatur, quem nullo habito ordine duabus quaſi alis amplectuntur *folia* longa, craſſa & inciſa, quæ ab ima parte lanuginoſa, à ſuperiore viridia, per quorum medium nervus excurrit craſſus. Ex alis foliorum ab ima parte ad ſupremum uſque ramuli producuntur ejuſdem cum caule ſtructuræ, Ramulorum ſummitatem exornat è capitulo ſquamoſo *Flos* unicus diſcoides, radiatus, diſco & radiorum petalis internè ſulfureis, externè ex luteo purpuraſcentibus. Florem ſequuntur plurima *ſemina* oblonga fuſca & tomento obſita. Tota planta hirſuta eſt & aſpera, ſapore amaro inſtar Cardui benedicti. Menſibus æſtivis floret, & Autumno ſemina perficit.

2. Anemonoſpermos *Africana*, foliis Cardui Benedicti, florum radiis intus albicantibus *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice cum præcedente convenit. *Caulem* habet craſſum, fungoſum, ſtriatum, hirſutum, & bipedalem, quem alis quaſi duabus *folia* amplectuntur longa, anguſta, hirſuta, & in lacinias profundas diviſa, nervo per foliorum longitudinem excurrente craſſo. Ramuli ex alis foliorum erumpentes, è pediculo ſeſquidigito longiore, in ſummitate capitulum proferunt ſquamoſum, quod in *florem* tandem diſcoidem radiatum ſe explicat. Flores diſcum componentes lutei ſunt & quadrifidi, quibus *ſtylus* eſt luteus & bifidus, radiorum flores intus albicant, extus purpuraſcunt. Flores in eodem capitulo plurima ſequuntur *ſemina*, ſeu potiùs unumquemque floſculum ſemen ſequitur unicum, oblongum, fuſcum, quodà parte inferiore lanugine involvitur, ſuperiore floris perianthium ſiccum ſervat adnexum. Sapor hujus plantæ aqueus eſt, & ſubſalſus. Floret *Julio* & *Auguſto*, *Septembri* ſemina perficit.

3. Anemonoſpermos foliis rigidis, tenuiter diviſis, ſubtus incanis, flore aureo, umbone nigricante D. *Sherard.*

In

In sicca nobis à D. *Sherard* communicata *Folia* pediculis longis prædita in plures lacinias ad mediam usque costam dividebantur, ut pinnata viderentur. *Flores* singuli singulis pediculis seu cauliculis è *radice* egressis insidebant.
Petala florum marginalia seu radii angusta erant & oblonga.

P. 289. Ad Cap. de Carlina. Post 4tam speciem adde,

5. Carlina sylvestris multicaulis, flore flavo, radice perenni. Cnicus sylv. spinosior alter, flore aureo, perennis *Hort. Reg. Par.*

Plantam hanc, mutatâ sententiâ, ab Acorna seu Acarna altera Apula *Col.* diversam esse suspicamur, ob caulium multitudinem, floréque majores. D. *Plukenet* eam pro Heracantha *Tab. ic.* 697. habet, próque Cnico sylv. spinosiore polycephalo *C. B.*

Ad finem Capitis, vel potiùs post primam speciem in pagina præcedente, addantur.

2. Carlina acaulos, magno flore, radice perenni, montis aurei *Hor. Reg. Par.*

3. Carlina *Hispanica* acaulos, flore majore purpureo *Schol. Bot.*

4. Carlina polycephalos alba *C. B.* Ad bicubitalem altitudinem excrescit, cujus folia superiora candida sunt: apud *Helvetios* in pascuis provenit.

5. Carlina peregrina pumila, foliis rigidis, tenuissimè divisis, flo. luteo *Pluk. Almag. Bot.*

6. Carlina polycephalos, Polyacantho vulgari similis *Æthiopica, Ejusd. ibid.* T. 273. F. 4.

7. Carlina fortè *Africana,* foliis integris tomentosis, & in ambitu spinulis aureis asperata Crocodyliades *Æthiopica* nobis *Ejusd. ibid.* T. 73. F. 5.

8. Carlina Chrysanthemos *Gaditana,* floribus ad caulium nodos spicatim emergentibus *Pluk. Mantiss.* p. 38.

9. Carlina sylvestris *Æthiopica,* vulgaris foliorum æmula, flore aureo, capite spinosiore *Ejusd. ibid.*

10. Chamæleon acaulos foliis laciniatis non spinosis *Hort. Pisan.* D. *Sherard. Caput* Cinaræ magnitudine absque caule erumpit, inter plurima folia repanda, viridia, ampla, laciniata, folia Sambuci laciniati referentia, *Flos* ex cœruleo rubente pallidus. Prope Tunisiam urbem inventa est à D. *Tilli Botan.* Professore publico in Academia *Pisana.*

11. Acarna umbellifera flore patulo *Lusitanica* N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

12. Carlina sylvestris Alpina, angusto longo & incano folio *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 14.

Profert hæc planta *folia* angusta & oblonga, Trinciatellæ *Camerarii* similia, & supra terram paulò plus spithama elata. Invenitur prope vicum *Sestola,* sub *Cimone di Fanano,* locis umbrosis.

13. Carlina sylvestris incana, Cornucopioides *Savonensis Bocc. Mus. pl. rar.* p. 125.

Pedali altitudine supra terram assurgit. *Radice* nititur perenni, *flore* est flavo. Calix & capitulum Cornucopiæ figuram imitantur, duas uncias longa. *Folia* incana sunt, subtilissima lanugine vestita. In mediis saxis crescit, secus viam, [unius Milliaris ab urbe *Savona* distantia] quà itur ad Dam. *della Misericordia.*

P. 290. Ad Cap. de Senecione.

1. Senecio pusillus *Maderaspatanus,* foliis crenatis, crassis & hirsutis *Plukenet. Phytogr.* Tab. 60. F. 3.

2. Senecio *Americanus,* purpuro-cœruleo flore *Elem. Bot. Tournef.*

3. Senecio *Atticus,* vulgari similis, flore petalis ferè inconspicuis radiato *Pluk. Almag. Bot.* qui eam à D. *Georgio Wheeler* accepit.

4. Senecio *Æthiopicus,* an potiùs Jacobæa Senecionis folio, flore pulchro purpureo: *Pluk. Almag. Bot.* In horto *Chelseiano* curâ D. *Doodii* enata est.

5. Senecio parvus, pennatis foliis, *Æthiopicus Pluk. Almag. Bot.* T. 314. F. 6.

6. Sene-

6. Senecio perennis, latiore folio *Promont. Bæ. Spei* ad D. *Doodium* miſſus *Ejuſd. Phytogr.* T. 223. F. 5.

7. Senecio latifolia *Salacica* N. D. *Virid. Luſit.* Griſl.

8. —— latifolia altera *Luſitanica* N. D. *Ejuſdem.*

9. —— lanuginoſa *Luſitana* N. D. *Ejuſdem.*

10. —— multifida, flore amplo *Luſitana* N. D. *Ejuſdem.*

11. —— Senecio flore odorato *Munting. Herbar. Belg.*

12. Senecio major, florum calice purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice nititur oblonga rubeſcente, fibrillis albis undequaque emiſſis alimentum hauriente. *Caulis* indè exſilit teres, viridis, ſucculentus, ſeſquipedalis ferè, foliis crebris, nullo ordine poſitis, pediculorum expertibus, undique cinctus, 4 plus minus uncias longis, ab anguſto principio ſenſim dilatatis ad extremum ferè, ubi unciam propemodum lata ſunt, inde mox anguſtata in punctum deſinunt, ad oras valde ſinuata ſeu laciniata. Senecionis vulgaris in modum. *Flores* in ſummitate plures, nudi, colore pallido ſeu luteo-albicante: Foliola calicem componentia purpuraſcunt. Florum pediculi nunc longiores ſunt, nunc breviores.

13. Senecio Americanus altiſſimus Blattariæ vel Hieracii folio *Schol. Bot.* Afric. maximus, folio Dipſaci laciniati *P. B. P. Herman.* Par. Bat.

Herman.

Inſigni feracitate & copia, è delapſo ſemine pullulans in hortis noſtris luxuriat hæc ſpecies. *Radice* nititur pluribus fibris capillata, quæ *caulem* protrudit bipedalem, & aliquando proceriorem, rotundum, leviter ſtriatum, digitum craſſum, nonnunquam glabrum, nonnunquam breviſſimis pilis hinc indè præditum. *Folia* ima *Blattariæ*, vel potiùs *Dipſaci laciniati* foliis ſimilia ſunt, quæ cauli & ramis hærent, digitum longa, pollicem lata, *Sonchi laciniati* in modum laciniata & crenata, in acumen tendentia. Ramorum ſummitates exornant *capitula* plurima, oblonga, viridia, in imo craſſa ſeu ventricoſa, ut Sonchi capitula, quibus & magnitudine ferè accedunt, quæ in villos ſummo ſubſulphureos ſe expandunt, abſque ullis in ambitu petalis. Semina ſequuntur parva pappeſcentia. Sapor foliorum primò herbaceus eſt, poſtea aliquid Cuminacei relinquit.

14. Senecio Myoſotidis ſive Piloſellæ foliis *Marilandicus Pluk. Mantiſſ.* p. 170.

15. Senecio Erini majoris folio, flore oblongo ſingulari *Ejuſd. ibid.*

16. Senecio hirſutus, foliis latioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Senecio hirſutus *C. B.*? Planta hæc cum Senecione incano pingui *C. B.* convenit, latiora tamen folia, cauléſque craſſiores profert, & *flores* q. petalis parvis donantur. Fortè idem eſt quem *C. Bauhinus* in *Pin.* pro Senecione Ambroſiæ odore habet. D. *Bobart.*

17. Senecio *Indicus*, Atriplicis folio glabro *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Caule* aſſurgit dodrantali aut pedali, tereti, gracili, *foliis* paucis iiſque Atriplicis aut Halimi ſimilibus, pediculis ſemuncialibus inſidentibus, donato. Caulis ſummitas in pediculos, rurſus in petiolos alios breviores abeuntes, diviſa, *flores* gerit Erigeri ſimiles, parvos, qui congenerum in modum in pappos breves candidos evaneſcunt. D. *Bobart.*

18. Senecio *Mexicanus*, foliis integris ſerratis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Yztomio ſeu lanuginoſa herba *Recchi.* Herba eſt *folia* ferens hirſuta, ſpinoſa, & undulata, *caulem* pallidum, duos cubitos longum; *flores* candentes, parvos, calyculis contentos, & in pappos tandem abeuntes; *radices* verò multas, fibris ſimiles. D. *Bobart.*

19. Senecio minor, Bellidis majoris folio *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix fibris pluribus, ſeſcunciam longis, glabris, tenuibus, filamentoſis conſtat. *Caulis* teres, incanus, 5 aut 6 uncias altus, paucis *foliis* nullo ordine poſitis, immediatè abſque pediculis adnaſcentibus veſtitus. Sunt autem Folia initio anguſta, paulatim lateſcentia, ad extremum uſque ſubrotundum; unciam circiter longa, hirſuta, incana ſeu è viridi albicantia, duabus tribúſve crenis perſæpe inciſa, foliis Bellidis maj. caule folioſo *C. B.* ſimilia. Summus caulis & ramuli è foliorum alis exeuntes *flores* ſuſtinent *Senecionis* floribus per omnia ſimiles, è plurimis floſculis luteis arctè ſtipatis compoſitos & plurimorum oblongorum, anguſtorum albicantium foliolorum circulo obvallatos.

In ripis fluvii *Rio Cobre* dicti infra urbem S. *Jago de la Vega*, eodem cum urbe latere.

20. Senecio

20. Senecio *Mexicanus* erectus, tribus foliis integris mucronatis, ad genicula sitis *Morisi hist.* P. 3. Coapatlis 4. *Recchi. Folia* profert oblonga, aspera & firma; *caules* læves, teretes & purpureos, ac sex spithamas longos: *flores* in summis caulibus albos, at in luteum colorem tendentes, pilosos & orbiculares è calycibus oblongis erumpentes. D. *Bobart.*

12. Senecio *Madraspatana*, Rapi folio, floribus maximis, cujus radix à nonnullis *China* dicitur *Mus.* P. 680. Paring-checka *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 274. p. 943.

P. 292. Ad Cap. De Cacalia.

Cacaliæ notæ sunt Flores fasciculatim in summo caule congesti. Calix integer denticulatus: Folia ampla subrotunda.

5. Cacalia Alpina, foliis angulosis & acutioribus, subtus tomentosis *Schol. Bot.* N. D.

6. —— Alpina, foliis araneosa lanugine obductis *Ejusdem* N. D.

7. —— maxima, foliis subtus tomentosis *Ejusd.* N. D.

8. —— *Pyrenaica* Alliariæ foliis *Ejusd.* N. D.

9. —— *Africana* Prom. Bæ Spei *Pluk. Phyt.* T. 153. F. 1. Hanc in *Almagesto Bot.* Cacal. Americanam, Urticæ folio glabram flore purpurascente vocat. An Yztactex-caltlacotl Mexicensibus seu Virga nigra saxorum *Hernandez* apud *Recchum* Fol. 167.

10. —— *Alpina* foliis utrinque denso & candidissimo tomento obsitis *Elem. Bot. Tournef.*

11. —— tomentosa *C. B.* in Phytop. & Prod. descripta *Ejus.*

12. Cacalia *Virginiana* glabra, foliis deltoidibus sinuatis, subtus glaucis *Moris. hist.* P. 3. Nardus Americana procerior, foliis cæsiis *Pluk. Radicem* habet nodosam, fibris tenacibus affixam, unde *folia* emergunt deltoide, aut ad formam triangularem tendentia, palmum aut ampliùs lata, superiori parte viridia, inferna glauco aut cæsio colore, venis carnosis eminentibus donata, marginibus profundè dentatis aut sinuatis, pediculis longis insidentia. *Caulis* rotundus erectus, bicubitalis aut elatior purpurascens aut ad rubedinem tendens, assurgit, minoribus foliis per intervalla ornatus. Summum fastigium in aliquot breves ramulos nudos dividitur, quibus insident plurima *capitella* oblonga, striata, calicum vices præstantia, & eorum quodlibet 5 *flosculos* longos, tetrapetaloides, pallidos ad purpureum colorem vergentes, cum stylo in medio concolore bifurcato, continet: Is autem in semen haud parvum, tumidum, nigricans, pappo candido appensum desinit. Radix restibilis est. D. *Bobart.*

13. Cacalia foliis rotundioribus, ad caulem sessilibus *Moris. hist.* P. 3. *Folia* profert rotunda. Sed hac nota ab aliis discretu facilis est, quòd absque pediculis (cùm aliæ præcedentes pediculis longis gaudeant) cauli adnascantur. Hujus notitiam D. *Sherard* debemus, *vide* paulò infra Eupatoria Valerianoides &c.

P. 292. Ad Cap. de Conyza flore nudo seu Baccharide.

Ad finem paginæ adde locum *Conyzæ Baccharis Monspelienstum* dictæ.
In montosis & ficcioribus, inque aggeribus terrenis secus vias publicas in *Anglia* & exteris regionibus invenitur.

P. 293. Adde Spec. seq.

1. Conyza major odorata seu Baccharis, floribus purpureis nudis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix huic crassa, lignosa, brevis, fibrillas plurimas è lateribus undequaque emittens. *Caulis* ad altitudinem Baccharidis *Monspelienstum Ger. Park.* assurgit, teres, purpureus, solidus, *foliis* nullo ordine positis vestitus, pediculis uncialibus insidentibus, 3 unc. longis, 1 latis, [media latissima parte] hirsutis, circa margines crenatis, prope fastigium in plures ramos divisus, eósque in surculos aliquot subdivisos, quos terminant *capitula* rotunda, purpurea Baccharidis *Monspelienstum* magnitudine, petalis innumeris aridis, & lanugine alba composita, Gnaphalii *Americani* capitulorum propemodum similia, quibus brevi succedunt *semina* multa, fusca, cannulata, papposa.
Tota planta odorem spirat gratissimum.
In maritimis palustribus, propè domum D. *Delacree*, loco *Liguanee* dicto invenit Auctor.

2. Papposa

2. —— Pappoſa fruticeſcens Æthiopica, foliolis tenuibus creberrimis ut in Pinu aut Erica floribus nudis, pappo prælongo ſemini innaſcente.

Caules & ramuli lignoſi ſunt, *foliis* creberrimis, anguſtiſſimis, unciam longis, acutis undique cincti & obtecti, ab imo ad ſummum uſque. *Flores* ſummos ramos, in 8, 4ve ramulos diviſos, occupant, ſatis ampli, nudi, è plurimis floſculis diſcum componentibus compoſiti. Floſculi autem ſinguli ſingulis ſeminibus è tubo oblongo ſumma parte in quendam q. calicem marginibus crenatis dilatati inſident. Floſculum ambit eidem ſemini innaſcens pappus prælongus luteus vel pallidus.

3. Baccharis *Palmenſis* folio ſubrotundo ſerrato *Muſ. Pet.* 152. *Radix* denſo fibrarum ceſpite conſtat. *Caulis* ſimplex dodrantalis aut altior, foliis veſtitus ima parte ſubrotundis ſerratis, ſuperiùs longis, acutis, circa margines dentatis. Flores in ſummo caule coacervati, nudi, parvi, &, ut in ſicca videtur, purpuraſcentes. In Horto *Beaufortiano* ſuccrevit. D. *Sherard* miſit.

4. Conyza Urticæ folio *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix pluribus albis, craſſis & robuſtis filamentis, fibrillas laterales emittentibus conſtat. *Caulis* indè egreditur quadratus, rubeſcens, lignoſus, 1½ pedem plus minùs altus, *foliis* ut & ramulis oppoſitis donatus, illis, in pediculis ¼tas unc. longis, ſeſcuncialibus, media latiſſima parte ¾tas unc. latis, è pediculo ad medium uſque latitudine augeſcentibus, exinde paulatim contractis in apicem acutum, circa margines profundè ſerratis, & Urticeorum ſimilibus. *Flores* & ſemina in ſummitate proveniunt, hæc parva, nigra, pappoſa, pro calice foliolis in ambitu ſquamatim diſpoſitis compreſſa, ut in reliquis hujus generis.

In *Jamaica* & *Caribbæis* inſulis frequens invenitur.

5. Conyza folio haſtato ſeu triangulari, ſerrato, glabro *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice firmatur longa, alba, fibras aliquot laterales emittente. *Caulis* inde exſilit viridis, lævis, quadratus, ſeſquipedalis, pennâ cygnea craſſior, ad intervalla ſeſcuncialia ramulos emittens, binos oppoſitos, *foliáque* pariter in ramis ex adverſo bina, pediculis uncialibus innixa, propemodum triangularia, unciam ad baſin lata, à pediculi apice ad punctum oppoſitum menſurâ ſumptâ paulò longiora, circa margines profundiùs ſerrata, colore luteo-viridi, nervoſa, nervis ſeu coſtis Plantaginearum æmulis ea percurrentibus. *Flores* in ramulorum faſtigiis albicantes, nudi, Senecionis ſimiles. *Semina* ſubſequuntur parva, pappoſa, canaliculata, fuſca.

Loco 16 **Miles-walk** dicto, in agris D. *Nedham* oritur.

P. 294. Ad Cap. de Eupatorio Avicennæ.

Eupatorii Avicennæ nomine donamus plantas Floribus pappoſis, nudis, in ſummis caulibus in umbellæ ferè formam plerumque diſpoſitis; foliis in caulibus binis oppoſitis aut ternis ad eundem exortum. Addi poteſt Florum capitula plerunque oblonga & anguſta eſſe, ſquamata, 5 vel 6 floſculos, 5partitos, tenues, cum comoſis ſtaminulis continentia.

1. Eupatorium Conyzoides Verbaſci folio, ſeu Baccharis *Americanâ* ſuaveolens, **Sweet-weed** *Barbadenſibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 77. F. 1.

Altitudo ei pedalis aut bipedalis: Caulis durus, teres, foliis pediculis brevibus inſidentibus oblongis, Verbaſci minoribus, molli lanugine (præſertim ex adverſo) pubeſcentibus veſtitus. *Caulis* ſummitas variis petiolis divaricatur, & plurima capitula, rotunda, nuda, proximè antecedentibus ſimilia, breviora tamen, in corymbum aguntur, mox ſemine pappoſo gravida avolatura. D. *Bobart.* Inſulæ *Barbados* alumna eſt.

2. Eupatorium Conyzoides integro Jacobææ folio, glabro & duriuſculo. *Indiæ Orientalis* fortè Jaceæ vel Serratulæ affinis Breynii *Cat. Hort. Lugd. Bat. App.* Pluk. Phyt. T. 77. F. 5.

Ad *caulem* lignoſum, ſtriatum alternatim apponuntur *folia* integra, ſubrotunda, unciam unam aut alteram lata, 2 aut 3 longa, mollia, in ambitu levidenſibus denticulationibus ſerrata, arctè & abſque pediculis eundem amplectentia. Ex horum alis alii protruduntur cauliculi, & ii rurſus in minores abeunt, qui *Capitula* parva, globoſa, plurima, in pappum faceſſentia ſuſtentant. D. *Bobart.*

Poſt ſecundam ſpeciem pro tertia & quarta interſerantur,

3. Eupatorium Cannabinum *Americanum* anguſtifolium *Park.* Eupat. *Canadenſe* flo. luteo *Hort. Reg. Par.*

4. Eupatorium *Canadenſe* latifolium, Enulæ folio, caule vireſcente *Schol. Bot.* *Folia* viridia 4 aut 5 unc. longa, 2 aut 3 lata, dentata, binatim cauli erecto tereti viridi adnat. *Flores* purpuraſcentes.

Eupa

5. Eupatoria Conyzoides odorata, folio crenato molli ſubincano *Plukenet. ibid.* F. 2. Serratula *Noveboracenſis*, folio leviter crenato, molli, ſubincano *P. B. P.* An *Cattu-Schiragam H. M.* p. 2? Reliqua Synonyma vide loco citato.

6. Eupatorium triphyllon *Mexiocanum*, floribus albicantibus *Pluk. Almag. Bot.* Coapatli Quauhuacenſis ſeu 4ta *Hernandez* apud *Recchum* p. 36.

7. Eupatoria Conyzoides *Maderaſpatana*, foliis glabris, flore purpuraſcente *Pluk. Phyt.* T. 177. F. 2. An Nari Patsja *H. M?*

8. Eupatorium *Bermudenſe* latifolium, floſculis palleſcentibus, **Silver-Weed** noſtratibus vulgò *Pluk. Phyt.* T. 243. F. 2.

9. Eupatorium anguſtiori folio *Bermudenſe*, floribus flaveſcentibus **Hog-Weed** noſtratibus dictum.

10. Eupatoria *Virginiana*, Serratulæ *Noveboracenſis* latioribus foliis *Pluk. Almag. Bot.* T. 280. F. 6. Ad Serratulam potius referendam putat.

11. Eupatoria Conyzoides *Palæſtina*, Lapathi rigidioribus foliis, ima parte auriculis bigemellis donata *Pluk. Almag. Bot.* Behen album *Rauwolfii J. B.* T. 3. l. 25. p. 37.

12. Eupatorio adfinis *Americana* bulboſa, floribus ſquarroſis calyculis contectis *Pluk. Phyt.* T. 177. F. 4. Planta pappeſcens non lacteſcens *Virginiana Baniſt. Cat. Mſſ.*

Eupatorii tres ſpecies apud *Abraham. Munting.* invenio in *Herbar. Belgico*, nimirum,

13. Eupatorium ſpicatum *Novæ Angliæ.*

14. Eupat. *Americanum* ſpicatum flore coccineo.

14. * Eupat. *Virginianum* caule alato.

15. Eupatorium *Novæ Angliæ*, Urticæ folio, floribus purpuraſcentibus, maculato caule *H. Ac. L. B. Herman. Parad. Bat. Pluk. Almag. Bot. Herman.*

Eupatorio cannabino *C. B.* humilius eſt, altitudine ſeſquicubitum vix excedens. *Radices* obliquè agit pallidas ſurculoſas, numeroſis fibris comatas; è quibus *Caules* eriguntur, glabri, ſolidi, teretes, punctis lineoliſve puniceis undique reſperſi, & ad ſingula genicula *foliis* 4, rariùs 3bus, Urticæ majoris foliorum æmulis, ſed craſſioribus minúſque crenatis, circundati. *Floſculi* ſitu & habitu Eupatorio prædicto ſimiles ſunt, plures nempe ex uno folioſo oblongo capitulo tanquam calice prodeunt, ſinguli verò ex rubente quinquifido tubulo, & concolori bifurcato ſtylo contexti ſunt. Hi *Septembri* menſe evaneſcunt in pappum, quo tempore & *caules* exareſcunt, ſola remanente radice, quæ ſequenti æſtate regerminat. Tota acris, amari & ingrati ſaporis eſt, non aromatici, prout ei adſcripſit qui ex *N. Anglia* tranſmiſit. Idem obſervare eſt in Valeriana Urticæ folio flore albo, cujus radicem Nardum redolere ſcribit Cornutus, cùm in ea quæ in hortis noſtris colitur odor nullus percipiatur. Ità pro cœli & ſoli varietate varium quoque eſt ingenium plantis.

Hanc etiam è *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

16. Eupatorium *Novæ Angliæ*, Betonicæ foliis villoſis, flore albo *Herman. Parad. Bat. Nov. Angl.* Stachydis ſeu Betonicæ foliis crenatis, floribus albis *P. B. P.* Nepetæ folio anguſtiori ſubaſpero, flor. albis longioribus *Americanum Breyn. Prod.* 2. Vide paulò inferiùs D. *Bobarti* deſcriptionem huc transferendam.

Cùm primùm ex ſemine pullulâſſet planta tota incanis & lanuginoſis villis pubeſcebat, ut Stachydem potiùs quàm Eupatorium dixiſſes. Adultiori factæ omne ferè tomentum evaneſcebat. *Caulibus* eſt pedem altis, in aliquot ramos, & his rurſus in minores, divaricatis, nunc ſolitariis, nunc conjugatis, ſingulis ſuſtinentibus floſculos, congeneribus ſimiles, exalbidos, in pappum abeuntes. *Folia* Betonicæ aut Mentaſtro reſpondent, rugis & villis exaſperata. Caulis parti inferiori bina ex oppoſito, in progreſſu verò & ramulis ſolitaria hærent. *Radix* fuſca eſt, fibroſa & annua. Guſtu & odore evidenti videbatur deſtituta.

Enata eſt ex ſeminibus è *Nova Anglia* abſque adſcriptione nominis acceptis.

17. Eupatorium *Virginianum* longiſſimis & anguſtiſſimis foliis *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Eupat. Enulæ folio minus *Breyn. Prod.* 2? Eupat. cannab. anguſtifolium *Americanum Park?*

Caulis humanam altiudinem ſuperat, frequentioribus ac pluribus *foliis* anguſtioribus longioribus ac Salignis veſtitis. Eodem modo floret quo reliquæ ſuæ ſortis. Ex ſemine *Virginienſi* ortum eſt. D. *Bobart.*

18. Eupatorium humile *Africanum*, Senecionis facie, folio Lamii *Herman. Parad. Bat.* Senecio *Americanus* Lamii facie *Schol. Bot.* An Eupatorium *Americanum* Nepetæ folio latiori, floribus albis brevioribus *Breyn. Prod.* 2? Conyza *Americana*, Lamii folio, flore albo *Tournef. Elem. Bot.*

Herman.

De patrio ſolo hujus Eupatorii nihil certi nobis conſtat. D. *de Block*, in cujus Horto primum conſpeximus, ſemina ejus ex *Mauritania* ad ſe delata eſſe referebat. Opacis maximè gaudet, & in his altiùs aſſurgit quàm in iis quæ Solis radiis ſunt oppoſita. Profert *caulículos* tenues, infirmos, altitudinis palmaris aut pedalis, ad ſingula genicula binis ex adverſo ramulis, & juxta hos totidem *foliis*, Lamii æmulis ſed mollioribus, tenuioribus & rotundioribus adornatos, ramulis proceritate ſæpe caules ſuperantibus. *Apices* comantur *floſculis* albis lanugineis, in capitula Senecionis inſtar congeſtis; quibus emarcidis ſuccedunt *Semina* nigra parva, incano pappo criſtata. *Radix* annua eſt, è tenuibus fibris cohærens.

19. Eupatorium *Americanum* Amaranthoidis Indici majoris folio *Herm. Parad. Bat. Americ.* tomentoſum, Lychnidis coronariæ foliis & facie, flore albo *Breyn. Prod.* 2.

Herman.

Partibus omnibus incana hirſutie pubeſcebat, ut per initia potiùs *Lychnidis coronariæ* aut *Amaranthoidis Indici majoris* quàm *Eupatorii* genus referre videretur. *Caules* binorum palmorum altitudine ſurgebant, in aliquot ramos brachiati, albidíſque diſcoideis *floſculis*, in umbellæ formam collectis ornati. *Folia* caulibus hærebant abſque pediculis conjugata, prædictæ *Lychnidi Amaranthoidi* perquam ſimilia, latitudine pollicem, longitudine ſemidigitum complentia, & in obtuſum mucronem deſinentia. *Semina* congenerum ritu pappeſcebant. *Radix* è fibris contexta perennabat. Sapore & odore ſingulari nullo conſtabat.

E *Curaſſavia* inſula D. *Beaumonti* curâ in *Belgium* tranſlata eſt.

20. Eupatorium *Virginianum*, flore albo, foliis Menthæ anguſtioribus, ſeſſilibus, minutim dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Caulibus* donatur tenuibus, rotundis, glabris, quibus ad biuncialem intercapedinem ex adverſo opponuntur folia ſeſſilia, duos pollices longa, mucronata Menthæ æmula, marginibus leviter dentata. Caulis ſummitas dividitur in corymbum, cujus pediculi multis capitellis, & in iis floſculis albis tenuibus ornantur. D. *Bobart.* à D. *Baniſter* è *Virginia* accepit.

21. Eupatorium *Americanum*, Nepetæ folio anguſtiore ſubaſpero, floribus longioribus albis *Breyn. Prod.* 2. *Caulis* huic hirſutie ſubaſpera amictus, rectè aſcendit. *Folia* inferiora ex anguſto principio, (medietate in ſemuncialem latitudinem expanſa) biuncialem aut ampliorem acquirunt longitudinem, villis aſperiuſculis donata, vultúmque Nepetæ anguſtioris ſeu mediæ obtinentia. Folia in caule aſſurgentia anguſtiora fiunt, ſúntque dentata. Caulis cacumini capitulorum plurimorum (aliis longiorum) floſculos candidos & tenues continentium, mox in pappos dehiſcentium bene magna inſidet copia. D. *Bobart.* Datur & alia hujus ſpecies foliis latioribus.

22. Eupatorium *Zeylanicum*, foliis dentatis, ad pediculos breves auriculatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Eupatoria Conyzoides maxima *Canadenſis* foliis caulem amplexantibus *Pluk. Phyt.* T. 87. Hæc prioribus procerior planta caulibus ſubrotundis, ſolidis, gracilibus aſſurgit. *Folia* alternatim ſita, oblonga, pollicem lata, mucronata, ſuperne viréſcentia, infernè molli albedine conſperſa & dentata profert, pediculis brevibus inſidentia; & ad pediculum brevem folium in auriculas deſinit. Supremi caules floribus plurimis, candidis, ſtaminuloſis ornantur minimis. D. *Bobart.* à D. *Hermanno* habuit.

23. Eupatorium *Americanum*, flore albo, Betonicæ folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hæc, quam D. *Tournefort* debemus, folia longa profert & acuta, denticulationibus non (ut in aliis) acutis, ſed rotundioribus Betonicæ in modum inciſa. D. *Bobart.*

24. Eupatorium fruticans *Africanum*, foliis Ericæ brevioribus floribus longis anguſtis, umbellatim naſcentibus.

Frutex eſt firmus lignoſus, in plurimos ramulos diviſus *foliis* Ericæ aut Corios minutiſſimis cinctos, in faſtigio plurimos *flores* geſtans longos, anguſtos, erectos. Flores præterierant, pappo ſeu lanugine tantùm reſidua denſa, alba, ſupra calicem ſquamoſum extante. Omnes ramuli in ſummo caule æquæ ferè longitudinis ſunt, ut flores in eorum faſtigiis conferti umbellam ſimul efficiant.

25. Eupatorium latifolium, floribus longis anguſtis in ſummo caule umbellatim digeſtis.

Caulis dodrantalis *foliis* plurimis, nullo ordine poſitis veſtitus, ſeſcunciam aut 2 uncias longis, unciam latis, in acutum mucronem productis, ſupernè viridibus, ſubtus incanis, obiter interdum dentatis, *Flores* in faſtigio geſtans plurimos, oblongos, anguſtos, denſe ſtipatos, in umbellam digeſtos, non tamen æquam, ſed in medio protuberantem & altiorem. Florum color quis fuerat neſcimus, ſed calices reſidui ferruginei ſunt. Hanc & præcedentem D. *Sherard* contulit.

26. Eu-

26. Eupatoria Valerianoides *Virginiensis*, Trissaginis foliis absque pediculis *Pluk. Phytogr.* T. 88. F. 4. Cacalia foliis rotundioribus, ad caulem sessilibus *Banist. Cat. Mss.*

Caulis huic teres, hirsutus, rigidus: *Folia* bina opposita, crebra, unciam longa, lata basi, mucrone acuto, circa margines serrata: *Flores* in summis caulibus velut in umbellas congesti, parvi, ut in hoc genere, & (quantum in sicca discernere licuit) albicantes.
E *Marilandia* attulit secum in *Angliam* redux D. *Vernon.*
Hanc superiùs breviter descripsimus sub titulo Cacaliæ.

27. Eupatoria hirsuta, Hyssopi foliorum æmula *Virginiana Pluk. Phyt.* T. 88. F. 2. Eupatorium *Virginianum* Lavendulæ foliis, floribus albis *Hort. Beaumont.*

Plantæ nostræ *Marilandicæ* folia non admodum hirsuta sunt, Hyssopi foliis longiora & angustiora, è quorum alis folia aliquot minora exeunt. *Flores* in summo caule (ut in hujus generis aliis) umbellatim digesti, calice angusto cincti, albi.

28. Eupatorium *Virginianum*, Salviæ foliis longissimis acuminatis perfoliatum *Pluk. Phyt.* Tab. 87. F. 6.

Huic (describente *Plukenetio*) *folia* longa, cuspidata, bina opposita, & ad basin continua invicem (ut in *Dipsaco*) ut ea caulis transadigat, & sinum quendam ceu pelvim aquæ continendæ efformet. Verùm hoc non est perpetuum in hisce foliis: Quorundam enim bases non continuæ sunt sed discretæ; omnium tamen latæ sunt & caulem amplectuntur; inque longissimos & acutos mucrones exeunt. *Caules* hirsuti sunt. Flores in summis caulibus & pediculis è foliorum supremorum alis egressi, parvi, albi, in globulos coacti, in icone *Plukenetiana* non rectè expressi.
Hujus specimen siccatum nobis communicavit D. *Sloane* à D. *Vernon* è *Marilandia* allatum.

Addit D. *Plukenet* Eupatorium *Marianum* longissimis acuminatis foliis non perfoliatum floribus albicantibus, pro nova specie in *Mantiss. Almag.* Quod an pro diverso habendum sit necne valde dubito.

29. Eupatorium cannabinum, foliis in caule ad genicula ternis, floribus parvis, umbellatim in summis caulibus dispositis, *Marilandicum.* An Eupatorium triphyllon Salviæ folio, capitulis amœnè purpurantibus *Pluk. Mantiss.*

Folia Floris Solis foliorum figurâ, sed multis numeris minora. *Caulis* tenuis, teres, rigidus, summa parte hirsutus. *Flores* minimi ut in reliquis hujus generis, nec adeò longos habent calices, nec adeò exactè in umbellas digesti sunt, sed potiùs ad modum Valerianæ rubræ *Dod.* dispositi.
E *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

30. Eupatorium *Americanum* Melissæ foliis magis acuminatis *Pluk. Phyt.* T. 87. F. 3. An Eupat. *Næ. Angliæ*, Stœchadis seu Betonicæ foliis crenatis, flore albo *P. B. P?*

Caulis huic tenuis, rubescens. *Flores* in fastigio umbellati, breviores & habitiores quàm in hoc genere, colore purpureo saturatiore seu purpuro-cœrulei. Folia Althææ figurâ & mollitie.
In *Marilandia* collegit D. *Vernon.*

31. Eupatorium *Marilandicum*, Urticæ folio molli, capitulis magnis.

Caules tenues sunt & infirmi, ad foliorum insertionem anguloſi & huc illùc reflexi. *Folia* longis & tenuibus pediculis insident, figura Urticæ similia, dentibus majusculis serrata, in tenues & acutos mucrones producta. *Flores* in summo plures in umbellæ parvæ formam compositi majusculi.
In *Almagesto Botan.* D. *Plukenet.* invenio hunc Titulum,

32. *Eupatoria Conyzoides, Urticæ folio molli & incano, capitulis magnis, Americana,*

Qui plantæ nostræ bene convenit, excepta foliorum canitie; Nostræ enim folia viridia sunt & glabra.

33. Eupatorium *Marilandicum*, foliis Belvedere longis, angustis, alternatim positis, caule tenui, umbellâ in summo parvâ florum purpurascentium.
Caulis valde tenuis est, dodrantem altus, non ramosus; *flores* in fastigio 5 aut 6, & fortè etiam plures, in singulis pediculis singuli in umbellæ formam dispositi. *Folia* ad margines non prorsus æqualia sunt, sed obiter dentata, obtusis & raris dentibus, ut in Hieraciis nonnullis.
Huic cùm folia in caule alternatim posita sint, locus alibi quærendus est.

34. Eupatorium *Marilandicum* hirſutum, foliis in caule bijugis, minoribus, ſerratis; floribus albis, oblongis, in ſummo caule in umbellæ formam diſpoſitis.

Caulis teres, rubeſcens, rigidus, hirſutus, *foliis* ad intervalla breviora cinctus ex adverſo binis, ſeſcunciam plus longis, ¼tas unciæ latis, circa margines ſerratis, utrâque extremitate acutis. *Flores* in ſummo caule, & ramulis è foliorum ſuperiorum alis egreſſis plures ſimul, oblongi, albicantes, omnes in umbellæ formam digeſti.

35. Eupatorium *Marilandicum* foliis in caule bijugis, parvis, oblongis, ad baſin præcipuè dentatis; floribus in ſummo caule parvis umbellatim diſpoſitis, albentibus.

Caulis tenuior eſt quàm præcedentis; foliorum conjugationes rariùs ſitæ. *Folia* ad baſin latiſſima ſunt, rarioribus & majuſculis denticulis inciſa, prope mucronem, (qui longus eſt & acutus) nullis. *Flores* in ſummo caule & ſupremorum foliorum alis conferti, parvi, & quantum in ſicca diſcernere licuit, albicantes.

36. Eupatorium *Africanum*, arboreſcens, ſemper virens, flore Senecionis albo. *Cat. ad finem Par. Bat.*

Caulis teres, vix hirſutus, *foliis* veſtitus non admodum crebris alterno aut potiùs nullo ordine poſitis, unciam plus latis, 3 uncias longis, acuminatis, pediculis ſemuncialibus adnexis, per margines denticulis ſerratis non tamen æqualibus, ſed aliis majoribus, aliis minoribus, ſumma parte in ramulos & pediculos dividitur, floſculos plurimos velut umbellatim digeſtos ſuſtinentes. D. *Sherardus* hanc plantam contribuit.

37. Eupatorium *Americanum* fruteſcens fœtidiſſimum.

In ſicca nobis à D. *Sherard* exhibita *folia* inferiora media parte 4 ferè uncias lata erant, duplo longiora, acuminata, circa margines inæqualiter dentata, pediculis uncialibus: quæ caulem obſident duplo anguſtiora, oblonga acuminata, & Jaceæ vulgaris ferè figura, alternatim adnaſcentia. Caules ramoſi, ſtriati. In ſummis autem caulibus & ramulis *Flores* copioſi velut in corymbum aut umbellam parvam congeſti, nudi, breves & latiuſculi, colore purpuraſcente. Horti *Beaufortiani* alumna erat hæc planta.

38. Eupatoria Valerianoides, flore niveo, Teucrii foliis cum pediculis *Americana Pluk. Phyt.* T. 88. F. 2.

39. Eupatorium *Marianum* Scrophulariæ foliis, capitulis globoſis, colore cœleſtino *Pluk. Mantiſſ.* p. 71.

40. Eupat. *Africana* graveolens, Rapiſtri aquat. *Tabern.* foliis, floribus purpureis. *Ejuſd. ibid.* In horto *Chelſeiano* ex ſemine enatam vidit.

41. Eupat. *Marianum* Virgæ aureæ foliis, floribus aureis umbellatis *Pluk. Mantiſſ.*

42. Eupat. *Africanum* Agerato affinis *Peruvianæ* foliis *Almag. Bot. Append.* E terra *Mariana.*

43. Eupat. *Marianum*, Agerato affinis *Peruvianæ* foliis, binis ex adverſo ſitis floribus oblongis *Pluk. Mantiſſ.*

44. Eupat. Conyzoides ſeu Baccharis *Africana*, Rhaphani aquatici ſeu Verbeſinæ foliis lætè virentibus, capitulis bullatis albis ſummo caule glomeratis *Pluk. Mantiſſ.* In Horto D. *Uvedale* vidit.

45. Eupatorium Limonii foliis humile, albicante pappo, *Monomotapenſe Ejuſd. ibid.*

46. Eupat. Circææ foliis incanum, purpuraſcente pappo, Ex inſula *Johanna Ejuſd. ibid.*

47. Eupat. *Coromandelianum*, palleſcentibus foliis Alaterni *Ejuſd. ibid.*

48. Eupat. *Marianum* Jaceæ vulg. folio integro, Baccharidis facie, amplioribus capitulis aureis *Ejuſd. ibid.*

49. Eupat. *Marianum* Hieracii Sabaudi *Lob.* foliis dentatis & aſperis *Ejuſd. ibid.*

50. Eupat. Jaceoides ex *Terra Mariana*, quæ revera eſt Jaceæ & Serratulæ affinis, capitulis Baccharidis *Breyn. Prod. Ejuſd. ibid.*

51. Eupat. Rapiſtri arvenſis foliis, capitulis parvis *Coromandelianum*, pappo candidiſſimo *Ejuſd. ibid.*

52. Eupat.

52. Eupat. *Americanum* tomentoſum, Lychnidis coronariæ folio & facie, flore albo *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Manniſſ.*

53. Eupat. Conyzæ minimæ foliis rigidioribus, capitulis parvis *Coromandelienſis Ejuſd. ibid.*

54. Eupat. *Indicum*, folio Lampſanæ modo diſtincto, flore minori, *Eltameecoondo Malabar. Ejuſd. ibid.*

P. 296. Ad Gnaphalium parvum ramoſiſſimum, *&c.* adde Synon. ſeqq.

Gnaphalium minimum alterum noſtras Stœchadis citrinæ foliis tenuiſſimis *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 298. F. 2. Filago vulgaris tenuiſſimo folio erecta *Tourneſ. Inſtitut.*

1. Gnaphalium ſupinum echinato ſemine *Griſleii Virid. Luſit.*

P. 297. Ad Cap. De Gnaphalio.

Hæc planta *Tournefortio Elem. Bot.* p. 348. Gnaphalodes *Luſitanica* dicitur, qui de ea peculiare Genus facit, ejúſque florem & fructum ſic deſcribit. Flos eſt faſciculus floſculorum nullis [ſeminum] embryonibus inſidentium. Fructuum embrya ſunt particulæ calicem ipſum componentes, quod ſingulare eſt & rarum. Harum particularum unaquæque in capſulam poſtea abit, anguloſam, angulis elatis & criſtæ Galli in modum inciſis, ſemine unico, plerunque oblongo, repletam. Foliis eſt incanis & velut argenteis, ex anguſto principio in apicem rotundum paulatim dilatatis *Portulacæ aquaticæ* in modum.

2. Gnaphalium tomentoſum flore luteo *Africanum* D. *Oldenland.*

Plantula quam exſiccatam ad me tranſmiſit D. *Petiver* vix palmaris erat, floribus in ſummis caulibus plurimis congeſtis. A D. *Oldenland* accepit D. *Petiver* circa *Promontorium Bæ. Spei* collectum.

3. Gnaphalium potiùs Elichryſum, flore obſoletè rubro luteſcente, *Africanum* D. *Oldenland.*

Planta, quam inter alias rariores ſiccam à D. *Petiver* accepi, perennis eſſe videtur, valde tomentoſa & incana, ramulis longis, *foliis* anguſtis, oblongis, ſatis crebris cinctis, ſumma parte in plures ſurculos diviſis, quorum ſinguli *flores* aliquot geſtant, antequam aperiantur è ſquamulis componi viſos. Locus natalis *Promont. Bæ. Spei*, unde à D. *Oldenland* ad D. *Petiver* miſſa.

4. Gnaphalium argenteum ſeu Pes Cati *Æthiopicus* D. *Oldenland.*

Radice eſt ſimplici, lignoſa, & ut videtur, annua, *caule* tenui, palmari & altiore, ab imo ſtatim ramoſo, ramis paucis, longis, *Foliis* raris veſtitis, ſemuncialibus, oblongis, anguſtis, extremo obtuſis. *Flores* in ſummis ramulis conferti, *Pedis Cati*, albi. Tota Plantula incana eſt & lanuginoſa.
Ejuſdem cum præcedentibus originis & ab eodem miſſa.

P. 297. Poſt Gnaphalium vulgare add.

5. Filago vulgaris floribus per caulem ſparſis *Tourneſ. Hiſt. Plant.* circa *Pariſios* naſc. 80. Filago altera *Dod. Pempt.* 67. Cauliculis foliiſque incanis mollibus ac lanuginoſis priori (Gnaphalio vulg.) ſimilis, verùm *flores* non in cacuminibus ſed ſecundùm cauliculos ordine diſpoſiti ponè folia exeunt, priori ſimiles, qui & in pappos ſolvuntur. Addit *Tournefortius* interdum ſolitarios naſci, non rarò duos tréſve ſimul.

6. Gnaphalium *Africanum*, floribus minimis albicantibus inodorum *Volckamer. Flor. Norimb.*

Ex *radice* tenui fibroſa in complures ſeſe divaricabat *caules* ſemicubitales. His inæquali, quandoque etiam alterno ordine, adnaſcebantur *foliola* brevia, latiuſcula, acuminata, unà cum caule caneſcentia. Summitates exornabant plures *floſculi*, minutiſſimi, quaſi in umbellam congeſti, albicantes, eodem cum antecedenti charactere notati. Hos emortuos ſequebantur *ſemina* congenerum more parva, oblonga, teretia in pappo. Perennat & ſemper viret, hyeme ad hibernacula transferenda.
Oritur in incultis *Promont. Bæ. Spei.*

7. Gnaphalium *Africanum* fruticoſum, foliis minimis, acutis reflexis, floribus in ſummis ramulis confertis.

Ramuli à caule ad rectos fere angulos in longum excurrunt, foliis crebris amicti brevibus, acutis & perſæpe reflexis; in quorum ſummitatibus *Flores* plurimi, denſè ſtipati, in parvam velut umbellam aut faſciculum digeſti.

8. Gna-

8. Gnaphalium ſpicatum majus non ramoſum erectum *Virginianum* foliis obtuſioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. cum *Gnaphalio Anglico* longifolio convenit: *folia* verò rariùs cauli appoſita, unciam unam aut alteram longa, ex anguſto principio latiora & obtuſa fiunt. *Flores* exigui è foliorum ſupremorum alis, arctè abſque pediculis juncti protruduntur. D. *Bobart.*

9. Gnaphalium ſpicatum & ramoſum *Orientale*, valdè lanuginoſum *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Folia* profert longa & anguſta, ex utroque latere lanugine albicantia, ſicut & *caulis*, qui erectus, & à dimidio in varias ſpiculas, pediculis uncialibus inſidentes ſe dividit. Iſtæ verò ſpicam diviſam, ex multis capitulis ſeu floſculis compoſitam conficiunt, quæ in pappos abeunt.

10. Gnaphalium *Braſilienſe Marcgr.*

11. Gnaphalium *Indicum* monanthemon, non folioſum, obtuſo folio ampliore *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* fibris fuſcis capillata proveniunt *folia* humi ſparſa, biuncialia, ex anguſtia quaſi pediculis inſidentia, obtuſa & fere ovalia, ſuperna parte magis parcè, averſa copioſa lanugine tecta. Ex horum centro erigitur *caulis* palmaris, tomentoſus, penè aphyllos, foliolis tantùm paucis, tenuibus, vix conſpicuis adnatis. In ſummo *flos* unicus, unguem humanum latus, pallidus vel albeſcens, pappoſus inſidet. D. *Bobart*, qui ſiccam ex *India Orientali* accepit.

12. Gnaphalium ſupinum Lavendulæ folio *Bocc. Muſ. plant. rar.* T. 85.

Duos tréſve digitos ſuper terram extenditur ſupina, foliis Polygoni aut Lavendulæ incanis. Duæ ejus ſpecies ſunt, una foliis anguſtis brevibus, quæ in *Corſica* naſcitur; altera, qua de agimus, foliis majoribus, inter Lavendulam & Polygonum mas *Matth.* quæ in *Italia* prope *Piſas* invenitur, & in *Gallia* non procul *Lugduno.*

13. Gnaphalium Serpylli folio latiore, floribus in ſummis ramulis copioſiſſimis, rufis.

Plantula eſt ſemipedalis, ramoſiſſimus, ramulis in latum extenſis, foliis ſubrotundis abſque pediculis cauli adnatis. Caulis medius & ramuli laterales flores proferunt numeroſiſſimos, rufeſcentes. D. *Sherardus* plantam contulit.

14. Gnaphalium *Americanum* anguſtifolium *Griſleii Virid. Luſit.*

15. —— *Americanum* minus, flore rubro *Munting. Herbar. Belgic.*

16. Gnaphalium lanuginoſum album paluſtre N. D. *Griſleii Vir. Luſit.*

17. —— roſeum *Luſitanicum* N. D. *Ejuſd.*

18. Gnaphalium Plantaginis folio *Virginianum*: **White Plantain**, i. e. Plantago candida noſtratibus vulgo *Pluk. Almag. Bot.*

19. Gnaph. erectum minus *Æthiopicum*, floſculis umbellatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 298. F. 6.

20. Gnaph. minus *Æthiopicum*, amplioribus comis, cauliculo magis folioſo *Pluk. Almag. Bot.* T. 298. F. 5.

21. Gnaph. minus *Æthiopicum*, latiore folio vireſcente, floribus ſanguineis conglomeratis *Pluk. Almag. Bot.* T. 298. F. 7.

22. Gnaph. aureum *Æthiopicum*, flore roſeo pleno *Pluk. Almageſt.* T. 298. F. 3. An Chryſocome ſeu Stœchas citrina flore globoſo majore *Griſleii* V. L? *vide* Elichryſum.

23. Gnaphalium latiore folio *Æthiopicum*, flore roſeo, caliculis ſpinoſis *Pluk. Almag. Bot.* Folia & caules copioſo tomento candido pubeſcunt. *Folia* baſi ſua abſque pediculis caulibus adhærent, ex anguſto principio ſenſim dilatata ad apicem uſque ſubrotundum unciam longa, ſemunciam lata.

24. Gnaph. minimum, caliculis echinatis, *Æthiopicum Pluk. Almag. Bot.* T. 298. F. 9. Plantula eſt uncialis aut biuncialis è radicula.

25. Gnaph. tenuifolium *Æthiopicum*, foliis brevioribus, capite cernuo *Pluk. Almag. Bot.* T. 298. F. 8.

26. Gnaph. *Æthiopicum* minus, ramoſum, capitulis coccineis *Pluk. Phytogr.* T. 198. F. 4.

27. Filago Luſitanica *Munting. Herbar. Belgic.*

28. Gna-

28. Gnaphalium *Africanum* floribus argenteis D. *Oldenland*, potiùs Elichryſum ſeu Stœchas citrina, floribus in ſummis caulibus congeſtis.

Folia in caulibus crebra, peranguſta, incana. *Flores* in ſummitate Stœchadis citrinæ Italicæ in modum coacervati.
Africanæ originis eſt. A D. *Oldenland* acceptum communicavit D. *Petiver*.

29. Gnaphalio ad Stœchadem citrinam accedenti *J. B.* ſimilis *Marilandica*.

Altitudo ſemipedalis, *folia* oblonga anguſta, rariùs in caule ſita, utrinque valde tomentoſa & incana. Flores in ſummo caule congeſti in modum Pedis cati.

30. Gnaphalium *Virginianum*, ſubrotundis foliis, capitulo oblongo *Pluk. Mantiſſ.*

31. Gnaph. montanum elatius, floribus oblongis, amœnè purpureis *Marianum Ejuſd. ibid.*

32. Gnaph. minimum tenuifolium è monte *Tabulari* D. *Stoneſtreet Ejuſd. ibid.*

33. Gnaph. minus *Æthiopicum*, valdè tomentoſum, capitulis ſtrigoſis *Ejuſd. ibid.*

34. Gnaph. minus erectum, floſculis palleſcentibus, ſummo caule glomeratis, ex inſula S. *Helenæ Ejuſd. ibid.*

35. Gnaph. minus erectum, oblongis & anguſtis foliis, floribus argenteis *Ejuſd. ibid. Velacaumboo Malabarorum.*

36. Gnaph. *Æthiopicum* minus, ſubrotundis foliis, maximè tomentoſis, ſummo caule ramoſius, floribus argenteis *Ejuſd. ibid.*

Plurimos ab eadem radice emittit *cauliculos*, ſeſquipalmares aut altiores, tenues, tomento argenteo obductos, ramoſos, *foliis* rarioribus tomentoſis anguſtis, ad Lavendulam accedentibus ſed brevioribus. In ſummis caulibus & ramulis flores conglobati, parvi, tomento argenteo obducti.

37. Gnaph. *Æthiopicum* ramoſum, floſculis Aurantiacis ſeu Gnaph. Elichryſoides comis aureis ex *Prom. Bæ Spei. Pluk. Mantiſſ.* Habuit etiam ex oris *Coromandel.*

38. Gnaphaloides *Æthiopicum* fruteſcens, Stœchadis citrinæ foliis ſpinoſis, ſummo caule floribus albis duriuſculis, arctè conglomeratis *Ejuſd. ibid.*

39. Gnaphaloides *Americanum* lignoſum, Salicis brevioribus & viridibus foliis, per longitudinem caulium, tomento ſeu cotone ad foliorum exortum denſiùs glomerato, *Ejuſd. ibid.*

40. Pappoſa ſcorpiuros *Sirinamenſis*, foliis integris ſerratis.

Caulis teres, firmus, *foliis* veſtitus, nullo ordine poſitis, duas plus uncias longis, mediâque latiſſima parte unciâ latioribus, acuminatis, per margines dentatis, pediculis brevibus hærentibus. Summus autem caulis in ramulos aliquot dividitur in ſpicas excurrentes prælongas, caudæ ſcorpii in modum reflexas, ſuperiori latere floribus onuſtas *compoſitis*, in pappos abeuntibus. Planta hæc caulis diviſione, & ſpicarum figurâ florumque ſitu Echium aut potiùs Heliotropium imitatur: qualem diſpoſitionem in nulla unquam pappoſa planta obſervavi. Siccam D. *Sherard* contulit.

41. Pappoſa *Africana* arboreſcens incana, ramulos creberrimos emittens.

In ramulo ſicco, quem munere D. *Sherard* habemus, *folia* anguſta, brevia, integra, incana; ſurculi creberrimi exeunt ab imo ad ſummum uſque: Faſtigium caulis & ramulorum ſupremorum occupant *flores*, ſatis grandes, calycibus incanis excepti, qui an radiati fuerint, an nudi, non clarè comparuit. Tota planta caneſcit ad modum Abſinthii marini arboreſcentis.

42. Pappoſa fruticeſcens *Æthiopica*, foliolis tenuibus, creberrimis, Lariceis, pappo prælongo luteſcente ſemini innaſcente.

Folia *Laricea* voco, quia plura ſimul interdum agminatim oriuntur, anguſta, acuta. Flores ſatis ampli ſummos caules & ramulos occupant, interdum ſinguli, interdum tres, quatuórve aut plures, luteis petalis frontatis, fronte crenata. Planta eſt robuſta admodum & fruticoſa. D. *Sherard.*

43. Alypum

43. Alypum ſeu Herba terribilis Aſiaticorum D. *Preſton.* Thymelæa *Africana* fruticoſa, foliolis ſubrotundis villoſis, ramulos undique obtegentibus *nobis.* Scabioſa globularia frutex, lætè virentibus Serpylli foliis *Pluk. Mantiſſ.*

Folia Thymi vel Serpylli æmula, verùm hirſuta, (unde fortè à *Pluknetiana* planta diverſa eſt) abſque pediculis cauli adnata, adeò crebra & conferta, ut eum penitus contegant & occultent. Flores in ſummo caule duo tréſve, brevibus pediculis fulti, nudi ſeu nullis in margine petalis cincti; umbone protuberante, denſa lanugine obſito. A Promontorio *Bæ Sp.* allata eſt. D. *Sherard.*

44. Alypum ſive Herba terribilis procerior, cortice cinereo ſcabro, folio acuminato longiore *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Multo altiùs aſſurgit quàm Herba terribilis *Narbonenſium*; ligno duro, albo, medulla majore, cortice ſcabro ſeu inæquali, è fuſco cineraſcente. Ramuli verſùs ſummitates foliis creberrimis, nullo ordine poſitis obſiti ſunt, duas uncias longis, trientem unciæ latis, media parte, ubi latiſſima ſunt, utroque extremo anguſtiore, in punctum deſinentibus, marginibus æqualibus, coſta inſigniore media dividente, aliáſque obiter è lateribus emittente tranſverſas, colore luteo-viridi. Verſùs ſurculorum faſtigia ex alis foliorum exeunt *flores* qui capitula ſunt ſphærica, è floſculis denſè ſtipatis, plurimis, perexiguis, cœruleis, cum ſuis ſtaminulis conglomerata. Succedunt *Semina* præparva, pappoſa, cinerea, tota lanuginoſa.

In Inſula *Madera* prope urbem *Funchal.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER SEPTIMUS.

Herbæ flore ex floſculis fiſtuloſis compoſito CAPITATÆ *dictæ.*

Capitatæ dicuntur hoc genus plantæ, quòd eorum ſemina unà cum pappo calice ſquamoſo incluſa, in formam ſubrotundam capitis æmulam conglobata ſunt.

Floſculi marginales in hoc Genere, ubi adſunt, planifolii non ſunt, ſed tubuloſi; interiores pariter longi & tubuloſi, in longas plerunque lacinias diſſecti, non in brevia ſegmenta expanſi.

Pag. 304. Ad Cap. De Carduis flore luteo, in quo etiam Genere reperiuntur nonnulli flore purpureo.

D. *Tournefort* Carthamum à Cnico genere diſtinctum facit: *Cnici* notam characteriſticam, quâ à ſimilibus generibus diſtinguitur, conſtituit, calicem habere ſquamoſum, foliis quibuſdam erectis circundatum & ceu vallo quodam obſeptum: *Carthami* autem ſemen habere nudum, nulla innaſcente pappoſa aut ſetacea corolla. Verùm hæ notæ aliis diverſorum generum plantis diſtinguendis non ſufficiunt. Prior enim Hieracio capitulis Cardui Benedicti *C. B.* convenit, quod nemo tamen à reliquis Hieraciis genere diverſum facit: poſterior *Carduo Leucoii folio* dicto, quem tamen nec ipſe D. *Tournefort* à reliquis Carduis ſeparat & cum Carthamo conjungit. Nec tamen nos has notas rejicimus, quia in genere Cardui flore luteo his ſolis ſpeciebus conveniunt.

Cnici ſpeciebus add.

1. Cnicus *Hiſpanicus* arboreus fœtidiſſimus *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Cnic. *Hiſpan.* foliis amplioribus laciniatis *Ejuſd. ibid.*

3. Cnic. *Hiſpan.* cœruleus, Calcitrapæ folio *Ejuſd. ibid.*

4. Cn. *Hiſpan.* Serratulæ foliis glabris, flore albo cum ſtaminibus cœruleis *Schol. Bot.*

5. Carduo-Cnicus *Virginianus*, flore ex albo & croceo verſicolore *Pluk. Almag. Bot.*

6. Carduo-Cnicus tomentoſus *Creticus Pluk. Almag. Bot.* Carduus ſpinoſiſſimus *Creticus Cat. Hort. Pat. à Turre.*

7. Cnicus cœruleus minùs aſper, imis foliis Carduncelli montis *Lupi, Hort. Cath. Cupani.*

Folia in caule inferiora longa, ad 4 aut 5 uncias, unciam aut ſeſcunciam propemodum lata, [ſuperiora breviora & pro longitudine latiora] à baſi anguſta, quâ cauli adhærent, ſenſim dilatata; ſpinulis vix diſcernendis, tactui tamen obviis, circa margines aſperata. *Flores* intensè rubri & velut fulgentes, foliorum circulo cincti.

8. Cnicus flore aureo lævi, è *Promont. Bæ Spei, Oldenlandii.*

Plantula eſt cubitalis aut altior, in plures ramulos diviſa, oblongos, pedales, teretes, piloſos, *foliis* parvis, anguſtis, ſemuncialibus, pilis rarioribus hirſutis, nullo ordine poſitis, non admodum crebris, veſtitos. *Flores* in ſummitatibus ramulorum ſingulis ſinguli, foliis pluribus longiuſculis obvallati, quorum ſtructuram & partes in ſicca diſcernere non licuit.

D. *Oldenland* ſiccam à Promontorio *Bæ Spei* ad D. *Petiver* tranſmiſit, à quo habuimus.

9. Cnicus ſeu Carthamus vulgari ſimilis ſed major, capitulis majoribus *Triumfetti.*

10. Carthamus ſeu Cnicus ſylveſtris, capitulis minoribus, foliis ſpinoſis.

Hanc ſpeciem obſervavimus inter plantas ſiccas circa *Halepum* in *Syria* collectas, quas nobis communicavit D. *Sloane.*

11. Cnicus ſylveſtris, longulo folio ſinuato.

Atractylidis ſpeciebus add.

1. Atractylis purpurea Cypria Anguillaræ *Lugd. Park. Parkinſonus Caſp. Bauhinum* reprehendit, quòd Atractylidem *Anguillaræ* & *Lugdunenſis* conjunxerit cum Atractylide flore purpureo *Dod.* & *Lob*, cum Autores prædicti eas manifeſtè ſeparent.

2. Atractylis pyramidalis, foliolis ad nodos criſpis *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 97.

Palmum circiter & dimidium ſupra terram attollitur. *Folia* ei ampla ſunt, laciniata, laciniis unciam latis, nonnihil ſinuatis & criſpis. *Foliola* quæ cauli ſecundùm ejus longitudinem adnaſcuntur cum reliqua planta pyramidalem figuram efficiunt: unicaulis eſt planta, & ut conjicio annua.
In *Sicilia* circa vicum *di Capaci* obſervavit autor, in campis & locis ſaxoſis.

3. Atractylis pyramidalis multicaulis, capitulis Cornucopioidis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 112. T. 97.

Folia hujus plantæ anguſta ſunt. *Caules* emittit multos, ad trium uſque pedum altitudinem, qui omnes ſimul pyramidem componunt Pinûs æmulam. Capitula producit folioſa, in Cornucopiæ formam diſpoſita.
Cum præcedente propè vicum Com. *di Capaci.*

4. Carduus *Africanus* luteus, Atractylidis facie, extremo foliorum aculeo adunco D. *Herman.*

Cardui hujus caules & ramuli, foliolis parvis, creberrimis in aculeos reflexos ſeu aduncos terminatis undique cinguntur & penitus conteguntur, quo ab omnibus, nobis ſaltem cognitis, Carduis primo ſtatim aſpectu facilè dignoſcitur. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis nullis intervenientibus pediculis ſedent, lutei, calycum ſquamis in ejuſmodi aculeos reflexos exeuntibus.

5. Atractylis *Chia* procerior, flore rubro *Hort. Med. Sapienz. Rom.*

Folia laciniata ſunt, inferiora obtuſiora, ſpinulis parvis, brevibus, & innoxiis cincta; ſuperiora in longum & acutum mucronem producta, ſpinulis paulò rigidioribus circa margines donata ſunt. Squamæ capitula cingentes in folia oblonga mucronata exeunt, ſpinulis pariter ad margines exaſperata. Ex Horto *Beaufortiano* D. *Sherard* miſit.

P. 308. Ad Cap. De Cirſio.

Add.

1. Cirſium *Anglicum*, radice Hellebori nigri modo fibroſa, folio viridi *C. B.* p. 306. pl. 7. Superioris (inquit) folia altera parte virent, altera incana lanugine pubeſcunt, Hujus verò omnino virent. Accepimus ex *Anglia*, ubi ſponte naſcitur *Hort. Ac. L. B.* 150.

2. Cirſium *Pyrenaicum* latifolium majus *Schol. Bot.*

3. Cirſium Acanthoides Alpinum, flore purpureo *Tournefort. Elem. Bot.*

4. Cirſium pratenſe Alpinum polycephalon, Aſphodeli radice *Ejuſd. ibid.*

5. Cirſium Alpinum polycephalon, flore minore purpuraſcente, caule aculeis obſito *Ejuſd. ibid.*

6. *Cirſium humile montanum, Cynogloſſi folio, polyanthemum*, Cambro-Britannicum D. *Lhwyd.* Carduo-Cirſium minus *Cambro-Britannicum* floribus plurimis in ſummo caule coaggeſtis *Pluk. Phyt.* T. 154. F. 3.

Hæc ſpecies Carduo molli folio Lapathi *C. B.* perſimilis eſt, *foliis* exceptis, quæ 3, 4ve uncias longa, non adeò lata baſi, & quaſi triangularia cernuntur, ſed Cynogloſſi modo ex anguſto principio ad uncialem aut biuncialem latitudinem expanſa, in anguſtum mucronem deſinunt, ex virore, præſertim ſubtus, albicantia, in ambitu modicè ſinuata: *capitula* plurima, parva, ſquamata *caulis* pedalis apici inſident; ex his autem *Flores* purpuraſcentes, ut in pleriſque hujus familiæ, exeunt. D. *Robart.*
In ſummis rupibus *Arvoniæ* v. *Clogwyn y Garnedh*, &c. oritur.

7. *Cirſium montanum polyanthemum, Salicis folio anguſto denticulato* D. *Lhwyd.* Cirſ. mont. *Cambro-Britannicum*, capitulis compactis, Hieracii fruticoſi anguſtis foliis *Moriſ. hiſt.* 3. p. 149.

Caulis pedalis aut altior; *folia* anguſta, digitalis longitudinis in mucronem exeuntia, in margine denticulationibus raris donata, & Hieracii fruticoſi anguſtifolii ſimilia, inordinatim

tim ſparguntur : *Capitula* exigua octo aut decem vel etiam plura præcedentium more ſimul congeſta ; *flores* emittentia, qui in pappos ſolvuntur. D. *Bobart.*

Juxta rivulum in rupe *Rhiwr Glyder,* ſupra lacum *Lhyn y Cwn* prope *Lhanberys* in *Arvonia* invenitur.

8. *Cirſium foliis non dentatis viridibus, capitulis ſimplicibus* Moriſ. Hiſt. P. 3. p. 149. *Cirſ. Baſinenſe Hort. Amſt.*

Folia profert Bugloſſi ſimilia, obtuſiora tamen, marginibus rectis non dentatis, in ambitu pilis rigidiuſculis donata, viridia. *Caulis* bicubitalis aut tricubitalis, anguloſus, rarò ramoſus. Capitulum gerit ſingulare, ramoſum, haud magnum, floribus donatum. D. *Bobart.* Nihil aliud eſt quàm Cirſium ſingularibus capitulis parvis *C. B.* Cirſium foliis non laciniatis & virore Braſſicæ, & macrocaulon *J. B.*

9. *Cirſium elatius polycephalon, foliis imis integris, ſuperioribus brevioribus latis, profundè laciniatis D.* Sherard.

Juxta rivulum in ulteriori latere montis *Juræ* [*Genevæ* reſpectu intellige] decurrentem. Hujus folia quæ in caule ſunt Marrubii aquatici foliis magis diſſectis folia figurâ & diviſurâ ſua quadantenus referunt.

10. *Cirſium majus, caule alato, polycephalon, capitulis majoribus, Perſonatæ æmulis* Ejuſdem D. Sherard. An Cirſium Perſonatæ capitulis *C. B.* Prod. Ad rivulum prædictum.

11. *Carduus mollis Alpinus, foliis eleganter laciniatis* Schol. Bot.

12. *Carduo-Cirſium maximum, profundè laciniatum, in foliorum ambitu ſpinis mollibus hirtum,* Pluk. Phyt. T. 154. F. 2.

13. *Carduo-Cirſium minus anguſtifolium, capitulis plurimis amplioribus ſparſis* Ejuſd. ibid. F. 4.

Folia profert biuncialia, vix pollicem lata, ex anguſta baſi, pediculóve ſe dilatantia, mucronata, plana, & ſine minima in ambitu inciſura, cauli tereti inæquali exortu adhærentia. *Caulis* cis ſummitatem in plures partes ſe dividit, quarum ſingula capitulum è laxatis ſquamulis externis, & floſculis ſtamineis internis compoſitum ſuffulcit. D. *Bobart.*

14. *Cirſium minus* Virginianum *ſingulari capitulo, caule folioſo* Moriſ. hiſt. P. 3. D. *Bobart.*

Caulis gracilis, pedalis aut ſeſquipedalis, quem *Folia* 26 aut 28 plus minus nullo ordine veſtiunt, quorum inferiora triuncialem longitudinem, & ſemuncialem latitudinem obtinent, ſed aſſurgentia minora gradatim redduntur, ſupernè viridia, ſubtus candida lanugine obſita. Caulis apici *capitulum* innaſcitur ex rotundo oblongiuſculum.

15. *Cirſium foliis longis anguſtioribus, in caule crebris ad ipſa uſque capitula.*

Ramulus hujus, quem à D. *Sherard* obtinuimus, *foliis* crebris ab imo ad ſummum uſque veſtitus erat, palmum ferè longis, unciam aut ſeſcunciam latis, ſpinulis rarioribus, brevibus innocuis ad margines cinctis, lata baſi cauli adnatis, à qua velut in collum anguſtantur.

16. *Carduo-Cirſium Alpinum, Polypodii inſtar profundè laciniatum, & aliquando Dentis leonis laciniis, flore luteo, polyanthemum.* Eriſithales *Plinii* Hiſt. *Lugd. Pluk. Almag. Bot.*

17. *Carduus paluſtris mitior, Bardanæ capitulo, in ſummo caule ſingulari Pluk. Almag. Bot.* qui in paluſtribus *Elienſibus* eum invenit, & dubitat annon ſit Carduus mollis latifolius, Lappæ capitulis *C. B.*

18. *Carduo-Cirſium Æthiopicum, Pulmonariæ Gallicæ rigidioribus foliis, capitulo ſingulari* Pluk. Mantiſſ.

19. *Cirſium foliis latioribus, carnoſis, viridibus, humilius Pyrenaicum* Moriſ. hiſt. P. 3. 151.

Hoc præcedenti [Cirſio maximo Aſphodeli radice *C. B.*] convenit ; humilior verò eſt planta. Folia ſunt latiora, viridia, præſertim ea quæ caulem amplectuntur. Hujus ſemina à Clariſſ. D. *Sherardo* ad D. *Bobart* tranſmiſſa ſunt.

20. *Carduus mollis, ampliſſimo Serratulæ folio major Triumfet. novarum Plant. Icon. & Hiſt. Triumf.*

Radicis compagem plures carnoſæ excitant fibræ, intus candicantes, foris ſpadiceo cortice nigricantes ; quarum craſſities minimi ferè digiti in majoribus, ſeſquipalmarem & amplius

plius quandoque adipiſcitur longitudinem, in tenues fibrillas deſinentem. Earum odor ac ſapor edulem Cinaram imitatur. Hujuſmodi fibræ prope telluris ſuperficiem inſimul coeuntes radicis coronam conſtituunt, in plantis annoſis adeò latam, ut ab eadem planta dena & duodena germina interdum pullulent. Frondes Februario ortæ vulgari Serratulæ accedunt, craſſiores tamen nec tam rigidæ, ſuccoſo utpote parenchymate nitidè viridi præditæ, excepta latiore coſta per medium protenſa, quæ in ſuperiori parte leni purpura coloratur: in oppoſita verò multùm elevata diluto virore palleſcit: majorem earum longitudinem ſeſquipalmus, latitudinem trium digitorum craſſities (quandoque latior) metitur. Inſuper Serratulæ in morem ludit hic Carduus in frondium ſtructura; cùm priores ſint omnino integræ, quæ his ſuccedunt inferiùs leniter inciſæ, reliquarum crebras lacinias (quibus profundè lacerantur) prænunciant. Omnium tamen ambitus denticulis interrumpitur, aculeo vix conſpicuo ac innoxio munitis. Inter has media æſtate attolluntur *Caules* rotundi, recti, fungoſum meditullium, ligneas fibras, viridémque corticem poſſidentes, raris frondium conjugationibus exornati. Hujuſmodi frondes pediculis deſtitutæ, ſemper circa faſtigia inciſæ magis gradatim gracileſcunt, non variato reliquis communi Cichoraceo ſapore. In caulium faſtigiis turgent ventricoſa ſquamata *capita*, quorum medium faſciculus lætè rubentium *petalorum* occupat, dilutiora *ſtamina* circumamplectens. Hiſce marceſcentibus prædicta capita hiant, ſuóſque ſinus holoſericis durioribus villis (quaſi parvis flaveſcentibus ſetis) densè refertos oſtendunt, in quibus nidulantur amariſſima *ſemina* oblonga, exalbida, nonnihil depreſſa, eminentibus ſtriis diſtincta, in extrema parte obtusè acuminata, in ſuperiore omnino plana, longiuſculo villorum pappo redimita, ac Triticei grani magnitudinem excedere neſcia. Iſtis verò inoffenſæ potiuntur manus, cùm ſquamæ (ſeu recentes vireant ſive flaveſcant arefactæ) ad cuſtodiam imbricatim ſuperpoſitæ inertibus & pungere neſciis muniantur aculeis.

Ad margines ſenticoſos nemorum exiguorum, itinere ad *Centumcellas* viæ publicæ conterminos copiosè vegetantem invenit D. *Triumfetti.*

2. Aliam etiam cum hac valde convenientem Cardui differentiam ex *Brutia Aquila* habitam teneo (inquit Autor noſter) ut non ſit ovum ovo ſimilius, omnibus tamen ſuis partibus duplo minorem, cui Titulum impoſuit *Cardui mollis amplo Serratulæ folio minoris.*

21. *Carduus humilis* Tingitanus *cæruleus, magno ſtrobilo, tenuius laciniatus* Moriſ. hiſt. P. 3. An Cinara ſylveſtris Bætica *Cuſ. cur. poſt?*

D. *Bobart.*

Hujus *folia* humi ſparſa pedalia ſunt aut longiora, palmum lata, variè fiſſa, & ad nervum medium uſque per intervalla inciſuris profundis diſtincta, quæ etiam ſubdiviſiones patiuntur (harum autem ſingulæ in aculeum brevem & acutum terminantur) prona parte tomento candido tecta, ſupina atro-virentem colorem obtinentia. *Cauli* haud craſſo, cubitali folia à priorum forma non aberrantia, licet minora, ſparguntur; hujus autem ſummo innaſcitur *Caput*, in biuncialem latitudinem expanſum, ſquamis Cinaræ ſylv. in modum in ſpinas acutas deſinentibus; è cujus vertice coniformi *flores* fiſtuloſi, quinquefariam in ore tenuiter diviſi, Amethyſtini coloris, cum aliis ſtamineis in medio, exeunt. Iſtis ſingulis ſuccedunt *ſemina* magna, fuſca, quadrata, Cnici forma, duplo verò vel triplo majora, pappo longo & amplo, apice obtuſo criſtata, quæ Cinaræ modo inter lanuginem longam & ſetaceam latentia involvuntur. E ſemine à D. *Alex. Baalam* tranſmiſſo ſuccrevit.

22. Carduus Xeranthemos ſeu Carlina xeranthemoides *Africana*, Abrotoni fœminæ foliis *Breyn. Prod.* Plantarum *Æthiopicarum Regina* à D. *Breynio* in Prodromo ſuo primo ob elegantiam appellata.

D. *Bobart.*

Hujus ramuſculus lignoſus, candidiſſimo tomento obductus, haud craſſus eſt: ex eo 5 exeunt ramuli recti, firmi, *foliolis* denticulatis, tenuibus, teretibus & candidis, Abrotoni fœminæ *Narbonenſis* ſimilibus, ſed multò brevioribus, undequaque densè ſtipati. Horum ramulorum apices floribus Carlinæ ſylv. *Dod.* magnitudine ornantur, ex triplici aut quadruplici petalorum anguſtorum ſerie, colore purpureo & argenteo ſplendentium, Xeranthemi ſubſtantiâ conflatorum, quæ umbonem pilis ex albo ad cinericeum colorem tendentibus, ſplendore perjucundo radiatim ambiunt.

P. 310. Ad Cap. De Carduis ſpinoſis.

1. Carduus *Pyrenaicus* elegantiſſimus, caule criſpo *Schol. Bot.*

2. Carduus elatior Ceanothi æmulus, lævicaulis, ex atro virore in totum ſplendens. An Onopyxos alter anguſtifolius *Park. Theat.* 981? *Pluk. Almag. Bot.*

3. Carduus *Virginianus* Cirſii foliis incanis, capitulo ſingulari *Plukenet. Mantiſſ.*

4. Carduus *Luſitanicus*, capite araneoſa lanugine obſito *Tournefort. Pluken. Mantiſſ. vide* Jacea.

5. Carduus *Luſitanicus* Erucæ folio *Tournefort. Pluk. Mantiſſ.* qui in Horto Regio *Hamptonienſi* cultum obſervavit; & à Jacea *Sicula* Cichorei folio, flore luteo, capite ſpinoſo haud multùm, inquit, abludit.

6. Carduus

6. Carduus pycnopolycephalos, alato caule, foliis ex una parte atrovirentibus, ex appoſita albidis. Carduus pycnopolycephalos paluſtris *Triumf. Obſerv.* In locis paluſtribus ſæpius invenit D. *Sherad.*

Folia infima integra ferè ſunt, ſuperiora ad margines paullum inciſa, ſpinulis rarioribus cincta, in acutos mucrones deſinentia. Capitula in ſummis caulibus & ramulis plura ſimul congeſta, parva, ſquamis aculeatis ſepta. Florum color purpureus. Planta eſt elata & valdè ramoſa. Hæc ex ſicca nobis à D. *Sherard* communicata. *Vide* iconem & deſcriptionem in *Triumfetti* Obſervat.

7. Carduus alatus, lanceato anguſtiori folio, ferocior, ex Inſula *Coo Pluk. Mantiſſ.*

8. Carduus lanceatus Provinciæ *Marianæ*, folio ſubtus villoſo, capite magno ſingulari *Ejuſd. ibid.*

9. Cardunculus purpureus pulchellus, aculeis ad alas ſeu angulos deorſum ſpectantibus, Ptarmicæ Auſtriacæ foliis lævibus *Hort. Cathol. Cupani.*

In planta noſtra *Sherardina* ſpinæ, quas ad ſingulorum foliorum inſertiones binas obtinet, prælongas, non deorſum ſpectant, ſed recta plerunque extant. *Folia* anguſta ſunt, ſupernè viridia, ſubtus incana, per margines æqualia & minimè ſpinoſa, capitula in ſummis caulibus & ramulis majuſcula, ſquamis in aculeos erectos, longos, rigidos exeuntibus ſepta. Flores purpurei.

10. Carduus laciniatus elatior, foliorum aculeis è media coſta exeuntibus & ſupra folii ſuperficiem eminentibus, capitulorum ſquamis in longas & rectas ſpinas procurrentibus.

Spinæ è medio folii emergentes paulò ſupra exortum in duos divaricantur ramulos, ſúntque velut nervi foliorum; colore albo, & eminentia ſua ſupra telam folii notabiles. Ego certo in nullo Cardui genere ſimile quid unquam obſervavi. In planta noſtra ſicca à D. *Sherard* communicata, caulis rectus erat, foliis crebris veſtitus, ſumma duntaxat parte ramoſus, ubi ramuli è foliorum alis exeunt, ſinguli ſingulos flores ſeu mavis capitula florifera ſuſtinentes.

11. Carduus minor humilis, lanceato atro anguſtiſſimo folio, purpureus *Hort. Cathol.*

Folia in caule crebra ſunt, per margines laciniate, laciniis in ſpinas exeuntibus. In Horto *Beaufortiano* collectam miſit D. *Sherardus.*

12. Carduus Polyacanthos Cirſioides Alpinus, Carlinæ vulgaris folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. 154. Carduo-Cirſium Alpinum, Carlinæ vulgaris folio & caule alato, ſpinis rigidioribus ornatis, *Pluk. Phyt.*

Caules profert ramoſos, crebris undique ſpinoſis membranulis criſpis alatos; quibus fortuito poſita adnaſcuntur *folia* longa, laciniata; Laciniæ verò medium nervum non attingunt, ſed ordine ad rectas lineas laterales, quæ integram folii partem longitudinaliter in medio conſtituunt, inciſæ ſunt. Singula diviſio frequenter in trifoliatam cuſpidem acutam ſcinditur, ſpinulis frequentibus in oris & terminationibus donatam. *Capitula* in ſummis caulibus nudis profert, ex ſquamis mollioribus Cirſii modo compoſita; è quibus emicant ut in aliis *Flores* fiſtuloſi & ſtaminei. D. *Bobart.*

13. Carduus caule & foliis averſis tomentoſis & incanis.

Folia utrinque in lacinias ſecta, & veluti pinnata ſunt, laciniæ in ſpinas exeunt. Capitula in ſummo caule bina, terna & fortè etiam plura, ſquamulis ſepta, in ſpinulas longas erectas deſinentibus. Floſculi oblongi ſunt, coloris purpurei vividiſſimi. D. *Sherard* ſiccam impertivit.

14. Carduus repens, Sonchi folio *Virginianus* major *Moriſ. hiſt.* P. 3. Carduus Carduo viarum vulgatiſſimo omnibus partibus major eſt, Foliis frequenter integris & glabris. Repente facultate Carduum viarum vulgatiſſimum excedit, unde rarò floret. D. *Bobart.*

15. Carduus ſpinoſiſſimus, ſegetibus frequens *C. B.* item Carduus in Avena proveniens *Ejuſd.* Avenarius ſive moſchatus *Park.* ſylveſtris in Avena Trag. Drypis fortè *Theophraſti.*

Carduus hic diris aculeis, prælongis, flavicantibus, creberrimis rigens, à quibuſdam *Drypis* nominata, in arvis inter fruges, quas ferè corrumpit, & Avenam præcipuè naſcitur, interdum humana proceritate, interdum humilior; *radice* alba & craſſa, *foliis* caules ambientibus, muricatis & inciſis, *capitulis* turbinatis, ſquamatis, paululum echinatis, *flore* ut lurimum pur-

purpureo, interdum albo, semine oblongo, lævi, parvo, rufescente. Annua est planta. Hanc (ut opinor) siccam à D. *Sherardo* accepimus. Aculeorum longitudine, frequentia, & colore stramineo, altitudine & profundis foliorum incisuris ab aliis differt.

Carduus hic pro Carduo moschato *Ger.* vel Carduo moschato vulgò dicto accipi solet, ut v. g. à *C. Bauhino, Parkinsono, Plukenetio* in *Almag. Bot.* à quo tamen longè diversus est, ut icones & descriptiones inter se conferenti patebit. Carduus moschatus *Ger.* idem est cum Carduo capite nutante *J. B.* Cirsio tertio tota sua stirpe magis spinoso *Dod.* Cirsio majori, singulari capitulo magno *C. B.* Cirsio tertio Dodonæi *Clus. hist.*

16. Carduus ferox, spinis longissimis lutescentibus, caule alato, capitulis minoribus è Chio D. *Sherard.* Drypis q.

Planta est procera, *caule* membranulis folioſis velut alato, *foliis* angustis, profundè laciniatis, laciniis in spinas longissimas rigidas acutas, flavicantes excuntibus: membranulæ quoque caulem prætexentes creberrimis ejusmodi spinulis armantur. Q. An à præcedente differat.

17. Carduus Gigas, pyramidalis, Acanthii foliis polysphærocephalos, flore albo & purpureo *Hort. Cath. Cupani.*

Folia subtus tomentosa sunt & incana, (uti est & totus caulis) per margines laciniata, & spinis rigidis horrida. *Caulis* in fastigio plura gestat *capita*, arctè stipata, magna, ponderosa, è ventre tumido in angustum collum paululum contracta, antequam flores erumpunt ut in multis aliis Carduis & Jaceis fit, ut non exactè sphærica sint; squamis parvis densis obsepta, in spinulas breves erectas desinentibus. Hæc ex sicca quam nobis impertivit D. *Sherard.*

18. Carduus Eryngoides capite spinoso *Alpin. exot.*

19. Carduus alatus Alpinus, lanceolatis foliis, capitulis tomentosis, purpureus *Hort. Cath.* seu, Carduus lanceolatus alatus Polyacanthæ æmulus major.

20. Carduus polyacanthus purpureus angustifolius *Hort. Cath. Supplem. alt.* 15. An Card. Polyacanthæ æmulus, capite nutante *Hort. Reg. Blæs?* Hujus *Flores* longis & tenuibus pediculis tomentosis insident, quo ad Cirsia accedit.

21. Carduus humilis foliis lacteis lineis inscriptis, alato caule, spinis horridus *Hort. Cath.* 37. Flores satis magni sunt, purpurei, duo trésve simul in summis caulibus & ramulis, non rarò singulares. Quamvis caules & ramuli spinis longis ferocibus armentur, capitulorum squamæ læves sunt, & spinis (quantum discernere licuit) destitutæ, ut in Carduo viarum vulgatissimo.

Trium præcedentium Carduorum specimina à D. *Sherard* obtinuimus.

22. Chamæleon Alpinus, Sonchi spinoso, folio lucido, radice nigra *Boc. Mus. pl. rar.* T. 105.

Valde frequens est hæc planta in montibus *Paniæ* in *Etruria*, ínque altis illis *Sabaudicis*, locis saxosis. Observatur interdum cum foliis glabris, velut Cirsium, aliàs cum laciniatis, crispis & spinosis; colore viridi lucido. Sesquipedali est altitudine, *flore* rubro & persæpe nutante: *caule* aliquantulum alato, & radice nigra.

P. 313. Ad Cap. De Acanthio seu Carduo tomentoso.

1. Carduus tomentosus, capitulis echinatis *C. B. Park.* Leucacantha *Monspeliensium Dalechamp. Lugd.*

In asperis & saxosis provenit, *radice* crassa, succosa, modicè fibrata, *caulibus* multis, sesquipedalibus, ramosis; *foliis* laciniatis, incanis, lanuginosis, aculeatis, capitulis echinatis; *flore* purpureo, coloris vividissimi, in pappos abeunte.

2. Carduus tomentosus, Acanthium dictus, *Arabicus Hort. Ox. Pluk. Almag. Bot.* tomentosus angustifolius, Acanthium dictus, *Syriacus*, capitulis majoribus *Morif. hist.* P. 3.

Folia huic angustiora sunt magísque laciniata quàm Acanthii vulgaris. Capita majora. *Flores* ad cœruleum tendentes.

3. Acanthium *Pyrenaicum* angustifolium, magno capite *Schol. Bot.*

4. Idem latifolium *Ejusdem.*

5. Car-

5. Carduus pratenſis latifolius Alpinus, Acanthioides, flore minori purpureo *Ejuſd.* Idem eſſe videtur cum Carduo-Cirſio maximo, profundè laciniato, in foliorum ambitu ſpinis mollibus hirto *Plukenet* ſuperiùs propoſito.

6. Carduus tomentoſus ſeu Acanthium *Illyrico* accedens, capitulis minoribus *H. R. B.*

7. Carduus Acanthoides, ſeu incanus minor elegans ex Inſula *Madrenſi Pluk. Almag. Bot.*

P. 316. De Carduis exoticis.

1. Carduus *Tingitanus*, flore magno cœruleo, folio Atractylidis diviſurâ, ſubtus incano; ſpinis durioribus horrido *Pluk. Phyt.* T. 81. F. 2.

2. Carduus *Andeluſiacus*, ſpinoſiſſimus, echino grandi, aculeis rigidis armato *Pluk. Phyt.* T. 19. F. 1. Hujus mentio fit in *Hiſt. noſt. App.* p. 1800.

3. Carduus *Pitahaya Americanorum Park. Theat.* p. 1628. *Oviedi Lugd.* ſpinoſiſſimus brachiatus ex *Hiſpaniola C. B.* Eſt ſpecies Cerei ſeu Ficûs *Indicæ.*

4. Carduus *Æthiopicus* perpuſillus, hirſutus, Piloſellæ foliis incanis, hiſpidis, Perſonatæ capitulis parvis *Pluk. Almag. Bot.* T. 273. F. 6.

P. 318. Ad Cap. De Carduis ſtellatis.

1. Carduus ſtellatus Leucoii lutei folio, totus viridis, capitulo purpureo, ſummo cauli inſidente *Pluk. Almag. Bot.*

2. Carduus ſtellatus luteus, capitulis minimis procumbens, foliis indiviſis *Ejuſd. ibid.* A D. *Doody* cultus eſt.

Ad 5tam Cardui ſtellati ſpeciem adde Synonyma ſeqq. Carduus humilis aculeatus Ptarmicæ *Auſtriacæ* foliis *Triumfetti Obſerv.* ſtellatus foliis integris, flo. purpureo *H. R. P.* Stœbe annua Leucoii folio ſubtus incano *Moriſ. hiſt.* P. 3.

3. Calcitrapa, amplo Jaceæ capitulo, ſtipatis ſpinis armato *Bocc. Muſ. pl. rar.*

Folia quæ primò explicat hæc planta mollia ſunt, anguſta & diviſa. Ad altitudinem ſeſquipedalem excreſcit, & ramulos emittit *foliis* veſtitos laciniatis latioribus & mollioribus quàm vulgaris *Calcitrapæ* ſeu *Cardui ſtellati.* Capitulum numeroſis denſiùs ſtipatis & longis ſpinis cingitur, Jaceæ ſpinoſæ ſimilibus. In montoſis *Corſicæ* Inſulæ invenitur, ínque collibus *Genuæ* & *Savonæ* abundé.

4. Jacea lutea, capite ſpinoſo, Cichorii folio acuto, alato caule *Hort. Cath. Suppl. alt.* Foliis Cichoraceis à Spina ſolſtitiali vulgari differt.

5. Spina ſolſtitialis Pyramidalis ſeſſilis *Bocc. Muſ. pl. rar.*

Verſùs montana *Tuſculi* ſpecies quædam Spinæ ſolſtitialis oritur, *foliis* anguſtis velut *Ptarmicæ Auſtriacæ*; *caulibus* multis, ulnam altis, qui ſimul uniti Pyramidem quandam efformant, eorúmque capitula Cornucopiæ figuram exprimunt. Abortus mihi (inquit) videtur.

P. 323. Ad Cap. De Cyano.

1. Cyanus montanus, caule folioſo, capitulo oblongo *Bocc. Muſ. Pl. rar.* p. 20. T. 2.

Ad pedalem altitudinem aſſurgit. *Flores* profert purpureos, *caulem* foliis denſè ſtipatum, iiſque ſinuatis. In montibus *Valli umbroſæ* & *Verniæ* in *Etruria* vicinis oritur.

2. Cyanus Alpinus, Lychnidis candidiſſimo folio, capitulo reticulato *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 20. T. 2.

Altitudo huic pedalis: *Folia* velut argentea, ob tomentum æquale, denſè ſtipatum album, quo obducuntur: *Caulis* rectus non ramoſus; *Flores* purpurei: *Capitulum* ſquamis recurvis arcuatis, eiſdémque pinnatis veſtitur: quæ quoniam replicatæ & retortæ ſunt, una ſupra aliam, hinc ſimul globulum rotundum efformaint, velut reticulatum, viſu pulcherrimum & jucundiſſimum. In ſummitate montis *Ceniſii* aliiſque *Sabaudicis* excelſioribus naſcitur.

3. Cyanus *Æthiopicus*, rigidis capillaceis tenuiſſimis foliis trifidis ex *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

4. Cyanus *Bæticus* ſupinus *Park. Th.* p. 48.

5. Cyanus

5. Cyanus Alpinus, capite pennato *Schol. Bot.*

6. Cyanus floridus *Turcicus*, odoratus latifolius laciniatus *Ex Horto Batavino Ejuſdem.*

7. Cyanus peregrinus, *Amberboi* vel *Emberboi* dictus *Ambroſini* 187.

8. Cyanus *Orientalis* flore luteo fiſtuloſo *A. R. P.* p. 75.

9. Cyanus montanus major, flore purpureo D. *Sherard. Pluk. Almageſt.*

10. Cyanus anguſtiore & longiore folio *Belgicus H. R. P.* montanus anguſtifolius *Hort. Leyd. Herman.*

11. Cyanus arboreſcens longifolia *Alpin. exot.* i. e. Stœbe capitata Roſmarini folio *Bonæ.*

12. Cyanus Orientalis major, foliis magis diſſectis, flore luteo, ex *Aleppo Moriſ. hiſt.* P. 3. A Cyano *Turcico* moſchato majore flore purpureo vix alia in re quàm floris colore differt. Cùm tamen Flores naturâ rubri cœruleíve, quamvis albo colore perſæpe variant, luteo rariſſimè mutantur, ſpecie ab eo diſtingui veriſimile eſt.

13. Jacea ſeu Cyanus perennis, floribus incarnatis odoratis, foliis pallidè virentibus D. *Sherard.*

Caulibus rigidis, pallidulis Cyani inſtar, cubito procerioribus, ſtriatis, ramoſis aſſurgit. *Folia* ad radicem lata, laciniata aut profundè ſecta, quaſíque pinnata, pinnis interdum rurſus diſſectis; quæ ſuperiora verſùs ſunt integra & anguſta. *Flores* Jaceæ ſimiles, incarnati, odore moſchum quadantenus æmulante: *Capitula* ſquamata, ſquamis ſtrictè junctis, & circa ſummum ambitum pilis brevibus flaveſcentibus prædita. Folia tactu viſcoſa ſunt, & digitis quodammodo adhærent. *Radix* lignoſa eſt, perennis, aliquot craſſioribus fibris ſcatens. D. *Sherard.*
Convenit hæc planta iconi ſub nomine Cyani flore pleno *J. B.* editæ.

14. Cyanus arboreſcens foliis Roriſmarini, hiſpidis capit. *Breyn. Prod.* 2. Siccam D. *Sherard.* contulit.

15. Cyanus Alpinus, Lychnidis candidiſſimo folio, capitulo reticulato *Boccon. Muſ.* p. 20. Tab. 2.

16. Cyanus *Syriacus* flore luteo D. *Volckamer.* Hujus ſemen à D. *Sherardo* in Horto *Beauforſtiano* ſatum plantam produxit ſeſquipalmarem, *cauliculo* tenui, ramoſo, & ad ramulorum exortum reflexo, *foliis* anguſtis oblongis, acutis alternatim poſitis veſtito. In ſummis caulibus & ramulis ſedent *flores* ſinguli ſeu ſolitarii, ſatis ampli pro plantulæ modo; qui tamen in ſicca non videbantur Cyaneos referre. Folia inferiora utrinque laciniata ſunt.

P. 321. Ad Cap. De Jaceis capite ſpinoſo.

1. Jacea *Sicula*, Erucæ folio, lutea echinata *Dodart. mem.*

2. Jacea marina purpurea, humum ſternens, Cichorii folio *Hort. Cathol. Cupani.*

Altitudo plantæ ſiccæ, quam nobis impertivit D. *Sherard* ferè dodrantalis erat. *Capitula* oblonga ſquamoſa, ſquamis in ſpinulas plerunque tres, media longiore, & aliquantulum reflexa terminatis.

3. *Jacea purpurea Salicis folio. Caules* rigidi, ſtriati, læves, *foliis* veſtiti ad intervalla mediocria longis, anguſtis, acutis, ad margines dentibus parvis brevibus, raris donatis. *Capitula* in ſummo caule & ramulis ſingularia, magna, ſquamis in ſpinulas breves tenues, parùm reflexas deſinentibus. Hanc D. *Sherardo* debemus.

4. Jacea ſpinoſa, Sonchi anguſto folio, maritima minor, ad ſquamas capituli ſpinulis plurimis *Pluk. Phyt.* T. 38. F. 3.

5. Jacea minor Stœbe *Gallicæ* & *Auſtriacæ* accedens, ſquamis capitulorum crebrioribus, quarum ſingulæ unico ſaltem aculeo ſunt armatæ *Pluk. Phyt.* T. 39. F. 2.

6. Jacea minor exotica ad foliorum margines ſpinulis donata *Ejuſd. ibid.* F. 4. Icon ſquamas capitulorum etiam in ſpinulas terminatas exhibet.

7. Jacea minor *Attica*, capitulis plurimis, ex apicibus ſquamarum ſpina recta ſingulari exeunte *Ejuſd. ibid.* F. 3.

5. Jacea

8. Jacea incana *Cretica*, flo. luteo, medio purpureo, ſquamis in molliores ſpinas abeuntibus *Hort. Lugd. Bat. Herm. Flor. Bat. flo.*

9. Jacea peregrina Napifolia, hirſutis capitulis, caule alato D. *Sherard. Pluk. Phyt.* T. 94. F. 2. Deſcriptionem *vide* Capite ſequenti ſub planta 20.

10. Jacea campeſtris *Luſitanica*, capite echinato *Munting. Herbar. Belg.* latifolia campeſtris, capite ſpinoſo, *Artſol. Griſleii Virid. Luſit.*

11. Jacea ſeu Carduus *Luſit.* foliis Coronopi villoſis & rigidis, flore croceo *Tournef. Elem. Bot.*

12. Jacea *Luſitanica*, foliis Coronopi amplioribus lanuginoſis, flo. luteo *Tournef. Elem. Bot.*

13. Jacea minor, Coronopi foliis atro-virentibus, odorata, capitulis parvis ad caulem ſeſſilibus *Pluk. Almag. Bot.*

14. Jacea *Æthiopica*, Coronopi folio ſubtus incano, floribus in ſummis caulibus & ramulis purpureis D. *Sherard.* Tota planta hirſuta & tomentoſa eſt. Plures emittit ramulos in terram plerunque reclinatos, ſeſquipalmares & longiores, *foliis* veſtitos aliis minoribus integris, aliis Coronopi fere in modum diviſis, ſubtus incanis. *Capitula* in ſummis caulibus & ramulis ſpinoſa, ſupra folia non eminent.

15. Jacea montana purpurea, Salicis latifoliæ foliis nitidis, ſerratis, capitulo Centauroides ſpinulis exaſperato *Hort. Cathol. App. alt.* Capitula magna ſingularia, in ſummis caulibus & ramulis.

16. Jacea *Sicula* Salicis anguſto folio, capitibus in ſummis caulibus & ramulis ſingularibus magnis, Centauroidibus, ſpinoſis, purpureis. Spinulæ in quas ſquamæ exeunt nunc erectæ ſunt, nunc reflexæ. *Folia* nullo ordine poſita, non admodum crebra, unciam unam lata, 4 aut 5 longa, acuminata, obiter interdum dentata. *Caulis* erectus, rigidus, ſtriatus, paucos emittit ramulos. Hæc & præcedens ad Centaurium majus potiùs referendæ videntur.

17. Jacea minima, cauliculis foliolis creberrimis cinctis, capitulis oblongis villoſis. Altitudo palmaris. *Cauliculi* foliolis creberrimis vix ſemunciam longis, anguſtiſſimis hirſutis, ad ipſos uſque flores veſtiti. Hanc & præcedentes duas à D. *Sherard* obtinuimus. Ad hunc locum proprie non pertinet, cùm capitula ſpinoſa non ſint ſed tantummodo villoſa.

18. Jacea parva incana, capitulis ſpinoſis. Altitudo palmaris aut major: *Folia* laciniata incana, ima latiora, ſuperiora anguſtiora. *Radix* ſingularis, altè in terram deſcendit. *Cauliculi* tomentoſi, incani; *Capitula* brevia ſquamis ſpinoſis ſepta. D. *Sherard* à D. *Boccone* hanc & præcedentem accepit.

19. Jacea foliis Cichoraceis, caule alato, flore purpureo, ex Horto *Piſano* D. *Sherard. Folia* inferiora, quæ è radice exeunt ampla, ſpithamam longa, latiſſima parte uncias 3, 4ve lata, integra, paucis duntaxat inordinate poſitis denticulis aut ſpinulis inæqualia: quæ caulem veſtiunt minora, anguſtiora, lata baſi abſque pediculis adnata, circa margines denticellis ſeu ſpinulis brevibus aſperata, acuminata. *Caulis* ad faſtigium uſque foliis veſtitus *capitulum* geſtat parvum, ſquamoſum, ſquamis (quantum in ſicca diſcernere licuit) in ſpinulas oblongas recurvas exeuntibus.

20. Jacea *Africana* ſubrotundis argenteis foliis, in minores lacinias diviſis, flo. aureo *Hort. Compton. Pluk. Almag. Bot.*

21. Jacea lutea Cichorii foliis minùs laciniatis *Americana Pluk. Phyt.* T. 196. F. 1. Ex ſeminibus è *Virginia* delatis orta eſt.

22. Jacea minor *Cretica*, Erucæ folio, flo. luteo, capite muricato *Pluk. Almag.*

23. Jacea *Æthiopica*, Stœchadis citrinæ foliis majoribus, tomentoſis, capitulorum ſpinis & ſquamulis ex aureo colore nitentibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 302. F. 3. Denſo & incano tomento mollia ſunt hujus plantæ folia & caules. Folia longa, anguſta, obtuſa & velut abſciſſa ſunt. Flores ſeu capitula ſummos caules & ramulos, in pediculos oblongos excurrentes terminant. Capitulorum ſpinæ & ſquamulæ in planta nobis à D. *Sherardo* communicata ex aureo colore minime nitebant ſed potiùs nigricabant.

24. Jacea *Hiſpanica*, Stœchadis citrinæ foliis permultis, brevibus, capitulo ſingulari magno *Pluk. Almag. Bot.*

25. Jacea intybacea, cap. rubro ſpinoſo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 48.

Anno 1663. in horto *Piſano* floruit, ad duorum pedum altitudinem ſupra terram elata.

26. Jacea major, Pineis foliis, luteo flore, capite ſpinoſo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 83. T. 76.

Planta eſt erecta, incana, *Cretica*, palmo Geometrico paulò elatior. Hanc etiam in horto *Piſano* cultam vidit. Spinulæ in capite recurvæ ſunt.

27. Jacea ſupina maritima, laciniata, capite ſpinoſo, flore rubello *Boccon. Muſ. pl. rar.* p. 33. T. 26.

Pedem Geometricum alta eſt, Stœbe affinis, per terram ſtrata. Folia brevia ſunt, contracta, laciniata, incana. Capitulum ſquamis multis ſpinoſis cinctum floribus ornatur rubellis. Prope *Genuam* oritur, quà itur ad *Albarum*.

28. Jacea *Luſitanica* caneſcens, alato caule, capitulo ſpinoſo & lanuginoſo: Carduus *Luſitanicus*, capite araneoſa lanugine obſito *Tournef. Elem. Bot.*

Hæc noſtrâ ſententiâ Jaceæ potiùs ſpecies cenſenda eſt quàm Cardui, ſiquidem neque folia, neque caules ſpinoſa ſunt, ſed capitula tantùm. Caules velut alati ſunt, laciniis foliorum ſeu auriculis à baſi productis ad inferius folium. Capitula oblonga & velut conica à lata baſi in anguſtum orificium contracta, ſpinis longis, acutis, parùm reflexis munita.

29. Stœbe *Cretica* fruticans Piceæ aut potiùs Pini anguſtis foliis, crebriùs ſtipatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Chamæpeuce *Alpin. exot.*
D. *Bobart.*

Planta eſt fruticoſa ab una radice multos *caules* longos, tenues, rectos, producens; quos *folia* plurima, longa, ſetacea, Pini ſimilia, denſè diſpoſita inordinatim conveſtiunt. In cauliculorum cacuminibus *Flores* attolluntur Cyani aut Jaceæ ſimiles, è craſſiore capite ſpinis armato provenientes, colore in vinoſum albicantes; quibus *ſemina* ſuccedunt Cyani haud diſſimilia.

30. Jacea marina purpurea, folio Cichorei, repens, capitulo olivari *Hort. Cath.*

Folia lata laciniata in latum & obtuſum extremum deſinunt. Capitula in ſummis caulibus & ramulis oblonga, conica, in ſpinulas plures exeunt reflexas, tenues, mediâ ut ferè fit longiore & rigidiore. Ex Horto Illuſtriſſ. *Ducis* de *Beaufort* D. *Sherard* ſiccam nobis communicavit.

31. Jacea lutea, capite ſpinoſo, alato caule, Cichorii folio acuto *Hort. Cath. Suppl. alt.*

Folia huic perampla ſunt, longa, profundè laciniata: *Capitula* parva, verum ſpinis multis erectis, validis, rigidis, acutis armata, unde ad ſpinam Solſtitialem dictam referenda videtur. Ex eodem Horto ab eodem amico miſſa eſt.

32. Jacea latifolia *Virginiana*, radice tuberoſa D. *Baniſt. Pluk. Almag. Bot.*

Hæc eſt Jacea altera non ramoſa, tuberoſa radice, *foliis* latioribus, *flores* ferens pauciores, majores, ſquamis hiantibus armatos, & pediculis curtis inſidentes *Baniſt. Cat. Virgin.* ad calcem *Hiſt. noſt.*

33. Jacea anguſtifolia tuberoſa radice *Virginiana* D. *Baniſt. Pluk. Almag.*

34. Jacea *Virginiana*, Leucoii petræi folio rigido, floribus pulchrè purpureis ad nodos caulium in laxiorem ſpicam diſpoſitis *Pluk. Mantiſſ.* Jacea non ramoſa tuberoſa radice, foliis plurimis rigidis, peranguſtis, *flores* ferens multos, parvos, rubentes, acaules, ad caulem in ſpica ſeſſiles *Baniſt. Cat. Virgin.* ad calcem *Hiſt. noſt.* Stœbe *Virginiana* tuberoſa anguſtifolia, capitulis ſeſſilibus, ſquamis foliaceis acutis donatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. T. 137.

Ex tuberoſa nodoſâque *radice*, fibris aliquot adnexis, enaſcuntur *folia* longa & anguſta; inter quæ *caules* pedales aut ſeſquipedales, rotundi, graciles eriguntur, *foliis* vix culmum latis, duas tréſve uncias longis, rigidiuſculis, alternatim ad uncialem intercapedinem amicti, quorum ſuperiorum alis duo, tria aut plura *capitula* inſident, pediculis carentia, ex ſquamis foliaceis, ſeu hamis viridibus exactis compoſita, è quibus *Flores* ſtaminei purpurei, aliarum Jacearum ſimiles extruduntur.

35. Jacea lutea annua, alato caule, *Sabauda*, *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Tota planta tomento candido, Gnaphalii modo, obducta, caulíſque omnino membranâ foliaceâ alatus eſt. Capitula ſpinis longioribus & paucioribus armata ſunt, quibus à cæteris hujus familiæ dignoſcitur.

36. Jacea latifolia acaulos, capite ſpinis horrido N. D. *Griſl. Virid. Luſit.*

37. Jacea

37. Jacea tenuifolia, capite ſpinoſo, *Cetobrigenſis* N. D. *Ejuſdem.*

38. Jacea elatior, *foliis* longis, anguſtis, in caule crebris, capitulis parvis paucis, in foliorum alis ſeſſilibus. In exemplari noſtro ſicco à D. *Sherard* communicato *Caulis* teres erat, erectus, firmus, lanuginoſus, foliis creberrimis, inordinatis, anguſtis oblongis cinctus, ſumma parte, ubi in ramulos duos dividebatur, in ipſo divaricationis angulo ſedebat *flos* unicus parvus, calice ſquamoſo, ſquamis in ſpinas rectas exeuntibus, ſeptus. Ex horto *Pariſiano* habuit D. *Sherard.*

39. Jacea lutea, capite ſpinoſo, Cichorii folio acuto, alato caule *Hort. Cath. Suppl. alt.*

Cum Jacea lutea ſpina ſolſtitiali dicta convenit, verùm folia magis diſſecta ſunt Cichoraceorum ad inſtar, viridiora, nec adeò incana. *Capitula* longis rectis rigidis acutis, flavicantibus ſpinis horrent.

40. Jacea montana purpurea, Salicis latifoliæ foliis nitidis *Hort. Cath. Supplem. alter.* 40.

Folia longa, anguſta, acuta, viridia, glabra, nec manifeſtè dentata. *Caules* firmi, rigidi, teretes, ſtriati. *Caules* & ramuli in longos pediculos excurrunt, *flores* ſeu *capitula* florifera magna ſuſtinentes ſquamoſa, ſquamis fuſcis, unicâ ſpinulâ in apice erectâ, tenui, rigida, ¼ unciæ longa.

41. Jaceæ latifoliæ luteæ, capite aculeis rectis ſpinoſæ. A D. *Sherardo* accepimus. Forte (inquit) Jaceæ luteæ Siculæ Cichorei folio & *Bocconi* ſpecies eſt.

42. Jacea lutea capitulis ſpinoſis ſpinis erectis, foliis tenuiſſimè diſſectis. *Romæ* collegit D. *Sherard.*

43. Jacea *Hiſpanicæ Alpini* affinis, niſi eadem *Hort. Sap. Rom.* Jacea Hæmorrhoidalis *Commelin.* Hæc planta adeò ſimilis eſt (inquit D. *Sherardus*) Jaceæ humili albæ Hieracii folio *C. B.* ut diſtinguere nequeam, niſi illa perennis ſit, hæc annua. Valde notabile eſt in hac ſpecie quòd ſquamarum capitula cingentium apices in plurimas ſpinulas hinc inde exeant.

Cæterùm Jaceæ humilis albæ Hieracii folio *C. B.* quoniam in Hiſtoria noſtra per incuriam omiſſa eſt, deſcriptionem hic dabimus. Jacea humilis Hieracifolia *Park.* p. 471.

Folia emittit plura è radice, inæqualiter laciniata Hieraciorum in modum. E quorum medio exeunt *cauliculi* dodrantales, imbelles, & vix ſe ſuſtinentes, ejuſmodi foliis ſed minoribus ad intervalla veſtiti; è quorum ſinubus exeunt ramuli, in quibus ut & in ſummo caule exiſtunt *capitula* florifera parva, Cyani prorſum, floſculis cœruleo minùs obſoleto colore purpurantibus.

P. 329. Ad Cap. De Jacea capite lævi ſeu non ſpinoſo.

1. Jacea ſquamato capite purpurea, foliis ad tactum glutinoſis *Pluk. Almag. Bot.* An Jacea nigra, ſquamoſo capite *C. B?*

2. Jacea Sonchi folio, caule alato, flore purpureo *Flor. Bat. flo.*

3. Jacea helenitis paluſtris *Luſitana* N. D. *Virid. Luſit. Tournefort. Elem. Bot.*

4. Jacea *Luſitanica* pumila, Serratulæ folio, magno flore *Ejuſd. ibid.*

Hæc ad Centaurium majus potiùs referenda.

5. Jacea Alpina Succiſæ folio *Ejuſd. ibid.*

6. Jacea *Hiſpanica* ſupina, Cinariæ folio *Ejuſd. ibid.*

7. Stœbe foliis Cichoraceis aſperiuſculis, *Mauritanica*, flore purpureo *P. B. P.*

8. Jacea incana, Cyani majoris folio, in aculeum deſinente, ſquamis ciliaribus nigris *Pluk. Phyt.* T. 38. F. 4. An Jacea minor anguſtifolia, vel Lithoſpermi arvenſis folio *C. B?* An Jacea minor, foliis aculeatis, Cyani majoris nomine miſſa *Ejuſdem?*

9. Jaceæ ſpecies *Americana*, alato caule, Ptarmicæ *Auſtriacæ* foliis *Pluk.* In Horto Regio *Hamptonienſi* colitur.

10. Jacea candida *Raguſiana Munting. Herbar. Belg.*

11. —— laciniata *Gallica* montana *Ejuſd.*

12. Jacea max. *Luſitanica, Lavapee* N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

13. —— lanuginoſa paluſtris, flo. purpureo N. D. *Ejuſd. ibid.*

14. —— tenui-diviſo folio flore luteo N. D. *Ejuſd.*

15. —— ſupina hæmorrhoidalis, flo. rubro, purpureo, albo & variegato *Cardinho Peraas Almorrheimas* N. D. *Ejuſd.*

16. Jacea *Marilandica* monoclonos, foliis gramineis, floſculis purpuro-cœruleis, longa ſerie ex alis foliorum alternatim exeuntibus. Jac. *Americana* Graminis folio, floribus alternis ſpicatis *Muſ. Pet.* 248.

Pars caulis quam à D. *Sloane* habuimus in *Marilandia* collectam, pedalis erat, ima parte *foliis* cincta, anguſtiſſimis, oblongis, acutis, nullo ordine poſitis. Non longè ab imo *Flores* è foliorum alis egerminare incipiunt, & quidem è ſingulis ſinguli, pediculis vix ſemuncialibus tenuibus erectis fulti, purpuro-cœrulei, velut longam ſpicam efficientes. *Calices* è paucis ſquamis compoſiti, nec in ventrem turgeſcere videntur, ut dubitem an ad hoc Genus propriè pertineat.

17. Jacea intybacea cap. rubro ſpinoſo *Boccon.*

Folia inferiora Cichoraceis ſimillima ſunt, dentata, nervo carneo per medium decurrente. Capitula ſpinulis inermibus donata. Planta eſt ſeſquipedalis.

18. Jacea montana ſaxatilis argentea, Cardui ſtellati foliis *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Tota planta tomento incano argenteo obducta eſt. *Caulis* firmus, ſtriatus, ſolidus, *foliis* cinctus utrinque candicantibus, ad mediam ferè coſtam laciniatis, laciniis etiam obiter dentatis. Capita magna rotunda, floribus (ut in ſicca videbatur) luteis. Altitudo ſiccæ quam deſcribo pedalis erat.

19. Jacea montana ſaxatilis argentea, pennato auriculato acuto folio *Hort. Cath.* ſeu Stœbes caliculis argenteis æmula.

Hujus *folia* minutiùs quam præcedentis inciſa aut laciniata ſunt, ſupina parte non uſque adeò incana, ut neque caules. *Capitula* magna ſubrotunda, quodammodo fulva, ſquamæ ſetulis nigris ciliaribus ſumma parte fimbriatæ. Floris color in ſicca purpureus eſſe videtur. Has duas plantas à D. *Sherard* habuimus.

20. Jacea peregrina, Napi folio, capitulis hirſutis alata *Pluk. Phyt. Hiſt. Oxon.* P. 3. Cyanoides purpurea, Cichorei folio, fuſce viridi-luteo *Hort. Cath.* An Cyanus ſpinoſus *Creticus* Rapi folio *H. R. P.*? Ad præcedens genus referenda, eadem eſt cum nona ſpecie.
D. *Bobart.*

Folia profert plurima, palmum longa, per terram ſtrata, à pediculo biunciali, Rapi ſeu Napi vulgaris in modum diviſa, ſatiſque eundem æmulantia, ſubrotunda, parte lata nervum claudente, in ambitu dentata, viridia. Inter hæc aſſurgunt *caules* bipedales aut tripedales, in plurimos ramulos brachiati, folioſâ materiâ dentatâ per longitudinem alati, minora anguſtioráque folia ſine ordine emittentes. Caulium ſummitates *capitulis* exiguis ſubrotundis ornantur, ſquamatis, quorum ſingula ſquama in ſuperiore parte ſpinulis exiguis 5 aut 6 terminatur. *Flores* è capitulis extruduntur ſimplices, ex petalis fiſtuloſis & Cyani modo patulis, elegantis purpuro-rubentis coloris compoſiti. Horum medietates ſtamina ochroleuca obtinent, *ſeménque* oblongum fuſcum, in apice barbulis coronatum inter lanuginem, quâ caput ipſum impletur, latitans ſuccedit, qua radice pereunte quotannis renovatur.

21. Jacea Elichryſoides *Aſiatica* Hieracii *Sabaudi* anguſtis virentibus foliis, caule niveo tomentoſo *Pluk. Mantiſſ.* p. 106.

22. Jacea incana Cyani capitulis *C. B.* incana altera, Jaceæ aut Cyani capitulis *Ad. Lob.*

A *radice* dura plures *caules* emittit: tota planta hirſutie piloſa & incana eſt: *folia* Gnaphalii triplo majora, crebra, leniter ſerrata: capitula coniformia, è ſquamis albidis compacta, ex quibus *flores* Jaceæ, *apicibus* villoſis, ex purpurante colore in pallidum languentibus erumpunt.

23. Stœbe Plantaginis folio, flore luteo *Alpin. exotic.*

24. *Jacea Stœchadis folio, flore luteo Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 77. T. 65. Pedali eſt altitudine. In *Creta* inſula invenitur ínque *Dalmatia.*

25. *Jacea Hiſpanica latifolia, nervis foliorum lanuginoſis Bocc. Muſ. pl. rar.* P. 64. T. 54. Pedem Geometricum altitudine æquat, & in *Hiſpania* oritur.

26. *Jacea*

26. *Jacea ſupina, Carlinæ capitulo, acaulos, tota incana Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 146. T. 109. *Folia* profert omnia, per terram ſtrata, incana, tomentoſa, regulariter auriculata velut Stœbes calyculis argenteis *C. B.* duas circiter uncias longa. E radice capitulum emittit ad modum Carlinæ acaulis gummiferæ *C. B.* incanum, foliis æquale. In montibus creſcit, locis aſperis, & in vicinia vici de *Caſtelbuono.*

27. Jacea *Luſitanica* ſemper virens, foliis diſſectis D. *Sherard.* Folia (ut mihi videbatur) multò anguſtiora, viridiora, crebriora erant quàm in planta quàm Jaceæ *Luſitanicæ* ſemper virentis nomine in Hiſtoria deſcripſi.

28. Jaceæ *Babylonicæ* maximæ ſimilis, floribus paniculatis D. *Sherard,* qui in Horto *Romano* collegit.

29. Jacea *Luſitanica* lutea, foliis Coronopi glabris & rigidis *Tournefort. Elem. Bot.*

30. Jacea elatior flore rubro, Stœben *Salmanticam Cluſii* omnino referens *Hort. med. Sapien. Rom.* A Stœbe *Salam. Cluſii* differt quòd perennis ſit planta, & capitulis minoribus. Ex Horto *Beaufortiano* D. *Sherard* miſit.

31. Jacea folio Cerinthes, purpuraſcente flore, è rupe Victoriæ *Schol. Bot. Herm. Parad. Bat. Herman.*

A *radice* prolixam fibrarum comam demittente oriuntur *folia* copioſa, humi ſtrata, quæ ab anguſto principio in latitudinem ſeſcuncialem ſeſe laxantia, in acutum mucronem contrahuntur; longitudine ſex uncias implent, glabra, glauca, *Cerinthes* vel potiùs *Chondrillæ bulboſæ Park.* foliis accedentia. *Caules* emittit vix pedales, non ramoſos, folio uno vel altero parte inferiore donatos, ſuſtinentes capitulum è parvis ſquamis, in ſpinulam inermem deſinentibus compactum, quod in *Flores* ſeſe explicat purpuraſcentes, tubuloſos, in 5 partes æquales diſſectos, cum ſtaminulo prominente. Delapſo flore ſuccedunt *ſemina* præcedentibus ſimilia.

(31.) Jacea Cyanoides altera alato caule *H. R. P.* peregrina. Napifolia, hirſutis capitulis elata, *Pluk. Phyt. Herman. Parad. Bat.*

Folia huic inferiora ſunt ampla, pediculis carinatis longis piloſis appenſa, Napi vel potiùs Lampſanæ foliis accedentia, craſſiora tamen & magis rugoſa, parte inferna itidem nonnihil piloſa & hirſuta; horum laciniæ per margines ſunt crenatæ; ſuperiora ſeu extrema, palmum lata, obtuſa, ſubrotunda. Superiora, quæ abſque pediculis adhærent, & in membranaceas alas diducuntur, minùs diſſecta, quæ verò in ſummo integra omnino & anguſta. *Caules* protrudit bicubitales, in frequentes ramulos divaricatos pluribus fimbriis criſpatis cinctos quæ quo inferiores eò latiores & magis ſinuatæ & undulatæ, ſuperiores rarioribus denticellis exaſperantur & nonnunquam in ſpinulas inermes abeunt. Summos caules & ramulos occupant capitula ſquamoſa, ſquamarum acumine in pinnatas ſpinulas innoxias fatiſcente, quæ explicantur in *Flores* purpureos amplos, Cyani in modum diviſos. Succedunt *Semina* turgidiora, brevi villo coronata.

32. Jacea ſaxatilis, longo, incano, anguſto Helichryſi Cretici folio, montana, erecta, flore purpureo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 31. T. 17.

Pedali altitudine ſupra terram aſſurgit hæc planta, ínque *Mutinenſi* territorio invenitur ſupra vicum *di Gaiato* in locis ſaxoſis.

33. Jacea incana Chamæleonis capitulis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 109. acaulos montis *Maronis,* cana, Jaceæ Pineæ *Hort. Cath.* adde Arcii capite.

34. Stœbe incana, acutis foliorum lobis, Cardui tomentoſi capitulo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 119. p. 168.

Hæc planta *Hungariæ* inquilina eſt. Ad ſeſquipedalem altitudinem attollitur. *Folia* ei incana ſunt, ſpithamam longa, velut Jaceæ laciniata: Capitulum grande, figurâ Cardui tomentoſi capitulo majore *C. B.* floſculis in diſco rubentibus. A *P. Barelier* hujus figuram habuit. In ſicca nobis à D. *Sherard* exhibita folia ſubtus tantùm incana & lanuginoſa erant.

35. Jaceæ affinis anguſtifolia, ramoſa caule membranulis alato. Ex *India Orientali.*

Radix fibris multis prælongis conſtat. *Caulis* ſemipedalis, teres, erectus, ramoſus, ramulis alternis reflexis. *Folia* longa anguſta Dracunculi hortenſis, membranulis à baſi ſua utrinque deorſum extenſis caulem adaugent. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis capitati eſſe videntur; verùm in ſicca Capitula adeò parva erant, ut eorum formam aut ſtructuram perſpicere non potuerim.

P. 331. Ad Cap. de Centaurio majore.

1. Pæ-Tumba *H. M.* P. 10. T. 63. Centaurium *Malabaricum* majus, folio integro crenato minore, flore cœruleo diluto.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* fibroſa albicans. *Caules* viridi-diluti, albicantes, tenues, piloſi. *Folia* oblongo-anguſta, in oris ſubtiliter crenata, tenuia, pilis albicantibus obſita. *Flores* Capitula ſunt plana, quæ numeroſis conſtant cœruleo-dilutis floſculis, qui ſinguli ſe in 5 anguſta aperiunt petala. In hiſce *ſtylus* emicat cœruleo-albus, capitulo oblongo cœruleo-ſaturo, quod in vertice albicat, dotatus, dein *ſtamen* ejiciens albo-cœruleum bifurcatum, ſed poſtea cœruleo-virideſcens. *Calix* piloſus, viridis plurium foliorum. *Semina*, quorum verticibus floſculi inſident, oblonga, baſi calicis inoculata.

Succus ventris dolores mitigat. Ex foliis expreſſus liquor cum Pipere errhinum præparatur pro maniacis. *Vire.*

2. Centaurium montanum *Neapolitanum* anguſtifolium *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 63. 100.

In confinio Regni *Neapolitani* ex parte *Nurſiæ* invenitur. Duorum circiter pedum altitudinem aſſequitur. *Folia* inferiora glabra ſunt, glauca velut Iſatis, verùm ſubrotunda; quæ ſummum caulem occupant multifida & anguſta.

3. Centaurium Alpinum, glabro anguſto Biſtortæ folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 55.

In montibus *Nurſiæ* naſcitur, locis ſaxoſis, & palmi circiter altitudine ſupra terram attollitur. Communicavit *Antonius da Viſſo* Capucinus.

4. Centaurium majus alterum laciniatum, purpuraſcente flore *Hort. Reg. Pariſ. Tournef. Elem. Bot.*

5. Centaurium majus *Luſitanicum*, Coronopi folio *Tournef. Elem. Bot.*

6. Centaurium majus *Luſitanicum*, laciniatum lanuginoſum humilius *Ejuſd. ibid.*

7. Centauroides *Luſitanica* N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

8. ——— lutea capitulo ſpinoſo annua N. D. *Ejuſd.*

9. Centaurium medium *Marianum*, folio integro, Cirſii noſtratis more, ſpinulis fimbriato *Pluk. Mantiſſ.*

P. 332. Ad Cap. De Serratula.

1. Serratula *Noveboracenſis* altiſſima, foliis Doriæ mollibus, ſubincanis, leviter crenatis *P. B. P. App.*

2. Serratula *Noveboracenſis*, folio leviter crenato, molli, ſubincano *P. B. P.* Eupatoria conyzoides odorata, folio crenato, molli, ſubincano *Plukenet. Phytogr.* Tab. 87. F. 2. An Cattu-Schiragam *H. M. Part.* 2. Fortè Serratula *Indica* latifolia mollis major *Breyn. Prod.* 2.

D. *Sherard.*

Caules producit bipedales & altiores, rotundos, ſtriatos, digitum craſſos, quibus confertim adſtant *folia* alterna, abſque ordine, pediculis brevibus appenſa, ſeſquidigitum & duos digitos longa, pollicem lata, ex anguſta baſi in mucronem exeuntia, in ambitu argutè denticulata, nervoſa, mollia, prona parte pallidè, ſuperna verò gratè virentia. E foliorum ſedibus verſùs ſummitatem egrediuntur ramuli breves; quibus flores velut in umbella inſident, purpurei, tubuloſi, in 5 ſegmenta æqualiter diviſi, (è quorum medio exit ſtamen bifurcatum concolor) in capitula ſquamata diſpoſiti, cum plurimis tenuiſſimis villis ad baſin.

3. Serratula prælta Centaurioides montana *Italica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 37.

Ad humanam altitudinem excreſcit hæc planta, radicibus fibroſis, foliis *Centaurii majoris* aut *Valerianæ minoris*. Serraturâ foliorum, capitulis, floribus rufeſcentibus cum vulgari Serratula *Matth.* convenit.

In territorio *Treviſano*, in ſylva quadam, villæ ſeu domui ruſticæ D. *Hieronymi Baſadonna*, dictæ *Mazzero* adjacente provenit. *Locus.*

Ad Cap. de Lappa ſeu Bardana majore.

Lappa major, ex omni parte minor, capitulis parvis elegantèr reticulatis: Fortè Arctium & Lappa minor Galeni *Lob. ob.* & *ic. Pluk. Almag. Bot.*

Lappa ſeu Bardana major flore albo *Moriſ. hiſt.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER OCTAVUS,

Herbarum flore compoſito Genus Quartum,

HOC EST,

Herbas flore diſcoide non Pappoſas, *Corymbiferas* dictas, Complectens.

P. 335. Ad Cap. De Flore Solis.

1. Corona Solis Trachelii folio, radice repente *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Corona Solis altiſſima, Virgæ aureæ foliis *Ejuſd. ibid.*

3. Flos Solis *Marianus*, foliis pyramidalibus, ſcabris, ex adverſo ſeſſilibus. *Pet. Act. Philoſoph.* n. 246.

4. Flos Solis *Marianus*, foliis latioribus, flore mixto *Ejuſd. ibid.*

5. Flos Solis *Marianus*, foliis anguſtioribus, flore mixto *Ejuſd. ibid.*

P. 337. Ad Cap. De Caltha ſeu Calendula.

1. Calendula ſylveſtris *Luſitanica Tournefort. Elem. Bot.*

2. Calendula maritima *Luſitanica*, lanuginoſa *Tournefort. Elem. Bot.* *Radix* huic ſimplex, fibrillis paucis donata, in terram altiſſimè depacta, ad ſemipedalem fere altitudinem. *Caules* exinde oriuntur plures, vel unus mox à radice in plures ramos diviſus, ſeſquipalmares, tomentoſos, *foliis* multis cinctos, nullo ordine poſitis, Bellidis minoris anguſtioribus, minoribus, & pro magnitudinis ratione longioribus, incanis. *Flores* aurei, mediocres, in ſummis ramulis plerunque ſinguli. Siccam communicavit D. *Sherardus*.

3. Calendula flore intus albo, extra purpuraſcente, ſtriato, *Promont. Bæ. Spei* D. *Oldenland*, *Semina* huic anguloſa ſunt & incurva. *Flores* pro calice unico tantùm foliorum hirſutorum vallo cincti. *Folia* anguſta, oblonga, obtuſa, integra, alternatim ſita. Tota planta hirſuta eſt; *Radix* ſimplex, ſurculoſa, & (ut videtur) annua.
A D. *Petiver* accepi, qui à D. *Oldenlandio* habuit.

4. Calendulæ affinis ſeminibus membranaceis trigonis elatior, foliis obiter dentatis.

Folia hujus 3 aut 4 uncias longa ſunt, ſemunciam aut etiam unciam, lata, baſi ſua abſque pediculis cauli adnata, per margines obiter interdum dentata, rariùs ſita. *Caules* pedales, ab imo ſtatim ramoſi, ad intervalla rariora. Caulis & ramuli ſinguli ſingulos geſtant flores luteos, *&c.*

5. Calendulæ affinis, ſeminibus membranaceis, trigonis D. *Oldenland.*

Caule eſt lignoſo, paucis ramulis, per totam longitudinem foliis crebris, nullo ordine poſitis, quæ ramulos obvolvunt & occultant, undique cinctis, diviſo. Sunt autem *folia* unciam plus longa, vix ſemunciam lata, per margines æqualia, in acutum apicem terminata, lævia, & (quantum in ſicca diſcernere licuit) ſubglauca. *Flores* in ſummis ramulis plures velut umbellatim diffuſi, barbulis flavis cincti, pro calice unico foliorum hirſutorum ordine obvallati.
Siccam à D. *Oldenland* acceptam commodavit D. *Petiver*.

6. Ca-

6. Calendula minor, arvensis, *Hispanica Hort. Leyd.* minima *Hispanica Mentzel. pugil. rar.* Huic folia hirsutie pubescunt.

7. Calendula *Africana* surrecta, Rorismarini foliis, ex *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiss.*

8. Calendula humilis *Africana*, Coronop. foliis hirsutis *Ejusd. ibid.*

9. Calendulæ affinis, folio Cotulæ *Africana Ejusd. ibid.*

10. Calendula *Africana* minor perennis, gramineis foliis rariùs dentatis D. *Herman. addè* disco nigro, radiis ex albo rubentibus.

In planta sicca, quam à D. *Sherard* accepimus, *caulis* simplex erat, aphyllos, monanthes, ut in Bellide minori vulgari, altitudine 5 circiter unciarum. *Folia* angusta, ad Coronopum figurâ & situ accedentia.

P. 342. Ad Cap. de Chrysanthemo.

1. Dhrysanthemum *Bermudense*, Leucoii foliis virentibus, crassis *Pluk. Almag. Bot.*

2. Idem folio longiore, angusto, dentato *Ejusd. ibid.*

3. Chrysanthemum Alpinum, Hesperidis angusto folio, caule ramoso *Ejusd. ibid.*

4. Chrysanthemum *Creticum* minus, flore melino *Pluk. Almag. Bot. Creticum* flore luteo minore *Hort. Groning.*

5. Chrysanthemum *Æthiopicum*, foliis brevibus rigidiusculis, subhirsutis, flore minore *Pluk. Almag. Bot. Phyt.* Tab. 276. F. 2. Folia extrema velut abscissa & bicornia sunt.

6. Chrysanthemum foliis ferulaceis, *Virginianum*, D. *Banister Cat. MS. Ejusd. ibid.* An Chrysanthemum Peucedani foliis *Marianum Pluk. Mantiss* ?

7. Chrysanthemum segetum, Bellidis folio N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

8. —— Bellidis folio serrato, elegans N. D. *Ejusd. ibid.*

9. —— segetum supinum *Ejusdem.*

10. —— *Valentinum Clusii* alterum *Ejusdem.*

11. Chrysanthemum exoticum, incano Cinerariæ folio *Boccon. Mus. plant. rar.* P. 23. T. 4. Altitudo sesquipalmaris: *Folia* dissecta sunt, tomento cinericeo ad instar Jacobææ marinæ obducta: *Flores* toti flavi, & Chrysanthemi in modum dispositi.

In Horto *Patavino* inter plantas exoticas cultam vidit D. *Boccone*, postea in insulis *Dalmatiæ* copiosam invenit.

12. Chrysanthemum *Lusitanicum*, Agerati folio *Tournefort. Elem. Bot.*

13. Chrysanthemum *Lusitanicum*, foliis angustis dentatis *Ejusd.*

14. Chrysanthemum *Barbadense*, Helenii amplioribus foliis scabris, è regione binis, floribus parvis *Pluk. Almag. Bot.* T. 274. F. 4.

Erectè assurgit *caulis*, pilosâ scabritie exasperatus: Huic per intervalla binatim accrescunt *folia* lata, è rotunda basi in mucronem desinentia, aspera etiam, ambitu dentata, & pediculis uncialibus insidentia, è quorum alis ramificationis species se offert. *Flores* summis ramulis parvi, aureo colore fulgentes, & è calyce 5folio erumpentes, insident. Descriptio est D. *Bobart.*

15. Chrysanthemum Helenii folio, umbone floris grandiusculo prominente *Pluk. Phyt.* T. 242. F. 2. Hujus folium Helenium vulgare optimè æmulatur, medio enim latum est, & utrinque mucronatum, ad marginem modica ac irregulari sinuatione dentatum, nervo prominente per medium decurrenti: *florem* ei amplum, è petalis circiter 8, latiusculis, planis, à se invicem diffitis, è perianthio ex 8 etiam foliolis constructo, prosilientibus, umbone in medio grandiusculo, in metam fastigiato, *cauliculus* superiori parte nudus suffulcit. D. *Bobart.*

16. Chry-

16. Chryſanthemum *Virginianum* repens, foliis aſperis, binatim ſeſſilibus, acuminatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. fol. rigidis acuminatis, binatim ad caulem abſque pediculo appoſitis *Baniſt.* Cat. Virgin.

Hoc tripedale Chryſanthemum *caules* erectos profert ; *folia* aſpera, ad baſin lata, mucrone acuto donata, ſine pediculis caulibus è regione adnaſcuntur : *flos* etiam diſcoides ex petalis latiuſculis emicat. *Radix* valdè repit. D. *Bobart.*

17. Chryſanthemum *Virginianum* elatius anguſtifolium, viride *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Radix* hujus lignoſa, multis fibris robuſtis ſuffixa eſt : *Caulis* anguloſus, viridis, *foliis* etiam anguſtis, crenatis, aſperis, viridibus, inordinatim veſtitur, qui ad altitudinem 5 vel 6 pedum aſſurgit, & in cymis *flores* ſtellati, lutei, Calendulæ amplitudinis, è perianthio herbaceo conflati ſunt. D. *Bobart.*

18. Chryſanthemum *Virginianum* altiſſimum, anguſtifolium, puniceis caulibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Omnium hujus familiæ altiſſimum eſt, *caulis* pollicaris, lævis, ab imo uſque ad ſummum pulligine, aut fuſco ſeu ferrugineo colore obducitur, ſicut & *folia*, quæ foliis antecedentis anguſtiora ſunt. *Flos* etiam luteus, pallidus, è perianthio herbaceo erumpit. D. *Bobart.*

19. Chryſanthemum *Virgin.* foliis aſperis, tribus vel 4 ad genicula ſitis *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* dura aſſurgunt *caules* bicubitales *foliis* tribus, longis, aſperis, dentatis, 2 aut 3 uncias latis, ornati : Superiùs ramificantur, & è calyce ex rotundis aut obtuſis foliolis compoſito ſuccreſcit *Flos* amplus, ſtellatus, è petalis luteis, longis & latiuſculis, umbonem etiam luteum cingentibus compoſitus. D. *Bobart.*

20. Chryſanthemum *Virgin.* foliis glabris Scrophulariæ vulgaris æmulis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Chryſanth. Scrophulariæ foliis *Americanum Pluk.* Tab. 22. Fig. 1. *Caulis* minimi digiti craſſitudinem, & altitudinem duorum, triúmve cubitorum aſſequitur : ad cujus genicula *folia* plerumque bina, aliquando verò ſingula, alternatim poſita naſcuntur, pediculis brevibus donata, dentata, glabra, Scrophulariam vulgarem ſatis referentia. *Flores* in ſummis caulibus lutei, petalis brevioribus, & cæteris latioribus præditi. *Radix* fibroſa per ſtolones ſe propagat. D. *Bobart.*

21. Chryſanthemum *Americanum* Scrophulariæ vel Urticæ foliis aſperis *Moriſ. hiſt.* P. 3. A præcedente differt foliis ſerratis, aſperitate donatis. *Idem.*

22. Chryſanthemum lanatum, crenatis foliis, *Æthiopicum Pluk. Almag.* 102. Tab. 274. F. 5. An Chryſanthemum arboreſcens *Æthiop.* Populi albæ foliis *Breyn ? Folia* Plantaginea, tribus nervis per longitundinem decurrentibus inſignita, per margines inæqualibus denticulationibus ſerrata, longiora, anguſtiora & acutiora apparent. *Flos* in ſummitate petalis ſuis ſatis longis ac amplis, duplicique aut triplici eorum ſerie ornatus eſt. Unde diverſa videtur. D. *Bobart.*

23. Chryſanthemum ex inſulis *Caribbæis*, Leucoii incanis & ſericeis foliis argenteis, craſſis *Pluk.* T. 115. F. 4. Planta eſt bicubitalis, *caulibus* rotundis, firmis & ferè ligneſis donata ; *foliis* multis digitalis longitudinis, ex anguſta baſi ſe in latitudinem uncialem extendentibus, obtuſis, ſpiſſis & carnoſis, ex viridi argenteis aut cinereis. *Caulis* in ſuperiori parte nudus, caput amplum, ſtrobilum imitans ex multis ſquamis foliaceis compoſitum ſuſtinet, quo aperto *Flos* Calthæ amplitudinis, ex multis petalis brevibus, obtuſis, luteis, umbonem cum apicibus filamentoſis cingentibus, conſtans, emicat. *Semen* nondum obſervatum eſt. D. *Bobart.*

24. Chryſanthemum *Bermudenſe* folio rigido viridi *Moriſ. hiſt.* P. 3. Perpetua fronde viret, & in Horto Regio *Hamptonienſi* colitur.

25. Chryſanthemum *Americanum*, foliis aſperis, altiſſimum, latifolium *Flor. Bat. flo.* An Chryſ. Virgin. foliis rigidis & aſperis majus & elatius *P. B. P.*

26. Idem humilius anguſtifolium *Ejuſdem.*

27. Chryſanthemum majus alterum, ſulphureo magno flore *H. R. P.*

28. Chryſanthemum *Americanum*, Doronici folio, flo. Perſici coloris, umbone magno prominente, ex atro-purpureo, viridi & aureo fulgente. An Bellis *Canadenſis* purpurea *Ciaſſii* Faſcic. herbar. *Michaelis Nutii* p. 22. *Pluk. Phytogr.* Tab. 21. F. 1. *vide* Ptarmica, Rhaphani aquatici folio, flore amplo rubello *Hort. Leyd.* quæ huic eadem eſt.

29. Chryſanthemum *Africanum*, Aſteris facie, imo flore non folioſo, capitulis duris *Ejuſdem ibid.* F. 3.

30. Chryſanthemum *Bengalenſe* anguſtifolium, puſillum, ſummo caule ramoſum *Ejuſd. ibid.* F. 4.

31. Chryſanthemum ſegetum noſtras, folio glauco multiſciſſo, major, flore minore *Ejuſd. ibid.* F. 5.

32. Chryſanthemum *Smyrnæum*, Cotulæ folio, flore amplo nudo, ſeminibus hiſpidis ad capitula in orbium ſpiras circumvolutis. An Chryſanthemum Valentinum *Cluſ?* *Ejuſd. ibid.* F. 7. Ex ſemine in ſportulis ficuum invento enata eſt hæc planta.

33. Chryſanthemum *Æthiopicum*, Cotulæ foliis hirſutis, ſquamis capitulorum argenteis D. *Sherard. Folia* Cotulæ, variè laciniata. *Radix* denſo fibrarum ceſpite conſtat. *Caulis* à radice ſtatim in ramos dividitur: Summi ramuli in pediculos longos excurrunt, quorum ſinguli ſingulos flores geſtant, ut in Cotula aut Chamæmelo, cui hæc planta accedit. Semipedali eſt altitudine aut majore.

34. Chryſanthemum *Africanum* pumilum ramoſum, foliis tenuiſſimis. Fortè Tagetes minimus, tenuiter diviſo folio *Breyn. Prod.* 2. D. *Sherard*, pumilum *Africanum*, Oſyridis folio. *Sched. annexa. Folia* velut alata ſunt, alis anguſtis oblongis, Oſyridis foliorum æmulis, mediæ coſtæ nullo ordine annexis. Plantula eſt ſemipedalis in ramos diviſa, qui in pediculos oblongos exeunt *flores* geſtantes ſingulos, flavos, calice ſimplici exceptos.

35. Chryſanthemum *Africanum*, flore nudo, Coronopi folio D. *Sherard.* Folia anguſta ſunt, oblonga, utrinque dentata, ut in Cratæogono Euphroſynes facie, non adeò profundè ut in Coronopo.

36. Chryſanthemum *Zeylanicum*, foliis anguſtis, rariùs dentatis, aſperis, Kirindiia *Zeylanenſium* D. *Sherard. Folia* in caule bina oppoſita, 3 uncias longa, vix unam lata, utraque extremitate anguſta. *Flores* è foliorum alis exeunt ſinguli in pediculis prælongis, hic illic ſparſim, quod huic ferè peculiare eſt. Ad Chryſanthemum *Canadenſe* bidens, foliis bijugis potiùs referenda videtur hæc planta.

37. Chryſanthemum *Africanum* fruteſcens, Lini foliis craſſioribus, floribus copioſis, parvis in ramulorum ſummitatibus D. *Sherard.* Ramulis creberrimis fruticat hæc planta.

38. Chryſanthemum *Africanum* fruteſcens, conyzoides, capitulo aphyllo, foliis *Tartonraire* D. *Sherard.* Chryſanth. Conyzoides *Æthiopicum*, capitulo aphyllo, foliis Majoranæ *Breyn.* ad hanc proximè accedit. *Folia* in ramulis creberrima ſunt, ut eos penitus contegant, lanuginoſa & caneſcentia.

39. Chryſanthemum *Peruvianum*, flore albo *Cat. Hort. Lipſ.* olim edit. *Ejuſd. ibid.* F. 3. *Contradictio in adjecto.*

40. Chryſanthemum *Americanum* fruteſcens; Balſaminæ luteæ foliis, nigris maculis punctatis *Pluk. Phyt.* T. 161. F. 1.

41. Chryſanthemum *Maderaſpatanum*, Menthæ arvenſis foliis & facie, floribus bigemellis ad foliorum alas, pediculis curtis *Ejuſd.* T. 118. F. 5. Tota hirſuta eſt: Cauliculi ei erecti. Folia Menthæ aquat. anguſtiora, aut Parietariæ vulgaris *formâ*, parum verò crenata, è regione naſcentia, è quorum alis alii ramificantur cauliculi, & ad genicula ſuperiora in pediculis curtis gemellis aut bigemellis *floſculi* parvi bullati, lutei, proveniunt. D. *Bobart.*

42. Chryſanthemum hirſutum *Virginianum*, auriculato Dulcamaræ folio, octapetalon, *Ejuſd. Phyt.* T. 242. F. 4.

43. Chryſanth. exoticum perpuſillum nudum, foliis Coronopi, in horto *Chelſeiano* è ſemine natum *Pluk. Almageſt. Botan.*

44. Chryſanthemum anguſtiori folio repens ſulphureo flore, hirſutie villoſum, ex *Provincia Mariana Pluk. Mantiſſ.*

45. Chryſanthemum *Americanum* latiori folio aſpero, caule quadrangulo, ad ſingulos angulos membranaceis appendicibus, per longitudinem diſcurrentibus alato *Ejuſd. ibid.*

46. Chry-

46. Chryſanthemum *Americanum* caule alato, amplioribus foliis binatis, floribus pallidè luteſcentibus, parvis: Stick-weed noſtratibus *Marilandiæ* colonis dicitur. Scrophulariæ folio *Muſ. Pet.* cent. 629.

47. Chryſanth. *Marianum* Virgæ aureæ *Americanæ* foliis, florum petalis tridentatis *Pluk. Mantiſſ.* p. 46.

48. Chryſanthemum *Americanum* minus anguſtis foliis Bugloſſi, aſperis, ſtrumoſa radice *Pluk. Mantiſſ.*

49. Chryſanth. fruticoſum *Monomotapenſe* foliis Chenopodii glaucis *Ejuſd. ibid.*

50. Chryſanth. Tuberariæ ſeu Ciſti. Plantaginis folio & facie *Inſulæ Johannæ Ejuſd. ibid.*

51. Chryſanth. *Virginianum*, Viticis folio trifoliatum, florum petalis ex purpureo & aureo variis *Ejuſd. ibid.*

52. Chryſanth. *Indicum Saſſafras* trilobato folio, flore luteo, radice glanduloſa, Aumaunadundoo *Malabarorum Ejuſd. ibid.* Ad Hæmorrhoidas celeberrimum eſt ſpecificum. Semina haſtæ cuſpidi perſimilia ſunt.

53. Chryſanthemum *Madraſpatanum*, folio trifido *Muſ. Pet.* 628. Aumaunadundoo *Malab. Act. Philoſoph. Lond.* N. 267. p. 713. Bipedali altitudine aſſurgit. Radix craſſa eſt, quæ cum aqua & melle piſta & pota hæmorhoides ſanat.

54. Chryſanthemum Orellanæ foliis, impensè ſcabris, *Maderaſpatanum*, florum petalis quinis tetragonis, è calice amplo viridi, fiſtuloſis *Pluk. Phyt.* Tab. 83. F. 2. Hæc planta non eſt de Chryſanthemorum genere (monente ipſo D. *Plukenet* in *Mantiſſa* ad *Almageſtum*) ſed peculiaris & ſui generis; *Singhaerhar Bengalenſium*, & aliquando *Arboris triſtis* nomine miſſa eſt. An Arbor triſtis *Acoſtæ* Hiſt. Lugd. 1852? cujus fructus magnitudine Lupini, cordis effigie, per medium ſectus; deſcriptioni optimè convenit, & à ſimilitudine fortè hujus fructui Manju pumarum *H. M.* P. 1. F. 21. ſive Pariatacu *Bramanum*, quod cum *Canarienſium* Parizataco, quæ Arbor triſtis eſt, non malè convenire Doctori *Syen* (in notis) videbatur, qui rotundo-planus eſt, ac compreſſus, colore viridi, in medio unâ ſuturâ protuberante, ad verticem utrinque productâ, Arbor triſtis nuncupari merebatur; Paulamulle *Malabarorum.*

55. Chryſanthemum *Virginianum* villoſum, diſco luteo, petalis quinis ornato *Pluk. Phyt.* Tab. 83. F. 4. Chryſ. pentapetalon villoſo caule D. *Baniſter.* Cat. Mſſ. *Folia* edit Lamii rubri aut Meliſſæ vulgaris facie, modicè hirſuta, pediculis longis binatim cauli appoſita. In ſummo *Flos* aureus, petalis 5 latiuſculis, planis & ferè ovalibus, cum umbone in medio, ſe exſerit. D. *Bobart* deſcripſit.

56. Chryſanthemum Alpinum Bellidis folio ramoſum *Ejuſd. ibid.* F. 3.

57. Chryſanthemum *Maderaſpatanum*, foliis latioribus, ſemine minutiſſimo nigro. An Tzompili Huizpatli *Novæ Hiſpaniæ* Recchi? *Ejuſd.* Tab. 118. F. 5.

58. Chryſanthemum *Virginianum*, caule alato, ramoſius, flore minore *Plukenet* T. 118. F. 3.

59. Chryſanthemum *Maderaſpatanum*, latifolium, Scabioſæ capitulis parvis *Ejuſdem ibid.* F. 4.

60. Chryſanthemum *Virginianum* elatius, anguſtifolium, caule hirſuto viridi, an *Voſacan* quorundam ſeu Helenium *Canadenſe* altiſſimum *H. R. P? vide* Chryſanthemum *Canadenſe* Rapunculi radice, ſtrumoſum, *Herman. Bat.*

61. Chryſanthemum parvum ramoſiſſimum, membranaceo caule *Maderaſpatanum*, *Pluk. Phyt.* T. 160. F. 5. Humilis planta eſſe videtur, in pluſculos ramulos ſtatim ſe dividens, qui unà cum caulibus latè ſe diffundentibus, membranulis foliaceis alati ſunt, *foliiſque* anguſtis, unciam unam aut alterum longis, ambitu ſinuatis, alternatim poſitis ſparſim veſtiti. *Flores* cauliculorum pediculorúmque alatorum terminationibus parvi, rotundi, aurei, ex petalis exiguis, ut q. bullati videantur, adnati ſunt. D. *Bobart.*

62. Chryſanthemum *Maderaſpatanum*, Oxyacanthæ foliis cæſiis, ad margines ſpinoſis, calice argenteo *Ejuſd. ibid.* F. 6. *Caulem* protrudit rectum, hirſutum, in plures ramulos ſuperius brachiatum, cui inordinatim adnaſcuntur *folia*, unciam plus minus longa, profundis laciniis ſecta, ut iis Oxyacanthæ apprimè aſſimilentur, quorum ſingulæ laciniæ in acutum angulum abeunt, adeò ut ſpinulæ titulum pænè mereatur: totáque

folii ſuperficies, præſertim averſa parte, plumbeo cæſióve colore tincta eſt. *Flores* ſingulatim provenientes ramulos terminant, qui ex numeroſis petalis anguſtiſſimis & calycibus parvis argenteis erumpentibus compoſiti extant.

63. Chryſanth. fruticoſum, Limonii folio, *Africanum*, caule glabro, floribus parvis *Pluk. Mantiſſ.* p. 47.

64. Chryſanth. fruticoſum, Polygoni foliis, *Africanum*, cauliculis ſcabris flore minore *Ejuſd. ibid.*

65. Chryſanth. *Africanum*, Cyani minoris folio parvo, ramoſiſſimum *Ejuſd. ibid.*

66. Chryſanth. Conyzoides *Æthiopicum*, capitulo aphyllo, Tithymali paralii foliis ſubrotundis, hiulculis, in ſuperficie conſpicuis *Ejuſd. ibid.* An Chryſ. Conyz. *Æthiopicum*, capitulo aphyllo foliis Majoranæ *Breyn. cent ?* Hujus deſcriptionem vide apud Breynium.

67. Chryſanth. *Africanum* vermiculatis foliis fruticoſum, capitulo aphyllo *Pluk. Mantiſſ.* An Chamæcypariſſus viridis *Indica* Ericæ folio flore albo maximo *Breyn. Prod.* 2.

68. Chryſanthemulum fruticoſum, Corios folio *Africanum*, cauliculis hirſutis, flore ampliore luteo *Pluk. Mantiſſ.*

69. Chryſanth. Thapſiæ foliis *Æthiopicum*, flore parvo ſingulari *Ejuſd. ibid.* p. 48.

70. Chryſanth. parvum, Cotulæ foliis, caule nodoſo ex inſula S. *Helenæ Ejuſd. ibid.*

71. Chryſanthemum minus Alpinum elegans, flore magno albicante, foliis craſſis Saxifragiæ Chelidonidis accedentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Pluk. Phyt.* T. 83. F. 1. D. *Bobart.*

Folia emittit multa, ſpiſſa, carnoſa, ex anguſta baſi ſeſe in rotunditatem extendentia, parvula, crenata, Saxifragæ albæ aut Cotyledonis *Matth.* æmula, minora tamen, per terram ſtrata; inter quæ erigitur *caulis* triuncialis aut circiter, paucis foliis ornatus, *florem* in vertice amplum diſcoidem, ex petalis circiter 12, ſtriatis, pallidis, in extremitate crenatis conflatum ſuſtinent. D. *Bobart.* Chryſanthemo corymbifero Africano *Triumfetti* quoad folia optimè convenit. *Pluk.*

72. Chryſanthemum *Curaſſavicum* fruteſcens folio Hyperici, nigris punctis notatum *P. B. P.*

Cauliculos q. lignoſos, modò erectos, modò reclinantes profert, quibus *folia* uncialia ovalia, marginibus parùm dentata aut ſinuata, pediculis etiam uncialibus, ex adverſo ſita adnaſcuntur, in quorum ſingulis crenis macula nigra conſpicitur. Florem luteum radiatum ſeu ſtellatum, haud amplum producit. D. *Sherard.*

73. Chryſanthemum anguſtifolium ramoſum, flore parvo.

Ramulus, quem à D. *Sherard.* obtinuimus, dodrantalis erat, tenuis, ſatis tamen firmus, ab imo ſtatim ramoſus, ramulis rarioribus, in pediculos prælongos, tenues admodum procurrentibus, quorum ſinguli *flores* ſuſtinent umbone flavo, petalis marginalibus in ſummo crenatis, flavis pariter, donatos. Folia, è quorum alis ramuli exeunt, peranguſta ſunt, unciam aut ſeſcunciam longa, circa margines dentata, extremis obtuſis crenatis, abſque pediculis cauli adnaſcentia.

74. Chryſanthemum pumilum anguſtifolium, flore pleno, Aſter luteus ſupinus *Cluſ.* flore pleno.

Folia abſque pediculis caulibus adnaſcuntur crebra, alterno ordine, ſeſcunciam longa aut paulò longiora, vix ſemunciam lata, ab exortu ad mediam longitudinem ſenſim dilatata, mucronibus obtuſis, circa margines æqualia. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis perampli, pleni, petalis frontatis fronte crenata. Flores pro calice circumvallant folia, iis quæ in caulibus ſunt ſimilia & æqualia, ni paulò breviora eſſent. Planta eſt pumila, ramoſa, hirſuta. D. *Sherard.* communicavit. Ex *Hort. Rom. Sapien.*

75. Chryſanthemum Orientale foliis criſpis *Muſ. Pet.* 373. Hæc eſt Conyza minor *Indiæ Orientalis*, Nelapu *Malabarorum Mant. Almag. Bot.* 55. Pedem unum vel alterum altum eſt, herbacei aut graminei ſaporis. D. *S. Brown. Act. Philoſoph.* N. 264. pag. 583. *pl.* 7.

76. Chry-

76. Chryſanthemum paluſtre, repens, minus, odoratum, folio ſcabro, trilobato *Slon. Cat. Jamaic.*
D. *Sloane.*

Caulis geniculatus, in terræ ſuperficie repit, pluribus capillaceis fibris ſeu filamentis è fuſco nigricantibus è ſingulis geniculis in terram demiſſis; foliis binis oppoſitis, Caryophyllatæ perſimilibus, valde hirſutis, dentatis, odorem aromaticum ſpirantibus amictus. In ſummo caule aut paulò inferiùs ex alis foliorum emicant pediculi oblongi, *flores* luteos ſuſtinentes, aliorum Chryſanthemorum exactè ſimiles.

In pratis humidioribus, & ad ripas fluvii *Rio Cobre* dicti ubique reperitur.

77. Chryſanthemum paluſtre minimum repens, Apii folio *Slon. Cat. Jamaic.*
D. *Sloane.*

Radicibus fibroſis, tenuibus, fuſcis terræ inhæret; *cauliculos* emittens plures, in terræ ſuperficie in orbem expanſos, *foliis* ad margines inciſis obſitos, Apii folia referentibus, pallidè viridibus. *Flores* è pluribus floſculis luteis denſè ſtipatis coagmentantur, barbulis concoloribus radiati, aliorum Chryſanthemorum inſtar. *Semina* longa, viridi-fuſca, ſtriata, ſingulis floſculis ſingula ſuccedunt, eodem quo floſculi ſitu.

In pratis *Jamaicæ* & inſularum *Caribbearum* frequenter oritur.

78. Chryſanthemum *Africanum* fruteſcens ſpinoſum *Volckamer. Flor. Norimb.* Uvedalia ſpinoſa, *&c. Muſ. Pet. Cent.* 8. Jacobæa ſpinoſa brevi Leucoii folio viridi *Bocc. Muſ.*

Radice nititur fibroſa, candicante: *Cauliculi* à radice in plures divaricati ramos, virides, rotundi, *foliis* hinc inde cinguntur oblongis nonnihil, & rariùs dentatis. Cum ad cubitalem ferè ſtaturam devenerit planta, extremitates ramificationum in longiores abeunt ſpinas, virides, quarum faſtigia ornant *Flores* lutei, compoſiti ex plurimis floſculis tubuloſis, brevioribus, luteis, in ſummitate 5 laciniis diviſis diſcum, & planifoliis concoloribus radium formantibus.

Naſcitur ſponte ad *Promont. Bæ. Spei.* Perennat ſempérque viret modo per hyemem ritè defendatur à gelicidiis. Plantam hanc novi Generis eſſe, nimirum Chryſanthemum baccifera nos docet D. *Petiver. Muſ.* 799. vide paulò infra *Chryſanthemoides Oſteoſpermon, &c.*

79. Chryſanthemum annuum majus *Virginianum*, foliis laciniatis & hirſutis, umbone nigricante D. *Baniſter.*

A *radice* valde fibroſa folia plurima hirſuta, palmum aut ampliùs lata, per terram ſtrata, Artemiſiæ latifoliæ modo in ſegmenta profunda diviſa, pediculis triuncialibus appendentia, proveniunt. *Caulis* humanum altitudinem aſſequitur, craſſitie pollicari, cortice fuſco aut purpuraſcente, hirſuto tectus, medullâ albâ farctus; cui folia ſine ordine paucioribus laciniis prædita adnaſcuntur: quæ ramis accreſcunt integra & ſerrata ſunt. Summi caules multis *floribus* amplis aureis ornantur, ex petalis uncialibus latis, umbonem ſubfuſcum aut nigricantem cingentibus conflati: quæ colorum diverſitas & floris expanſi amplitudo amœnum ſpectaculum exhibent. Floribus marceſcentibus umbo per maturitatem conicam figuram obtinet, in quo ſemina oblonga, quadrangularia fuſca continentur; radíxque perit. D. *Bobart.*

80. Chryſanthemum *Virginianum* folio acutiore lævi trifoliato, ſeu Anagyridis folio D. *Baniſter.*

In cauliculo lævi tereti & erecto folia bina è regione ſito, medio impare, pediculis uncialibus, Anagyridis vulgaris folia pulchrè referentia, naſcuntur: ad genicula ſuperiora ubi caulis ſe dividit folia integra, Hyſſopi paria oriuntur. In cauliculorum ſummis *flores* lutei, ex 8, 9ve petalis luteis, ſemuncialibus, umbonem fuſcum cingentibus compoſiti. D. *Bobart.*

81. Chryſanthemum *Virginianum* trifoliatum humilius, obtuſioribus foliis hirſutis *Ejuſd.* D. *Baniſt.*

Planta hæc dodrantalis aut pedalis, erecta, molli lanugine obſita, *folia* ima rotunda aut ovalia profert, binatim cauli pediculis uncialibus adhærentia: ad nodum 3tium terna folia pediculo ſimul juncta ſunt, quorum medium duo exteriora magnitudine multum ſuperat, quæ majori auricularum inſtar apponuntur. Aliquando caulis ſe dividit, & in cauliculi nudi faſtigio *flores* aurei coloris petalis latiuſculis dentatis, 8 ut plurimum Chryſanthemi vulgaris ſegetum amplitudine, ſaturatioris verò coloris, emicant. D. *Bobart.*

82. Chryſanthemum fruticoſum maritimum, foliis glaucis oblongis, flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.* Chryſanthemum ex Inſulis Caribbæis, Leucoii incanis & ſericeis foliis, argenteis, craſſis *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 4.
D. *Sloane.*

Frutex iſtic ad quadrupedalem altitudinem aſſurrexit, cortice lævi albicante, ligno intus albo, minimi digiti craſſitie, verſùs faſtigium in ramos plures ſibi invicem oppoſitos diviſus, quibus adnaſcuntur *folia* agminatim plura ſimul, agminulis ſibi mutuo oppoſitis è longioribus brevi-

brevioribúsque *foliis* conflatis, longiſſimis uncialibus circiter $\frac{1}{3}$am unciæ latis prope extremum ſcil. ſubrotundum ubi latiſſima ſunt, brevi & vix diſcernendo in apice aculeo munitis, initio anguſtis & pediculis deſtitutis, totis lanugine obductis, & albicantibus, abſque ullis crenis vel inciſuris. Summos ramulos terminanti *Flores* diſcoides, ampli, parvis albicantibus foliolis calicem componentibus ſepti, floſculos in medio plurimos, denſè ſtipatos, coloris flavi cum circulo, petalorum ſeu barbularum concolorium in margine continentes. Succedunt *ſemina* plurima, ſolida ſeu pappo deſtituta.

Ad littus marinum ſaxoſum, prope Inſulæ *Jamaicæ* urbem olim *Hiſpanis Sevilla* nuncupatam provenire obſervavit D. *Sloane.*

83. Chryſanthemum Salviæ folio rugoſo, ſcabro, oblongo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane,*

Caules lignoſi, geniculati, *foliis* obſiti duas uncias longis, unciam plus latis, utraque extremitate anguſtis, marginibus æqualibus, ſuperficie aſpera & bullata, Salviæ ſylveſtris in modum. Capitula ſeu *Flores* Chryſanthemo ſegetum æquales. E ramulo ſicco & imperfecto, in inſula *Jamaica* vel *Caribbæarum* aliqua, neſcio quâ, collecto deſcripſi, nec plura habeo quæ de eo dicam.

84. Chryſanthemum *Americanum* perenne majus, Platani Orientalis folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. Uvedalia *Virginiana,* Platani folio molli *Muſ. Pet.* 800.

Radices huic Aſphodeli in modum, medio craſſiores, brachialis craſſitiei, numeroſæ, albidæ, ſimul uni capiti adnectuntur; è quibus exeunt *caules* ſatis craſſi, ſtriati, medullâ albâ farcti, ad altitudinem duarum vel trium ulnarum, foliis latiſſimis, modica hirſutie aſperis, ſpithamæ latitudinem ſæpe excedentibus, in varias lacinias & angulos, iis Platani Orientalis quam proximos, ſed in extremis paulò acutiores diviſis, aliquando è regione, & aliquando inordinatim caulibus appoſitis, pediculis cum foliis ipſis lateraliter veſtitis. Autumno in caulium ſummitatibus inter folia minora apparuerunt perianthia ferè rotunda, viridia, ſimul congeſta; in quorum medio *flores* lutei, ſtellati, unciæ unius latitudinem non ſuperantes, & proportioni plantæ nullatenus reſpondentes emicuerunt: & quod in aliis hujus familiæ obſervavimus, flos ſine aliquo petalorum defectu rarò invenitur. D. *Bobart.* Semen breve turgidum & ferè quadratum eſt.

85. Chryſanthemum *Americanum* majus perenne, Floris Solis foliis & floribus, ſive Flos Solis major perennis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Radix reſtibilis & perennis fibris tenacibus terram fortiter apprehendit; unde *Caules* pollicaris craſſitiei, 3, 4ve aut plures, medullâ albâ farcti, ad proceritatem 8, 9ve pedum aſſurgunt, in plures ramulos poſt dimidium diviſi; *foliis* nunc ex adverſo, nunc alternatim poſitis, quæ aſſurgentia minora naſcuntur. *Flores* ampli, lutei, ſtellati ſunt, quorum primus magnitudine cæteros ſuperat, qui latitudinem 9 aut 10 digitorum æquat. *Flores* ſequentes è cauliculis lateralibus minores, & ità ſecundùm florendi ætatem iterum minores apparent, è perianthio folioſo emergentes; quibus evanidis *ſemina* oblonga, quadrangularia ſuccedunt, ſed vix ad maturitatem perveniunt. A radice repente ſtolonibus facillimè propagatur. D. *Bobart.*

86. Ana-Schovadi q. d. Veſtigium pedis Elephantis *H. M.* P. 10. F. 7. Chryſanthemum *Indicum* humile, flore pentapetalo, calice trifolio.

H. M.

Sic dicta quia folia in orbem ſe explicant. Planta eſt humilis, in arenoſis & humidis naſcens, præcipuè in umbroſis. *Radix* brevis, duriola, lignoſa, villoſis annulis circundata, fibras plurimas tenues & albas, è latere emittens, ſaporis ſubacris & ſubamari. *Folia* ex radice brevibus, planis, viridi-dilutis petiolis prodeunt, tranſverſim ſuper terram in orbem diffuſa, oblongo-anguſta, obtuſa, in margine tenuiter inciſa, hirſutis pilis ſubaſpera, criſpa, hinc inde rugulis contracta, craſſa, ſaporis ſubamari. *Flores* in lignoſis, viridibus ſpadiceofuſcis ac piloſis proveniunt caulibus, qui inter folia è radice exurgunt, inſidéntque petiolis rigidis, ex caulium cymis prodeuntes, ac ad exortum parvis, oblongo-anguſtis foliis quandoque veſtiti, capitulis excipiuntur ſpicatis, quæ in ſummitate petiolorum conſpiciuntur, à tribus cuſpidatis, ſurrectis, piloſis & interiora verſùs clauſis foliis ſuffulti; de cætero parvi, pentapetali, ſurrecti, è ſpiceis calycibus altè emicantes, coloris primò ex cœruleo ſeu purpureo rubri, proximo die ex albo ſufflaveſcentes, odoris expertes. In medio *ſtylus* eſt tenuis, in ſuperiore parte biſurcatus, ex thecula emicans. *Semina,* quæ unà cum floribus in capitulis ſpicatis prodeunt, oblongo-rotunda ſunt & tenuia, inferiori parte, qua orificio calicis ſeu baſi capituli inſiſtunt cuſpidata, in ſummitate oculum habent, cui *flores* cum ſuo calice inſident, & ex illo 5 albicantia tenuia ejiciunt *ſtaminula,* primùm albicantia, dein flaveſcentia, tandem cinereo-ruſſa. Semel quotannis floret, ferè in *Decembri*; tempore pluvioſo ſolùm naſcitur, rariùs æſtivo, niſi in locis udis & opacis. Propagatur non tantùm ſemine, ſed ex rotundo lignoſo appendice radici adnaſcente.

Virt. Trita cum Cumino in lacte acido ſumpta fluxus ventris ſiſtit, & inteſtinorum tormina ſedat; addito ſaccharo antimelancholicum eſt.

87. Vallis-

87. Vallia-Manga-Nari *H. M.* P. 10. T. 40. Chryſanthemum *Indicum* Urticæ folio, flore luteo, radio octapetalo, petalis bifidis *Commelin.* notis.

H. M.

Bipedali eſt altitudine, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* albicans, fibroſa, odoris grati aromatici. *Rami* geniculati, in geniculis extuberantes, virides, vel etiam purpureo-rubeſcentes & nitentes, vetuſtiores cinerei, ligno albicante & medullari. *Folia* ad genicula petiolis languidis, viridi-dilutis geminata prodeunt, oblonga, circa petiolum lato ac rotundo ambitu, anteriùs in cuſpidem ſtricta, crenata, pilis breviſſimis tenuiter obſita, valde tenuia, ſemiaſpera & lenia, viroris ſaturi, odoris & ſaporis acris. *Coſta* & coſtulæ in utraque parte eminent. *Flores* hinc indè ſupra ex origine foliorum proveniunt, octapetali, flavi ſeu lutei, capitulo medio circumſtantes, ad unguiculos nonnihil ſtrictiores, & à ſe mutuo diſtantes, ſupernè tenui inciſura bifidi, vel trifidi, & exteriùs duabus coſtulis eminentibus, in quarum tractu interiùs liris ſunt ſtriati, ad ſingulorum petalorum medium unguiculo ac ſtaminulo bifurcato flavo dotati. Ex medio florum capitulo numeroſi *floſculi* emicant, monopetali, parvi, ſurrecti, craſſi, cuſpidati, interiùs cochleato-cavi, theciformi flaviuſculo collulo, ſupernè in 5 cuſpides fiſſo, ex quo ſtylulus nigricans thecula flavâ bifurcata dotatus emicat: ſúntque floſculi hi primùm parvæ, flavæ, rotundæ *gemmulæ*, poſtea ſeſe aperientes formam minutorum referentes heliotropiorum, odoris expertes. *Calyx* ex pluribus conſtat longiuſculis, cuſpidatis rigidiuſculis, viridi-dilutis foliis. *Semina* oblonga ſunt, inferiùs cuſpidata, cum cuſpide baſi capituli florum inſidentia, vertice ſupernè plano, cui flos inſidet, quadrangulata & nigricantia, quæ cum floſculis ſimul juncta capitulum conſtituunt medium.

Folia & floſculorum capitula eundem quem Fructus *Mangæ* immaturi ſpirant odorem. Contrita cum ſucco Zinziberis & triturata in doloribus flatulentis inteſtinorum exhibentur. *Virei.*

88. Cajenneam *H. M.* P. 10. T. 41. Leucanthemum *Indicum*, radio decapetalo, foliolis cuſpidatis floſculis diſci medii intermixtis.

H. M.

Altitudine eſt 4 vel 5 pedum, aquoſis & udis gaudens locis, radiculis fibroſis & albicantibus ſaporis ſubacris & amari, repens. *Caules* plures juncti, & radiculis implexi exſurgunt, viridi-diluti, geniculati, ſubaſperi, ſaporis ſubacris. *Folia* ex geniculis bina & bina proveniunt, oblongo-anguſta, ad petiolum & anteriùs ſtricta, alia lateribus uniformibus, alia alatim inflexis, in margine tenuiter crenata, pilis tenuibus ac decumbentibus obſita, aſpera, tenuia, viridi-fuſca, ſaporis ſubacris & amari. *Flores* vel ſolitarii, vel plures ſimul, parvi, radio decapetalo, candido, diſco medio plano, viridi: *Floſculi* medii tetrapetali ſunt, ſtylum emittentes bifidum ex albicante flavum cum thecula ſua nigricante, parvis, viridibus & cuſpidatis foliis circumpoſitis: *Calix* floris totalis è 10 cuſpidatis & viridibus foliis componitur. *Semina* diſci medii fundo innaſcuntur numeroſa, oblongo-anguſta, plana, nonnihil convexa, ima parte cuſpidata, ſummâ craſſiora, floſculos cum foliis interſperſis recipientia, per maturitatem cinerea, in longitudine utrinque recto albicante ac ſubpurpureo limbulo obducta, in parte inter limbulos intermedia angulo acuto in longum prominentia. Floret hæc planta tempore pluvioſo, etiam æſtivo, ſed in locis udis & irriguis.

Decoctum plantæ exhibitum capitis & dentium ſedat dolores. Succus unà cum *butyro* epotus in omnibus ſymptomatis doloribúſque juvat arthriticis: cum *Vaccæ urina* exhibitus in morbis illius regionis endemiis: ex pulvere cum oleo permixto pilulæ conficiuntur adverſus vertiginem, humoréſque capitis phlegmaticos. *Folia* in pulverem redacta, cum *Sale*, *Pipere* & *ſucco Limonis* permixta, appetitum promovent, nauſeam pellunt. *Virei.*

89. Pee-Cajenneam *H. M.* P. 12. T. 42. Chryſanthemum *Indicum*, radio octapetalo, petalis oblongis in ſummitate latioribus, foliis integris.

Priori ſimilis eſt, paulò tamen humilior, *Caulibus* ſubrubeſcentibus; *Foliis* numeroſioribus, amplioribus, craſſioribus; ſapor idem. *Flores* majores ſunt & flavi, radio octapetalo, barbulis oblongis, in ſummitate latioribus in duos tréſve cuſpides inciſis in longitudine plicis ſtriatis. *Floſculi* flavi, pentapetali, parvi, cuſpidati, cum thecula nigricante *Stylum* flavum bifidum emittentes: ad barbularum pariter uniuſcujuſque unguiculos *ſtylus* emicat flavus & bifidus. *Calyx* 10 plus minus cuſpidatorum inæqualium foliorum eſt. *Semina eadem.*

Succus cum momento *ferruginis* probè toſtæ & *Vaccæ urinæ* maceratæ pro hydropiſi aſſumitur. Crines auget ſi cum illo caput abluatur. Decoctum foliorum cum oleo recenti capitis dolorem ſedat. *Virei.*

90. Chryſanthemum *Zeylanicum*, Scrophulariæ aquaticæ folio, *Lavenia* dictum D. *Sherard*.

Folia ex adverſo in caule bina, pediculis ſatis longis nixa, triangularia, lata baſi, mucrone acuto, circa margines ſerrata. Summus *caulis* in ramulos aliquot dividitur, in pediculis brevibus tenuibus *flores* ſuſtinentes, qui quales fuerint in ſicca diſcernere non licuit. Folia Scrophulariæ vulgaris figura erant & magnitudine, ad baſin latiora & breviora.

91. Chryſanthemoides oſteoſpermon *Africanum* odoratum, ſpinoſum & viſcoſum *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Superiùs è D. *Volckameri Flor. Norimberg.* mutuatam dedimus. A D. *Commelino* hoc in loco plenius describitur. Flores (inquit) sequuntur *semina* plurima [tria aut 4 plerunque in his regionibus] rotunda, subrubra, ossea, nucleum se continentia unicum, album & subdulcem. Per integram floret æstatem & semina perficit. Locis argillosis *Promont. Bæ. Spei* floret *Septembri.*

Fructus bacca primò videtur, at maturitatem adeptus totus evadit osseus.

92. Chrysanthemi flore Arbor *Africana*, fructu rotundo fungoso, Pisi amplitudine, in quo nucleus parvus albus saporis suavissimi *Herman.*

93. Chrysanthemum *Æthiopicum* fruteſcens, foliis Populi albæ *Breyn.* unicum duntaxat habet radiorum in flore circulum. E *Promont. Bæ. Spei* misit *Oldenlandius.*

P. 344. Ad Cap. de Ptarmica,

1. Ptarmica *Lusitanica* flo. cœruleo *Grisleii Virid. Lusit.*

2. Ptarmica foliis profundiùs serratis, lætè viridibus, elatior *Hort. Lugd. Bat. app.* Eadem minor & humilior *Flor. Bat.*

3. Ptarmica Alpina, Agerati incanis serratis foliis *Ejusdem, ib.*

4. Ptarmica Rhaphani aquatici folio, flore amplo rubello D. *Watsii Ejusdem, ib.*

4.* Dracunculus *Virginianus* latifolius, petalis florum longissimis, purpurascentibus *Morif. hist.* P. 3. Chrysanthemum *Americanum*, Doronici folio, *&c. Pluk.*

Planta hæc rara è semine *Virginiano* à D. *Banister* misso succrevit. E *radice* fibris longis affixa *folia* per terram primo spargit palmo latiora, quæ 6, 7ve unciarum longitudinem æquant, viridia, subaspera, in mucronem desinentia, & quoad formam *Digitalis vulgaris* æmula, in ambitu serraturis levidensibus dentata, pediculis biuncialibus aut triuncialibus adnexa: è quorum medio erigitur *caulis* rotundus, striatus, bicubitalis, nunc simplex, nunc in 2, 3ve alas divisus, foliis paribus paucis, minoribus tamen, & acutioribus denticulis donatis, vestitus: cujus summitas *florem* egregium sustinet, qui è squamoso capite petala tenuia longitudinis biuncialis, angustissima, purpurascentis coloris protrudit, quorum singula non ut in aliis in mucronem desinunt, sed bifurcata sunt, numero 20 aut 24, per quorum angustiam Flos petalis suis raris sparsus apparet, satis verò latus, qui amplitudinem 6, 7ve unciarum acquirit: umbo in medio ex unciali basi in metam attollitur, è squamis foliaceis cum apicibus aureis compositus, qui *semina* solida, oblonga, quadrangularia continet. *Radix* vivax est. D. *Bobart.*

5. Ptarmica seu Dracunculus Alpinus latifolius, serratis foliis *Schol. Bot.*

6. Ptarmicæ *Virginianæ* similis planta *Americana*, floribus sparsis hexapetalis *Plukenet. Phytogr.* Tab. 219. F. 2.

7. Ptarmica Alpina Millefolii folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 144. T. 101.

Pedem alta est. Folia *Tanaceti* aut *Millefolii* montani; cætera cum aliis *Ptarmicæ* speciebus convenit. In *Sabaudiæ* montosis oritur. In pulchro specimine quod nobis exhibuit D. *Sherard.* folia integra erant, ad margines duntaxat in lacinias seu dentes altiùs incisa; dentes etiam utrinque denticellis minoribus serrati. Tum folia, tum dentes primarii in acutum mucronem exeunt.

8. Ptarmica sive Dracunculus pratensis, minor, viridis, foliis profundiùs & eleganter incisis *Pluk. Mantiſſ.*

9. Ptarmica angustifolia, foliis integris *Caroliniana.* An Chiauxihuitl *Næ. Hiſpaniæ* Terentii apud Recchum p. 364? *Pluk. Mantiſſ.*

10. Ptarmica Alpina, foliis angustis, partim serratis, partim integris *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 85.

Caulem emittit rectum, ulnam & dimidiam altum *Folia* glabra sunt, quàm *Ptarmicæ* seu Dracunculi pratensis serratifolii *C. B.* latiora. Præterea folia à medio caule deorsum versùs integra seu ad margines æqualia sunt, velut Dracunculi hortensis; à medio sursum serrata. Crescit in *Bauges* in montibus *Sabaudiæ* 15 m. p. ab urbe *Chambery* distantibus, cum flore albo & umbellifero ut *Ageratum.*

11. Ptarmica Alpina Matricariæ foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 150. *Triumfetti* nominatur.

Altitudo

Altitudo huic pedalis; folia ſublucida, glabra, Matricariæ ſimilia obſcurè viridia, quàm Ptarmicæ *Fuchſii* majora. Radix perennis. In montibus *Etruriæ* & *Sabaudiæ.*

P. 348. Ad Cap. De Millefolio terreſtri.

1. Millefolium tomentoſum Alpinum odoratum nanum *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 120. p. 166.

Planta iſthæc à paſtoribus *Sabaudicis* collecta, & mihi oſtenſa fuit pro una è duabus illis herbis quæ contra Pleuritidem in magna apud *Sabaudos* æſtimatione ſunt. *Flos* huic albus eſt, ſtatura brevis, ut quæ ultra ſpithamæ altitudinem rarò creſcat. In monte *Ceniſio* utroque, parvo & grandi, invenitur.

Herbæ manipulum in *lib.* 11. Aquæ fontanæ decoquunt ad dimidiæ partis conſumptionem, *Vires* & Pleuritide laboranti tepidam propinant ſemel aut pluries.

2. Millefolium maximum *Virginianum*, umbellâ albâ *Pluk. Almag.*

3. Millefolium montanum purpureum, Tanaceti folio *Dod. memoir.* Ptarmica Alpina Tanaceti folio, flore purpureo *Tournef. Elem. Bot.*

4. Millefolium *Æthiopicum*, Ericæ foliis, incanum, flore ſpecioſo *Pluk. Almag. Bot.* T. 308.

5. Millefolium camphoratum aureum *Monomotapenſe*, *Pluk. Mantiſſ.*

6. Millefolium *Noveboracenſe* maximum, floribus albis *P. B. Pr.* An Millefolium *Canadenſe* elatius, flore albo *Schol. Bot?* Hujus folium è *Marilandia* habemus.

Hujus *folia* pinnata, ampla, longa, à nervo ſeu coſta media quamplurimis *foliolis* Ferulaceæ tenuitate diviſis, onuſta, per terram ſtrata ſunt, inter quæ *caules* bicubitales aut tricubitales eriguntur, foliis etiam pertenuibus veſtiti, quorum ſummitates variè diviſæ corymbum floſculorum alborum, parvorum, è parvis capitulis ſquamoſis erumpentium conſtituunt. D. *Bobart.*

7. Millefolium terreſtre luteum majus ex *Aleppo Moriſ. hiſt.* P. 3. 39. An Tanacetum lanuginoſum *Lugd. Park?* Vulgaris Millefolii altitudinem aſſequitur: folia quàm Millefol. lutei vulgaris ampliora ſunt, & villoſa, ut & *caules*, qui multò etiam craſſiores ſunt: Flores itidem luteos in umbellis multò copioſiores profert: in omnibus denique major eſt planta. D. *Bobart.*

8. Millefolio affinis *Madraſpatana*, Camphoratæ foliis, radiatim naſcentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 39. Superiùs deſcribitur ſub Camphorata ex *Hort. Amſt. rar.* P. 2. utcunque pleniorem D. *Bobarti* deſcriptionem adjicere hoc in loco placuit. Ex ſeminibus *Africanis* è *Batavia* acceptis nata eſt. Viticulis rectis, ut plurimum indiviſis, viridibus, lignoſis, cubitalibus ſpicatim aſſurgit. *Foliola* vix ſemunciam longa, recta, 6, 7ve numero ab eodem exortu Camphoratæ aut Laricis in modum ſtellatim provenientia, viridi-clara, crebriùs viticulis naſcuntur, ut à radice ad ſummum uſque cauliculos conveſtiant & pæne occultent. Planta hæc Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis *C. B.* quodammodo refert, cui tamen ramuſculi imbecilles ſunt & longiores. *Flores* primariorum cauliculorum faſtigiis inſident, albi, Millefolii tereſtris ritu corymbatim diſpoſiti: horum enim ſinguli integri ſunt in fundo, & quinquefariam in margine diviſi, ex quorum copia cum calycibus ſuis ſquamoſis planus conſtat corymbus. *Semina* iis ſuccedunt ſolida oblonga glabra. Hyemis impatiens eſt: Fungorum ad inſtar odorem terreum ſpirat. D. *Bobart.* Hujus loci non eſt, ſed ad Camphoratam ſpectat. Camphoratæ hirſutæ ſimilis fruticulus *Æthiopicus*, foliolis ex uno puncto confertiſſimis, flo. parvo tubuloſo niveo, pentapetaloide *Pluk.* T. 275. F. 7.

9. Millefolium *Æthiopicum*, Ericæ foliis, incanum, flore ſpecioſo *Pluk. Almag. Bot.* 251. Tab. 308. F. 2.

Folia brevia ſunt, & ut plurimùm paullum reflexa. Ramuli in ſurculos plures tenues rectos dividuntur, quorum unuſquiſque in faſtigio *flores* multos velut umbellatim diſpoſitos geſtat, Millefolii ſimiles. Planta eſt fruticoſa, ſed humilis, ſemipedalis ſcil. aut dodrantalis.

P. 353. Ad Cap. De Bellide.

1. Bellis ſylvatica folio craſſo & villoſo *Schol. Bot. Tournefort.*

2. Bellis montana incana & crenata, foliis & crenis obtuſis *Pluk. Phytogr.* Tab. 17. F. 1. An Bellis montana, folio obtuſo crenato *C. B.* pin. & Prodr?

3. Bellis *Pyrenaica* latiſſimo folio, flore maximo *Schol. Bot.*

4. Bellis *Pyrenaica* denſo fragilíque folio *Hort. Joncq.* Cum Bellide majore convenit, ſed in omnibus magnitudine ſuperat, caulíſque hirſutior eſt. *Flores* ampliores duplici aut triplici ſerie petalorum ornati ſunt. In Horto *Oxon.* ad 4 aut 5 pedum altitudinem crevit. D. *Bobart.* A D. *Sherard* communicata eſt.

5. Bellis Alpina major rigido folio breviori & latiori *H. L. B. Herm.* Hæc Bellide majore rigido folio *C. B.* humilior & tenerior eſt, foliis latioribus, brevioribus, magis reflexis, floribúſque minoribus.

6. Bellis *Africana* Myrtifolia humilis, flore folioſo *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* fibroſa reſtibili aſcendit *Caulis* erectus, rotundus, dodrantalis, in brachia quædam diviſus; *foliis* mucronatis, Myrti minoris æmulis, ornatus, quorum aliqua binatim, alia inordinatim caulibus apponuntur. Summus caulis *florem* diſcoidem ex petalis plurimis albis, diſcum luteum cingentibus conflatum profert; cui foliola ſex viridia acuminata pro calice ſubſunt, quæ petala longitudine ſuperant. D. *Bobart.* A Reverendiſſimo Epiſcopo *Londinenſi* iconem vivis coloribus depictam obtinuit.

P. 362. Ad Chryſanthemum Capitis *Bæ. Spei* flore aphyllo repens *Breyn. Cent.* 1. Adde, Synon.

Bellis annua capitulo aphyllo luteo, Coronopi folio, cauliculis procumbentibus *H. L. Bat. Herman.* Chryſanthemum Tingitanum minimum procumbens, foliis versùs imum dentatis, floſculo nudo cernuo *Moriſon.* Bellis *Africana* Coronopi folio, florenudo *Ciaſſi.*

7. Bellis Alpina foliis profundiùs diſſectis *Schol. Bot.* Bellis leucanthema (ſeu Anthemis) fruteſcens, foliis profundè laciniatis *Breyn. Prod.* 2. Bellis montana foliis Chryſanthemi D. *Magnol, Ejuſd. ibid.* B. Chryſanthemi ſegetum folio D. *Hans Sloane Hiſt. noſt.* An B. montana, foliis Coronopi, laciniis ſeu denticulis rarioribus & magis extantibus *Pluk. Phytogr.* Tab. 17. F. 3.

8. Bellis Alpina foliis laciniatis *Ejuſd. Schol. Bot.*

9. Bellis cœrulea *Pyrenaica* fruticeſcens minima *Schol. Bot.*

10. Bellis montis *ventoſi Tournefort. Flor. Bat. fl.*

11. Bellis *Americana* procerior, ſerotina, ramoſa, flore ampliſſimo *Hort. Ac. Lugd. Bat. Herman.* An Bel. radice repente, foliis latioribus ſerratis *Cat. Hort. Blæſ.* Bellis *Indica* maxima *Cat. Hort. Acad. Pat.* Turre. *Pluk. Almageſt. Bot.*

12. Bellis Alpina, Parthenii foliis, elatior *Plukenet. Phytogr.* Tab. 17. F. 7.

13. Leucanthemum Alpinum foliis Coronopi *Tournef. Elem. Bot.*

14. Leucanthemum *Pyrenaicum* minimum, multifido incano folio *Ejuſdem. ibid.*

15. Leucanthemum *Luſitanicum* argenteo laciniato folio *Ejuſd. ibid.*

16. Bellis major *Africana*, Camphoram redolens, aut potiùs Zedoariam *Pluk. Almageſt. Botan.*

17. Bellis montana, foliis imis Coronopum, ſuperioribus Linum referentibus *Pluk. Almag.* An Bellis Alpina foliis laciniatis *Schol. Bot?*

18. Bellis Alpina pumila, Lavendulæ multifidæ foliis, caule aphyllo *Ejuſd. ibid.*

Bellidis multas ſpecies non deſcriptas proponit *Griſleius* in Viridario *Luſitanico*, quæ an ad Bellidem majorem an ad minorem, an partim ad hanc, partim ad illam pertineant neſcio. Eæ ſunt

Bellis Bugulæ folio major N. D.

—— Bugulæ folio minor N. D.

—— minima ramoſa annua N. D.

—— fruticoſa max. *Luſitanica* N. D. An Bel. fr. major *Luſitan? Munting. H. B.*

—— Tanaceti folio minor *Luſitanica* N. D.

19. Buphthalmum leucanthemum, Cotulæ fœtidæ foliis *Pluk. Almageſt.* Fortè Buphthalmum peregrinum *Alpin. Exot.*

20. Bellis

20. Bellis fruticosa major Lychnidis folio *Munting. Herbar. Belgic.*

21. Bellis *Marilandica* minor hirsuta, caule folioso, flore albo.

Caulis, aut pars ejus quam siccam à D. *Sloane* accepimus, semipedalis aut dodrantalis erat, tenuis, hirsutus, uti sunt & *folia* tria quatuórve singulatim ad intervalla absque pediculis adnata. Floris discum luteum barbulæ albæ cingunt.

22. Bellis *Canariensis* fruticescens, foliis crassis, Pyrethri sapore; quo nomine siccam à D *Sherard* accepimus, Pyrethrum fortè flore Bellidis *C. B.* (inquit D. *Plukenet.*) In specimine nostro foliorum segmenta in acutum desinunt.

23. Bellis *Æthiopica*, Erucæ foliis, incana *Cap. Bæ. Spei Breyn. fascic. rarior.* 19. *Pluk. Mantiss.*

24. Bellis *Americana* minor, Umbelliferæ affinis, hirsutior, summo caule cœrulescente, flore singulari *Ejusd. ibid.*

25. Bellis *Africana* major surrecta, rigidioribus Agerati foliis, floribus ferè umbellatis parvis *Ejusd. ibid.*

26. Bellis minor Autumnalis monanthes caule nudo, tenui, prælongo, flore ex albo rubente. Folia è radice multa exeunt, palmum longa, unciam lata, in planta adulta breviora, & latiora, inæqualiter dentata ad modum Hieracii, in acutum desinentia, glabra. *Caules* semipedales aut dodrantales tenues singuli singulos *flores* sustinentes albos aut dilutè rubentes barbulis longis. Hujus specimen exsiccatum contribuit D. *Sherard*, qui circa Tusculum frequens esse scribit.

27. Leucanthemum umbelliferum, caule lanuginoso, erecto, foliis ad Horminum accedentibus, subtus lanuginosis.

A Bellide majore omnibus suis partibus exceptis floribus, differt. *Caulis*, (saltem pars ejus quam siccam nobis impertivit D. *Sherardus*) pedalis erat, teres, erectus, lanuginosus, duobus tribúsve foliis vestitus, angustis, oblongis. *Flores* è caulis fastigio exibant plures, umbellatim diffusi, pediculis aliis longis, aliis brevibus insidentes, magnitudine mediocres, petalis umbonem medium cingentibus albis. *Folia* pediculis latis insident, ad basin duas plus uncias lata, tres longa, obtusa, circa margines dentata, & Hormini cujusdam foliorum æmula, subtus lanuginosa, & tomento quodam rasili superne obducta.

28. Bellis major seu Leucanthemum, foliis imis profundiùs incisis, iis quæ caules & ramos occupant angustissimis, minimis. B. montana ramosa glabra, Chrysanthemi segetum laciniatis foliis *Bocc.* T. 29.

Caules dodrantales ramosi, ramis longissimè excurrentibus, singulis singulos flores sustinentibus. Tum caulis tum ramuli foliis angustissimis, minimis, nonnullis tamen obiter dentatis, vestiti sunt.

29. Bellis frutescens *Africana* camphorata *Oldenlandii* D. *Herman. Africana* umbellata frutescens, odore Camphoræ *Cat. ad finem Parad. Bat.*
Rami lignosi & crassiusculi sunt, *foliis* oblongis, angustis, acutis, nullo ordine positis, Hyssopi magnitudine & figurâ fere, pediculis destitutis, undique cincti ad ipsos usque flores, qui in summis caulibus & ramulis plures simul existunt, disco medio luteo, & barbulis albis constantes.

30. Bellis major, foliis Artemisiam æmulantibus. Bellis incana Chrysanthemi Cretici foliis. *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 136.

Caulis firmus, teres, ramosus, ramulis è foliorum alis exeuntibus; quæ in caule crebra, alterno aut nullo ordine posita, profundè laciniata, laciniis ad medium folii nervum hinc inde pertingentibus, in summo trifidis aut quadrifidis, acuminatis. *Folia* juniora & *Caules* initio canescunt. In summis caulibus & ramulis *Flores* longis insident pediculis Bellidis majoris æmuli, disco medio luteo protuberante, barbulis albis cincto. E penu D. *Sherardi* hausimus.

31. Leucanthemum seu Bellis major ramosa, foliis perexiguis, flore minore, petalis angustioribus.

Altitudo siccæ quam habemus ex munere D. *Sherard*, dodrantalis. Folia ad radicem minima, subrotunda, dentibus majusculis in ambitu incisa, pediculo oblongo paulatim se dilatante insidentia. *Caulis foliis* crebris, vix unciam longis aut 4tam unciæ latis, ad margines duobus tribúsve hinc inde dentibus majusculis incisis vestitus, ramosus, ramulis in pediculos longos excurrentibus, quorum singuli singulos *flores* gestant, quàm Bellidis majoris sylvestris minores, discum medium luteum barbulis cingentibus albis.

32. Bellis pumila monanthes, foliis Naſturtii petræi aut verrucoſi.

Flos amplus Bellidis majoris, umbonem luteum unico petalorum albentium, (quatenus in ſicca nobis à D. *Sherardo* communicata diſcernere licuit) circulo cingente, in pediculo ſimplici non ramoſo palmari unicus. Folia ad radicem in orbem ſparſa, plurima, Naſturtii pumili diviſurâ, ſeſcunciam circiter longa, anguſta.

33. Bellis *Africana* foliis anguſtis, rariùs dentatis, petalis radialibus ex albo rubentibus, diſco nigricante D. *Sherard.* vid. Calendula.

34. Bellis ramoſa repens, foliis craſſis ſubrotundis D. *Sherard.*

D. *Sherard.*

E *radice* repente exeunt *folia* craſſa, ſubrotunda, glabra, vix crenata, Limonii facie, pediculis brevibus appenſa, humi ſtrata: è quorum medio erigitur *caulis* pedalis, ſtriatus, uno vel altero folio anguſto cinctus, versùs ſummitatem in 3, 4ve ramos diviſus, qui *floribus* paucis Bellidis ſylv. minoris magnitudine coronantur. Radii albi, umbo luteus. Valdè repit. Floruit in Horto Illuſt. Principis de *Beaufort*, menſe *Sept.* 1700. Hanc plantam exſiccatam ad nos tranſmiſit D. *Sherardus*, in qua obſervavimus caules in pediculo valde tenues flores ſuſtinentes dividi.

35. Bellis *Africana* florum pediculis pænè aphyllis, foliis inciſis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice ſuſtentatur fuſca & perenni, fibroſa ex qua *Folia* exſurgunt plurima 3, 4ve uncias longa, ex anguſtiori baſi in apicem latiorem exeuntia, hilari virore nitentia, craſſa, ſuculenta, & inciſa, quorum medium nervus occupat craſſus. Varii pedicelli ex foliorum conjunctione oriuntur, pedales, rotundi, virides, plerunque aphylli, (nonnunquam unico foliolo & inciſo exornantur) in ſummitate *florem* ſuſtinentes unicum, diſcoidem, radiatum, & quemadmodum radiorum ſulcata petala ex adverſa parte cum rubore purpuraſcunt, & interiore alba exiſtunt, ità & floſculi diſcum efformantes priuſquam explicantur toti cum nigredine purpuraſcunt, aperti ſulphurei apparent, ex quibus *ſtylus* exit bifidus purpureus. Floret omni anni tempore, ſi debita non denegetur cultura.

36. Bellis *Africana*, florum pediculis folioſis, foliis anguſtis & integris *Hort. Med. Amſt. rar.* P. 2.

Ex *radice* fibroſa & perenni orta cæſpitem integrum *foliis* ſuis operit, quæ digitum longa, anguſta, non crenata ex anguſtiori baſi in mucronem paulò latiorem terminantur. Pediculos ex ipſa radice orientes promit pedales, & longiores, rotundos, & virides, quorum ſinguli circa baſin aliquot foliolis anguſtis ornati *florem* ſuſtinent unicum præcedentis Bellidis flori ſimillimum, ſolis radiorum petalis exceptis, quæ in hac breviora, in illâ autem longiora evadunt.

Floret omni anni tempore, & hujus æſtatis initio ſemina perfecit, 1700.

37. Bellis incana, Chryſanthemi *Cretici* foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 98. p. 136. In locis *Siciliæ* ſaxoſis frequens naſcitur, ut v. g. in montibus *Grateri* & *Capaci*; in *Sicilia* ſemper incana; verùm in Regno *Neapolitano* invenitur cum foliis nigricantibus. Ad pedalem altitudinem ſupra terram aſſurgit. *Artemiſia Abſinthii folio* vulgò dicitur. An Chamæmelum montanum odore Parthenii, Abſinthii foliis *Hort. Cath. Suppl.* 3?

38. Bellis maritima, Roris Solis foliis, longiſſimis pediculis donatis *Cyrnæa Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 107.

Plantula eſt exigua, 3, 4ve uncias Geometricas alta, perennis, repens, ſurculis radices agentibus. *Folia* magnitudine & figura Roris Solis folio oblongo *C. B.* folia imitantur, ſúntque pediculo oblongo annexa. Naſcitur multis *Corſicæ* inſulæ in locis, ſolo arido. Flos & ſemen parva ſunt, pro plantæ ratione, figurâ tamen *Bellidis pratenſis.*

39. Bellis minima erecta, foliolis laciniatis, ad caulem adnatis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 116. minima, caule folioſo pubeſcens *Hort. Cathol.* minima annua *Triumfetti Obſerv.*

Ad ſpithamiæam circiter altitudinem excreſcit, *caulem* producens rectum, exilem, *foliolis* aliquot cinctum, figuræ rhomboidis laciniatis. Planta eſt *Sicula.* In noſtra planta à D. *Sherard* tranſmiſſa folia integra erant. Hoc tamen conſtans non eſt; in alia enim ab eodem accepta laciniata erant.

40. Bellis minima pratenſis, procumbens, caule folioſo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 46. T. 30

Cùm in læto & pingui ſolo oritur *caules* edit multos, ramoſos, procumbentes: cùm juvenis eſt & in ſiccioribus provenit, caules erecti ſunt & ſe ſuſtentant. *Folia* perexigua ſunt reſpectu Bellidis vulgaris *Matth.* cum qua noſtra hæc convenit, excepta fructificatione & magnitudine

nitudine foliorum. Multis *Siciliæ* in locis obſervatur, ut v. g. *Drepano, Caſtelvetrano, & Calataſini.*

41. Bellis ramoſa glabra, Chryſanthemi ſegetum laciniatis foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 29.

Pedalem altitudinem aſſequitur, & multos edit ramos. Provenit ad vias intra vicum *di Seſtòla* ſub *Cimone di Fanano.*

P. 356. Ad Cap. De Chamæmelo.

1. Chamæmelum *Æthiopicum* minimum incanum *Pluk. Almag. Bot.* T. 275. F. 7.

2. Chamæmelum pumilum *Africanum Park. Theat.* p. 85. Chamæmelo nudo humilius eſt, foliis pariter tenuibus, verùm longioribus; floribus ſimilibus nudis, diſco majore; Chamæmelo nobili optimo odore nihilo inferius. Propè *Tunetum* urbem in *Africa* invenit *Gulielmus Boelius.*

3. Chamæmelum tenuifolium odoratum *Tournef. Flor. Bat. fl.* idem fortè cum præcedente.

4. Chamæmelum humile non florens *Hort. Edinburg. Sutherland. Ejuſd.*

5. Chamæmelum *Æthiopicum*, tenuiſſimo folio glabro *P. B. P.*

6. Chamæmelum Alpinum, magno flore, tenuiſſimo folio, inodorum *Tournef. Elem. Bot.*

7. Chamæmelum montanum Meliſſæ folio *Ejuſdem.*

8. Chamæmelum maritimum, Abſinthii folio *Ejuſdem.*

9. Chamæmelum maritimum, latifolium ſurrectum ſeu Cotula marina flore mixto. An Cham. *Luſitanicum* latifolium ſeu Coronopi folio *Breyn. Cent.* 1? *Pluk. Almag. Bot.*

10. Chamæmelum ſeu Leucanthemum peregrinum elatius, cauliculis plurimis, tenuibus, non ramoſis, flo. minore *Pluk. Almag. Bot.*

11. Chamæmelum incanum *Luſitanicum Tournef.* Cham. (fortè) Leucanthemum incanum *Hiſpanicum* minus C. B. quod 3tium in *Prod.*

12. Chamæmelum paluſtre trimeſtre *Griſleii Virid. Luſit.*

13. Chamæmelum inodorum montanum incanum foliis & flore minoribus, tenuioribus coliculis *Hort. Cath.* 45. Duplex habetur, majus & minus.

14. Chamæmelum *Canarienſe* ceratophyllum, fruticoſius, glauco folio craſſiore, ſapore fervido, *Magala* ab incolis nominatum *Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. Buphthalmum *Canarienſe* leucanthemum Cotulæ fœtidæ foliis craſſioribus, radice acri ſapore & fervido *Pluk. Alm. Bot.* T. 270. F. 5. Bellis *Canarienſis* fruticeſcens, foliis craſſis, Pyrethri ſapore D. *Sherard*, qui ſiccum nobis impertivit. *Semina* huic ſolida, oblonga, quadrangularia, ritu congenerum, ex inſula *Canarienſi* cum aliis plurimis accepta. Sapor acris & fervidus: *radix* alba, lignoſa, nec tantam craſſitiem & carnoſam ſubſtantiam, nec tantum fervorem poſſidebat quantus in Pyrethri *Offic.* radice ſentitur, aliæque partes deſcriptæ plantam hanc à Pyrethro diverſam ſuadent. *Stipites* emittit lignoſos, pollicem craſſos, cortice albo tectos, cubitales & altiores, in varios ramuſculos diſtributos; foliis *Chamæmeli* inordinatim veſtitos, aſt in latiores, craſſiores, carnoſiores, rigidiores & obtuſiores lacinias, magíſque cornu Cervi in modum extenſas, ex cœruleo-viridi glaucóque colore tinctas diviſis. Poſtremis ramulis cauliculi eriguntur nudi, in quorum faſtigiis *flores* è capitulis rotundis ſquamoſis duris proſilientes, eos Chamæmeli imitantes, petalis albis umbonem luteum cingentibus radiati. Per totum annum floret; hyemis verò rigoris impatiens eſt. D. *Bobart.*

15. Chamæmelum annuum ramoſum, Cotulæ fœtidæ foliis amplioribus, capitulis ſpinoſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 36. Rectà aſſurgit hæc planta pedalis aut ſeſquipedalis, in varios ramuſculos rigeſcentes divaricata; quibus alternatim & ſine ordine adnaſcuntur *folia* Chamæmeli diviſurâ ſed ampliora, illa Tanaceti ferè æmulantia. Summi caules amplos *flores* diſcoides albos ſuſtinent, quorum umbo luteus, cæteris major eſt. *Flore* evanido capitula rotunda, per maturitatem ferè ſpinoſa apparent, ex ſquamis multis acutis & rigidis compoſita, inter quæ ſemina ſolida quadrangularia fuſca latent, è quibus quotannis facilè renovatur. A Venetiis accepimus. D. *Bobart.*

16. Chamæmelum annuum inodorum humilius, foliis obſcurè virentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Ad Cotulam vulgarem fœtidam *foliis* ſuis ſpiſſis accedit, humilior verò hæc planta, à radice ſtatim ramoſa, foliis atro-viridibus haud ingrati odoris veſtita eſt. Supremis

mis cauliculis *flores* inſtant Chamæmeli, petalis oblongis è calycibus ſimplici ſquamarum rectarum ſerie erumpentibus, umbonem luteum cingentibus præditi, quibus defluentibus *ſemina* anguloſa congenerum ritu ſuccedunt. D. *Bobart.*

17. Chamæmelum *Africanum* annuum, petalis florum brevibus magíſque ſparſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 36. A Cotula fœtida quoad formam pallidumque virorem haud multum abludit : *folia* verò copioſiora crebriùs cauliculis nunc erectis, nunc procumbentibus naſcuntur, odorem haud injucundum, Agerati pæne æmulantem, ſpirantia. *Flores* è capitulis rotundis provenientes (quorum ſquamulæ exiguæ imbricatim diſponuntur) emicant ; hi autem ex petalis albis, brevibus obtuſis, per intervalla diſſitis, umbonem luteum, turgentem cingentibus, compoſiti ſunt : *ſemen* ſubſequitur ſolidum anguloſum. D. *Bobart.* Ex ſeminibus *Africanis* ortum eſt.

18. Chamæmelum *Africanum* Pſyllii folio inodorum *Cat. ad finem Parad. Bat. Herm.*

Exilem habet radiculam, folia alterna, floſculos albos Chamæmeli, caulem procumbentem viridem ; ſemina more congenerum. D. *Sherard. Folia* quàm Pſyllii anguſtiora ſunt & breviora. *Flores* quàm Chamæmeli multò minores, eodem tamen modo in ſummis ramulis in pediculos longos excurrentibus ſinguli.

19. Chamæmelum majus folio tenuiſſimo, caule rubente *Hort. Reg. Monſp. Tournefort. Hiſt. plant.* circa *Pariſios.*

20. Cotula fœtida, vulgari elatior ac fœtidior, pallida *Hort. Cath. Supplem.* 3. Quærit Autor an ſit diverſa à vulgari, & merito, nobis enim eadem videtur.

21. Anthemis craſſis Sophiæ foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* An Chamæm. leucanth. craſſioribus foliis ex Prom. Bæ Sp. *Pluk. Mantiſſ ?*

Palmi altitudine ſupra terram attollitur. *Folia* profert craſſa, lata, Sophiæ quodammodo ſimilia. Hanc ſolam differentiam obſervare potui, quoniam flore & odore cum reliquis congeneribus convenit. *Florentiæ* in horto *de la Stalla* cultam vidit pro planta exotica, nec alibi vel in hortis, vel in agris, cernere licuit.

Ad Cap. de Matricaria, P. 357.

1. Matricaria *Japonica* maxima flo. roſeo ſeu ſuave-rubente pleno elegantiſſimo *Breyn. Prod.* 2. *Kyckonophane* Japonenſibus dicta *Pluk. Almag. Bot.*

P. 359. Ad Cap. De Matricaria ſeu Parthenio.

Corymboſarum radiatarum omnium formoſiſſima hæc planta, minùs fœtet quàm Matricaria vulgaris, ínque humanam fermè altitudinem fruticis ad inſtar procreſcit, multis ramis ; *foliis* majoribus longéque latioribus : *floribus* in ramulorum & caulis ſummo plerumque ſolitariis, Roſæ amplitudine, petalis ſeſquiunciâ longioribus, palmum latis, in extremo frontatis, ſuaverubentibus, multiplici fœtu luxuriantibus ; qui tamen in medio luteum diſcum parvum haud ſine jucundiſſimo aſpectu, & ſingularem huic plantæ gratiam conciliantem, commonſtrant. *Semina* ſolida iis Matricariæ vulgaris majora ſunt.

2. Matricaria *Japonica*, flore minore albo ſimplici *Breyn. Prod.* 2.

3. Matricaria *Zeilanica* hortenſis flore pleno, D. *Sherard.*

Folia in ramulo, quem ex munere D. *Sherardi* habemus, ſuprema integra erant, anguſta, oblonga, inferiora trifida.

4. Matricaria *Japonica* flore minore albo pleno *Breyn. Prod.* 2. Matricaria *Maderaſpatana Muſ. Pet.* 786. Hanc præcedenti eandem eſſe conjectatur D. *Sherard.* In hac autem planta Folia non tantùm trifida erant, ſed in duo laciniarum paria diſſecta, præter extremum folium.

5. Matricaria *Americana*, Ambroſiæ folio, parvo, flore albo *Tourneſ. Inſtitut.* p. 666. Matricariæ *Achoavan* dictæ ſimilis, Eryſimi foliis, Abſinthii ſapore *Jamaicenſis Pluk. Phyt.* T. 45.

D. *Sherard.*

Planta eſt bipedalis & altior, *caule* viridi, digitum craſſo, ſtriato, inferiùs ſubhirſuto, in plures ramulos brachiato. *Folia* longis inſident pediculis, colore & figurâ Ambroſiam maritimam adeò referentia, ut ægrè diſtingui poſſint, niſi mucrones quibus terminantur vix adeò eſſent acuti. *Flores* ramulorum ſummitates coronant, minimi, albentes, copioſi, quaſi in umbellas digeſti ; conſtant autem 5 petalis fiſtuloſis, radiatis, vix conſpicuis, in ſtellam diſpoſitis

positis, cum umbone protuberante concolore. *Calyx* pentaphyllos, *semina* parva compressa, membrana viridi obducta, sapor amarus. Semper tot semina observavi quot radii sunt in flore.

6. Tsjetti-Pu *H. M.* P. 10. T. 44. Matricaria *Indica* latiore folio, flore pleno *Commelin.* notis. Matricaria flore aureo pleno *Camelli* Mss. Plantarum *Luzonensium* Matr. *Madraspat.* flo. pleno flavescente *Mus. Pet.* 786.

Nascitur in arenosis, odoris in totum aromatici. *Rami* rotundi, lignosi, virides, albis lanuginosis pilis densè obsiti. *Folia* in oblongo-angustas lacinias profundè incisa, supernè saturatè viridia, subtus valdè villosa viridi-albicantia. *Flores* in petiolis oblongis teretibus, tenuibus, ramosis, villosis ac viridi-albicantibus, qui bini, terni aut quaterni supra exortum foliorum erumpunt, plures congregati videntur, suntque gemmæ virides, superiori parte albicantes, petalis constantes cuspidatis viridibus, in quorum medio plura sese offerunt viridi-flava stamina.

Matricaria flore pleno magno *Zeylanica* huic eadem esse videtur.

P. 360. Ad Cap. De Abrotano fœmina.

1. Abrotanum fœmina, foliis Rorismarini amœnè virentibus *Schol. Bot. Tournef.*

2. Abrot. fœmina, foliis laciniatis, flore sulphureo *Ejusdem.*

3. Abrot. montanum Chamæmeli flore magno *C. B* Absinthium montanum Abrotani fœminæ flore, *Col. Phytobas.*

4. Santolina *Hispanica*, Chamæmeli folio *Tournef. Elem. Botan.*

5. Abrotanum fœmina incanum montanum *Lusitanicum* N. D. *Grisleii* V. L. *Munting. Herbar. Belg.*

6. Abrot. fœmina mont. folio viridi *Grisleii* V. L.

7. Abrotanum fœmina incanum, albo Achilleæ flore, *Creticum, Boccon. Mus. Plant. rar.* p. 46. Tab. 34.

A doctissimo Botanico P. *Jacobo Barellier*, Ordinis *Dominicani* monacho habuit. Non video (inquit D. *Sherard*) quomodo hoc differat à Millefolio Cretico *J. B.*

8. Abrotanum fœmina tomentosum, crispum *Hispanicum Boccon. Museo Plant rar.* p. 79 T. 70.

Hujus folia minuta sunt, brevia, quàm Millefolii densiùs stipata: Spithamæ altitudine supra terram attollitur. Hujus etiam à P. *Barelier* habuit.

9. Abrotanum fœmina canescens, foliis Stœchadis citrinæ *Breyn. Prod.* 1. Chamæcyparissus canescens, foliis Stœchadis citrinæ *Italicæ Ejusd. Prod.* 2. p. 30. Folia reliquorum omnium plus minùs serrata seu dentata sunt, hujus verò nullatenus, sed folia lanuginosa, marginibus rectis iis Stœchadis citrinæ similia conspiciuntur. D. *Bobart.*

10. Abrotanum vermiculatum *Creticum Ciassi Mich. Nutii fascic. herb.*

11. Abrotanum fœmina tereti folio collecto ex canescenti obscurè virente *Hort. Cath. Suppl. alt.* seu obscurè canescenti folio.

12. Abrot. fœm. tereti folio collecto, canescentius ac jucundiùs olens *Hort. Cath. Suppl. alt.* Valde ramosus est & in singulis ramulis flores gestat singulos vel binos, brevibus pediculis.

P. 361. Ad Cap. De Eupatorio cannabino fœmina. seu Bidente simpliciter dicto.

Pro Titulo hujus Capitis loco Eupatorii Cannabini substitue, *Chrysanthemum foliis plerunque bijugis, semine bidente.*

Bidens simpliciter *Cæsalpino* eúmque sequuto *Tournefortio* inscribitur hoc Genus, à semine bidente, seu cornuto, binisve apicibus prædito.

Ab *Eupatorio Avicennæ* plantæ hoc Capite comprehensæ toto Genere differunt, cùm illud semine sit papposo, hæ autem solido seu pappo destituto. An verò omnes quas huc retuli stirpes semine sint bidente nescio, quia omnium semina nondum vidi & examinavi, nec an ab alio quoquam visa & observata fuerit novi. Quod nonnulla apicibus tribus quatuórve donata sint soli fortasse luxuriei aut alii cuiquam accidenti debetur, & accidentalem potiùs varietatem, quam differentiam specificam arguit.

Hoc

Hoc ergo Capite comprehendo Herbas omnes seminibus solidis, Chrysanthemas, foliis in caule ex adverso binis, quamvis omnes semine bidente donatas esse mihi nondum constet.

1. Cannabina *Indica* foliis integris, alato caule *Cat. Hort. Monsp.* Bidens *Indica* Hieracii folio, caule alato *Elem. Bot. Magnol.*

Ex *radice* multis fibris crassioribus donata *caulem* erigit aliquando cubitalem, viridem, alatum, in cujus summitate ubi nullæ sunt alæ emergit *Flos* compositus ex plurimis tubulosis petalis, in extremitate quinquefidis, Aurantii coloris, foliolis viridibus circundatus. Exsiccatis petalis apparet *semen* longum, latum, compressum, duos habens dentes. *Folia* in caule alternatim posita sunt, pediculis subnixa foliatis, viridia, in numeris brevibus pilis exasperata, longa, lata, serrata & quasi undulata.

D. *Magnol* succrevit è semine à D. *Tournefort* accepto.

Eadem nobis videtur cum planta à D. *Hermanno* descripta, sub titulo *Chrysanthemi Curassavici, alato caule, floribus Aurantiis.* V. infra.

2. Chrysanthemum cannabinum bidens *Americanum*, caule erecto, firmo, subrubente *Morif. hist.* 3. Cannabinum *Americanum Prælud. Bot.* A nostrate cognitu facile est, quippe *caules* edit quadrupedales, subrubentes, firmiores & rectiores; *flosculos* nudos ex multis staminulis luteis conflatos habet, & *semina* bidentia, vulgaris Chrysanthemi Cannabini seminibus multò majora, vestibus adhærentia pariter ac nostratis. D. *Bobart.*

3. Chrysanthemum aquaticum bidens, sive Hepatorium aquatile, folio non diviso, flore aureis undique petalis radiato *Læl. Triumfet.* Variat hoc genus floribus radiatis & non radiatis.

4. Chrysanthemum *Mexicanum* alato caule, folio amplo deltoide *Morif. hist.* P. 3. Naviyteputz quadrilatera *Recchi.*

Quadrilatera vocatur hæc herba ab alis quibus caulis amictus est, qui foliis ferè 4angularibus, palmum latis, sinuatis, binatim crescentibus vestitus est; & cum alis quæ à foliis descendunt, caules quadrati apparent. Flores ut in aliis hujus familiæ stellati, lutei, discoides sunt. D. *Bobart.*

Planta est *Mexicana*; è *Virginia* etiam in *Angliam* transmissa.

5. *Eupatorii aquatici N. Angliæ Parkinsoni secundum genus.*

In hac specie *folium* unumquodque in plura segmenta seu partes dividitur, tria vel quinque in eodem pediculo; bina autem folia ad singula genicula apponuntur. *Flores* è fusco flavicant, stellati, pluribus flosculis, velut totidem radiis, medium discum ambientibus compositi, calycibus viridantibus cincti, plures simul in summis caulibus & ramulis; quibus succedunt *semina* oblonga, compressa, rugosa, vestibus adhærentia. *Radix* multis fibris nigricantibus constat, séque facilè & multum propagat. Tota planta odore est suavi & nonnihil aromatico, sapore acriusculo piperis. An Chrysanth. cannab. *Virgin.* hirsutum &c. *Pluk.*

6. *Eupatorium aquaticum Americanum 3ium Park.* p. 596.

Caule assurgit tereti, solido, rigido, fusco, 3, 4, vel etiam 5 pedes alto, ab imo ad summum, creberrimis longis ramis ad genicula maculis rubris asperis cincto, foliis amplis viridibus vestito. *Folia* composita, inferiora 5, superiora tribus segmentis seu foliis partialibus constant, quàm præcedentis majora, uti sunt & *flores* & *semina*, pariter compressa, non tamen aspera sed lævia, nigricantia.

7. Chrysanthemum bidens (seu potiùs simpliciter *Bidens*) *Zeylanicum* flore luteo, Lamii flore *Breyn. fil. Dissert. de hac planta.* Bidens Urticæ folio, Lithontriptica *Zeylanica* D. *Petri Hotton Act. Philosoph. Lond.* N. 268. p. 760. Ahmellæ, Acmellæ aut Hacmellæ nominibus ex *Zeylon* insula missa. Senecio *Indiæ Orient.* folio profundè crenato *Pluk. Almag.* Tab. 355. F. 2.

Hujus plantæ Historiam à se se exaratam, literis 15to *Maij* 1700. ad me datis inclusam misit Celeberrimus Vir, Amicus noster plurimùm honorandus D. *Petrus Hotton* Medicinæ & Botanices in Academia *Lugduno-Batava* Professor insignis, cum venia eam Historiæ nostræ Supplemento inserendi, quæ sic se habet.

Ahmella, Attcmella & Hacmella, istis enim nominibus missa mihi 1691. semina ex insula *Ceylon*, ubi nascitur & familiaris est. An & in *Malabar* aliisve *Indiæ* regionibus proveniat compertum non habeo.

Cùm barbarica sint hujus plantæ nomina, de eorum originatione nihil habeo quod afferam.

Ipsa verò planta, quam colui ipse *Anno* 1692. flores fert in caulium summis, ex multis flosculis tubulosis coagmentatos, in caput coactos, & Perianthio hexaphyllo aut polyphyllo suffultos

ſuffultos, perquam ſimiles. *Chryſanthemo Curaſſavico, caule alato, flore Aurantio,* cujcus icon extat apud *Plukenet Phytogr.* in *Par. Batav.* Herman. *Horti Monſpel.* Magnol, & *Vockameri Flora Noribergenſi,* ſed luteolos, quibus excuſſis ſequuntur ſemina ex fuſco gryſea, longa, plana, ſumma ſui parte duplici ariſtâ prædita, ipſis floſculis ſubjecta, caules edit quadratos Foliis conjugatis Lamii aut Urticæ longioribus & acriuſculis veſtitos ex quibus conjicitur ſpectare hanc plantam indubie ad Corymboſarum gentem & genuinam eſſe ſobolem ejus generis, quod Bidens à ſemine bidente vocat Cæſalpinus eumque ſecutus Tournefortius. Quare cum hactenus nomine careat hæc planta, hoc ex ipſius plantæ ingenio ei imponendum cenſeo.

Bidens Urticæ ſolio Lithontriptica *Zeylanica.* Inter omnia enim Medicamenta quæ in comminuendo calculo valere perhibentur, planta hæc nuperis annis facta eſt celeberrima, inter noſtros homines qui in memorata inſula vivunt & noviſſime quoque apud nos multam nacta eſt celebritatem. *Vires.*

Miles quidam, qui primus Anno 1690. Societati noſtræ Indicæ indicium hujus herbæ dedit, profitebatur ſe pluſquam centum ægros ejus ope liberaſſe à calculo & Nephriticis doloribus: quam & cum ſucceſſu uſurpatam in duobus ægris calculoſis teſtantur in literis eodem anno ad Societatem Indicam datis Gubernator & Supremus Batavorum Conſeſſus in inſula Ceylon, aiunt enim in iis deturbatas expulſaſque fuiſſe multas arenulas, minutoſque calculos abſque ullo fere dolore.

Primus Noſocomii urbis Colombo, quæ ſita eſt in memoratâ inſulâ, Chirurgus, Vir, ut videtur induſtrius plane & diligens, in literis Anno 1699. ad me datis, in rei veritate teſtari ſe poſſe aſſerit, efficacius medicamentum contra calculum & Nephriticos dolores repertum hactenus non fuiſſe, qui & porro addit tres ejus ſpecies à ſe multa inveſtigatione inventas, quarum prima foliis amicitur dilute virentibus & ſemen fert luteum: Secunda folia edit ſaturè virentia & ſemen producit itidem luteum: Tertia ſemen nigrum profert & longe majoribus foliis veſtitur quàm reliquæ duæ, quas virtute præſtantiſſimas eſſe aſſerit, denique ſubjungit fertiliſſimam eſſe hanc plantam, quæque pluſquam decem millia ſeminum gignit.

Hujus uſurpantur folia, ſemen, quod præ cæteris partibus laudat præfectus ille noſter noſocomii Zeylanenſis, radix, caules & rami.

Folia lecta antequam flores prodeunt, in umbra ſiccata, & in pulverem comminuta dantur in convenienti vehiculo aut aquæ calidæ infunduntur, bibitúrque ea infuſio inſtar infuſionis herbæ The. Infunduntur & Spir. vini & paratur per deſtillationem Spiritus ex radice, caulibus & ramis.

Flores, Radicis extractum & Sal in Pleuritide Colica & Febribus feliciter ſe uſurpaſſe teſtatur alius quidam Noſocomii Zeylanenſis præfectus.

Atque hæc ſunt, quæ mihi innotuere ex literis Colombo ad Societatem noſtram Indicam & ad me datis, de herbæ hujus facultatibus, utendique modo. Ex duobus Chirurgis primò memoratus, qui ſatis accuratus mihi videtur obſervator, laudat quoque in ſuis literis à vi lithontriptica, cortices Radicum ipſaſque Radices herbæ cujuſdam *Mangul Caranda pottu* Zeylanenſibus dictæ, at, quæ illa ſit, me latet.

Etiamſi autem modus & ratio qua agant hæc aliave vere lithontriptica habita medicamenta non facilis ſit explicatu, durum tamen videtur nullam plane fidem habere viris fide dignis. Ego vero hæc experientiæ debitè inſtitutæ ſæpiuſque repetendæ committo.

Hanc plantam D. *Johannes Philippus Breynius, Jacobi filius* in Diſſertatione De radice *Ginſem* ſeu *Niſi,* & Chryſanthemo bidente *Zeylanico,* &c. pleniùs deſcribit in hunc modum:

E *radice* alba, fibroſa *Caulis* aſſurgit viridis, fermè quadratus, pedem altus, varios in ramos diviſus, qui *foliis* ornantur conjugatis, oblongis mucronatiſque, ad ambitum ſerratis, & nonnihil rugoſis, Lamii vulgaris ſimilibus. Ramulorum cymis *capitula* ſingularia, non radiata in modum Chryſanthemi Canna bini *Afric.* alati, flo. aphyllo, globoſo, Aurantio, fol. Baccharidis *Breyn. Prod.* 2. aſt minora, ſed oblonga & conoidea, perianthio polypetalo inſtructa inſident, quæ ex floſculorum tubuloſorum, in 5 lacinias ſuperiùs diſſectorum congerie, luteo colore ſuperbientium, interjectis ſquamulis membranaceis conſtruuntur. Hiſce ſingulis *ſemina* ſuccedunt nuda, parva, oblonga & compreſſa, ſpadicei coloris, duabus exilibus in ſummo ariſtis prædita, hinc Bidentia dicta.

Addit virtutes quas uſu probatas ſe noviſſe ait. Eæ ſunt, urinas movere, Nephritidem tollere, renum calculos expellere, Iſchuriæ nothæ, dyſuriæ & ſtranguriæ mederi, denique menſtrua ſuppreſſa provocare. *Vires.*

Urinas & calculos præſertim renum educunt hujus herbæ folia, quatenus partibus gaudent tenuibus, ſtimulantibus, & valdè agitatis, unde ſecretionem urinæ, quemadmodum & ſudoris affatim promovent, obſtructiones reſerant, excretionem ſtimulant, calculos in tubulis hærentes renalibus propellunt, imò ſi non nimis indurati ſunt reſolvunt. Verùm notandum, tum ſemper ferè cùm copioſo exhibenda eſſe humido, quò ità hoc diluvio propellatur calculus per Ureteres in veſicam, accedente fibrarum motricium contractione ſucceſſiva, ex hac autem eadem opera eliminabitur hoſpes ingratiſſimus. Ad hos uſus paretur infuſio foliorum *Acmellæ* eodem modo ac infuſio herbæ Theè bis vel ter de die, pro neceſſitate, calidiſſimè ad quantitatem aliquam ſorbillanda: ſed nunqua abſque Glycyrrhiza, ſyrupo Althææ, vel ſimili quopiam, quod acredinem, ſiqua eſt, foliorum temperet.

Vel Eorundem Fol. Spiritus cum ſpiritu *Arack* in *India* paratus bis térve ſingulis diebus ad gr. 30 vel 40, cum vino *Rhenano* vetuſto aut *Gallico,* aut decocto quodam antinephritico exhibeatur. Add. ſemper Syr. Alth. *Fernel.* túmque effectum edit exoptatiſſimum, brevi enim poſt lithidia vel ſabulum, abſque ullo fere (quod notatu dignum) excrenunt dolore.

Eodem modo uſurpatur ad nephritidem, ad Iſchuriam notham ſeu renalem, dyſuriam & ſtranguriam dictus ſpiritus cum potu *Coffeæ* aſſumptus.

8. Chryſanthemum *Coraſſavicum*, alato caule, floribus aurantiis *Herman. Parad. Bat.* Cannabinum *Americanum* alatum, flore aphyllo globoſo Aurantii, foliis Baccharidis *Breyn.* prod. 2. *Slon. Cat. Jamaic.* Americanum bidens alatum, flore parvo aurantiaco *Pluk.* T. 48. Virgin. caule alato, flore aphyllo globoſo Aurantio, foliis Baccharidis *Hort. Amſt. rar.* p. 5. T. 3.

A bidentibus Chryſanthemis multùm diſcrepat plantæ hujus externus habitus. *Caules* enim ab imo ferè ad ſummum uſque membranaceis alis, è foliorum marginibus deorſum flexis veſtiuntur. *Folia* non conjugato ſed alterno ordine naſcuntur. Differentia quoque in Floribus eſt. Hi ſi expendantur, primo intuitu Conyzæ potiùs quàm bidentis Chryſanthemi genus eſſe videtur: Aſt ubi ſemina apparuerunt, nemo eam à prædictis Chryſanthemis facilè removebit. *Radicibus* firmatur ab uno principio compluribus, vivacibus, ſurculoſis, pallidis, è multis fibris minimum digitum craſſis, & in profundum actis, coagmentatis. *Caules* ultra cubitum rectà elevantur, in varios ramos diviſi, rotundi, ſubhirſuti, digitalis craſſitiei. *Folia* quippiam ſimilitudinis cum Monſpelienſium Baccharide habent. Rugoſa enim ſunt, multis venis prædita, in margine crenata, quasíque undulata, abſque pediculis in caule locata. Formâ admodum variant. Interiora pæne rotunda ſunt, cætera longula, & interdum nonnihil mucronata; intermedia, quæ maxima ſunt, amplitudinem palmæ nonnunquam excedunt. Ramulorum cymis inſident globuli, è multis minutis *floſculis*, aurantiaci coloris, & in 5 ſegmenta partitis contexti. Singulis ſuccedunt *ſemina* parva, ſpadicea, membranacea, cordata, in ſummo duobus breviſſimis & anguſtiſſimis apiculis donata. Eò quòd à Brumæ rigore facilè lædatur, in hybernaculis aſſervandum eſt, medio verò Maii in pulvillos diſpoſitum, conſpirante cœli temperie lætiùs aſſurgit quàm ſi in teſtaceis relinquatur. Sapor herbaceus, Floris odor languidus.

Cùm primum ſeminibus è *Coraſſavia* invectis adoleviſſet hoc Chryſanthemum totum incanum erat; Bimulum verò factum, & deinde per ſoboles & ſemina propagatum, mutata canitie, eleganti viridi colore nitebat.

Hæc planta D. *Volckamero* depingitur ſub titulo Chryſanthemi Conyzoidis *Curaſſavici* Abrotani fœminæ flore aurantio.

9. Chryſanthemum *Americanum* Cordis Indi folio *Herman.* Parad. Bat. *Virginianum*, foliis multifidis Cicutæ nonnihil ſimilibus *H. Ac. L. B.* cannabinum *Americanum*, fruticeſcens Virgin. Sambuci laciniatæ foliis & facie *Breyn. Prod.* 1. *Chinenſe* foliis plurifariam diviſis, Halicacabi peregrini æmulis *Pluk.* T. 22. Cuambu ſive Caryophyllata Piſon. Vide *Hiſt. noſt. Append.* p. 1866.

Hujus deſcriptioni in *H. Ac. L. B.* traditæ adde, *Caules* ſtriati ſunt, quadranguli & nonnihil depreſſi. *Folia* potiùs *Piſi veſicarii* ſeu *cordis* Indi quàm *Cicutæ* aut *Sambuci* laciniatæ folia imitantur. *Semina* in ſummo duabus, interdum tribus, ariſtis donata ſunt, fuſca, quadrangula, anguſta, unciam longa, formam acûs referentia. *Radix* quotannis interit, & ex ſeminibus deciduis ſe renovat.

10. Chryſanthemum *Americanum*, Ciceris folio glabro, Bellidis majoris flore *Herman. Parad. Bat. P. B. P.* Pluk. Phyt. T. 160. F. 3. Bellis major Afric. fruteſcens, trifoliata glabra *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Rarum hoc & perpulchrum *Chryſanthemum* florum colore & forma Bellidem majorem ſylveſtrem, foliorum pinnis Cicer quodammodo æmulatur. *Caules* promit quamplurimos, cubitales, nodoſos, ramoſos, graciles, infirmos, & ni fulciantur humi procumbentes. *Folia* conjugata, pinnis crenatis, hilaris viroris, ex uno pediculo ternis compoſita, ad imos caules nonnumquam quinis, ad ſummos, qui flores ſuſtinent, ſolitariis, quæ quo propiores radici eò rotundiores, quò remotiores eò longiores ſunt. Flores 8 candidis petalis, & punicante in luteo diſco conſtant. *Semina* ſuccedunt priori paria, ſtriata, bifurcata, fuſca, & ſi diligentiùs inſpiciantur, undique villoſis hamulis obſita; inde eſt quod veluti lappulæ prætereuntium veſtibus adhæreant. *Radix* è numeroſis albidis fibris cohæret, vivax eſt & vim ſobolis procreandæ poſſidet. Sapore & odore evidenti caret.

Tenerioris eſt naturæ, & ab hyberni frigoris vehementia defendenda. Ex inſula S. *Crucis* in *Hollandiam* invecta eſt.

11. Chryſanthemum *Marilandicum* monanthes non ramoſum, floris radio octapetalo, folio Urticæ aut Scrophulariæ. An Chryſanthemum Scrophulariæ foliis Americanum *Pluk? Phyt.* T. 22. F. 1.

Folia in caule bina oppoſita, Scrophulariæ vulgaris minora, è lata baſi in acutum mucronem ſenſim contracta, circa margines ſerrata, textura denſiore. *Flos* in ſummo caule (qui in longum & tenuem pediculum ſupra folia procurrit) unicus, octapetalos, petalis longis anguſtis, colore inferiore medietate prope umbonem ſaturatiore.

In *Marilandia* collectam attulit D. *Vernon.*

12. Chry-

12. Chryſanthemum *Marilandicum* ferulaceum monanthes, floris radio octapetalo. An Chryſ. *Marianum* Scabioſæ tenuiſſimè diviſis foliis, ad intervalla confertis *Pluk. Mantiſſ.* 48. An Chr. Peucedani folio *Ejuſd?*

Folia in caule bijuga, in tenuiſſima oblonga & fere capillacea ſegmenta diviſa. *Caulis* prætenuis; *Flos* in ſummo unicus, radio octapetalo, petalis longis acuminatis, colore (quantum in ſicca diſcernere licuit) rubro, umbone medio parvo.
D. *Vernon* in *Marilandia* invenit, & ſiccatam Dº. *Sloane* communicavit, à quo habuimus.

13. Chryſanthemum *Marilandicum* monanthes, radio octapetalo, petalis in hoc genere latiſſimis.

Caulis teres, brevior; *foliis* veſtitus per intervalla bijugis, ſeſcunciam longis, media latiſſima parte plus ſemunciam latis, versùs utrumque extremum ſenſim anguſtioribus, mucronibus acutis. *Caules* ſummi in pediculos tenues excurrunt, *flores* ſuſtinentes pulchros, octapetalos, petalis latiſſimis, Umbone medio ſatis amplo, apicibus nigris.

14. Chryſanthemum foliis Urticæ ſerratis, floris radio octapetalo *Marilandicum.*

Caulis tenuis eſt. *Folia* pediculis ſemuncialibus aut longioribus brevioribúſve, prout in caule humiliora aut altiora ſunt, bina per intervalla oppoſita, Urticaria non exactè referunt, quia ad baſin non adeò lata ſunt. *Flores* in ſicca pallidiores videntur, petalis longis anguſtis. Ad latus pediculi floris qui caulem terminat, è folii ſuprema ala pediculus exit tenuis florem parvum ſuſtinens, ut hæc planta *Monanthes* non poſſit dici; An tamen hoc perpetuum ſit neſcio.

15. Chryſanthemum *Marilandicum*, foliis bijugis anguſtiſſimis, monanthes.

Caulis dodrantalis eſt aut pedalis, tenuis, teres, rubeſcens, *foliis* per intervalla longiora cinctus, ima parte ex adverſo binis, ſumma alternis, anguſtiſſimis, oblongis, acutis, Anagallidis 4tæ *Dod.* nonnihil ſimilibus, inferioribus palmum longis, vix culmum latis, abſque pediculis adnatis. Floris radius multis conſtat petalis, anguſtis, aureis, diſco medio nigro.

16. Chryſanthemum *Marilandicum*, flore minore aureo, umbone nigro, in uno caule unico.

Caulis dodrantalis tenuis, ima parte *foliis* parvis unciam aut ſeſcunciam longis, ſemunciam latis, acuminatis, baſi ſua cauli adhærentibus, eúmque ferè amplexantibus, alternatim poſitis veſtitus. Summus caulis in oblongum pediculum exit, *florem* in faſtigio geſtans unicum, pluribus petalis brevibus, è croceo rubentibus radiatum; medius diſcus nigricat, & in hemiſphæricam ferè figuram protuberat.

17. Chryſanthemum *Marilandicum*, caule & foliis hirſutis Hieracii, flore magno, pluribus petalis radiato, diſco grandi protuberante. An Chryſanth. *Virginianum* elatius anguſtifolium, caule hirſuto viridi *Pluk. Phyt.* T. 159. F. 5.

Hirſutie caulis, foliorum, & capitulorum, totiuſque plantæ, necnon folii figurâ Hieracium quoddam refert. *Caulis* anguloſus in prælongum procurrit pediculum, *florem* in ſummo geſtantem grandem, ponderoſum, ut ei ſuſtinendo non ſufficiat, pluribus petalis compoſitum, calice ſuſtentatum hirſuto, in totidem lacinias diſſecto. Floris diſcus magnus, protuberans, & ut videtur, lanuginoſus.

18. Chryſanthemum *Marilandicum* foliis bijugis, caule membranulis foliaceis etantibus alato, umbellis florum parvis in ſummo caule & ramulis.

Folia ad Urticæ accedunt, verùm pro magnitudine breviora & latiora ſunt. Umbellæ quæ in ramulis ſeu pediculis è ſupremorum foliorum alis exeuntibus conſiſtunt ſupra eam quæ in caulis faſtigio eſt altiùs aſſurgunt, ut flores in Herba Impia dicta aliiſque. An Chryſanth. *American.* caule alato, amplioribus foliis binatis, floribus è pallido luteſcentibus parvis *Pluk. Mantiſſ.* ſuperiùs poſitum in cap. de Chryſanthemo?

19. Chryſanthemum *Virginianum* villoſum, diſco luteo, quinis petalis ornato *Pluk. Phyt.* T. 242. F. 3.

Hæc planta nullam præterquam in floris colore cum Chryſanthemo ſimilitudinem habere videtur, ſiquidem *folia* ad Lamii parvi folia accedunt; caules tenues ſunt & breves: *flores* in longis & tenuibus pediculis è ſummis caulibus & ramulis exeuntibus, pentapetali, aureo colore ſaturo tincti, calice pentaphyllo excepti: an diſcum aliquem in medio habeant è floſculis compoſitum me latet; ego nullum in ſicca diſcernere potui.

20. Chryſanthemum *Marilandicum* folio tripartito diviſo. An Eupatorii aquatici *Novæ Angliæ* ſecundum genus, ſuperiùs deſcriptum, *Park* ?

Folia ei longa, anguſta, acuta, circa margines eleganter dentata, bina in caule oppoſita, longis pediculis nixa : E quorum alis utrinque exeunt ramuli flores ſuſtinentes luteos, quorum formam in ſicca diſcernere non potui, foliolorum longorum viridium vallo, ceu totidem radiis, pro calice cincti, quod præcipuè in hac ſpecie notabile eſt.
D. *Vernon* in *Marilandia* collegit.

21. Chryſanthemum *Marianum* bidens, ſive aquaticum foliis anguſtiſſ. tripartito diviſis *Pluk. Mantiſſ.* Qu. Annon idem ſit cum præcedente ?

22. Chryſanthemum bidens *Marianum*, foliis integris glabris, flore amplo ex luteo & ſanguineo verſicolore *Ejuſd. ibid.*

23. Chryſanthemum *Virginianum* humilius, foliis & alis latioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 25. An Chryſ. noſtrum *Marilandicum*, foliis bijugis, caule alato, &c.

E ſemine *Virginiano* turgidiuſculo, ſed compreſſo, duobus etiam apiculis ſeu barbulis donota ſuccrevit planta tripedalis aut circiter, cujus *caules* membranis ſeu alis foliaceis, latioribus quàm in cæteris induti ſunt : *folia* etiam latiora, marginibus crenata, è regione ſemper naſcuntur. Flores itidem luteos haud amplos in Autumno promit. D. *Bobart.*

24. Chryſanthemum trifoliatum ſcandens, flore luteo, ſemine oblongo roſtrato bidente *Slon. Cat. Jam.* An Chryſ. Americanum Ciceris folio glabro, flore Bellidis majoris *P. B. P* ?

D. *Sloane.*
Caulem habet gracilem, 4 aut 5 pedes altum, infirmum, nec ſe ſuſtinentem, ſed vicinarum arborum fruticúmve, inter quos perpetuò oritur, quibúſque incumbit, adminiculo egentem, in *ramulos* diviſum 3, 4ve uncias longos, *foliis* veſtitos, ¼ unc. longis pediculis inſidentibus, ternis ſimul, medio ſeu pediculo oppoſito unciam longo, ſemunciam ad baſin lato, profundè inciſo ſeu laciniato, glabro, tenui, colore viridi gramineo ; reliqua duo folia ejuſdem figuræ & texturæ ſunt, duntaxat minora. *Flores* ex alis foliorum exeunt ſeorſim ſinguli, pediculis ſeſcuncialibus inſidentes, exteriùs viridibus, aliquot oblongis foliolis cincti, 5 aut pluribus petalis longiuſculis in margine, multíſque intus arctè ſtipatis floſculis, ut in reliquis hujus generis compoſiti ; quibus ſuccedunt multa ſemunciam longa, aſperiuſcula *ſemina*, bicornia.
Reperitur in ſylvis mediterraneis inſulæ *Jamaicæ*, ubi aliquando folia alata ſunt.

25. Chryſanthemum Conyzoides nodiflorum, ſemine roſtrato bidente *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Caulem obtinet teretem, ſubfuſcum, pedalem, ad 2, 3ve unciarum intervalla geniculatum, & ad genicula *foliis* binis oppoſitis donatum, pediculis vel nullis, vel breviſſimis inſidentibus, ſeſcunciam longis, ſemunciam latis media latiſſima parte, ab anguſto principio ad medium uſque lateſcentibus, exinde ſenſim contractis, donec in punctum deſinant, ſuperne piloſis, ſubtus nervis multis eminentibus ſtriatis, obſcurè viridibus. Ex alis foliorum exeunt *ramuli*, bini pariter oppoſiti, in quibus *flores* velut capitula, pediculis deſtituti, unus, pluréſve ſimul, ſinguli paucis, aridiuſculis, fuſcis membranulis circumvallati, in quibus *ſemen* paulo poſt ſubnaſcitur tenue, oblongum, caneſcens, bidens ſeu bicorne, cornibus extantibus, ut in hujus generis reliquis.
In mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ*. Reperitur etiam in inſula *Barbados*.

26. Chryſanthemum ſylvaticum repens minus, Chamædryos folio, flore luteo nudo, ſemine roſtrato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Fibris pluribus, capillaribus, ex inferioribus geniculis in terram actis radicatur ; humi plerunque ſtratus, geniculatus, caulem emittens 9 circiter uncias longum, *foliis* binis ſibi mutuò oppoſitis pediculis ſemuncialibus inſidentibus, ipſis ¼tas circiter unciæ longis, tantundem ad baſin latis, exinde ſenſim coarctatis in acutum apicem circa margines ſerratis, obſcurè viridibus, nervis ſeu coſtis variis elatioribus tota percurrentibus, quorum nonnullæ à pediculi apice tanquam communi centro initium ſumunt, veſtitum. Summos caules occupant *Flores*, petiolis ¼ unciæ longis inſidentes, è multis floſculis arctè coactis nudis, parvis, luteis, ſtaminulis ſuperne apparentibus compoſiti ; quos ſequuntur *Semina* plura, longiuſcula, canaliculata, fuſca, 2, 3ve aculeos in vertice geſtantia.
In ſylvis Mediterraneis opacis inſulæ *Jamaicæ* naſcitur.

P. 365. Ad Cap. de Tanaceto.

1. Tanacetum flore luteo, Camphoram redolens D. *Oldenland.*

Omnibus

Omnibus ſuis partibus [caule, foliis, floribus] multo minor eſt quàm Tanacetum noſtras; ad quod tamen Genus ob flores nudos in ſummis caulibus & ramulis umbellatim ferè diſpoſitos non ineptè refertur.

Siccam inter alia rariora ad D. *Petiver* tranſmiſit inſignis Medicus D. *Oldenland* à Promontorio *Bæ Spei.*

2. Tanacetum *Africanum* arboreſcens, Lavendulæ multifido folio *Hort. Amſt. rar.* T. 2. *Radicem* habet albicantem lignoſam; ex qua *Caulis* exurgit ſeſquipedalis, teres, primò viridis, dein fuſcus & lignoſus, qui ab ipſa radice ad ſummitatem uſque in varios divaricatur ramulos; hi juniores virides, tandem fuſci & lignoſi evadunt. *Folia* multiplici dividuntur inciſura, & minora ſunt omnibus partibus vulgaris Tanaceti foliis: Sapor & odor foliorum vehemens & cum Tanaceto vulg. conveniens. *Flores* in ſummis caulibus diſcoides, nudi, in umbellam digeſti, floſculis luteis exiguis admodum creberrimis & densè ſtipatis compoſiti. Singulos floſc. ſequitur *ſemen* unicum.

3. Tanacetum *Afric.* fruticans, multiflorum, foliis Tanaceti vulgaris decuplo minoribus *Hort. Amſt. rar.* T. 2. E *radice* lignoſa *caulis* erigitur 6, 7ve pedes altus, teres, cortice fuſco tectus. *Caudex* in varios dividitur ramulos ejuſdem cum ipſo coloris, exceptis ſummitatibus quæ lanuginoſæ ſunt, *foliis* veſtitos longis, viridibus, in multas & profundas lacinias diviſis, inſtar Lavendulæ multifidæ. In ſummis ramulis ex longioribus pediculis *flores* apparent diſcoides non radiati lutei. Foliorum odor & ſapor odori & ſapori Tanaceti vulg. reſpondent.

P. 370. Ad Cap. de Abſinthio.

1. Abſinthium minus odoratum, *Gangeticum*, floribus Chamæmeli ſolitariis è foliorum alis *Pluk. Phytogr.* T. 1. F. 2.

2. Abſinthium tenuifolium elegans ex *Hiſpania* D. *Tournefort. Ejuſd. ibid.*

3. Abſinthium tenuifol. *Chalepenſe*, grati odoris, coma delicatori *Ejuſdem.* fortè *Scheha Arabum* Abſinthii genus circa Bethlehem *Rauwolfii Hiſt. Lugd. App.* Abſinth. Seriphium verum *Dioſcoridis Zanoni.* Abſinthium Seriphium *Hiſpanicum*, flore oblongo *Tournef. El. Bot.* Huic folia omnium minima & tenuiſſima.

4. Abſinthium Seriph. *Hiſp.* flore rotundiore, &c. *Ejuſd. ibid.*

5. Abſinthium maritimum noſtras D. *Preſton.*

Radice eſt repente & fibroſa, odoris fragrantis; *foliis* parvis, albis, tenuiter diviſis: Ad altitudinem circiter pedalem aſſurgit. *Floribus* eſt floſculoſis, oblongis, colore flavo; anguſto & ſquamoſo calice contentis, ſecundùm caulis longitudinem velut ſpicatim diſpoſitis. Singulis floſculis ſingula ſubſunt ſemina, ſolida. In maritimis variis in locis oritur, ſpeciatim in ſaxis & rupibus prope *Fifeneſſe* in *Scotia.* Hujus flores ab Abſinthii vulgaris floribus plurimùm differunt. Abſinthii etenim vulgaris flores rotundo, craſſo breviſque calice continentur, cùm hujus longo, anguſto & ſquamoſo obvallantur, Elichryſi aut Artemiſiæ vaſculo ſimiliori.

6. Abſinthium longifolium pentaphyllon *Muntingii Herbar. Belgic.*

7. Abſinthium Santonicum *Gallicum C. B.* Santonicum vulgare *Lob.* In noſtro litore frequens eſt (inquit D. *Magnol.*) cum Seriphio *Gallico* permixtum, à quo facilè diſtinguitur, quod folia longiora, latiora, & minùs diſſecta habeat.

8. Abſinthium Alpinum candidum humile *C. B. Prod.* In *Glatzberg Helvetiorum* monte, non procul ab *Auguſta* valle.

9. Abſinthium Eryſimi folio, *Achoavan Alpini* quodammodo accedens, ex inſula *Jamaicenſi Pluk. Almag. vide* Artemiſia humilior flore majore albo *Slon. Cat. Jam.* paulò infra.

10. Abſinthium pumilum palmeum minus, argenteo ſericeóque folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 71.

Invenitur in *Hiſpania* & in montibus *Nurſiæ* locis ſaxoſis, & ad ſpithamæ altitudinem ſupra terram aſſurgit.

11. Abſinthium *Syriacum* minus, brevioribus foliis, comâ multiplicatâ tenuiſſimâ *Moriſ. Hiſt.* Part. 3. Abſinth. minus alterum ex *Aleppo.* *Folia* ei tenuiſſima ſunt, aliorum tenuiorum diviſurâ, ſed minora breviora & viridiora, pediculis curtis caulibus adnaſcentia, gratiſſimum odorem, ſulphureum nempe cum aromatica mixtura, fragranter

granter ſpirantia. *Cauliculi* pedales, modo erecti, modóque reclinati, foliis inordinatim veſtiti; ſuperiùs in tenuiores ramificationes ſparſim diviſi ſunt. Inter ſummitates comoſas *floſculos* multos ex luteo virentes (quod cæteris quoque commune eſt) profert. Ex ſemine à D. *Huntington Alepo* tranſmiſſo in Horto *Oxonienſi* feliciter ſuccrevit. D. *Bobart.*

12. Abſinthium Orientale, *Abitharan* dictum *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 8. Hoc lanuginoſum videtur, & ſeminibus turgidioribus præditum D. *Bobart.*

13. Abſinthium alterum Orientale, *Barba ſenis* dictum. Hoc canitie argentea quoque obductum eſt, major eſt planta, corymbi ampliores, ſeminibus longis referti *Moriſ. hiſt.* P. 3. D. *Bobart.*

14. Abſinthium *Africanum* ſpicatum, foliis tenuiſſimis & breviſſimis integris D. *Sherard.* Plurimos fundit ramulos, foliolis vix ſemuncialibus, capillaceæ tenuitatis obſitos, in ſpicas prælongas exeunt, & floribus erectis non ut Abſinthio vulgari pendulis, colore (ut in ſicca videtur) luteo, compoſitis.

P. 371. Ad Cap. De Abrotano mare.

1. Abrotanoides arboreum *Monomotapenſe*, floribus in ramulorum cymis. An Elichryſum foliis Abrotani glabris *C. B. Spei Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Mantiſſ.* p. 1.

2. Abrotanum mas anguſtifolium maximum *C. B.* magnum camphoratum quibuſdam Incenſaria *Cam.* Species à vulgari mare diſtincta eſſe videtur. Folia Chamæmeli vulgaris proxima, in latitudinem compreſſa.

3. Abrotanum mas ex *Surinam*, molli hirſutie caneſcens *Pluk. Almag. Bot.* Ex Horto *Fageliano* habuit, à D. *Georgio London* collectum. Hujus mentio fit *Hiſt. noſt.* App. p. 1866. Hirſutie excepta à præcedente haud multùm diſtare videtur *Pluk.*

Abrotanum mas anguſtifolium, viridius & tenuius *Chalep.* Abrot. mas campeſtri ſimile *Tingitanum H. Lugd. Bat. Moriſ. hiſt. Part.* 3. Fruticat hoc Abrotanum, & in lignoſos ſtipites ramificatur. Virgulæ *foliis* aliorum congenerum longioribus, ter ternis, tunc in caulem aſſurgentibus ternis, & ad Corymborum appoſitiones integris, amœni viroris ornatæ ſunt, quæ odore, non ut in aliis vehementi, ſed molliore ad aromaticum tendente prædita ſunt. Floſculi comoſi, bullati, ſublutei, inter foliola ſpicatim naſcuntur. Ex ſemine à D. *Huntington Alepo* tranſmiſſo in Horto *Oxonienſi* ſuccrevit. D. *Bobart.*

4. Abrotanum elatius ſubincanum, foliis creberrimis ſecundùm caulem in metæ formam faſtigiatis *Pluk. Almageſt.* An Abrot. mas trifido viridíque folio *Luſitanicum P. B. P?* In horto Medico *Chelſeiano Londini* ſub urbano elegantiſſimum hoc Abrotani genus ſæpius vidit D. *Plukenet.* unde delatum ignoravit. Icon habetur *Phytogr.* T. 121. F. 2.

Virgulis plurimis lentis, lignoſis donatur; ſed *folia* in pediculis uncialibus anguſta, non multifida, ſed trifoliata vel trifida, ac interdum ter terna viridia profert, *floreſque* bullatos, ſpicatim naſcentes, & pyramidis ſpeciem efficientes, reliquis conſimiles emittit. Deſcriptio hæc ad Plantam Abrot. maris trifido viridíque folio *Luſitanici P. B. P.* facta eſt à D. *Bobart.* D. *Sherard* communicavit.

5. Abrotanum inodorum, foliis Crithmi lucidis obſcurè virentibus *Schol. Bot.* 180. *Pluk. Almag. Bot*

Hoc genus, à D. *Sherard* in Horto *Pariſienſi* obſervatum, ligneſcit etiam & ferè fruticeſcit: cujus ramuli foliis Crithmi marini, interdum ter ternis, cæterorum ſpiſſioribus ac ſucculentioribus, alternatim poſitis veſtiti ſunt, quæ nulla canitie obducuntur, ſed ſplendenti & perpetua fronde virent. D. *Bobart.* Abrot. *Hiſpanicum* maritimum, folio craſſo, ſplendente & rigido D. *Tournefort* in *Elem. Bot. & Inſtitut. Rei Herb.* p. 459. dicitur.

6. Abrotani ſpecies folio trifido *C. Bæ. Spei.* Fortè Valerianoides foliis Abrotani tridentatis *C. B. Sp. Muſ. Pet. Cent.* 3. n. 295.

Radix in plures furculos ſpargitur, fibris capillaribus cincinnatis diviſos. *Caulis foliis* multis, duas uncias longis, filamenti inſtar tenuibus, ſumma parte plerunque tripartitis undique obſitus eſt.

7. Abrotanum *Hiſpanicum* Abſinthii Pontici folio *Tournefort. Elem. Bot.* Artemiſia tenuifolia 1. *Cluſ. Hiſp.* 227. fortè Artemiſia tenuifolia marina *Griſleii Virid. Luſit.*

8. Abrotanum tenuifolium incanum minimum D. *Barelier Boccon. Muſ. plant. rar.* p. 83.

9. Abrotanum humile, corymbis majoribus aureis *H. R. P.* ab Abrot. mari anguſtifolio minori *C. B.* diſtinguunt *Pariſienſes.*

(9.) Abro-

(9.) Abrotanum *Africanum* foliis argenteis anguſtis, floribus ſpicatis capitulis copioſo tomento donatis D. *Sherard.* Lunaria *Africana.*

Ramuli in ſpicas longas excurrunt floribus onuſtas copioſo tomento ſeu lanugine obvolutas ſeu intertextas. Floſculi in ſicca non comparuere. Folia anguſtiſſima incana, ſemunciam longa, in ramulis crebra, nullo ordine ſita.
Singulare eſt in hoc genere lanugo copioſa & prælonga floribus innaſcens.

10. Abrotanum *Afric.* foliis argenteis anguſtis, floribus umbellatis, capitulis tomentoſis.

Hoc à præcedente differt, quòd caulis in pauciores ramulos dividatur, quòd flores non ſpicatim ſed umbellatim in ſummis ramulis proveniant, nec adeò longa & copioſa lanugine donentur.

11. Abrotanodendron *Africanum* Ericæ foliis tenuiſſimis, *nonnullis* Frutex Corymbiferus flore Globulariæ *Breyn. faſcic.* Tamariſcus *Monomotapenſis* Ericæ tenuiſſimis foliis, pilulifera ramulis lanugine telæ Aranearum inſtar implexis *Pluk.* T. 318. Fig. 4.

Planta à D. *Plukenet* icone expreſſa ſimillima eſt ramulo quem nobis commodavit D. *Sherard.*

12. Abrotanoides *Africanum,* foliis minimis argenteis reflexis, floribus in ſummis caulibus & ramulis in ſpicas oblongas digeſtis D. *Sherard.*

Planta eſt lignoſa, ramoſa, ramulis ad intervalla pluribus ſimul exeuntibus, ut in Abiete, ad rectos fere cum caule angulos. Folia minutiſſima, breviſſima, cinericea, reflexa, in caule (& ramulis, quos undique ambiunt) creberrima, Flores & ſemina in ſpicas denſas, habitiores, in longum interdum excurrentes, colore in ſicca ferrugineo, congeſta.

13. Abrotanoides *Afric.* foliis argenteis minimis & breviſſimis, floribus in ſummis caulibus & ramulis in capitula ſeu ſpicas breves congeſtis D. *Sherard.*

Præcedente minor eſſe videtur, *foliis* brevioribus, nec adeò reflexis. Ramuli è caulibus, & ſurculi è ramulis eodem modo ad intervalla exeunt. Florum ſpicæ ſummis ramulis pariter inſident, concolores, ſed breviores.

14. Abrotanoides *Africanum* foliis cineraceis muſcoſis, capitulis florum globoſis magnis D. *Sherard.*

Ramuli huic inordinatè exeunt, non plures ſimul ad certa intervalla ut in præcedentibus: at nec angulos rectos cum caule efficiunt, ſed acutos. Folia minima, muſcoſa, velut ſquamatim incumbunt ſurculis. Florum globuli non ut in præcedentibus ſummis tantùm ramulis inſident, ſed è caulis & ramulorum lateribus egrediuntur, & interdum denſis agminibus.

P. 373. Ad Cap. De Artemiſia.

Artemiſia *Chinenſis,* cujus mollugo *Moxa* dicitur *Pluk. Phyt.* T. 15. F. 1. Dubitat annon ſit Artemiſia *Virginiana Park.* 90. Fortè Ytzecuinpatli *Novæ Hiſpaniæ Terent.* apud *Recchum* 446. Moxam tam celebrem in curatione Podagræ per uſtionem, nihil aliud eſſe quàm Artemiſiæ molluginem oſtenditur *Ephem. German.* An. 11. Obſ. 6. & in Tractatu ſingulari de hujuſmodi curatione à D. *ten Rhyne* edito.

1. Artemiſia humilior, flore majore albo *Slon. Cat. Jam.* Matricariæ *Achoavan* dictæ ſimilis, Eryſimi foliis, Abſinthii ſapore, *Jamaicenſis Pluk. Phyt.* T. 45. F. 3. Wild Wormwood, *Jamaicenſibus* dicta.
D. *Sloane.*
E *radice* parva, leucophæa, digitum longa, paucis fibris capillata *Caules* emergunt, plures, pedales, ſtriati, ſolidi, albicantes, ramoſi, ramulis è foliorum ſinubus egreſſis, *foliis* veſtiti profundè inciſis ſeu laciniatis ad modum Abſinthii, (unde nomen inditum) ſeu Artemiſiæ, colore duntaxat quàm hujus albidiore; quò inferiora ſunt in caule & ramulis eo ampliora, *Flores* in ramulis extremis ſiti, è plurimis floſculis exiguis albis componuntur, quàm Artemiſiæ vulgaris majores.
In pratis campeſtribus *Savannas* dictis, locis glareoſis & lutoſis, circa urbem *S. Jago de la Vega* oritur.
Plurimam anni partem floret, & vulneraria inſignis habetur.

2. Artemiſia rubra *Tab.* eſt omnino diverſa à vulgari obſervante D. *Cupani,* unde malè cum ea confunditur à *Jo. Bauhino*: folia breviora ſunt & rotundiora, nec in tam longas lacinias diviſa.

3. Arte-

3. Artemisiæ folio, comâ in corymbos innumeros minimos albos latè diffusâ. Vid. supra Matricaria *Americana*, Ambrosiæ folio flore parvo albo.

Folia Artemisiæ sunt, non tamen subtus incana. *Caules* satis firmi, striati, glabri, in ramulos alternos divisi & subdivisi multoties, donec tandem in tenuissimos & ferè capillares pedicellos flores sustinentes ventum sit. *Flores* omnium quos unquam vidi in hoc genere minimi, albi. Specimina hujus plantæ, quæ à D. *Sherard* habui, pedalia ferè nec tamen integra.

4. Herba flore composito [elatior, foliis angustissimis & longissimis, floribus in calice occultatis.

Folia vix culmum lata sunt, longitudine sesquipalmari. Ex alis foliorum ab imo caule ad summum usque exeunt ramuli; quos ut & medium caulem terminant *flores* non magni, foliolis viridibus ceu palis oblongis numerosis pro calice obvallati, supra quæ in sicca flores non comparuere.

P. 374. Post 2dam Scabiosæ speciem, pro ejusdem varietate add.

Scabiosa flo. pleno *Cat. Cant.* **Double-flower'd Scabious.** Hæc flosculos interiores ejusdem figuræ & longitudinis habet cum exterioribus.

P. 381. Scabiosæ speciebus add.

1. Scabiosa cœrulea fistulosa, Centaurii majoris folio, semine *Hort. Cath. Suppl.* 3. Procera est planta, caule magno, tereti sed fistuloso. *Folia* inferiora ampla & laciniata sunt: Superiora parva angusta integra, acuta. *Flores* pro plantæ magnitudine parvi.

2. Scabiosa montana fruticosa reclinata Achilleæ nascentis foliis *Hort. Cath.* Folia multifida sunt, nec tamen Achilleæ multum similia. Planta est pumila. Cauliculus simplex, vix sescuncialis, unicum in summo florem gestans, ut in sicca videbatur, ochroleucon.

3. Scabiosa Valerianæ & Betonicæ foliis laciniatis, flore candido *Hort. Cath. Suppl.* 3. Folia inferiora ad pediculum laciniata sunt, extremo in folium latum & longum circumcirca inæqualiter dentatum exeunt. Superiora in caule ad modum Valerianæ laciniata sunt. Has 3 Scabiosæ species à D. *Sherard* impetravimus.

4. Scabiosa *Africana* arborescens maxima, foliis rugosis & crenatis integris major *P. B. P.* Eadem minor *Ejusd.*

Ad altitudinem duorum triúmve cubitorum, caule firmo & quasi lignoso, in alios minores diviso assurgit; foliis plurimis, semper virentibus vestito, quæ biuncialem latitudinem, & duplam longitudinem obtinent, sed variis laciniis in marginibus divisa, serrata, veluti crispa & hirsuta sunt. Summi ramuli *floribus* pallidis aut ochroleucis, cæterarum hujus familiæ formâ ornantur: quibus marcescentibus semina sulcata oblonga, cum calyce amplo membranaceo sequuntur, in cujus medio stella ex 5 setulis hispidis radiata apparet. D. *Bobart.*

5. Scabiosa arborea argentea angustifolia, flore carneo *Schol. Bot.*

6. Eadem flore cœruleo *Ejusdem.*

7. Scabiosa arborea latifolia argentea, magno flore *Ejusdem.*

8. Scabiosa *Pyrenaica*, cinerea, villosa, magno flore *Ejusdem.*

9. Scabiosa peregrina, Thapsiæ majoris folio, squamatis capitulis, flore flavescente *Pluk. Phytogr.* Tab. 58. F. 4.

10. Scabiosa *Bisnagarica* seu Globularia frutescens, rigidis foliis, ad radicem rotundioribus, cordatis, ad caulem autem mucrone præditis *Ejusd. ibid.* F. 5.

11. Scabiosa *Jamaicensis* Hyssopifolia, seu Globularia capitulis ad genicula foliis plurimis stellatim ambientibus verticillata, fortè Tzicatzon Tecomatl, seu Caput formicæ Hernandez, *Pluk. Phytogr.* T. 58. F. 6.

12. Scabiosa Conyzoides *Americana*, capitulis & floribus albidis parvis *Ejusd.* T. 109. F. 1.

13. Scabiosa graminifolia nudicaulis, capitulis argenteis, seu Statice minima *Maderaspatana Pluk. Phytogr.* T. 221. F. 7.

14. Scabi-

14. Scabiosa *Indica* major, caule & pediculis foliosis *Pluk. Phytogr.* T. 312. F. 6.

2. Item Scabiosa *Indica* major, crispatis foliis, alato caule, *Malabarienſis Ejuſdem Almag. Bot.* p. 335. Adeca-Manjen *H. M.* Part. 10. Tab. 43. Planta *Indica* alato caule, folio crenato, piloso & viscoso, flore glomerato purpureo *Commel.* notis in *Hort. Malab.*

3. Item, Scabiosa minor alato caule *Madraſpatenſis Ejuſdem Almag. Bot.* 335 i.e. Scabiosæ capitulo, Chrysanthemi Myconi foliis, alato caule *Madraſpatenſis Phytogr.* Tab. 108. F. 7.

Nam has tres unam & eandem plantam esse affirmat D. *Petiver. Act. Philoſoph. Lond.* N. 244. p. 322. nec aliter differre quàm ætate; cùm tertia junioris plantæ specimen sit, secunda adultioris.

3. Hanc plantam, [tertiam speciem] D. *Bobart.* ad Conyzam refert, nomine Conyzæ Orientalis alato caule, flore globoso.

15. Scabiosa fruticans folio Leucoii hortensis *Hort. Cathol.*

Caulis in sicca quam nobis communicavit D. *Sherard* dodrantalis, simplex, ima parte *foliis* vestitus angustis longis acutis, ad Keiri accedentibus uno alteróve denticulo hinc inde prope summitatem interdum incisis. Caulis medius in pediculum prælongum excurrit florem in fastigio gestantem amplum, cœruleum, flosculorum longiorum & majorum circulo cinctum.

16. Scabiosa foliis dissectis, flore amplo, calyce membranaceo, semine lanuginoso *Morif. Prælud. Bot.* Flores ampli, dilutè cœrulei; semina lanuginosa, calyce amplo membranaceo donata.

17. Scabiosa flore cœruleo pallescente D. *Oldenland.*

Scabiosæ minori *Europææ* flore unico similis est. *Folia* primo erumpentia ferè integra, raris pilis hirsuta, reliqua Scabiosæ minoris in modum laciniata. *Caulis* semipedalis aut altior, satis firmus, non ramosus, unicum in fastigio florem gestans.
Locus *Promont. Bæ. Spei* A D. *Oldenland* acceptam communicavit D. *Petiver*, ut & sequentes duas.

18. Scabiosæ affinis, flore Chamæmeli, mediæ naturæ inter Scabiosam & Chamæmelum D. *Oldenland.*

Foliis tenuiter incisis Chamæmelum refert, & ejusdem cum præcedente originis est.

19. Scabiosa flore albescente D. *Oldenland.* An Rapunculus Scabiosæ capitulo?

Nullam in hujus plantæ specimine sicco à D. *Petiver* ad me transmisso Scabiosæ similitudinem discernere potui. *Folia* in caulibus & ramulis parva, brevia, angusta, acuta & pungentia, deorsum reflexa, absque pediculis adnata, creberrima ut eos ferè occultent, canescentia. *Flores* in summis caulibus & ramulis in capitula globosa congesti.

20. Scabiosa cœrulea *Virginiana*, flosculis tetrapetalis, Caryophyllorum more patulis & laciniatis *Pluk. Almag. Bot.* Ad ramulorum summitates capitulum extrudit è tribus, nonnunquam sex, utriculis conflatum, in quorum singulis continentur 4 semina ad numerum petalorum in flore. Scabiosæ *Javanicæ Bontii Baniſtero* nostro non multùm dissimilis esse videtur.

21. Scabiosæ affinis Chrysanthemi facie, Lamii foliis, *Americana Pluk. Phyt.* T. 222. F. 7. *Barbadensibus* nostris Archangel & quibusdam Perfumed Hops nominatur.

22. Scabiosa major, integro angusto folio *Sherardi*, ex dictatis *Triumfetti Ejusd.*

23. Scabiosa pumila, Cotulæ folio, flore albo, immarcescibili, *Africana Pluk. Almag. Bot.* T. 312. F. 5.

24. Scabiosa Agrimoniæ foliis elatior *Virginiana* à D. *Bobarto* accepta *Ejusd. ibid.* altissima annua, foliis Agrimoniæ nonnihil similibus *Cat. Hort. Leyd.* in Appendice *Hist. nost.* descripta.

25. Scabiosa *Hispanica* procumbens, foliis integris prolifera *Pluk. Almag. Bot.*

(25.) Scabiosa maritima, Rutæ caninæ foliis *Boccon. de plant. Sicul.*

26. Scabiosa *Africana* perennis, dissectis foliis subhirsutis, flore purpureo *P. B. P.* min. dicta *Æthiopica*, fol. lanuginosis, flo. cœruleo purpurascente *Breyn. Prod.* 2. Frutescit & perpetua fronte viret.

27. Scabiosa *Afric.* perennis dissectis foliis, lucidis, glabris *P. B. P.*

28. Scabiosa pratensis 1. & 2. *Lusitanica* N. *Grisleii Virid. Lusit.*

29. Scabiosa montana repens, Valerianæ æstivæ foliis, longiùs radicata, flore dilutè rubro, odorato *Boccon. Mus. pl. rar.* T. 46.

In montibus *Piceni* oritur hæc planta, pedem alta, *foliis* brevibus incanis, *Valerianæ æstivæ* in modum incisis. Sub monte *Gallo* invenitur quà itur ad urbem *di Montalto*, locis sterilibus.
2. Alia species lignosior, saxatilis, foliis laciniatis brevibus oritur in *Sicilia* & prope *Neapolim* in insula *Capreis*.

30. Scabiosa Fraxinellæ foliis *Tournefort. Institut. Rei Herbar. Append.* p. 666.

Planta est procera ad duorum pedum altitudinem assurgens. Folia in caule sita Fraxinellæ folia satis aptè referunt. Caulis medius & ramuli in pediculos prælongos excurrunt, flores singulares sustinentes, calice squamoso cinctos. Flosculi marginales mediis æquales videbantur, ut in Succisâ.

31. Scabiosa Alpina hirsuta, Hieracii folio, capsulis è geniculo prodeuntibus *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 120. Scab. Calatanixactensis min. folio palmato seu Cardiacæ, incarnato flore *Hort. Cath.*

Ulnam & dimidiam supra terram elevatur. Ramosa est; *folia* profert ampla & hirsuta, quorum quæ in summo caule sunt figuram *Hieracii* assumunt. Capitula quibus flores adnexi sunt è nodis aut geniculis ramorum exeunt, ac si breve crus haberent, & differentiam specificam constituunt.
In montibus *Nursiæ* provenit.

32. Scabiosa hirsuta multifida Alpina repens *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 6. p. 22.

In spithamæam paulò plus altitudinem excrescit hæc Planta, & in Alpibus *Coreliæ* inter 2. *Fiumalbo* & *Barga*, locis saxosis, *folia* producit nigricantia. Alia species similis observatur cum foliis viridibus, lucidis, & magis laciniatis in monte *Cenisio* & in *Sabaudia*, quæ varietas fortè solo debetur. Floris color dilutè ruffus est.

33. Scabiosa fruticans Salviæ foliis hirsutis *Hort. S. J. Neapoli.*

Folia infima ad Salviam accedunt, breviora tamen & latiora sunt, circa margines crenata, valde tomentosa, mollia, & incana, & ad pediculum unum vel alterum lobulum hinc inde obtinent. Flores pauci in pediculis prælongis, in quos caulis & rami exeunt.
In montibus *Neapoli* vicinis provenit.

34. Scabiosa stellata humilis, integra, prolifera *Herman. Parad. Bat. Indica* prolifera *Schol. Bot. Herman.*
E *radice* pluribus longis fibris capillata assurgunt *Caules* palmares, ramosi, subhirsuti, *foliis* integris, conjugatis, pallidulis, parùm aut nihil crenatis, vestiti.
Flores obtinet albos aut subsulphureos magnos, summo caule & ramulis absque pediculis adnatos, quorum *flosculi* exteriores qui reliquos ambiunt majores sunt, ut in *Scabiosa Africana frutescente*. E tubo floris sese exserunt *stamina* brevia, *apicibus* luteis coronata. Succedunt *semina* brevia crassa, circulo membranaceo cincta, & in medio stellata, instar seminum *Scabiosæ Hispanicæ Clus.* Rami conjugato ordine ad summitatem caulis exeunt, ubi insidet *Flos*, & quasi è flore nasci videntur, unde & Prolifera dicitur.

35. Scabiosa altissima segetum *Hort. Rom. Sapien. Triumfetti.*

A Scabiosa majore inter segetes frequenti plurimùm differt. Folia inferiora in lobos subrotundos crenatos mediæ costæ annexos dividuntur, superiora in caule parva, angusta, acuta, integra & minimè dissecta. D. *Sherard* siccam impertivit.

36. Scabiosa Conyzoides *Americana* latifolia, capitulis & floribus albidis parvis *P. B. P.* *Caules* erectos pedales aut sesquipedales profert, ramosos q. quadratos, geniculatos: ad quorum singula genicula apponuntur *folia*, integra, hirsutie quadam aspera, digitalis longitudinis æquè ac latitudinis, modicè dentata ac mucronata: è geniculis superioribus in foliorum alis, pediculis tenuibus uncialibus adnatis *flores* bullati, albi, parvi proveniunt, qui inter folia siti, & non in summitatibus caulium nudorum

rum, ut in cæteris, apparent. Semen parvum, anguloſum eſt. D. *Bobart.* Hanc plantam eandem eſſe cum Chryſanthemo *Maderaſpatano* Menthæ arvenſis foliis & facie, floribus bigemellis, ad foliorum alas, pediculis curtis *Pluk.* Tab. 118. F. 5. ſuperiùs deſcripto, opinamur.

37. Scabioſa Conyzoides *Americana* anguſtifolia, capitulis & floribus albidis parvis *Ejuſd.* A præcedente differt foliis vix dimidiam ejus partem latis (nam Hyſſopi vulgaris non ſuperant) quorum denticulationes raræ & vix perceptibiles ſunt. E geniculis unà cum foliis exeunt pediculi tenues prioribus longiores, biunciales ſcil. *&c.*

38. Scabioſa *Africana* fruteſcens, rugoſis & crenatis foliis capite rotundo *P. B. P.* fruteſcens *Africana* maxima *Herman. Parad. Bat.* flore cœruleo, capite rotundo. *Herman.*

Radicem habet amplam, in craſſiores fibras, tanquam brachia, diductam, multos annos, ſi per hyemem in hypocauſtis conſervatur, perennantem. *Caulem* facit ultra humanam proceritatem, rotundum, lignoſum inſtar fruticis, qui in ramos aliquot abſque ullo ordine divaricatur. *Folia*, quæ ab radice germinant, lata ſunt, craſſa & rugoſa, per margines crenata, & ſubinde laciniata, ad Primulæ veris formam accedentia. Quæ caulibus & ramis copiosè adnaſcuntur, minora ſunt, minùs obtuſa, nullis pediculis appenſa, inferioribus ſimilia. E ramulorum extremitatibus ſeſe erigunt pediculi palmares & ſeſquipalmares, quorum unuſquiſque *florem* geſtat, formâ flori *Scabioſæ peregrinæ* ſimilem, aſt longè majorem, coloris in pallido cœrulei, qui ſæpe proliſer eſt, & alium matre longè minorem in pediculo unciali profert. *Flores* exteriores (uti omnibus Scabioſis *Africanis*) ampli ſunt, & quaſi galericulati. Conſtant verò & fundo fiſtuloſo oblongo, qui in 3 lacinias majores expanditur, quarum intermedia maxima eſt, & duæ laterales minores: circa tubuli ſeu baſis finem adſtant & duæ aliæ exiguæ inſtar auricularum.

Altera etiam datur ſpecies humilior foliis ſubhirſutis, capitulis rotundis, *floribus* ejuſdem magnitudinis & formæ, coloris ex cœruleo pallidè purpuraſcentis, aſt elegantioris & paulò ſaturatioris quàm in præcedente. *Folia* ſaturatiùs virent, inferiora duos pollices lata ſunt & inciſa, è baſi anguſta in obtuſum ambitum tendentia, ad radicem copioſiſſima; quæ ad nodos caulium anguſtiora ſunt, breviora, profundè inciſa, quaſique pinnata, bina ſemper è regione. *Caules* plurimos de ſe ſpargunt, non verò lignoſos; quo, atque floribus ſaturatiùs purpureis, foliis magis viridibus & profundè dentatis à majori fruteſcenti differt. Tota æſtate viget & floret, & ſeminibus, ramulis, propaginibúſque feliciter multiplicatur.

39. Scabioſa *Africana* fruteſcens, foliis rigidis, ſplendentibus & ſerratis, flore albicante *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radix hujus fruticis craſſa eſt, fuſca, & lignoſa, in alios minores divaricata. *Caulis* bipedalis, rotundus, primò viridis, pauca aut nulla hirſutie præditus, qui dein lignoſus evadit: huic *folia* adſtant ex adverſo bina, parvo aut nullo ferme ſuffulta pediculo, ſeſcunciam longa, mediam lata, rigida, ſerrata, ſplendentia. Ramuli producuntur è foliorum alis rotundi, & nonnihil hirſuti, qui terminantur in pediculos ſemipedales, rotundos, unicum ſuſtinentes capitulum, ex pluribus floſculis albicantibus compoſitum, quorum quiſque eſt tubuloſus, & in 4 profundas lacinias diviſus, qui præter *ſtylum ſtamina* habet 4, cum ſtylo albicantia. Horum ſingulos *ſemina* ſequuntur ſingula. Floret tota æſtate & ſemina perficit.

40. Scabioſa petræa tenuifolia, flore albo N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

41. Scabioſa tenuiſſimè diviſo folio 1. perennis N. D. *Ejuſdem.*

42. Scabioſa tenuiſſimè diviſo folio 2. annua N.D. *Ejuſdem.* an petræa *Luſit. Munting?*

43. Scabioſa hircina *Munting. Herbar. Belgic.*

44. Scabioſa Alpina *Ejuſd.*

45. Scabioſa minor elegans, Cotulæ fœtidæ folio, capite globoſo hiſpido, *Alexandrina, Pluk. Mantiſſ.*

46. Scabioſa minor *Alexandrina*, cum pulchro ſtellato capite, Myrrhidis folio anguſtiſſimo *Ejuſd. ibid.*

47. Scabioſa Conyzoides *Americana*, Clinopodii foliis, floribus purpureis parvis, *Nocheztic* forſan *N. Hiſpaniæ Terentii* apud *Recchum* fol. 392.

48. Scabioſa globularia frutex, lætè virentibus Serpylli foliis: Alypum ſeu Herba terribilis *Aſiaticorum* D. *Preſton Pluk. Mantiſſ.*

49. Scabioſa globularia frutex, Ericæ foliis, Alypum ſeu Herba terribilis *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

50. Scabiosa montana, globoso flore albo, seu Statice *Lusitanica* Scorzoneræ folio maxima *Pluk. Mantiss.*

51. Scabiosæ nudicaulis, seu Staticæ minimæ *Maderaspatensis* specie Planta *Mariana*, capitulis argenteis duris *Pluk. Mantiss.*

52. Scabiosa dendroides *Americana*, ternis foliis circa caulem ambientibus, floribus ochroleucis, *Pluk. Almag.* p. 336. v. infra Arbor *Americana* triphylla, fructu Platani quodammodo æmulante. *Ejusd.* D. *Petiverum* reprehendit, quòd hanc Arbusculum *Mus. Cent.* 4. n. 293. Valerianoidem *Americanam*, flore globoso, *Pisshaminis* folio denominet.

53. Scabiosa *Cophanensis* fruticans, cœrulea, Laureolæ folio crasso rotundo, lucido, molli, subtus incano *Hort. Cathol. Cupani.*

Radice nititur crassa, in plura capita divisa, è quorum unoquoque exeunt *folia* plurima, in orbem sparsa, ut in Bellide minori vulg. ad Laureolæ accedentia, sed pro magnitudine breviora, extremitate subrotunda, spissa, subtus incana. Ex horum centro exsurgit *caulis* pedalis, striatus, ad longa intervalla foliis binis adversis, è quorum sinubus ramuli oriuntur, vestitus. In summo caule & ramulis *flores* sedent nudi & ferè globosi, ut in Succisa. Hæc ex sicca *Sherardina.*

54. Scabiosa Stœbes folio albo *Hort. Cath. Suppl.* 3. *Folia* angusta & oblonga sunt, circa margines dentata; inferiora in caule ad exortum laciniata; superiora per oras æqualia, glabra, uti & tota planta. Fx *Horto Beaufortiano.* D. *Sherard* misit.

55. Scabiosæ affinis anomala sylvatica, Enulæ folio, singulis flosculis albis, in eodem capitulo perianthia habentibus, semine papposo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulem habet teretem, striatum, hirsutum, crassiusculum, tripedalem, inferiore parte *foliis* aliquot vestitum, nullo ordine positis, semuncialibus pediculis innixis, 5 uncias longis, media latissima parte duas latis; ab angusto etenim principio ad medium usque paulatim dilatantur, exinde ad finem usque continuè contractiora sunt, circa margines dentata, supernè hirsuta, superficie scabra aut corrugata ad modum Salviæ aut Digitalis, subtus lanuginosa. Versùs summitatem *Folia* minora sunt, è quorum alis exeunt pediculi unciales singuli capitula singula sustinentes, rotunda, è multis, albis, tubulosis, oblongis flosculis compositа, quorum unusquisque privato suo calice seu perianthio donatur, è membranulis aliquot pilosis, fuscis composito, tria 4ve oblonga, tenuia, glabra, lucida, canescentia, *semina* postea continente, pilis paucis pro pappo eorum apicibus innascente coronata.

In sylvis secus viam quæ ab urbe S. *Jago de la Vega* versùs agros D. *Cope* in *Guanaboa* ducit, & in aliis sylvis mediterraneis Insulæ *Jamaicæ* reperitur.

P. 383. Ad Cap. De Dipsaco.

1. Dipsacus spinosus *Americanus Munting. Herbar. Belgic.*

2. Dipsacus sativo similis, hamis brevioribus *Morif. hist.* P. 3. E *Gallia* missus est.

3. Dipsacus *Indicus* maximus, pluribus capitibus racematim dispositis *Hyacinthi Ambrosini.*

4. Dipsacus Giganteus tetraphyllos, glaber, exoticus, Scabiosæ foliis, pyriformi capitulo *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 52.

Folia hujus plantæ, quæ primò è terra exeunt Scabiosam imitantur, sùntque glabra. *Caulis* ad tres vel quatuor inferiores nodos *foliis* cingitur in triangulum dispositis, duobus vel tribus, interdum etiam quatuor, ad eundem nodum. Capitulum oblongum Pyrum assimulat. Totius plantæ altitudo ad 12 pedes Geometricos interdum accedit. In horto mercatoris cujusdam *Bononiensis Jacobus Ruffinus* dicti vegetavit, ex semine *Ægypto* accepto.

P. 384. Ad Cap. De Carduo Sphærocephalo.

1. Carduus sphærocephalos medius D. *Fagon. Schol. Bot.* Duorum pedum altitudinem rarò superat.

2. Carduus sphærocephalos annuus tenuiter laciniatus *Tournefort. Flor. Bat. flor.* sphærocephalos tenuifolius violaceus *Barelier.*

Hujus folia Coronopi aut Artemisiæ divisurâ, ad nervum usque medium tenuiter dissecta sunt; albedine pubescentia, *Caulis* pedalis, erga summitatem non nudus, ut in aliis, sed *folio* uno vel altero consimili, capiti sphærico subjecto & contiguo donatus apparet. Hoc autem ex longis thecis foliaceis & acutis, ut in aliis, compositum est.

3. Car-

3. Carduus ſphærocephalus annuus *Bæticus* minor *Moriſ. H. R. B.* Echinopus minor annuus, magno capite *Tournefort. Elem. Bot.*

Folia in anguſtas lacinias dividuntur, ſupernè obſcurè viridia, ſubtus incana lanugine obſita. Pulcherrima ſane planta eſt, ob capitis magnitudinem inſignis; cujus ſpecimen in Horto *Pariſienſi* collectum nobis exhibuit perbelle exſiccatum inſignis *Botanicus* D. *Carolus Preſton.*

P. 386. Ad Cap. De Eryngio.

1. Eryngium minus *Arabicum* centiceps, cujus capitula ſunt admodum parva Pſyllii inſtar *Hort. Oxon. Pluk. Almag. Bot.*

2. Eryngium lacuſtre *Virginianum*, floribus ex albido cœruleis, caule & foliis Ranunculi flammei minoris D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

E *Marilandia* plantam habemus à D. *Petiver* communicatam, quam *Eryngium foliis anguſtis, capitulis è foliorum alis exeuntibus* denominavimus.
Folia ferè graminea ſunt, ſpinulis utrinque armata, è quorum ſinubus exeunt capitula aculeata, ſubrotunda.

3. Eryngium *Syriacum* ramoſius, capitulis minoribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. cœruleum pumilum *Rauwolf. Hort. ſicc. Folia* primò profert rotunda, crenata & indiviſa, pediculis appenſa. *Caules* pedales in quamplurimas & extentas ramificationes, Cardui ſtellati more, diviſi ſunt, variiſque foliis plurifariam diviſis ſpinoſis ad genicula veſtiuntur. Capitula non ſeſſilia, ſed petiolis gracilibus inſident, parva, rotunda, ſpinoſa, Pſyllii capitula non excedentia, & floſculos cœruleos proferentia. Sub ſingulo capitulo foliola 5 longa, anguſta, recta & acuta, omnino indiviſa naſcuntur.

4. Eryngium minus paluſtre odoratum *Virid. Luſit. Griſleii.* Hujus *folia* anguſta, ſerrata, longitudine digitali, in orbem humi expanſa ſunt. Inter hæc autem *Caulis* erigitur pedalis, in ramulos aliquot fiſſus, quorum extremitates *capitula* parva foliolis circumvallata geſtant. Tota planta odorem ſpirat ſatis gratum.

5. Eryngium campeſtre Yuccæ foliis, ſpinis ad oras molliuſculis *Pluk. Phyt.* T. 175. F. 4. Eryng. camp. Yuccæ foliis, ſpinis tenellis hinc inde marginibus appoſitis D. *Baniſter, Cat. Stirp. Virgin.* Eryng. *Virginianum* Yuccæ foliis, ſpinulis raris, tenellis & inutilibus marginibus appoſitis *Hiſt. Oxon.* P. 3.

Caulem edit rectum, cubitalem, in cujus ſummo faſtigio plurá capita, vulgarium cæterorum more cernuntur, floſculis pentapetaloidibus albis onerata. Horum autem ſingulis evaneſcentibus ſuccedunt bina *ſemina*, in apicibus aculeata, prædictorum Eryngiorum more. *Folia* producit plurima, ex radicis capite immediatè è terra exſurgentia, pedalia ſaltem, intus cava ſeu canulata, foris convexa ſeu gibba, atque ſurſum versùs foliola parva, ejuſdem figuræ, mucronata. Singula folia, tam inferiora quàm ſuperiora ſpinulis lævibus & innoxiis in margine ornantur, loco ſpinarum in cæteris. Denique folia ejus primo anno naſcentia adeò ſimilia apparent Yuccæ foliis, ut ſub eadem ſpecie collocari poſſe non immeritò videatur. D. *Bobart.*

6. Eryngium *Syriacum*, foliis Chamæleontis, longis & ſpinoſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Silybum Dioſcoridis verum, nondum cognitum *Rauwolf. Hort. ſicc.* Hujus folia longa, ſinuata & ſpinoſa, aliorum Carduorum ſive Chamæleontis ſimilia ſunt. *Flores* verò non è capitis vertice, ut in Carduis, ſed Capite unciali, turbinato circumcirca, ut in aliis hujus familiæ glomerati emergunt; foliolis quoque longis, ſpinoſis aliorum more circumactis.

7. Eryngium Alpinum elatius, caule folioſo molliculum Amethyſtinum ad caulem & capitulum *Hort. Cathol. Cupani.*

Folia ima longa, anguſta & ramoſa ſunt, medius folii cujuſque ſcapus ramulos emittit ad longa intervalla, nunc binos adverſos, nunc alternatim ſitos. Ramuli deinde in ramuſculos dividuntur, donec tandem in longas & acutas ſpinas deſinant. Medius ſcapus & ramuli emiſſi vix ſemunciam lati ſpinulis utrinque acutis muniuntur. *Caulis* dodrantalis pedalis hujuſmodi foliis, ſed brevioribus ab imo ad ſummum uſque amicitur.
In planta ſicca à D. *Sherard* communicata ſeptem numeravi antequam in ramos divideretur. Caulis medius & ramuli capitulo ſeu ſpica florum brevi foliolorum anguſtorum oblongorum acutorum circulo ad baſin cincto, terminantur.

8. Eryngium montanum minus cœruleſcens *Hort. Cathol.* Caulis rigidus ſumma parte in multos ramos & ramulos ſpargitur, capitula ſuſtinentes ferè globoſa, ſex plerunque foliolis anguſtis oblongis rigidis & acutis pro calice cincta.

9. Eryngium

9. Eryngium paluſtre, *Luſitanicum* corniculatum *Tournefort. Elem Bot.* paluſtre, caule fiſtuloſo, capite cornuto *Moriſ. hiſt.* P. 3. 166.

Folia integra, uncialibus pediculis à radice appenſa, biuncialis ſunt longitudinis, ex anguſto principio in ſemuncialem latitudinem in medio extenſa, mucronata, glabra, & in ambitu dentata humi ſtrata: ex quorum umbilico aſſurgit *caulis*, rectus, teres, fiſtuloſus, foliolis paucis minoribus, fortuito poſitu amictus, qui ad dodrantalem altitudinem in brachia duo quaſi cornua, 2 aut 3 uncias longa ſe dividit: (fortaſſe in lætiori ſolo nutrito plura proveniant.) In horum autem angulo ſeſſile eſt Eryngii capitulum breve, cum foliolis acutis 5 vel 6 ut in aliis ſuppoſitis. In iſtis cauliculis ad uncialem intercapedinem, æquè ac in terminatione, capitulum enaſcitur conſimile, pediculo deſtitutum. D. *Bobart.*

10. Eryngium omnium minimum paluſtre *Luſitanicum*, humi fuſum, ut datâ operâ compreſſum videatur *Moriſ. hiſt.* P. 3. paluſt. *Luſitan.* humi fuſum *Elem. Bot.*

A *radice* longiùs *folia* exigua & anguſta, vix uncialem longitudinem, nec culmi latitudinem acquirentia dentata, ſtellatim expanſa producit. E centro cauliculos tenues emittit, nunc rectos, modóque recurvos cum binis foliolis ad genicula è regione adnatis, ubi ſtatim dividuntur, & in capitula pro plantulæ modulo ſatis magna cum foliolis acutis circumſitis, ut in congeneribus, deſinant. Cauliculi adeò humum petunt, inſtar Coronopi, ut nec ii, nec capitula omninò attollantur, ſed quaſi pedibus depreſſi appareant. D. *Bobart.*

11. Eryngium Amethyſtinum parvum foliis ad radicem pluribus integris non ſpinoſis, floribus vix ſpicatis, in calyce è 4 foliolis acutis compoſito.

Folia ad radicem plura in orbem ſpargit, ungue pollicis humani minora pediculis planis uncialibus aut ſeſcuncialibus hærentia, oblongiuſcula obtuſa, circum oras leviter inciſa, versùs apicem profundiùs. Ex horum centro exſurgit *caulis* ſemipedalis aut dodrantalis ſatis craſſus, firmus anguloſus, Amethyſtinus, in ramos aliquot diviſus, foliolis parvis anguſtis in ſpinulas paucas diſſectis veſtitus. Ad ramulorum divaricationes & ex ſummis caulibus & ramulis exeunt pediculi unciales aut ſeſcunciales, ſatis craſſi, florum ſpicam in faſtigio ſuſtinentes, ſi modo ſpica dicenda ſit quæ non attollitur ſed floribus aliquot in eodem plano ſtantibus & densè ſtipatis conſtat. Spicas ambiunt pro calice 4 oblonga, anguſta, carinata foliola in aculeum deſinentia. Plantam ſiccam nobis communicavit D. *Sherardus.*

An Eryng. campeſtre alterum intensè cœruleum, capitulis 4 aculeis cinctis, *Hort. Cathol. Supplem. alt.*

12. Eryngium maritimum *Luſitanicum* ampliore folio *Tournef. Elem. Bot.*

13. Eryngium *Luſitanicum* latifolium, vulgari ſimile *Ejuſdem.*

14. Eryngium Alpinum ſpinis horridum, Dipſaci capitulo longiori *Ejuſd.*

15. Eryngium Amethyſtinum *Luſitan.* minus, folio longiori *Ejuſd.* Folia edit montani Amethyſtini *C. B.* ſenſim anguſtiora & in tenuiores fiſſuras diviſa, totaque planta in omnibus minor eſt & humilior, colore etiam inſigni cœruleo gaudet. D. *Bobart.*

16. Eryngium *Luſitanicum* paluſtre erectum, Pſyllii capitulo *Ejuſd.*

17. Eryngium montanum cœruleum montis *Libani Munting. Herbar. Belg.*

18. Eryngium pumilum *Luſitanicum* ſupinum *Griſleii Virid. Luſit.* an paluſtre *Luſitanicum* humi fuſum *Elem. Bot.*

19. Eryngium foliis anguſtis, ſerratis, fœtidum *Slon. Cat. Jam. Americanum* fœtidum Itubu *Surinamenſibus Herm. Cat. Leyd.* p. 236. Cohayelli ſeu Chichicahoaxton, ſeu Herba ſerratorum foliorum *Hernandez.* p. 143. Eryngium fœtidum oblongis capitulis Americanum *Pluk. Almag. Bot.* p. 137. Deſcriptionem Herman. vide in *Hiſt. noſt.* App.
D. *Sloane.*

Sex ſeptémve teretibus, glabris, albicantibus fibris, 10 circiter uncias longis, rectà in terram deſcendentibus, eíque firmiter infixis, prope terræ ſuperficiem unitis, radicatur. *Folia* exinde emittit 5 aut 6, in omnem partem diffuſa, 8 uncias longa, unam lata, latiſſima prope apicem parte, profundè admodum ſerrata, & mollibus aculeis in margine donata. E mediis foliis exoritur *caulis* unus vel alter, pedem & dimidium altus, teres, viridis, concavus, glaber, diviſione ſua dichotomian perpetuò obſervans, & ad ſingulas divaricationes duobus brevibus, profunde inciſis, ſpinoſis foliis cinctus. *Capitula* aliorum Eryngiorum ſimilia ſunt, ſuppoſitis in circulum pluribus oblongis, anguſtis, aculeatis foliis, primò viridia, poſtea fuſceſcentia, plurimis fuſcis ſeminibus obſita. Partes plantæ omnes odore valido, penetrante, non tamen admodum ingrato donantur.

In

In agris humidis & pinguioribus, circa domum D. *Bourden*, & locum **The Crescent Plantation** dictum, abundat.

E præstantissimis in his terris nascentibus Alexipharmacis habetur. Aqua ejus destillata antepilepticum insigne censetur, & hystericis paroxysmis maximè resistere creditur.

In Historia Plantarum Oxonienſi Tom. 3. à D. *Bobarto* edito invenio

1. Eryngium cæruleum, maculis albis notatum ; &

2. Eryngium ex plani semine degener *H. R. P.* verùm quia varietates potiùs esse videntur quàm species distinctæ, earum descriptiones omitto, apud D. *Bobartum* in *Hist. Oxon.* Tom. 3. p. 165. requirendas.

20. Colletta-Veetla *H. M.* P. 9. T. 41. Eryngium Indicum febrifugum, floribus luteis *Herman. Commelin.* notis.

H. M.

Planta est 3, 4ve pedum, arenosa & uda amans loca. *Radix* nigricat, numerosis lignosis fibris undequaque circundata. *Stipites* & *rami* teretes, viridi-nitente, glabro cortice vestiti, geniculati, in geniculis spinis transversis tenuibus, viridibus, acutis, longiusculis muniti. *Folia* ad nodos bina & bina, ordine se mutuò decussantia, oblongo-rotunda, nonnihil cuspidata, spissa, lenia, glabra, singula spinis utrinque 4 comitata, coloris fusci & nitentis, saporis amari. *Flores* terni, quaterníve simul, maximè ad summitatem surculorum, collo flavo longiusculo ex apertis calicibus, qui plurium sunt foliorum, prodeuntes, flavo-rubescentes, pentapetali, odoris expertes. *Stylus* in medio tenuis & albicans, ac cum eo stamina 4 flaviuscula, ac colli inferiori parti inserta, duo surrectiora & crassiola flavis surrectis, crassis apicibus nodulata, duo breviuscula ac demissa, in collo inferiùs recondita. Floribus succedunt capsulæ seminales, oblongæ, compressæ, lateribus parùm convexis, & in cuspidem oblongum strictæ, rigidæ, ligneæ, cortice intus albicante, qui viridi investitur cortícula, in medio laterum compressiorum & in oris futuris striatæ ; duo singulæ *semina* continentes, in propriis loculamentis interscpimento lignoso crasso à se mutuo sejuncta, rotunda, parùm oblonga, una parte quà interscpimento accumbunt plana, alterà nonnihil convexa, coloris ex albicante subruffi nitentis, saporis amari.

Folia indigenis vicem foliorum *Betel* in comestione *Arequæ* præstant. Succus Aphthis conducit, intestinorúmque ex flatibus intumescentiæ.

Adaca-Manjen *H. M.* P. 10. T. 43. Planta Indica alato caule, folio crenato, pilosos & viscoso, flore glomerato purpureo *Commelin.* Ego potiùs Corymbiferi affinem dixerim, caule alato, floribus in spicis seu capitulis squamosis, seminibus insidentibus.

Nascitur in arenosis. *Radix* fibrosa, albicans, odoris grati. *Caules* rotundioli, viridi-diluti, laciniis viridibus, crenatis & pilosis alati. *Folia*, quorum latera inferiùs petiolum alatim succingunt, oblongo-rotunda sunt, angusta, valdè pilosa, in oris serrata, flaccida, mollia, ad tactum viscida, mucoso suo humore dum convolvuntur mutuò conglutinantia, odoris acris & pergrati, saporis subacris, edulia. Costa in utraque parte eminet. *Flores* capitula sunt globosa, quæ caulium ramulorumque alatorum fastigiis insident, glomulis surrectis totum obsita, coloris purpureo-rubri saturi, maximè in glomulis, è quibus *flosculi* velut *staminula* oblonga, purpurea, & in superiori parte albicantia, quæ stylulum purpureo-albicantem ejiciunt, emicant ; sùntque hæc capitula globosa, cùm tenera viridia, ac glomulis viridibus decumbentibus imbricatim obtecta, qui marcescentes rufescunt, flosculis pluribus interjectis concomitantur, & collo seu pede parvis insident seminibus, quæ orbiculatim *stylo* viridi medio intra capitulum inoculantur ; sunt autem illa parva oblonga, ruffa.

Ex integra hac planta, si radicem excipias, decoctum prapuratur, in cardialgia flatulenta, ventrisque torminibus, præsertim si Cumino pulverisato affecta pars aliquandiu fricetur : fit & ex illa pulvis, qui cum oleo frixus linimentum præstat contra scabiem aliósque cutaneos morbos ; cum *melle* mixtus tussi medetur. Ex insolata radice pulvis conficitur stomachcius, qui & intestinorum cruciatibus adversatur : Ejus cortex cum sero lactis tritus & exhibitus hæmorrhoides sanat ; ab indigenis in confectione potûs adhibetur.

Hæc planta Scabiosa major crispatis foliis, alato caule, *Maderaspatensis* D. *Plukenet Almag. Bot.* dicitur, qui tres hujus generis species distinguit, nimirum, Scabiosam Indicam majorem, caule & pediculis foliosis, Scab. minorem alato caule *Maderaspatensem*, & hanc.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBRI NONI PARS PRIMA.

Herbæ Monospermæ Gymnospermæ.

Seu

GYMNO-MONOSPERMÆ.

P. 39. Ad Cap. De Valeriana.

1. VAleriana sylvestris major altera, folio lucido *Tournef. Elem. Bot. Hist. Plant. circa Parisios.*

2. Valeriana *Lusitanica* latifolia altera laciniata *Ejusdem ibid.*

3. Valeriana Alpina minima; Planta, ut plurimùm, uncialis aut biuncialis *Pluk. Phytogr.* T. 231. F. 8.

4. Valeriana rubra angustis & longioribus foliis *Pluk. Phytogr.* T. 233. F. 3. Valeriana rubra angustifolia *J. B.* Tom. 3. 211. Hanc à Valeriana rubra angustifolia *C. B. Prod.* descripta plurimùm differre scribit.

5. Valeriana maxima *Cacaliæ* folio D. *Fagon. Schol. Bot. Pluk. Phyt.* T. 232. F. 1. Hujus folia inferiora sunt indivisa, pænè rotunda, crenata, Cacaliæ instar. An Valeriana montana subrotundo folio *C. B.* Pin? 164. Narde de montagne 2. de Leon *Hist. Lugd.* Gallice, Tom. 1. p. 805. *Flores* habet incarnatos, pentapetaloides, calcari brevissimo & vix conspicuo instructos.

6. Valeriana Virgæ aureæ folio *Virginiana* D. *Banister Pluk. Almag. Bot.*

7. Valeriana annua splendens, imis foliis integris, cæteris parum laciniatis, flore minore *Pluk. Almag. Bot.*

1. Nardus *Americana* procerior, foliis cæsiis *Pluk. Phytograph.* T. 101. F. 2. An Valeriana Atriplicis folio *Virginiana* D. *Banister* Cat. Mss.
E *Marilandia* attulit D. *Vernon. Flores* in nostro specimine plures & magis conferti videntur in summis ramulis quàm eos repræsentat icon *Plukenetiana.* vide Cacalia Virg. *Moris. hist.* P. 3.

1. Valerianoides Linariæ folio, flore cæruleo è *Cap. B. Sp.* Mus. Pet. 294.

Virgæ crassæ & rigidæ, *foliis* crebris, angustissimis, sescuncialibus, acutis, absque pediculo immediate adnatis, uno vel altero denticulo obiter incisis cinctæ, in summitate ramulos plurimos emittunt, quandam quasi umbellam efficientes, *flores* gestantes è foliorum alis exeuntes.
A D. *Oldenland* accepit D. *Petiver*, mihíque impertivit.

2. Valerianoides *Americana*, flore globoso Pisshaminis folio *Mus. Pet.* Cent. 3. 293. Scabiosa dendroides *Americana*, ternis foliis caulem ambientibus, floribus ochroleucis *Pluk. Almag. Bot.* Arbor Americana triphylla, fructu Platani quodammodo æmulante, Lignum fibularium, i. e. Button-wood nostratibus dictum *Phytogr.* T. 77. F. 4.

Caulis

Caulis huic teres, rubeſcens. *Folia* in ramis ad intervalla mediocria nunc bina adverſa, nunc terna ſimul, 3, 4ve uncias longa, unam lata, lævia, nervoſa, æquis marginibus, in acutum deſinentia, in ramulo quem deſcribo deorſum reflexa, ſubtus in ſicca luteſcentia, Laurinorum ferè figurâ & magnitudine. Summis virgis, in pediculis tenuibus è ſupremorum foliorum alis exeuntibus ternis ſimul, 2 uncias longis, innaſcuntur *Flores* in figuram exactè ſphæricam conglobati, è tubulo oblongo in aliquot ſegmenta expanſis numerum in ſicca diſcernere non potui. Singuli floſculi, ſtylum prælongum exſerunt, apice inſignem.

In *Marilandia* collectam attulit D. *Vernon.* Icon *Plukenetiana* florum ſitum non bene repræſentat, qui habetur in noſtro ſpecimine.

Frutex Valerianoides ſpicatus, caule foliis creberrimis undique cincto, ad modum Lycopodii aut Abietis. A *Prom. Bæ Spei.*

Caulis ſimplex eſt [in ſpecimine noſtro] *foliis* duûm generum veſtitus : *majora* vix digitum longa, peranguſta, acuta, denticulis paucis ad latera inciſa ; *minora*, iis intermixta, planè capillacea ſunt, & muſcoſa. *Caulis* prope faſtigium duos tréſve ramulos emittit, & in ſpicam denſam terminatur *floſculorum* cum foliolis intermixtis, quorum partes & ſtructuram ob parvitatem in ſicca diſcernere non potui.

Valerianoides *Æthiopica*, foliis Cratægogoni Euphroſynes, florum tubis longiſſimis. Valerianoides Ladani ſegetum folio D. *Sherardi. Pluk. Tab.* 319. Fig. 3.

Caules teretes, recti, firmi, ſemipedales, ramoſi ; *foliis* veſtiti ad intervalla longiora binis oppoſitis, uncialibus, anguſtis, obiter dentatis, Cratægogoni Euphroſynes facie æmulis. *Floſculi* in ſummis caulibus è foliorum alis exeunt, tubis longiſſimis, in 4 aut 5 ſegmenta, totidem folia imitantia diviſi. *Radix* ſubeſt ſimplex, lignoſa, annua.

Valerianoides Linariæ folio, flore cœruleo *Muſ. Pet.* 294.

Caulis huic teres, firmus, robuſtus, Linariæ foliis undique cinctus, non ramoſus, umbellam in ſummo geſtans denſiſſimam floſculorum confertiſſimorum. Folia in imis caulibus longiora ſunt, crebriora ; ſuperiora rariora & breviora.

Valerianoides parva, foliolis in caule raris, ſpicâ in ſummo caule oblongâ, è foliolis & floſculis confertis compoſitâ, *Cap. Bæ Spei.*

Floſculi ex alis foliorum è quibus ſpica componitur exeunt, tubóque anguſtiſſimo, ſatis tamen longo conſtant,

Valerianoides fruticoſa, brevibus anguſtis acutis. floribus purpureis *Cap. Bæ Spei.*

Folia rariùs ſita ſunt quàm in præcedentibus. *Floſculi* è foliorum ſinubus emergentes, è tubo oblongo anguſto in petala purpurea expanduntur, ſtamina brevia albicantia, intus continentes.

Valerianoides Myrtifolia, non ramoſa, floribus paucis in ſummo caule lanuginoſis *Cap. Bæ Spei.*

Folia inordinate diſpoſita ſunt, non tamen adeò crebra ut caulem penitus occultent, quàm Myrti Tarentinæ minora.

Valerianoides fruticoſa ſordidior, foliis anguſtis, incurvis hirtis, uno vel altero denticello inciſis, floribus in faſtigio in ſpicas denſas oblongas craſſas coacti, *C. B. Sp.*

Valerianoides fruticoſa, foliis Linariæ anguſtioribus, caulem undique cingentibus, floſculis atropurpureo, in ſpicis longis laxis *Cap. Bæ Spei.* Valer. Hyſſopi foliis parvis *Muſ. Pet.* 297.

Valerianoides foliolis binis oppoſitis, unciam ferè longis, quadrantem latis, circa margines dentatis, floſculis in ſummitate paucis è tubo longiſſimo in 4 petala bifida expanſis *Cap. Bæ Spei.*

Valerianoides fruticoſa, ramulis paucis, foliolis oblongis acutis albicantibus, non admodum denſis cinctus, ſumma parte è foliorum alis flores pauciores tubis non valde longis protrudens. *Cap. Bæ Spei.*

Valerianoides foliolis albicantibus, latioribus, brevioribus acuminatis, in caule crebrioribus, floſculis pluribus in ſuperiore caulis parte. *Cap. Bæ Spei.*

Valerianoides fruticosa, foliolis tenuissimis, creberrmis, nullo ordine positis Abietis ferè in modum cincta, flosculis spicatim è superiorum foliorum alis exeuntibus.

Flosculi in spicis oblongis rariùs siti, pentapetaloides è tubo oblongo lutei, odore Violæ matronalis.

Valerianoides fruticosa, ramulis Lycopodii in modum foliis undique cinctis, in summo ramosis, innumeris ferè flosculis ornatis *Cap. Bæ Spei.*

Flosculi è foliorum superiorum præcipuè alis exeunt, tubo longissimo incurvo.

Omnes has plantas, *Valerianoidis* nomine propositas circa *Promontorium Bonæ Spei* ab insigni Medico & Botanico D. *Bernardo Oldenlandio* p. m. collectas, curioséque admodum exsiccatas & asservatas à præstantissima Domina ipsius vidua impetravit D. *Petiver*, à quo habui.

Valerianoides floribus conglomeratis, foliis Thymbræ, subtus incanis D. *Sherard.*

Flores & semina in spicas habitiores congesti summos cauliculos occupant.

Valerianoides *Marilandica*, foliis gramineis, floribus quasi in umbella D. *Sherard.*

Valerianoides *Africana*, Calaminthæ foliis *Mus. Pet.* 296. Folia quàm Calaminthæ multò minora sunt. *Caules* ab imo ad summum usque plurimos emittunt ramulos flosculis minutissimis Valerianoidibus onustos. Siccam commodavit D. *Sherard.*

Valerianoides elatior, folio angusto oblongo dentato D. *Sherard.*

Caule est dodrantali non ramoso, paucis foliis cincto, ut nudus pæne videatur, summa parte ramulos seu pediculos emittit flores sustinentes parvos, è tubo breviore in 4 petala expansos. E Prom. Bæ Sp.

Valerianoides Nepetæ folio D. *Sherard.*

Folia inferiora lata sunt & dentata, superiora angusta. *Flores* in spicis habitioribus summos caules & ramulos occupant.

Valerianoides *Æthiopica* **Foxtail** Batavis dicta. Valerianella *Africana* fruticans, foliis Ericæ *Hort. Amst.* P. 2. cap. 111.

Flores in summis caulibus velut umbellatim digesti.

P. 394. Ad Cap. de Valerianella.

Valerianella umbellata *Lusitanica Munting. Herbar. Belgic. Grisleii Virid. Lusit.*

Valer. capitata *Lusitanica* N. D. *Grisl. Virid. Lusit. Munting. Herbar. Belgic.*

Valerianella *Marilandica*, foliis oblongis obtusis.

Valerianellæ vulgaris seu Lactucæ agninæ species major serotina *Morisf. Prælud.*

Valerianella folio subrotundo, flore purpureo, semine oblongo, striato, aspero *Slon. Cat. Jamaic.* An Valerianella *Curassavica* semine aspero viscoso *Herm. P. B. P. Plukenet. Phyt.* T. 113. F. 7. **Hogweed.**

D. *Sloane.*

Radice nititur simplici, robusta, altè descendente, multos emittente *cauliculos*, in terræ superficie stratos, & in orbem pedalis aut bipedalis diametri undique diffusos, rubicundos, teretes, succulentos, Portulacæ similes, articulatos, & ad singulos articulos binos ramulos, totidémque *folia* protrudentes, sibi mutuo opposita, pediculis ½ unc. longis, rubentibus insidentia, propemodum rotunda, diametro ¼tas unciæ extenso, succulenta, glabra, viridia, cum purpureis & interdum crispis marginibus. Ramorum cymis insident *Flores* plurimi, purpurei aut coccinei, in capitulum arctè congesti: quibus succedunt totidem *semina* fusca, oblonga, striata, aspera.

Locis glareosis insulæ *Jamaicæ* ubique abundat hæc herba, esca porcino generi gratissima, quâ saginantur & pinguescunt: unde **Hogweed** incolis dicitur.

Valerianella Alsines folio scandens, floribus pallidè luteis, pyxidatis, in umbellæ modum dispositis, semine aspero *Slon. Cat. Jamaic.* Solanum bacciferum Americanum fructu corymboso *Pluk.* T. 126. F. 7.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Pars inferior hujus Plantæ ſtipitis brachiali eſt craſſitudine, *cortice* albo ſtriato ſuccincta. *Caulis* palos aut arbores vicinos apprehendit, ſumma parte ramoſus, & ad 7, 8ve pedum altitudinem aſſurgens. Rami multi ſunt, teretes, vel virides, vel rubentes fragiles, deorſum dependentes. *Folia* è geniculis exeunt, Alſines majoris per omnia ſimilia. Surculorum apices pediculos aliquot, veluti tot radios è communi centro, emittunt, umbelliferarum in modum, ſingulos floſculum unicum luteo-viridem, calici exiguo ſeu ſcypho ſimilem, rotundum, individuum, Muſci pyxidati calicibus frmâ ſuſtinentes. Succedit *ſemen* parvum, oblongum, fuſcum Umbelliferæ alicujus plantæ ſemini pæne ſimile, ab imo ad ſummum ſenſim augeſcens, & ſubaſperum.

Palos & frutices ſcandens in pratis circa urbem S. *Jago de la Vega* ubique invenitur.

Pſeudo-Valeriana annua *Halepenſis* veſicaria *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Hujus folia congenerum foliis anguſtiora ſunt. Flores ad eundem modum & ſemina in veſicis rotundis & compreſſis, oboli nummarii noſtri amplitudine continentur, non in abortivis veſiculis ab inſectis prohibita, quod utique in agris ſterilioribus vulgari frequenter accidit. D. *Bobart.* Ex ſeminibus à D. *Huntington* tranſmiſſis ſuccrevit.

Valerianella *Africana*, foliis anguſtis, flore macula rubicante notato *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Cap. 109. Valerianoides flo. monopetalo ſem. unico oblongo.

Radices habet multas, fibroſas; ex quibus *Caules* oriuntur plurimi, rotundi, lirati, modò unum, modo ſeſquipedem longi, in ſummitate virides, inferiùs rubicantes, & nonnihil humi ſtrati, quorum medius in ramulos dividitur. *Folia* caulibus & ramulis adſtant anguſta, viridia, quorum quædam inſtar foliorum Coronopi fere ſunt inciſa, quædam (præſertim juniora & ſuperiora) abſque ulla inciſione naſcuntur, nunc ſolitaria, nunc plura ſimul juncta, nullo ſuſtentantur pediculo. *Caules* & ramuli terminantur in ſpicam longam, cui plurimi adnaſcuntur *flores* fiſtuloſi, albicantes, qui in medio maculam habent rubicantem, & inſtar ornamenti foliacei in 4, 5ve ſegmenta inciduntur, qui intus *ſtamina* producunt 4, *apicibus* luteis prædita, præter *ſtylum* futuro fructui inſidentem. Flores ſequuntur *Fructus* aut capſulæ ſeminales, parvæ, longæ, fuſcæ, quæ intus *Semen* unicum continent, fuſcum, ab una parte planum, cum linea ſecundùm longitudinem albicante, ab altera elevatum, & ternis foveis notatum, quod ſemen præter capſulam ſeminalem duabus inſuper membranis diaphanis inveſtitur.

Annua eſt planta, Julio, Auguſto & Septembri florens, ſemina Septembri & Octobri perficiens.

Hujus ſpecimen nobis exhibuit D. *Sherardus.*

Valerianella *Africana* fruticans, foliis longis & anguſtiſſimis *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Ex *radice* multiplici & fuſca *Caulis* erigitur pedalis, rotundus & fuſcus, qui in aliquot dividitur ramulos cum caule concolores. Ramulis undique adnaſcuntur *Folia* longa, anguſtiſſima, & viridia, inſtar foliorum *Comæ aureæ Park.* quæ nullo ſuſtentantur pediculo. Ramulorum ſummitates ornantur *Floribus* ſpicatim poſitis albis, monopetalis, fiſtuloſis, & in 5 partes inæquales diviſis, adeò ut non ineptè galeam repræſentent bifidam, labium ſimplex, & alas duas. Flores *ſemen* ſequitur unicum, in ipſo perianthio reconditum, oblongum, non pappoſum. Floret Julio & Auguſto, & Octobri nonnunquam ſemina perficiuntur. Sapor foliorum amaricans cum pauca adſtrictione, odor nullus.

Valerianella *Africana* fruticans, foliis Ericæ *Hort. Med. Amſt.* rar. P. 2. Cap. 111.

Radicem habet ligneam, fuſcam, & tenuem, è qua *Caulis* exſurgit ſpithamiæus, rotundus & fuſcus, qui in multos rotundos & virides dividitur ramulos. Ram. autem multis viridibus & anguſtis undique ambiuntur *foliolis*, pluribus ex eadem ſede ortis. In ramulorum ſummitatibus *flores* videntur, ut in prima ſpecie, albi, monopetali, fiſtuloſi, & in 5 inæquales partes diviſi: *ſemina* etiam quæ *flores* ſequuntur ſunt eadem ſed minora.

Certum florendi tempus ſervat nullum, cùm omni anni tempore floreat, *ſemina* tamen non ſemper perficit.

Dentellaria Lychnioides ſylvatica ſcandens, flore albo *Slon. Cat. Jamaic.* An Anonyma decima Hernandez p. 353? An Tumba-Codiveli *H. M.* P. 9. T. 8?

D. *Sloane.*

Caules hujus Plantæ teretes ſunt, articulati, virides, nitentes, lignoſi, tortuoſi, infirmi; verùm cùm fruticibus ſuſtinentur, inter quos planta plerunque oritur, ad 3, 4ve pedum altitudinem aſſurgentes. *Folia* è ramulis exeunt abſque pediculis, tenuia, glabra, plerunque ſubrotunda, duas uncias in tranſverſum lata, quamvis interdum oblonga. Summitates ramorum obſident *Flores* ſpicatim diſpoſiti, cauli nullo interveniente pediculo, aſpero ſuo & propemodum ſpinoſo, viſcoſo, ſtriato, viridi calice adnati, albi, pentapetali, Lychnidis ſylveſtris flore albo, floribus ſimiles: quibus ſuccedunt, ſingulis ſingula, *ſemina* ampla, quadrata, fuſca, in viſcida & hirſuta capſula.

In ſylvis & frutetis campeſtribus inſulæ *Jamaicæ* ubique ferè reperitur; copioſiſſimè ad utrumque latus viæ quæ à Paſſage-Fort ad urbem S. *Jago de la Vega* ducit.
Radice Plumbaginis pulſui manus dextræ applicata mitigatur dolor dentium maxillæ ſiniſtræ. Idem præſtat planta recens aut ſiccata in pulvere, & cum aqua gummata mixta *Boccon. Obſervat. nat.* p. 97.

Dentillaria *Zeylanica*, flore minimo, Antirrhini folio, Wiſſaduli Zeylanenſibus D. *Herman.*

P. 391. Ad Cap. De Limonio.

Limonium fruticoſum minimum glabrum, fortè Lim. marit. minimum *C. B. Pluk. Phytogr.* T. 200. F. 5.

Limonium minimum comatum elegans, an Limonium minus denſâ caulium fœniculaceâ velut comâ *Lælii Triumfetti* Catal. apud fratrem? *Pluk. Phytogr.* T. 42. F. 5.

Lim. *Arabicum*, foliis ſolidiori texturâ, in lacinias variè ſectis *Pluk. Almag. Bot.*

Lim. peregrinum, caule appendicibus criſpis adaucto *Pluk. ibid.* Lim. *Africum* humile & elatius *Park.* 1234. vid. deſcriptionem, *Hiſt. noſt.*

Limonium minus, Bellidis folio, flagellis Fœniculaceis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 143. T. 103. An Lim. Fœniculaceâ comâ *Lælii Triumfetti Catal. apud fratrem?*

Planta eſt pedalis, *folia* producens Bellidis, glabra, ſurculos multifidos foliorum Fœniculaceorum ad inſtar. Flores cœrulei ſunt, & aliquoties in ſpicam diſpoſiti videntur. Locis maritimis & aquis ſtagnantibus provenit in *Romania.*

Limonium minus, flagellis tortuoſis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 103.

A præcedente differt, non ſolùm *foliis*, quæ majora ſunt & aſperiora, ſed etiam flagellis, quæ magis tortuoſa & nodoſa. *Flores* cum floribus Limonii 1mi *Matth.* conveniunt.
In inſula & urbe *Di Torcello*, 5 m. p. à *Venetiis* diſtante, provenit.

Limonium capitatum *Americanum Munting. Herbar. Belgic.*

Limonium minus latifolium N. D. *Ejuſdem.*

Limonium anguſtifolium minus 1. & 2. *Ejuſdem.*

Limonium minus maritimum noſtras *Pluk. Almag. Bot.* Fortè medium *Anglicum Park.* A majore vulgari manifeſtè diſtinctum eſt, non ſolùm quòd minus ſit, ſed quòd foliorum pediculi alati, alis ad radicem uſque continuis, adeò ut folia pediculis carere dici poſſint.

Limon. maritimum copioſo majore flore, foliis in extremo ſinuoſis *Pluk. Almag. Bot.* An Limon. *Siculum* folio cordato *Boccon.* De Plantis *Siculis?*

Limonium *Luſitanicum*, foliis lanceolatis *Tourneſ. Elem. Bot.*

Lim. *Luſitanicum*, Auriculæ Urſi folio *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Hiſpanicum* fruteſcens, Portulacæ marinæ folio *Ejuſd. ib.*

Lim. *Hiſpan.* Plantaginis foliis bullatis *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Hiſpan.* Plantaginis foliis glabris *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Hiſpan.* multifido folio *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Hiſpan.* articulatum & cæſium *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Valentinum*, Statices folio, capite glomerato *Ejuſd. ibid.*

Lim. *Hiſpanicum* ſupinum, comâ diffuſâ *Tournefortii Pluk. Mantiſſ.* ut à D. *Preſton* admonitus eſt.

Limonium fruticoſum *Cap. Bæ Spei*, vulgari noſtrati ſimile.

Limonio noſtrati vulgari ſimile eſt, ſed majus & fruticoſius. Folia quàm noſtratis minora & anguſtiora; è pediculus longis, lata baſi cauli adnatis, ſenſim dilatata in obtuſum mucronem deſinunt.

D. *Oldenland*

D. *Oldenland* Batavus M. D. circa Promont. Bæ Spei collegit, à cujus vidua D. *Petiver* inter alias rariores plantas accepit.

Limonio congeneris altera ſpecies elatior, foliis triplo longioribus ſeu Bucanephyllon elatius *Virginianum Pluk. Phyt.* T. 152. F. 3. Coilophyllon *Virginianum*, longiore folio erecto, flore luteolo *Moriſ. hiſt.* p. 3. Limonio congener alterum, foliis longis erectis.

Huic *folia* recta, (non ut in priore ſpecie gibboſa) erectè aſſurgentia, tubuloſa, pedalem, bipedalem ampliorémque altitudinem acquirunt, anguſta tenuiaque in conicam reverſam figuram ſe dilatantia, ut in quibuſdam orificium unciale, biunciale & interdum latius, ſecundum folii longitudinem apertum ſit, nervis rectis, rigidiuſculis ſe ſtabilientibus, per totam longitudinem decurrentibus. In ſummo uniuſcujuſque ad unum latus, labrum tegumentúmve prominens enaſcitur, quod in his ſpeciebus operculum eſt, quod Divinâ providentiâ ad obtegendam & defendendam plantam à pluviarum injuriis ſtatutum videtur, & theculam ſclopeti, aut vaſis lignei operimentum haud ineptè refert. *Caulis* aſſurgit rectus, elatior, *florem* unicum in ſummo ſuſtinens, pallide luteum cujus petala quina, longitudinaliter convoluta (cùm in altero plana ſunt) fructûs umbellam alterius ſimilem, pentagonam inter angulos flectentia omnino ſuperintegunt. D. *Bobart.*

Limonium maritimum majus alterum ſerotinum Narbonenſe *Hort. Reg. Pariſ.* quod

Limonium maximum, folio longiſſimo nobis.

Limonio vulgari magnitudine excepta ſimillimum eſt. Caules proceriores ſunt & ramoſiores : folia una cum pediculis ſempedalibus pedalia ſunt. Siccam à D. *Sherard* accepimus.

Limonium Anglicum minus, caulibus ramoſioribus, floribus in ſpicis rariùs ſitis.

Folia Limonii vulgaris ſimilia ſed minora, pediculis brevioribus & utrinque velut alatis alis tamen anguſtiſſimis. *Caules* breviores, ſemipedales, in ramos diviſi & ſubdiviſi magis diffuſos, qui in ſpicas deſinunt flores rariùs ſitos ſuſtinentes, ſemunciali fere diſtantiâ, quod præcipuè notabile eſt. Florum calices longiores videntur.

Waltonæ vico in *Eſſexia* non procul ab *Harvico* portu prope Molendinum copioſum invenit D. *Dale*, nobíſque communicavit.

Limonium Saponariæ folio *Hort. Cath. Suppl.* 3. Lychnidis coronariæ folio *Virid. Luſit. Park.* maritimum villoſis foliis Luſitanicum *Pluk. Almag. Bot.*

In ſicca quam nobis commodavit D. *Sherard* folia ad radicem plurima densè congeſta, formâ ſuâ ad Lychnidem accedentia, glauca. *Caules* inter folia erumpunt plures, ſemipedales, nudi, ut in hujus generis reliquis ; ſuperiori parte in ramulos diviſi, flores in faſtigiis geſtantes ex albo purpuraſcentes, densè ſtipatos duplici ordine ut capitula ſquamoſa videantur, ſurſum ſpectantes, ut in aliis congeneribus.

Limonium Tamariſci folio nonnullis ; Lim. ferulaceo folio *Griſleii Virid. Luſit* ? An Ericæ facie Polygonoides *Africana*, pentapetalos, viticulis, in creberrima capillamenta ſquamulis conflata diffuſis *Pluk. Phyt.* T. 28. F. 4 ?

In ramulo hujus plantæ ſicco, quem nobis commodavit D. *Sherard*, Caulis non dividebatur in ramulos & ſurculos, ad norman reliquorum, ſed ab imo ad ſummum ramulos ſeu ſurculos hinc indè alternatim emittebat, quibus per totam longitudinem adnaſcebantur quædam velut, foliola quæ nihil aliud erant quàm floſculorum pediculi inutiles. Surculi hi in ſpicas florum breves, densè ſtipatas habitiores deſinunt.

Siccæ ramulum ſeu caulem integrum à D. *Sherard* obtinuimus.

P. 399. Ad Cap. de Paſſerina.

Paſſerina umbellata *Munting. Herbar. Belgic.*

Paſſerina ramoſa *Ejuſdem ibid.*

Paſſerina globoſa *Luſitanica Ejuſdem ibid.*

P. 400. Ad Cap. De Agrimonia.

Agrimonia lappacea inodora, folio ſubrotundo, dentato *Slon. Cat. Jamaic.* Lappula *Bermudenſis* Althæoides ſpicata, fructu orbiculari majore *Pluk. Phytogr.* T. 245. F. 7.

D. *Sloane.*

Ad 4 aut 5 pedum altitudinem aſſurgit, in ramos aliquot minores prope faſtigium diviſa, *foliis* inordinatis obſitas, pediculis ſemuncialibus hirſutis inſidentibus propemodum rotundis, paullum acuminatis, cum duabus laciniis aut ſimilibus ; unciam longis, $\frac{3}{4}$tas unciæ latis

latis ad basin ubi latissima; circa margines dentatis, lanuginosis, supernè saturatiùs virentibus, subtus pallidioribus, nervis quibusdam eminentioribus à pediculo tanquam à centro ad margines per folia exporrectis. *Flores* in summis ramis spicati, flavi, petalis longis, & Agrimoniæ *Europææ* similibus, duntaxat minoribus, quos sequuntur in pediculo incurvo *lappulæ* aliquot fuscæ, rotundæ, uncinatis spinulis crebris obsitæ, Agrimoniæ fructuum instar vestibus adhærentes.

Circa oppidum S. *Jago de la Vega*, & alibi variis in locis insulæ *Jamaicæ* oritur.

Eupatorium odoratum *Santonicum* seu *Blæsense Morisi. hist.* 614.

Agrimonia medio modo odorata *Ejusd.* Folia habet ad eundem modum constructa cum Agrimonia vulgari, sed magis odorata minus autem quàm 2da species. In *Xantis* (inquit *Lobelius*) *Pictaviæ Galliæ* finitimis sylvis editur Agrimonia, quam Odoratam vocant, propter odorem multò fragrantiorem, eámque in hortis colebat superioribus annis eruditus medicus *Lamoureus* Adv. p. 308. Hanc speciem invenit *Morisonus* in sylva cædua & secundùm margines pratorum adjacentium sylvæ cæduæ dictæ *Le Coste de Chaile*, primo aut secundo ab urbe *Blæsis* lapide.

P. 401. Ad Cap. De Circæa.

Solanifolia *Canadensis* latifolia, flore albo *Schol. Bot.* Lappula incantatoria maxima *Americana Pluk. Almag. Bot.*

Circææ foliis incanis, floribus tubulosis, plurimis summo caulis fastigio umbellatim positis ex *Insula Johanna*, *Pluk. Mantiss.*

P. 402. Ad Cap. De Pimpinella Sanguisorba.

Pimpinella sanguisorbâ minor, elegantiùs laciniata *Schol. Bot. Morisi. hist.* P. 3.

Pimpinella sanguisorba minor, semine majore & crassiore *Bot. Monsp.* Circa *Salenovam*, *Castrum novum* & *La Columbiere* in vinearum sepibus oritur.

Pimpinella *Hispanica* major altera conglomerato flore *H. R. P. Schol. Bot.* An maxima Canad. spicâ rubrâ glomeratâ *Morisi. Prælud. Bot.*

Pimpinella *Canadensis* spicâ longa, rubente *H. R. P. Schol. Bot.*

Pimpinella sanguisorba rupestris minima, radice magna *Pluk. Phyt.* T. 103. F. 4. Hujus folia *Pimpinellæ spinosæ* foliis haud majora sunt. In *Hispania* collegit D. *Tournefort.* Radix longa est, crassiuscula, dura, & lignosa.

Pimpinella Tingitana *minor semine rugosiore majore* Morisi. hist. P. 3. Hæc in omnibus aliquantulum major est planta, [quàm Pimpinella vulgaris minor] *Caules* rubescentes, striati sunt & altiores. *Folia* numerosa ampliorem cespitem constituunt. *Flores* purpurascentes, staminulis cum apicibus suis luteis dependentibus, in capitulum glomeratum compacti, *semina* etiam quadrangularia sed acutiora & rugosiora præcedunt. Odore grato est, minùs tamen quàm vulgaris. D. *Bobart.*

E Regione *Tingitana* habuimus.

Pimpinella sanguisorba minor, foliis incisis latioribus pubescens, spissa, rubra *Hort. Cath. Suppl.* Folia hujus non tantùm profundis incisuris à Pimpinella sanguisorba minore vulgari differunt, sed & figurâ, à lata basi ad mucronem sensim angustatâ.

Pimpinella sanguisorba minima, spicâ rubrâ, foliis glabris, profundè incisis *Hort. Cath. Suppl.* 3. Hujus folia non minùs profundè incisa quàm præcedentis, verùm minora sunt, & formâ differunt, siquidem quæ è terra exeunt & inferiora in caule rotunda ferè sunt, superiora versùs paulatim angustantur & longiora evadunt.

Melianthos Afric. minor, humi fusus, foliis Pimpinellæ crispæ Tragi D. *Sherard.* Tournefort Institut. rei herb. p. 431. Foliis & toto habitu ad Pimpinellam accedit.

Pimpinella major prælta, auriculata Sabauda *Boccon. Musi. pl. rar.* T. 9.

Valdè frequens est in pratis circa urbem *Chambery*, & aliquoties ad altitudinem humanam excrescit. *Folia* ei grandia sunt, oblonga, dura. *Capitulum* & *flores* per omnia Pimpinellæ maximæ *Canadensi Cornuti* respondent. Ad unamquamque foliorum ad caulium nodos ligaturam, duo parva foliola, hinc illinc unum, exeunt, præsertim in plantis adultis. *Radices* profundè demittit lignosas, croceas & perennes. Invenitur etiam in sylvis *Moraviæ* viâ à *Vienna* ad *Brunam*, & in *Silesia* prope urbem *Breslaviam.*

P. 403.

P. 403. Ad Cap. De Thaliƈtro.

Thaliƈtrum *Virginianum* elatius, glaucum, florum ſtaminulis purpuraſcentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 324. E ſeminibus longis, acutis & ſtriatis, è *Virginia* à D. *Baniſter* tranſmiſſis, nobis provenit. E *radice* fibroſa, fuſca, non repente *caules* protrudit tricubitales, erectos, teretes, glabros & politos, eleganter purpuraſcentes; quibus *folia* dilutè viridia, ad glaucum colorem tendentia, plurifariam etiam diviſa, longioribus petiolis extenſa, ad genicula adnectuntur. *Flores* in ſummis caulibus erectis rariùs ſunt diſpoſiti, & ad rotundam germinationem exteriùs purpuraſcunt. In quinis petalis ſubrotundis, parvis, albentibus, citò pro aliarum more decidentibus expanduntur, & ſtamina plurima tenuia, tremula, purpuraſcentia, cum ſuis apicibus ſubluteis dependentibus relinquunt. D. *Bobart.*

Thaliƈtrum minus alterum *Pariſienſium* foliis craſſioribus & lucidis, *Hort. Reg. Par. Schol. Bot.* D. *Tournefort.* hanc plantam ad Thal. 5. ſeu pratenſe 1. *Cluſ. hiſt.* 234. refert.

Thaliƈtrum minus lucidum, Libanotidis coronariæ foliis: an Thaliƈtrum foliis lucid. Roſmarini inſtar quorundam *Pluk. Phytogr.* Tab. 65. F. 5.

Thaliƈtrum batrachioides minus, flore albo, Italicum *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 84. T. 79.

In Alpibus *Mutinenſibus* & in monte *Ceniſio* ad altitudinem 6 unc. Geometric. excreſcit hæc planta. *Flores* producit albos, Ranunculi ſimiles; *Folia* pinguia & oblonga, ad *Radicis cavæ* folia accedentia.

Thaliƈtrum montanum minus, foliis latioribus D. *Lhwyd.* In declivibus montis *Caderidris* in *Cambriæ* provincia *Merionethenſi* ex ipſis rupium fiſſuris emergit.

Thaliƈtrum minimum montanum, atro-rubens, foliis ſplendentibus D. *Lhwyd.* In udis ſcopulis & ad rivulos in Alpibus *Arvoniæ* planta eſt vulgatiſſima.

Duas hujus ſeu ſpecies, ſeu varietates obſervavit inventor, alteram foliis latioribus, alteram anguſtioribus.

Horum prius à D. *Bobart.* in *Hiſt. Oxon.* ſic deſcribitur.

Radix ei reſtibilis, fibroſa, *caules* emittit ſtriatos, pedales & cubitales, & aliorum Thaliƈtrorum in modum ſtatim in ramuſculos brachiatos, ad quorum exortum *folia* ſatis ampla, atro-viridia, plurifariam diviſa, longiſque petiolis extenſa, proveniunt. Iſtis ternatim alæ latiuſculæ, ſubrotundæ, in ambitu ſegmentis rotundioribus crenatæ inſident. *Flores* longis ramuſculis petioliſque ſparſi, parvi ſunt, muſcoſi, ſublutei. Atque his *ſemina* parva, oblonga, ſtriata, in capitulum congeſta ſuccedunt.

Poſterius in hunc modum.

Radix tenuiſſima reptatu ſe propagat, è qua *folia* inter Thaliƈtra omnium minima ex alis rotundioribus, ſuperiùs viridibus, & quaſi oleo aſperſo ſplendentibus, inferiùs ex cinereo colore albicantibus, uncialem & biuncialem altitudinem non ſuperantibus, compoſita ſunt. Inter iſthæc *cauliculi* erecti, graciles, non ramoſi, palmares oriuntur, in quorum ſuperiori parte *floſculi* alternatim & rariùs ſpicatim diſpoſiti ſunt, coloris atro-rubentis aut purpuraſcentis, ſtaminulis paucis, reliquorum brevioribus ornati.

Folia rigidiuſcula per totam hyemem virent; *Aprili* & *Maio* menſibus floret.

Pul-Colli *H. M.* P. 9. T. 69. Monoſpermos *Indica* gymnoſpermos, flore monopetalo difformiter è tubo anguſto oblongo in 4 folia expanſo.

H. M.

Suffrutex eſt altitudine 3ium 4ve pedum, naſcens in arenoſis. *Radix* lignoſa & fibroſa, cortice ſubflavo. *Stipites* ut & *rami* geniculati, cinerei, corculo intus albicante. *Folia* brevibus, viridibus & utrinque planis proveniunt petiolis, oblonga, cuſpidata, tenuia, averſa parte, maximè circa coſtulas, pilis raris obſita. *Coſta* media cum lateralibus utrinque eminet. *Flores* in petiolis ramoſis qui in vertice emicant, vel ex geniculis ad latus ſtipitum erumpunt plures ſimul, virides ſunt ſtriati, piloſi, anguſto collo, oblongo-anguſti, candidi, tetrapetali; horum tria magis uniformia ſunt, ac ad collum è tranſverſo alatim protenſa, medium paulò latius eſt, ac in una parte, ad collum, rubris maculis conſperſum; 4tum ex adverſo iſtius ſitum, anguſtiſſimum eſt, inſtar plumulæ criſtatim erectum, in apice bicuſpidatum. *Stamina* habent duo albicantia, orificio ſuperiori colli inſerta, rubro-fuſcis *apicibus* dotata. *Stylus* albicans, ſupernè bicuſpidatus è *calycis* orificio emergit, qui parvus, ſublaxus, viridi-fuſcus 5folius; in quo clauſo unum reperitur ſemen oblongum, rotundum, ex cuſpide filamentum ejiciens albicans ac rufeſcens.

Adel-Odagam *H. M.* P. 9. T. 43. Spicata *Indica* fruticoſa, ſpicis è foliorum adverſorum alis egreſſis, flore galeato & labiato, monoſpermos, foliolis floribus intermixtis.

H. M.

H. M.

Planta eſt ex genere virgultorum, naſcens in arenoſis ad altitudinem humanam. *Stipites* ex radice plures exurgunt, qui ut & *rami* vetuſtiores, cinerei, teneriores virides, geniculati, lignum albicat. *Folia* ad geniculos bina & bina exoriuntur, pediculis parvis, interiùs ſulcatis, oblongo-anguſta, in oris raris tenuiſſimis crenulis fiſſa, in cuſpidem oblongum coarctata, mollia, lenia, plana, viroris fuſci, ſaporis amari. *Flores* in petiolis viridibus, interiùs ſtriatis, qui ex geniculis ſupra originem foliorum emergunt, plures congregati proveniunt, foliis brevibus cuſpidatis ſuccincti, in totum candidi, conſtantes collulo brevi, lato & nonnihil plano, ac duobus petalis oblongis, ſurrectis ac mutuo obverſis, quorum unum cuſpidatur, & in medio excavatur, exteriùs coſtâ candidâ, quæ in cuſpidem incurrit obſitum alterum planum eſt, ſupernè in 3 lacinias ſeu lingulas profundè diſſectum, in medio coſtula, quæ versùs mediam lingulam excurrit præditum, tranſverſis venis reticulatim ſtriatum, criſpatum & tranſparens. *Stamina* duo candida, craſſiola, *apicibus* magnis viridibus dotata, folio cavo accumbentia. *Stylus* cum illis craſſiolus, candidus, ex globulo oblongo, viridi emergit, in calice ſitus, qui viridi-dilutus, 5 oblonga cuſpidata habens folia.

Foliorum energia in aſthmate lunari, tuſſi, ſanguinis ſputo atque atrophia eluceſcit, ſi
Vires cum aqua calida trita propinentur. Si verò in manipulum colligata affecto loco calidè applicentur, vel pro ſuffumigio adhibeantur in Arthritide. Ex foliis ſimul & radice parùm toſtis ſuccus extrahitur anti-aſthmaticus.

Vada-Kodi *H. M.* P. 9. T. 42. Perſicaria *Malabarica*, flore galeato & labiato, monoſpermos *Commelin.* notis, potius ſpicata *Indica*, flore galeato & labiato monoſpermos.

H. M.

Planta eſt 3, 4ve pedum altitudine, arenoſum eligens & terreum ſolum. *Radix* fibroſa, albicans. *Stipites* ut & *rami* teretes, atro ſeu etiam ſpadiceo-nigro nitente cortice, geniculati & ad genicula extuberantes; corculum interius fungoſum albicans. *Folia* ad genicula bina & bina, in pediculis brevibus interiùs planis, ſpadiceo-nigris & rubeſcentibus, ordine ſe mutuò obliquè decuſſantia, oblongo-anguſta, in cuſpidem oblongum ſtricta, texturâ ſolida, mollia, ſuperficie glabra, viroris diluti. *Flores* in ſummis ſurculis plures ſimul, 3 ſcil. 4ve ad ſingula genicula proveniunt, collo albo, bifolii, uno ſurrecto anguſtiore & cuſpidato, exteriùs coſtula eminente extuberante, albicante, venis rubro-purpureis intus ſtriato; altero latiore, exteriora versùs reflexo, anteriùs in tres lingulas diſſecto, exteriùs ex colli ventre tribus coſtis inſtructi, quarum media craſſior & altè eminens verſus lingulam folii latioris mediam excurrit, duæ aliæ versùs linguas laterales producuntur; interiùs plicis ſtriati, venis ex coſta media reticulatim pertexti, interiùs lineis rubro-purpureis anteriora versùs notati. In medio duo *ſtamina* habent alba, folio ſurrecto accumbentia, apicibus flavo-dilutis nodulata. *Stylus* ex purpureo albicat, ex oblonga gemmula coloris atro-purpurei ac nitentis emicans. *Calix* 5 cuſpidata habet folia. In unoquoque calice *ſemen* deprehenditur unicum oblongum, nonnihil planum, in medio velut nervulo extuberante obſitum, fuſcè tandem rubeſcens.

Foliorum ſuccus ſemini Sinapeos admixtus emetica virtute Aſthmati adverſatur. Ex
Vires. iiſdem balneum conficitur, vel ſi ſacculus ex illis conſuatur, & admixto ſale nigro incaleſcat, egregium in articulari morbo remedium ſuppeditat.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBRI NONI PARS SECUNDA.

Plantæ UMBELLIFERÆ.

P. 409. Ad Cap. De Sphondylio.

SPhondylium folio crispo *J. B.* specie differt ab anguſtifolio : semina habet longiora & anguſtiora D. *Sherard.*

Sphondylium alterum *Tab. Schol. Bot.* Herbarii Sphondylium 1um, & 2dum *Tab.* ad idem genus reducunt, quamvis ratione loci accidentibus quibusdam distent.

Sphondylium multifido folio Alpinum *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 141.

In altitudinem ulnæ unius plus minus attollitur. A medio caule sursum folia ad modum Pastinacæ latifoliæ divisa sunt. Flos albus est. In monte *Cenisio* invenitur. *Foliis in superiore caulis parte Pastinacæ latifoliæ in modum divisis à* Sphondylio *nostro Anglico* foliis laciniatis *differt.*

Panax rotundo parvo laciniato folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 141.

Folia profert incisa, lobis subrotundis, Vitis Canadensis *Cornuti* aliquantulum similia. Ad altitudinem bipedalem assurgit, & in Alpibus *Italicis* invenitur.

P. 410. Ad Cap. De Panace Heracleo.

Panax Herculeum tenuiùs inciſis foliis *Bocc. Muſ. plant. rar.* T. 99.

P. 413. Ad Caput De Apio montano nigro.

Apium montanum nigrum *C. B.* i. e. Oreoselinum *Parisiensium Lugd. Tournefort.* in *Schola Botan.* pro specie ab Apio montano folio ampliore *C. B.* i. e. Oreoselino seu Veelguta. *Dod.* diversâ ponit. Nos *J. Bauhinum* secuti, pro una & eadem plantæ specie habuimus. Cæterum cùm Oreoselinum *Pariſ. Lugd.* in *Parisiorum* vicinia oriatur, nec tam diligenti *Botanico* ignota esse potuerit, sententiam mutamus, & distinctam speciem esse agnoscimus ; proinde & descriptionem ejus ex *Historia Lugdunensi* addimus.

Parisienses pro Oreoselino plantam monstrant raram & nobilem, in *Surenæi* montis vertice nec usquam alibi, nascentem, *radice* longa, crassa, acri, odorata, sapore & odore Empetro nostro simillimo ; *comâ* Apii, humi procumbente, densa ; *flore* in umbella candido ; *semine* acri & odoris suavis.

P. 416. Ad Cap. De Anetho.

Anethum *Pernambucense Hort. Lugd. Bat. Herman.* Convenit cum vulgari, nisi quòd semina sint minora, sapore & odore gratiore.

Anethum sylvestre minus *C. B. prod. Radice* est albicante, uncias 3 longa, tenui, quemadmodum & *caulis*, qui pedalis, annuus, rotundus. *Foliis* est uncias 4 longis, tenuissimè ut in vulgari divisis : umbellâ parvâ ex festucis 8 vel 9 uncialibus composita. Ex seminibus à F. Columna missis in horto *C. B.* succrevit. Anethum sylv. majus & minus *C. B.* unum & idem sunt, adnotante D. *Cupani.*

P. 417. Ad Cap. De Peucedano.

Peucedanum caule tortuoso, Fœniculi foliis, umbellâ globosâ *Schol. Bot.* 171.

Peucedani folio Planta *Maderenſis Pluk. Almag. Bot.* An Planta fruticeſcens *Africana* perrara, foliis Peucedani, floribus conglomeratis, Herbæ caſtæ *Americanæ* nonnihil ſimilibus *Breyn. faſcic. rarior?*

Peucedanum *Gallicum*, rarioribus & tenuioribus foliis *Hort. Reg. Par.*

Folia habet anguſtiora & breviora quàm Peuced. vulgare: Flores albi ſunt aut purpuraſcentes. In ſylvis de *Meudon*, de *Verſailles*, de *Ruel*, de *S. Germain*, de *Poiſſy*, & de *Fontainbleau* naſcitur. D. *Tournefort. Hiſt. Plantarum circa Pariſ. naſc.*

P. 418. Ad Cap. De Thapſia. Ad lineam 51am poſt hæc verba *Botan. Monſpel.* adde,

Plantas proximò deſcriptas ſub titulis Thapſiæ latifoliæ *Hiſpanicæ Park.* & Thapſiæ quorundam hirſutæ & aſperæ, Cicutæ folio, flore luteo, ſemine lato, aliis Seſeli *Peloponnenſe J. B.* D. *Plukenet* diverſas facit; & pro ſecundæ Synonymis ponit Thapſiam latifoliam villoſam *C. B.* Seſeli *Peloponnenſe* majus *Lob. ico.*

Idem Thapſiam Thalictri folio pag. ſequenti Thapſiæ ſeu *Turbith Garganici* ſemine latiſſimo *J. B.* Synonymum facit: cui & nos conſentimus. A Thapſia Carotæ folio *C. B.* valde differt.

Thapſia Apii folio *Luſitanica* fœtidiſſima, flore albo *Tournefort. Elem. Bot.*

Thapſia glutinoſa, ſegmentis denſioribus ſubhirſutis, alterno ſitu poſitis *Pluk. Phyt.* T. 66. F. 1.

P. 421. Ad Cap. de Ferula.

Ferula durior, ſeu rigidiſſimis & breviſſimis foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* P. 84. T. 76.

In *Sicilia* oritur hæc planta: in hortos tranſlata magnitudine augetur, & ad ſeptem pedum altitudinem evadit.

Ferula *Africana* Galbanifera Liguſtici foliis & facie *Herman. Parad. Bat.* fruticoſa ſemper virens foliis Aniſi Galbanifera, ex qua Galbanum Officinarum *P. B. P.* Aniſum *Africa.* fruteſcens, folio & caule rore cœruleo tinctis *Pluk.* T. 12. Oreoſelinum Aniſoides arboreſcens, Liguſtici foliis & facie, flore luteo *C. B. Sp. Breyn. Prod.* 2. Oreoſelinum *Africanum* Galbaniferum, fruteſcens Aniſi folio *Tourneſ.* Inſtitut. Rei Herb. 319. D. *Herman.*

Ferulæ *Africanæ caules* pollicari craſſitie ultra 3, 4ve cubitos eriguntur. Annui non ſunt, ut cæterarum Ferularum, ſed perpetui, lignoſi, teretes, glauco rore obducti, quo etiam *folia* perfuſa ſunt, geniculati, albidâ duriuſculâ membranâ farcti, & in ramos aliquot brachiati; quorum cacumina occupant *Floſculi* lutei, puſilli, Ferulacei, in umbellam conglobati. Hos excipiunt *ſemina* oblonga ſtriata, paululùm depreſſa, fuſco-ſpadicea, & in ambitu velut *Ferulæ* tenui membranacea alâ circumdata. A *Leviſtici* ſeminibus non aliter differunt, quàm quòd hæc profundioribus ſulcis inſcripta ſint, & membranaceo margine deſtituantur. Singula caulium ramorúmque internodia teguntur foliaceâ quâdam valvulâ è qua egrediuntur Folia *Leviſtici* foliis paria, ſed rigidiora & læto dilutioríque virore, ſplendentia, lobis extremo ambitu Aniſi foliorum inſtar inciſis. *Radix* craſſa eſt, lignoſa, pallida, in aliquot fibras brachiata, acredine aromatica, ſat penetranti guſtantium linguam, perſtringit. Sauciata lac fundit, ſed dilutius & paucum, in lachrymam *Galbano* omnibus notis reſpondentem concreſcens. E trimuli, quadrimulíve caulis geniculis ſua ſponte nonnunquam emanat. Perpetuò viret, & ſine magno labore in hybernaculis ſuſtentatur. Per ramulos quocunque modo cultos hactenus multiplicari non potuit, ſed per *ſemina.*

Galbanifera *Africana* foliis rigidis D. *Sherard.*

Caulis huic quàm præcedenti major & firmior, *folia* in anguſtiores lacinias diviſa, rigidiora. Umbellarum radii pauciores, craſſiores & robuſtiores ſunt. Umbellarum ſecundariarum ex quibus totalis componitur radii ſeu pediculi flores geſtantes breviſſimi ſunt. In planta nobis deſcripta ex ipſa umbella primaria in caulis ſummitate exit pediculus parvam umbellam geſtans; quod in aliis etiam umbelliferis exoticis obſervavimus.

Ferula *Africana* galbanifera fruteſcens, Myrrhidis folio *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Galbanifera è *Cap. Bæ. Spei* ſegmentis tenuioribus *Muſ. Pet.* 772.

Septem pedum altitudinem ſuperat. *Radix* lignoſa & fibroſa eſt, *Caulis* duos pollices craſſus, cæſius, geniculatus, albâque medullâ plenus. Caulis vetuſtior colorem omnem glaucum amittit, & fuſcus evadit. Caulis nonnunquam in ramulos dividitur, circa quorum ſummitatem *folia* è geniculis oriuntur glabra, multifariàm partita inſtar Myrrhidis, quæ manſa

manſa ſaporem exhibent aromaticum. *Flores*, qui in ramulorum ſummitate umbellatim apparent, ſunt parvi, lutei; *Semina* oblonga, ſtriata, Ferulæ *Hermannianæ* ſeminibus ſimillima.

Ferula Tingitana folio latiſſimo lucido *Hort. Edinburg. Sutherl.* Tingitana lucido folio Apii ſegmentis *Breyn. Prod.* 2. *Herman. Parad. Bat. Tingitana* lucida, foliis Laſerpitii, *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Herman.

Radice firmatur brachiata, magna, nigra cute obducta, intus albida; bina vel trina facta *caulem* protrudit in plures ramulos expanſum, *Ferulæ fœminæ Plinii C. B.* proceritate & craſſitie nonnihil minorem. *Folia* inſigni virore ſplendent, quaſi vernice eſſent obducta & à ſole vibrata oculos perſtringunt. Horum ſegmenta Apii ſegmentis magnitudine & inciſuris non malè reſpondent, ſed craſſiora ſunt & rigida. Pediculi in latam membranam folliculum efformantem diducuntur, & ramos è caulium nodis oriundos aliquouſque involvunt. *Flores* luteoli in umbellatum orbem conglobati, & *ſemina* maturitate pæne nigreſcentia à congeneribus nihil fere diſcrepant. *Sapore, odore* & *temperamento* Ferulæ fœminæ aliquanto inferior eſt.

Hæc quamvis perennet, nec ab hyberno frigore facilè lædatur, ſoboles rarò gignit, ideóque ſeminibus quæ Autumno perficiuntur propaganda eſt. Hujus mentio fit in *Hiſt. noſt.* p. 421.

P. 424. Ad Cap. De Libanotide Cachryophora.

D. *Bobart.*

Libanotidis Cachryophoræ ſeu Cachryos 3tiam ſpeciem, atque etiam 4tam in duas diſtinguit, nimirum majorem & minorem. Diſtinctionis notas apud ipſum vide *Hiſt. Oxon.* P. 3. p. 267.

P. 426. Ad Cap. De Laſerpitio.

Laſerpitium anguſtifolium, ſemine criſpo *Schol. Bot. Tournef.*

—— latiore folio, umbellâ contractâ & concavâ *Ejuſd.*

—— anguſtiore folio, umbellâ concavâ & contractâ *Ejuſd.*

—— latiore folio, non ſinuatum *Ejuſd.*

—— anguſtifolium, non ſinuatum *Ejuſd.*

—— majus, ſegmentis longioribus & indiviſis *Pluk. Phyt.* T. 198. F. 2. qui ſuſpicatur eandem eſſe plantam cum Laſerpitio latiore folio non ſinuato *Schol. Bot.*

—— tenuifolium, lobis obſcurè virentibus *Pluk. Phyt.* T. 198. F. 3. Laſerpitio Lobelii ſimilis anguſtifolia *J. B.*

—— exoticum, lobis longiſſimis, integris, Ammeos quorundam diviſuris *Pluk. Phyt.* T. 96. F. 1.

—— lobis anguſtioribus, longioribus, & dilutè virentibus, pluriſariàm diviſis *Moriſ. Umbell.* 64. *Pluk. Phytogr.* T. 198. F. 6. An Laſerpitium Daucoides Prutenicum viſcoſo ſemine. Hanc (inquit) ſpeciem *Hermannus* & *Sutherlandus* in Catalogis ſuis pro eadem cum Laſerpitio *Gallico ſeu Maſſiliotico* habent. At ipſe *Moriſonus* in *Prælud.* clarè pronunciat, illam ab hac diſtingui, quòd folia producat dilutiùs virentia quàm *Gallicum*, cujus folia ſunt lucidè atrovirentia.

Laſerpitium *Americanum*, Fraxini foliis *Muſ. Pet.* 255.

Folia pallidè virent *Florum* umbellæ parvæ luteæ: ſemina quoque in hoc genere exigua. In *Marilandia* collectum D. *Sloane* communicavit D. *Vernon*, à quo nos habuimus.

Laſerpitium aureum, Petroſelini folio *Marianum Pluk. Mantiſſ.* Q. annon præcedenti eadem ſit.

P. 430. Ad Cap. De Cerefolio.

Cerefolium ſylveſtre perenne, ſeminibus lucidis nigris *Moriſ. Umbell.* p. 68. *Schol. Bot.*

Cerefolium rugoſo Angelicæ folio, aromaticum *Boccon. Muſ. pl. rar.* p. 29. T. 19.

Folia profert nigricantia, Angelicæ ſimilia, verùm aliquantulum rugoſa & acuta. Nota Generica ſeminis & ſapor aromaticus me induxerunt ut inter Cerefolii ſpecies hanc plantam diſponerem. Pedali altitudine ſupra terram elevatur. *Bononiæ* in horto *Jacobi Zanone* cultam vidit D. *Boccone.*

P. 431. Ad Cap. De Myrrhide.

Myrrhis paluſtris Hercynica Jungermanni *Cat. Altd.* vide Cicutaria.

Myrrhis perennis alba minor foliis hirſutis ſemine aureo *Moriſon. Schol. Bot.*

Myrrhis ſylveſtris *Canadenſis* D. *Bobart.* vid. Umbelliferis affinis trifolia, *&c.*

Myrrhis *Virginiana*, Angelicæ multiplici lobato folio: An Myr. *Americana*, foliis Angelicæ, ſemine brevi craſſo *Breyn. Prod.* 2. 75. *Pluk. Mantiſſ.*

Myrrhis *Chalepenſis* elegans, Paſtinacæ ſubrotundis parvis foliis, oris profundiùs inciſis *Ejuſd. ibid.*

Myrrhis annua alba, hirſuta, nodoſa, Paſtinacæ ſylveſtris folio candicante *Hort. Cath.* 148. *Semina* longa ſtriata ſunt. Nulla ad radiorum umbellæ exortum apponuntur foliola.

Cuminum perenne majus *Carmaniæ Moriſ. hiſt.* P. 3.
D. *Bobart.*

Folia pediculis cauliculiſve longis appenſa ampliſſima & expanſa, ternam diviſionem ſemper retinent; primò quidem petiolis triuncialibus nudis, tunc ternis aliis brevioribus, ut plurifariam diviſa appareant, & foliolis tenuibus quaſi Ferulaceis, brevibus terminantur. Ad ſingulam autem horum petiolorum appoſitionem ſeu diviſionem bina foliola ramoſa enaſcuntur. *Flores* nondum apud nos prodiere. *Semina* ampliora, lævia & obtuſiora, profundè ſtriata, guſtu fervido & acri amaritudine permixta donantur. E ſeminibus à D. *Huntington* ab *Aleppo* tranſmiſſis orta eſt.

P. 432. Ad Cap. De Meo.

Meum anguſtifolium adulterinum *Schol. Bot.*

Pag. 436. Ad Cap. de Hippoſelino.

Hippoſelinum *Marianum* foliis integris & trifidis *Pet. Act. Philoſ.* N. 246. p. 401.

Folia ima integra, triangularia, circa margines ſerrata, Violæ Martiæ ſimilia, pediculis longiuſculis inſidentia ima parte in membranam dilatatis, & caulem ceu vagina amplectentibus; ſuperiora tripartito diviſa, pariter ſerrata nec ullum habent pediculum præter vaginam caulem amplectentem. Umbella in ſummo parva *floſculorum* flavicantium.
In *Marilandia* obſervârunt & collegerunt D. *Vernon.* & D. *Krieg.*

Smyrnium *Luſitanicum* minus Apii folio *Elem. Bot. Tournef.* Apium *Macedonicum Luſitanum Luſitanorum Virid. Luſitan. Griſleii.*

Caulis medius in longum exit pediculum umbellam ſuſtinentem mediocrem. Semina minora ſunt quàm in Smyrnio Cretico. *Folia* Apii ſatis ſimilia, ſegmenta tamen acutiora ſunt.

Smyrnium montanum, perfoliatum ſerratum, foliis ad imum latis cruciatis *Hort. Cath.*

Hæc planta Smyrnio Cretico vulgari perſimile eſt, differt foliis ad imum latis.

Smyrnium tenuifolium noſtras.

Libanotis Alpina rotundifolia *Schol. Bot.*

Libanotis Ferulæ folio & ſemine *Italica Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 171.

Folia quæ prima è terra exeunt duriuſcula ſunt, anguſta, ſulcata, inter *Ferulæ* & *Thapſiæ* media, poſteriora, cùm planta adolevit anguſtiora ſunt & *Fœniculacea*. *Caulis* craſſitudine plerunque eſt digiti auricularis. Semen à Ferulaceo non longè abludit. In montibus *Veronæ* naſcitur.

Libanotis tenuifolia Fœniculi ſemine *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 171.

Caulis & *folia* hujus plantæ breviora ſunt, & minutiùs diviſa quàm præcedentis. Ulnæ unius altitudinem æquitur. Umbella eſt Gingidii, *ſemen* Fœniculaceum imitatur, quamvis multò craſſius & pinguius ſit. A D. *Barelier* habuit.

Libanotis *Italica*, Alpina, ſemine criſpo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 24. An Lib. latifolia minor ſemine criſpo *C. B.*

Folia

Folia producit hæc Planta Seſelios Æthiopici herbæ *Dod.* ſimilia. *Caulis* Ferulæ craſſitudine eſt, humanam altitudinem excedens, *Umbella* alba, ampla: *Semina* ipſam componentia per maturitatem magis criſpa ſunt quàm *Laſerpitii Gallici.* Radix craſſa eſt, & brachii pueriliſ longitudine.

Copiosè naſcitur ſub *Cimone di Fanano,* loco dicto *li Porcelli,* ubi à paſtoribus *Herba nucitola* appellatur, quia Folia ejus & virore & diſpoſitione Juglandinis ſimilia ipſis videntur.

P. 436. Ad Cap. De Angelica.

Angelica *Acadienſis* flore luteo *H. R. P. Dodart. mem.* humilior & minor flore luteo *Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*

Humilis eſt, cubitalem aut bipedalem altitudinem rarò ſuperans. *Folia* Podagrariæ foliis ſimilia ſunt, trifariam diviſa, acuta, in ambitu æqualiter & non altè ſerrata. Umbellæ planæ ex floſculis pentapetalis aureis ſeu omnino luteis conflatæ ſunt, & *ſemina* parva oblonga, ſtriata, ad Podagrariæ proximè accedentia ſuccedunt.

D. *Sherard* ex Horto *Pariſienſi* nactus eſt.

Angelica *Virginiana,* foliis acutioribus, ſemine ſtriato minore, Cumini ſapore & odore *Moriſ. hiſt.* P. 3. Angelica *Charibbæarum* inſularum, Olus atrifolia flo. albo, ſeminibus ſtriatis, Cumini odore & ſapore *Pluk. Phyt.* T. 76.

D. *Bobart.*

Procerus huic attollitur *Caulis,* umbellas albas planas ſuſtinens. *Folia* pro more aliarum plurifariam ſunt diviſa, lobis quàm in cæteris anguſtioribus & acutioribus, dentatis inſidentibus caulibus pediculiſve ex fuſco colore purpuraſcentibus. *Semina* parva, brevia, turgidula, ſtriata, abſque aliqua materia membranacea, odore fermè & ſapore *Cumini ſativi* ſemen referentia, floribus albis ſuccedunt. *Radix* ſtolonibus ſuis lateraliter ſe propagat.

Angelica aquatica anguſtifolia *Pyrenaica,* foliis Cannabinæ *Creticæ.* An Imperatoria Alpina minor *C. B? Schol. Bot.*

Angelica ſylveſtris Alpina, Podagrariæ foliis *Ejuſd.*

Angelica *Canadenſis* tenuifolia, caulibus purpuraſcentibus *Ejuſdem.*

Angelica *Canadenſis* tenuifolia, Aſphodeli radice *Tournef. Elem. Bot.* Q. An à præcedente ſpecie differat.

Angelica Alpina, ad nodos florida *Tournef. Elem. Bot.*

Angelica Charibbæarum elatior, Oluſatri foliis, flo. albo, ſeminibus ſtriatis, Cumini odore & ſapore *Pluk. Phyt.* T. 76. F. 1. An Myrrhis *Americana* foliis Angelicæ, ſemine brevi craſſo *Breyn. Prod.* 2?

Hanc è *Marilandia* habemus, iconi D. *Plukenet.* exactè reſpondentem.

N. B. *Tournefortius* Angelicam vulgarem ſeu Officinarum mutato nomine Imperatoriam vocat, ejúſque ſpecies duas novas tradit; nimirum

Imperatoriam Alpinam maximam *Elem. Bot.* max. folio latiſſimo *Schol. Bot.* ut conjicio, &

Imperatoriam *Pyrenaicam* tenuifoliam *Elem. Bot.*

Imper. Alpina rotundifolia *Schol. Bot.*

P. 438. Ad Cap. De Liguſtico add.

Liguſticum Alpinum rotundioribus & brevioribus foliis *Schol. Bot.*

Liguſticum Alpinum longioribus & nigrioribus foliis *Ejuſd.*

Liguſticum Ferulæ fol. *Tournef. Elem. Bot.*

Liguſticum *Pyrenaicum* Fœniculi folio lucidum *Ejuſdem.*

P. 442. Ad Cap. De Oenanthe add.

Oenanthe millefolii aquatici foliis *Moriſ. Umbell.* 19. Daucus pratenſis Millefolii paluſtris foliis *C. B.* 150.

Filipendula paluſtris, Ruta paluſtris *Tab. icon.* 142. *Schol. Bot.*

Oenan-

Oenanthe *Lusitanica* latifolia Apii folio *Tournef. Elem. Bot.*

Oenanthe maxima *Virginiana*, Pæoniæ fœminæ foliis *Moris. hist.* P. 3. D. *Bobart.*

Radix è pluribus tuberculis oblongis, carnosis, digitalis crassitudinis, fusiformibus, utrinque acuminatis Sisari aut Asphodeli in modum, in unum caput coeuntibus, composita est. Indè *Caulis* assurgit bicubitalis & tricubitalis, striatus, in alas plures è geniculis brachiatus. quibus *folia* ampla, lobata *Pæoniæ fœminæ* aut *Sii majoris* latitudine nascuntur. Foliorum alæ, digiti longitudinem, unciæque latitudinem æquantes, frequenter marginibus rectis & integris, interdum verò unâ vel alterâ denticulatione donatæ, mucronem versùs observantur. Umbellis amplis candidis planis summi caules terminantur, quæ in *semina* striata, oblonga, bina simul juncta, transmutantur. Semen quodlibet apiculo donatur, ità ut conjuncta & immatura bifurcata appareant; quod & aliis hujus familiæ proprium est.

P. 444. Ad finem Cap. 3. Add.

Sium minimum umbellatum aquaticum *Herman. Parad. Bat.* An aquat. pumilum ferulaceis foliis *Moris. Umbell.*

Spithamam vix excedit. *Folia* fert ferulacea, tenuissima & angustissima, ferè capillacea, pediculis in longum & latum folliculum diductis, qui caulem amplectuntur, & ramulos ex illorum nodis exeuntes aliquousque involvunt. *Cauliculi* in plures ramos teneros virides, petalos brachiantur, quorum summo insident umbellæ parvæ. *Flosculi* perexigui, propemodum muscosi, 5 petalis angustis acutis compositi, & multis longis exiguis *staminibus* donati; quibus succedit *semen* parvum, breve, striatum. *Radix* turbinata, in plura capitula extuberat, & cespitis nodosi instar est, tenuium fibrarum comam demittentis.

Sisoni affinis planta palustris *Hort. Cath. Suppl. alt.* 83. Folia hujus inferiora longa & lata sunt, Sisonis æmula: verùm quæ caulem vestiunt, tenuiter dissecta sunt omnia; ínque summis caulibus & ramulis umbellæ minimæ 3bus 4ve flosculis compositæ, existunt. Siccam communicavit D. *Sherardus.*

P. 445. Ad Cap. de Pimpinella Saxifraga.

Pimpinella Saxifraga annua Gallo-provincialis *Schol. Bot.*

Pimpinella Saxifraga folio multisciso, pediculo ceu vagina longissimâ caulem amplectente.

Pediculus vaginalis ad ipsam folii in ramastros divisionem extenditur, foliorum segmenta in acutos mucrones exeunt. Florum umbellæ parvæ sunt, nullis ad exortum radiorum foliolis cinctæ. A D. *Sherard* habui, qui Romæ à D. *Triumfetti* obtinuit.

Pimpinella hircina Dauci Alsatici foliis *Hort. Cath.*

Saxifraga rotundifolia, flore albo annua *Italica Bocc. Mus. pl. rar.* T. 80.

Folia producit rugosa, rotundiuscula, colore viridi albicante, odore hircino valde manifesto. Ad altitudinem palmarem assurgit, ejúsque umbella è *floribus* albis componitur. *Semen* Pimpinellæ Saxifragæ. Id locis *Siciliæ* Alpestribus, & montibus *Corsicæ* oritur & ab aliis omnibus speciebus *Pimpinellæ Saxifragæ* à me huc usque observatis differt.

Saxifraga parva, annua, acris Millefolii terestris folio tenuissimo *Moris. hist.* P. 3. Meum annuum acre *Lusitanicum Tournefort.* D. *Bobart.*

A *radice* tenui *folia* profert per terram strata, biuncialia, recta, à nervo medio, Millefolii terrestris in modum in partes tenuissimas breves divisa, quæ Mei tenuitatem obtinent, sed ejusdem subdivisiones & ramificationes non patiuntur. *Caulis* assurgit rectus, palmaris, aut ad summum semipedalis, in plures alas ramulósve divisus, quorum unicuique foliolum minus adnascitur. Cauliculi in umbellas exiguas albas terminati, in *semina* parva, brevia, striata Apii similia mutantur. In *Lusitania* à D. *Tournefort* detecta est.

P. 449. Ad Cap. De Apio.

Apium *Macedonicum Lusitanicum* N. D. *Munting. Herbar. Belgic. Grisleii Virid. Lusit.* Saxifragia *Lusitanorum.*

Apium *Lusitanicum* maximum *Munting. ibid.*

Apium Sii foliis annuum *Lusitanicum Eorundem.*

P. 452.

P. 452. Ad Cap. De Cicuta & Cicutaria.

Cicutæ fatuæ noſtrati ſimilis Planta *Maderenſis Pluk. Almag. Bot.*

Cicutaria latifolia fœtida ſerotina, foliis obſcurè virentibus D. *Fagon Schol. Bot. Peloponneſiaca* procerior eſt. Semina longa, ſtriata, & nigriora tenuioraque obtinet.

Ad Cicutæ vulgaris vires adde,

Cicuta pleriſque, ne dicam omnibus, qui de Plantis ſcripsêre Medicis & Botanicis Herbis malignis, & homini ſaltem venenoſis accenſetur: quod tamen de Cicuta in *Anglia* noſtra naſcente minimè verum eſt. Siquidem D. *Henly* ingenioſus amicus & vicinus meus (inquit D. *Jacobus Petiver* literis ad me datis) cùm nuper unà eſſemus, radicum Cicutæ tres quatuórve uncias me ſpectante devoravit abſque ullo nocumento aut incommodo. Cujus exemplo & ipſe animatus, eaſdem guſtavi & ſemunciam circiter comedi. Sapore erant ſatis grato, Apii dulcis *Seleri* vulgò dicti ſapori non abſimili, nec ullum poſtea exinde pravum effectum ſenſi. Nos quoque (ut alibi notavimus) Turdæ avis ventriculum diſſectum Cicutæ ſeminibus refertum invenimus.

Ad Cicutariam paluſtrem nota,

Planta illa de cujus noxis integrum librum ſcripſit Clariſſ. *Wepferus,* non erat (ut opinabar titulo deceptus nec enim tum librum videram) Cicutaria paluſtris ſeu Phellandryum, ſed *Oenanthe Cicutæ facie* Lobelii, cujus maligna & lethifera vis triſtibus aliquot experimentis confirmata eſt tum in inſulis *Britannicis,* tum in *Germania,* ut nullus amplius ſuperſit de ea dubitandi locus. Faciant in poſterum omnes aliena mala & pericula cautos, nè incognitas ſibi radices petulanter comedentes, in lethifera hæc tubera incidant, audaciámque ſuam vitæ ipſius damno luant.

Cicuta arbor *Virginiana* D. *Baniſter Cat. Stirp. Virgin. Mſ. Pluk. Mantiſſ.*

Cicuta major, caule non maculato, ſeminibus cinereis, *Herman.* Umbellæ minores ſunt quàm in Cicuta vulgari, folia in longiora & anguſtiora ſegmenta diviſa. A D. *Sherard* habuimus. Varietas vulgaris *C. B. P.*

P. 451, 452. Ad Cap. de Cicuta & Cicutaria.

Myrrhis paluſtris *Hercynica Jungermanni Cat. Altd.* Broccenbergenſis *Thal.*

Foliis eſt ferè Apii, membranaceâ vaginâ caulem amplexicaulibus, floſculis candidis in umbella diſpoſitis: *ſemina* oblonga canaliculata *Hofm.* A D. *Rivino* habuit D. *Sherard,* qui in loco à Thalio memorato eam collegit. Eandem plantam à *Lugduno Batavorum* obtinuit idem D. *Sherard* titulo Chærephylli paluſtris latifolii flo. albo, verùm cùm ejuſmodi Lemma apud *C. Bauhinum* in pinace non occurrat, pro Chærephyllo, *&c.* Cicutaria & fortè legendum.

P. 455. Ad Cap. De Ammi.

Ammi majus exoticum foliis per ambitum eleganter inciſis *Pluk. Phyt.* T. 11. F. 1. Hujus folia à Dauco Cretico *Zanoni* haud multum abludunt.

Ammi minus *Luſitanicum Tourneſ. Elem. Bot.* Folia tenuiſſima ſunt. Caulis in multos ramulos tenues dividitur & ſubdividitur valde divaricatos.

P. 456. Ad Cap. De Crithmo.

Crithmum ſeu Fœniculum maritimum *Americanum, Yceceltic* ſive *Yceltzin Næ. Hiſpaniæ Terent.* apud Recchum *Pluk. Almag.*

Crithmum maritimum Eryngii capitulis, foliis ex uno pediculo multis *Pluk. Phyt.* T. 169. F. 4. Crithmi 4ta ſpecies *Matth. Lugd.* 1379.

P. 457. Ad Cap. De Fœniculo.

Fœniculum *Luſitanicum Griſleii Virid. Luſit.*

P. 456. Ad Cap. De Gingidio.

Gingidium montis *Libani Muntingii Herbar. Belg.* 606.

Gingidium umbellatum *Ejuſd.*

Gingidium latifolium *Ejuſd.*

P. 460.

P. 460. Poſt ſpeciem 2dam adde,

Seſeli Maſſilienſe, Fœniculo tortuoſo ſimile D. *Sherard.* An Dauco glauco folio ſimilis Libanotis?

Seſeli *Pyrenaicum* Thapſiæ facie D. *Fagon Schol. Bot. Herman. Parad. Bat. Herman.*

E *radice* recta craſſa, paucis fibris donata *caules* profert cubitales & ſeſquicubitales, ſtriatos, glabros, medullâ fungosâ farctos, in ramos ſubinde diviſos. *Folia* quæ è radice exeunt longis inſident pediculis, carinatis, concavis. Sunt autem prima viridia, glabra, ſequentibus latiora, & in breviores multò coſtas diviſa, cætera anguſta, tenuiùs diſſecta, *Thapſiæ carotæ folio* accedentia, in coſtas 7 vel 8 diviſa, lobulis ſeu pinnulis ad pediculum ubi exeunt coſtæ, more *Carui*, quaquaverſum donata. Summitates Caulium & ramulorum umbellis amplis coronantur, quarum baſes ſeu radiorum exortus, uti & radios partiales cingunt foliola ſeu filamenta tenuiſſima. *Flores* parvi, ex albo flaveſcentes, quos excipiunt *ſemina* bina ſtriata, oblonga, pallida, Apii ſeminibus ſimilia at majora, *ſaporis* fervidi, qui linguam & os diu vellicat & adurit.

Seſeli pratenſe foliis denſiùs pilis pubeſcentibus *Pluk. Phytogr.* T. 60. F. 4.

P. 466. Ad Cap. De Paſtinaca tenuifolia.

Daucus *Americanus* lucidus *Hort. Reg. Par. app. Schol. Bot.*

Paſtinaca ſylveſtris Cicutariæ folio *Ejuſd.*

Daucus *Hiſpanicus* umbellâ maximâ *Tournefort. Elem. Bot.*

Daucus *Luſitanicus* Mei folio *Ejuſd. ibid.*

Daucus *Pyrenaicus* tenuifolius, foliis Citri odore, lucidis *Schol. Bot.* D. *Bobart.*

Huic *folia* tenuia & Ferulacea, plurifariam diviſa, pediculis longis donata, triplicem diviſionem obtinent. Longi rurſus petioli nudi, alios geſtant breviores, qui *foliolis* plurimis brevibus tenuibus terminantur. Inter hæc *cauliculi* aſſurgunt graciles, pedales, geniculis paucis intercepti, quorum ſingulo geniculo foliolum quoque adhæret. Summus caulis *flores* albos, cæteris conſimiles parvos, & *ſemina* parva ſtriata ſuſtinet.

Daucus folio tenuiſſimo, ſemine hirſuto Dauci Cretici.

Folia ſaltem quæ in caule ſunt, (nam inferiora ad radicem non vidi) multifariàm diviſa ſunt in ſegmenta capillaceæ tenuitatis, umbellæ longis inſident pediculis, ex plurimis umbellulis pediculis longis tenuibus inſidentibus compoſitæ. Ad umbellæ exortum non apponitur circulus foliorum. E collectaneis D. *Sherard.*

Daucus montanus luteus, Oenanthes aquaticæ foliis criſpis gummifer *Hort. Cath.* 65. Foliorum ſegmenta oblonga circum oras dentata ſunt. Hujus folia exſiccata à D. *Sherard* accepi.

Ad ſpeciem noſtram 3tiam nota, D. *Bobart Hiſt. Oxon.* P. 3. 306. Paſtinacam tenuifoliam ſylv. lucidam *Moriſ. Prælud.* à tenuifolia maritima, foliis obſcurè virentibus & quaſi lucidis *Magnol. Bot. Monſp.* diſtinguit. Hanc autem ità deſcribit: Semina quæ à D. *Magnol* recepimus plantam produxere foliis vulgaris longioribus, multò paucioribus rariúſque diſpoſitis, alis nervo medio adnexis, latiuſculis, viridioribus, glabrioribus & quaſi lucidis. *Caulis* quoque rariùs diviſus conſimiles flores ſed ſemina breviora, minora, pilis etiam brevioribus hirta, ſuſtinet. *Paſtinacam* autem *tenuifoliam lucidam Moriſ. Prælud.* quam Dauco *Americano* lucido *H. R. P. App.* Synonymam facit, Foliorum glabritie lucentíque facultate, ſeminibus etiam parvis, nec tanta hirſutie donatis ab aliis differre ſtatuit. Hanc autem, ſive à vulgari Dauco reverâ ſpecie differat, ſive minùs, in clivis maritimis inter *Dubrim* & *Margate* in Comitatu *Cantii* invenit *Thomas Williſellus.*

Paſtinaca tenuifolia lucida, gummi manans *Boccon. Muſ. pl. rar.* an eadem ſit cum lucidâ prædictâ conſiderandum. Eam autem ſic deſcribit.

Caules & foliorum pediculi hirſuti ſunt, folia lucida, umbella alba, ſemen echinatum, ſeu villoſum: Folia ampliora quàm Dauci *Offic.* Illud habet peculiare, quòd ſi caulis, pediculi aut foliorum alæ rumpantur, humorem glutinoſum è rupturis exſudent odoratum velut Reſina aut Terebinthina.

Invenitur in *Hiera* inſula propè *Maſſiliam*; in monte *SS. Trinitatis di Gaeta*; in ſcopulis & ſaxoſis *Corſicæ*, ínque *Siciliæ* locis aridis & præruptis propè mare.

Paſti-

Paſtinaca ſylveſtris Cicutariæ folio *Ejuſd.* Hujus folia omnium ſunt tenuiſſima, imo Scandicis tenuitatem obtinent, glabra & lucentia, & contrita odorem Citri ſuaviter ſpirantia. *Caules* vulgaris altiores, paucioribus geniculis intercepti, graciles, umbellas minores, & ſemina etiam minora, breviora, & vix hirſuta gerentes. D. *Bobart. Hiſt. Oxon.* p. 306. P. 3.

Paſtinaca Oenanthes folio *Boccon.* Folia illi Pimpinellæ Saxifragæ ſive Oenanthes non abſimilia, lobata: *Caules* pedales, recti, ramoſi; umbellæ magnæ, aliarum Paſtinacarum tenuifol. more prognatæ; quibus ſuccedunt *ſemina* exigua aſpera, ſeu potius villoſa ſive hiſpida. Supra muros *Leocatæ* in *Sicilia* invenit D. *Boccon.*

Paſtinaca ſylveſtris, anguſtifolia hirſuta, radice foras & intus atro-purpurea ex *Smyrna Pluk. Mantiſſ.* In horto D. *Reynardſon* enutritam obſervavit, ex ſeminibus *Smyrnâ* allatis ortam.

Daucus *Africanus* nodiflorus, foliis Rutæ minoris D. *Sherard.*

Radice nititur ſimplici, altè in terram deſcendente; è cujus capite plures exeunt *caules* in terram reſupini, ſatis craſſi, ſemipedales. *Folia* parva tenuiter admodum diſſecta ad modum ferè Peganii Narbonenſium *Lob.* Umbellæ parvæ ad caulium nodos ex adverſo Foliorum exeunt, ut in Sio aquat. min. Planta videtur in aquoſis naſcens, unde fortè ad Sium potius referenda.

P. 469. Ad Cap. De Caucalide.

Caucalis echinata latifolia, lucida, ſtrumoſa radice *Pluk. Almag. Bot.* Pſeudocaucalis ſive Echinophora, radice nigricante & anguſtiore lucido Angelicæ folio *Lælii Triumfetti* in Catal. apud fratrem. An Caucalis *Hiſpanica* ſemine rugoſo *J. B?* peregrina, ſem. rugoſo *C. B.* quærit D. *Bobart. Hiſt. Oxon.* P. 3. 308. & *Camerarius*, inquit, hanc plantam depinxit, & ſic deſcripſit. Superioribus [*Caucalidi flore minuto & Alteri Coronatâ umbellâ*; eſt hæc nobis *Lappula canaria flore majore & minore*] fere ſimilis, non tamen ſpinoſo ſemine, ſed rugoſo nonnihil, eóque elegantiſſimo, ſed puſillo flore in umbella incondita. Tota planta lac habet dulce, in modum Chærefolii ſed copioſiùs, quòd etiam ex immaturo ſemine confracto permanat; radix tamen eo caret, niſi fortè initio antequam cauleſcat planta etiam lacteſcat, quod tamen nondum obſervavi. Sapor eſt Apii. *Cam.*

Caucalis procerior *Chalepenſis*, ferulaceis foliis, flore albo *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Radice* nititur alba, digiti craſſitudine, fibris eam terminantibus; E qua *folia* palmari & dodrantali amplitudine, ferulacea tenuitate plurifariam diviſa, pediculis longis, ſupernè ſulcatis, lata nervoſa cartilagine radici adnexis proveniunt. *Caulis* bicubitalis aliarum Umbelliferarum inſtar brachiatus, pollicaris craſſitudinis ad genicula folia conſimilia emittit, petiolo lata baſi eundem amplectente. Umbellæ in ſummitate rotundæ, ſatis amplæ, floribus ex petalis quinis æqualibus cordiformibus conflatis, radiiſque pluribus uncialibus inſidentibus, compoſitæ ſunt. Floribus marceſcentibus ſuccedunt *ſemina* pallida, ovalia, Hordei grani longitudine, Caucalidum ritu dorſo ſpinoſo donata. Ex ſeminibus à D. *Huntington* tranſmiſſis enata eſt. Deſcripſit D. *Bobart.*

Caucalis Daucoides *Luſitanica*, magno fructu, *Tournef. Elem. Bot.*

Caucalis minor *Æthiopica*, vulgari haud multum diſpar *Pluk. Almag. Bot.*

Caucalis arvenſis, Carotæ foliis, floribus ex purpureo albis, ſemine foliaceo echinato, umbellâ contractâ *Hort. Cath. Cupani.*

Planta eſt annua, Paſtinacæ tenuifoliæ per omnia ſimilis exceptis ſeminibus, quæ magna ſunt, echinata & Caucalidum ſimilia, ut ulteriori deſcriptione non indigeat. Siccam à D. *Sherard* accepimus.

Caucalis marina purpurea, Paſtinacæ ſylv. tenuifoliæ foliis, echinophoro ſemine, umbellata *Hort. Cathol.*

Radix ſimplex eſt, paucis fibris donata. *Caules* in terram reclinati, hirſuti, ut ſunt & ramuli & folia minutim inciſa ſegmentis brevibus. Cauliculi & ramuli umbellas parvas geſtant florum purpuraſcentium, quibus ſuccedunt *ſemina* echinata, reliquarum Caucalidum ſimilia.

Non alia eſſe videtur planta quam Caucalis pumila maritima *C. B.* Nam in planta ſicca à D. *Sherard* communicata, Foliorum diſſectiones (ut rectè *Cherlerus*) Pectinis Venerei ſimiliores videbantur quàm Paſtinacæ ſylveſtris.

P. 473. Ad Cap. de Perfoliata.

Perfoliata montis *Libani Munting. Herbar. Belgic.* ubi deſcriptionem ejus & iconem vide.

Perfoliata humilis Alpina *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 63. Altitudinem ſpithamæ creſcendo aſſequitur, & in montibus altis *Sabaudiæ* invenitur.

P. 474. Ad Cap. De Bupleuro.

Bupleurum *Hiſpanicum* arboreſcens, gramineo folio *Tournef. Elem. Bot.*

Bupl. *Hiſpan.* fruticoſum aculeatum, gramineo folio *Ejuſd. ibid.*

Bupleuri ſimilis planta umbellata *Æthiopica*, ad caulium nodos tomentoſa *Pluk. Almag. Bot.* T. 272. F. 5. An Perfoliato montano anguſtifolio *Columnæ* ſimilis planta umbellifera nova, fructu triplici membranaceo C. Bæ Sp. *Breyn. faſcic.* p. 25? vid. *Pluk. Mantiſſ.*

Bupleurifolia femine pappoſo, Valerianoides, cauliculo ſcabro à Promontor. B. Sp. *Pluk. Almag. Bot.* Hanc novam prorſus plantam cujus *ſemina* parva, cinerea, ſtriata, pappo plumato candidiſſimo involuta, D. *Alexandro Brown* debemus.

Bupleuro affinis ſemine triquetro, &c. *Breyn.* in Cat. ad calcem.

Bupleuro affinis planta umbellifera *Breynii*, foliis liratis, longiſſimis D. *Sherard.* Lanugo copioſa ad radicem foliis intermiſcetur. Sunt autem *folia* pedalis fere longitudinis, vix ſemunciam lata, profundè ſtriata ſeu lirata, & plane graminea. Inter folia exſurgit *caulis* pedalis aut altior, teres, firmus, ruber, foliolis brevioribus ad intervalla veſtitus, in faſtigio umbellam geſtans in qua Flores & ſemina quæ non vidimus; verùm calices qui flores & ſemina amplectuntur, longi ſunt, anguſti & velut cylindracei, ſumma parte rubentes: unum aperui in quo lanuginem inveni cum ſeminulis (ut videbatur) appenſis.

Aliam hujus plantæ ſpeciem communicavit D. *Sherardus*, foliis latioribus & brevioribus, ut alias differentias omittam.

Item Tertiam foliis junceis longiſſimis: cujus caulis duntaxat cum floribus à D. *Plukenet* pingitur *Tab.* 270. F. 5. ſub titulo, Bupleurifoliæ ſemine pappoſo, Valerianoides, umbellata, cauliculo ſcabro, ex Promont. Bæ Sp.

Sanicula *Marilandica*, caule & ramulis dichotomis, echinis minimis in eodem communi pediculo ternis.

Folia trifida ſunt, & ad margines ſerrata, ad caulis divaricationes bina oppoſita. Caulis in binos ramulos, ramuli in totidem ſurculos divaricantur, dichotomian obſervantes. Ex angulis divaricationum & ſummis ramulis exeunt pediculi ſingulares, unciales, in faſtigio tres globulos echinatos geſtantes.

Hanc in *Marilandia* invenit D. *Krieg*; necnon D. *Vernon* Anno 1698.

Umbelliferis affinis *Marilandica* trifolia. Myrrhis trifoliata Canadenſis D. *Bobart.*

Folia oblonga ſunt, media parte lata, dentata, dentibus majoribus, qui dentes minoribus denticellis per margines inciſi ſunt. (Folia, majora intellige nam minora hujuſmodi ſecundarios denticulos non habent) ad exortum ſuum membranaceis appendicibus caulem amplexa. In ſummis caulibus & ramulis è foliorum alis egreſſis pediculi prætenues exiſtunt, umbellas quaſdam ſpurias geſtantes è tribus radiis tenuibus, (non rarò tantùm duobus) compoſitas. Singuli autem radii plures emittunt pedicellos floſculos & ſemina ſuſtinentes, quæ qualia fuerint in ſicca diſcernere non potui.

Hujus notitiam D. *Vernon* & D. *Krieg* debeo.

Panacis Carpimi folio triphyllos; nervo medio tranſcurrentibus venis ad intervalla conſtricto, ex inſula *Johanna Pluk. Mantiſſ.*

Umbellifera folio pinnato, umbella diffuſa, è plurimis umbellulis quorum radii exiguos albos floſculos geſtant compoſita.

Floſculorum petala, quantum in ſicca diſcernere licuit, æqualia erant & ſubrotunda, non crenata ſeu bifida. Folium, quod unicum in caule erat, duabus pinnarum anguſtarum conjugationibus conſtabat, & impari foliolo coſtam terminante. Semina brevia minutiſſima, quorum formam ob parvitatem perſpicere non potui.

Umbellifera aquatica foliis in minutiſſima & planè capillacea ſegmenta diviſis.

Umbellæ florum ſummos caules & ramulos occupant, & ad exortum radiorum caules & ramuli eas ſuſtinentes ejuſmodi foliolis capillaceis cinguntur.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBRI DECIMI PARS PRIMA.

HERBÆ STELLATÆ:

Sic dictæ,

Quòd folia caulium nodos Stellæ radiantis in modum ambiunt.

P. 480. Ad Cap. 1. & 2. De Rubiis Quadrifoliis, quæ ad unum & idem Caput cum Cruciata rectiùs referri possent.

1. RUbia quadrifolia lævis *Cretica*, flore purpureo *Patavinorum Pluk. Phytogr.* Tab. 248. F. 5.

2. Rubia tetraphyllos glabra, latiore folio, *Bermudensis*, seminibus binis atro-purpureis *Ejusd. ibid.* F. 6.

Hujus duas species seu varietates è *Marilandia* habemus, à D. *Vernon* & D. *Krieg* allatas.

1. In una foliorum quaterniones longioribus intervallis distant, surculi floriferi erectiores sunt.

2. In altera quaterniones brevioribus intervallis à se invicem remoti sunt, surculi floriferi à caule rectà extant, ut rectos propemodum angulos cum eo efficiant.

3. Rubia major quadrifolia atro-virens, saxatilis *Boccon. Mus. Pl. rar.* T. 75.

Folia hujus plantæ brevia Myrtina imitantur; verùm aspera sunt velut Rubiæ tinctorum. Pedali est altitudine. In scopulis & saxis Caietæ & *Caprearum* Insulæ nascitur. Variat interdum foliorum numero ad caulium nodos.

Alia invenitur species in montibus *Corsicæ*, & *Mutinensibus*, foliis paulò longioribus, aliquantulum crispis & undulatis, pedali altitudine, locis saxosis nascens.

4. Rubia quadrifolia minima D. *Herman.*

Cauliculos fert dodrantales, tenues, geniculatos. *Folia* quaterna genicula radiatim ambiunt, Rubiæ quadrifoliæ paria, sed duplo minora. *Flosculi* ramulorum summis insident, plures simul juncti, albi, in 4, rariùs 5, segmenta divisi. Ex Adverss. D. *Herman.* D. *Sherard* communicavit.

5. Rubia tetraphyllos erecta minor aspera *Virginiensis Pluk. Almag. Bot.* A D. *Tancr. Robinson* habuit.

6. Rubiam quadrifoliam asperrimam lucidam peregrinam *H. L. B. Herman. Hist. nost. App.* ad Rubiam tinctorum refert D. *Tournefort*, cujus characteristicam statuit fructum è gemellis baccis succulentis constantem.

7. Rubiæ facie quadrifolia Saniculæ Alpinæ flore majore, Ex Prom. *Bæ Spei.* An Sanicula Æthiopica cruciata *Pluk. Mantiss?* Hujus loci non est.

P. 480. Ad Cap. De Cruciata.

1. Cruciata Alpina tenuifolia lævis *Tournef. Elem. Bot.*

2. Cruciata *Pyrenaica* villosa rotundifolia *Ejusd. ibid.*

3. Cruciata *Luſitanica* latifolia glabra *Ejuſd. ibid.*
Rubia argentea cruciata *Munting. Herbar. Belg.*

4. Cruciata paluſtris alba *Tournef. Inſtitut. rei. herb.* Gallium paluſtre album *C. B.* Nos in *Hiſt. plant.* Gal. pal. album *C. B.* ad Gal. album *J. B.* retulimus, minùs rectè: cùm illud quadrifolium ſit, hoc polyphyllon, monente D. *Tournefort* in *Hiſt. plant.* circa *Pariſios* naſcentium. Hæc eſt, ni fallor, Rubia minor alba lævis quadrifolia Buxi *Hort. Cath.*

5. Cruciata paluſtris ſupina minima *Inſtitut. rei herb. Tournefort. Hiſt. plant* circa *Pariſios.* A præcedente differt, quòd in terram procumbat, quod folia 2½ circiter lineas longa obtineat, unam lata: apice multò minùs acuto quam illius.

P. 481. Ad Cap. De Rubia.

1. Rubia *Pyrenaica*, Molluginis folio *Flor. Bat. fl.*

2. Rubia minor Galli lutei foliis procumbens *Pyrenaica Pluk. Almag. Bot.* qui dubitat, An non ſit Aſperula verticillata muralis minima *Col.*

3. Rubia parva *Virginiana*, foliolis ad genicula binis, flore fiſtuloſo D. *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

4. Rubia minor *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

5. Rubia minor *Hiſpanica Ejuſd.*

6. Rubia ſtellaris, ſeu Aſperula minor, humi ſparſa, floſculis albis *Æthiopica Pluk. Mantiſſ.*

7. Rubia ſtellaris, ſeu Aſperula ſurrecta, nodos caule *Gaditana* foliis parvis lanceatis *Pluk. Mantiſſ.* Sub hoc titulo (inquit) tamdiu proponere placuit, donec quis aptius nomen inveniet.

8. Rubia *Mariana*, Alſines majoris folio, ad caulem binato, flore purpuro-rubente. Rubiæ parvæ latifoliæ foliis ad geniculum binis, flore rubenti Baniſt. *Cat. ſtirp. Virgin.* plurimùm accedit. *Pluk. Mantiſſ.*
Eadem anguſtiori folio ex *Terra Mariana.*

9. Rubeola maritima lutea *Moriſ. Præl. Bot.* Hanc ſpeciem in ora maritima *Aremoricæ* reperire eſt paſſim, *radice* longè latéque repente. *Flore* donatur luteo minimo, tetrapetalo, cui ſuccedunt *ſemina* bina, teſticulata.

10. Rubia minor alba anguſtifolia ramoſiſſima, montana *Moriſ. hiſt.* P. 3. Cauliculis gracilibus, crebris, pedalibus & procumbentibus ſe ſpargit: E ſingulo enim nodo foliis anguſtis, uncialibus aſperiuſculis, è viridi ad glaucum colorem tendentibus, numero ut plurimum ſex, cincto, ad pollicarem intercapedinem ſito, ramuſculus unus & alter, & ex eo rurſus alii enaſcuntur. *Flores* ſummos ramuſculos occupant, monopetali, quemadmodum alii hujus ſeriei, in 4 partes mucronatas diviſi, albi; His *ſemina* exigua, nigricantia, bina ſimul juncta ſuccedunt. A D. *Sherardo* habuit D *Bobart* deſcriptionis autor.

11. *Rubia fruticeſcens, foliis brevibus latiuſculis, ſtellatim ad brevia intervalla prodeuntibus.* Internodia vix ſemuncialia ſunt. Folia ad ſex aut etiam plura ſimul ramulos ſtellatim cingunt, & in ſicca rigida ſunt, & in acutum apicem deſinunt. A D. *Sherard* habui. Hæc Rubia fruticeſcens *Alpino* in *Exot.* inſcribitur.

12. Rubeola arvenſis *Sicula* cærulea *Hort. Cath. Suppl.* 3. Rubeola arvenſi vulgari multò minor eſt. In ſicca ob parvitatem partes diſcernere non potui. Hæc etiam à D. *Sherard* communicata eſt.

13. Rubeola Alpina ſaxatilis tenuifolia *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 101.

In montibus *Mutinenſibus* & *Tuſcis* oritur hæc planta, utque etiam in *Sabaudicis.* In locis ſterilibus 4 aut 5 uncias Geometricas altitudine non ſuperat, *floribus* albis, *radice* coloris inter croceum & rubrum medii: in montibus ſolo pingui coopertis pedalem altitudinem aſſequitur.

14. Rubeola montana minima *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 60. T. 47.

Ad ſpithamæ longitudinem evadit hæc planta. Locos amat ſteriles & in collibus *Genuenſibus* invenitur. Naſcitur etiam in *Hiſpania.*

15. Rubia

15. Rubia lævis linifolia, floribus albis montis *Virginis Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 83. T. 75.

Folia producit glabra hæc planta, *ſemen* rotundum: & ſupra terram ad pedalem altitudinem effertur. In montibus *Etruriæ, Pedemontii, & Sabaudiæ* provenit. In monte *Virginis Neapoli* valde frequens eſt.

P. 482. Ad Cap. De Mollugine & Gallio.

1. Mollugo pumila, Alſines mollioris folio *Moriſ. hiſt.* P. 3. D. *Bobart.*

Viticuli palmares & dodrantales, quadrangulares, graciles, modò erecti, modóque procumbentes ei ſunt; internodiis uncialibus & geniculis diviſi. Iſtis foliola 5, 6, aut 7, Alſines fontanæ ſimilia, mollia, tenuia, pallidè virentia rotatim adnaſcuntur: E quibus etiam nodis petioli cauliculíve alii minores ramificantur. *Flores* in cymis exigui, conferti ſunt, & (quantum è plantæ ſiccæ facie colligere licet) candidi. Tota planta Alſines mollitie donatur. D. *Sherard* è *Gallia* delatam communicavit.

2. Gallium ſive Mollugo erecta foliis tenuiſſimis, floſculis & ſeminibus minimis. Rubia fol. tenuiſſimis, ramoſiſſima polyſpermos D. *Sherard.*

Plurimos ab eadem radice emittit *cauliculos*, tenues, erectos, ramoſos, foliolis ad genicula tenuiſſimis, brevibus cinctos cauliculi & ramuli ſumma parte in tenuiſſimos ramuſculos & pediculos dividuntur, flores ſuſtinentes minimos, qui in ſicca nobis à D. *Sherard* communicata non comparuere. In monte *Madonna* prope *Romam* copioſè, obſervante D. *Sherard.*

Medicamentum contra Epilepſiam à Pharmacopœo Maximi *Carthuſianorum* cœnobii prope *Gratianopolin* expertum. *Bocc. Muſ. Pl. rar.* p. 82.

℞ Foliorum & florum Gallii montani *flore albo* manipulum plenum; cum tanta quantitate Vini albi contundas; ut ſimul expreſſa liquoris 4 aut 5 uncias reddant, in infuſione reſtent per 11 horas; deinde per pannum lineum tranſmittantur. Hujus liquoris unciis 4 aut 5 immittantur grana 15 Caſtorei pulveriſati, ægróque jejuno propinas pro una vice totum; continuando doſin eandem per tres matutinas novilunium proximè antecedentes. Et quoniam morbus iſte *Herculeus* rectè dictus non facilè expugnatur, oportet ut idem medicamentum ijſdem doſibus per 2 menſes ſequentes repetatur. Convenit etiam ante uſum medicamenti corpus leviter purgare, aut veſpere præcedente clyſterem admittere, Fonticulum etiam in crure aperire ad humores deorſum derivandos.

3. Gallium flore pallido *J. B.* Tom. 3. pag. 721. Gallium. 2dum *Tab.* quoad deſcriptionem. *J. B.*

Radicem habet fibroſam, repentem: *caules* quadrangulos, articulis diſtinctos, cubitales: folia ad genicula ex intervallis caulem radiatim ambientia. *Gallii lutei* majora & latiora: *flores* pallidè luteos, minimos, in racemulum digeſtos, non tamen ut illud ità copioſos nec ità odoratos.

Maio floret locis humentibus, circa pratorum foſſas & rivulorum margines.

4. Mollugo *Pyrenaica* major anguſtifolia *Moriſ. hiſt.* P. 3. Rubia *Pyren.* lævis anguſtifolia *Tournef.* D. *Bobart.*

Cauliculi huic tenuiores, imbelles, & pæne rotundi, glabri, longioribus inter genicula interſtitiis donati, bicubitales & tricubitales. Folia non minùs longa quàm præcedentium, ſed vix dimidiam latitudinem attingentia, viridia & acuminata, lævia, decuſſatim naſcuntur. *Flores* itidem copioſi in ſummis ramulis racematim congeſti ſunt, candidi; quibus *ſemina* parva, nigricantia, teſticulata ſuccedunt. Ex ſemine à D. *Sherard* accepto enata eſt.

5. Gallium villoſum ſaxatile, folio retuſo, obſoleto flore *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 110. totum villoſum, ſupinum, folio retuſo *Ejuſd.* Tab. 116. Rubia 4drifolia minor hirſuta & incana.

E *radice* lignoſa, perenni, rufeſcente exeunt *Cauliculi* aliquot reſupini, ſpithamam longi, *Foliis* cincti villoſis, tomentoſis, brevibus & retuſis. *Flos* pallidè niger eſt. In *Capreis* inſula è ſaxorum fiſſuris exit. Prope hanc plantam naſcitur etiam *Gallium tetraphyllon* Col. verùm foliis incanis, & floribus pallidis non purpureis, quæ varietates ſolo debentur.

Hæc Inſula ſtirpium rariorum ferax, non ſatis diligenter perſcrutata eſt.

6. Gallium villoſum erectum, *Boccon. ibid.* T. 86.

Omnibus partibus cum præcedente convenit, differt ſolummodo quòd rectum ſit. Inter plantas ſiccas D. *Barelier* habuit.

7. Gallium

7. Gallium ſaxatile, glabro glauco folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 173. T. 116. An Gal. montanum, brevioribus foliis incanis glabris, floribus candidis *Hort. Cath?*

Radix hujus planta perennis eſt, coloris flavi; *folia* glabra, mollia, craſſa, glauca ſeu cinericea, longitudinem & ordinem *Gallii tetraphylli* Col. imitantur. *Flores* producit herbaceos, & unius pedis Geometrici altitudine ſupra terram attollitur. Inter ſaxa oritur prope vicum *di Capaci*, & in monte *Peregrina* tria m. p. à *Panormo* diſtante inventu facilis eſt. *Flores* minimi & ſparſi admodum ſunt.

Gallii *Bocconiani* folia longiora potiùs quàm breviora dici merentur; proinde dubito an cum Gallio montano brevioribus foliis, &c. *Hort. Cath.* conveniat.

8. Gallium paluſtre luteo flore *C. B.*

9. Gallium luteo flore annuum *Luſitanicum Vir. Luſit.*

10. Gallium album anguſtiore folio *Narbonenſe*, ſeu Corrudæ folio *Schol. Bot.*

11. Gallium *Luſitan.* flore parvo verticillato luteo *Tournefort. Elem. Bot.*

12. Gallium ſaxatile ſupinum minimum & pumilum *Ejuſd. ibid.*

13. Gallium ſaxat. minimum *Pyrenaicum*, Muſci facie *Ejuſd. ibid.*

P. 483. Ad Cap. 7. De Aſperula.

1. Aſperula ſeu Rubeola montana anguſtifolia D. *Fagon. Schol. Bot.*

P. 484. Ad Cap. 8. De Aparine.

1. Aparine minima montana *Luſitanica Munting. Herbar. Belg.*

2. Gallium hirſutum maritimum, flore rubro *H. R. P.* Aparine maritima incana flore purpureo *Tournefort. Elem. Bot.*

3. Aparine exiliſſima *Luſitanica Munting. Herbar. Belg.*

4. Aparines minoris folio glabra herba procumbens *Africana Pluk. Mantiſſ.*

5. Aparine vulgaris ſemine minori *Tourneſ. Inſtitut.* p. 114.

6. Aparine *Luſitanica* fructu echinato *Ejuſd. ibid.*

7. Aparine anguſtifolia, humilior montana *Ejuſd. ibid.* Species eſt minor Aſperulæ ſeu Hepaticæ ſtellaris quam ille ad Gallium refert; ut & Rubeolam arvenſem cœruleam.

8. Aparine paluſtris minor *Pariſienſis*, flore albo, *Ejuſd. ibid.*

Radicibus eſt rubentibus, tenellis, capillatis. *Caules* pedem circiter alti ſunt, quadrati, griſei, $\frac{1}{4}$ lin. craſſi, aſperi, vix ſe ſuſtinentes, *foliis* ornati ad unumquemque nodum 6 aut octo, radiatim diſpoſitis, aſperis pariter, 4 aut 5 lin. longis, unam latis, ad extremum minùs acutis quàm ad initium. E foliorum alis exeunt ramuli quidam ſatis breves, qui plerunque nihil aliud ſunt quàm racemi ſparſi, pollicem unum, aut $1\frac{1}{2}$um longi, quorum *floribus* albis $1\frac{1}{2}$am lin. amplis, in 4 partes diſſectis ornantur. Calix tuberculum eſt biventer, quod in fructum abit.

9. Aparine paucioribus foliis, ſemine lævi *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix huic geniculata eſt, è ſingulis geniculis fibras in terram demittens; *caulem* pariter geniculatum ſurſum protrudens, ſubviridem, quadratum, 4 aut 5 pedes altum, ſtriatum, aſperiuſculum, concavum, gracilem, infirmum & vicinarum ſubſidio ad ſe ſuſtentandum egentem. Ad articulos ſemper protuberantes *folia* conſiſtunt bina adverſa, $1\frac{1}{4}$ unciæ longa, media latiſſima parte ſemunciam lata, pallidè viridia, & nonnihil aſpera. *Flores* ex alis foliorum exeunt, pallidè virides, muſcoſi, ad parvorum Iulorum ſimilitudinem facti, $\frac{1}{4}$tam unciæ longi, quibus ſuccedunt *vaſcula* aliquot *ſeminalia*, fuſca, verticillatim diſpoſita, bina perpetuò ſimul juncta; ex uno latere rotunda ſeu hemiſphærica, ex altero plana, globulum ſimul complentia, utrumque *ſemen* continens ejuſdem figuræ.

In ſylvis ad viarum margines versùs *Gnanaboa* copiosè provenit.

10. Aparines folio anomala, vaſculo ſeminali rotundo, multa ſemina minutiſſima continente *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Rami hujus lignoſi erant, cortice glabro tecti, pedem & dimidium longi, anguloſi, *foliis* ad nodos, binis ſemper oppoſitis, veſtiti, ſeſcunciam circiter longis, $\frac{1}{8}$ unciæ latis, ad baſin ſcil. ubi latiſſima, unde paulatim in punctum coarctantur, glabris, ad margines æqualibus, carinatis. Ex alis foliorum exit corpus quoddam ſubrotundum, ad apicem ſpinulis aut ſetis obſitum, quod magnitudine augetur donec rotundum evadat, & grani Piperis magnitudinem aſſequatur, apice velut coronatum, unicam intus cavitatem obtinens, ſeminibus parvis repletam, Hyoſcyami ſimilibus, corpori cuidam, aut placentæ, quod centrum ejus occupat, adhærentibus.

In inſula *Barbados* aut *Caribbæarum* aliqua hanc plantam collegit deſcriptionis Autor D. *Sloane.*

11. Rubia cynanchica, foliis verticillatis hirſutis *Herman.*

Folia caules 5 vel 6 verticillatim ad intervalla ambiunt, anguſta, acuta, caneſcentia. *Flores* in ſummis cauliculis & ramulis plures ſimul, velut in umbellulas diſpoſiti, è tubo oblongo in 4 ſegmenta, totidem folia imitantia, dividuntur. Horum Color in ſicca, quam D. *Sherard* communicavit, obſcurè ruber videbatur.

P. 486. Ad Cap. De Rubia ſpicata.

1. Rubia ſpicata ſeu Rubeola *Luſitanica* aſpera, floribus purpuraſcentibus *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Rubia ſpicata marina *Luſitan. Munting. Herbar.*

3. Rubia maritima diphyllos *Malabarica*, ad nodos cauliculorum ſpiculis coronata *Pluk. Almag. Bot.* Spicas habet parvas quadrangulas, cauliculos verticillatim coronæ modo ambientes, & prope quemlibet verticillum ſpiculorum bina foliola Alſines æmula.

Tsjudan-Tsjera *H. M.* P. 12. T. 36. Herba ſtellata *Indica* erecta; foliis diſſectis, floſculis è tubo oblongo in quatuor ſegmenta expanſis.

H. M.

Plantula eſt in arenoſis & ſudo ſolo naſcens. *Radix* fibroſa, albicans. *Cauliculi*, qui ex radice plures exſurgunt, ſimplices, rotundi, aqueo-albicantes, tortuoſi, geniculati, internodiis ad apicem contractioribus, *Folia* anguſtiſſima, Fœniculi inſtar diſſecta, genicula verticillatim cingentia, viroris in recta parte ſaturi, ac lævi nitoris, in averſa dilutioris. *Flores* hinc indè ſolitarii ex origine foliorum in geniculis, pedunculis oblongis tenuibus rotundis ac nonnihil ex viridi rubeſcentibus prodeunt, tetrapetali, ſurrecti, cuſpidati, candidi, exteriora versòs reflexi, collulo oblongo, viridi in medio, in colli orificio lanugine flava obſiti. *Staminula* in illis duo, *apicibus* rotundiolis, candidis, cum *ſtylo* in medio. *Calyx* ex 4 conſtat ſurrectis anguſtis cuſpidatis foliolis. Tota planta odoris eſt ſubacris & grati.

Flores cum *Zingibere* & *Cardamomo* in ſero lactis potiunculam antidyſentericam conficiunt.

Planta hæc facie externa, exceptis floribus, Equiſetum refert: eſt tamen è genere Stellatarum.

Tsjeru-Talu-Dama *H. M.* P. 10. T. 25. Rubeola latifolia *Indica*, foliis in caulibus ex adverſo binis, floſculis purpuro-cœruleis.

H. M.

Plantula eſt arenoſa amans. *Radix* fibroſa albicans. *Cauliculi*, qui ex radice plures exſurgunt, craſſi, quadrangulati, geniculati, viroris diluti. *Folia* ad genicula geminata, oblonga, mollia, lenia, glabra, ſaturè viridia; minutiſſimis pilis inſtar holoſerici nitentis obſita, ſaporis ſubamari. *Flores* congregati proveniunt, gemmæ ſunt parvæ; tetrapetalæ, cuſpidatæ, ex purpureo cœruleſcentes, collulo oblongiuſculo, calyci arcte inſidentes. *Stamina* ex cœruleo purpuraſcentia, *apicibus* dotata. *Stylus* in vertice gemmulâ nodulatus eſt. Floribus ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* geminata, ac ſi ex duobus eſſent compoſita, viridi-diluta, ad latera in medio 4 cuſpidibus inſtructa; in vertice futurâ breviſſimâ, in qua ſe relaxant, ſtriata. *Semina* in illis duo, ad ſingula latera unum, intra propriam cartilaginoſam membranam conſita.

Ad P. 487.

1. Cor Indum *Americanum* trilobatum folio craſſo lucido *Herman. Cat.* ad finem *Parad. Bat.* Trifoliata Portoricenſis planta capreolata, foliis craſſiuſculis ſerratis N. D. *Hort. Beaum.*

Radice eſt pollicari, fuſca, in fibras diviſa; è qua oriuntur viticuli plures, volubiles, inferiùs calamum ſcriptorium craſſi, 3 & 4 pedes longi, coloris viridis & nonnunquam purpuraſcentis, per intervalla digitalia geniculati, & ad genicula foliis & capreolis donati. *Folia* ad ſingula genicula 3 & interdum 4 aut 5 uni petiolo inſident, craſſiuſcula Telephii inſtar, à medio margine ad extremum uſque profundè crenata, pinguia, lucida, glabra. Ex eiſdem geniculis ſubinde exit pediculus tenuis, in 3 aut 4 radios divaricatus. Singulis inſident aliquot *floſculi*, parvi, tetrapetali, albidi, & ubi ſeriùs, nempe *Octobri* menſe, ſe perficere ſolent

ſolent in viridi pallentes, Petala florum 4, ſtellatim expanſa ſunt, & nonnihil reflexa, quorum medium occupant breviſſima luteola *ſtaminula*, umbilicum concolorem cingentia, futuri fructûs rudimentum. *Flores* in radiis quaſi in umbella inſident. His ſubjectus eſt caliculus valde exiguus, viridis, 4 crenis donatus, crenis in extremitate rubentibus. Fructum integrum nondum vidi. Bruma adventante folia decidunt, & viticuli marceſcunt, totâque ſuperficies perit. Radix reſtibilis eſt, & vere regerminat. Naſcitur quoque & multiplicatur ramulis, nam ex ramorum geniculis fibras radicales demittit. D. *Sherard.*

2. Cor Indum majus *Hort. Lugd. Bat. Herman.*

Folia ut in priori. Ad horum ſedes oritur pediculus ſeſquidigitalis, tenuis, qui ad ſummum ex utraque parte emittit capreolum, circinatum, utrinque unum : ſupra hos pediculi ſummitas ulteriùs protenditur in pediculum brevem, nonnihil craſſiorem, qui diſpeſcitur in 4 petiolos, quibus ſingulis propendent 3, 4ve *flores*, tenuiſſimis ſuſpenſi pedicellis. Flos verò tetrapetalos eſt, albus, è cujus medio ſe exſerit umbilicus, inſtar alterius floris, pallidus nonnihil flaveſcens. Calix tetraphyllos, binis foliolis majoribus & cochleatis, ejuſdem amplitudinis cum petalis florum, binis minoribus & vix conſpicuis conſtans. Veſicæ & fructus duplo quam minori majores. D. *Sherard.*

Naſturtium *Indicum* majus flore pleno. Elegantem hanc varietatem primò in Horto Excellentiſſ. Procuratoris *Nani* invenit D. *Sherardus*, poſtea in omnibus curioſorum hortis, quibus communicata fuit à *R. P. Fortunato* Cappucino alla Zucca.

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBRI DECIMI PARS SECUNDA.

Herbæ Aſperifoliæ.

P. 489. Ad Cap. 1um De Pulmonaria maculoſa ſpecies addendæ.

1. PUlmonaria Alpina, foliis mollibus ſubrotundis, flore cœruleo *H. R. P.*

2. Symphytum non maculoſum aſperius, perelegans, flore multiplici *Pluk. Phyt.* T. 227. F. 5.

3. Symphytum ſeu Pulmonaria non maculata, foliis glabris *Americana*, flore cœruleo patulo *Ejuſd. ibid.* F. 6.

4. Symphytum minimum, Acini foliis bijugis *Maderaſpatanum Ejuſd. ibid.* F. 7.

Hæ duæ ſpecies in Methodo noſtra ad hoc Genus propriè non pertinent ob brevitatem calycis, poſterior etiam ob ſitum foliorum adverſum, ſi reliquæ notæ convenirent, quod dubito. Verùm quò referendæ ſint neſcius ob brevitatem deſcriptionum, loco-movendas non duxi.

5. Symphytum maculoſum ſeu Pulmonaria maxima, foliis quaſi ſaccharo incruſtatis *Pluk. Phytogr.* T. 227. F. 4. An Symphytum latifolium maculatum aſperius, flore cœruleo *H. R. P?*

Hanc ſpeciem in horto D. *Dale* vidi & deſcripſi. Folia multò majora ſunt, longiora, ad baſin anguſtiora, in longiorem & acutiorem mucronem producta, quàm Pulmonariæ maculoſæ vulgaris: Florum calices majores & hirſutiores, Flores tamen ipſi nihilo majores, imò minùs expanſi ſunt quàm illius : Maculæ in mediis foliis latiſſimæ, candidiores quàm vulgaris Pulmonariæ, ut folia quaſi Saccharo incruſtata videantur, ut rectè D. *Plukenet.* Extra has maculas majores plurima puncta minora alba prope margines foliorum diſſeminantur.

Hanc

Hanc D. *Bobart* in *Hiſt. Oxon.* Pulmonariam *Batavicam* maximam foliis longioribus, maculis majoribus conſperſis vocat.

6. Pulmonaria Alpina anguſto folio *Italica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 86.

In altitudinem circiter ſpithamiæam excreſcit. *Folia* ei anguſta ſunt, brevia, & ad tactum mollia. *Flos* ſatis elegans, colorem ſiquidem ultra marinum dictum imitatur.
In Alpibus, in mediis ſylvis *S. Benedicti* & *Camaldulenſibus* provenit, in *Etruria.*

7. Pulmonaria mitis, Fragariæ odore *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 105.

Folia profert oblonga, colore pallido, ad tactum mitia. *Flos* à violaceo roſaceus, odoris grati, & valde ſenſibilis, quippe ſimilis illi qui verno tempore è *Fragariæ* fructu exſpirat. In montibus *Sacri* Eremi *Camaldulenſium* in *Etruria* oritur, & ad altitudinem pedalem è radice perenni aſſurgit.

8. Pulmonaria viridi, ſubrotundo, non maculato folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 95.

P. 492. Ad Cap. De Cynogloſſo.

1. *Tournefortius* Cynogloſſum minus *J. B.* ad Bugloſſum refert, eíque *Bugloſſi anguſtifolii ſemine echinato* titulum imponit *Elem. Bot.* p. 210.

2. Cynogloſſum Lithoſpermi folio *Hiſpanicum Tournef. Elem. Bot.*

3. Cynogloſſum cœruleum, Bugloſſi foliis aſperis, *Virginianum* D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

4. Cynogloſſum *Virginianum*, flore minimo albo *Baniſteri. Virginianum* flore & fructu minimo D. *Sherard Pluk. ibid.*

5. Cynogloſſum *Noveboracenſe* maximum, minoribus lappaceis fructibus. *Herman.* *Folia* in exemplari nobis à D. *Sherard* exhibito longa erant & anguſta, in longos & acutos mucrones producta. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis parvi admodum in ſpicis perexiguis, (& quatenus in ſicca diſcernere licuit) reflexis. An Cynogloſſum *Virginianum* virenti fol. floribus & ſeminibus minoribus *Moriſ. hiſt.* P. 3 ?

6. Cynogloſſum erectum minimum *Marilandicum*, ſummo caule in tres quatuorve ramulos floriferos diviſo.

In pedalem altitudinem rectà aſſurgit antequam in ramulos dividitur; caule tereti, tenui, ſatis tamen firmo, foliolis crebris parvis anguſtis, unciam longis, acutis, lanuginoſis cincto. Ramuli floriferi ad intervalla *flores* emittunt, qui quales ſint neſcimus, quibus ſuccedunt *ſemina* ut in hoc genere echinata, quatuor ſimul juncta.
Summi ramuli reflectuntur aliorum hujus generis inſtar.

7. Cynogloſſum parvum *Marilandicum* floribus & fructibus in longas ſpicas excurrentibus.

Caulis teres, rigidus. *Folia* ſeſcunciam longa, ſemunciâ latiora, è baſi lata in longum & anguſtum mucronem producta, abſque pediculis cauli adnata, quantum in ſicca diſcernere licuit, glabra. *Flores* iiſque ſuccedentes fructus in longas ſpicas, ſeſquipalmares & bipalmares, excurrunt. Flores non vidimus: Hi autem & *fructus* in brevibus & tenuibus pedicellis è foliolorum alis egreſſis, deorſum reflexis hærent. *Semina* 4, ſimul apicibus coeuntia pyramidalem figuram efficiunt, ſúntque valde aſpera, ſpinulis creberrimis longiuſculis, veſtibus tenaciter adhærentia, & versùs unum latus, hoc eſt inferius, reflexa.

8. Cynogloſſum *Virginianum* virenti folio, floribus & ſeminibus minoribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 449. *Folia* huic utrinque viridia ſunt, latiora & breviora quàm Cynogloſſæ *vulgaris folio virenti*, cui aliàs ſimilis eſt; eáque quæ caulem tenuiorem veſtiunt utrinque acuminata, cùm illius lata baſi eundem amplectantur. Ramuli tenuiores, ad extremitatem Scorpiuri ad inſtar inflexi: *flores* minores tubuloſos, margine 5fidos, rubros producunt: quibus deciduis *ſemina* parva lappacea, fuſca, 4tam partem alterius non ſuperantia ſuccedunt. D. *Baniſter* è *Virginia* ad D. *Bobart.* miſit.

9. Cynogloſſum folio molli incano, flore cœruleo, ſtriis rubris variegato *Moriſ. Prælud Bot.* 258.

Moriſ.

Folia, producit vulgaris foliis multò minora, mollia, incana. *Caules* bipedales, quorum ſummis innaſcuntur *Flores* dilutè cœrulei, ſtriis rubris variè ducti; quorum ſingulis deciduis ſuccedunt quaterna *ſemina* vulgaris & aliorum more, veſtibus adhærentia, multò minora, rotunda.
Paſſim ſecus vias circa *Blæſas* provenit.

P. 495. Ad Cap. De Bugloſſo.

1. *Tournefortius* Boraginem minimam Herbariorum *Park.* ſeu Symphytum minimum Boraginis facie *C. B.* i. e. 6tam noſtram Bugloſſi ſpeciem cum Lino umbilicato *Park.* ſeu 11ma noſtra ſpecie conjungit, & ex eiſdem novum Genus facit, *Omphalodis* nomine. Et quod ad fructum attinet, eum planè convenire cum Lini umbilicati fructu à D. *Carolo Preſton* M. D. *αυτόπτης* certior factus ſum, ideóque non præter rationem à D. *Tournefortio* ad idem Genus refertur.

Pro Synonymo 10mæ ſpeciei adde,

1. Bugloſſum *Creticum* majus, flore cœruleo purpuraſcente *H. R. P. Schol. Bot.*

2. Bugloſſum *Creticum* anguſtifolium maximum, floribus rubris, ſtriis albis elegantiſſimè pictis *Pluk. Almag. Bot.* nonæ ſpeciei varietas eſt, cujus etiam in *Hiſtoria noſtra* mentio fit.

3. Bugloſſum *Creticum* verrucoſum, perlatum quibuſdam *H. R. P. Schol. Bot.* An Bugloſſum *Luſitanicum* bullatis foliis *Moriſ. Prælud?* **Bliſter'd Bugloſs** noſtratibus vulgo.

4. Bugloſſum majus *Syriacum*, bullatis foliis, floribus albicantibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. E ſeminibus ex *Aleppo* receptis orta eſt hæc Bugloſſi ſpecies, & cum vulgari ſativo majori in multis convenit: Folia verò breviora & obtuſiora, in ſuperficie bullis & ſpinoſa ferè hirſutie obſita ſunt. *Flores* è pallido cœruleo colore albeſcunt.

5. Bugloſſum fruticoſum *Luſitanicum*, Lithoſpermi folio *Tournefort. Elem. Bot.*

6. Bugloſſum *Luſitanicum* foliis aſperis, oblongioribus, anguſtioribus & criſpis *Ejuſd. ibid.*

7. Bugloſſum *Luſitanicum* foliis anguſtioribus, bullis minimis exaſperatis *Ejuſd. ibid.* An Borago verrucoſa minor *Munting. Herbar. Belg?*

8. Bugloſſum *Luſitanicum* Echii folio undulato *Ejuſd. ibid.*

9. Bugloſſum marinum elegans N. D. *Virid. Luſitan. Griſleii.*

10. Bugloſſum marinum, flore cœruleo pulcherrimo *Ejuſd.*

11. Bugloſſum ſcorpioides hirſutum, flore cœruleo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 130.

Naſcitur in *Corſica* prope aquarum rivulos. *Folia* producit ſinuata Bellidis pratenſis longitudine, verùm aſpera, minimè tamen bullata. In ramos dividitur, humi ſtratos. Extremi ſurculi revoluti figuram ſcorpioidem efficiunt. Tota planta pedalem longitudinem non excedit.

12. Bugloſſum *Africanum* Echii folio, flore purpureo *Pluk. Mantiſſ.* An Bugloſſum *Africanum* Echii folio *Breyn. Faſcic.*

13. Bugloſſum Echioides argenteum floribus purpureis Ex *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

14. Bugloſſum Boraginis flore & facie *Æthiopicum Ejuſd. ibid.*

P. 497. Ad Cap. De Anchuſa.

1. Anchuſa fruteſcens tenuifolia, flore cœruleo vivaciſſimo *Tournefort. Flor. Bat. ſlo.*

2. Anchuſa lutea minima *Lob. ob.* **The leaſt Yellow Alkanet.** Copiosè naſcentem invenit D. *Magnol* loco dicto *La Garrigue du Terrail*, & in ſterilibus circa *Salenovam* & *la Colombiere*, *Maio* & *Junio* menſibus floret.

3. Anchuſa lutea minor *Virginiana*, *Puccoon* Indigenis dicta, quâ ſe pingunt *Americani*, *Pluk. Almag. Bot.*

4. Anchuſa Primulæ veris flavo flore *Virginiana* D. *Baniſter Ejuſd. ibid.*

5. Anchuſæ degeneris facie *Indiæ Orientalis* Herba quadricapſularis *Pluk. Phyt.* T. 76. F. 3. Dadha-kehel *Zeylanenſibus.*

6. Anchuſa anguſtifolia, verticillis longis aculeis armatis è *Maderaſpatan Ejuſd.* Tab. 133. F. 4.

7. Anchuſa

7. Anchuſa Bugloſſoides, Lithoſpermi ſemine ex Inſula *Johanna Pluk. Mantiſſ.*

8. Anchuſa peregrina flore albo umbellato *Pluk. Mantiſſa.* Omphalodes *Luſitanicum Tour.*

9. Anchuſa *Curaſſavica* hirſuta, fruteſcens *Herman. Folia* ima habet terna ex uno orta, in ſummo modò alterna, modò bina, anguſta, rigida, hiſpida, infernè incana; *Flores* albos; *Semina* quaterna. Ex Adverſ. D. *Hermanni* hauſit D. *Sherardus* & nobis communicavit.

10. Anchuſa anguſtis dentatis foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 84. T. 77.

Amat locos ſteriles & ſaxoſos. Invenitur in *Sicilia*, & ad pedalem altitudinem ſupra terram aſſurgit.

11. Anchuſa anguſtis villoſis foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.*

12. Anchuſa anguſtifolia major aſperrima purpurea, rubra variegata *Hort. Cath.*

Pedem Geometricum altitudine non excedit, inque muris & collibus ſaxoſis circa *Meſſanam Cataniam, Saccam*, &c. luxuriat.

13. Anchuſa *Cretica* anguſtifolia mitior *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 146. T. 109.

Folia huic anguſta, Rapunculi Scabioſæ capitulo cœruleo *C. B.* Toto habitu, flore & ſemine cum *Anchuſa Cretica Alpini* convenit. Differt quòd Folia non ſunt aſpera, & nervoſa, ſed mitia, incana, tomentoſa, argentea.

P. 500. Ad Cap. De Echio.

1. Echium album *Maderenſe*, & Echium *Tingitanum* procerius, floribus immaculatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 278. F. 5. nondum edit.

2. Echium altiſſimum *Tingitanum* flore variegato, atque Echium *Creticum* floribus variegatis *Edw. Morgani Pluk. Almag. Bot.*

3. Echium Alpinum luteum cui ampliſſima florum ſpica. An Echium Alpinum luteum *C. B? Ejuſd.* Hanc ſpeciem in *Mantiſſa* ad *Anchuſam* refert D. *Tournefortius.* Echium luteum minimum *C. B.* ad Bugloſſum refert, & Bugloſſum luteum annuum minimum vocat.

4. Echium *Virginianum*, ſubrotundis foliis aſperis, *Malabathri* in modum tribus nervis inſignitis *Pluk. Mantiſſ.*

5. Echium *Africanum* fruteſcens, foliis piloſis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radix lignoſa & fuſca fibras emittit albicantes. *Caulis* pedalis eſt, pollicem craſſus, rotundus & fuſcus, qui in ramulos divaricatur rotundos & piloſos, & ſi juniores viridis; quibus undique adſtant *folia* viridia, piloſa, ſeſcunciam longa, medium ferme lata, quæ nullo pediculo ramulis annectuntur, ſed nervum craſſum per longitudinem excurrentem poſſident unicum. Ramulorum ſummitatem occupant ex perianthio quinquifido *Flores* monopetali infundibuliformes, irregulares & quinquifidi, cœrulei fundo purpureo, in quorum medio præter *ſtylum ſtamina* apparent quatuor. Flores 4 nigricantia ſequuntur *ſemina.*
Floret *Maio* & *Junio*, ſemina *Julio* perficit.
Hujus ramulum pulchrè exſiccatum nobis communicavit D. *Sherardus.* Echii *Africani* fruticeſcentis, flore cœruleo, foliis Myoſotidis ſcorpioidis titulo.

6. Echium *Africanum* minus, folio glabro, argutè ſerrato, flore cœruleo, *Herman.*

Folia anguſta & acuta ſunt, rariùs in caule ſita, duas uncias longa, ſemunciam lata, [in ramulo intellige quem D. *Sherard* communicavit.]

7. Echium *Tingitanum* altiſſimum, flore variegato *Moriſ. hiſt.* P. 3.

E ſeminibus Echii majoribus, aſperis & acutis in *Horto Acad. Oxonienſi* ſuccrevit. Folia Bugloſſi ſativi æmula, pedali & cubitali longitudine, ſpinulis crebris horrida in terram expanduntur, è quorum centro anno ſuccedente *caulem* emittit 6, 7ve pedum altitudine, Echii ritu foliis plurimis minoribus inordinatim veſtitum. Ex horum ſinubus alæ quamplurimæ proveniunt, inferiore parte longiores, ſuperiore breviores, ſpicam q. conſtituentes *floribus* Echii tubuloſis, hiantibus, colore ex rubro & albo eleganter onuſtæ. Tribus quatuórve à ſemine recepto annis ſucceſſivè natum eſt. D. *Bobart.*

8. Echium ramosius annuum, flore suave-rubente *Moris. hist.* P. 3. Lycopsis C. *B. P.* Echii altera species *Dod.*

Folia, Echii in modum humi expansa, molliora sunt & obtusiora. *Caulis* cubitalis, statim à radice in plurimos longos ramulos, eósque in minores subdivisos, brachiatur: è quorum extremitatibus, Scorpiuri ad instar inflexi nascuntur *flores* longiores, tubulosi, inæquali margine ut in Echio hiantes, qui colore pulchrè rubente cum staminulis è fundo prodeuntibus emicant. *Semina* Echii vulgaris minora in vasculis sequuntur. Non est biennalis planta, ut hujus generis reliquæ. D. *Bobart.* Ex seminibus in insula *Cæsarea* vulgo Jersey à D. *Sherard* collectis orta est.

9. Lithospermum arvense minus, floribus luteis, vel luteo-cœruleis *Tournef. Institut. rei herb. Ejusd.* Hist. plant. circa *Parisios* nascentium. Fortè (inquit) C. *Bauhinus* hanc describit sub nomine Echii scorpioidis minoris flosculis luteis *Prod.* 119. Idem apud nos in sterilioribus & arenosis agris nimis frequens.

10. Echium Scorpioides Alpinum tomentosum nanum supinum *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 149. T. 107.

Tres uncias Geometricas altitudine non excedit hæc planta. *Folia* Bursæ pastoris loculo oblongo C. *B.* minora sunt, verùm valde tomentosa & simul compacta. *Radix* mihi videbatur lignosa & perennis, quia crassa erat & vetus. Reperitur in locis asperis & saxosis, & ubi nix longo tempore non liquefacta durat in monte *Cenisio*. *Flos*, semen & capsula Echio palustri Scorpioidi C. *B.* respondent.

11. Scorpioides Galegæ foliis singularibus *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 110.

Pedalem altitudinem paulò superat. *Folia* è viridi nigricant, angusta, olivaria, Galegæ foliorum structurâ, verùm aridiora; per nodos *florem* èmittit herbaceum, muscosum, contortum ad morem reliquorum Scorpioidum. Inter plantas siccas D. *Barelier* habuit.

12. Echium Scorpioides *Marilandicum* angustifolium.

Caulis tenuis, dodrantalis aut pedalis, erectus, *foliis* vestitus non admodum crebris alternatim adnatis, oblongis, angustis, acutis, Satureiæ hyemalis, aut Lini cujusdam figurâ propemodum & magnitudine. *Flores* in longas excurrunt spicas, summa parte antequàm aperiantur caudæ Scorpii in modum reflexas, raris è flosculis & fructibus, versùs unam partem vergentibus, compositas. Nec formam, nec colorem florum in siccâ discernere potui, ut nec fructum, quem nondum perfecerat, ut de ejus genere mihi non certò constet.

13. Scorpiuros humilis *Virginiana*, foliis rutaceis *Moris. hist.* P. 3. Tota Planta palmarem altitudinem vix superat. *Cauliculi* quidam erecti, alii reclinati sunt, per quos *folia* uncialia, q. alata, ut plurimum in binas conjugationes una claudente, Rutæ facie divisa, sparguntur. Summi ramusculi aliorum more reflexi *flores* petiolis semuncialibus innixos, aliorum ampliores emittunt D. *Bobart.*

P. 501. Ad Cap. de Heliotropio, Add.

1. Heliotropium maximum *Jamaicense*, Limoniæ mali folio, supra scabro, subtus lanugine ferruginea, molli vestita, *Tlachichinoa Patlahoac* seu Herba usta latifolia *Hernandez. Pluk. Almag. Bot.* Tres hujus species sunt, quarum iconas vide apud *Hernandez.*

Ad tertiam speciem adde synonyma sequentia.

2. Heliotropium *Americanum* cœruleum, foliis Hormini *Dodart. Mem. Pluk. Phyt.* T. 245. F. 5. Aguava-quiaha *Pis.* ed. 1658. D. *Sherard* à Jacuacanga distinctam facit, cujus folia non tantùm angustiora sunt, sed mucrone magis acuto terminantur. An Benapastia *H. M?* *Jamaicensibus* Wild Clary. Caulis ei crassus, viridis, teres, lignosus, pedalis; Folia Sclaræ persimilia: Flores reliquorum hujus generis similes.

3. Heliotropium *Indicum* procumbens, glaucophyllon, floribus albis *Pluk. Phyt.* T. 36. F. 3. marit. minus, folio glauco, flo. albo *Sloan. Cat. Jamaic. Curassavicum* Lini umbilicati foliis *P. B. P.* Wild Sampier. Heliotropium *Americanum* minus, glabrum, folio angusto glauco *Breyn. Prod.* 2. D. *Sloane.*

Radicibus variis, 3, 4ve uncias longis, albis firmatur, quæ ubi in unum coaluerunt, 3, 4ve *cauliculos* emittunt, ejusdem longitudinis, teretes, virides, succulentos, albicantes, *foliis* in fasciculos densè stipatis obsitos, aliis minoribus, aliis majoribus, unciam longis, media latissima parte ¼ unciæ latis, succulentis, pallidè viridibus, farina albicante obtectis, glaucis, Echii maritimi *P. B.* aut Cerinthes similibus. In fastigiis ramorum consistunt *flores*, in supina caulium parte plurimi, albi, Caudæ Scorpii in modum reflexi & revoluti, aliorum Heliotropiorum ad instar.

4. Helio-

4. Heliotropium majus cœruleum, Cannæ *Indicæ* anguſtifoliæ facie, ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.*

5. Heliotropii Genus *Marianum,* Mercurialis folio anguſtiori *Ejuſd. ibid.*

6. Heliotropium arboreum maritimum, tomentoſum, Gnaphalii *Americani* foliis *Slon. Cat. Jamaic.* gnaphaloides fruticeſcens litoreum *Americanum Pluk. Phyt.* T. 193. F. 5. **Sea-Lavender** *Barbadenſibus:* ad litora maritima arenoſa Inſulæ *Barbados* necnon *Jamaicæ* copioſum obſervavit D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Ad humanam altitudinem aſſurrexit ſtipite recto, lignoſo, firmo, & ſolido, pollicis craſſitie, medulla intus grandiore farcto, cortice tomento undique obtecto, lævi & albicante, versùs ſummitatem ramulis multis in omnem partem egredientibus, *foliis* numeroſis circumcirca denſè obſitis, 3 uncias longis, vix $\frac{1}{6}^{am}$ unciæ latis latiſſima prope apicem ſubrotundum parte, ad imum anguſtis, indéque lateſcentibus; ſucculentis, craſſis, lanugine ſeu tomento albo plurimo obtectis, Gnaphalii *Americani* folia quadantenus referentibus. Summitates in plurimas florum albicantium ſpicas ramificantur, caudæ Scorpii aut reliquorum Heliotropiorum in modum retortas. Summâ, hujus Generis reliquis per omnia ſimilis eſt.

7. Heliotropium *Curaſſavicum* fruteſcens, Salviæ odore *P. B. P. Foliis* eſt oblongis, ſubhirſutis, leviter crenatis, alternis. *Floſculos* fert albos in ſpica; ſcorpioidis ſemina, Heliotropii inſtar, quatuor parva ſimul juncta. *Herman.*

8. Heliotropium *Americanum* fruticeſcens, foliis Salviæ rugoſis, flore pallido ſpicato *Herman.* Folia figurâ ſuâ, crenatura & rugoſitate ad Salviæ folia accedunt, verùm non bina ex adverſo, ſed ſingula alternatim oriuntur. Q. An à præcedente diverſum ſit? Ex horto Dæ. *Block* utriuſque ſpecimen ſiccum nobis communicavit D. *Sherard*; qui quærit, Annon ſit Salvia *Barbadenſibus* dicta, ſpicâ florum compactiori, & revera icon ſatis convenit.

9. Heliotropium pumilum glabrum, Naſturtii foliolis, *Americanum Pluk. Phyt.* T. 245. F. 5.

10. Heliotropii linifolii *Curaſſavici* facie, floribus albis *P. B. P.*

11. Myoſotis ſcorpioides, an potiùs Heliotropium, minus erectum, foliis ſubtus incanis, è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* P. 48. F. 7. Deſcriptionem vide apud D. *Bobartum, Hiſt. Oxon.* P. 3. 452.

12. Heliotropium minus Lithoſpermi foliis *Slon. Cat. Jamaic.* An Echioides parva alba amphibia *Col. min. cogn. Stirp.* p. 185. Echioides 10. ſeu pumilum *C. B.*

Planta iſthæc Lithoſpermum arvenſe radice rubra *C. B.* proxima ſimilitudine refert, minor duntaxat eſt. *Radice* nititur tenui, recta, obſcuriùs fuſca; è qua exoritur *Caulis* ſimplex, 3, 4ve uncias altus, in plures ramos diviſus, caudæ Scorpii aut reliquorum Heliotropiorum in modum reflexos. *Folia* alternatim exeunt, Lithoſpermi ſimilia ſed minora. *Flores* albi, pentapetali, eodem quo reliquorum hujus generis ſitu, quibus ſuccedunt *Semina* 4 ſimul juncta, quorum unumquodque ferè triangulum eſt, coloris obſcurè fuſci, formæ irregularis.

In pratis circa urbem *S. Jago de la Vega* poſt pluvias ubique oritur.

13. Heliotropium minus *Marilandicum.*

Minus eſt & ramoſius vulgari Heliotropio, ſpicis brevioribus & habitioribus, humilius. In *Marilandia* inventum collegit & attulit D. *Vernon.*

14. Heliotropium *Americanum,* Hormini foliis anguſtis, annuum, minus *Herman. Caulículi* tomentoſi ſunt. *Folia* 3 digitos longa, media parte unum lata, versùs utrumque extremum ſenſim anguſtiora, in acutum mucronem deſinentia. *Florum* ſpicæ nunc ex adverſo foliorum, nunc ex eorundem alis exeunt, tenues reflexæ ut in congeneribus. Siccam à D. *Sherard* accepi hanc & ſequentes duas.

15. Heliotropium *Americanum,* Crotalariæ folio *Herman.* Folia parva ſunt, unciâ longiora, ovata aut elliptica, pediculis longis tenuibus inſidentia.

16. Heliotropium *Americanum* arboreſcens *Herman.*

Folia tres quatuórve uncias longa, duas tréſve lata, ſerrata, acuminata, brevibus pediculis nixa. Spicæ florum longæ, graciles, ex alis foliorum exeunt, parùm admodum reflexæ; è floſculis rariùs ſitis compoſitæ.

In *Sirinama* collectum eſt. Siccati ramulum nobis communicavit D. *Sherardus.*

17. Helio-

17. Heliotropium *Canarienſe* arboreſcens, Scorodoniæ folio *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Mentha *Canarienſis* fruteſcens foliis ſubtus lanugine candidiſſima villoſis, floribus glomeratis è ſinu foliorum longioribus pediculis inſidentibus *Pluk. Phyt.* T. 307. vid. Teucrii facie fruteſcens *Canarienſis*, &c. *Bobart.* inter Verticillatas.

Radicem habet lignoſam & fuſcam; *Caulem* tripedalem, (cujus cortex exterior inæqualis & fuſcus, interior viridis) in varios divaricatum ramulos, 4drangulares primò, deinde rotundos, fuſcos & lanuginoſos. His *folia* bina ex adverſo adſtant oblonga, nervoſa & ſerrata, quæ prona parte viridia, ſupinâ incana, & ab utraque lanuginoſa, pediculis rotundis lanuginoſis ſuſtentata. E foliorum alis longo & rotundo pediculo inſidentes exeunt *Flores* plurimi albicantes, monopetali & tubuloſi, in globum conjuncti, ſtylo albicante, bifido donati, quibus *calix* ſubeſt, quinquifidus & hirſutus.

Viſcoſum & aromaticum ſaporem folia manſa exhibent. Floret *Julio* & *Auguſto*.

18. Heliotropium *Curaſſavicum*, Scammonii foliis mollibus incanis fruteſcens *P. B. P.*

Caulem fert lignoſum, fruteſcentem digiti craſſitie, duos pedes altum, ramoſum. *Folia* Circææ foliis nonnihil ſimilia, marginibus tamen æqualibus ſeu non crenatis, mollia & brevi lanugine pubeſcentia, in mucronem abeuntia, quæ ubi adultior fuerit planta in ambitu rubeſcunt, cætera gratè virent, variis nervis à media coſta inſcripta. Ex ſummis ramulis prodeunt racemuli digitales, nunc ſingulares, nunc tres vel 4, deorſum vergentes, quos undique ambiunt *floſculi* parvi, albi, tetrapetali ſeu in 4 ſegmenta diſſecti. Singulos ſequitur *bacca* rubra, quæ in concolori pulpa, unicum depreſſum nigrum acinum includit. Folia oleraceum habent ſaporem. D. *Sherard.*

19. Bena-Patsja *H. M.* P. 10. T. 48. Heliotropium *Indicum* latiore & rotundiore folio *Commelin.* notis; Jacua-Acangæ *Braſilianæ Piſonis* accedens.

H. M.

Plantula eſt in udis naſcens. *Radix* albicans, plures emittens fibras, ſaporis ſubacris. *Caules* craſſioli, rotundi, languidi, pilis hiſpidis, ſubaſperis, longis albicantibus densè veſtiti, virides. *Folia* petiolis longis, viridibus, piloſis, interiùs planis, ad oras utrinque folioſâ anguſtâ laciniâ alatis, binatim proveniunt, novellis caulium partibus paſſim comitata, oblonga, rotundis oris, anteriùs ſtrictiora, raris angulis hinc indè inæqualiter inciſa, mollia, ad modum caulium densè utrinque piloſa, ubi vetuſtiora ſubaſpera, viroris fuſci ac ſurdi, malè olentia. Coſta media utrinque eminet, plures craſſas laterales emittens. *Flores* in ſuperiore parte caulium proveniunt, ubi inflexi & cuſpide ſunt intorti, ex una parte, à qua cuſpis reflexus ſe avertit, in duabus ſeriebus diſpoſiti, parvi, candidi, 5 brevium cuſpidum, ad ſingulos cuſpides venulâ ſtriati, collulo brevi craſſo & piloſo è calice exſilientes; aperti novellæ florum gemmæ albicantes, in ipſo cuſpide intorto & valde piloſo conſpicuæ ſunt, odoris nullius. Calix ex 5 conſtat viridi-fuſcis, cuſpidatis, ac valdè piloſis foliis. Floribus ſuccedunt *capſulæ ſeminales* bifidæ, viridi-fuſcæ, nitentes, vitreæ, fiſſurâ juxta petioli longitudinem inſtructæ. In ſingulis duo continentur *ſemina* interſepimentis diſtincta, parva, cuſpidata, ſuperiori parte nonnihil ſcabra, ruffa.

Virus Integra planta in oleo *Nucis Indicæ* decocta morbum *Pitao* dictum exſiccando curat. Idem in virulento majoris vulpis (*Jakhalſen* Belgæ vocant) morſu exhibetur.

Ad Heliotropium florum figurâ & ſitu accedit: foliorum ſitu, ut & fructu ab eodem differt, ut ad diverſum Genus referendum ſit.

20. Heliotropium majus Autumnale, Jaſmini odore *Tournef. Inſtitut. rei herb.* Hiſt. Plant. circa *Pariſios* naſcentium.

Autumno invenitur in Parco Caſtelli *Madritiani* rectà intrando.

P. 504. Ad Cap. de Lithoſpermo nota.

Quintam ſpeciem ſeu Lithoſpermum arvenſe radice rubra *Tournefortius* ad Bugloſſum refert, titulo *Bugloſſi arvenſis annui Lithoſpermi folio.* Quin & ante eum *Moriſonus* C. *Bauhinum* reprehendit, quòd hanc plantam ad *Lithoſpermum* retulerit; cum quo, inquit, nec flore nec ſemine convenit, & ad Anchuſam referendam cenſet. Verùm *Tournefortius* Anchuſæ Genus rejicit, & plantas hoc nomine cenſeri ſolitas ad Bugloſſum refert. Ego cum Veteribus & Recentioribus ſentio, Radicis colorem notam inſignem eſſe, quæque ſufficiat ad *Anchuſam* à *Bugloſſo* diſtinguendam, nec temere rejiciendum *Anchuſæ* Genus.

Lithoſpermum ſurrectum minimum *Munting. Herbar. Belgic.*

Lithoſpermum latifolium Virginianum flore albido longiore *Moriſ. hiſt.* P. 3. 447.

Cauliculis hujus plantæ dodrantalibus adnaſcuntur *folia* ſeſcunciam longa, ovalia fere & obtuſa, præcedentium foliis latiora, hirſutie aſperiuſcula obſita, inordinatim poſita, tribus nervis ut plurimum percurrentibus. Summi cauliculi in alas diviſi Scorpiuri ad inſtar incurvantur, è quorum ſuperiori parte *flores* tubuloſi, longiores, exalbidi, ſurſum ſpectantes,

in

in 5 segmenta longa, recta, non ut in aliis patula, & acuta divisi, cum stylo longo, è medio exeunte proveniunt. D. *Bobart.*

Lithospermum *Virginiense*, flore luteo duplici ampliore *Morif. hist.* P. 3.

Folia ad eundem modum, quo & superiùs explicatarum adnascuntur, oblonga, angusta, obtusa tamen, quæ unà cum caulibus modicè sunt hirsuta. Cauliculorum fastigia divisa foliis minoribus ornata sunt. *Flores* ex alis provenientes perpulchri, fundo tubuloso, amplitudinem Paralysis pratensis attingentes, formâque haud dissimiles, duplici verò aut triplici petalorum serie multiplicati, aureo fulgenti colore tincti emicant. D. *Bobart.*

P. 507. Ad Cap. De Cerinthe.

1. Cerinthe Alpina perennis flore striato *Tournef. Elem. Bot.* Isatis sive Glastum montanum Dalechampii *J. B. Lugd.* 1204.

In nivosis verticibus montium gignitur, *radice* crassa, nigra, fibris multis capillata: *foliis* circa radicem multis, longo crassoque pediculo subnixis, venosis, Glasto similibus, sed in summo magis obtusis, *caulibus* multis, pede altioribus in quibus folia supradictis angustiora, acutiora. *Flos* copiosus in caulium vertice luteus nitet, oblongi vasculi figurâ, supernè in cuspides divisus, prominente in ejus medio sinu tenui pilo.

2. Cerinthe minor perennis *Virginiana*, flore luteo. *Morif. hist.* P. 3. E *radice* dura, longiore, vivace *caules* plurimos fundit, pedales, ut plurimum humum petentes, aliis hujus familiæ duriores, & *foliis* frequentibus pallidis, ad glaucum colorem tendentibus, Cerinthes ritu, inordinatim vestitos. Summi caules in alas divisi, complurimis foliolis angustioribus, crebriùs digestis comam nutantem conficiunt, inter quæ è calyculis ex quinis angustis folioſis partibus compositis *flores* dependent integri, oblongi, cavi, lutei, quales & in cæteris congeneribus. *Semina* oblonga, nigricantia, haud magna, ad eundem modum quo reliqua hujus generis nascuntur. D. *Bobart.*

3. Cerinthe Alpina *Nebrodensis* flore luteo sciſſo, foliis viridibus maculatis, perpes *Hort. Cath. Supplem. alt.* 17. *Bocc. Epist.* est Cerinthe 5. *Clus. hist. App. alt.* cujus opinioni firmiter non adhæreo (inquit D. *Cupani*:) Folia enim hujus *Clusianæ*, licet viridia, non tamen maculata sunt, nostratis verò sic, perpésque est secus ac illa. *Flores* in 5 lacinias acutas profundè dissecta sunt, quo ab omnibus nobis cognitis satis distinguitur.

HISTORIÆ STIRPIUM LIBER UNDECIMUS.

PLANTÆ VERTICILLATÆ.

P. 512. Ad Cap. De Salvia.

1. SAlvia maxima, foliis & floribus ampliſſimis *Herman. Cat. Hort. Lugd. Bat.* major peregrina, ampliſſimis floribus *Breyn. Prod.* 1.

2. Salvia auriculata, mucronatis foliis craſſis, lanuginosa, appendicibus aucta *Pluk. Phytogr.* T. 57. F. 3.

3. Salvia pinnata major *Danica Lob. Stirp. Illustr.* Foliis duntaxat pinnatis à vulgari Salvia horttensi differt. In hortis *Hafniæ* passim oritur: Folio longiore majore, & breviore minore occurrit. D. *Bobart.*

4. Salvia trifolia minor *Indica Pluk.* Tab. 57. F. 4.

5. Salvia peranguſtis sinuatis foliis, longis pediculis insidentibus, lanuginosa *Pluk. Phytogr.* T. 57. F 1. An Salvia anguſtifolia serrata *C. B?* tenuifolia *J. B? Cretica* anguſtifolia, non aurita *Park?*

6. Salvia

6. Salvia minor *Cretica*, folio tenui ſubluteo *Pluk. Almag. Bot.*

7. Salvia minor exotica, Phylli foliis argenteis D. *Sherard Ejuſd. ibid.*

8. Salvia *Hiſpanica*, Lavendulæ folio *Tournef. Elem. Bot.*

9. Salvia Ciſti folio, à Promontorio *B. Spei Pluk. Phyt.* T. 57. F. 5. fortè Salvia *Syriaca*, Ciſti fœminæ foliis, acetabulis Moluccæ *Breyn. Cent.* Hujus meminit *Rauwolfius* in *Hodæporico* p. 198. Edit. *Angl. Londinenſis.*

10. Salvia fruticoſa, Ciſti folio haud incano, floribus purpureis *Pluk. Phytogr.* T. 57. F. 6. Verbaſcum verum, flore rubro, arboreſcens *Cat. Hort. Groning.* Verb. ſylveſtre Salvifolium exoticum, folio rotundiore *Lobelii J. B.* ſubrotundo Salviæ folio *C. B.* Salvifolium exoticum, Ciſtoides *Park.* Huic flores Ciſti æmulos appingit *Parkinſonus*, & in deſcriptione pentapetalos, petalis ſubrotundis, colore flavo, ſtaminibus rubentibus præditos eſſe tradit; ſed hæc omnia falsò & erroneè, cùm flores galeatos obtineat. *Pluk.* Hujus *caules* lignoſi, aliarum hujus familiæ in modum, tomento candido obducuntur. E ſingulis geniculis bina è regione proveniunt *folia*, aliis ampliora rugoſa, in ambitu crenata, denſiore & molliore lanugine tecta, rotundis auriculis ad baſin extantibus donata, cordiformia. *Flores* pullulantes verticillatim more debito, in exemplari noſtro antequam ad maturitatem perducerentur collecto, colorem nondum explicuerunt: D. *Bobart*, qui Pſeudo-ſalviam *Chalepenſem* ampliore folio cordiformi eam appellat.

11. Salvia ſylveſtris, ampliſſimis Verbaſci foliis, graveolens, flore albo parvo, *Canarienſis, Arvida Salva* Inſulanis vulgo *Pluk. Almag. Bot.* Facie externa cum Stachye convenit. Flos ejus galeâ caret: *unde in noſtra Methodo ad hunc locum proprie non pertinet. Vide* Stachys.

12. Salviola arbor *Orientalis*, foliis tenuiſſimè crenatis *Pluk. Phyt.* T. 221. F. 4.

13. Salvia major, folio glauco ſerrato *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caules huic quadrati, colore glauco ſeu albicante, ad duûm triúmve pedum altitudinem aſſurgunt, *foliis* ex adverſo binis veſtiti, uncialibus pediculis inſidentibus, duas uncias longis, unam latis, ad baſin ubi latiſſima, ad margines profundè inciſis, ſupernè ſordidè viridibus, ſubtus albis, coſtâ mediâ nervos laterales tranſverſos emittente.

Prope *Funchall* oppidum in inſula *Madera*, ubi eam flore & ſemine orbam collegit, ut Genus certò determinare nequiret, fortè (inquit) ad Marrubium nigrum aliúdve Genus pertinet.

14. Salvia foliis rotundis, flore cœruleo D. *Oldenland.*

Folia digiti minimi unguem magnitudine vix ſuperant, ſupernè obſcuriùs viridi, ſubtus caneſcentia, Salviæ modo rugoſa. *Flores* in verticillis lanuginoſis circa caules & ramulos, plures ſimul quàm in Salvia, hiantes, *ſtylos* exſerunt prælongos, in ſummo bifidos: Odor aromaticus ad Ciſtum accedens ſeu Verbaſcum 4tum *Matth.*

Locus, Promont. Bæ Spei: tranſmiſit D. *Oldenland* ad D. *Petiver*, qui nobis communicavit.

15. Salvia major *Hiſpanica*, folio & flore ampliſſimo *Pluk Mantiſſ.* Exſiccatam in collectaneis D. *Preſton*; virentem in Horto Medico *Chelſeiano* vidit.

16. Salvia *Barbadenſibus* dicta, ſpicâ florum compactiori *Fluken. Phyt.* T. 221. F. 3. Huic (inquit) fortè affinis eſt *Yztacpatli* 7. *Novæ Hiſpaniæ Terentii* apud *Recchum* p. 450. ut & *Amozotl Ejuſd.* 349. & 458.

17. Salvia *Africana* fruticoſa, foliis ſuperioribus acutis, inferioribus ſubrotundis auriculatis, flore cœruleo, D. *Sherard.* Planta eſt parva, foliis crenatis, floribus pro plantæ modo ampliſſimis.

18. Salvia *Africana* fruticans, folio ſubrotundo, glauco, flore magno aureo *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Fuſcam habet hic Frutex *radicem*; *caulem* 4drupedalem ligneum & fuſcum, (cui foliorum ramulorúmque abſciſſorum ſtigmata inhærent diu) in varios diviſum ramulos glaucos primò & 4drangulares, qui tractu temporis lignei, fuſci & rotundi evadunt. His *folia* adſtant, ex adverſo bina, ſubrotunda, glauca & craſſa. Flores in ramulorum ſummitate apparent galeati & labiati, aurei, quorum galea fornicata, labium extuberans, nec inſtar cochlearis excavatum: in *perianthio* nutriuntur hi flores congenerum maximo, in quo poſt florum exantheſin *ſemina* perficiuntur quatuor. Auguſto & Septembri flores (è quibus guttæ manant, inſtar ſacchari dulces) ſingulis annis producit & ſequenti menſe ſemina perficit.

Foliorum

Foliorum ſapor & odor aromaticus, ad Roſmarinum accedens Inter amniculos æſtate ſiccos magna copia hujus fruticis ad 4 pedum altitudinem creſcit in Prom. Bæ Sp.

1. Huic valde ſimilem, ſi non eandem, floris tantùm colore ex albo & purpureo variegato differentem nobis oſtendit D. *Sherard.*

D. *Tournefort* Verbaſco 4to *Matth.* ſeu Salviæ fruticoſæ luteæ latifoliæ *Park.* eíque congeneribus *Phlomidis* nomen imponit, & tam à Salvia quàm à Verbaſco Genere diverſas facit, novúmque hoc Genus 4 ſpeciebus auget.

1. Phlomis *Hiſpanica* fruticoſa candidiſſima flore ferrugineo *Tourneſ. Elem. Bot.*

2. Phlomis fruticoſa *Luſitanica*, flore purpuraſcente, i. e. Verbaſcum Salviæ folio, flore rubro *Virid. Luſit. Ejuſdem ibidem.*

3. Phlomis *Hiſpanica* candidiſſima herbacea *Ejuſd. ibid.*

4. Phlomis fruticoſa, Salviæ folio anguſtiore & longiore, i. e, Verbaſcum 4tum *Matthioli Lob. ico.* adeóque Verbaſci 4ti Matth. duas ſpecies facit. *Inſtitut. R. Herbar.*

His addit pro 5ta ſpecie,

5. Phlomidem fruticoſam flore purpureo, foliis rotundioribus, i. e. Verbaſcum ſylveſtre Salvifolium exoticum, folio rotundiore *Lob.* cujus Synonyma jam dedimus.

Adde ex *Hiſt. Oxonienſis* Parte 3tia p. 397.

6. Pſeudo-Salviam *Perſicam* floribus ſingularibus luteis: Verbaſcum ſylveſtre perpulchrum *Rauwolf. Hodæpor.*

Vulgatiori ſeu Verbaſco 4to *Matth.* quodammodo ſimilis obſervatur hæc planta elegans in *Perſia* collecta Folia ejus amplitudinem uncialem attingunt oblonga: *Flores* tamen galeati, lutei non in ſummis caulibus verticillatim, ſed è ſingulis geniculis ſuperioribus ſingulatim naſcuntur, quibus præcipuè dignoſcitur. D. *Bobart.*

Cæterùm Generis hujus notæ ſunt, *Flos* tubuloſus, ſupernè in duo labia fiſſus, quorum ſuperius galeæ formam obtinet & in inferius procumbit. Calix è 5 planis compoſitus.

7. Pſeudo-Salvia minor lutea *Cretica Park. vide* Verbaſcum.

8. Salvia *Africana* fruteſcens, Scorodoniæ foliis, flore violaceo *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radicem figit ſatis craſſam, lignoſam, fuſcam, & fibris multis præditam; E qua nunc geminum, nunc unicum exſurgit virgultum, primò quadrangulare, viride & hirſutum, dein rotundum, fuſcum & lignoſum, 3, 4ve pedes altum, & in varios divaricatum ramulos; quibus adſtant *folia* ex adverſo bina, parvo aut nullo ſuffulta pediculo, unciam longa, mediam lata, rigida & crenata; inferiora intellige, nam ſuperiora in caule minora ſunt minúſque crenata. Foliorum ſapor nonnihil eſt aromaticus. Ramulorum ſummitatem *Flores* exornant galeati, & labiati violacei; galea fornicata eſt, labium extuberat, nec cochlearis inſtar excavatur: è quorum medio præter *ſtylum ſtamina* exſurgunt bina albicantia, *apicibus* luteis prædita, quorum ſingula os hyoides ſeu *Græcum* Δ repræſentant. Florem evanidum in utriculo aperto ſequuntur ſemina quatuor.

P. 513. Ad Cap. De Lavendula ſeu Lavandula.

1. Lavendula latifolia *Hiſpanica* tomentoſa *Tourneſ. Elem. Bot.*

2. Lavendula folio longiore, tenuiùs & elegantiùs diſſecto *Tourneſ. Inſtit. Canarica* foliis tenuiùs diviſis *Hiſt. Oxon.* P. 3.

Quoad creſcendi modum cum Lavendula multifida convenit; *folia* verò ampliora, Abrotani maris formâ tenuiùs ſunt inciſa: Spicæ etiam in longis virgulis nudis naſcentes tenuiores, rarò cernuntur ſimplices, ſed ex una aliæ minores, laterales, 3, 4, & ſubinde plures cœruleis floribus onuſtæ conſpiciuntur. D. *Bobart.* Ex ſeminibus ex Inſulis *Canariis* à D. *Georgio London* acceptis enata eſt.

Lavendula maritima *Canarienſis* ſpica multiplici cœrulea *Pluk. Almag. Bot.* T. 303. F. 5.

3. Lavendulæ foliis Frutex *Gangeticus Pluk. Almag. Bot.*

P. 514. Ad Cap. De Stœchade.

1. Stœchas *Luſitanica*, ligulis amplioribus, ex roſeo & purpureo variegatis *Tourneſ. Elem. Bot.*

2. Stœchas *Luſitanica*, foliis viridibus lanuginoſis *Ejuſd. ibid.* An Stœchas viridis *J. B.*?

3. Stœchas *Curaſſavica*, latifolia incana *P. B. P.*

4. Stœchas *Turcica*, purpurea, ligulis brevioribus, odoratiſſima *Pluken. Almag. Bot. Turcica* tenerior odoratiſſima *Moriſ. hiſt.* P. 3. Folia molliora & teneriora quàm Stœchadi Arabicæ, aliàs ſimilia fragrantiſſima.

5. Stœchas *Cretica* Roſmarini facie *Park.* p. 67. ſeu Roſmarinum Stœchadis facie *Alpin. exot.* Ad hoc Genus non pertinet, ſed ad Herbas flore galeato vaſculiferas releganda eſt.

6. Chamæſtœchas *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 35. & p. 63. T. 27. & 52.

Planta eſt fruticoſa, pedali circiter altitudine. Ex *Hiſpania* & montibus Pyrenæis à D. *Barelier* in Italiam tranſlata eſt. Ligulis in ſumma ſpica caret; ideoque ad hoc Genus propriè non pertinet.

P. 516. Ad Cap. De Rore marino.

1. Roſmarinus *Almerienſis*, flore majore ſpicato purpuraſcente *Tourneſ. Elem. Bot.*

P. 517. Ad Cap. De Hyſſopo.

1. Hyſſopus humilior, Myrti folio *H. R. P. Schol. Bot.*
A vulgari foliis præcipuè differt hæc ſpecies, quæ multò breviora ſunt, latiuſcula, mucronata. Humilior quoque eſt planta; adnotante D. *Bobart.*

2. Hyſſopum montanum *Macedonicum* Valerandi Dourez *J. B.* Hyſſopus capitata *Syriaca*, Satureiæ rigido hirſuto folio *Moriſ. hiſt.* P. 3.

J. B.
E *radice* dura lignoſa, plurimis fibris adnexis, *cauliculi* exeunt dodrantales, lignoſi, 4drati, aſperiuſcula, incana lanugine hirti, geniculati. *Folia* ex intervallis ex adverſo bina [J. B. verticillata] Satureiæ vulgaris foliis nonnihil ſimilia [D. *Bobart* Hyſſopi vulgaris] breviora, rigida, nigricantia, aſpera, anguſta, acuminata, lanugine candida ciliari per margines ornata, ſapore acri, aromatico, ad Satureiæ ſaporem accedente. *Flores* eodem modo ex foliorum ſinu per ramorum ſummitates, verticillatim digeſti, Satureiæ vulgaris floribus ſimiles, ruberrimi, hiantes, ſtamina è rictu promunt, calycibus oblongis, purpuraſcentibus multifidis, ſubhirſutis. *Semina* ſubrotunda, fuſca.

3. Hyſſopus Acini pulchri folio, densè fruticans, (præmaturus Citrum redolens) dilutiùs purpureo flore, vulgariter *Iſopa citrata Hort. Cath.* Ramuli è caule exeunt creberrimi; folia brevia Thymi anguſtiora & acutiora, hirſuta, uti eſt & tota planta. *Flores* è foliorum alis exeunt in tenuibus & oblongis pediculis ſinguli. Ramulum exſiccatum nobis commodavit D. *Sherard.*

4. Hyſſopus montana verticillata major *Boccon. Muſ. Plant. rar.* T. 67.

5. Hyſſopus verticillata minor *Ejuſd.*

Ad pedalem altitudinem à terra aſſurgit; in *Hiſpania* à D. *P. Barelier* obſervata.

6. Hyſſopus Mari Cortuſi foliis, hirſutie candicans, flore purpureo *Hort. Cath.* p. 100. Tota planta, caulis, folia, florum calices, lanuginoſa ſunt. Folia breviora ſunt quam Hyſſopi vulgaris, & ad Satureiam accedunt, unde in volumine Plantarum ſiccarum à *Principe Catholicæ* ad D. *Sherard* miſſo Hyſſopus ſeu Satureia, &c. inſcribitur.

P. 519. Ad Cap. De Satureia.

1. Satureia *Hiſpanica* fruteſcens, Mari folio *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Satureia ſeu Thymbra montana *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

3. Satureia *Alexandrina*, foliis variis, ad ſurculorum ſummum longioribus, ad imum verò brevioribus, Thymi foliis, ad intervalla confertis *Pluk. Mantiſſ.* An Satureia Thymi folio *C. B.*? An Marum tenuifolium, Thymi facie *Hiſpanicum Boccon. Muſ. Plant. rar.* T. 13?

4. Satureia durior *Monomotapenſis*, radice perenni *Pluk. Mantiſſ.*

5. Satureia annua orientalis tenuior, ad ſingulos nodos florifera *Hiſt. Oxon.* P. 3. Huic *radix* longa, tenuis & dura eſt. E ſumma tellure *cauliculi* tenuiores, palmares & dodrantales,

drantales, rarò ramoſi, aſſurgunt. E quibus per intervalla uncialia plus minùs bina è regione proveniunt *folia*, anguſta, *Satureiæ vulgaris hortenſis* æmula, acuminata, viridia. Ex horum ſinubus, ab imo penè ad ſummum petioli tenuiſſimi, pauci, in 3, 4ve diviſi, provenientes, capſulas Thymi tenuiores ſuſtinent, è quibus *floſculi* conniventes, minimi purpuraſcentes exeunt. His cito marceſcentibus *ſemina* minima rotunda fuſca ſuccedunt.

Ex *Aleppo* à D. *Huntington* tranſmiſſa eſt.

6. Satureia ſylveſtris tenuifolia, compactis foliis *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 119. Satureia ſeu Thymbra fruteſcens Paſſerinæ Tragi foliis anguſtioribus *Hort. Cath.* 197.

Folia producit brevia, ſulcata, incana & tomentoſa, coacervata, compacta & inæqualia, ut in *Camphorata* obſervatur, Thymi folia imitantia: Odorem reddit gratum. *Flores* parvi ſunt, coloris roſacei. Humi ſtrata extenditur hæc planta lignoſa, & perennis. In mediis rupibus inter ſaxa oritur, pedem alta ſaxis innitens. In *Recherches* meis, &c. hujus mentionem feci, p. 209. titulo *Satureiæ fruticoſæ, foliis acutis ſulcatis.* Multis *Siciliæ* in locis invenitur, & ſpeciatim prope *Panormum* à *Santa Maria di Gieſu.*

5. Thymbræ *Africana* affinis. Ericæ foliis brevibus, duabus maculis nigro-purpureis notatis D. *Sherard.*

6. Thymbra *Africanæ*, folio ſpinoſo in Actis *Hafnienſibus* depicta *Breyn. faſcic. rar.* Planta eſt ramoſiſſima, ramulis foliis crebris obſitis anguſtis rigidis & in aculeum deſinentibus. Flos ex duobus foliolis conſtare videtur, vel ex uno ab imo ſtatim in duas partes diviſo, utraque etiam parte in alias duas, quarum ſuperiores cordiformes ſunt, inferiores anguſtæ oblongæ. D. *Sherard.*

7. Thymbræ *Africanæ* ſpinoſæ *Act. Hafn.* ſimilis foliis hirſutis D. *Sherard.*

P. 520. Ad Cap. De Thymo.

1. Thymus capitatus è *Cithæra*, foliis minoribus confertis *Wheeleri Itinerar. Pluk. Phytogr.* T. 116. F. 4.

Cauliculi huic lignoſi, erecti, frequentiùs geniculati. *Foliola* plurima tenuiſſima, unciæ quadrantem vix excedentia, Laricis ferè in modum confertim naſcentia, è ſingulis nodis emittit. *Flores* in ſummitatibus glomeratam ſpicam ſubrotundam efficiunt. D. *Bobart.*

2. Thymum majus longifolium, Stœchadis foliaceo capite purpuraſcente piloſum *Ejuſd. ibid.* F. 5. fortè Thymum capillaceo folio hirſutum, magno capite purpuraſcente *Tournefort.* i. e.

3. Thymus *Luſitanicus*, folio capillaceo villoſo, capitulo magno, purpuraſcente, oblongo *Tournefort. Elem. Bot.*

A *radice* craſſa, lignoſa, plurimiſque capillamentis tenacibus firmata, *cauliculi* multi [20 aut plures] quaſi ceſpitem conſtituentes, geniculati, rigidi, palmares tantùm, indiviſi oriuntur. Hiſce ex ſemuncialibus intervallis ad nodos naſcuntur *foliola* longa, anguſta, oppoſita, Satureiæ hortenſis ſimilia, rigida, pilis longiuſculis albis, per margines præſertim obſita, è quorum alis alia exigua proveniunt. Folia ad ſummum vergentia ſeſe dilatant, & ex iſtis latis & mucronatis, in ambitu piloſis & purpuraſcentibus foliolis quaſi ſquamatim caput Lagopodoides, craſſiuſculum, unciale & ſeſcunciale componitur. Inter ſquamas haſce foliaceas *Flores* parvi, galeati rubicundi emicant. Odor totius gratus ad Stœchadis odorem accedit. D. *Bobart.*

4. Thymum capillaceo folio hirſuto, capite magno vireſcente *Tournefort.*

Hujus *radicula* tenuis, dura & lignoſa eſt; è cujus ſummitate *cauliculi* geniculis intercepti, biuncialem & triuncialem longitudinem non ſuperantes, graciles, rotundi, exſurgunt, quibus *folia* anguſtiſſima & capillacea, longa, pilis in ambitu rariùs diſpoſitis exornata, binatim prodeunt. In cauliculorum ſummitatibus *capitula* rotunda ex foliis latis trifariam diviſis & mucronatis, piloſis, exteriùs vireſcentibus, interiùs purpuraſcentibus compoſita viſuntur. *Flores* ex his pro plantulæ modulo ſatis ampli hiantes, tubuloſi, purpurei, cum apicibus in medio eminentibus protruduntur. D. *Bobart.* Hanc & præcedentem invenit D. *Tournefort*, communicavit D. *Sherard.*

5. Thymus *Luſitan.* fol. cap. vil. capite magno purpuraſcente rotundo *Ejuſd. ibid.*
6. Thymus *Luſitan.* cephalotos, capitulo majori *Ejuſd. ibid.*
7. Idem capite minori *Ejuſd. ibid.*
8. Thymus *Luſitanicus* cephalotos, ſquamis capitulorum amplioribus *Ejuſd. ibid.* Tragoriganum Dictamni capite *Hiſpan.* Barel. icon. *Boccon. Muſ. pl. rar.*
9. Thymus *Luſitanicus* cephalotos, maritimus, glaber & lucidus *Ejuſdem ibid.* An Thymus marinus *Luſitanicus Munting. Herbar. Belgic?*
10. Thymum marinum graveolens *Virid. Luſit. Griſleii? Serpaon.*
11. Thymus foliis candicantibus & graveolentibus *H. R. P.* Folia hujus præſertim primò pullulantia, vernali tempore candicant, poſtea verò vireſcunt, vel partim candicant,

partim vireſcunt, unde ob pulchritudinem ſuam in hortis frequentiſſimè colitur nunc dierum.

Thymi moſchati duplex genus in hortis noſtris occurrit, *majus* & *minus* folio latiore anguſtiore.

12. Thymus minor ſerpens, Serpylli anguſtifolii folio, hirſutus, an Serpyllum ſylveſtre *Matth. Hort. Cath?*

P. 520. Ad Cap. de Maro.

1. Marum *Hiſpanicum* nigrum *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 117. F. 166.

Folia profert Ocimo minimo anguſtiora & breviora nigricantia, craſſa, odorata, *Pipitellæ* (quæ ſpecies Thymi eſt) ſapore. Pedali altitudine terram ſuperat. *Radix* perennis eſt. In *Hiſpania* provenit, Locis aridis & ſaxoſis. P. *Barelier* invenit, & collegit.

2. Marum erectum, odore ignavius, Promont. ſacri *Tournefortii Moriſ. hiſt.* P. 3. Cum Maro vulgari valde convenit, niſi quòd *folia* & capitula minora evadant, quorum odor (gratus licet) illius fragrantiam nullo modo attingit. Fortè Tragoriganum 1. *Cluſ.* D. *Bobart*, qui à D. *Sherard* habuit.

3. Marum Thymifolium incanum, ſpicatum, crenato folio, Pulegii odore, *Hiſpanicum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 50.

In pedalem altitudinem aſſurgit. In Horto Regio *Pariſienſi* Anno 1674. cultam vidit.

4. Marum tenuifolium, Thymi facie, *Hiſpanicum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 13.

In pedalem altitudinem excreſcit. A P. *Barelier* Dominicano *Gallo* habuit.

P. 522. Ad Cap. De Serpyllo.

1. Serpyllum foliis Citri odore, fruteſcens, facie Mari Maſticheni *Schol. Bot.*

Ramuli procumbentes, & radices aliorum more ex articulis agentes in rectum deſinunt, & ad dodrantalem altitudinem attolluntur, geniculis *Mari Maſticheni* in modum, rariùs donati, quibus *Folia* pro Thymo Serpyllóve latiuſcula, è regione adnaſcuntur, odorem acrem Citri ſpirantia. Florum exiguorum calices, petiolis Thymi paribus verticillatim appenſi (quibus à Maro diſtinguitur) è geniculis per intervalla naſcentes dimidium caulem exornant. Quilibet calix in quina ſegmenta acutiora & longiora, in marginibus villoſa dividitur. D. *Sherard* à Pariſis acceptum communicavit. D. *Bobart.*

2. Serpyllum Thymi latiore folio *Ejuſdem.*

3. Serpyllum hirſutum, minus, repens, inodorum *Pluk. Almag. Bot.* Ex *Hibernia* attulit D. *Bonivert.*

4. Serpylli hirſutis foliis inodorus Suffrutex *Æthiopicus*, floſculis albis umbellatis *Pluk. Mantiſſ.*

5. Serpyllum ſaxatile Thymifolium nanum, flore rubello *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 89.

Supra terram ad dimidiam ſpithamam elevatur, formâ lignoſâ & fruticeſcente. *Folia* producit *Thymi*, retuſa, anguſta, aliquantulùm piloſa. *Flos* & capſula *Serpylli* ſunt. Planta eſt perennis, in mediis ſaxis proveniens in vico *di Grateri*, aliiſque *Siciliæ* in locis.

Hæc planta ad Thymum potiùs referenda videtur; nec enim aliter differt Serpyllum à Thymo quam quod planta humilior ſit minúſque lignoſa.

6. Serpyllum villoſum fruticoſius, floribus dilutè rubentibus D. *Lhwyd.* In paſcuis ad ſummitatem montis *y Wydhva* prope Eccleſiam S. *Peryſii* in *Arvonia* invenitur. Folia quamplurima, petiolis breviſſimis adnata, antedictorum rotundiora, lanugine argentea omnino ſunt obſita. Flores dilutè rubentes Serpylli vulgaris in modum in capitella rotunda digeſti ſunt. D. *Bobart*, qui quærit, Annon idem ſit cum Serpyllo latifolio *C. B.*

7. Thymus repens Piſanus *J. B.* ſupinum candicans odoratum *Bot. Monſp. Magn.*

P. 523. Ad Cap. De Tragorigano.

1. Tragoriganum glabrum *Apulum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 83.

Folia huic aliquanto craſſiora ſunt quàm Thymbræ *Dod.* Fructificatio & odor conveniunt cum Tragorigano Cretico *Alpini*, à qua in eo tantùm differt quòd folia habeat glabra & longa. In collibus urbi *Hydrunto* vicinis, & in *Apulia* naſcitur.

2. Tragori-

2. Tragoriganum brevi circinato folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 163. T. 124.

Folia emittit brevia, hirſuta & circinata. Lignoſa eſt, perennis, palmum circiter altâ. Structura florum & foliorum odor conveniunt bene cum *Tragorigano Cretico.* Locis aridis & ſaxoſis duobus m. p. ab *Hydrunto* in Regno *Neapolitano* provenit.

3. Tragoriganum Dictamni capite, *Hiſpanicum Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 43. *vide* Thymus.

P. 526. Ad Cap. De Polio.

1. Polium *Hiſpanicum* latifolium, flore albo. An Pol. *Hiſpanic.* maximum album *Tournefort. Elem. Botan?*

Planta eſt fruticoſa, in ſummis caulibus & ramulis plurima geſtans capitula, velut coacervata, è floribus multis conglobata. In ſpecimine à D. *Preſton* ad me miſſo à ſummo caule ramuli multi velut umbellæ cujuſdam radii exibant, ſinguli capitulum ſeu globulum florum ſuſtinentes, quin è radiis nonnullis ramuli caulem medium altitudine ſuperabant, ut in *Herba impia* ob id dicta.

2. Polium *Hiſpanicum* anguſtifolium flore vario. An Pol. *Hiſp.* longiore capitulo, flore vario, *Tourneſ. El. Bot?*

Hæc etiam Planta fruticoſa eſſe videtur, plurimáque pariter in ſummis caulibus & ramulis capitula producit, è multis floribus coacervata. Folia magis conferta eſſe videntur quàm in præcedente. Florum calices anguſtiores, magis tomentoſi. In hoc etiam filii parentem ſuperant, ſed minùs quam in illo.

3. Polium *Hiſpanicum* anguſtifolium, flore purpureo.

Minùs fruticoſa eſt quàm præcedentes plantæ; foliis multò anguſtioribus, florum capitulis non adeò coacervatis & velut umbellatim congeſtis in ſummis caulibus, ſed rarius ſitis, & in longioribus pediculis ſecundùm longitudinem caulis.

4. Polium maritimum daſyphyllon, gnaphaloides, flore albo *Icon. Pariſ.*

Hujus *folia* modicè lata, mucronata, in ambitu crenata, cauliculis rectis per intervalla frequentia ſunt diſpoſita primóque aſpectu tomento ſuo denſo Gnaphalii vulgaris folia referentia. *Flores* albi aliorum floribus minores in ſummis capitulis rotundis compacti propriis ſuis calycibus inſident.

5. Polium latifolium ſerratum ſupinum majus *Icon. Pariſ.*

Cauliculi primò procumbentes radiculas agunt; tunc palmares eriguntur graciles, quibus folia è regione naſcentia, latiuſcula, lanuginoſa, ut plurimùm reflexa, modicéque crenata, per intervalla longiora ad genicula apponuntur. *Flores* in rotundis capitulis conglomerati albi ſunt.

6. Polium mont. alb. anguſtifolium ſerrat. ſupin. minus *Icon. Pariſ.*

Hoc cauliculos plures, palmares, graciles tomentoſos profert; ad quorum genicula ſpatio disjuncta *folia* binatim naſcentia anguſtiora & omnino minora proveniunt. Ex horum verò ſinubus alia etiam ſimilia, minora tamen, protruduntur, quæ poſt prima frequenter decidentia manent. Flores in glomerulis rotundis, ut plurimùm in ſummis ramuſculis trifidis parvi ſunt, albi.

7. Polium mont. *Hiſpan.* non crenatum, flore albo *Icon. Pariſ.*

Ramulis aſſurgit rigidiuſculis gracilibus, quos folia oblonga, ex anguſto principio in medietate ſe dilatantia, non crenata, oppoſita ad genicula conveſtiunt. *Flores* in ſummis virgulis corymbatim diviſis in variis glomerulis plurimi, exigui.

8. Polium *Valentinum* fruticoſum anguſtifolium, flore albo *Icon. Pariſ.*

Viticulis tenuibus lignoſis fruticat, & ad ſingula genicula *folia* parva, tenuia, vix ¼tam unciæ longitudine ſuperantia emittit. *Flores* parvi, tubuloſi, albi, non ſolùm in ſummitatibus, uti in pluribus aliis hujus familiæ naſcuntur, ſed ſecundum caulem è variis geniculis petioli proveniunt, qui glomerulis rotundis *floſculos* multos continentibus, terminantur.

9. Polium mont. erectum, Roriſmarini folio, flore rubro *Icon. Par.*

Stipitibus duris, lignoſis, craſſioribus crebriùs geniculatis adoleſcit; quorum parte infima foliis denudata, genicula turgidiora clariùs eminent. Superiùs folia è regione naſcentia, unciam plus minus longa, anguſta & obtuſa, ſupernè viridia, infernè candore donata,

Roriſmarini

Roriſmarini folia ſatis æmulantia, nodis adhærent. Summi cauliculi erecti, rarò ramoſi capitula floribus rotundis coagmentata ſuſtinent. Huic ſimile ſi non idem, in monte *Parnaſſo* obſervatum eſt à D. *Georg. Wheeler.*

10. Polium mont. pumilum, viridi Stœchadis folio, caule tomentoſo *Icon. Pariſ.*

Lignoſis ramuſculis humilioribus aſſurgit, ad cujus genicula *folia* longa tenuiora, integra, Stœchadis citrinæ pæne ſimilia proveniunt. Flores ſimiliter in ſummis caulibus rubri glomerantur.

11. Polium mont. pumilum, rubrum anguſto viridíque folio, caule incano *Icon. Pariſ.*

Hoc palmarem altitudinem rarò ſuperans, ramulis tenuibus incanis ſe ſpargit, quibus etiam oppoſito ordine foliola quædam minora, anguſta, integra, viridiora adnaſcuntur. *Flores* pro plantæ modulo ſatis ampli, galeati, rubri, ſummis ramuſculis in capitula rotunda congregati ſunt. *Harum octo ſpecicrum proximè præcedentium deſcriptiones* ex Hiſtor. Oxon. P. 3tia *mutuatus ſum.*

12. Polium *Pyrenaicum* ſupinum Hederæ terreſtris folio, An Chamædrys montis Sumani *J. B ? Tourneſ. Elem. Bot.* Folia figurâ ad Alyſſi Galeni folia accedunt, Flores in ſummis caulibus & ramulis coacervati.

13. Pol. *Luſitanicum* ſupinum, minus incanum, caulibus purpuraſcentibus, flore albo *Ejuſd.*

14. Pol. *Hiſp.* latifolium, capitulo breviori, purpuraſcente flore *Ejuſd.*

15. Pol. *Hiſp.* maximum album *Ejuſd.*

16. Pol. *Hiſp.* max. luteum *Ejuſd.*

17. Pol. *Hiſp.* maritimum, Roſmarini folio, flore albo *Ejuſd.*

18. Pol. *Hiſp.* marit. fruteſcens, Roriſmarini folio, flo. rubro *Ejuſd.*

19. Pol. *Hiſp.* montanum, pumilum, Roriſmarini fol. flo. rubro *Ejuſd.*

20. Pol. *Hiſp.* majus ſupinum, flore flaveſcente *Ejuſd.*

21. Pol. *Hiſp.* longiore capitulo, flo. vario *Ejuſd.*

22. Pol. *Hiſp.* Linariæ foliis caneſcentibus, flo. albo *Ejuſd.*

23. Pol. *Hiſp.* Linariæ fol. brevioribus, flo. albo *Ejuſ.*

24. Pol. *Hiſp.* luteum, Majoranæ folio *Ejuſd.*

25. Pol. *Hiſp.* Serpylli folio, purpuraſcente flore *Ejuſd.*

26. Pol. *Hiſp.* Thymi fol. purpuraſcente flore *Ejuſd.*

27. Pol. *Hiſp.* Chamædryos fol. purpuraſcente flore *Ejuſd.*

28. Pol. erectum tenuifolium, flo. albo, capitulo breviore *Ejuſd.*

29. Polium ſaxatile Chamædryoides, amplâ comâ, *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 61.

In montibus *Nurſiæ*, locis ſaxoſis ad 4 unciarum altitudinem creſcit.

30. Polium ſaxat. Chamæd. rotundo folio, flore rubello *Ejuſd. ibid.*

In montibus *Nurſiæ* oritur, & ſpithamæ altitudine terram ſuperat.

31. Polium tomentoſum Chamædryoides, *Monomotapenſe*, floribus purpureis *Pluk. Mantiſſ.*

P. 526. Ad Cap. 12. De Teucrio.

1. Teucrium regium latifolium, flore albo *B. R. P. Schol. Bot.*

2. Teucrium *Creticum* odoratum, flore purpureo *Eorundem.* An Teucr. Regium purpureum *Moriſ. prælud ?*

3. Teucrium

4. Teucrium latiori folio, villoſiſſimum, calice ampliori, è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 228. F. 5.

5. Teucrium *Æthiopicum* Salvifolium criſpum, ad oras foliorum inæqualibus laciniis *Pluk. Almag. Bot.* T. 318. F. 5.

6. Teucrium *Virginianum* Meliſſophyllon, floribus cœruleis *Ejuſd. ibid.* T. 318. F. 1.

7. Teucrium argenteum, foliis non ſinuoſis, flore cœruleo *Pluk. Almag. Bot.* Fortè Teucrium *Bæticum Camerarii*, quod à *Cluſii Bætico* diverſum eſt. *Idem.*

8. Teucrium *Hiſpanicum* ſaxatile glabrum *Schol. Bot. Africanum* fruticans, flore viridi ſplendido D. *Magnol. Muſ. Corten.* Chamædrys Alpina lucida *H. R. P.* Teucrium lucidum, parvo folio, flore venuſtè purpureo *Pluk. Phyt.* T. 65. F. 1.

Viticulis plurimis humilioribus, lignoſis, molli lanugine pubeſcentibus, quadrangularibus ſe ſpargit. *Folia* ad ſingula genicula minora, dimidia parte è caule exeuntia, plana, Chamædryos in modum dentata, viridia, ſuperiùs ſplendentia abſque petiolis adnaſcuntur. *Caules* aſſurgentes ſuperiores per longiora intervalla, ad nodos, foliola ad rubedinem vergentia, non crenata, & ex eorum ſinubus calyces, petiolis propriis inſidentes emittunt; quibus *Flores* venuſti, pallidéque rubeſcente colore tincti, non galeati inſident: Semina apud nos non perficit, verùm pangendo facile propagatur. D. *Bobart.*

9. Teucrium *Hiſpanicum* latiore folio *Tournef. Elem. Bot.*

10. Teucrium ſupinum annuum *Luſitanicum*, foliis laciniatis *Ejuſd.*

11. Teucrii foliis frutex *Curaſſavicus P. B. P.*

12. Teucrioides *Æthiopicum*, floribus parvis fiſtuloſis, ſummo margine profundiùs incliſis *Pluk. Mantiſſ.*

13. Teucrium fruticoſum *Marilandicum*, foliis Pruni acutioribus ſerratis. An Teucrium *Virginianum* Meliſſophyllon, floribus cœruleis *Pluk. Almag.* T. 318. F. 1.

Foliorum forma in icone *Plukenetii* egregiè convenit huic noſtræ: verùm flores galeatos ei appingit; cùm in noſtra planta omnibuſque in genere Teucriis galeâ careant.

Caulis ſatis craſſus erat, firmus, quadratus *foliis* binis oppoſitis crebris, ſerratis acuminatis cinctus. Spicæ in ſummo caule duæ tréſve, *floribus* ſatis confertis compoſitæ, nullis foliis majoribus & qualia inferiùs in caule ſunt intermixtis. Florum color in ſicca non comparuit.

E *Marilandia* allatum nobis communicavit D. *Sloane.*

14. Teucrii facie fruteſcens *Canarienſis*, pediculis longioribus, floſculis Pentapetaloidibus albis, *Polihomons* Inſulanis dicta *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Viticulis ſuis lignoſis, ex rotundo quadratis, molli hirſutie (præſertim tenerioribus) pubeſcentibus, bicubitalibus & tricubitalibus aſſurgit. His ex adverſo apponuntur *folia*, unciam lata, paululúmque longiora, è lata baſi in obtuſum mucronem abeuntia, per ambitum rotundis crenis dentata, viridia, ad Betonicæ vulgaris formam & odorem accedentia, pediculis quoque hirſutis & uncialibus innixa. Ex horum ſupremis alis protruduntur petioli graciles, primò ſimplices, qui ſtatim binatim ſe dividunt, (ubi nonnunquam floſculum in angulo gerunt,) híque rurſus in alios atque alios dichotomum ordinem ſervantes, floſculos quamplurimos candidos, fundo integros, margine in 5 angulos diviſos, velut corymbatim diſpoſitos ſuſtinent. Florum autem anguli citò reflectuntur, ut quilibet rotundus appareat. *Semina* exigua, rotunda, Thymi minora D. *Bobart.*

15. Teucrii facie fruteſcens *Canarienſis*, pediculis brevioribus, brevioréque hirſutie pubeſcens, *Lingo-veha* Indigenis dicta *Moriſ. hiſt.* P. 3. 423.

Præcedenti ſimilis eſt, in altum quoque Teucrii facie attollitur. *Folia* quodammodo ad baſin rotundiora & obtuſiora, lanugine candidiore & breviore, potiſſimum adverſa parte, pubeſcunt, odoréque remiſſiore prædita, pediculis brevioribus, (imò ſemuncialibus) è regione inſident. D. *Bobart.*

16. Teucrii facie, *Biſnagarica*, tetracoccos, roſtrata, pilis ſcatens, foliis profundè venoſis *Pluk. Phyt.* T. 64.

Caules ei quadrati, lignoſi, tomentoſis pilis obſiti ſunt. *Folia* alternatim proveniunt, unciam longa, ſemunciam lata, obtuſa, & qua parte cauli adhærent anguſtiora, Chamædryos denticulationibus crenata, pilis candidis obducta, & venis profundioribus inſecta. *Flores*

in

in planta ſicca videre non licuit, ſed ad caulium latera & non è foliorum ſinubus 4 fructus parvi, ſimul congeſti, cum roſtro è medio eminente adhærent. D. *Bobart.*

1. 2. Mari Cortuſi *J. B.* duæ ſpecies ſunt. Prima elatior, fruticoſior & viridior eſt, floribus in verticillos diſpoſitis; altera humilior, foliis minoribus magiſque acutis, floribus in tenui ſpica rariùs diſpoſitis. Tota planta magis glauca eſt, & tenerior. In Horto *Sapienza Roman.* per multos annos ſimul in eodem pulvillo cultæ invariatæ perdurant. D. *Sherard.*

P. 528. Ad Cap. de Chamædrye.

1. Chamædrys Alpina hirſuta repens *Schol. Bot.* Minor eſt & humilior vulgari Chamædrye, caulibus procumbentibus hirſutioribus, foliis minoribus, dilutiùs virentibus; calycibus florum hirſutioribus, viridioribus, minimè virentibus.

2. Chamædrys *Pyrenaica* repens, flore glomerato albo, foliis rotundioribus *Ejuſdem.*

3. Chamædrys fruticoſa *Luſitanica*, Meliſſæ folio minore, flo. purpureo *Tournef. Elem. Bot. Inſtit. rei herb.* p. 205. Procumbere videtur, & ramis radices agentibus ſe diffundere. Folia ad Scorodoniæ accedunt, brevibus pediculis nixa. Vide Scorodonia.

4. Chamædrys fruticoſa lucida *Hiſpanica Ejuſdem.*

5. Chamædrys multiflora tenuifolia *Hiſpanica Ejuſd. Pluk. Mantiſſ.*

6. Chamædrys multifida ſpinoſa odorata *Ejuſd.*

7. Chamædrys *Hiſpanica* minima ſaxatilis incana *Ejuſd. Inſtit. rei herb.* 205. Folia in extremo profundè dentata ſunt.

8. Chamædryfolia ſcandens claviculata & corymboſa *Jamaicenſis*, *Pluk. Phytogr.* T. 81. F. 5.

9. Chamædrys tomentoſa *Maſcatenſis Pluk. Almag. Bot.* T. 275. F. 6. Ex *Arabia Fœlice* in *Angliam* ſecum intulit D. *Alex. Brown.*

Planta hæc in ramulos hirſutos divaricata, *folia* inordinatim poſita gerit, ad folia Chamædryos quodammodo accedentia, latiuſcula, crenis dentata, petiolis hirtis adhærentia. Ad horum enim exortum calyces florum 3, 4ve numero, lanugine quoque pubeſcentes, ſeſſiles per totam ferè plantam proveniunt. D. *Bobart.*

10. Chamædryfolia laciniata hirſuta planta fruticeſcens *C. Bæ. Spei Pluk. Almag. Bot.*

11. Chamædrys Alpina major & elatior, foliis profundiùs diſſectis *Moriſ. hiſt.* Ad vulgarem ſatis accedit, folia tamen glabriora, breviora, profundiùs laciniata: Caules erecti rotundis angulis quadrati læves, internodiis longioribus: Flores minores, purpuraſcentes è calycibus verticillatis.

12. Chamædrys Alpina fruteſcens, folio ſplendente *Elem. Bot. Tournef. Hort. Monſpel.*

Radices multifidæ ſunt, nigricantes, duræ, fibratæ: *Caules* ramoſi, quadranguli, glabri, cubitales, ad quorum nodos *folia* naſcuntur, ſeſcunciam longa, Chamædryos vulgaris formâ, nitida, ſplendida, & profundiùs inciſa; quæ ſuperiores partes occupant breviora ſunt, trifariam ut plurimùm diviſa. *Flores* in foliorum alis adſunt longa ſerie, & jucundo ſpectaculo diſpoſiti, à floribus Chamædryos vulgaris ſola magnitudine diverſi: *Calix* tubuloſus pariter, ſtriatus, purpuraſcens, quinquepartitus 4 *ſemina* complectitur pulla.
Delectatur herbidis & humentibus Alpium locis, apud *Sabaudos* in valle *Barſilionenſi.*

13. Chamædrys verna *Virginiana* odoratiſſima *Baniſter Cat. Stirpium Virginian.* MS. *Pluk. Mantiſſ.*

14. Chamædryfolia puſilla planta, floſculo oblongo monopetalo, capſulâ membranaceâ *E Coromandel Pluk. Mantiſſ.* Synonyma conjecturalia vide apud D. *Plukenet.* hic loci p. 44.

15. Chamædrys *Pyrenaica* repens, flore conglomerato albo, foliis rotundioribus *Schol. Bot.* Planta iſthæc viticellos procumbentes, palmares, crebriùs geniculatos, candida lanugine veſtitos, & exinde folia binatim poſita, piloſa, ſubrotunda, unguis humani latitudinem æquantia, crenata emittit. *Flores* in vaſculis ſatis amplis, petiolis brevibus appenſis, glomeratim in ſummitatibus albi; Chamædryos ritu labiati, cum ſtaminulis crenatim incurvatis, galeæ vice eminentibus proveniunt. D. *Bobart.*

16. Cha-

16. Chamædrys annua tenuifolia multiflora *Hiſpanica Tournefortii Moriſ. hiſt.* P. 3. 423. Ramuli palmares, nunc erecti, nunc inclinati, ex rotundo 4drati, in minores diviſi, è *radice* tenui exſurgunt; ad quorum genicula *folia* tenuia, Chamæpityos ſimilia, diviſurâ rectâ, ut plurimum 3fida & 5fida, enaſcuntur. Ad horum porro exortum petiolis parvis verticillatim inſidentes calyces breves, aliarum calycibus magis patuli, in 5 ſpinulas deſinentes proveniunt. Flores ferme Chamædryos ſimiles cum ſtaminulis ſuis exeuntibus. *Bobart.*

17. Chamædrys montis *Cumani J. B.* Euphraſia Chamædryos folio montis *Cumani Moriſ. hiſt.* P. 3. 430.

J. B.

Cauliculis eſt palmaribus, dodrantalibus, firmiuſculis, teretibus, albicantibus, quibuſdam breviſſimis pilis obſitis, quibus *folia* hærent adverſa, quædam rotunda, alia oblonga, medio ambitu ſerrata, ſed ima ſupremis multis numeris minora, lanugine item prædita. Supremis faſtigiis *flores* in ſpicam faſtigiantur, qui hiare videntur, quod tamen aſſerere non audemus: cujus porro coloris ex ſicca certò definire nolimus, candicant tamen. Hos *vaſcula* excipiunt 4partita, in pyramidem excauta, peranguſtis quibuſdam foliolis piloſis densè obſita. *Semen* quod intus minimum eſt, & penè araneoſum, ſed longius quàm craſſius, ruſſum. Folia ſicca amaricant cum modica adſtrictione.

Hæc planta magnam habet ſimilitudinem cum Veronica petræa ſemper virente *Bonæ.*

18. *Chamædrys ſupina, foliis pulchrè laciniatis, Chamædryos Botryoidis facie inodora Hort. Cath.* 47. Firmior & robuſtior eſt planta quàm Chamædrys Botryoides, caule, quantum in ſiccâ diſcernere licuit, quadrato. Folia tenuiùs diſſecta, *Flores* parvi videbantur.

P. 554. Ad Cap. De Pulegio.

1. Pulegium foliis minimis ſerratis, flagellis longiſſimis D. *Sherard.* Florum verticilli in ſummis caulibus longiſſimè à ſe invicem remoti ſunt; quamvis folia inferiùs crebra fuerunt.

2. Pulegium longiſſimis latiſſimiſque foliis *S. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caules huic quadrati, concavi, ad 2, 3ve unciarum diſtantiam geniculati; *foliis* ad ſingula genicula binis, oppoſitis, ſeſcunciam circiter longis, ¾ unc. latis, glabris, ad margines æqualibus, media parte latiſſimis, utraque extremitate acuminatis veſtiti; coſtâ mediâ & nervis lateralibus valdè conſpicuis, pediculis nullis, membrana geniculum cui folium apponitur cingente, & caulem includente, piloſque unà ſeu filamenta, molléſve ſpinulas, alias longiores, alias breviores, ut & ramulos foliis minoribus amictos. Versùs ſummitates ad genicula proveniunt *verticilli*, arctè ſtipati, caulem ambientes, è *floribus* & *ſeminibus* conflati, ut in aliis hujus generis: verticillis ſingulis ſubſunt *folia* bina, reliquis ſimilia, ſed minora.

In aliqua, neſcio qua, è *Caribbæis* inſulis collegi.

3. Pulegium *Luſitanicum Munting. Herbar. Belgic.*

4. Pulegium paluſtre *Griſleii Virid. Luſit.*

5. Pulegium ſpirans Euphroſynes folio & facie *Marianum Pluk. Mantiſſ.*

6. Pulegium *Hiſpanicum* maculatum *Flor. Bat. Flores.*

7. Pulegium fruticoſum erectum, verticillis denſiſſimis *Slon. Cat. Jamaic.* Scabioſa *Jamaicenſis* Hyſſopifolia ſeu Globularia, capitulis ad genicula, foliis plurimis ſtellatim ambientibus verticillata, fortè Tzicatzon-Tecomatl ſeu Caput Formicæ *Hernandez. Pluk. Phyt.* T. 58. F. 6.

D. *Sloane.*

E *radice* 4 dig. longa, rubente, fibris aliquot lateralibus prædita *Caulis* exoritur quadratus, lignoſus, ſuſcus, 3, 4ve pedes altus, versùs ſummitatem ramoſus, & ad genicula digitum diſtantia *foliis* obſitus crebris, integris, unciam longis, media ſui parte vix ſemunciam latis, Hyſſopi ſimilibus, glabris, colore luteo-viridi, Hyperici odore. *Flores* plurimi genicula ambiunt, in verticillis amplis ſubrotundis denſiſſimè ſtipati, albi, galeâ carentes, labio quadripartito: quibus ſuccedunt in calice aperto *ſemina* parva, oblonga, fuſca, uniuſcujuſque uno latere parvo ſulco ſeu canali exarato, altero tumidiore & ſubrotundo, ut in Tritico vulgari.

Circa urbem *S. Jago de la Vega* frequentiſſimum & ubique obvium eſt.

A reliquis hujus Generis differt, quòd flores galeâ careant.

Pag. 533. Ad Cap. De Mentha.

1. Menthaſtrum maximum, flore cœruleo, Nardi odore, *Erva Cidreira Luſitanis Margrav.* p. 32. *Slon. Cat. Jamaic.* Meliſſæ ſpecies agreſtis *Piſ.* An Huitxiqua *Hernandez?* Meliſſa *Jamaicana* odoratiſſima *Pluk. Almag. Bot. Phytogr.* T. 306. F. 3. **Indian Spikenard.**

Hujus deſcriptionem *Marckgravianam* vid. *Hiſt. noſt.* 1332. D. *Sloane* in *Hiſt. Plant. Jamaicenſium* eam pleniùs & accuratiùs deſcribit in hunc modum.

Caule aſſurgit prope radicem rubente, tereti, hirſuto, ad novem aut decem pedum altitudinem, versùs faſtigium quadrato, ramos oppoſitos emittente. *Folia* uncialibus pediculis inſident, ipſa duabus unciis longiora, unam plus minùs lata mediâ latiſſima parte, ſinuata ſeu profundè ad margines inciſa, incana, obſcuriùs viridia. *Flores* verticillatim caulem ambiunt parvi, cœrulei, tetrapetali, in ¼tam unciæ longis, ſtriatis ſeu canaliculatis calicibus, in 5 apices ſeu ſpinulas deſinentibus, quorum unuſquiſque duo nigra, propemodum rotunda, compreſſa, verùm in medio protuberantia ſemina continet.

Tota planta ſatis validum, aſt jucundum, Spicæ Nardi vel mali Citrii odorem ſpirat, unde nomen *Luſitanicum*.

In pratis circa urbem *S. Jago de la Vega*, & arenoſis maritimis prope **Old Harbour** copioſè oritur.

Pro Alexipharmaco inſigni habetur, & in cataplaſmatis ſeu fomentationibus magni uſus eſt.

A Verticillatarum Europæarum *normâ abludit, quòd bina duntaxat ſingulis floribus ſuccedunt ſemina.*

2. Mentha arvenſis verticillata, fragrantiſſimè Moſchum redolens *E Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.* Auricularia *Indorum*, ad ſurditatem efficax. **Earwort** vulgò. D. *Marloe.*

3. Mentha Meliſſoides *Americana*, propè ſummitatem caulis floribus ex alis longo pedunculo Lupuli ad inſtar glomeratis *Pluk. Mantiſſ.* Inter Scabioſas ponitur in *Almag. Bot.* ſub hoc alieno titulo, Scabioſæ affinis Chryſanthemi facie, Lamii foliis *Americana*, vide inter Scabioſas.

4. Mentha ſylveſtris *Azorica*, longioribus foliis incanis, ſpica longiore & craſſiore *Pluk. Almag. Bot.*

5. Mentha Coſti hortenſis folio, Balſamum Apoplecticum redolens ex Inſula S. *Helenæ Ejuſd. ibid.*

6. Mentha *Syriaca* magnis Balſamitæ foliis, odoratiſſima *Chalepenſis*, à præcedente diverſa *Ejuſd. ibid.*

7. Mentha *Americana* inodora, foliis ſubincanis, floribus longiſſimis petiolis inſidentibus *Herman.*

Caule eſt quadrangulo, geniculato, ſubhirſuto, 2, 3ve pedes alto, *foliis* ſubincanis, Marrubio nonnihil ſimilibus, per margines crenatis, rugoſis: *floſculis* pallidis, pluribus in globulum congeſtis, & longis petiolis triuncialibus, (quorum bini ad foliorum exortum è regione ſibi oppoſiti prodeunt) inſidentibus. Saporis fatui eſt, & nullius odoris. Prodiit ex ſeminibus *Curaſſavicis*. Ex *Adverſ.* D. *Herman.* D. *Sherard.*

8. Mentha *Zeylanica* camphorata triphylla & tetraphylla, *Ghonacolla* Zeylanenſibus D. *Herman.*

Caule exſurgit firmo, quadrato, ramoſo, *foliis* ad intervalla binis, non rarò etiam ternis vel quaternis cincto, anguſtis, oblongis acutis, circa margines argutè denticulatis. *Flores* ſpicatim coagmentati in ſummis caulibus & ramulis, ſpicis Dipſaci aut Betonicæ capitibus figurâ ſimilibus, ſed multò minoribus.

9. Mentha *Zeylanica*, anguſtiſſimo folio dentato D. *Herman.*

Folia quidem anguſtiſſima ſunt, denticulis tamen paucis utrinque inciſa. Flores in ſummis caulibus & ramulis in ſpicis oblongis, è verticillis compoſitis, qui quales fuerant in ſicca diſcernere non potui. Hanc ut & præcedentem plantam contulit D. *Sherard.*

10. Mentha ſylv. longiori folio, incana, odore acuto *Hort. Cath. Suppl.* 3. A ſylveſtri longiore folio vulgari differre videtur.

11. Mentha paluſtris, ſpicis brevioribus & habitioribus, foliis oblongis, ſapore Piperis. **Peper-Mint.**

Folia

Folia Menthæ fuſcæ ſeu vulgaris *Park.* folia referunt, majora tamen ſunt, obtuſiora & brevi lanugine hirſuta: *Spicæ* in ſummis caulibus & ramulis breves, laxiores, rubentes. Tota planta ſapore eſt acri & fervido Piperis. In *Hartfordia* invenit Eruditiſſimus Vir, Botanices & totius Medicinæ peritiſſimus D. D. *Eales* M. D. Eandem etiam in *Eſſexia* noſtra obſervavit D. *Dale.*

12. Mentha anguſtifolia ſpicata glabra, folio rugoſiore, odore graviore. **Spear-Mint with a rugged Leaf and ſtronger Scent.**

Foliis nigrioribus, pro latitudine brevioribus, nec in mucronem tam longum productis, ut obtuſiora videantur, rugoſioribus, venulis tranſverſis pluribus magiſque conſpicuis, dentibus minùs concinnis inciſis: *Caulibus* rubris majoribus & firmioribus, in ſummo ramoſioribus, inque plures florum ſpicas diviſis: *Floſculis* minoribus & pallidioribus: *Odore* denique & ſapore graviore & ingratiore à *Mentha ſpicata ſativa* differt.

Invenit D. *Dale* ad fluvium *Blackwater* non procul *Bockinga* vico, infra molam fullonicam, duobus tribuſve in locis.

13. Mentha rotundifolia arvenſis ſeu ſylveſtris, foliis maculis nigris inſignitis *Flor. Bat. ſio.*

14. Mentha *Virginiana* inodora, caulibus rubentibus *Ejuſdem.*

15. Mentha hirſutior Ceæxpalapſvλλ⊙, exotica D. *Doody Pluk. Phytogr.* T. 45. F. 6.

16. Mentha *Americana,* Roſmarini odore *P. B. P.*

17. —— *Curaſſavica* inodora, craſſo rugoſo & ſucculento folio, radice fibroſa *Ejuſd. Pluk. Phytogr.* Tab. 306. F. 5. Habetur etiam tuberoſa radice.

18. —— *Americana,* Meliſſæ foliis graveolentibus *Ejuſd. Pluk. Phytogr.* T. 306. F. 6.

19. Mentha *Maderenſis* in ſulæ, minùs odorata *Pluk. Almag. Bot.*

20. Mentha *Arabica* ſpicata ſuaveolens, foliis longioribus incanis, ſpica minore *Pluk. Almag. Bot.*

P. 536. Ad Cap. de Verbena.

1. Verbena *Luſitanica* latifolia procerior D. *Fagon Schol. Bot. Tournef. Inſtitut.* p. 200.

2. Verbena Urticæ folio *Canadenſis,* foliis inciſis, flore majore *H. R. P.* Hujus ſpeciei folia pinguntur à *Jacobo Zannoni* in eadem Tabula cum Verbena *con foglie d' Ortica di Canada* pag. 203. ubi plena habetur omnium partium deſcriptio.

3. Verbena *Americana* radice grumoſa *Munting. Herbar. Belgic.*

4. Verbena *Americana* fruteſcens, Teucrii foliis, floribus cœruleo-purpuraſcentibus ampliſſimis *Breyn. Prod.* 2. p. 102. Verb. *Orubica* Teucrii folio, Primulæ veris flore, ſiliquis & ſeminibus longiſſimis, Cauda muris vulgo *P. B. P.* Eadem planta cum Verbena folio ſubrotundo ſerrato, flore cœruleo D. *Sloane,* mox deſcribenda.

5. Verbena *Americana* media annua, Ocimifolio lanuginoſo, flore purpureo amplo *Breyn. Prod.* 2. *Curaſſavica* Scutellariæ foliis, flore purpuraſcente *P. B. P.* Scutellariæ ſive Caſſidæ folio diſpermos *Amer. Pluk.* T. 70. F. 1.

Caule oritur quadrangulari, erecto, pedali & altiore, ex interſtitiis nodoſo; cui *folia* unciam plus minus lata, Subrotunda, in ambitu dentata, Ocymi Meliſſæve foliis ſimilia, petiolis longis quoque appendentia, adhærent. Ex horum ſinubus & ex eodem exortu ramuſculi minoribus foliis onuſti proveniunt. In ſummitatibus ſpicæ longæ, tenues, verbenaceæ, à calycibus longioribus compoſitæ, protruduntur. *Flores* viſi ſunt purpuraſcentes, aliarum congenerum ampliores; de *ſeminibus* an ſcil. bina, an quaterna ſingulis floribus ſuccederent, nihil certi habemus; cum hyems plantam corrumperet, antequam ſemen proferret.

6. Verbena ſpicata *Jamaicana* Teucrii pratenſis folio, diſpermos *Pluk. Phyt.* T. 321. F. 1.

Hæ duæ ultimæ ſpecies, ut & ſequentes duæ, reſpectu ſeminum anomalæ ſunt, & ab aliarum verticillatarum norma abludunt. Ramuli huic ultimæ lignoſi, ex rotundo quadranguli, geniculati, oppoſitis *foliis,* ex anguſto principio in uncialem fere latitudinem extenſis, margine dentatis, *Veronicæ* ſimilibus, ornati Spicæ: longæ, Flores purpurei, Semina ad ſingulos bina, calycibus oblongis & acutis, foliaceis contenta. D. *Bobart.*

7. Verbena folio ſubrotundo ſerrato flore cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.* Verbena caudata *Americana* flore pallidè cœruleo *Munting. Herbar. Belg.*

D. *Sloane.*

Radice nititur longa, lateralibus fibris alimentum haurientibus terræ firmiter infixâ. *Caules* indè exoriuntur plures, 2, 3ve pedes alti, quadrati, articulati, *foliis* veſtiti ad ſingulos articulos binis, oppoſitis, in perbrevibus pediculis, duas uncias longis, unam latis, pluribus nervis firmatis, quorum præcipuus purpuraſcit, profundè ſerratis, valdè lævibus & viridibus; è quorum alis minora exeunt. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis ſpicatim digeſti; *Spicæ* longæ ſunt, è floribus densè ſtipatis compoſitæ, nullis intermixtis foliolis. *Flores* autem monopetali ſunt, in 5 partes diviſi, coloris cœrulei ſaturi; unus 2, 3, 4, aut 5 ſimul explicantur, idque ſucceſſivè ab imo ſurſum: quorum unicuique unum ſuccedit ſemen, aut potiùs gluma, è viridi fuſca, Tritici grano figurâ & colore ſimilis, ſed minor, in duas partes duóve grana facile diviſibilis, quorum utramque eadem membrana arctè amplectitur; ſemine in cavitate ad latus ſpicæ cubante, tribúſque acutis, ſubfuſcis, membranaceis foliolis operto. A reliquis hujus generis, & verticillatis omnibus fructu differt.

Ad viarum margines, in pratis, *&c.* copioſiſſimè creſcit in *Jamaica* & inſulis *Charibbæis*; præcipuè prope *Bridgetown* in inſula *Barbados*.

Crebri uſûs eſt in clyſteribus ad ventris dolores: à nonnullis in cataplaſmatis cum cepis ad *Vires.* hydropem uſurpatur: Ejúſque decoctum cum radicibus ad eundem morbum efficax remedium habetur.

Apud *Indos* & *Æthiopas* in magna eſt exiſtimatione ad omnes fere morbos curandos.

8. Verbena *Americana* Veronicæ foliis, flore coccineo ſpicato *Breynii Hort. Amſt. rar.* p. 2.

Radicem habet ligneam fuſcam, albicantibus fibris præditam. *Caulem* habet rotundum, primò viridem, dein fuſcum, quem undique exornant nullo habito ordine *folia* ex parvo pediculo tres uncias longa, ſeſquilata, ſerrata & mucronata, quæ in medio nervum cum aliis minoribus ex eodem ortis & verſus latera excurrentibus poſſident craſſum. Ipſius caulis ſummitatem *flores* exornant ſpicatim poſiti, tubuloſi, coccinei, quinquifidi, inſtar congenerum; flores ex perianthio exeunt longiori & anguſto. Floret *Auguſto*. Sapor foliorum adſtringens cum amaritie conjunctas herbam eſſe vulnerariam, ut congeneres, indicat.

9. Verbena nodiflora incana *Curaſſavica* latifolia *Herman. P. B. P.* P. 382. *Pluk. Phytogr.* T. 232. F. 4.

D. *Sloane.*

Caulem edit ſolidum, geniculatum, viridem, pennæ Gallinaceæ magnitudine parem. Genicula 3 unciarum intervallis diſtant, ad quorum ſingula *Folia* bina oppoſita, pediculis breviſſimis aut nullis, unciam circiter longa, dimidiam lata, prope extremum ubi ſubrotunda & latiſſima, à principio anguſto eo uſque ſenſim dilatata, ad margines inciſa & ſubhirſuta, colore ſordidè viridi. Ad genicula ramuli egrediuntur, foliis veſtiti ſimilibus ſed minoribus iis quæ in caule exiſtunt. Ex alis foliorum exeunt *Flores*, pediculo 4 uncias longo inſidentes, reliquis hujus Generis ſimiles, nudi, lutei. D. *Bobart.* in deſcriptione hujus plantæ & folia & caules tomento argenteo obſitos eſſe ſcribit.

Secundum rivulos variis *Jamaicæ* in locis oritur.

10. Verbena nodiflora incana minor *Indiæ Orientalis*, Poordela *Malabarorum Pluk. Mantiſſ. Petiver Act. Philoſoph. Lond.* N. 244. p. 329. item N. 267. p. 712. Commendatur ad tuſſim in ſenibus & pueris.

11. Verbenæ foliis Planta *Æthiopica* quadricapſularis, flore parvo calathoide cœruleo *Ejuſd. ibid.*

12. Verbenaca Hyſſopi foliis parvis è *Cap. Bæ. Spei Muſ. Pet. cent.* 3. N. 297.

13. Verbenaca Taxi foliis, marginibus lanuginoſis *Ejuſd. ibidem*, à *Promont. Bæ. Spei.*

14. Verbena altiſſima *Americana*, ſpica multiplici, Urticæ foliis anguſtis, floribus cœruleis *Bar. Bat. Herman.*

Herman.

E reſtibili multíſque fibris conflata *radice virgas* emittit quadrangulas, ſtriatas, geniculatas, ſex ſeptémve pedes altas; quorum genicula veſtiunt *folia* conjugata, facie & textura foliorum Urticæ, aſt anguſtiora, quæ palmæ latitudinem, ſpithamæ longitudinem interdum excedunt, nunc integra, nunc ad baſin unâ alterâve laciniâ diviſa. Ex horum ſinu utrinque proſurgunt ramuli, quorum ſummitates in multiplices *florum ſpicas*, ſeu jubas floridas, quadrangulas, ſtrictè invicem junctas, digitum longas, jucundiſſimo aſpectu terminantur. Cæterùm *floſculi* ſunt purpuro-cœrulei, puſilli, in imo tubuloſi, in ſummo in 5 ſegmenta æqualia ſecti: quos excipiunt *ſemina* quaterna oblonga fuſca in quinquifidis calyculis.

Reperitur etiam flore purpureo.

In hortis noſtris frequens colitur *Verbenæ Urticæ folio* appellatione.

15. Verbena minima Chamædryos folio *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ex *radice* longa, è fuſco rubente, altè in terram deſcendente, fibrillis nigris undique comoſa, cauliculos circumquaque ſpargit plures, tenues, quadratos, humi procumbentes

geni

geniculatos, bipedales, & ad ſingula genicula fibras in terram agentes ; ad duarum unciarum intervalla. E geniculis autem tumidis, rubentibus, exeunt *Folia* bina oppoſita, pediculis ¼dig. longis inſidentia, ¾tas unciæ longa, ſemunciam lata, piloſa, circa margines crenata, Chamædryos ſpuriæ ſimilia. Summos caules & ramulos occupant *Spicæ* ſeſcuncriales *florum* cœruleorum, galeatorum, unoquoque hirſuto calice excepto ; quibus ſuccedunt *ſemina* ſubrotunda, aſperitatibus & valleculis inæqualia, colore leucophæo.

Propè ripas *Rio Cobre*, infra oppidum S. *Jago de la Vega*, ad idem cum oppido fluvii latus, oritur.

16. Verbenæ aut Scorodoniæ affinis anomala, flore albido, calice aſpero, Allii odore *Sloan. Cat. Jamaic.* **Guinea-hen weed.**

D. *Sloane.*

E *radice* robuſta, terræ firmiter infixa & altè deſcendente, exteriùs è fuſco albicante, *caulem* emittit firmum, teretem, geniculatum, bipedalem, è geniculis *folia* protrudentem ſeſcuncialia, latitudine longitudinis dimidia, media ſci. latiſſima parte, nervis multis in ſuperficie apparentibus. Caulis & ramorum ſummitates ad pedalem longitudinem foliis viduæ ſunt, *floribus* undique densè ſtipatis cinctæ, tetrapetalis, albis, calice aſpero exceptis, cauli abſque pediculo arctè adhærentibus, quibus ſuccedunt vaſculis aſperis incluſa *ſemina*, ſingulis ſingula, longa, fuſca.

Omnes hujus plantæ partes validum & ingratum Allii odorem ſpirant.

In ſylvis umbroſis ubique copiosè provenit.

Hujus plantæ radices adeò profundè in terram deſcendunt, ut alimentum ei ſufficiens inde hauriant, cùm Gramina aliæque herbæ tempeſtate calida & ſicca ob humoris defectum exuruntur & ſicceſcunt : cùm ergo pabulum aliud bobus & vaccis non ſuppetat, hanc depaſcere coguntur : Unde earum lac ſaporem contrahit fortem & ingratum : Boum etiam caro in tantum reſipit hanc plantam, ut odioſa & vix edendo ſit. Renes præcipue ſapore ſuo adeò penitus inficit, ut ægrè poſſint tolerari. Ad quod inconveniens vitandum, qui boves alunt & ſaginant, antequam laniis divendant, eos à paſcuis abigunt, & per hebdomadis ſpatium, alio pabulo nutriunt, ut mactationi idoneæ evadant, quo peracto, caro eorum omnem Allii ſaporem plerunque amittit. Sapor hic carnis & lactis *Arboris cucurbitiferæ* frondium eſui vulgo imputari ſolet, quos Boves tunc temporis pariter depaſcuntur. Verùm erroneè ; nam ſaporem plantæ jam deſcriptæ exactè referunt, non hujus Arboris.

Fruſtulum dentis dolentis cavo inditum dolorem mitigat & tollit.

17. Verbena *Chalepenſis* major, vulgaris facie *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Verb. *Luſitanica* latifolia procerior D. *Fagon. Schol. Bot* ?

Folia quàm vulgaris Verbenæ duplo vel triplo majora ſunt, ejuſdem fere texturæ ſed obtuſiora : Caules etiam altiores & robuſtiores, *flores* ſpicatim naſcentes, paullo ampliores ſaturatioris purpurei coloris geſtant. D. *Bobart* à D. *Huntington.*

18. Verbena nodiflora major *Indica*, flore niveo *Hermanni Moriſ. hiſt.* P. 3. Caules nunc erectos, nunc reclinatos emittit, quibus *folia* antedictarum fere ſimilia, è viridi argenteo colore nitentia ampliora, profundiúſque dentata è regione apponuntur. *Flores* parvi candidi in globoſis capitellis naſcuntur. D. *Bobart.*

19. Verbena nodiflora *Curaſſavica*, foliis Menthæ *P. B. P.* Caules dodrantales & pedales, geniculati, *foliis* longioribus, Sideritidis aut Menthæ ſimilibus, ex adverſo geniculis adnatis, veſtiuntur. *Flores* in capitulis ex rotundis oblongis, petiolis nudis longis inſidentibus, congeruntur. In horto Regio *Hamptonenſi* colitur.

20. Verbena *Indica* lanuginoſa *Bod. à Stapel in Theophraſt. hiſt.* 334. Ab *Heurnio* ſic deſcribitur, *Folia* habet oblonga, ambitu inciſa, in extremo obtusè mucronata, lanuginoſa inodora, prope radicem crebriora : *Caulem* rotundum ſemicubitalem. Cauli orbiculatim aſſurgunt *floſculi* parvuli, coloris obſcurè phœnicei, 5 foliorum, racematim ex caliculis ſubluteis protruſi, inodori. Radix fibroſa. Floret Aprili, i. e. Autumni in iis regionibus initio.

In hujus Generis planta, quam nobis impertivit D. *Sherardus*, Folia obtuſa & ſubrotunda erant, nec omnino mucronata.

21. Verbena Scorodoniæ folio ſpicata *Marilandica* D. *Sherard.* Folia circum oras dentata ſunt : Calices florum parvi, ſtriati, aſperi.

Verbena recens externè applicata, aut collo appenſa adversùs Capitis dolorem efficax *Virtus.* eſt, experientia teſte, referente doctiſſimo *Simone Paulo Boccon. Obſervat. natur.* p. 99.

1. Cadelari 78. *H. M.* P. 10. T. 78. Verbena Indica Bontii *Commelin.* notis. Seminibus eſt nudis, ad ſingulos flores ſingulis ; proinde anomala, nec hujus loci.

H. M.

Naſcitur in petroſis. *Radix*, quæ rectà ſe demittit, ex ruffo albicans eſt, tenui cortice veſtita, ligno albicante. *Stipites* & *rami* nodoſi ſunt, virides ac rufeſcentes, brevibus pilis obſiti, ex nodis ſurculos paſſim binos ejicientes, qui ſtriati ſunt & tenues. *Folia*, quæ tenera in margine rubeſcunt, ſurculorum nodis breviſſimis petiolis inſident, rotundiola, parùm oblonga, piloſa, craſſiola, mollia. Coſta cum coſtulis utrinque eminet. *Flores* ſpicæ ſunt parvæ oblongo-anguſtæ, cuſpidatæ, glabræ, virides & nitentes, inferiora versùs reflexæ, odoris expertes. Calyculus cui inſident trium eſt foliorum cuſpidatorum, quæ in inferiori parte purpureo-rubeſcunt & nitent. Semen in ſingulis ſpicis reperitur unicum, oblongo-rotundum, primùm albicans, dein rufum.

Vires Decoctum tumores & dyſuriam tollit, calculi dolores mitigat, cum oleo *Sergelim* ſanguinis mictionem ſiſtit. *Radix* cathartica eſt, trita & cum butyro decocta dyſenteriæ medetur: Decoctum ex illa præparatum ſtomachum confortat, flatus diſſipat, phlegmata corrigit, calculos veſicæ infringit. Brachio alligata antifebrilis eſt, modò intermittentes ſint & cum frigore invadentes: trita & cum mero aſſumpta calculoſis prodeſt, urinam ciet, præcipuè in hydropicis; cum *Limone* trita impetigines, tumores ſub maxillis & ſub mento obortos abigit. Semina trita & naribus immiſſa capitis ſedant dolorem.

2. Scheru-Cadelari *H. M.* P. 10. T. 79. Amaranto Siculo radice perenni *Bocconi* congener.

Naſcitur in arenoſis. *Radices* fibroſæ albicantes, è caulium nodis inferioribus prodeuntes; qui tenues, angulati, geniculati, circa geniculos in exortu nonnihil protuberantes, virides vel cùm teneri rubeſcentes, pilis brevibus obſiti. *Folia* minora ſunt quàm præcedentis, oblongo-rotunda; pilis raris utrinque, maximè in averſa parte, obſita, tenuia, mollia, in oris nonnihil rubeſcentia. Coſta in utraque parte eminet. *Flores* ſpicatim proveniunt, ſpicis brevioribus & rotundioribus, brevibus pilis obſitis, pentapetalis filamentis purpureo-rubris, nitentibus dotati, capitulo, quod capſula ſeminalis eſt, aliquantulum cuſpidato. *Semen* in ſingulis ſpicis reperitur unicum illi prioris ſpeciei ſimillimum.

Contrita & oleo permixta urinam corrigit purulentam: reliquæ virtutes ut in præcedente. Planta hæc Amaranto *Siculo* radice perenni *Bocconi* congener videtur.

P. 535. Ad Cap. De Marrubio aquatico.

1. Marrubium aquaticum foliis integris longis peranguſtis, *Maderaſpatanum Pluk. Phytogr.* T. 99. F. 1.

2. Marrubium aquaticum ſeu aquatile foliis tenuius diſſectis *Moriſ. H. R. B.* Lycopus foliis profundè inciſis *Tournef. Elem. Bot.*

3. Lycopus *Canadenſis* glaber, foliis inciſis *Tournef. Elem. Bot.* Marrubium paluſtre *Canadenſe* tenue, glabrum *H. R. B. Schol. Bot?*

Tournefortius Plukenetium noſtrum has duas plantas non ſatis diſtinxiſſe videri ait.

Hanc poſteriorem ex *Marilandia* habemus, ubi eam collegerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.* Parvitate ſua & foliorum glabritie à Marrubio aquat. foliis tenuiùs diſſectis *Moriſ.* differt, ut alius notas omittam.

4. Marrubium aquaticum *Marilandicum* majus latifolium, verticillis minimis: Fortè Pſeudo-marrubium nigrum paluſtre glabrum *Virginianum* majus *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Folia in hoc genere lata, circa margines dentata, in acutum mucronem deſinentia, & perſæpe purpuraſcentia, ſuperiora præcipuè & in averſa parte. Florum verticilli adeò parvi ſunt & arctè ſtipati in foliorum alis, ut ego Bliti potiùs ſpeciem eſſe ſuſpicarer, ni folia in caule bino ordine contrariis inter ſe pediculis ſita eſſent. Aliis quibus virentem & vegetum, floréſque & ſemina producentem videre contigerit genus ejus determinandum relinquo.

5. Marrubium aquaticum annuum *Boccon.*

Caulis firmus, quadratus *foliis* ad intervalla longiora in ima parte, in ſumma brevia, ex adverſo binis, oblongis, acutis, anguſtioribus, dentibus paucis ad margines inciſis, non rugoſis amicitur. *Flores* in verticillis ad caulium nodos arctè ſtipati, quorum calices ſpinulis oblongis cinguntur. Plantam ſiccam nobis deſcribendam impertivit D. *Sherard.*

6. Lycopus paluſtris villoſus *Inſtit. Rei Herb. Tournef.* item *Hiſt. plant.* circa *Pariſ.* A Lycopo paluſtri vulgari non aliter differt quàm foliis pilis obſitis.

P. 537. Ad Cap. De Dictamno Adde,

1. Dictamnus *Creticus* alter craſſiore folio *Munting. Herbar. Belgic.* 551.

2. Dictamnus *Æthiopicus*, foliis Majoranæ, ſpiſſa lanugine tomentoſis, odore ſuavi & aromatico à D. *Stoneſtreet* communicata. *Pluk. Mantiſſ.*

P. 540. Ad Caput de Majorana & Origano Add.

1. Majorana arboreſcens *Herbar. Munting. Belgic.*

2. Majorana rotundifolia ſcutellata exotica *H. R. P. Schol. Bot. Pluk. Almag. Bot.* qui quærit, Annon ſit Origano cognata *Zatarendi C. B.* Orig. Indicum ſeu *Zatarhendi* Alpini *Park. Th. app.* p. 1674. cujus deſcriptionem videſis in *Append. Hiſt. noſt.* p. 1871.

3. Majorana Origanitis *Luſitanica Munting. Herbar. Belg.*

1. Origanum humilius latifolium glabrum *Schol. Bot. Tournef. Inſt.*

2. Origanum ſpicis latioribus *Slon. Cat. Jamaic.* An Orig. *Maderenſe*, noſtrati ſimile odoratius, capitulis albicantibus *Pluk. Almag. Bot.*

In inſula *Madera* ſpontaneam invenit D. *Sloane*, ſpicis valdè latis donatam, qua præcipuè differre videtur ab Origano vulgari.

3. Origanum tuberoſum Americanum *Munting. Herbar. Belgic.*

4. Origanum lignoſum *Syracuſanum*, umbellâ ampliſſimâ, brevi, lato & nervoſo folio nigricante *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 38. Genuina Græcorum Hyſſopus.

Boccon.

Hæc ſpecies Origani in territorio *Syracuſano* à vulgo *Riganeddo* appellatur, neque extrà hunc locum in *Sicilia*, quod ſciam, invenitur. *Radice* eſt perenni. In mediis ſaxis & rupibus, ſecus viam quæ ad *Melilli* ducit, duorum circiter m. p. à *Syracuſis* diſtantiâ, naſcitur. *Radices* in terram agit lignoſas, duos tréſve digitos craſſas; ceſpites autem grandes ſupra terram effert. *Caules* craſſi & lignoſi ſunt; *Folia* prima rotundiuſcula & nervoſa velut Euphraſiæ pratenſis latifoliæ ſeu ſecundæ *Col.* Ad trium circiter pedum altitudinem tandem evadit. Summos caules occupat *umbella* grandis & ampliſſima, è paniculis ſeu capitulis denſè ſtipatis compoſita, quarum unaquæque Majoranæ paniculæ formam obtinet, éſtque pro plantæ ratione major quàm illius. Tota planta incana eſt, & per hyemem virens.

Plantam hanc ab *Anguillara* perſuaſus *Hyſſopum* Antiquorum eſſe minimè dubitat D. *Boccone*. Inter plantas ſiccas in *Sicilia* collectus à D. *Skippon* vidi Origanum *Heracleoticum* Syracuſanum hirſutum umbellâ magnâ *Hort. Cath.*

5. Origanum Pulegii folio *Tournef. Inſtitut.*

6. Origanum glabrum, floribus parvis rubentibus *Virginianum Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

7. Origanum *Canadenſe*, flore albo umbellato *Tournef. Inſtitut.*

8. Origanum *Canadenſe*, capitulis tenuioribus *Ejuſd. ibid.*

P. 542. Ad Cap. de Ocimo.

Ocimi nota characteriſtica eſt Floris barba ſeu labium ſimplex & indiviſum, galea quadripartita, & barbâ major.

1. Ocimum *Maderaſpatanum*, fruteſcens, gratiſſimi odoris, flore parvo, cauliculis villoſis *Pluk. Phytogr.* T. 208. F. 4. An Ocimum fruteſcens perenne, flore parvo *Breyn? Prod.* 2. Ocim. *Zeylanicum* perenne, fruteſcens, folio Calaminthæ nonnihil ſimili *P. B. P.*? *Carentulee* Malabarenſibus *Act. Philoſoph. Londini* n. 244. p. 317.

2. Mentha Madraſpatana, cauliculis rubentibus hirſutis *Petiver Act. Philoſoph. Lond.* Varietas illa *Solado Tirtava* H. M. Tom. 10. p. 173. eſſe videtur, cujus caules è fuſco rubent, folia obſcuro virore tincta ſunt.

3. Ocimum Meliſſophyllum *Gangeticum* odoratiſſimum, ſeminibus nigris Amaranti, nitentibus *Pluk. Almag. Bot.* An Cottam *H. M.*? P. 10. T. 77. Ocim. Benghalenſe *P. B. P.*?

4. Oc. maximum perenne utriuſque *Indiæ*, foliis Atriplicis, ingrati odoris, graveolens *Pluk. Almag. Bot.* T. 308. *Paxavac* (fortè) vel *Poxavac* Novæ Hiſpan. Terentii apud Recchum

Recchum p. 397. Fortè etiam Cattu-tirtava P. 10. T. 86. *Hort. Malab.*

5. Oc. odoratiſſimum, calicibus ad verticillos deorſum tendentibus, abſque petiolis, è *Maderaſpatan Pluk. Phytogr.* T. 208. F. 5. Fortè Oc. *Ægyptium* odoratiſſimum, foliis longis pediculis innixis *Ambroſin. Phytolog.* Soladi-tirtava *H. M.* P. 10. T. 87. *vide* infra.

6. Oc. *Cormandelienſe* valdè odoratum, Hyſſopi foliis hirſutie pubeſcentibus *Pluk. Almag. Bot.*

7. Ocimum rubrum medium *Slon. Cat. Jamaic.*

Planta iſthæc Ocimi Indici *Cluſ.* deſcriptioni exactè reſpondet, niſi quòd folia habeat nec maculoſa, neque ſerrata, quódque ſemipedalem altitudinem non ſuperet. Quæ variationes ſoli fortaſſe differentiæ debentur, cùm planta, à *Cluſio* deſcripta è ſemine ex Indiis miſſo nata ſit.

In locis humidioribus pratorum inſulæ *Jamaicæ* ubique oritur.

Cardiaca habetur inſignis, unde & deſtillatur, & aliis modis præparata uſurpatur, præcipuè ab *Hiſpanis.*

8. Ocimum *Indicum*, Meliſſæ folio fragrantiſſimum, ſemine fuſco *Pluk. Mantiſſ.*

9. Ocimum *Indicum*, Mercurialis folio, odoratum, ſpicâ florum gemellâ; *Karunde-Poondoo Malabarorum Ejuſd. ibid.*

10. Ocimum *Indicum*, Meliſſæ foliis atro-purpureis, odoratiſſimum; Param Tulſcee *Malabarorum Ejuſd. ibid.* Fortè (inquit) idem eſt cum proximè præcedente.

11. Ocimi genus *Indianum*, Tragorigani ferè facie, odore gratiſſimum, floſculis ad verticillos denſiùs ſtipatis; Karande-chidde *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

12. Ocimum criſpum, leviter ſerratum, verrucoſum, brevi congeſtâque ſpica viride *Icon. Pariſ. Moriſ. hiſt.* P. 3. Planta hæc humilior folia prodit ſatis lata, in ambitu quoque dentata, frequenter concava & contracta, viridia. Spicæ longæ loco (verticillis per intervalla diſtinctis) *flores* glomeratim & capitulis rotundis, q. ictu fulminis percuſſis, aut pro inſectorum conceptaculis formatis, viridibus prædiri naſcuntur.

13. Ocimum criſpum, profundè ſerratum, verrucoſum, brevi congeſtâque ſpicâ ſubrubens *Icon. Pariſ.* Tota planta ex fuſco colore rubens apparet. Folia antecedentis breviora, in latum expanſa, profundiùs ſunt dentata, bullis verrucíſve in ſuperficie conſperſis. *Flores* in glomerulis rotundis denſiùs ſtipantur, ex purpura rubeſcentes, quibus ſemina aliorum congenerum ſimilia ſuccedunt.

14. Ocimum *Zeylanicum* perenne fruteſcens, folio Calaminthæ nonnihil ſimili *B. P. B.* Cattam *H. M.* P. 10. D. *Sherard.* D. *Plukenet* Cottam *H. M.* pro Ocimo *Bengalenſi P. B. P.* habet. Folia in ſpecimine ſicco à D. *Sherard* nobis exhibito quàm Calaminthæ cujuſvis majora ſunt.

15. Ocimum minus odore Fœniculi D. *Sherard.* In Italia frequens.

16. Ocimum *Ægyptium* odoratiſſimum, foliis longis pediculis innixis *Ambroſini.* An Soladi-Tirtava *H. M.* Tom. 10 ?

Ocimi *foliis* exit noſtratis, longioribus, ſolidioribus, longis innixis pediculis, odorémque eximium ſpirantibus, denticulatis. *Spicam* profert longiuſculam, *flores* ſpicatos, albo colore, ex intervallis raros.

17. Ocimum *Zeylanicum* perenne odoratiſſimum D. *Herman.* Folia parva ſunt, Calaminthæ minora longiora acutiora, per margines ſerrata, pediculis ſatis longis innixa. *Flores* in ſummo caule in ſpicam longam anguſtam digeſti, nullis foliis intermixti.

18. Ocimum *Zeylanicum* perenne, foliis anguſtioribus *Herman. Folia* huic quàm præcedenti longiora paulò, longioribus pediculis hærentia: Flores majores, ſpicæ autem non tantùm in ſummo caule ſed etiam in ramulis è foliorum alis exeuntibus proveniunt. Floris galea biſida ſubviridis, labium album anguſtum, parvum.

19. Ocimum *Zeylanicum* fruteſcens, folio Calaminthæ *Herman.* Folia hujus præcedentium duarum ſimilia, ſed multò majora etiam quàm ipſius Calaminthæ, pediculis pariter prælongis ſuffulta. Flores & fructus in ſicca nobis à D. *Sherard* impertita non comparuerunt. Eadem eſſe videtur planta ocimo *Zeylan.* perenni fruteſcenti folio Calaminthæ nonnihil ſimili *P. B. P.*

20. Ocimum

20. Ocimum majus, flore minimo *Breyn. Prod.* 2. Folia ima latiſſima ſunt & ad margines leviter dentata. Caulis medius & ramuli in ſpicas prælongus & valdè anguſtas excurrunt, è verticillis rarioribus compoſitas. Chartis à D. *Hermanno* agglutinatum commodavit D. *Sherard*, ut & præcedentes tres.

21. Ocimum *Salawaccenſe* Menthæ folio *Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1009. pl. 195. Paran-Tulſcee *Malab.* D. *Brown.* Quatuor hujus ſpecies ſunt, quorum nomina *Indica* vide loco cit. Harum ſuccum cum ſaccharo mixtum Indi infantibus exhibent, cum lac concoquere nequeunt. Decoctum propinant ad Febres, tuſſes & aſthmata. *S. B.*

P. 543. Sclaræ ſpeciebus add.

1. Sclaræa *Luſitanica* glutinoſa, ampliſſimo folio *Tourneſ. Elem. Bot.*

2. Sclar. *Pyrenaica* glutinoſa, foliis ſerratis *Ejuſd. ibid.*

3. Sclar. *Tingitana* fœtidiſſima hirſuta flore albo *Tourneſ. Inſtitut.* r. herb.

4. Sclaræa Tingitana, Betonicæ folio, flore cœruleo *Tournefort. Inſtit. rei. Herb.* p. 180. Planta eſt omnium quas vidimus in hoc genere minima, altitudine ſemipedali aut dodrantali, caule tenui, erecto, non ramoſo, aut brevibus duobus ramulis ad ſpicæ initium donato, pilis brevibus aſperioribus hirto, uti ſunt & *folia*, unciâ longiora, ſemunciâ latiora, integra, acuta, bina oppoſita, rariùs ſita, in noſtris exemplaribus duo tantum aut tria in caule paria. *Flores* in ſummo caule in verticillis rariùs ſitis, duo tréſve in eodem verticillo, majores quàm pro plantæ modo, hiantes, Sclarææ ſimiles. Siccam quam deſcribo D. *Sherard* impertivit.

P. 547. Ad Cap. de Hormino.

1. Horminum pratenſe, flore minimo *Schol. Bot.* pratenſe, foliis ſerratis, floribus dilutè cœruleis, omnium minimis *Hort. Leyd. Herman.*

2. Horminum *Æthiopicum* ampliori folio, ſubrotundo, ſinuato, argentea lanugine obtecto, viſcoſum, perpetuum *Hort. Cathol. Cupani.* In reliquis convenit cum Hormino Æthiopico vulgari.

3. Horminum *Africanum*, ſubrotundis Salviæ foliis, floribus cœruleis *Herman.* Huic folia parva ſunt, ſubrotunda caneſcentia, in caule crebra, ex adverſo ſita, è quorum ſinubus ramuli exeunt. Flores ſatis ampli, galeâ non falcatâ, labellum latius, productius, & propendens, nec in ſummis tantùm caulibus, ſed inferiùs etiam ex alis foliorum verticillatim exeunt. Siccam D. *Sherard* communicavit.

4. Horminum majus fruteſcens, odoratum, flore ex albo & purpureo variegato *Herman.* Planta eſt fruticoſa & lignoſa, *foliis* ſubrotundis & incanis, unciam longis. *Flores* in ſummis caulibus perampli, galeâ magnâ, elatâ, paullùm incurvâ. D. *Sherardo* debemus.

5. Horm. haſtatis amplioribus foliis, ſeu Ari modo alatis, caulibus & pediculis araneoſa lanugine villoſis, ex Inſula *Gomera. Pluk. Almag. Bot.* T. 301. *Muſtani* Inſulanis & Salvia arborea vulgò *vide* paulò inferiùs Horminum *Canarienſe* tomentoſum haſtato folio, &c.

6. Hor. latifolium *Canarienſe* piloſum, foliis alterno ſitu poſitis *Pluk. Almag. Bot.* T. 301. F. 3. *Planta iſthæc in Methodo noſtra genuina* Hormini *ſpecies cenſenda non eſt, cùm folia in caulibus alternatim ſita obtineat.*

7. Horm. flore minore, folio integro *H. R. B.* Betonicæ folio humile, floribus non conſpicuis *Flor. Bat. flo.* minus folio Betonicæ *Schuyl. Hort. Leyd. Herm. Pluk. Almag. Bot.*

8. Horminum valdè pumilum, laciniatum, flore amplo cœruleo D. *Sherard. Pluk. Almag. Bot.*

9. Horm. *Arabicum*, alatis foliis, flore rubello *Hort. Oxon. Plukenet. Phytogr.* T. 194. F. 6.

10. Hormino accedens anguſtiſſimo folio *Maderaſpatenſis Pluk. Phyt.* T. 194. F. 7.

11. Hormino affinis, foliis anguſtis glabris *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caulem edit quadratum, concavum, ramos aliquot oppoſitos emittentem, *foliis* ad intervalla ſemuncialia ex adverſo binis veſtitum unciam longis, media latiſſima parte quadrantem unciæ latis. *Flores* in faſtigio ſpicati, ampli, pediculis ½am unciæ longis inſidentes.

In inſulæ *Jamaicæ* partibus Septentrionalibus invenit D. *Sloane.*

12. Horminum incanum ſupinum, flore violaceo *Munting. Herbar. Belgic.* 635.

13. Hormin. *Bæticum* coronatum, rubrum & cœruleum, ſeu caule folioſo rubro & cœrul. *Ejuſd. ibid.* An Horm. ſativum genuinum *Dioſcor* ?

14. Horm. *Indicum* majus & minus *Ejuſd. ibid.*

15. Horm. *Africanum* diſſectum *Ejuſd. ibid.*

16. Horm. ſylveſt. *Luſitanicum*, flore purpureo *Munting. ibid. Griſleii virid. Luſit.* N. D.

17. Horm. ſylv. 1. flore vario *Griſl. virid. Luſit.* N. D.

18. Horm. ſylv. 4. latifolium, flo. amplo cœruleo *Ejuſd.* N. D.

19. Horm. ſylv. 5. flore amplo albo *Ejuſd.* N. D.

20. Horminum ſylveſtre cœruleum, Betonicæ folio, leviter lacerato, vulgatè *Gentiligadda Hort. Cathol. Cupani.*

Caules quadrati, hirſuti, præſertim ſuperiora versùs. *Folia* Betonicæ ſatis ſimilia, ad intervalla longiora in caule ſita. *Flores* in ſummo ſpicati, (ſpicis è verticillis denſiùs ſitis compoſitis) ampli, hiantes, reliquorum hujus generis ſimiles.

21. Horminum purpureum Salviæ foliis, ac Sativi facie viſcoſum *Hort. Cath. Suppl. alt.* 37.

Quærit annon ſit *Bocc. Epiſt.* Sideritis Salviæ foliis *Donati*, verùm poſtea novum eſſe concludit. *Caulis* tenuis, quadratus, hirſutus, pedalis, *foliis* ad intervalla rariora binis veſtitus. Folia inferiora ad Salviam accedunt, ſuperiora quæ verticillis ſubſunt, brevia, lata, acuminata. *Calices* oblongi ſtriati, *flores* minimi carnei. Radix ſimplex fibris tenuibus capillaribus comoſa.

22. Horminum purpuro-violaceum Salviæ foliis, ac ſativi facie, viſcoſum, rigidius. *Hort. Cath. Suppl. alt.* 38.

Hanc & præcedentem plantam nobis ſubminiſtravit D. *Sherard.*

23. Horminum *Syriacum* album, Salviæ folio lanuginoſo *Moriſ. hiſt.* P. 3. Ægyptiacum *Alpini.* Hujus folia inter *vulgare ſativum* & *ſylveſtre vulgare* mediæ cujuſdam naturæ eſſe videntur, Betonicæ fere figurâ, profundiùs aliquantulum erga baſin ſinuata, mollia (præſertim cùm pullulaſcunt) lanuginoſa. *Caules* 4drati, ramoſi, cubitales, foliolis ſubjectis, (mollioribus tamen) utriculis paucis verticillatim diſpoſitis, floribuſque albis, galeâ arcuata donatis ad ſativi prope accedunt. D. *Bobart.* Ex *Aleppo* delatum eſt.

24. Horminum *Canarienſe* tomentoſum, haſtato folio, *Muſtazi* & *Salvia arborea* nominata *Moriſ. hiſt.* P. 3. In altum è *radice* fibrata aſſurgunt *caules*, longis intervallis geniculati, tomento candido denſiſſimo, & quaſi manibus lana applicata, laxo (copioſiore quàm in ulla alia hujus familiæ planta obſervatur) inſigni obſiti. *Folia* ad ſingulos nodos bina, petiolis longis appoſita, rugoſa, cuſpidata, longa, binis auriculis acutis, longóque mucrone prædita, & Sagittariæ formam quodammodo æmulantia, odorem gravem, ſed non injucundum, Hormini & Salviæ participem, ſpirant. Summi caules, ad humanam altitudinem aſſurgentes in ramuſculos breves brachiati, foliolis parvis integris acuminatis, ad rubedinem purpureúmve colorem vergentibus, crebriúſque compactis, Horminorum ritu ornantur. Ex horum ſinubus calyces ſatis ampli, aperti, tripliciter ut plurimùm in margine diviſi, & purpuraſcente colore quadantenus tincti, nunc ſimplices, nunc bini emergunt. *Flores* ex his hiantes, purpurei, ampli, ex falcata galea, binis ſtaminibus cum apice in medio longiore ſuſtentata, labro lato & integro, duobúſque lateralibus compoſiti emicant: quibus dehiſcentibus *ſemina* cinerea, ſubrotunda in calicis fundo conſpiciuntur. Per totum annum creſcit, hyemémque folia retinet, ſed frigoris apud nos ſub dio vix patiens eſt. Semine ex Inſulis *Canariis* miſſo ortum eſt. D. *Bobart.*

25. Horminum *Chalepenſe* alato folio, flore majore rubicundo *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Caules* ei quadrati, nunc erecti, nunc reclinati, geniculati, pedales & cubitales ad quorum ſingulos nodos bina è regione oriuntur *folia*, pentaphyllea & triphyllea, ſeu interdum binis, interdum etiam 4ternis lobis lateralibus, unoque majore extremum claudente, molli lanugine pubeſcentia, in ambitu ſerrata, petiolis longis inſidentia. Poſt dimidium, caulis per intervalla vaſculis ſtriatis, verticillatim ambientibus, & flores ampli

pli galeati rubicundi coloris oriuntur. Hos excipiunt *semina* rotunda, magna, subnigra. D. *Bobart.* Ex *Aleppo* semine accepto ortum est.

26. Horminum *Virginianum*, caule aphyllo, foliis Quercinis, tubuloso longo flore *Morif. hist.* P. 3. *Folia* è *radice* dura provenientia humi strata, petiolis brevibus appensa biuncialia & triuncialia sunt, obtusa, Quercinis laciniis in ambitu sinuata, molli hirsutie pubescentia, ex viridi purpurascente colore præsertim in aversa parte, infecta. Ex horum centro *caulis* assurgit rectus ex rotundo 4dratus,leviter pilosus,pedalis, foliis destitutus. Post dimidium per longa interstitia verticilli vasculorum striatorum emergunt,& ex his *flores* ex angusto principio in uncialem longitudinem extensi, buccinum tubámve ore aperto exprimentes, purpuro-violacei exeunt. D. *Bobart.* E *Virgenia* à D. *Banister* transmissum est, ut & sequens.

27. Horminum tenui Coronopi folio, *Virginianum Morif. hist* P. 3. 395. *Caules* edit erectos, pedales, qui *foliis* biuncialem longitudinem non superantibus, vix culmum latis, Coronopi in modum in segmenta longa, tenuia divisis, ornantur. *Flores* ampli, coloris rubicundi, in ore aperti, campaniformes, in summo solùm congesti, nascuntur. D. *Bobart.*

28. Horminum *Virginianum* erectum, Urticæ foliis, flore minore *Morif. hist.* P. 3. Caule excurrit in altum surgente, 4drangulari, glabro, cui inhærent *folia* per intervalla bina, Urticæ aut potiùs Scrophulariæ vulgaris æmula, lata basi in acutum mucronem abeuntia, margine serrata. A folii basi seu inferiori parte margo ejusdem in petiolum uncialem, cui insidet, ad caulem descendens continuatur. *Flores* per intervalla in verticillos dispositi, in utriculis ut plurimum numero sex contenti, galeati, parvi sunt, quorum colorem in sicca discernere non licuit.

29. Horminum spicatum Lavendulæ flore & odore *Bocc. Morif. hist.* P. 3.

30. Horminum Scutellariæ folio vulgo *Hort. Lugd. Bat. Herman.* Hoc nondum videtur descriptum, éstque diversum ab Hormino Lavendulæ flore *C. B.* D. *Sherard.*

31. Horminum latifolium fœtidum præcox D. *Sherard.* Hujus *caules* in specimine sicco nobis à D. *Sherard* communicato quadrati, hirsuti, purpurascentes, *foliis* vestiti ad intervalla longiora ex adverso binis. Scrophulariæ vulgaris ferè similibus, circa margines dentatis, dentibus minùs concinnis. Flores in summo caule hiantes, Sclaræ.

32. Horminum sylv. cœruleum minus, oblongo-rotundo folio *Hort. Cath. Suppl. alt.* Folia inferiora ad rotunditatem magis accedunt, superiora ad Salviæ folia, omnia longis fulciuntur pediculis, & ad margines crenata sunt, ad modum reliquorum hujus generis, bina opposita longis intervallis à se invicem distant. Caulis 4dratus superiore parte ramosus. In summis caulibus & ramulis flores in spicas coacti lanuginosas. Flores autem in sicca non comparuere, unde parvas admodum esse opinamur. Hæc ex sicca à D. *Sherard* communicata.

33. Horminum Syriacum tomentosum, fol. Coronopi seu profundè laciniatis *Breyn. Prod.* 2. Horminum Syriacum rugoso verrucosóque folio, Cornu cervinum exprimente *P. B. P. Pluk.* T. 194. *Herman. Parad. Bot.* An Hormini pulcrum genus, angustis lanuginosis profundè sectis foliis *Rauwolf.* Itiner. cap. 12 ?

Herman.

Folia 7 plurave ab una *radice* in orbem spargit, palmum & ampliùs longa, duos transversos digitos lata, aliquot profundis segmentis insecta, pallidè viridia, & in patrio solo forsan velut Æthiopis incana, crassiuscula, mollecula tamen quasique spongiosa, parte sui prona & supina inæqualibus rugis crispata, teneràque lanugine araneosæ telæ instar obducta. E centro horum erigitur *Caulis* ramosus, pede altior, quem ad singula genicula ambiunt *Flores* galericulati purpuro-violacei, *Hormino sativo* Dioscoridis paulo majores, tenui bifurcato stylo sese è flore longiùs exserente. Singulis verticillis subjiciuntur bina ex oppositio foliola, mucronata, non rugosa, in ambitu è viridi purpurascentia. *Semina* sequuntur quaterna in quinquifidis obtusis caliculis. *Radix* lignosa quidem est, & profundè acta, soboles verò nullas creat, sed cùm planta se perficit vivere desinit: biennium pro vita exigit, primo anno folia tantùm emittit, ultimo caulescit & semina profert. Sapor & odor congeneribus similis sed languidior.

34. Horminum *Pyrenaicum*, glutinosum, Anguriæ folio D. *Fagon Schol. Bot. Herman.* Parad. Bat.

Herman.

A cæteris Horminorum speciebus distinguitur potissimùm *foliis*, quæ amplissima sunt, pinguia, nervosa, rugosa, in ambitu variè & inæqualiter sinuosa, crenata, laciniata, & nonnihil similitudinis cum *Citrulli* & *Anguriæ* habentia. Prima humi strata longitudine cubitum latitudine palmam attingunt, cætera quæ in caule sita sunt, sensim gracilescunt. *Caule* surgit bicubitali & altiore, quadrato, hirsuto, in oppositos conjugatos ramos per intervalla

fiſſo, cujus faſtigia in ſpicam longam verticillatim diſponuntur. *Flores* Hormino pratenſi ſimiles, cui & *Semina* reſpondent. Utriculi cum utriculis *Hormini Aſphodeli radice Triumfetti* omnino conveniunt, ſc. bifidi ſunt, & quælibet pars duobus apicibus inſtructa eſt. *Radix* ſubeſt vivax & ſurculoſa, in longitudinem exiens, multíſque craſſioribus fibris donata. Tota planta viſcida & glutinoſa eſt ut *Colus Jovis*.

35. Horminum ſubrotundo folio, cæſio flore, *Hiſpanicum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 13.

Boccon.
Folia profert glabra, integra, velut Bugulæ; *flores* ſine proboſcide. Ad ſpithamæ, interdum etiam pedis, altitudinem à terra aſſurgit. In *Hiſpania* invenit D. *Barelier*.

36. Horminum nigrum, rugoſo hirſuto Mentaſtri aut Scorodoniæ folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 130.

Boccon.
Folia profert ſubrotunda, *Mentaſtri* valdè ſimilia aut *Scordii alterius* C. B. verùm nigra & rugoſa. Palmi altitudine ſupra terram aſſurgit, *floréſque* producit cœruleos, rubeſcentes, eodem ordine quo reliqua Hormina. Plantam annuam eſſe exiſtimo. Ad unius circiter milliaris ab urbe *Brunduſio* diſtantiam à me obſervata fuit.

37. Horminum *Virginianum*, latioribus foliis diſſectis, floribus purpureis *Pluk. Mantiſſ.*

38. Hor. parvum *Marianum*, Rapiſtri foliis hirſutioribus *Ejuſd. ibid.*

39. Horm. *Virginianum*, minus glabrum, folio Rapiſtri, lineis purpureis virgato, floribus parvis, longo tubulo donatis. An rectiùs ad Sideritidas referendum? *Pluk. Mantiſſ.*

40. Horminum Meliſſophyllon, ex *Terra Mariana*, ſpica longa gracili *Ejuſd. ibid.*

Galeata & verticillata Perſicæ foliis *Moriſ. prælud. Bot.*

1. Dracocephalon *Americanum Breyn.* Prod. 1. *Tournefort. Elem. Bot.* Digitalis *Indica* anguſtifolia, profundè ſerrata *H. R. P.* vid. Hiſt. noſt. p. 566.

Folia longa & anguſta ſunt, ínque acutos mucrones exeunt, per margines dentata. Cæterùm ea è quorum ſinubus flores egrediuntur perexigua & brevia ſunt, breviſſimíſque pediculis, ſingula ſingulis inſident. Flores galeati ſunt propriè dicti.

2. Dracocephalon *Americanum*, Lyſimachiæ campeſtris folio, caule rotundo *Muſ. Pet.* cent. 2. n. 195.

3. Dracocephalon *Americanum*, Oculi Chriſti folio, flore minore *Ejuſd. ibid.* n. 196.

4. Dracocephalon *Americanum*, Hyſſopi folio, floribus alternis vel oppoſitis *Ejuſd. ibid.* n. 197.

Hæ tres plantæ à D. *Plukenet* in *Mantiſſa* ad *Almag. Botan.* ad Digitalem referuntur, & quidem rectiùs, ſi modò revera capſulares ſint.

5. Dracocephalus latifolius glaber, Lyſimachiæ luteæ foliis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Caulis huic (quantum ex planta ſicca conjicere licet) primæ ſpeciei altior attollitur, ex internodiis multò longioribus compoſitus, glaber. E ſingulis articulis *folia* exeunt bina ſibi invicem reſpondentia, abſque pediculis ſeſſilia, binas ternáſve uncias longa, Lyſimachiæ luteæ folia referentia, mucronata, crenis minimis & vix conſpicuis dentata. E ſuperioribus ramuli exeunt graciles, *flores* in ſummitatibus ſuis gerentes, tubuloſos, amplos, hiantes, ore 4drifido, è calycibus brevioribus provenientes. D. *Bobart*.

6. Dracocephalus hirſutus, Lyſimachiæ foliis latioribus ſerratis *Moriſ hiſt.* P. 3. 417.

Caules molli brevíque lanugine pubeſcentes, cum geniculis longis intervallis intercepti, erectè aſſurgunt. *Folia* binatim naſcentia, pollicem lata, baſi ſua caulem ad genicula amplectuntur, quorum inferiora digiti humani longitudinem acquirunt & in mucronem abeunt; ſuperiora tamen breviora latitudinem retinent, in ambitu crebrioribus & profundioribus denticulationibus crenata. *Flores* non ut in prima ſpecie ſpicatim, ſed è ramuſculis in ſuperiori parte naſcentibus proveniunt, longi, ampli, tubuloſi, margine (ut in aliis galeatis fit) in 4 partes diviſi. D. *Bobart*.

7. Dracocephalon *Marilandicum*, Lyſimachiæ glabræ folio D. *Sherard*.

Flores in hac planta diverſum à verticillatis ſitum obtinent. Pediculis communibus oblongis in ſummis caulibus è ſinubus foliolorum minimorum exeuntibus, qui deinde in alios pediculos dividuntur, flores ſuſtinentes.

8. Draco-

8. Dracocephalon *Americanum*, minus D. *Sherard.* Planta eſt *Marilandica* foliis parvis.

P. 550. Ad Cap. de Nepeta.

1. Cataria *Luſitanica* erecta, Betonicæ folio, tuberoſa radice *Tournef. Elem. Bot.* Mentha tuberoſa radice, flore cœruleo ſpicato *Griſleii Vir. Luſit.*

2. Cataria *Luſitanica* Betonicæ folio minor, radice fibroſa *Tournef. Elem. Bot.*

3. Nepeta maxima, flore albo, ſpica habitiore *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Ad 7 pedum altitudinem aſſurgit in lætiore ſolo, aliàs dimidiam ejus ſtaturæ partem non aſſequitur, *caule* 4drato fuſco, ſumma parte in ramos multos oppoſitos diviſo. *Folia* incertis ſeu inæqualibus intervallis bina ſibi mutuo oppoſita exeunt, pediculis ſemuncialibus è viridi caneſcentibus inſidentia, 2 uncias longa, $\frac{1}{4}$tas unciæ lata, ad aut propè baſin ubi latiſſima, exinde paulatim anguſtantur, in apicem obtuſum ſeu ſubrotundum deſinentia, quo à *Mentha cataria anguſtifolia majore* differunt. Ex alis foliorum egrediuntur ſurculi, aliàs folioſi, aliàs nudi, *floribus* multis labiatis densè ſtipatis in ſpicæ formam, undique cincti. Omnes hujus plantæ partes Nepetam vehementer olent.

In foſſis circa urbem S. *Jago de la Vega* oritur.

4. Mentha Cattaria humilis, Polii folio, Pulegii odore *Herman.*

Spithamam vix excedit hæc planta. *Caules* fert ramoſos, quibus adſtant *folia* incana, Polio accedentia, ſed paullò latiora. *Flores* in ſummis ramulis pallidi, nonnihil incarnati, quaſique tomento obducti, galeati & labiati, & in capitulo quodammodo ſpicato diſpoſiti. Flores noviter producti pallidè in cœruleo purpuraſcunt, poſtmodum albeſcunt. Circa ſummam foliorum ſedem tres Flores, aliquando duo uni inſident petiolo, nonnunquam ſotitarii ſunt. Exeunt autem è calice oblongo, anguſto, quinquifido, hirſuto, ſpica mentitur capitulum Polii, ità ut *Nepeta Polioides* vocari poſſit.

In Horto *Amſtelodamenſi* menſe Auguſto obſervavit Clariſſ. *Hermannus.* Videtur Cattaria tenuifolia Hiſpanica *Cluſ.* minus adulta, aut luxurians. D. *Sherard.*

5. Mentha Cattaria, Meliſſæ Turcicæ foliis minoribus *Hort. Cath. Cupani.*

Folia anguſtiſſima ſunt, oblonga, acuminata, per oras eleganter dentata, incana, Meliſſæ Moldavicæ ſimilia. *Flores* in ſummis caulibus non ut in vulgari Nepeta in ſpicas craſſas coacti, ſed in verticillos longiùs diſtantes diſpoſiti, quo ſuperiores tamen eò propiores. Hujus ſpecimen quod deſcripſimus à D. *Sherard* accepimus.

6. Nepeta anguſtifolia minor Alpina, *Hiſpan.* & *Italica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 61.

Pedali altitudine ſupra terram elata, *foliis* eſt anguſtis & incanis. Copioſiſſimè provenit in altis *Sabaudiæ* montibus.

7. Nepeta tuberoſa ſpicata, purpurea *Hiſpanica Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 36. An Mentha radice geniculata *C. B?*

Ulnæ altitudine ſupra terram attollitur. In montibus *Nurſiæ* & *Paniæ* ínque *Hiſpaniæ* oritur. In planta nobis à D. *Sherard* communicata folia urticeis perſimilia erant, ſpicæ prælongæ, è verticillis denſis creberrimis compoſitæ.

8. Nepeta montana purpurea major, ſparſâ ſpicâ *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 36.

Ad ulnæ & dimidii altitudinem excreſcit hæc planta. Folia ejus glabra ſunt. In territorio *Veneto* invenitur in montibus della *Pieve di Quero*; & in *Pedemontio.*

9. Nepeta ſaxatilis cœrulea minima *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 36.

Pedem alta eſt, odore quodammodo ſimili Meliſſæ Turcicæ *Lob.* Invenitur in *Pedemontio*, in montibus *Nurſiæ*, & *Paniæ Tuſcaniæ*, atque etiam in *Hiſpania*, ubi à P. *Barelier* obſervata eſt.

10. Mentha Cattaria præampla, amplo Rhomboidali folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 115.

Quatuor plus minùs pedes Geometricos in altum aſſurgit. *Folia* quæ primò exeunt ampla ſunt, craſſa, ſolida, glauca, glabra, figurâ rhomboide, aut Populi nigræ, aut Ulmi, aut ut meliùs dicam Loti fructu. Ceraſi *C. B.* inferiora ſpithamam interdum longa. Spica conſimiliter, præter modum longa: *Flores* coloris roſacei obſcuri. In Horto *Patavino* culta fuit.

11. Nepeta

11. Nepeta viridis, crispo glabro Sideritidis folio *Boccon. Musf pl rar.* T. 92.

12. Katu-Tumba, *H. M.* P. 10. T. 92. Nepeta *Indica* sylvestris flore purpureo spicato *Commelin.* Si rectè descripta sit hæc planta, floribus pentapetalis incerto seminum numero Nepeta genuina non erit.

H. M.

Plantula est altitudine duûm pedum, nascens in arenosis. *Radix* ruffo-albicans, fibrosa, lignosa, odoris fragrantis & grati. *Caules* tenues, 4lateri, striati, pilis longiusculis albicantibus vestiti. *Folia* oblongo-rotunda, angusta, striata, pilosa, subamara. *Flores* spicati, foliolis parvis succincti, parvi, pentapetali, purpurei, ex calycibus oblongis, transversis, parùm pilosis emicantes; sicci, cum calyce rufescentes, 3, 4, 5ve semina planè nigra & nonnihil nitentia orificio interiore continentes.

Oleo frixa, & aurium orbi perfusa intolerabiles capitis sedat dolores.

13. Carim-Tumba *H. M.* P. 10. T. 93. Nepeta *Malabarica,* folio latiore, flore cœruleo exalbido *Commelin.*

Nepetæ species genuina non est, cùm & florem dipetalon obtineat, & capsulam seminibus numerosis repletam.

H. M.

Radix ut præcedentis. *Caules* iidem, sed crassiores, rotundi, non striati, pilis numerosioribus & longioribus obsiti, superiùs viridi-albicantes, inferiùs hinc indè rubescentes, quorum medulla viridis & aquea. *Folia* tria 4ve brevissimis petiolis in singulis nodulis caulem ambiunt, minùs oblonga & latiora, in margine profundiùs & crebriùs incisa, nervis in recta etiam parte conspicuis, magis pilosa, viroris obscuri, odoris fortis, vegeti ac grati, saporis valde acris & subamari. *Flores* spicati, cœrulei, bipetali; unum capituli basi obversum latius est, trifariam incisum, in medio paulùm infra oras albicans. *Stamina* & *Stylus* ut in præcedentibus, Capsulæ seminales cuspidatæ *semina* in illis numerosa, rufo-fusca.

Vires Oleum per destillationem extractum clarum est & flavescens seu rubescens, transparens, odoris gravis, saporis acris & subamari. Succus addito tantillo Sacchari *Jagra* dicti phlegmata ejicit. Decoctum antiarthriticum est, si corpus eo lavetur; flores eundem in finem condiuntur.

14. Katu-Kurka *H. M.* P. 10. T. 90. Nepeta *Indica* folio rotundiore, floribus in spicas densas congestis *Commelin.*

Nascitur in arenosis. *Radix* albicans, fibrosa, odoris acris, grati. *Caules* viridi-albicantes, quadranguli, geniculati, teneriores, magis rotundi. *Folia* oblonga, lata, in oris crenata, crassiola, pilosa, lenia, intus aquea; costis crassis, Nepetæ foliis similia. *Flores* in vertice caulium in capitulo oblongo congregati proveniunt, folio viridi cuspidato reflexo succincti, monopetali, cochleato-cavi, duabus brevibus auriculis ad latus circumpositis, Persico-aureo-pallidi; odoris grati ut Nepetæ, ejúsque generis, sed sylvestris.

Vires. Universale corporis linimentum ex hac planta cum succo corticis *Lanjæ* lævigata conficitur ad inhibendum virus Serpentis Malabaribus *Polega* dicti; si verò veneno infectum corpus ità inflетur & æstuet, ut extra vasa exsiliat, inseïsus ex decoctione hujus plantæ adhibetur.

D. *Commelinus* ad Nepetam hanc plantam refert, & *Nepetam Indicam rotundiore folio* vocat.

15. Tumba *H. M.* P. 10 T. 91. Nepeta *Indica,* Sideritidis folio, floribus spicatis *Commelin.* notis. Cardiaca minor annua *Americana* flore argenteo seu Leonurus *Americana* alba folio Sideritidis longiore *Pluk. Phyt.* T. 80. F. 7.

H. M.

Radix ex pluribus longis capillatis constat fibris saporis amari. *Caules* tenues, virides, subasperi, nonnihil pilosi, quadranguli, striati, geniculati, medullâ farcti, quæ in teneroribus aquea, in vetustioribus alba. *Folia* ad caulium nodos bina adversa, oblongo-angusta, subaspera, in margine denticulata, odore forti, sapore valdè acri & subamaro. *Flores* ex capitulis spicatis prodeunt, vel etiam foliis interspersis caulem ambiunt, semperque apici caulis, ex quo 4 passim emicant folia circumsident dipetali, difformes, candidissimi; unum illorum longius est & explanatum, alterum multò brevius, circuliforme, exteriùs lanuginosum orificio petalum respiciens apertum. Stamina in illis 4, brevia, tenuia, alba, apicibus rotundis. *Stylus* tenuis & albicans. *Semina* in calycibus conspiciuntur 4, in orbem sibi mutuo adjacentia, oblonga, aliquo modo conica ac trilatera, duobus lateribus planis, tertio rotundo, nigerrima.

Toto reperitur anno semper florens: Ex florum pede melleus q. liquor extrahitur.

Vires. Oleo incocta Scabiem sanat. Succus vermes in ulceribus enecat; cum calce morsui medetur canis; naribus immissus dolores sedat capitis. *Radix* in decocto data lepram tollit. Radices masticatæ, vel etiam foliorum mansorum halitus, nubeculam tollit.

Hujus plantæ flores strictè loquendo dipetalos esse non credo, sed potius monopetalos in duo labia petala æmulantia divisos.

16. Cottam

16. Cottam *H. M.* P. 10. T. 77. Menthæ Cattariæ affinis *Indica*, candido flore *Commelin.* Hæc si rectè descripta sit flore tetrapetalo, hujus loci non est.

H. M.

Nascitur in arenosis. *Radix* fibrosa albicans. *Caules* virides, lignosi, quadrati, nodulati. *Folia* bina & bina proveniunt, oblongo-rotunda, in margine denticulis leniter incisa, tenuia, mollia, saporis acris & subamari: Costæ utrinque eminent. *Flores* verticillati sunt, tetrapetali, candidi, tenuissimi, nonnihil exteriora versus reflexi, calyci arctè insidentes: *Stamina* in illis 4, candida, tenuia, barbata, pilis lanuginosis tenuissimis candidis, apicibus subviridibus in vertice dotata: *Stylus* bifurcatus est; odor gratus. *Semina* in calicibus oblongis reperiuntur, parva, rotunda, parùm plana, rubro-fusco-nigra.

Radix trita & aquâ mixta levamentum præstat adversus oris tumores & pustulas. Folia, *Vires.* flores & fructus contrita & oleo permixta linimentum exhibent contra tumores.

P. 551. Ad Cap. De Betonica.

1. Betonica arboreſcens, villosis foliis, profundè venosis, floribus ex alis foliorum glomeratis, Chedde-cootan *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

2. Betonica foliis rotundis, flore albo *Mentzel. pugil.*

3. Betonica foliis hirsutis, floribus purpureis ampliſſimis *Ejusd. ibid.* Folia hujus tanquam lanugine obsita sunt. *Flores* magni, floribus Lamii similes ex spica emicant. Circa Pistoiam in Apenninis montis collegit auctor.

4. Betonica maxima, Scrophulariæ folio, floribus incarnatis *Herman.* Parad. Bat. Betonica Virgin. elatior Scrophulariæ fol. glabris, fl. carneo *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Herman.

Ad 5 pluriúmve pedum altitudinem assurgit, *caulibus* quadrangulis, geniculatis, glabris, atro-purpurascentibus, è *radice* nodosa Scrophulariæ exeuntibus; cui & *folia* quadantenus similia sunt, utrinque ex adverso posita, rugosa, mucronata, una parte viridia, altera pallidula. E geniculis exeunt rami, utrinque unus; quorum summitatibus spicatâ densèque verticillatâ serie circumstant *Flores*, pallidè incarnati. Hi è galea bifida, labello auriculato, & aliquot apiculatis staminibus constructi sunt. Singulis verticillis interponuntur parva foliola, iis quæ caulibus & ramis adhærent minora, glabra, tenuia, acuminata, nonnunquam pallidula & in ambitu rubentia. Tandem succedunt *semina* quaterna, parva, teretia, fusca, in caliculis quinquifidis oblongis. *Radix* numerosis albis & in longum protensis fibris constat, atque ad 3tium 4túmve annum perdurat. Sapor subacris & aromaticus, odor graviusculus, subacutus inter Mentham & Lamium medius. Quovis solo & cœlo feliciter germinant & delapsis seminibus se propagat.

5. Betonica maxima, Scrophulariæ folio, flore è luteo pallescente *Schol. Bot.* Virginian. elatior, Scrophulariæ folio, flore ochro-leuco *Hort. Oxon. Pluk. Phytogr.*

Ad bipedalem & tripedalem altitudinem *caulibus* quadrangularibus, erectis, geniculatis, interdum ramosis assurgit. *Folia* ad genicula longis intervallis diffita, & petiolis uncialibus & biuncialibus insidentia, palmum ferè lata, ad caulem subrotunda, in mucronem acutum desinentia, in ambitu Betonicæ denticulationibus crenata sunt. *Spicæ* in caulium cacuminibus nascentes digiti humani longitudinis & crassitiei è pluribus minoribus caliculis, verticillatim ambientibus compactæ *flores* galeatos, parvos, ochroleucos protrudunt. D. *Bobart.*

6. Betonica arboreſcens *Maderaſpatana*, villosis foliis, profundè venosis *Pluk. Phytogr.* T. 150. F. 1.

7. Bet. arboreſcens foliis amplioribus, ex insula *Barbadensi*, flo. luteo minimo *Ejusd. ibid.* F. 6.

8. Betonica major ramosa, *Mauritiana* dicenda *Cat. Altd.* In ascensu ad *Mauritii* montem versùs meridiem, & in pratis versùs Septentrionem *gegen Schonberg*, mense Junio & deinceps.

P. 552. Ad Cap. de Prunella.

1. Brunella *Lusitanica*, flore & spica majore *Dodart. mem.* rotundifolia, flore cœruleo, maxima *Pluk. Almag. Bot.*

2. Brunella Alpina purpurea, verticillis grandioribus aculeatis, fortè Prunella spinosa *Wheeler. Itinerar. Pluk. Almag. Bot.*

3. Prunella

3. Prunella elatior, flore albo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radicibus aliquammultis, parvis, fibrosis, fuscis, tres quatuórve uncias longis, terræ inhæret. *Caulis* quadrangularis, geniculatus, viridis, duos tréfve pedes altus, ad genicula paullum protuberans, versùs summitatem foliis oppositis, & ramulis etiam adversis donatus. *Folia* perbrevibus pediculis insident, sescunciam longa, ¾tas unciæ lata, pallidè viridia, rariùs pilosa, Prunellæ *Ger.* foliis persimilia. Caules & ramulos *spicæ* terminant, è *floribus* albis, tubulosis, hujus Generis similibus, compositæ; quibus succedunt inter folia *capsulæ*, initio virides, postea albicantes, tenuia, subrotunda, nigra, membranacea *semina* continentes, margine albo cincta, sibi mutuò arctè appressa.

Locus. In monte saxoso prope domum D. *Bourden*, ultra locum *Guanaboa* dictum invenit D. *Sloane.*

Hæc Planta semine membranaceo, &c. à Prunella multùm differt.

4. Prunella flore dilutè cœruleo, pentapetaloide *Slon. Cat. Jamaic.*

Aliud hujus genus reperitur, in aliis præcedenti similis, duntaxat humilior, foliis viridioribus, floribus pallidè cœruleis, monopetalis, oris in 5 segmenta, totidem petala imitantia, profundè divisis.

5. Brunella major *Mariana*, flore amplo cœruleo *Pluk. Mantiss.* Prunella glabra, flore cœruleo major *Banist. Cat. Virgin.* Eadem (inquit) fortè cum præcedenti, i. e. Brunella cœruleo magno flore *C. B.*

6. Brunella *Pyrenaica* maxima, flore majore *Tournefort. Elem. Bot.*

7. Prunella *Lusitanica*, capite reticulato, folio Pedicularis *Tournefortii Morif. hist.* P. 3. p. 363. Cauliculis 4drangularibus, palmaribus & dodrantalibus, longis internodiis donatis, assurgit, quibus *folia* uncialia, angusta, sinuata & laciniata, Pedicularis foliis pene similia, hirsuta è regione adnascuntur. *Capitula* è foliolis longioribus & acutioribus laciniis donatis squamatim compacta sunt: quorum margines pilis candidis adeò sunt obducti, ut reticulatum totum caput appareat. Flores ut in reliquis Prunellis. D. *Bobart.*

P. 554. Ad Cap. De Clinopodio, & Acino.

1. Clinopodium incanum seu cinereum, foliis longiusculis, verticillis in summo caule, *Marilandicum.* majus *Virginianum* non ramosum, verticillis majoribus, florib. brevibus carneis *Morif. hist.*

Caulis quadratus, rubescens, lanuginosus, cubitalis & sesquicubitalis: *Folia* glauca præcipuè ex inferiore latere, oblonga, in acutos mucrones producta, denticulata. Verticilli in summo caule duo, quorum alter caulem terminat, ut in *Mentha aquatica* & *Origano fistuloso*, alter geniculum proximè inferius ambit. *Flores* autem plures coacervati, in pediculis oblongis, qui è foliorum sinubus ad genicula exeunt, hinc inde unus. Pediculi isti in plures dividuntur ramulos, *flosculos* multos sustinentes, & ad exortum ramulorum apponuntur foliola. *Flosculi* parvi sunt, nec multùm supra utriculos eminentes. Nec forma neque color in sicca comparuere: (Flores carnei galeati.)

Marilandicæ originis est, à D. *Vernon* observata & in Angliam illata.

2. Clinopodium Alpinum roseum, Satureiæ foliis *Boccon. Mus. pl. rar.* p. 119.

3. Clinopodium minus angustifolium, Pulegii odore *Romanum Bocc. Mus. pl. rar.* T. 45.

A Clinopodio minore *Matth.* arvensi Ocymi facie *C. B.* odore Pulegii differt, quemadmodum Serpyllum citratum à vulgari odore Citri. In campestribus *Tiburis* nascitur, inque territorio *Senensi.* Ad spithamiæam altitudinem seu longitudinem excrescit.

4. Clinopodium majus *Siculum*, nigricantibus foliis *Boccon. Mus. pl. rar.* T. 89.

Pedali altitudine supra terram attollitur. *Flores* producit purpureos; *folia* Mari Syriaci, nigricantia. Planta est perennis, inque saxosis nascitur, in montibus *Siciliæ.*

5. Clinopodium perenne, Pulegii odore, Majoranæ folio, *Patavinum Bocc. Mus. pl. rar.* p. 60. T. 45.

In Horto *Patavino* colitur, foliáque aliquoties cochleata cava producit *Majoranæ* similia. Formam assumit fruticosam, & spithamiæa plus altitudine supra terram assurgit. Odorem spirat Pulegii, & *semina* producit Clinopodii minoris similia. Planta est perennis & lignosa.

6. Clinopo-

6. Clinopodium Thymi folio & facie perenne, foliis anguſtiſſimis D. *Sherard.* Florum verticilli genicula ſuperiora ambiunt; Folia brevia anguſtiſſima acuta.

7. Clinopodium anguſtiſolium, non ramoſum, flore cœruleo, labio trifido, atro-purpureis maculis notato, ex *Virginia Pluk. Phyt.* T. 164. F. 3. *Moriſ. hiſt.* p. 3.

Stolonibus ſuis procumbentibus, geniculatis Reptatricium claſſi accenſendum *Radiculas* obliquè agit, fibríſque tenuibus ſubinde rurſum radicatur. *Caulis* exurgit quadratus, hirtus, craſſiuſculus, pedalis & altior, geniculis paucis interceptus; è quorum inferioribus *folia* ſubrotunda, uncialia, crenata, petiolis inſidentia, adverſa exeunt: binis ſuperioribus folia longa & anguſtiora, Betonicæ aut Menthæ ſimilia, in ambitu crenata, petiolis deſtituta adhærent. Nodi ſuperiores terni & quaterni florum verticillis amplis ornantur, quæ foliolis brevibus latiuſculis, decem circiter numero ſubjectis circumcinguntur. *Flores* è calycibus propriis ſatis ampli, cœrulei, galeati cum apiculis ſuis protruduntur; quorum labium atropurpureis maculis eleganter notatur. A D. *Baniſter* in *Virginia* collectum eſt. D. *Bobart.*

8. Clinopodium *Arabicum* annuum *Bobarti Pluk. Almag. Bot.*

9. Clinopod. minus exoticum, Thymi folio minore, inodorum *Pluk. Phyt.* T. 85. F. 1. Thymi folio & facie *Schol. Bot.*

10. Clinop. Pulegii cervini foliis *Maderaſpatanum*, verticillis parvis, caulem per intervalla arctè cingentibus *Pluk. Phyt.* T. 163. F. 6.

11. Clinopodium Hyſſopi foliis latioribus, *Maderaſpatanum Ejuſd.* T. 164. F. 3. Huic folia tenuiſſimè ſunt crenata.

12. Clinopodium Amaraci folio, floribus albis *Americanum* Dictamnus ibi vocatum, *Pluk. Phyt.* T. 85. F. 2. Præſentaneum eſt remedium contra m orſusSerpentum, ac nobilis Antidotus adversùs omnia venena.

13. Clinopodium arvenſe, ſeu Acinos *Hiſpanicum*, foliis admodum lanuginoſis *Pluk. Mantiſſ.*

14. Clinop. *Africanum* procumbens, Pſyllii foliis & capitulis cum cauliculo lanugine veſtitis *Ejuſd. ibid.*

15. Clinop. *Carolinianum*, magis incanum, ſummo caule floſculis purpureis coronatum *Ejuſd. ibid.* In Horto D. *Samuelis Reynardſon* apud *Hillingdon* obſervavit. Fortè Origanum cujus ramorum ſummitates floribus dilutè rubris in verticillos congeſtis coronantur *Baniſt. Cat. Hiſt. noſt.* p. 1926.

16. Clinop. Serpentaria dictum, latiori folio, Capitulis grandioribus ex Provincia *Mariana. Pluk. Mantiſſ.*

17. Clinopod. fiſtuloſum *Indiæ Occidentalis*, ſummo caule floridum *Pluk. Phyt.* T. 164. F. 4.

18. Clinopodium humile *Syriacum*, breviori folio *Ziziforum* dictum *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Plantam hanc humilem, palmarem altitudinem non excedentem, beneficio D. *Huntington* ex *Aleppo* nacti ſumus. E *radice* fibris compacta *cauliculos* frequenter ternos emittit, quorum unuſquiſque geniculo duntaxat unico diviſus eſt; huic bina folia, Clinopodii vulgaris magnitudine, magis verò mucronata æquali ſitu adnaſcuntur. Folia verò majora quaterna, mucronata, cruciatim poſita ſummis caulibus decuſſatim adnaſcuntur; in quorum medio quamplurimi utriculi longi, tenues (è quibus ut in aliis verticilli confecti ſunt) in capitulum conferti inſident. Ex his *floſculi* parvi tubuloſi, purpuraſcentes emicant. Tota Planta pilis brevibus, tenuibus, candidis obſita eſt. D. *Bobart.*

19. Clinopodium flore albo ramoſius, anguſtioribus foliis glabris *Virginianum. Moriſ. hiſt.* P. 3.

E *radiculis* cum fibris contextis, duris, compoſitis *Caules* erecti, rigidi, glabri, 4drangulares, cubitales oriuntur, qui in virgulas varias, longas è ſingulis geniculis ſe dividunt. Ad virgarum oppoſitionem folia conjugatim poſita, pollicem longa, anguſta, non crenata, glabra, petiolis carentia adhærent. Summi ramuli cum foliolis parvis anguſtis acutis ſubjectis verticilla bina aut terna ad uncialem intercapedinem gerunt, è calycibus acutis, & tenuiſſimis oris præditis, confertim digeſtis compacta. *Flores* è ſingulis utriculis ſinguli, candidi, exigui emicant. D. *Bobart.*

20. Clinopodium fiſtuloſum *Virginianum*, glabrum, latifolium & anguſtifolium *Pluk. Almag. Bot.*

21. Clinop. fiſtuloſum *Canadenſe* latifolium, floribus exiguis *Ejuſd. ibid.*

22. Clinop. *Virginianum* anguſtifolium floribus amplis luteis purpura maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo 10 vel 12 foliolis rubentibus eſt circumcinctus D. *Baniſter Ejuſd. ibid.* Clinopodium anguſtifolium *Virginianum*, flo. luteo *Hort. Lugd.* Hanc ſpeciem è *Marilandia* etiam habemus.

23. Clinopodium Origani fiſtuloſi *Canadenſis* folia, coronatum, Camphoram ſpirans, *Dittany* i. e. Dictamnus *Marilandiæ* incolis vocatum *Pluk. Mantiſſ.* A præcedenti (inquit) haud multum diſcrepat. Præcedens autem ſic deſcribit D. *Bobartus* in *Hiſt. Oxon.*

Planta hæc rara, Majoranæ vultu, *cauliculis* lignoſis ramoſis, pedalibus donatur. *Folia* anguſta, biuncialis longitudinis, ſemunciam lata, mucronata, quorum inferiora denticulationibus crenata, & ſuperiora plana ſunt, petiolis uncialibus appendentia binatim ſub ramulorum exortu proveniunt. Verticilli ſummis geniculis ampli foliola habent oblonga, colore eleganti purpuraſcente tincta Utriculi è quibus componuntur verticilli *flores* luteos Lamii amplitudine & formâ floribus perſimiles, galea ampla prominente, & labio purpureis guttis eleganter notato, emittunt.

P. 553. Ad Cap. De Acino.

1. Acinos *Syriaca*, folio mucronato, capſulis lævioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Clinopodium Creticum *Alpin. Exot?* Huic folia ex anguſto principio in medio dilatantur, & in mucronem deſinunt, non crenata, quàm vulgaris læviora, cætera conveniunt.

2. Acinos *Syr.* fol. mucr. capſulis hirſutis *Ejuſd. ibid.* Cauliculis palmaribus binatim adnaſcuntur folia ex obtuſiori principio in mucronem terminata; inter quæ capſulæ etiam oblongæ, per longitudinem ſtriatæ proveniunt, ſed hac nota diſtinctæ, quòd pilis inſignibus hirtæ ſunt.

3. Acinos *Syr.* tenuiore folio, capſulis hirtis *Ejuſd. ibid.* Folia diſcrepantiam manifeſtam oſtendunt, quæ in cauliculis etiam palmaribus & dodrantalibus naſcentia, longiora ſunt, anguſtiora & crebriora præcedentium foliis: vaſcula etiam antecedentis in modum hirſuta ſunt.

4. Acinos *Syr.* altera, foliis longioribus dentatis *Ejuſ. ibid.* Caules palmares & dodrantales, nunc erecti, nunc reclinati, quadrati, nodis diſtincti; quibus *folia* anguſta, crenata, molli hirſutie pubeſcentia (uti etiam caules) bina inter ſe oppoſita, unciam penè longa enaſcuntur. Vaſcula è foliorum alis, ore magis aperto, ſpartita, & in ſpinulas deſinentia per caulis longitudinem à radice pene ad ſummum exeunt.
Quatuor hæ ſpecies ex ſeminibus Aleppo à D. *Huntington* miſſis ortæ ſunt, una cum

5. Acino *Syr.* annua rotundiore folio crenato *Moriſ. hiſt.* P. 3. Folia latiora rotundiora, crenis quibuſdam in ambitu inciſa, pediculis longioribus inſidentia. Calices longi ſtriati, verticillatim naſcentes & petiolis adnexi hirſutie pubeſcunt.

6. Acinos Thymi foliis & facie, floribus inexpanſis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Ex ſemine Pariſiis tranſmiſſo nobis enata eſt (inquit D. *Bobart*) Radix dura, gracilis & fibroſa cauliculos plures, nunc palmares, nunc dodrantales, tenues & imbecilliores emittit, internodiis uncialibus diſtinctos; quibus aliarum hujus familiæ ritu, folia ex oppoſito, Thymi vix excedentia & ſimilia adhæreſcunt. Ex eodem etiam exortu oriuntur petioli, quorum quilibet ternatim frequenter diviſus, totidem vaſcula Thymi etiam paria ſuſtinet; quibus *Flores* minimi purpuraſcentes, rarò aperti, conniventes inſident. *Semen* minimum, rotundum ſuccedit, radixque perit. D. *Bobart.*

7. Acinos vulgari ſimilis ſed major folio longiore. D. *Sherard.* Tota planta hirſuta eſt.

8. Acinos folio longo, rugoſo ad Salviam accedente.

9. Clinopodium Alpinum *Ponæ Park.* Chamædrii vulgari falſæ aliquatenus affinis, & Clinopodium Alpinum *Ponæ J. B.* Teucrium Alpinum coma purpuro-cœruleâ *C. B.*

J. B.
Ex adverſo ſita ſunt per caules folia, Chamædryos paria, acuminata, rugoſa, hirſuta, per ambitum ſerrata; Ex quorum alis per caulium partem ſuperiorem bina ex adverſo quoque oriuntur vaſcula, Pedicularis Alpinæ, in binas carinas, ſingulas totidem diviſas loculis, ſeſe aperientia, ſemine plena parvo nigro. *Caules* dodrantales & palmares, firmi, multi, è radice lignoſa, nigricante, multis capitibus diviſa.
In ſuprema parte montis *Juræ*, inque Alpibus *Sabaudicis*. Plurimùm differt, eſtque revera ſpecie diſtincta à Clinopodio montano *C. B.* ſeu Acini pulchra ſpecie *J. B.* Hujus loci non eſt, ſed ad Pedicularis genus referenda.

In

In Hiſtoria noſtra, neſcio quomodo, omiſſa eſt hæc planta nobis notiſſima.

P. 555. Ad Cap. De Stachy.

1. Stachys Hormini ſativi folio, flore albo *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus *folia* prima palmum ferè lata, ad triangularem formam accedentia & obtuſa, in ambitu crenata rugoſitatem profundam, colorem candicantem, vultúmque, *Hormini ſativi* planè obtinent. *Caules* 4drati, candida lanugine hirſuti cubitales ſunt. *Flores* denſiùs per intervalla verticillatim diſpoſiti albi ſunt, aliarum floribus ampliores, maculis carneis in medio ſtriati. His ſuccedunt *ſemina* ſubrotunda, tumida, *Hormini ſativi* majora, fuſca. D. *Bobart* cui ex ſeminibus *Bataviâ* acceptis orta eſt.

2. Stachys folio obſcurè virenti, flore ferrugineo *Moriſ. hiſt.* P. 3. 382. *Radice* nitur inſigniter fibrata, vivaci. *Folia* exinde oriuntur *Galeopſeos veræ Dioſc.* pæne ſimilia, longiora tamen & ampliora, lata baſi, atro-virentia, hirſutie pubeſcentia & in ambitu ſerrata, pediculis longis appenſa. *Caules* inter hæc aſſurgunt, quadrati, villoſi, cubitales, geniculati: in quibus folia conſimilia, ſed paululum minora, è regione poſita ſunt. *Flores* poſt dimidium è vaſculis villoſis, pentagonis & acutis verticillata ſerie per intervalla provenientes galeati fuſco-rubente q. ferrugineo colore tincti ſunt. *Semina* ſubrotunda, ſubnigricantia ſuccedunt. D. *Bobart*.

3. *Stachys* folio virente, flore partim rubente, partim albo *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hæc ſeminibus ex *Aleppo* receptis orta *folia* profert humi ſtrata, petiolis longis inſidentia, è lata baſi in mucronem deſinentia, ſerrata, colore præcedentis non abſimilia. *Caules* graciliores pedales & altiores, ad articulos per intervalla longiora foliola longè minora, magiſque acuminata, petiolis deſtituta binatim emittunt. Utriculi hirſuti, aperti, pauciores & majores nodos ſuperiores cingunt: è quibus Flores partim rubentes, partim albi, galeati, emergunt, & in *ſemina* ſubrotunda, ſed majora fuſca tranſmutantur. D. *Bobart*.

4. *Stachys* viridis elatior, longioribus & anguſtioribus foliis, flore purpuraſcente *Moriſ. hiſt.* P. 3. Folia habet plurima, humi ſtrata, 6 uncias longa, 2, 3ve lata, ad baſin contracta, & in obtuſum mucronem abeuntia, pediculis longis inſidentia, rotundis crenis dentata, rugoſa, viridia. *Caules* quadrati, ad altitudinem humanam aſcendentes, minoribus foliis, è regione ſitis veſtiti, molli lanugine obducti. *Flores* aliarum more, è calycibus hirſutis prodeuntes naſcuntur, galeati, purpuraſcentes, ex galea elevata, labióque longiùs dependente, bucculis carentes, hiantem florem conſtituunt. Cuilibet verticillo adnaſcuntur bina folia anguſta *Panacis coloni Ger.* ſimilia, & petiolis deſtituta. D. *Bobart*.

5. *Stachys* viridis elatior, amplioribus foliis, floribus è carneo colore albeſcentibus *Moriſ. Hiſt.* P. 3. Cum præcedenti convenit. *Folia* viridia ſunt, & conſimilibus pediculis longis appenſa, eandem longitudinem pæne obtinent: hæc enim, non ſolùm inferiùs naſcentia, ſed & alia verticillis adhærentia, latiora, ſunt, rugoſa, crenata, nerviſque hirtis prædita. *Flores* præcdentium conformes, ex albis pallidiores, ſtaminibus nigricantibus, vexillum hians ſuffulcientibus donati. D. *Bobart*. D. *Sherard* ſemen unde enata eſt communicavit Binæ hæ ſpecies gravem fœtidùmque ſpirant odorem, ut & præcedentes.

6. *Stachys* Africana fruteſcens, Meliſſæ foliis, floribus brevioribus phœniceis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Stipitibus lignoſis pollicaris craſſitiei, cortice cinereo tectis, 4dratis & ſulcatis, in ramulos plures divaricatis adoleſcit. Iſtis ex oppoſito, petiolis uncialibus & biuncialibus donata naſcuntur *folia*, Meliſſæ vulgaris æmula, ſervata, odore herbaceo, non admodum jucundo. Summi ramuli in longum protracti verticillis denſis per longa intervalla interjectis ornantur, è quamplurimis calycibus longis, ad genicula congeſtis compoſita, è quibus erumpunt flores galeati, breves, intus villoſi, elegantiſſimo phœniceo coccineóve colore tincti. D. *Bobart*.

7. Stachys folio fulvo, ad verticillos odorata. St. foliis pallidis verticillis odoris *Hort. Cath. Suppl. alt.* An Stach. Alpina Betonicæ folio *Acad. Reg. Par.*

Caulis in ſicca noſtra à D. *Sherardo* accepta erectus, firmus, quadratus, hirſutus, *foliis* veſtitus ad intervalla longiora ex adverſo binis, longis, anguſtis, acutis, lanuginoſis, circum oras minutis denticulis ſerratis, inferioribus longis pediculis innixis. Superiora caulis verticillatim ambiunt *flores* in verticillos non admodum denſos congeſti, quibus ſubſunt foliola duo, latâ baſi caulem amplexa. Florum calices ampli, patuli, in 5 ſpinulas margine terminato. Tota planta fulveſcit: In alio exemplari ejuſmodi fulvum colorem non obſervavimus.

8. Stachys *Cretica* major latifolia *Schol. Bot.* An *Indica* procerior Betonicæ folio *Pluk. Hiſt. noſt. Ap.* p. 1872 ?

9. Stachys lychnitis anguſtifolia crenata *Madraſpatana Pluk. Phytogr.* T. 64. F. 2.

10. Stachys exotica, Lychnidis coronariæ foliis & effigie *Pluk. Almag. Bot.* An St. Luſitanica quorundam *Lob. ico ?*

11. Stachys ampliſſima, Verbaſci foliis, floribus albis parvis non galeatis, ſpicâ Betonicæ. Ex Inſula *Canarina*: *Arvida Salva* incolis, & noſtratibus, The Sage-Tree i. e. Salvia arbor nuncupatur *Pluk. Almag. Bot.* T. 322. F. 4. Hujus meminimus in Cap. de Salvia.

12. Stachys *Canarienſis* fruteſcens, Verbaſci foliis *Tournefortii Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Huic è *radice* dura, fibris onuſta *Caules* exſurgit erectus, lignoſus, tomentoſus, rotundis angulis 4dratus, nodulatus, in cubitalem & bicubitalem altitudinem, ramuliſque oppoſitis denſo tomento obſitis fruticeſcens. *Folia* bina & bina decuſſato ordine proveniunt, pediculis uncialibus & biuncialibus inſidentia, latitudine triunciali, oblonga, è rotunda baſi in mucronem deſinentia, ambitu crenata, rugoſa-craſſa, ſuperiùs viridiora, inferiùs (coſta veniſque eminentibus) denſa lanugine obſita. Summis ramulis per intervalla denſiùs verticillatim innaſcuntur *flores*, omnino candidi, tubuloſi, breves, oris apertis, & in 4 partes penè æquales diviſi, qui ſpicam longam conſtituunt. Poſt horum exantheſin *ſemina* ſubrotunda, fuſca, quaterna fundo calycis brevis, tomentoſi conduntur. *Folia*, lignoſique caules per totam hyemem in hybernaculo perpetuo virent. D. *Bobart.*

13. Stachys latifolia major, foliis obſcure virentibus, flore galeato ferrugineo *Pluk. Almag. Bot.* Nihil aliud eſt quàm Pſeudo ſtachys Alpina *C. B. pin. & prod.* Salvia Alpina *Tab. icon.*

14. Pſeudoſtachys Menthæ cattariæ folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 58. *Bocc.*

Hæc planta Alpes & montes amat : incana eſt tomentoſa, *foliis* ſinuatis, Menthæ cattariæ valde ſimilibus. Spicæ, verticilli, & ſemina ad Pſeudoſtachyos genus pertinere demonſtrant. Prope vicum *Seſtole* ſub *Cimone di Fanano* obſervavi.

15. Stachys Scordiodes peregrina ſive Sideritidi affinis ex *India Orientali Pluk. Mantiſſ.*

P. 556. Ad Cap. de Marrubio, poſt 10 ſpeciem.

1. Marrubium *Hiſpanicum* ſupinum, foliis ſericeis argenteis *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Mar. *Hiſpan.* fruteſcens, rotundifolium, tomentoſum, odore Stœchadis *Breyn. Prod.* 2. *Hiſpanic.* odore Stœchadis *Lob. ico.* Differt ab *Ocimaſtro Valentino Cluſ. Plukenet.*

3. Marrubium album minus elegans, ex monte *Sipyli*, Nepetæ Alpinæ ferè folio & facie *Hort. Oxon. Pluk. Almag. Bot.*

4. Mar. album rotundifolium minus, criſpatis foliis *Æthiopicum Pluk. Almag. Bot.* T. 306. F. 2.

5. Mar. foliis criſpis ſerratis & incanis. *P. B. P.*

6. Marrub. rotundifolium montis *Libani Munting. Herbar. Belgic.*

7. Marrub. majus tomentoſum *Ejuſdem.*

8. Marrubiaſtrum anguſto Cardiacæ folio viridi *Boccon. Muſ. pl. rar.* 136. Sideritidis folio, caliculis aculeatis *Tournef. Elem. Bot.* T. 98. *Boccon.*

Folia prima, quæ è *radice* brevi fibroſa exeunt, Lamii ſcutellati folia imitantur ; poſtea proficiente plantâ faciem mutant, & aliquantulum ſulcata evadunt, velut lobi ſeu ſegmenta foliorum Cardiacæ. *Flos* rubellus eſt in verticillis aculeatis. In trium pedum altitudinem attollitur, & annua planta mihi eſſe videtur.

In *Eturia* prope *Florentiam* à me obſervata fuit, & *Venetiis* in horto *Chiſtini Martinelli* Patritii *Veneti Boccon.*

9. Marrubium album *Melitenſe* minus *Moriſ. hiſt.* P. 3. 376.

Inter *Marrubia* alba minimum eſt, *caulibus* gracilibus, tomentoſis, geniculatis aſſurgens ; quibus *folia* binatim naſcentia, petiolis brevibus inſidentia, parva, crenata & rugoſa, è rotundis oblonga, & obtuſa, unguis humani latitudinem non excedentia, adhærent. *Floſculi* albi è vaſculi minoribus decagonis provenientes virgultis tenuibus ſupremis verticillatim naſcuntur. D. *Bobart.*

10. Marrubium,

10. Marrubium, Dictamni ſpurii foliis & facie *Herman. Parad. Bat.* An Pſeudo-dictamnus *Hiſpanicus* folio rugoſiore *Schol. Bot* ?

Herman.

E *radice* ſimplici plures fibras emittente oriuntur *Caules* frequentes, pedales, ramoſi, quadrati, lanuginoſi, quibus ad ſingula genicula adſtant *Folia*, amplitudine ad *Pſeudo-dictamnum acetabulis Moluccæ* C. B. facie verò ſeu habitu ad *Marrubium album* accedentia, aſt minora, magis crenata & rotundiora. Caulium genicula multiplici ſerie verticillatim cingunt acetabula densè coacta, brevibus vel nullis pediculis ſuffulta, *Pſeudo-dictamno* minora, expanſa, rugoſa & per margines crenata. Ex horum ſingulis oritur *Flos* tubuloſus, galeatus & labiatus intus elegantiſſimis purpureis lineolis undique inſcriptus, extus in rubro palleſcens, galeâ conſtans bifida, erecta, apice lanuginoſo & labello trilobato. *Semina* fert anguloſa, fuſca, quaterna in ſingulis caliculis.

11. Marrubium album rotundifolium *Hiſpanicum* maximum *Schol. Bot. Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Ocimaſtro Valentino Cluſ. adeò ſimilis videtur, ut à plurimis pro eadem habeatur, aſt caulibus quadrangulis, ex viridi ſubinde incanis altiùs aſſurgit, *folia* ſupra ſaturatiùs virent, & pediculis longis pendent, minùs rotunda, & in modicum mucronem obtuſum deſinentia, Calyculi è quibus prodeunt *Flores*, in 10 ſtrias totidémque apices ſtellatim expanſos explicantur. *Floſculi* plures in verticillis ab imo ad ſummum per interſtitia diſpoſiti, quorum pars ſuperior ſeu galea trifida eſt & retroflexa, ad extremas oras nonnihil lanuginoſa, tota alba, intus duabus lineis ſanguineis per longitudinem inſcripta : Labium bifidum, auriculatum, albidum, guttis a lineolis ex albo & ſunguineo variis eleganter inſignitum. Galeam in aſcenſu comitantur *ſtamina* aliquot craſſiuſcula, rigida, rubro-pallidula, abſque apiculis. *Semina* ſuccedunt anguloſa fuſca, bina, terna, rariùs quaterna in eodem vaſculo. *Quaterna proculdubio ſemina naturaliter uni flori ſuccedunt :* Odor & ſapor ut in cæteris Marrubiis.

Quoad verticillorum diſpoſitionem & utriculos in decem apices aculeatos terminantes cum Marrubio vulgari albo *C. B.* convenit.

12. Marrubium ſubrotundo folio *Hiſpanicum* majus ſeu latifolium *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 122. P. 176.

Folia hujus plantæ ſubrotunda ſunt, dentata, incana craſſa : *Flos* purpureus. Saxatilis herba eſt, ſpithamâ paulò altior. In montibus *Hiſpanicis* à Patre *Barelier Dominicano* inventa eſt.

13. Marrubium album, ſericeo, parvo & rotundo folio *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 69.

Ad ſpithamæ altitudinem ſupra terram effertur, inque inſulis Archipelagi invenitur, obſervante eodem D. *Barelier.*

Poſt ſpeciem 12am adde.

1. Pſeudo-dictamnus *Hiſpanicus* foliis criſpis & rugoſis *Tournefort. Elem. Bot.*

2. Pſeudo-dict. *Hiſpan.* ampliſſimo folio, candicante & villoſo *Ejuſd. ibid.*

3. Pſeudo-dict. *Hiſpan.* ampliſſ. folio nigrante & villoſo *Ejuſd. ibid.*

4. Pſeudo-dictamnum nigro rotundo criſpo folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 152.

Planta eſt lignoſa, acetabula villoſa circa verticillos proferens, Pſeudo-dictamni *Ponæ* ſimilia. *Flores* parvi ſunt, coloris roſacei obſcuri ; *folia* mollia, nigra, criſpa, rotunda, Lamii foliis caulem ambientibus majoris *C. B.* aliquo modo ſimilia. Planta eſt fruticoſa, perennis altitudine ſeſquipedali. In horto D. *Chriſtini Martinelli*, cultam vidit : Semen è quâ Provincia traſportatum fuerit neſcivit.

5. Pſeudo-marrubium *Americanum*, Viburni facie, flore carneo *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Bobart.

Virgulis duris, lignoſis, cubitalibus, lanuginoſis, 4dratis geniculatis aſſurgit : quibus æquali ſitu per intervalla binatim adnaſcuntur *folia*, ſubrotunda & mucronata, in ambitu dentata, Mali hortenſis aut Viburni vulgaris figura & mollitie prædita, ſuperiùs ſubhirſuta, viridia, inferiùs tomento obſita, petiolis uncialibus inſidentia. Ad ſingulos nodos unà cum foliis orbiculariter & arctè adhærentes, proveniunt *flores* exigui, ut in aliis Marrubiis aquaticis, ſimul congeſti, eorùmque non diſſimiles, niſi quod colore omnino carneo tincti ſint.

6. Praſſium *Madraſpatanum*, folio latiſſimo *Muſ. Pet.* 671. oatepemarutte *Malab.* An Tsjaden *H. M.* Vol. 10. T. 89. p. 175.

Folia hujus plantæ inferiora valde lata ſunt, longis pediculis innixa & Ballotes ſeu Marrubii nigri noſtratis folia referunt, ſed majora ſunt : *Caulis* 4dratus carinatus : Spica ſpithamiæa

miæa interdum & longior,è verticillis crebrioribus & prope faſtigium denſiùs ſitis compoſita, binis ad ſingulos foliis appoſitis : *Calices* ſtellati & incani, uti eſt tota planta.

Datur & altera hujus ſpecies, *Rettepemarette* dicta ; utraque 4 pedes alta eſt, & grave-olens.

Vires. Indigenæ harum utriuſque vel alterius aquæ bullientis vapore madefactæ ſuccum exprimunt, bibunt ad Aſthma, flatus & dolores frigidos, ídque manè ; veſperi eorundem decocto ad eoſdem affectus utuntur.

7. Marrubium nigrum ſaxatile albidum, oblongo acuminato folio, non rarò maculata villoſum *Hort. Cathol. Cupani.* Mar candidum villoſum Petri Caſtelli *Hort. Meſſan.*

Folia ad urticam fatuam accedunt verùm verticilli denſi, & florum forma ad Marrubium album hanc plantam referendam eſſe arguunt.

Huic plantæ inter ſiccas à Nobiliſſ. Principe *Catholicæ* ad D. *Sherard* miſſas hunc titulum à D. Cupani impoſitum invenio. Marrab. albidum ſaxatile, oblongo acuminato folio, plerunque maculato villoſum *Hort. Cath.* ſeu Marrubium nigrum Siculum Galeopſidi Anguillaræ reſpondens *Bocc. Muſ.*

8. Pſeudo-dictamnus *Africanus*, foliis ſubrotundis, ſubtus incanis *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Cap. 90. Ps. Afr. Hederæ terreſtris foliis *Oldenlandii Tournefort. Inſtitut.* 188.

Radice gaudet albicante & fibroſa, è qua ad ſeſquipedis altitudinem *cauliculi* eriguntur 4drangulares & hirſuti ; quibus *Folia* adſtant in hirſuto pediculo ex adverſo bina, ſubrotunda & crenata, ſuperiore parte viridia, adverſa tomento albicante obducta. Caulium ſummitates verticillatim exornant in perianthio pateræ in modum explanato & denticulato *Flores* rubri, inſtar congenerum galeati & labiati. Florem ſequuntur in eodem perianthio *ſemina* quatuor, nuda, parva. Floret Julio, Auguſto ſemina perficit, quibus perfectis perit.

P. 562. Ad Cap. de Lamio.

1. Lamium Meliſſæ folio paludoſum Belgicum. *H. L. B.* quod Marrubiaſtrum paluſtre fœtidum appellat D. *Tournefort.*

2. Lam. *Americanum*, rotundo glabro folio, floribus albis. *P. B. P.*

3. Lam. luteum foliis anguſtiſſimis noſtras *Pluk. Almag. Bot.*

4. Lam. Bulboſum *Americanum Munting. Herbar. Belgic.*

5. Galeopſis lutea, amplioribus foliis maculatis *Tourneſ. Elem. Bot.*

6. Gal. *Hiſpanica* fruteſcens, Teucrii folio *Ejuſdem.* Teucrium regium latifolium flore albo *H. R. P.*

7. Lamium album elegans Nepetæ facie *Pyrenaicum*, flo. minore *Pluk. Almag. Bot.* An Lam. album non fœtens, folio oblongo minus *H. R. P. Ejuſd.*

8. Galeopſis *Auguillaræ* ſeu Pſeudo dictamnum nigrum *Siculum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 114. Pſeudo dict. *Hiſpanicus* Scrophulariæ folio *Tourneſ. Elem. Bot.*

Boccon. Habitus hujus plantæ cùm adulta eſt Pſeudo-dictamni potiùs quàm Marrubii ſpeciem monſtrat. Nota generica ſeminis ejúſque conceptaculi id confirmat. Ad ulnæ & dimidiæ altitudinem evadit, in ſaxoſis & montibus. *Folia* profert nigricantia, cordiformia velut Lamii, mollia & velut holoſericea Pſeudo-dictamni *Ponæ* ad inſtar odore medicato Meliloti. Perennis eſt planta & ramoſa. *Flores* edit parvos, colore vinoſo, ruſſo & albo varios, Pſeudo dictamni minores : *Semen* nigrum, grande velut Homini ſylveſtris *Dod.* Plantam hanc in Obſervationibus & inquiſitionibus meis Gallicâ linguâ impreſſis An. 1674. Marrubium & Pſeudo dictamnum nominavi.

9. Lamium ſupinum minimum, Chamædryoides, flore albo-croceo, *Cyrnæum. Bocc. Muſ. pl. rar.*

Radix hujus plantæ tenuis eſt & flava. Inter ſaxa oritur in *Corſicæ* inſulæ montibus altis, S. *Michaelis* dictis, nec ultra pedem dimidium in longitudinem excreſcit : verùm cultura plantarum magnitudinem perſæpe auget aut alterat. *Flos* pro ratione plantæ parvus eſt, colore albo, croceo maculato.

10. Lamium

10. Lamium amplo ſerrato nigricante ſubrotundo rugoſo folio, flore rubro *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 23.

Planta eſt præcox, & in locis frigidis *folia* profert criſpa, ſulcata, ſubrotunda. Pedem alta eſt, florémque producit cæteris ſpeciebus majorem colore rubro ſaturo.

Agro *Patavino* & *Tarviſino* invenitur; atque etiam in *Anglia*, ni fallatur Autor noſter. *Ego nihil ſimile unquam inveni in Anglia, at nec alius quiſquam, quod ſciam.*

11. Lamium cannabinum, floribus albis, verticillis purpuraſcentibus D. *Doody.*

Caulem habet bipedalem, inſigniter nodoſum, hirſutum. Singuli ramuli (qui plures ſunt) in 4, 5, vel 6 verticillos terminantur, veluti totidem ſpicas, ex floribus albis majoribus, è calicibus purpuraſcentibus, (qui in 5 ſpinulas concolores longiſſimas deſinunt) exeuntibus compoſitas. *Flores*, ſi cautè aſpiciantur, levi rubore tincti apparent, labium luteo notatum, Genicula rubent. Folia anguſtiora ſaturatè virent. Toto habitu à vulgari differre videtur. Cum vulgari flore albo diligenter contuli, & differentia planè patet. D. *Doody.*

Per multos annos obſervavi prope **Neat-houſes** [Boum ſtabula] ſupra *Weſtmonaſterium* viâ quæ ad *Chelſea* ducit ubi alia ſpecies non invenitur.

D. *Bobart* in *Hiſt. Oxon.* P. 3. duas ſpecies Lamii Parietariæ folio conſtituit 1. Unum album perenne. 2. Alterum rubrum annuum.

12. Lamium purpureum fœtidum, foliis longis ſeu Galeopſis comoſa. Lamium flo. purpureo, comâ purpureâ *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.* D. *Sherard.*

Hoc quod in Horto noſtro excrevit, à nemine depictum hactenus obſervavi. Figura in *Hiſt. Lugd.* nomine Galeopſis *Matthioli* aliquantulum cum noſtro convenire videtur, in multis tamen differt. Ex uno ceſpite, multis fibris ſtipato *caules* plures prodeunt, bicubitales & tricubitales, ramoſi, hirſuti, quadrati, albâ medullâ farcti. Ad horum genicula *folia* adſtant ex adverſo bina, oblonga, mollia, rugoſa, Lamii aut Urticæ ſimilia, in ambitu crenata: quæ imis caulium hærent, longis ſulciuntur petiolis, carinatis & manûs amplitudinem ſæpe excedunt, ſeu ad Hormini ſclaræa dicti foliorum magnitudinem accedunt, eíſque ferè ſimilia ſunt: quæ verò in ſummis ramis, & verticillis ſubſunt, nullos habent pediculos, & ſenſim minora & acutiora fiunt, marginibus vix aut non omnino crenatis: quæ in ſummitate in quam ſpicæ terminantur ſunt, atro-purpurea, velut comæ in Hormino ſeu Gallitricho. *Flores* galeati & labiati, purpuraſcentes ſex aut plures abſque pediculis caulium genicula ambiunt, & ex cauliculis difformibus, in mucrones acutiſſimos deſinentibus prodeunt, galeâ integrâ, labio bifido. Sequuntur *ſemina* quaterna. Tota planta gravem Lamii odorem ſpirat.

13. Eſt & alia hujus ſpeciei mihi enata, foliis mollioribus & amplioribus, quorum inferiora ad Horminum *Sclaræa* dictum accedunt, ſuperiora verò longiora ſunt & ampliora quàm in priore, iis quæ in ſummis cymis ſunt ejuſdem cum cæteris foliis coloris, minimè in nigro purpuraſcentis ſed hilarioris & quaſi lucentis. Caules parte inferna, & pediculi foliorum quaſi lanugine obducti ſunt. *Flores* ex pallido purpuraſcunt, labio albis maculis exornato. Caules æque in ramos dividuntur, ſed breviores ſunt quàm ſuperioris, Cætera conveniunt. Ex Advers. D. *Herman* hauſit D. *Sherard*; qui plantam hanc eam eſſe ſuſpicatur quam *Hermanus* in *Cat.* ad finem *Parad. Bat.* Lamium flo. purpureo, comâ alba denominat.

P. 562. 14. Galeopſis fruticans Tingitana *H. L. B. Herman.*

Zanonius ſcribit galeam eſſe bifidam, ſed noſtra eſt integra; item labium lineis flavis variegatum eſſe, cùm in noſtro lineis rubris inſcriptum ſit: pediculos inſuper eſſe piloſos cùm noſtri glabri ſint & carinati. *Folia* per margines ſunt crenata, & facie Teucrii ſimilia, quod *Zanonius* omiſit, Cæterùm figura convenit, & propterea eandem eſſe exiſtimo cum *Zanoniana* Ex *Adverſ. Hermani.*

15. Lamium perenne Creticum, &c. *Zanonii*, quod nobis inter Meliſſas collocatur, ſemina profert molli pulpa nigricante, baccarum inſtar incluſa, quæ, cum maturuerint ſemina, exareſcit D. *Sherard*: quod & Do. *Boccone* obſervatam invenio, qui in Epiſt. Teucrium inodorum fruticoſum lucidum ſemine nigro carnoſo vinoſóque hanc plantam denominat *Cupani Hort. Cath.* Lamium fruticoſum, Teucrii folio lucido, calyce & flore magno, candido, tantillâ purpurâ variè notato dicitur.

16. Urtica iners foliis tenuiùs deſectis, & in prælongam barbalam extenuatis D. *Sherard.* Planta eſt rariſſima, foliis Atriplicis cujuſdam, aut Marrubii aquatici æmulis, pediculis prælongis tenuibus inſidentibus. Florum galeæ exteriùs lanuginoſæ aut lanoſæ, candicantes antequam plenè aperiuntur, ut in licca videtur.

17. Lamium

17. Lamium folio cordato elatius, flore purpureo magno D. *Sherard.*

Folia ad intervalla longiora bina oppoſita cordata, glabra, circa margines crenata. *Flores* in ſummo caule in verticillis denſis, magni, galeâ elatâ, ſed (quod præcipuè notabile eſt) exteriùs, præſertim antequam aperiantur, lanoſâ. Hanc collegit D. *Sherard* prætereundo *Coldi Tende* cùm *Nizzam* proficiſceretur.

18. Lamium fœtidum rubrum, folio cordiformi *Hort. Cath. Suppl. alt.*

Folia hirſuta ſunt, inferiora prælongis inſident pediculis, circa margines dentata, acuminata. Florum verticilli in ſummis caulibus rariùs ſiti, è paucis ſinguli *floſculis* componuntur; qui in ſicca non comparuere.

19. Galeopſis *Hinguer-Pollumenſis*, flore minimo, ſpica tenuiore, *Karundei-poondoo Malab.* D. *Petiver Act. Philoſ.* N. 264. p. 590. Locis ſiccis naſcitur, pedali altitudine.

P. 566. Ad Cap. De Sideritide.

1. Sideritis montana *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

2. Sideritis fœtida ſpicata, flore luteo *Ejuſd. ibid.* eſt Alpina Hyſſopifolio *C. B. P.*

3. Sideritis (fortè) an Stachys minor Salvifolia *Æthiopica*, floribus patulis pubeſcentibus rubris *Pluk. Almag. Bot.* T. 311. F. 5.

4. Sideritis *Æthiopica* major & ramoſior, ramis Lycii more in aculeos rigidiores deſinentibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 315. F. 5.

5. Sideritis *Canarienſis*, *Mocanes* dicta, folio ſubtus incano, margine ſpinulis aſperato, calyculis tomentoſis *Pluk. Phyt.* T. 315. F. 4.

6. Sideritidis facie, Thlaſpeos ſiliculis, binis ſeminibus, Æſchynomenes in modum area circulari utrinque adumbratis, ſepto membranaceo intergerino diſpertitis, è *Maderaſpat. Pluk. Phyt.* T. 224. F. 1.

7. Sideritis incano Oleæ folio, floſculis ex incarnato candicantibus, Montis *Libani Volck. Flor. Norimb.* Sid. mollis cinerea, oleæ fol. caulem ambiente, fl. violaceo ex monte *Carmali Bocc. Muſ. pl. rar.* Tab. 109. 112.

Ex *radice* quodammodo fibroſa, exalbida *cauliculi* promuntur dodrantales, rotundi, ex viridi albicantes, quos conjugato ordine bina ſemper exornant *folia*, oblonga, latiuſcula, in extremitate nonnihil acuminata, incana lanugine pubeſcentia, nervoſa; Ex alis foliorum inferna parte plantæ alii exurgunt *cauliculi*, anguſtioribus foliolis, Roriſmarini æmulis, ſed incanis ſtipati. Summi ramuli decorantur *floſculis*, ex incarnato albentibus, verticillata ſerie diſpoſitis, monopetalis, difformibus, galeatis & barbatis; galea ſeu floſculorum pars ſuperiora versùs reflexa, bifida eſt, barba verò tribus laciniis diviſa, ima parte deliquium patiente. *Semina* ad ſingulos flores ſuccedunt quaterna, nuda, ſubfuſca, lævia minora in calice floris emarcidi. Tota planta perennat, & ſemper viret, modò frigori ſubducatur, & ad hibernaculum commune referatur.

8. Sideritis annua flo. luteo, utriculis & foliis longioribus *Moriſ. hiſt.* P. 3. D. *Bobart.*

Caule aſſurgit recto, quadrato, pedali & cubitali, paucis ramuſculis brachiato, articulis aliarum in modum diſtincto. *Folia* inferioribus geniculis binatim adnata, unciam aut ampliùs longa, Prunellæ vulgaris fere æmula, in ambitu modicè dentata, petiolis uncialibus donata ſunt; at quæ caulibus & ramulis poſt dimidium naſcuntur crenis omnino ſunt deſtituta, & ex eis prima longiora, & ſuperiora breviora apparent. Porro ex horum ſinubus utriculi, aliarum ſpecierum longiores, tenuiores, tactu mollicelli, numero 5 vel 6, verticillum componunt; è quibus *Flores* tubuloſi, galeati, pallidè lutei aliarum more prodeunt. Utriculis autem bina ſubrotunda foliola, acuminibus longis innoxiis dentata, appendicum vices præſtantia ex eodem exortu proveniunt.

9. Sideritis montana Scordioides tomentoſa alba *H. L. B.*

Dubitat D. *Hermannus*, an ſit Sideritis foliis hirſutis, profundè crenatis *C. B.* p. 213. Sideritis *Monſpeſſulana J. B.* Nobis certè tum ex figura, tum ex deſcriptione diverſa videtur. *Caulis*, inquit, huic dodrante longior eſt, quadrangulus, tomentoſus, incanus, quem ambiunt conjugata ſerie *folia* parva, incana, mollia, graveolentia, rugis & marginalibus crenis ad ſcordii folia quadantenus accedentia. Ad horum ſinus exeunt *floſculi* galeati & labiati, puſilli, pallidi, caulem per intervalla verticillatim cingentes; quibus ſuccedunt utriculi, quinquefariam denticulati, nullis aut perexiguis pedicellis fulti, claudentes *ſemina* 4, rotunda, fuſca. Renovatur ſingulis annis ex ſeminibus deciduis.

10. Sideritis

10. Sideritis erecta, Teucrii pratenſis folio, *Æthiopica Pluk. Almag.* Tab. 315. F. 3.

Planta hæc erecta, palmaris & dodrantalis, ſtatim à *radice* fibrata in 3 pluréſve *caules* non ramoſos aſſurgit; quorum ſingulis geniculis, ad uncialem intercapedinem, *folia* binatim naſcentia, pediculis brevibus adhærentia, *Veronicæ, Teucrii pratenſis* vulgò vocatæ ſimilia, ambitu rotundis crenis dentata, inſident. *Flores* galeati ſuprema genicula occupant, ſicut & in aliis. D. *Bobart.*

P. 563. Ad Speciem Sideritidis 6tam nota.

Sideritis glutinoſa bitumen redolens *Moriſ. Prælud.* longè differt à *Zanoniana.* Prima fert folia lata obtuſa, & eſt annua, *Zanoniana* fruteſcit. Utramque cultam ſæpius vidi. *Breynius, Bobartus,* &c. [unà nobiſcum] plantas ſynonymas eſſe volunt, nominum affinitate decepti. *Hermannus H. L. B.* cum Stachy ſpinoſa jungit, à qua tamen toto cœlo differt. D. *Sherard.*

P. 565. A D. *Sherard* certior factus ſum Sideritida humilem lato obtuſo folio *Ger. emac.* multùm differre à planta *Romæ* culta nomine Sideritidis Alſines Triſſaginis folio *C. B. pr.* cui flores longi cœrulei, folia etiam anguſtiora, & longiora; Hujus ramulum ſiccum nobis communicavit D. *Sherard.*

11. Sideritis *Cretica* Salvifolia, flo. aureo, calyce amplo ſpinoſo *Pluk. Almag. Bot.*

Ad 15am ſpeciem nota, quòd ſpecies illa Sideritidis, quam hoc in loco deſcribimus, diverſa eſt à Sideritide arvenſi latifolia glabra *C. B. Park.* non, ut opinabar, eadem. Dari enim in exteris regionibus ejuſmodi Sideritidem glabram tum ab aliis, tum maximè à D. *Jacobo Breynio* certior factus ſum. Ego certè noſtram hoc loco deſcriptam Sideritidem pro glabrâ illa arvenſi habui, quòd eam in tranſmarinis regionibus, v. g. circa *Spadam* urbeculam, invenirem, quódque icon *Sideritidis arvenſis glabræ* huic noſtræ ſatis aptè congruere videretur.
Pro titulo falſo ſubſtitue

Sideritin arvenſem latifoliam hirſutam luteam.

12. Sideritis *Hiſpanica* crenata procumbens flore albo major *Tourneſ. Elem. Bot.*

13. Sideritis *Hiſpanica* bituminoſa anguſtifolia crenata, *Ejuſdem Tourneſ.*

14. Sideritis *Hiſpanica* fœtidiſſima glabra, flo. purpuraſcente & coma caneſcente *Ejuſdem.*

15. Sideritis *Hiſpanica* fruteſcens ſeu lignoſior aculeata *Ejuſd.*

16. Sideritis ſpicata Scrophulariæ folio, flore albo, ſpicis brevibus, habitioribus, rotundis, pediculis inſidentibus *Slon. Cat. Jamaic.* **Wild Hops.**
D. *Sloane.*

Radices huic plures, tenues, albæ, quæ ſimul coeuntes & unitæ *caulem* emittunt quadratum, purpuraſcentem, ad 3 pedum altitudinem aſſurgentem, ad 2 dig. intervalla *foliis* binis oppoſitis veſtitum, *Scrophulariæ* exactè ſimilibus tum magnitudine, tum figurâ, *&c.* propè faſtigium ex alis foliorum emergunt pediculi, unciam longi, capitula ſphærica nucis Avellanæ magnitudine ſuſtinentes, è floribus plurimis galeatis, albis, arctè junctis, ut in Trifolio purpureo pratenſi, compoſita. Quibus ſuccedunt *ſemina* multa, minuta, nigra, ſplendentia, pulveris pyrii ſubtiliſſimi granis ſimilia, in calice concavo longo fuſco, in 5 ſpinulas ſumma parte diviſo, contentæ.

Tota planta cùm in ſtatu & vigore eſt unà cum capitulis Lupulorum ramulum ſeu racemulum plurimum refert, unde nomen.

Ad ripas torrentis, prope **The red Hills** via qua *Guanaboa* itur; in *Guanaboa* prope templum, & alibi in inſula *Jamaica* obſervavit D. *Sloane.*

17. Sideritis montana præalta, nigro ſubrotundo Lamii folio rugoſo, flore rubello *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 56.
Boccon.

Pulchra hæc planta ramoſa eſt, & aliquoties duorum pedum altitudinem ſuperat, ſolo pingui. *Folia* inferiora Galeopſis legitimæ *Cluſ.* magnitudine ſunt, verùm oblonga, nigricantia & rugoſa. Odore eſt grato. Incauti cùm folia anguſta ſunt & parva, in ſolo ſcil. ſterili, pro Stachys ſpecie eam acciperent, ſi notas Genericas Verticillorum, Florum & Seminum non obſervarent. Naſcitur in Alpibus *S. Annæ, & S. Peregrini,* inque *Pania* in *Italia.*

18. Sideritis longifolia glabra montana *Bocc. M. P. R.* T. 103.

Planta est sesquipedalis, *caule* quadrato, *foliis* sinuatis, duris, glabris & longis. In confiniis *Stiriæ* & territorii *Venetiani* inter saxa.

19. Sideritis *Americana*, Clinopodii *Virginiani* lutei folio & facie, Camphoram acutè spirans D. *Uvedale Pluk. Mantiss.*

20. Sideritis fruteſcens Alpina Chamædryodes, glabra *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 33. T. 21. *Boec.*

Altitudo huic semipedalis, *folia* glabra, pallidè viridia. Prope summitatem *del Cimone di Fanano* in *Italia* oritur.

21. Sideritis fruteſcens perennis, Alpina Chamædryodes subrotundo tomentoso folio, *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 21. *Boccon.*

Hæc etiam planta semipedalis est, *foliis* nigricantibus & hirsutis; ínque *Cimone* di *Fanano* nascitur. Ratione loci plurimùm variat hæc species.

22. Sideritis Bugulæ foliis *Mariana*, floribus purpureis, longo tubulo donatis *Pluk. Mantiss.*

23. Sideritis hirsuta; Napi foliis ex *Terra Mariana*, an Hormini species? *Ejusd. ibid.*

24. Sideritis montana sive *Tetrahit* erecta, Salviæ glabro folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 21. 127. *Boccon.*

Pedali altitudine supra terram se effert; & in montibus *della Piave di Quero* in statu *Veneto* exoritur, & à vulgo Herba *delle Scontrature* dicitur. Differt à Sideritide illa descripta & icone expressa ab *Antonio Donati*, quòd *folia* habeat minora, glabra & non rugosa. Differt pariter à *vulgari Sideritide Lob.* quòd nostræ hujus folia ampliora sunt, magisque glabra quàm *Lobelianæ.*

25. Sideritis longo & angustissimo folio, subinde dentato D. *Sherard*, qui eam à D. *Brunone Tozzi* monacho accepit, cui in *Monteferrato* inventa est. *Flores* in summis cauliculis verticillatim dispositi, magni pro plantulæ modo, hiantes: Calices, ut in Lamiis, breves, patuli.

26. Sideritis folio oblongo, dentato, molli & rugoso, floribus albis. In Horto *Roman. Sapienz.* collegit D. *Sherard.* Flores in verticillis Lamii vulgaris rubri similes [quantum in ficca discernere potui] calices patuli satis tamen longi, ut flores non multùm emineant. *Folia* ad Salviæ accedunt, nisi quòd minora & acuminata sint. Quæ in summis caulibus floribus subsunt ejusdem formæ & propemodum magnitudinis cum inferioribus sunt. Descriptum à quoquam nondum invenit D. *Sherardus.*

27. Sideritis rigida, folio nonnihil frontato, flore rubello *Hort. Cath. Supplem.* 3. Calices ad margines in 5 spinulas rigidas terminantur.

Plantam à D. *Sherard* accepi nomine Sideritidis Trissaginis folio *C. B. Prod.* foliis longis angustis dentatis, floribus ampliss. verticillis (ut videbatur in ficca) lanuginosis, quæ *C. Bauhini* descriptioni per omnia non respondet. Habemus hic [in Horto *Badmingtoniano*] eandem plantam florentem pro Bugula odorata *Lusitanica Cornuti* missam, quæ melius convenit, nisi quòd in hac folia magis dentata sint quàm in *Cornutiana* Bugula. D. *Sherard.*

P. 565. Ad Cap. de Melissa.

1. Melissophyllon citratum ex Insulis *Fortunatis*, *Lingo-Veha* Insulanis dictum *Pluk. Almag. Bot.* T. 306. F. 4.

2. Melissa, an Mentha viridis, Betonicæ formâ, & odore aromatico, ex Insulis *Fortunatis Polihomons* insulanis dicta *Ejusd. ibid.* T. 307. F. 1.

3. Melissa arvensis hirsuta procerior, haud ingratè olens, seu remissiùs olens, albido folio *Hort. Cath.* Melissa sylvestris hirsuta major *Italica Bocc. Muſ. icon.* 117. Non diversa esse videtur à nobis in Historia descripta.

4. Melissa vulgaris folio & facie, inodora ex Provincia *Mariana Pluk. Mantissa.*

5. Melissa *Canarina*, multifido folio spicata, odorem Camphoræ spirans: penetrantissimum *Pluk. Almag. Bot. App.* & *Mantiss.* An *Moldavicæ* species trifolia, ex *America* nuper missa *Tournefort* in Epist. ad D. *Sherard.* Melissa *Americana* trifolia, odore gravi *Tournef. institut. Folia* habet terna, quaterna, interdum quina, serrata, hirsutie asperiuscula, Rubi foliorum æmula. Summis caulibus emergunt *flores* ampli, galeati, pallidè rubentes, labio superiore seu galeâ bifidâ, albicante, lateralibus alis ex albo purpurascentibus, aut dilutiore purpurâ nitentibus, lineis albis intus variegatis, è calicibus striatis, margine in 5 lacinias seu radios in extremitate incisos dissecto, uno

pediculo

pediculo pluribus ſimul nixis, ſpicam habitiorem Betonicæ aut Sideritidis *Anglicæ* ſtrumoſa radice *Park.* ſimilem conficientibus. Singulis floribus ſuccedunt 4 *ſemina* ſimul juncta, oblonga, pulla, quæ dilapſo flore aliquandiu reſtant in calice *Pluk.* Pleniorem omnium partium deſcriptionem titulo *Cedronellæ Canarienſis viſcoſæ foliis plerunque ex eodem pediculo ternis* videſis in *Hort. Amſt.* P. 2. vel *Hiſt. Ox.* P. 3. ubi dicitur Camphoraſma, & *Fl. Norib. Volc.* Dracocephalo affinis *Americana*, trifoliata, Terebinthinæ odore.

6. Meliſſa *Pyrenaica*, caule brevi, Plantaginis folio *Tournef. Elem. Bot. Hort. Monſp. Magnol.* An Gallitrichum folio rotundiore, flore magno violaceo *J. B?*

Radices minimum digitum craſſæ, fibratæ, fuſcæ, *folia* proferunt ſubrotunda, ſeſquiunciam longa, nervoſa, crenata, pediculo palmari inſidentia. *Caules* dodrantales ſunt, quadranguli, villis aſperſi, crebris geniculis diſtincti; in quibus *Flores* velut verticillatim diſponuntur, labiati & hiantes, violacei, ſemunciam longi, labio ſuperiori breviſſimo bifido, inferiori verò amplo & trifido. Calix è viridi purpuraſcit, in duas crenas diviſus, quarum ſuperior bifida, inferior trifida, & in eo perficiuntur 4 *ſemina* ſubrotunda ſpadicea.
Naſcitur in *Pyrenæis* montibus apud *Bigerriones.*

P. 569. Ad Cap. De Calamintha.

1. Calamintha montana prælta, Pulegii odore, dentatis foliis, floribus dilutè cœruleis, ex longo, ramoſo & brachiato pediculo prodeuntibus *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 38.

Ad altitudinem 4 palmorum Geometricorum exoritur, *radicibus* fibroſis numeroſis firmata; *caulibus* lentis, ad ripas fluvii *Piave* in territorio *Veneto.* Differentia odoris *Pulegio* ſimilis & florum diſpoſitio, inter ſtirpes novas & elegantes hanc ſpeciem conſtituunt. Eandem *Calamintham montanam prælaltam* obſervavi ad latera lacûs urbi *Anneſi* in *Sabaudiæ* vicini, verùm folii contractioribus & magis tomentoſis.

2. Calamintha montana *Sic la*, hirſuta, Menthæ odore *Hort. Cath.* 35. Duplex eſt, folio latiore & anguſtiore ſeu minore. Folia triangularia ſunt.

3. Calamintha procerior, magno flore, ſylvæ *Fontis Bellaquei Tournef. Inſtitut: Bot.*

4. Calamintha *Hiſpanica* fruteſcens Mari folio *Ejuſdem ibid.* Satureia *Hiſpanica* fruteſcens Mari folio *Ejuſd. Elem. Bot.*

5. Calamintha minima annua Thymi folio *Ejuſdem in Inſtitut.*

6. Calamintha magno flore, odore Pulegii *Moriſ. hiſt.* P. 3. An Cal. flore magno vulgaris *J. B?* vide Deſcriptionem.

7. Calamintha montana, longiore folio glabro, floribus pallidè violaceis *Pluk. Phyt.* T. 153. F. 7. Mentaſtrum glabrum, floribus violaceis *Hort. Blæſ.* An Mentha ſylv. longioribus foliis, nigrioribus & minùs incanis *C. B?* 227.

8. Calamintha *Mariana*, mucronatis, rigidioribus & crenatis foliis, floſculorum calyculis villis argenteis ſummo margine fimbriatis, Dittany (i.e. Dictamnus) vulgò nuncupatur *Pluk. Mantiſſ.* p. 35. Chamædrys verna odoratiſſima *Baniſt. Cat. Mſſ.* ab hac haud multum diſcedit.

An Calamintha erecta *Virginiana*, mucronato folio glabro *Moriſ. hiſt.* P. 3. Pulegium *Virgin.* quibuſdam, aliis Dictamnus *Virgin.* dicta.

E radice dura, fibris plurimis capillata; *caulibus* lignoſis, erectis, glabris, è rotundo 4dratis, geniculatis, pedalibus conſtans quaſi fruticat. Juxta genicula in oppoſitas adnatas longas virgas graciles, (& hæ quandoque in alias) brachiatur. *Folia* ex intervallis ſibi invicem reſpondentia, ſeſſilia ½ unc. plus minùs lata, ex ſubrotundo principio in mucronem abeuntia, raris crenis denticulata, glabra. In virgarum ſummitatibus & ad ſuprema genicula, *flores* parvi, plurimi, *Calamintharum* ſpecie, in petiolis parvis naſcentes proferuntur. Valde odorata eſt & aromatica.

P. 572. Ad Cap. De Chamæpity.

1. Chamæpitys *Æthiopica* foliis lætè virentibus, flore oblongo phœniceo, pluſquam eleganti, ſive *Pluſqueneti*, *Pluk. Mantiſſ.* Rara quidem certè (inquit) & aſpectu pulcherrima eſt hæc planta.

2. Chamæpitys Orientalis *J. B.*

P. 572. Ad Cap. de Cardiaca.

1. Cardiaca *Americana* minor, Nepetæ foliis *Flor. Bat. fl.*

2. Cardiaca ſeu Leonuros, Hyſſopi hirſutis foliis *Maderaſpatanæ* floribus dilutè rubris, unico tantùm verticillo in ramulorum cymis *Pluk. Phytogr.* T. 118. F. 4. vide deſcriptionem in *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 383.

3. Marrubium an potius Cardiaca, foliorum apicibus in prælongam barbulam extenuatis, verticillis florum petiolis innitentibus *Pluk. Phyt.* T. 45. F. 2. *Moriſ. hiſt.* P. 3. 378. ubi deſcriptionem ejus vide.

4. Cardiaca aquatica prælongis & peranguſtis foliis, *Maderaſpatana Pluk. Almag. Bot.*

5. Tsjadaen *H. M.* P. 10. T. 88. Cardiaca *Aſiatica*, Nepetæ folio, floribus brevibus, purpureis pallidis *Commelin.* notis.

Ex ſententia D. *Commelini* eadem eſt cum Cardiaca *Americana* annua, Nepetæ folio, floribus brevibus phœniceis villoſis *Herman. Cat. Hort. Ac. Lugd. Bat.* Siqua tamen intercedat differentia, eſt illa in colore florum purpureo-pallido.

6. Cardiaca ſeu Leonuros *Inſulæ Johannæ*, Stachydis folio craſſo & incano, floribus albicantibus villoſis *Pluk. Mantiſſ.*

7. Cardiaca *Coromandeliana*, Lithoſpermi anguſtioribus foliis, ex verticillis florum ſobolifera, *Ejuſd. ibid.*

P. 573. Ad Cap. De Scutellaria.

1. Scutellaria Teucrii folio *Marilandica*. An cœrulea *Virginiana* glabra, Lamii aut potiùs Teucrii folio minor *Pluk. Phyt.* T. 313. F. 4? An Scutellaria Teucrii folio nitido, ſpicato flore annuente purpureo *Hort. Cath.* 198.

Planta hæc ſatis rigida & erecta eſſe videtur, non tamen admodum elata ; *caule* quadrato rubente. Surculi *flores* ſuſtinentes è foliorum alis egrediuntur, bini oppoſiti. Summus etiam caulis in florum ſpicam exit. Floris tubus brevior eſt quàm in hujus generis reliquis, color cœruleus.

2. Scutellaria paluſtris repens *Virginiana* major, flore minore *Moriſ. hiſt.* P. 3. à noſtrate Lyſimachia galericulata, cœrulea dicta differt, quòd altior & major ſit, foliis majoribus profundiúſque dentatis ; *flores* tamen minores obtineat.

3. Scutellaria *Virginiana*, [atque etiam *Marilandica*] Hyſſopi anguſtis foliis, flore cœruleo *Pluk. Almag. Bot.* An Scutellaria cœrulea, Gratiolæ foliis *Americana*, radice nodoſa *Baniſt. Cat. Mſſ?*

Caulis quàm præcedentis [Scutellariæ Teucrii folio] tenuior eſt, elatior tamen, quadratus, viridis. *Folia* ad Gratiolæ potiùs quàm Hyſſopi accedunt, breviora enim ſunt, media parte latiora, verſùs utrumque extremum anguſtiora. *Flores* in ſummis caulibus præcipuè proveniunt ; nam ex alis foliorum ſurculos floriferos rariùs emittit. Floris tubus longior eſt quàm in præcedente.

4. Scutellaria (an Teucrium) Ocimi foliis, ramoſiſſimum ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.* Qu. quomodo differat à penultima ?

5. Scutellaria Chamædryoides, floribus amplis purpureis in verticillos diſpoſitis ex *Terra Mariana Ejuſd. ibid.*

6. Scutellaria *Virginiana* erecta, cœrulea, Meliſſæ foliis ſeu foliis dentatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. 406. ubi deſcriptionem vide.

* 6. Caſſida Teucrii [pratenſis] folio ſplendente *Hort. Cathol. Cupani*, ſpicato flore annuente purpureo.

Flores in hac ſpecie breviores ſunt quàm in congeneribus. A Scutellaria Teucrii folio *Marilandica* differre videtur quòd infirmior ſit & procumbens, non ramoſa, quantum ex ſicco ramulo colligere licet.

7. Caſſida Alpina ſupina magno flore *Tournef. Elem. Bot.* Teucrium Aſtragaloides, Caſſida minor *H. R. P.* Scutellaria Teucrii facie purpurea minor, flore ampliſſimo *Pluk. Phytogr.* T. 110. F. 1. Deſcribitur à *C. Bauhino* in *Prod.* ſub titulo Teucrii Alpini inodori, magno flore.

8. Caſſida

8. Caſſida *Americana* procerior *Tournef. Elem. Bot.* Scutellaria aquatica major *Americana H. L. Bat.* An Scutell. major Nepetæ foliis *Virginiana Pluk. Phyt?* T. 110. F. 2.

9. Scutellaria cœrulea Majoranæ foliis *Americana* D. *Baniſter Cat. Mſſ. Ejuſdem ibid.*

10. Caſſida Teucrii folio ſplendente *Hort. Cathol.* Chamædryos cujuſdam ſpuriæ foliis eſt, circa margines dentatis, longis pediculis inſidentibus. Flores parvi, eorúmque tubi breviores quam in hujus generis aliis.

11. Lyſimachia cœrulea galericulata, foliis anguſtis, longis, ſerratis, fœtidis, *Slon. Cat. Jamaic.* An Marrubium *Marcgrav?* p. 16.

Radiculis plurimis 2 uncias longis, albis terram firmiter apprehendit; *caulem* erigens ſingularem, hexagonum, ſeſquipedalem, geniculatum, ramoſum, *foliis* cinctum ad ſingula genicula ternis, anguſtis, ad margines inciſis, lanugine ſeu tomento albo obductis, à latiore principio ſenſim contractis donec in punctum deſinant. *Flores* ex alis foliorum exeunt, cœrulei, parvi, Lyſimachiæ galericulatæ vulgaris ſimiles, galeâ ſurſum reflexa, ſimplici labello tripartito. Succedunt *ſemina* parva è fuſco-rubentia.

Tota planta grave-olet. Locis ubi aquæ ſtagnârant juxta urbem *S. Jago de la Vega* oritur.

12. Chamæpitys major flore cœruleo *Munting. Herbar. Belgic.* 470.

P. 576. Ad Cap. de Scorodonia.

1. Scorodonia floribus ſpicatis purpuraſcentibus, pentapetaloidibus, ſemine unico majori echinato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caules erigit plurimos, quadratos, concavos, interdum virides, aliàs purpureos, *Foliis* hic illic, unciam diſtantibus, ad nodos obſitos. *Folia* autem pediculis ſemuncialibus inſident, bina oppoſita, unciam longa, dimidiam lata [ad baſin] ſupernè purpurea, ſubtus viridia, hirſuta & circa margines dentata. Faſtigium caulis ad duarum triúmve unciarum longitudinem plurimis ornatur *floribus* pallidè purpureis, calice viridi hirſuto exceptis, oris in 5 ſegmenta diviſis quibus ſuccedunt ſingulis ſingulæ capſulæ fuſcæ ſingula *ſemina* ampla, echinata, rotunda, fuſca continentes.

Loco *Guanaboa* dicto in agris ſterilioribus ſaxoſis provenit. Vulneraria inſignis habetur, vulnera recentia ſanans.

2. Scorodonia minor *Luſitanica*, flore purpureo D. *Sherard.*

Hiſce notis à Scorodonia vulgari facilè diſtinguitur: Adde, Folia in hac ſpecie triplo minora eſſe quàm in vulgari, nec flores in ſpicas longas excurrere, quemadmodum in illa. D. *Tournefort.* ad Chamædryn hanc plantam refert.

3. Scorodonia altera ruſtica minor ſeu Chamædryfolia *Hort. Cath. Supplem.* 3. Folia minora ſunt & breviora quàm in Scorodonia vulg.

Flores in ſpica crebriores eſſe videntur, & colore, quantum in ſicca diſcernere licet, purpureo.

Pag. eadem. Ad Cap. de Scordio.

1. Scordium maritimum fruticoſum procumbens, flore cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E caulium geniculis *radicum* loco fibras in arenas demittit. *Caulis* autem hirſutus eſt quadratus, in terræ ſuperficie ſtratus, 3, 4ve pedes longus, *folia* & interdum ramulos binos oppoſitos emittens. *Folia* oblonga ſunt, & propemodum triangularia, abſque pediculis cauli adnata, à baſi ad apicem latitudine paulatim decreſcentia donec in punctum deſinant; circa margines dentata, incana, graveolentia & nonnihil ad tactum yiſcoſa. *Flores* ex alis foliorum exeunt, parvi, tetrapetali, cœrulei, *ſtaminibus* aliquot medium occupantibus quibus ſuccedunt *ſemina* numeroſiſſima, parva, nigra, anguloſa, nudo oculo vix conſpicua, ſtylo medio adhærentia, longis membranulis ſub unoquoque folio jacentibus, tecta.

2. Scordium ſpinoſum odoratum *Cornut.* de Plantis *Canadenſibus* 113. *Park. Theat. App.* 1676. In horto D. *Uvedale* luxuriantem conſpexit D. *Plukenet. Mantiſſ.* p. 168. A Scordio ſpinoſo *C. B.* differt.

3. Scordium ſpinoſum floris labio ſuperiore ſeu galeâ lanuginosâ ſeu villosâ D. *Sherard.*

Folia ad Scordii accedunt, verùm minora ſunt. Ad ſingulos nodos caulis & ramorum exeunt ſpinulæ plerunque 3, ſemunciales & longiores tenues, rectæ, rigidæ, acutæ, rectà propemodum à caule extantes. Labellum floris in 3 partes dividitur, quarum exteriores duæ

in

in acumen desinunt, media obtusa est, vexillum concavum & fornicatum, externè valdè villosum: E tubo exit stylus stamine ex utroque latere stipatus, apice nigro coronatus. Flos totus est albus.

E rupium fissuris exit, quas, per 3, 4ve pedes denso cespite obtegit.

Inrupibus inter *Tende* & *Braille* in *Pedemontio* ad siniſtram prope Pontem ubi fluvius transitur invenit D. *Sherard.*

Ad Cap. De Bugula Pag. 575.

Prope *Radicofani* montem ascendendo (inquit D. *Sherard*) observavi Consolidam mediam *Genevensem J. B.* vulgari permixtam, floribus, summitatibus (imo tota planta) coloris eleganter carnei.

1. Consolida media cœrulea lanuginosa, crispo folio majori dentato *Hort. Cath.* 54. Differt à *Genevensi* Bugula hirsuta, quòd folia prima obtusè crenata sunt, illius autem integra. Folia etiam ampliora sunt, & tota planta major.

2. Bugula non crenata, tomentosa *Suecica*, seminibus albis *Pluk. Almag. Bot.* A D. *Stonestreet* habuit. Folia breviora subrotunda, tomentosa, nullo modo dentata, reliquam descriptionem vide apud D. *Bobart.*

3. Bugula *Hungarica*, Hieracii folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 146. T. 129.

Folia profert Thlaspeos biscutati Hieracii folio, nigricantia, crassa, brevia, sulcata, præsertim ea quæ in cymis sunt, cùm planta adulta est. *Flores* confusi sunt, & velut clavi adacti in medium articulationum nodorum & foliorum. Pedalem altitudinem assequitur.

4. Bugula *Hungarica* glabra *Bocc. ibid.* T. 112, 129.

A Bugulis nostris *Italicis* habitu plantæ variat. Spithamæ altitudinem nanciscitur.

5. Consolida media cœrulea lanuginosa, crispo folio majori dentato *Hort. Cathol.* vulgari Bugula multò major est, & elatior.

1. Tsjeru-Tardavel *H. M.* P. 10. T. 94. Verticillata *Indica*, floribus spicatis variis ex albo & rosaceo, foliis per margines æqualibus.

Planta est humilis, nascens in arenosis. *Radix* fibrosa albicans. *Caules* rotundioli, geniculati, virides. *Folia* geniculis geminata insident, rotunda, anteriùs in cuspidem stricta, tenuia, lenia, pilis raris, oblongiusculis, albicantibus, maximè in costarum tractu, quæ in aversa parte eminent, obducti, viroris fusci. *Flores* spicati, bipetali, difformes; petalorum maximum albicat. [*Stamina* in illis duo, rubris apicibus nodulata, in quorum medio *stylus* conspicitur.] minimum rosaceo saturum est, & in medio saturius, in collo albicans.

Cum Stercore vetusto *Bufali* in *Oryzæ* decocto lævigata, vel etiam pulverisata & læsæ parti imposita noxios Vesparum Fucorumque (Malabaricè *Magalla*) morsus frustra facit.

2. Perim-Tolassi seu Tirtava *H. M.* P. 10. T. 84. Verticillata *Indica*, floribus spicatis cœruleis, galeâ quadripartitâ. An Ocimi species?

Nascitur in arenosis, *radice* fibrosa, nigricante. *Caules* quadranguli sunt, in singulis lateribus sulco striati, geniculati, raris pilis obsiti, è geniculis duos passim ejicientes ramulos. *Foliorum* petioli striati, nonnihil pilosi; ipsa rotunda, lata, cuspidata, dentata, tenuia, odoris minùs vegeti, saporis acris. *Flores* surculos tenues, qui passim terni ex nodis superioribus caulium erumpunt, foliis parvis interspersis verticillatim cingunt, cœrulei, dipetali, petalorum uno in 4 foliola inciso. Stamina 4, quæ unà cum *apicibus* & *stylo* bicorni ex cœruleo albicant. *Semina* in calice continentur, rotunda, rubro-fusca. Nonnisi tempore invenitur pluvioso.

D. *Commelinus* ad Scrophulariam hanc plantam refert. Si flos revera dipetalos sit, Scrophulariæ species non est, at neque de Genere Verticillatarum. Fortè ab Autore dipetalos creditus aut dictus est, quòd in duo labia profundè divisus esset.

3. Nala-Tirtava *H. M.* P. 10. T. 85. Sideritidis folio Verticillata *Indica*, galeâ floris quadripartitâ. Ocimum *Indicum* spurium Sideritidis folio.

Nascitur in arenosis ac perennat, semper florens, maximè tempore pluvioso, odoris grati. *Radix* fibrosa, nigricans, plurimas fibras capillatas ejiciens. *Caules* & *surculi* quadrati, striati, nodosi, lignosi, cortice ruffo, teneriores virides seu rubescentes, capillati, uti sunt & *Foliorum* petioli, rubentes, in quibus bina & bina vel etiam plura simul proveniunt oblongo-angusta, cæteris speciebus minora, in margine denticulata, tenuia, mollia, subtus tenuiter pilosa, saporis acris. *Flores* eodem cum præcedentis floribus situ, (sex tamen in singulis verticillis) eâdemque figura, nimirum galeâ quadripartitâ albicantes & subpurpureo-rubri. *Stamina* purpurea sunt, *apicibus* flavis: stylus purpureo-ruber. *Calix* ad caulem transversim situs,

ſitus, profundus, in orificio 4 cuſpidibus eminens. *Semina* in fundo calycis 4, 5, vel plura, in orbem ſita, parva, oblongo-rotunda, primùm albicantia, tum flava, tandem nigra.

Species extat Tirtavæ, quæ caulibus, ſurculíſque ac foliis eſt viridi-dilutioribus, cujus novelli ſurculi non rubeſcunt.

Flores in decocto dati, additâ Cepâ febri medentur calidæ; cum ſeminibus ſimul triti, additâ aquâ roſaceâ & momento Muſcati, flatus diſſipant. *Virei.*

4. Cattu-Tirtava *H. M.* P. 10. T. 86. Verticillata *Indica*, floribus ſpicatis, præcedentis ſimilibus, albicantibus, foliis ſerratis ad Lamium accedentibus. An Ocimi ſpecies?

Planta eſt 5 vel 6 pedum altitudine, naſcens in arenoſis. *Caules* ut in prima ſpecie. *Folia* bina, quaterna, vel etiam ſolitaria proveniunt, valde lata, rotundiola, oblongiuſcula, in margine ſerrata, tenuia, quàm primæ ſpeciei majora, odoris valdè fortis & grati, ſaporis acris. *Coſta* cum venulis in recta parte conſpicua, pilis tenuiter obſita. *Flores* iidem ſed albicantes, & in petalo inciſo ex albo ſubvirides. *Stamina* cum *apicibus* & ſtylo bifurcato albicant. Calyces majores ſunt & inflexi, in apice petali-linguæ formis nervo ſtriati. *Semina* rotunda, rubro-fuſca, ad ſpadiceum vergentia.

Oleum ex radice per deſtillationem extractum tenuiſſimum eſt, clarum ac parùm viri- *Virei.* deſcens, ſaporis peracris. Balneum ex decocto præparatur pro doloribus ventris. Radix decocta febri medetur pituitoſæ: oleum è radice extractum pectorale eſt, ciborum concoctionem promovet, corruptionem jecoris impedit, urinam ciet, confértque in podagra, ſtranguria, pleuritide; phlegmaticos ac pituitoſos humores expurgat, flatus diſſipat, circa tempora unctum capitis ſedat dolores.

5. Soladi-Tirtava *H. M.* P. 10. T. 87. Verticillata *Indica* foliis Sideritidis latifoliæ, floribus præcedentium ſimilibus, Ocimi *Indici* ſpecies.

Cum prima ſpecie in omnibus penè convenit. *Caules* vetuſtiores rotundioli, lignoſi, rufi, & in ſuperiori parte, (ubi pilis albicantibus obſiti) nodulati; teneriores virides, quadranguli, ſtriati, magis piloſi. *Folia* paulò latiora ſunt, tenuia & ſubtilia, ſubtus piloſa. *Flores* iidem: *ſtylus* purpureo-ruber, ubi bifurcatus eſt albus. *Calices* versùs inferiora magis reflexi & piloſi. Semina *Nala-Tirtavæ*, color *Catu-Tirtavæ*.

6. Eſt & alia ſpecies caulibus rubro-fuſcis, & foliis viridi-obſcuris & floribus ex albo rubeſcentibus. Toto reperitur anno, ſemper florens, ex omnibus ſpeciebus ſola ſacra & Deo *Viſtmi* dicata, maximóque in honore, adeò ut Bramanum nullus ſit qui hanc ſecum non circumferat.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER UNDECIMUS.

Herbæ seminibus nudis polyspermæ:

HOC EST,

In quibus singulis floribus plura quatuor succedunt semina, nullo certo aut definito numero,

Libro Duodecimo comprehensæ.

Pag. 595. Ranunculi speciebus locis suis inserendas adde,

1. RANUNCULUS gramineus hirsutus monanthes *Morif. hist.* 445.

Hic ex *radice* tuberosa, multis fibris scatente plurima protrudit *folia*, angusta, graminea; ex quorum gremio exit unicus *caulis*, raris foliis, itidem angustis & gramineis vestitus, in cujus summo unicus apparet *flosculus*, hirsutus, quinis constans petalis rotundis, cui succedunt *semina* aculeata, in globulum congesta, aliorum Ranunculorum more.

2. Ranunculus gramineus alter polyanthes *Ejusdem.*

Hic etiam multis constat *foliis* gramineis, angustis, exeuntibus ex *radice* fibrosa. E caulis fastigio exeunt quini seníve petioli unciales, singuli unicum sustinentes *flosculum*, 5 petalis mucronatis constantem, quibus fatiscentibus succedunt *semina* plurima, aculeata, arctè cohærentia.

3. Ranunculus *Virginiensis* albus *Park. Theat.* 327.

E *Radice* crassa, tuberosa, rubente, fibrillas aliquot emittente, 3, 4ve *folia* ejicit majuscula, lata, pallidè viridia, pediculis longis insidentia, ad margines plerunque laciniata; inter quæ *caulis* exurgit gracilis, teres, nudus, 5 aut 6 digitos altus, unicum in summo *florem* gestans, è 10 aut 12 tenuibus, angustis, mucronatis foliis compositum, filamentis aliquot luteis medium occupantibus & umbonem viridem ambientibus, quæ temporis progressu in *siliquam* longam tenuem evadit, *seminibus* rotundis albicantibus repletam.

Planta est à Ranunculo toto genere diversa & ad Chelidonium majus referenda: Siquidem, ut nos docet D. *Banister Cat. Virgin.* Tota planta, tum radix, tum folia, succo luteo rubente scatet, quem cæsa aut rupta promptiùs & liberaliùs effundit quàm Chelidonium ipsum. Siliquam etiam eodem modo cum illo aperit, & semen producit simile, duntaxat majus. D. *Plukenetio* in *Almag. Bot.* Papaver corniculatum seu Chelidonium humile caulículo nudo, flore albo stellato dicitur. Chelidonium maximum ἄκαυλον Canadense *Cornut.* 212. Vide *Histor. nost. App.* p. 1887.

4. Ranunculus montanus, Graminis Parnassi folio *H. R. P.*

5. Ranunc. Alpinus, Fumariæ folio *Ejusdem.*

6. Ranunc. *Lusitanicus*, grumosa radice, foliis Hederæ terrestris *Tournef. Elem. Bot.*

7. Ranunc. *Alpinus* pumilus, gramineo folio, flore albo *Ejusd.*

8. Ranun-

8. Ranunc. parvo flore luteo pleno, *Luſitanicus P. B. P.*

9. Ranunc. tuberoſa radice, Apii folio, flore albo, *Luſitanicus Ej uſdem*

10. Ranunc. Rutæ folio multiplex, flore ex luteo palleſcente, petalis reflexis. *Pluk. Almag. Bot.* An Ranunc. Rutæ folio ſerotinus, flore aureo pleno *H. R. P?*

11. Ranunc. flammeus, latiore Plantaginis folio, marginibus piloſis ex *Hibernia Ejuſd. ibid* A D. *Bonavert* accepit.

12. Ranunc. *Alepenſis*, flore albo prolifero, cremeſinis ſtaminulis repleto *Pluk. Almag. Bot.*

13. Ranunculis affinis, Umbelliferis accedens, Chelidonii minoris folio, *Curaſſavica* major *Pluk. Phyt.* T. 106. F. 6. Aſarina major *Curaſſavica P. B. P.* Valerianella *Curaſſavica*, ſemine aſpero viſcoſo *Herman. Parad. Bat. Taludama H. M.* P. 7. Deſcriptionem vide in *Parad. Bat.*

14. Ranunculo adfinis, Umbelliferis accedens, Chelidonii minoris folio, *Zeylanica* minor *Ejuſdem Pluk. ibid.* F. 5. Aſarina minor *Zeylanica P. B. P.* Codagen *H. M.* P. 10. T. 46. Valerianella *Zeylanica* paluſtris repens, Hederæ terreſtris folio ad radicem florida. *Herman. Parad. Bat.* Ubi iconem ejus & deſcriptionem vide.

15. Ranunculus Autumnalis *Luſitanicus Munting. Herbar. Belgic.*

16. Ranunculus tenuiter diviſo folio ſegetum *Griſleii Virid. Luſit.*

17. Ranunculus nemoroſus Aquilegiæ foliis *Virginianus*, Aſphodeli radice *Pluk. Phyt.* T. 106. F. 4. Ran. Thalictri folio, grumoſa radice *Baniſt. Bat. Virgin.*

Radix in planta, quam è *Marilandia* habemus, duplici tubere conſtat, *cauliculus* nudus, tenuis, ſeſquipalmaris, *flores* in faſtigio ſuſtinent, inter foliola aliquot tridentata exeuntes, quatuor vel quinque, albos, pedicellis tenuibus longiuſculis inſidentes.
E *Marilandia* attulit D. *Vernon:* communicavit D. *Sloane.*

18. P. 581. Add. Ranunculus Alpeſtris radice Iridis inſtar nodoſa. *Hofm. Deliciæ Hortenſ. Altdorf.* ubi cultam collegi radice totam ollam replente. D. *Sherard.*

19. P. 596. Ranunculus Apii folio, flore pleno albo. Floruit in Horto D. *Beaumont. Hagæ Comit.*

P. 583. Pl. 7. D. *Tournefort* in Hiſtoria plantarum circa *Pariſios* naſcentium me deceptum ſcribit, cùm aſſererem Ranunculum flore pleno *C. B.* hujus varietatem eſſe; qui Polyanthemum *Lobelii* ab hoc ſeparat non ſine ratione, ſiquidem Folia Ranunculi polyanthemi *Lob.* tenuiùs inciſa ſunt.

20. Ranunculus montanus, Apii folio, radice Aſphodeli, flore magno. D. *Sherard* à D. *Triumfetti* eum accepit, qui nondum deſcriptum eſſe aſſeruit. In collibus circa *Romam* invenitur. Floris color luteus eſt, caulis ſemipedalis aut altior.

21. Ranunculus Apii folio, calyculis reflexis D. *Hermanni*, in cujus Horto eum vidit D. *Sherardus*. *Flores* parvi, lutei longis & tenuiſſimis pediculis inſident.

22. Ranunculus aquaticus Plantaginis folio anguſtiſſimo *Tournef. hiſt. plant.* circa *Pariſ.*

Radix hujus plantæ velut ceſpes eſt fibrarum albicantium, capillarium. *Folia* 2, 3ve uncias longitudinis obtinent, latitudinis 2, 3ve lineas, pallidè viridia, nervoſa, acuminata, pediculo ſatis longo ſuſtentata, guſtanti initio inſipida, poſtea ſapor ad Coriandri accedens cipitur. *Caules* plerunque incurvi, nudi, lineam unam craſſi, faſciculo *florum* in umbellam per digeſtorum onuſti, quorum radii ſeſcunciam longi ſunt. Unuſquiſque flos 3bus petalis pœne rotundis conſtat, in punctum terminatis albis ad carneum tendentibus, unguleuteo; calix etiam trifoliata eſt, luteo-viridis, glaber, lucidus, ſeſcunciam longus. *Piſtillus* parvum eſt tuber, trium linearum diametro plura ſuſtinens grana arctè ſtipata, canaliculata, lineam longa, acuminata, ejuſdem cùm foliis guſtûs. Circa lacuſtria *Bondy* loca naſcitur.

23. Ranunculus Alpinus, Tribuli aquatici foliis *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 124. p. 162.

Radicibus albis fibroſis terram apprehendit: *Caulis* repens, ſpithamam longus; *Flos* flavus. In mediis aquarum rivulis in *Corſicæ* montoſis, in *Coſcione* ſc. & *monte Rotundo*, naſcitur. *Folia* ejus glabra ſunt, craſſa, viridia, *Tribuli aquatici* aut *Apii* paluſtris ſimilia.

Plantam hanc *Apium risûs* aut *Herbam Sardoam* esse posse D. *Boccono* persuadet, *Sardiniæ* vicinia, climatis æqualitas, & foliorum ejus similitudo cum *Apio*. A Ranunculo *Sardonio Anguillaræ* differt foliis non ità tenuiter dissectis.

24. Ranunculus saxatilis Apii folio minor, radice tuberosâ reticulo obductâ. *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 124. p. 162.

In *Sicilia*, locis saxosis prope mare inter *Panormum* & *Capaci* oritur. Folia Apii lobis similia sunt, tomentosa, viridia, nervosa, & super terram strata. *Radix* ad instar Ranunculi saxatilis *Col.* tubera bene multa sustinet, membranâ reticulatâ coloris terrei circundata. *Flos* flavus est: tota planta vix spithamam alta.

25. Ranunculus Carotæ foliis, Asphodeli radice, flore simplici *Hort. Cath. Suppl. alt.* 75. Habetur & flore pleno. In planta sicca quam nobis communicavit D. *Sherard* unus tantum in uno caule flos erat; caulis tamen uno vel altero folio vestitus.

26. Ranunculus Alpinus infirmus, Verbenæ nodifloræ foliis *Hort. Cath.* 185. Caulis valde tenuis est & infirmus, nec se sustentans, flos minimus.

27. Ranunculus Alpestris palustris lignosus, Ocimi folio echinatus *Hort. Cath.* 185.

28. Ranunculus Æthiopicus, foliis rigidis, floribus ex luteo virescentibus *Commel. Hort. Amstel. Rar.* Christophoriana Ranunculoides *Æthiopica*, urens, foliis rigidis *Herman.* Imperatoria Ranunculoides Africana enneaphyllos Laserpitii lobatis foliis rigidis margines spinosis *Pluk. Phyt.* T. 95. F. 6.

Hæc planta rectiùs, me judice, refertur ad Bacciferas pluribus ad singulos flores acinis cujusmodi sunt *Rubus Chamæmorus*, *Chamæpericlymenum*, ni pictura nos fallat; ideóque rectiùs à D. *Commelino* ad Ranunculos refertur quam à D. *Hermanno* ad *Christophorianas*, siquidem Ranunculos *foliis* & *floribus* refert, & aliquatenus etiam *semine*; cùm semina plura racematim compacta uni flori succedant. Differt tamen quòd semina non sicca sint, sed pulpâ humidâ inclusa.

Radices ei albæ sunt, brachiatæ, fibríque capillatæ: Foliorum pediculi erecti, rigidi, teretes, suprema parte in 3 pedicellos longiusculos divisi, laterales duo folia sustinentes, medium tria, [& aliquando plura, pro ratione soli in quo nascitur.] Sunt autem *folia* 3 dig. longa, 2 lata, mucronata & margine serrata, rigidula & atro-viridia. *Caulis* teres, dimidiam minimi digiti crassitiem adæquans, durus, rigidus erectus, spithamam altus, non rarò quoque altior, suprema parte foliosus, & in varios longos ramulos divisus, qui in minora foliola fastigiantur, ut & pedicellos flores sustinentes. *Flores* è calyce quinquepartito emergentes, pentapetali [in tenella planta, in adulta etenim polypetali sunt, ut non rarò 16 aut plura petala in singulis floribus compareant] ex luteo virescentes, cum multis in medio staminibus, qui omni ex parte vulgarem Ranunculum referunt. Floribus succedunt *semina* nuda [potiùs baccæ] oblonga, in capita aut racemulos congesta, primò viridia, per maturitatem nigra, quæ exsiccata tenuiora fiunt. [Matura & recentia subdulcem saporem linguæ primò quidem impertiunt, brevi tamen pòst acriter eam vellicant.]

E D. *Plukenet* Phytographia T. 95. F. 2. adde Synonyma sequentia, Ranunculus perelegans D. *Franqueville* foliis aculeatis *Lob. Illustr.* 135. Astrantia *Africana* Laserpitii foliis latioribus, rigidis & spinosis *Hist. Oxon.* P. 3. Sphondylii Panacis rigido hirtóque folio planta *Africana* caustica *P. B. P.* Umbellifera *urens* Cap. Bonæ Spei vulgò *Pluk. ibid.* & *Almag.* Nostræ plantæ (inquit D. *Plukenet*) folia penitus glabra sunt & lævore splendentia, ideóque Laserpitio propiùs accedit quàm Sphondylio.

29. Imperatoria Ranunculoides, Sphondylii hirsuto folio, minor, ex *Promont. Bæ Spei Pluk. Mantiss.* Folia quàm præcedentis multo minora sunt & hirsuta; terna subrotunda ramastros & medium folium [totale] terminant. Flores è summis ramulis exeunt; plures simul in prælongis petiolis. Radix pluribus craffis fibris constant. Altitudo in planta nobis à D. *Sherard* communicata semipedalis.

30. Ana-Coluppa *H. M.* P. 10. T. 47. Ranunculi facie *Indica* spicata, corymbiferis affinis, flosculis tetrapetalis.

H. M.

Planta est inferiore caulium parte repens, superiore ad unum pedem se erigente, arenosa amans & petrosa. *Radices* fibrosæ, capillaceæ, è geniculis caulium erumpentes, saporis amari & acris. *Caules* virides, rotundi, subasperi. *Folia* ex nodulis bina & bina videntur, breviora & latiora quàm alterius *Coluppæ*, crenata, crassa, densa, subaspera, viroris fusci, saporis aquei & amari. *Flores* in capitulis proveniunt oblongo-rotundis, purpureo-rubris, quæ foliolis constant parvis, arctè circa stylum tenuem intermedium stelliformiter clausis, ex geniculis supra folia erumpentibus, súntque gemmulæ parvæ, albæ, vel nonnihil purpureo-rubræ, tetrapetalæ, quorum unum capitulo proximè adjacens bifidum ac minus duo lateralia majora, quartum maximum, semper in uno conspiciuntur orbe; illis qui ex inferioribus scutellis prodeunt emarcidis, statim alii succedunt, nullius odoris. *Semina* in hisce capitulis continentur

continentur numeroſa parva, intra ſtelliformes & folioſos cancellos, intra ſingulos unum: rotunda ſunt, nonnihil plana, in medio in longum ſtriata, coloris primùm viridi-deinde albicantis.

Morbo medetur ſacro, ſi ſuccus cum momento Piperis triti bibatur, qui ſolus ictum virulentum Serpentis *Cobra-Capella* fruſtra facit.

Pro viribus Ranunculi flammei Spearwort noſtratibus dicti adde,

Hiberni Septentrionales hac planta in Cephalalgiis pro veſicatorio utuntur, non ſine ſucceſſu, ut à D. *Martin* Chirurgo non incelebri habuit D. *Sloane*. Hoc autem experimentum ſæpius iterari meretur, inquit idem [D. *Sloane*] ut obſervari poſſit annon tutiùs operetur quàm *Cantharides*, nec ut illæ meatus urinarios afficiat, & ſtranguriam inducat.

Veſicatoria inter optima quæ habemus medicamenta jure merito cenſentur. Cantharidum tamen uſus multis in caſibus, v. g. ubi carunculæ ſunt, eò uſque periculoſus eſt, ægrotum urinæ retentione, agonia & inquietudine afficiendo, & mala ſymptomata excitando, ut ſpiritus exhauriat & ineptum ad confligendum cum morbo reddat.

P. 601. Ad Cap. De Malva.

1. Malva annua *Indiæ Orientalis*, foliis maximis ſubrotundis, flore minore *Pluk. Almag. Bot.*

2. Malva *Hiſpanica*, foliis mollibus undulatis *Moriſ. hiſt.* p. 523.

3. Malva *Tingitana*, flore cœruleo parvo *Pluk Phytogr.* T. 44. F. 2.

4. Malva rotundifolia glabra ex *Hiſpania*, flore amplo rubello *Ejuſd. ibid.* F. 3

5. Malva *Orientalis* elatior, longiori folio, flore albo minimo, capſulis conglomeratis, &c. *Ejuſd. ibid.* F. 5. In *Almageſto Botan.* hanc ſpeciem ad Althæam refert.

6. Malva *Veræ Crucis* fruteſcens, incana & hirſuta, flore parvo cœruleo-purpureo *P. B. P.*

7. Malva *Curaſſavica*, folio Mori, hirſuto, non laciniato *Ejuſd.*

8. Malva incana fruteſcens, Alni folio *Ejuſd.* An Althæa *Indica* ſplendente Alni folio ſubrotundo *Pluk. Almag. Bot.*

9. Malva *Curaſſavica*, Melochiæ folio hirſuto, flo. luteo oblongo *P. B. P.*

10. Eadem hirſutior, flore ſulphureo *Ejuſd.*

11. Malva *Curaſſavica*, folio trilobato, molli & hirſuto *Ejuſd.*

12. Malva *Curaſſ.* Alceæ veſicariæ foliis, floribus *P. B. P.*

13. Malva *Curaſſa* villoſa, aſpera, Melonis folio *Ejuſd.*

14. Malvæ accedens planta fruticoſa *Americana*, floſculis parvis herbaceis *Pluk. Almag. Bot.*

15. Malva arborea folio rotundo, cortice in funes ductili, flore miniato maximo Lilii ad inſtar. *Slon. Cat. Jamaic.* The Mahot or Mangrove-tree. D. *Sloane.*

Radices huic arbori numeroſæ, teretes, albicantes, in terræ ſuperficie natantes, non altè deſcendentes. Exinde oriuntur trunci varii, femoris craſſitudine, 15 aut 20 pedes alti, quorum cortex exterior albus & propemodum glaber, interior cùm recens eſt ſubluteus, per ſiccitatem ruber, lentus & funibus texendis inſerviens. *Folia* extremos ramulos occupant, pediculis 4 unc. longis intercedentibus annexa, cordata aut propemodum rotunda, 5 unciarum diametro, circa margines paulùm dentata, mollia, glabra, obſcurè viridia, nervis manifeſtis à pediculi apice tanquam à centro communi veluti tot radiis foliorum partes permeantibus ad marginem uſque. *Flores* è virgulis extremis exeunt, pentaphyllo viridicaneſcente calice excepti, pentapetali, petalis ſingulis 2 unc. longis, colore rubentes, *ſtylum* æqualem claudentes, cui multa innaſcuntur *ſtamina*, Liliis rubris ſimiles; quibus ſuccedunt *ſemina* fuſca, malvaceorum formâ & ſitu, multo duntaxat majora.

In agris humidioribus & pinguioribus mediterraneis prope domum D. *Bourden* alibíque in inſula *Jamaica* creſcentem obſervavi.

16. Malva arborea maritima, folio ſubrotundo minore acuminato, ſubtus candido, cortice in funes ductili, flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.* Arbor admiranda 13a *Yvire* vocata *C. B.* pin. Mahot du *Tertre* p. 152. Rochefort. 103. The Sea-Mahot or Mangrove-tree.

D. *Sloane.*

Cum præcedente per omnia ferè convenit, *folia* duntaxat minora ſunt, albidiora, & nonnihil mucronata, prona ſuperficie valde alba. *Flores* ejuſdem formæ ſunt, ſed colore lutei. Semina eadem.

Locus. In inſulæ *Jamaicæ* parte Septentrionali, prope agros D. *Drax* ad littus maritimum copioſè provenientem collegi.

Uſus. Uſus hujus ut & præcedentis plantæ eſt ad funes plectendos, pro uſibus neceſſariis.

17. Malva arborea, folio longo acuminato, veluto, dentato & leviter ſinuato, flore ex rubro flaveſcente *Slon. Cat. Jamaic.* An Planta innominata prior *Marg.*? vel Althæa prior *Piſ.*

D. *Sloane.*

Ad 12 circiter pedum altitudinem aſſurgit, *caudice* lignoſo, ramoſo: ſurculis piloſis, ſumma parte folioſis; *foliis* paucis ad intervalla digitalia alternatim poſitis, pediculis ſeſcuncialibus innixis, 4 plus minus digitos longis, & totidem ferè latis latiſſima prope baſin ſubrotundam parte, unde paulatim contrahuntur, donec in punctum deſinant, valde mollibus & lanuginoſis, leniter circa margines ſinuatis ut & dentatis, nervis aliquot à pediculo velut centro ortum ſumentibus & folio tranſcurſo ad marginem terminatis multo magis acuminatis quàm præcedentium utralibet. Ex alis foliorum propè ſummos ramulos exeunt *flores* pediculis hirſutis 5 uncias longis inſidentes vallati, è multis foliolis duplici ſerie diſpoſitis, [exterioris ſeriei anguſtioribus] compoſito; in quo *Flos* ſedet amplus, coloris è luteo incarnati, per omnia reliquis hujus Generis ſimilis, quo defluente reſtant *Semina* majuſcula, fuſca, Malvaceorum in modum ſita, quibus in omnibus perſimilia ſunt, niſi quòd majora.

Prope domum D. *Batchelour*, in montibus ſylvoſis, **Red-Hills** dictis creſcit.

18. Malva arborea folio oblongo, acuminato, glabro, dentato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ramos aliquot profert, lignoſos, *cortice* glabro, cinereo obductos, ligno albo medullam intus copioſam continente. *Folia* è ſummis virgis exeunt, pediculis 2, 3ve uncias longis inſidentia, præcedentis longiora, verùm non adeò lata, circa margines ſerrata, non tamen ſinuata, glabra, non ut illius hirſuta aut piloſa, in reliquis perſimilia. *Flores* in virgarum cymis ex alis foliorum exeunt quàm præcedentis minores, [uti ſunt & ſemina,] calice minore excepti, & pediculo breviore tenuioréque fulti.

Jamaicæ indigena eſt. Folia in clyſteribus uſurpantur, Malvaceorum in modum, quorum facultates participant.

19. Malva vel Alcea fruticoſa Ribeſii foliis, ſeminibus aſperis *Slon. Cat. Jamaic.* An Alcea *Indiæ Orientalis* fructu lappaceo, folio Ribis *Breyn. Prod.* 1? An Althæa *Indica* Ribeſii foliis *Schol Bot?* ſeu Malva *Indica* Ribeſii folio *Herm. P. B. P?* An Uren *H. M.* P. 10. T. 2?

D. *Sloane.*

Hujus virgæ *foliis* obſidentur alternis, pediculis ſemuncialibus fultis, propemodum rotundis, diametro plus minus ſecunciali, profundè laciniatis, ſeu in 3 partes inciſis, unaquâque circa margines dentata & ſinuatâ, ſupernè hirſutis & ſordidiùs virentibus, ſubtus pallidis ſeu albicantibus, Ribeſii foliis nonnihil ſimilibus. Ex alis foliorum exeunt *Flores* calice cincti è multis foliolis compoſito, in pediculo breviſſimo & prope nullo. Succedunt *ſemina* multa majuſcula, aſpera, lappacea ſeu echinata, ſuperficie ſpinulis multis obſita, forma & ſitu reliquorum hujus Generis.

In inſula *Barbados* invenit D. *Sloane.*

20. Malva trimeſtri ſimilis, ſed multò minor *Chalepenſis Pluk. Mantiſſ.* An Malva trimeſtris ac pumila *Cluſ. hiſt.*

21. Malva *Africana* procumbens, Betonicæ foliis, margine laciniis minutioribus eleganter fimbriato *Pluk. Almag. Bot. App.* p. 401. *Mantiſſ.* p. 124.

22. Malva odorata, folio craſſo & veluti criſpo, denſa lanugine incano, Xanthii æmulo floribus purpureis parvis, ex Inſula *Coo. Pluk. Mantiſſ.* In horto D. *Uvedale* cultam vidit.

23. Malva parva *Gaditana*, foliis incanis *Ejuſd. ibid.*

24. Malva *Americana* fruteſcens, hirſuta, floribus luteis in capitulum congeſtis *Plum. Tournef. Inſtitut.*

25. Malva *Luſitanica* Ribeſii folio *Tournef. Inſtitut.*

26. Malva *Americana* Ulmifolia, floribus conglobatis ad foliorum alas *Plum.*

P. 599. Ad 3tiam ſpeciem nota.

27. Malva Betonicæ folio *Zanoni & Boccon.* Fert calicem pentagonum, ſulcatum quaſique alatum in 5 apices ſeu ſegmenta diviſum, cui tria foliola ſubrotunda rigida ſubjiciuntur. Ex hoc prodit *Flos* pentapetalos, purpureo-incarnatus, quem ſequitur *capitulum* multis ſeminibus in botryn ſeu rotundam uvam congeſtis conſtructum. *Semina* videntur ſubrotunda, & in botryn (ut dixi) ſtrictè juncta parvum Fragum quodammodo exprimunt, *Tournefortio Inſtitut. Rei herbar.* Malacoides vocatur, D. *Sherard.*

P. 603. Ad finem Cap. 8. add.

28. Roſæ moſcheut. *Plinii* duo ſunt genera ſeu varietates.

1. Caules, pediculos & foliorum nervos rubentes obtinet; Folia ſupernè viridia, infernèpallida.

29. 2. Caules humiliores & pallidiores, pediculos & nervos pallentes, folia paulò majora. In Hortis *Batavicis* obſervavit D. *Sherardus*, an verò fructu differunt (inquit) me latet.

30. Malva *veræ Crucis* fruteſcens, incana & hirſuta, flore parvo, cœrulo-purpureo *Par. Bat.* Herm.

31. Malva Betonicæ folio hirſuta repens *Hort. Cat.* 122. Hujus folia quàm Betonicæ acutiora ſunt. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis ampli, purpurei.

32. Malva *Africana* procumbens, Uvæ Criſpæ folio toto viridi, flore luteo *Triumfetti Novarum plant. icones & Hiſtor.*

Radix lignoſa, gracilis, ac tenuiſſimo cortice albicans, in quamplurimas fibras & filamenta divaricata, bipalmari circiter ac intorto proceſſu intra tellurem ſe inſinuat, ut baſin præſtet quàm multiplici *cauliculorum* ſoboli, ſtatim ab ipſa erumpenti. Hi autem initio lignoſi, ſed fractu faciles, ſcriptorio calamo tenuiores, atro rubore pinguntur; quò magis verò poſt ſeſquipedalem circiter extenſionem ad extremos apices accedunt, molliores redditi & quaſi herbidi, lætè virentes ſpectantur: numeroſiſſima horum familia (licet ſolidæ compagis) humum verſùs reflexa, circum undique fuſa denſo ſtipatu ſolum occupat. *Folia* alternatim caules veſtiunt; digitali intervallo in junioribus ab invicem diſtant; in adultis verò fere duplicatur diſtantia. Eorum forma & magnitudo Uvæ criſpæ frondes eleganter æmulatur, à quibus nihilominus differunt ob corrugatos laterales limbos à minimis crenis criſpatim ſerratos; tum etiam ob binas auriculas ſeu apophyſes herbaceas, (communem frondibus ſubpinguem ſubſtantiam atrum virorem, víxque conſpicuum tomentum poſſidentes) ubi autem brevis folii pediculus cauli jungitur, ibi lata baſe in capillare acumen gracileſcente ex unoquoque latere adnaſcuntur. Hiſce apophyſibus (ità mihi liceat ſuſpicari) natura voluit quaſi operculis novas gemmas cuſtodire; quandoquidem ubi unumquodque folium ſurculo adhæret, novellum erumpit germen, quo in ſurculum adoleſcente oblitterantur arefactæ apophyſes. Indoles hujus plantæ (ni fallor) profectò notatu digna. Cautelium etenim extremitates primos *Zephyrorum* afflatus prænuntiant ac ſentiunt. Unde ante Februarii receſſum identidem contingit ipſas aſpexiſſe minimorum veluti corymborum onuſtas racemulis, qui in breves ſpicas elongantur. Corymbi autem ex viridi membrana, pentagonum calicem efformante exeuntes, cùm dehiſcunt 5 minima luteola petala oſtendunt inſimul collecta, adeò ut floſculus per exiguum citinum repræſentet. Petalorum centrum concolores occupant *apices ſtaminibus* medium ſtylum circumamplectentibus innixi, ac miliari globulo implantati, qui globulus licèt ſeminalis capſulæ ſit rudimentum; attamen circa hoc plura addere nequeo, cùm ulteriorem perfectionem in meo Horto acquirere recuſaverit.

Hic pariter germinavit altera Malvæ ſpecies modò ſingulis partibus ac vegetandi ritu omnino affinis, excepta averſa parte frondium paulò minorum, quæ in hac argenteo nitet candore ac florum ſpicæ hanc uberiore proventu exornantes.

Utraque ſpecies inſipida eſt, nullúmque præter herbaceum ſpirat odorem: hyemem timet, ſed mediocri cuſtodia indeciduum ſervat foliorum decus.

Ex ſeminibus à D. *Hermanno* miſſis germinavit.

33. Malva *Africana* fruteſcens, flore rubro *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radices quas agit hic Frutex fuſcas & lignoſas, modò unicum, modò plura emittunt *virgulta*, 4, 5ve pedes alta, rotunda, digitum craſſa, fuſca, pilis minutiſſimis obſita. *Folia* his adſtant è longiori pediculo lata, inſtar foliorum Aceris diviſa & ſerrata. E foliorum alis ramuli oriuntur ejuſdem cum caule coloris. In ſummitate *Flores* apparent, rubentes, unguibus purpureis prædíti, pentapetaloides; calyce gaudent duplici, quorum exterior in tria, interior in 5 dividitur ſegmenta. Florem *ſemina* ſequuntur in rotæ formam congeſta plurima, quorum ſingula ſingulis inveſtiuntur thecis ſtylo adhærentibus.

34. Malva

34. Malva aſpera major aquatica, ex hortenſium ſeu roſearum genere, flore minore luteo, ſemine aculeato *Slon. Cat. Jamaic.* An Althææ ſpecies Marcgrav. p. 13?

D. *Sloane.*

Planta iſthæc ad quadrupedalem altitudinem aſſurgit *Caule* ſingulari, recto, firmo, tereti, virente, aſperis & propemodum ſpinoſis pilis obſito, *foliis* & ramulis ad ſeſcuncialia intervalla nullo ordine egredientibus. *Folia* Malvæ hortenſis ſeu Lappæ minoris ſimilia, hilarè viridia, 4 uncias longa, 3½ lata, anguloſa, in 3, 4ve apices diviſa, ſinuata & dentata circa margines, pediculis uncialibus inſiſtentia. Ex alis foliorum in eodem ſeu communi, brevi, hirſuto quadrantem unciæ longo, piloſo pediculo plures egrediuntur *flores* quorum unicuique ſubeſt foliolum viride auriculatum aſperum. *Flos* autem è 5 flavis amplis petalis componitur, medium occupantibus totidem aut pluribus *ſtaminibus* luteis. Floribus fatiſcentibus reſtant 5 vel 7 ſemina triangularia leucophæa, inferiori parte acuminata, ſuperiore ſubrotunda, Malvaceorum in modum ſita, calice exiguo incluſa, & foliolo auriculato ſupradicto cooperta.

In aquis ſtagnantibus & locis paluſtribus *Jamaicæ* & *Caribbæarum* inſularum copioſè reperitur.

35. Malva minor ſupina, Betonicæ folio, flore coccineo, ſeminibus aſperis. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice fundatur longa, albicante, in terram profundè adacta, fibris multis emiſſis veluti totidem oſculis alimentum exſugente. *Caules* teretes, lenti, lignoſi, albicantes, & in orbem circa radices caput in terræ ſuperficie diffuſi, diametro circiter pedali. *Folia* ſecundùm *caules* hic illic exeunt, quamvis majori copia circa eorum extrema, pluribus illuc ſimul aggregatis; pediculis autem ½ unciæ longis inſiſtunt, ipſa ſemunciam longa, & ¼ unciæ lata, circa margines ſerrata & obſcurè viridia. *Flores* è caulium & ramulorum extremis egrediuntur, 3, 4ve ſimul, pentapetali, purpuro-rubentes, qui fatiſcentes poſt ſe relinquunt *ſemina* plura, umbonem medium ceu centrum cingentia, reliquorum hujus generis in modum, foliis quibuſdam capſularibus piloſis incluſa; unoquoque propemodum triangulari, exteriori latere ſpinulis variis albicantibus exaſperato.

Locis aridioribus in prato **Town-Savanna** dicto poſt pluvias paſſim reperitur.

36. Malva minor erecta Betonicæ folio, flore luteo, duplici roſtro ſeu aculeo prædito *Slon. Cat. Jamaic. vide* Katu-Üren *H. M.* Part. 10. Tab. 54.

37. Malva erecta minor, Carpini folio, flore luteo, ſeminibus ſingulis ſimplici aculeo longiori donatis *Slon. Cat. Jamaic. v.* Althæa peregrina, ſemine roſtrato, flore luteo minimo *Moriſ. præl.*

P. 604. Ad Cap. De Althæa.

1. Althæa flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.* An Alth. *Indica* Abutili ſubrotundo folio, flore luteo ſpicato, fortè Malva *Americana*, Abutili folio, flore luteo ſpicato, foliis incanis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 24. F. 6.

D. *Sloane.*

Ad 3, 4ve pedum altitudinem excreſcebat, *caulibus* rotundis, hirſutis, incanis, variis ramis obſitis; *Foliis* cordatis, ſerratis, Althææ vulgaris nonnihil ſimilibus ſed rotundioribus, non ſinuatis, veſtitis. *Folia* autem pediculis uncialibus innitebantur, mollia & velut holoſericea, colore luteo-viridi, circum oras inciſa. Prope ſummitates caulium ex alis foliorum egrediuntur *Flores*, calice viridi holoſericeo pentaphyllo excepti, pentapetali, colore Aurantiaco.

In arenoſis ſiccioribus maritimis propè **Old-Harbour** copioſè provenit.

2. Malva *Americana*, Abutili folio, flore luteo ſpicato, foliis hirſutioribus & craſſioribus *Slon. Cat. Jamaic. vide* Althæa Americana pumila, flore luteo ſpicato *Breyn. Cent.* 1.

3. Althæa *Hermannia* dicta fruteſcens, folio minimo ſubrotundo, flore majori luteo D. *Sherard.* An Althæa pumila fruticeſcens, Chamædryfolia, flore rubro cernuo, ex oris *Coromandel Pluk. Mantiſſ.* p. 11. T. 330. F. 5? Et nomen & icon conveniunt, excepto Floris colore, qui in noſtra flavus.

4. Althæa, *Hermannia* dicta fruteſcens, folio minori oblongo, in ſummitate dentato, flore minimo albente D. *Sherard.* Colitur jam in Horto *Badmingtonienſi* Illuſtriſſ *Ducis de Beauford.*

5. Althæa *Indica*, latiore folio cordiformi, ad ſummum ſinuato *Pluk. Phytogr.* Tab. 9. F. 2. Malva *Indica* fruteſcens, folio cordato *P. B. P.*

6. Althæa

6. Althæa roſtrata *Cormandelienſis*, Pimpinellæ majoris folio ſubrotundo *Ejuſd. ibid.* F. 3. *vide* Atu-Uren *H. M.*

7. Althæa fruticoſa minor *Gangetica*, foliis exiguis, margine ſpinoſis *Ejuſd. ibid.* F. 4.

8. Althæa *Indica*, floſculis parvis, faſciculatim ramulis affixis *Breyn Prod.* 1. Malva *Americana*, Carpini folio, floribus aureis faſciculatis parvis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 9. F. 5.

9. Althæa *Virginiana*, bidens, Pimpinellæ majoris acutiore folio, floſculis minimis luteis: fortè Alcea Mori folio *Virginiana* minor *Schol. Bot. Ejuſd.*

10. Althæa *Indica*, Abutili ſubrotundo folio, flo. luteo ſpicato: fortè Malva *Americana* Abutili folio, flore luteo ſpicato foliis incanis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 74. F. 6.

11. Althæa Scammonii folio, floſculis albis *Zeylanica P. B. P. Nilavonangu* & *Wiſſadulæ Zeylanenſibus Ejuſd. ibid.* F. 7.

12. Althæa *Americana* fruteſcens, Melochiæ foliis anguſtioribus. An Malva fruteſcens Melochiæ anguſto folio, floribus albis faſciculatim congeſtis *P. B. P.* inter Addenda? An Tsjeru-uren *Hort. Mal. Ejuſdem ibid*? F. 8.

13. Althæa arboreſcens *Americana*, ampliſſimis Verbaſci foliis, craſſis & incanis. An Alth. *Americana* flo. luteo ſpicato lanuginoſo major, ex inſula *Curacao Breyn. Prod.* 2 ? *Pluk. Phytogr.* T. 132. F. 1.

14. Althæa *Maderaſpatana*, ſubrotundo folio, molli & hirſuto, multipilis, ſeu ſeminibus ad apicem crinitis *Pluk. Phyt.* Tab. 132. F. 2. Fortè *Katou-Uren H. M.*

15. Althæa *Americana* incana fruteſcens, flore coccineo *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 132. F. 4.

16. Althæa Mori folio *Indiæ Orient.* ad foliorum ſinus capitulis ſingularibus parvis *Ejuſd.* T. 133. F. 1.

17. Althææ Ulmi folio ſpecies pumila è Madraſpatan. *Pluk. Almag. Bot.*

18. Althææ hortenſis ſive peregrinæ *Dod* nomine Romæ inſignita D. *Sherard.* Folia triangularia ſunt, Abutili ſimilia, ſed longiora, circa margines dentata, ſuperiora in angulos utrinque excurrunt, & quodammodo trifida ſunt. *Flores* in pediculis longis è foliorum alis egreſſis purpurei. Deſcriptio Althææ peregrinæ apud Dodonæum ab hac non multùm abludit.

19. Hermannia foliis tenuiſſimè diſſectis, flore luteo pendulo D. *Sherard.* Ciſtoides frutex *Æthiopicus*, parvis Coronopi foliis ad nodos caulem radiatim ambientibus *Pluk. Mantiſſ.* p. 50. *Tab.* 344. F. 3. Flos integer eſſe videtur.

20. Althæa *Unaneer-coondica*, floribus parvis, ex alis foliorum denſè ſtipatis *Chedde-cootan* Malab. D. *Petiver Act. Philoſ.* N. 276. p. 1022. D. *Plukenet* hanc plantam ad Betonicam refert. *Vide* inter Verticillatas.

21. Althæa ſpicata Betonicæ folio glabro, flore luteo, habitiore ſpica *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* 3, 4ve uncias longa, rectà deſcendente *Caulis* exoritur pallidè viridis, 2, 3ve pedes altus, in varios ramos & ſurculos diviſus, *Foliis* obſitus $\frac{3}{4}$tas unciæ partes diſtantibus, propemodum rotundis, pediculis $\frac{1}{4}$tas unciæ partes longis inſidentibus, ipſis $1\frac{1}{4}$ unciæ longitudine, latitud. $\frac{3}{4}$ latiſſima ad baſin ſubrotundam parte, circa margines dentatis, coloris pallidè viridis, glabris. Summi rami & ſurculi ad digiti unius longitudinem *Floribus* obſeſſi ſunt ſpicatim diſpoſitis, arctè ſtipatis, colore Aurantiaco perfuſis, calicibus quinquefoliis, valdè hirſutis incumbentibus; quos ſequuntur *ſemina* plurima fuſca, forma & ſitu reliquorum Malvaceorum.

In agris ſaxoſis ſterilioribus, præſertim cultis abundat.

22. Althæa ſpicata Betonicæ folio villoſiſſimo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad 3pedalem altitudinem aſſurgebat *frutex* iſthic, *caule* lignoſo, anguloſo, valde hirſuto ſeu aſpero, cortice fuſco obſcuro, prope faſtigium lanugine multa tecto, cui ad uncialia circiter intervalla adnaſcebantur *Folia*, alternatim in oppoſitis caulis lateribus ſita, pediculis $\frac{1}{3}$ unc. longis valde piloſis hærentia, ſingula ferè ſeſcunciam longa, unciam lata latiſſima

ad

ad basin parte, à qua sensim angustabantur ad extremitates rotundas, circa margines serrata, longa lutescente lanugine undique obtecta, ut Folium colore sordidè viridi perfusum appareret. Prope summitatem caulis ex alis foliorum egrediebantur *Flores* verticillatim caules ad intervalla cingentes, magis tamen conferti ex una parte, singuli ad fundum foliolis parvis asperis & valde pilosis, calicem constituentibus inclusi, oblongi.

In monte *Diablo* dicto in media Insula *Jamaica* crescentem collegit Auctor.

23. Althæa spicata, Betonicæ folio villoso, spica breviore & laxiore *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Plures emittit *caules*, lignosos, teretes, rubentes, concavos, *foliis* cinctos alternatim positis, semuncialibus pediculis insidentibus, unciam circiter longis, $\frac{3}{4}$ unciæ latis latissima prope basin subrotundam parte, unde paulatim imminutâ latitudine in punctum tandem desinunt, circa margines serrata, pilosa valde, seu mavis hirsuta & lanuginosa, colore luteoviridi. Ex alis foliorum egrediuntur surculi, in quibus ut & summis virgis proveniunt in calicibus pentaphyllis villosis *Flores* spicatim dispositi, alii supra alios, ad modum Althææ Americanæ pumila, flore luteo spicato *Breyn.* quibus succedunt *semina* aliquot, 5 circiter numero, figurâ & situ Malvaceorum. In paucis à præcedente differt.

In Caribbæarum insularum aliqua collegi.

24. Althæa frutescens orbiculari ferè folio, flore luteo, semine rostrato *Indiæ Orient. Pluk. Phyt.* Tab. 132. F. 2.

25. Althæa minima surrecta, Veronicæ foliis, è *Maderaspatan Ejusd.* Tab. 132. F. 3. Repetitur in Mantissa.

26. Althæa pusilla supina, Geranii exigui maritimi folio & facie, *Maderaspatensis Ejusd. ibid.* Non est hujus loci sed rectius ad Alceam *Indicam* refertur cùm pericarpium habeat verè capsulatum adnotante ipso D. *Plukenet* in *Almag. Bot.*

27. Althæa Abutili folio, fructu hispido *Americana Ejusdem ibid.* F. 5.

28. Althæa *Maderaspatana*, Melochiæ angustis foliis, fructu ex alis foliorum, pediculo curto, *Ejusd.* T. 240. F. 5.

29. Althæa frutescens *Lusitanica*, folio rotundiore undulato *Tournefort. Elem. Bot.*

30. Alth. frutescens *Lusitanica*, folio ampliore, minus incano *Ejusd.*

31. Alth. frutesc. *Ind. Orientalis*, Populi albæ minoris folio, tenuiter dentato, molli *Pluk. Phyt.* T. 7. F. 2. An Althæa *Americana* frutescens, Populi albæ foliis *Par. Bat. Prod?* inter Addenda.

32. Althæa frutesc. folio acuto virente molli, flore specioso *Pluk. Phyt.* Alth. profundè serrato seu dentato folio *J. B.* Althæa flore majore *C. B.* Malva sylveftris perennis, folio profundè laciniato & dentato *Morif. hist.* Alth. no. grandi, Alcea Thuringiaca *Cam. J. B.*

33. Althæa vulgari similis, folio retuso brevi, nostras *Synopf. Brit. nost. Plukenet Almag. Bot.* folio rotundiori seu minùs acuminato *Hort. Edenburg.*

34. Althæa fruticans *Malabarienfis*, rotundifolia, incana, flore amplo, pallidè purpureo *Plukenet Almag. Botan.*

35. Althæa *Indica* Ribesii folio *Schol. Bot.* An Malva *Indica* Ribesii folio *P. B. P? Pluk. Almag. Bot.* V. Malv. frutic. Ribes. foliis, seminibus asperi *Sloan.*

36. Althæa *Jamaicenfis* arborea, foliis oblongis mucronatis glabris, floribus amœnè rubellis *Plukenet Phytogr.* T. 259. F. 3.

37. Alth. *Jamaic.* Cacabiæ foliis subhirsutis, caliculis flor. longiusculis & tenuissimè divisis *Pluk. Almag. Botan.* T. 255. F. 1.

38. Alth. arborea *Indica*, flore luteo, folio tripartito *P. B. P.* 307. *Pluk. Almag. Bot.*

39. Alth. arborea *Indica*, villosa, folio Ricini in modum laciniato *Pluk. Almag. Bot.*

40. Althæa *Jamaicenfis*, oblongo mucronato glauco folio, profundè venoso, margine undulato crispo *Pluk. Almag.* T. 259.

42. Althæa, fortè vulgari similis, Planta *Jamaicenfis*, flosculis exiguis, ramulis tenuibus, fasciculatim appensis; fortè *Welia Cupameni H. M.* P. 10. T. 83. Has duas

duas proximè antecedentes plantas ad Ricini potiùs genus pertinere ſuſpicatur D. *Plukenet.*

42. Althæa Betonicæ folio villoſo, floribus ex luteo purpuraſcentibus, deorſum reflexis, ad oras *Coromandel. Pluk. Mantiſſ.*

43. Althæa *Coromandeliana*, anguſtis prælongis foliis, ſemine bicorni *Pluk. Mantiſſ.* Huic (inquit) proximè accedit Tsjeru parva *H. M.* P. 10. F. 53. quam *Commelinus* ad *Cabrittam* refert.

44. Althæa *Americana*, foliis Sideritidis ſeu Marrubii aquatici foliorum æmulis, flore luteo minore *Pluk. Mantiſſ.*

45. Althæa *Braſiliana* minor, Chamædryos foliis, lanugine pubeſcentibus *Pluk. Mantiſſ.* A D. *Stoneſtreet* habuit.

46. Althæa puſilla fruticeſcens Chamædryfolia, flore rubro cernuo *Pluk. Mantiſſ.* Ex oris *Coromandel.*

47. Althæa minima procumbens, Chamædryos foliis, denſa hirſutie obductis, Codeechittamutte *Malabarorum Ejuſd. ibid.* Eadem eſt Althææ minima ſurrectæ Veronicæ folio, ſuperius poſitæ, obſervante D. *Petiver.*

P. 606. Ad Cap. De Alcea.

48. Alcea Cretica, flore immaculati candoris, peramplo *Pluk. Phytogr.* T. 6. F. 1. In horto *Edw. Morgani* cultam vidit.

49. Alcea an Malva potiùs exotica, Pentaphylli folio profundè ſecto, purpurea, floribus ſine pediculis. *Pluk. Phyt.* T. 73. F. 7.

50. Alcea tenuifolia humilis maritima *Gallo-provincialis*, foliis inferioribus nonnihil ad Geranium accedentibus *Schol. Bot. Pluk. Phytograph.* T. 44. F. 4. An marit. *Gallo-provincialis*, Geranii folio inferiùs deſcripta ?

51. Alcea vulgaris minor, foliis in longas lacinias diviſis *C. B. Cat. Baſil.* Dens leonis & Malva querna *Lod.* Ad agros infra *Huningam*, non procul à *Paſilea.*

P. 606. Ad Cap. De Alcea ſpeciem ultimam add.

1. Alcea Carpini folio *Americana* fruteſcens, floſculis luteis, ſemine duplici roſtro donato *Commelin. Pluk. Amſtel. rar.* Althæa *Virginiana* bidens, Pimpinellæ maj. acutiore folio, floſculis minimis luteis *Pluk.* T. 9.

Ex *radice* alba ac fibroſa *Caulis* emergit duos circiter pedes altus, & in varios ramos diviſus. *Folia* inordinatè diſpoſita, oblonga, acuminata ; margine ſerrata, Carpini foliorum æmula nonnihil molliora, [pedicellis & nervis rarioribus pilis præditis] è quorum ſinubus *Flores* emicant pentapetali, inodori, ſubflavi, in quorum medio multa *ſtamina*. Hiſce evanidis ſuccedunt *ſemina* copioſa, orbiculatim diſpoſita, anguloſa, roſtris duobus donata ; quibus perfectam maturitatem adeptis perit plerunque planta.

Adde ex obſervat. D. *Ruyſch*, *Caulem* ab imo ad ſummum uſque ramoſum, pilis obſitum, ima præſertim parte : *Folia* ad intervalla longiuſcula ut plurimum alternatim poſita, pedicellis brevioribus, ad quorum exortum ligulæ binæ apponuntur atro-viridia, manſu mucilaginem remittentia. *Flores* Malvacei, ochrei. *Stamina* multa, brevia, apiculata, palleſcentia, in oblongiuſculo & craſſiuſculo ſtylo luteolo naſcuntur, quorum Apices coloris ſunt crocei ſeminibus per maturitatem à ſe invicem abſcedentibus expandit ſeſe Calix relicto ſtylo ; quibus ſeminibus calice exemptis bini apparent Aſteriſci, quorum unus & major ad ſtyli baſin, alter verò ſub ejus apice ſitum habet.

Gemino ſeminum roſtro ſubſunt duæ aliæ appendices, roſtra breviora mentientes ; inter quæ proceſſus ſatis exiguus coloris griſei emergit.

2. Alcea parva fruticoſa Triſſaginis folio erecta, ex oris *Coromandel Pluk. Mantiſſ.*

3. Alcea minor, Abutili facie, ex *Coromandel. Ejuſd. ibid.*

4. Alcea *Indica*, foliis longis, anguſtis, per margines ſerratis, ſemine duplici roſtro donato.

Flores & fructus in ſummis caulibus & ramulis, inque foliorum alis ſeſſiles naſcuntur. Semina in calice brevi è pluribus foliolis compoſito continentur, ut in reliqius Malvaceis, duplici in ſummo ſpinula velut bicornia.

5. Alcea *Indica*, ſemine roſtro ſimplici donato, lanuginoſa ; foliis integris ſubrotundis, Folia in acumen modicè producta ſunt, ſerrata, unciam aut ſeſcunciam lata. *Flores* è foliorum alis exeunt, in communi pediculo plures ſimul, foliolis intermixtis. Succedunt *ſemina* roſtrata ſimplici roſtro. Utramque ſpeciem ex *India Orientali* nactus D. *Petiver* nobiſcum communicavit.

6. P. 606. Spec. 10. add. Alcea *Americana*, Carpini folio minori, floſculis albis, ſeminibus duplici roſtro donatis D. *Sherard.*

7. Ad finem Cap. 10. add. Alcea *Indica*, Alni rotundo viridíque folio, non cordato. Ex Horto Dæ de *Flines*. D. *Sherard.*

8. Malva Alceæ folio, *Herman.* Hoc nomine miſit D. *Viali*, Profeſſor publicus *Patavinus* ; Aſt Alcea potiùs vocanda eſt, foliorum laciniis anguſtis. In bipedalem altitudinem aſſurgit, multis à radice *caulibus* ramoſis, glabris, duris. *Folia* ad genicula alterna, atro-viridia, in aliquot ſegmenta anguſta, Alceæ more ad pediculum uſque diſſecta. *Flores* fert Malvaceos, rubros, plures ſimul junctos ad ramorum ſummitates. Calices ſubjiciuntur quinquifidi, in quibus *ſemina* ſemilunaria, in caſei formam acta, fuſca, convexa marginali parte flaveſcenti, pauca lanugine pubeſcentia. Calicibus ſubjiciuntur nonnunquam, non ſemper, quinque vel pauciora alia anguſta foliola. *Herman.* A Malva montana *Col.* non videtur differre, niſi *quòd ſemina flaveſcenti pauca lanugine pubeſcunt*, inquit D. *Sherardus*, à quo deſcriptionem habuimus.

9. Alcea *Curaſſavica* hirſutiſſima, parvo flore, foliis lobatis *Herman.* Parad. Bat. Malva *Curaſſavica*, folio trilobato, molli & hirſuto *P. B. P.*

E *radice* pluribus longis fibris capillata exſurgit *Caulis* aſper, ſubhirſutus, bicubitalis, pollicem craſſus, in ramos brachiatus ; cui adſtant *Folia* pediculis biuncialibus & longioribus, pilis undique rigidis obſitis appenſa, trilobata & quinquelobata, lobo extremo longiori, nonnihil mucronato, dentata, pilis itidem utrinque aſpera, tribus majoribus nervis in dorſo elatis inſcripta. *Folia* ſuperiora minora ſunt, in 3 tantùm lobos diviſa. *Flores* ad ramorum faſtigia tres vel quatuor ſimul juncti, albi aut incarnati, parvi, vix perfectè ſeſe aperientes, cum piſtillo in medio pallido, apicibus rubentibus coronato. *Calyx* conſtat ex 10 villis tenuiſſimis, cui inſidet *calyx* alius, in 5 ſegmenta diviſus.

10. Alcea maritima *Gallo-provincialis*, Geranii folio *Tournefort. Elem. Bot.* minor maritima tenuifolia procumbens *Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Radicem habet albidam, fibris aliquot in longum porrectis cohærentem : *Cauliculos* infirmos humi jacentes, cubitales. *Folia* ima ſubrotunda ſunt, quinquifida, glabra, *Geranii* ſaxatilis, *Apii* aut *Coriandri* foliorum æmula ; Quæ verò è cauliculorum nodis exeunt ampliora & in profundiora anguſtáque ſegmenta diviſa ſunt. *Flores* pentapetali, incarnati, Alceæ vulgaris floribus minores, calycibus quinquifidis inſident, quos elapſis floribus occupant *ſemina* plurima, parva, lunata, nigricantia, in rotam congeſta.

Solo irriguo & opaco lætiùs germinat, quàm eo quod à Solis radiis colluſtratur.

Radix fibroſa licet ſit, mucagine tamen haud caret, atque adeò virtute molliendi lenienditque congeneribus ſuis non multùm inferior judicatur.

11. Alcea *Curaſſavica* villoſa aſpera, Melonis folio *P. B. P. Herman.* Parad. Bat.

Herman.

E *radice* fibroſa pallida emergit *Caulis* vix pedem ſuperans, rigidis pilis undique aſper, & in plures infermos ramulos brachiatus. *Folia* adſtant ſimiliter hirſuta, pediculis villoſis appenſa, *Cucumeris aſinini* foliis minora & tenuiora. Ramulorum ſummitates in folia expanduntur, prioribus ſimilia, minora tamen longè & anguſtiora, petiolis brevibus aut nullis ; inter quæ faſciculatim prodeunt *Flores* parvi, pentapetali, albi, pediculis itidem breviſſimis ; quibus ſuccedunt *ſemina* quina, nuda, duplici roſtro donata, & in orbem diſpoſita, *Calyx* ſubjicitur quinquifidus, ex 5 ſci. foliolis acutis compoſitus, more congenerum.

Malvas, Alceas & Althæas vulgò dictas ſemina nuda proferre noſtra cùm Hiſtoriam conſcriberem fuit ſententia, quòd earum ſemina exteriore illo integumento (quod nonnulli vaſculum ſeu capſulam eſſe volunt ſemen continentem) induta à planta matre abſcederent. Verùm cùm curioſiores Plantarum ſpectatores, ſuperioris ſeculi *Andreas Cæſalpinus*, præſentis D. *Tournefort* exterius tegumentum partem ſeminis non eſſe, ſed vaſculam ejus ſeu capſulam contendant, cum eis litem non movebo, quiſque ſuo per me licet fruatur judicio.

P. 609. Ad Cap. De Caryophyllata.

1. Caryophyllata montana lutea, nutante flore *H. R. P. Schol. Bot.*

2. Cary-

2. Caryophyllata *Pyrenaica*, rotundiore & ampliore folio *Schol. Bot.*

3. Caryophyllata campeſtris elatior *Braſiliana* foliis acuminatis, Cuambu *Braſilienſibus Piſonis Pluk. Almag. Bot.*

4. Caryophyllata Alpina lucida, magno capite *Schol. Bot.* an Alpina minor *C. B?*

5. Caryophyl. Alpina, tenuifolia, incana, longiùs radicata *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 12. p. 160.

Folia profert incana, Agrimoniæ aut Pimpinellæ Saxifragæ modo inciſa. *Radix* longa eſt & craſſa: *Flores* flavi, grandes cum floccis intus denſis. Spithamiæa eſt altitudine, & in montibus *Sabaudiæ* oritur.

P. 610. Ad Cap. De Fragaria fertili.

1. Fragaria fructu rotundo ſuaviſſimo, flore duplici *H. R. P. Schol. Bot.*

2. Fragaria arborea, flore herbaceo *Zanoni* 186. *Moriſon. hiſt.*

3. Fragaria peregrina hirſuta, fructu rubro moſchato *H. R. P.*

P. 611. Ad Cap. De Fragaria ſterili.

1. Fragaria ſterilis Alpina anguſtifolia *Tournef. Elem. Bot. Cat. Hort. Reg. Monſp. Magnol.*

E *radice* fibroſa, lignoſa, pulla *folia* emittuntur terna, pediculo longiori inſidentia, duas uncias longa, unam lata, obtuſa, venoſa, crenata. *Caules* pedem ſuperant, recti, graciles, villoſi, foliis etiam ternis ſtipati, ramoſi, *floréſque* gerunt polypetalos, aureos, inodoros, cum *calice* in decem partes diviſo, & piſtillo *abeunte* in fructum, è plurimis ſeminibus ſiccis in capitulum congeſtis compoſitum, Fragariæ ſterilis ſimilem.
Amat herbida loca vallis *Barſilionenſis* in Alpibus *Sabaudicis.*

2. Fragaria ſterilis *Virginiana Flor. Bat. fo.*

3. Fragaria ſterilis flore pleno *Mentzel. pugil.*

4. Fragaria ſterilis flore pleno botryoide *Mentzel. pugil.*

P. 615. Ad Cap. De Quinquefolio.

1. Quinquefolium *Pyrenaicum* flore albo, foliis Tormentillæ Sericeæ *Schol. Botan.*

2. Quinquefolium Alpinum Fragariæ facie *Ejuſd.*

3. Pentaphyllum Alpinum minus, foliis tenuioribus, altiùs ſerratis, cauliculo purpuraſcente *Pluk. Phyt.* T. 106. F. 7. An Pentaphyllum minus repens aureo flore *Cluſ?*

4. Pentaphyllum aureum minus ſylvaticum noſtras, foliis tripartitò diviſis ex cauliculorum geniculis radiceſcens *Pluk. Almag. Bot.* Sub exitum Autumni (inquit) floret hoc Pentaphylli genus. An Quinquefolium Alpinum repens ſerotinum *Moriſ. Prælud?*

5. Pentaphyllum latifolium, fragiferum majus *Munting. Herbar. Belgic.*

6. Pentaphyllum anguſtifolium fragiferum minus *Ejuſd. ibid.*

7. Pentaphyllum *Virginianum* minus villoſum, flore parvo luteo palleſcente *Pluk. Mantiſſ.*

8. Pentaphyllum minimum rectum, foliis profundè ſectis, argenteum flore luteo *Hort. Cath. Folia* adeò profundè, & multipliciter ſecta ſunt ut vix diſcerni poteſt, an ſit Pentaphylla nécne, tomentoſa & incana, præſertim ſubtus. *Radix* craſſa, circa caput ramoſa, plures emittit *cauliculos*, palmares & ſeſquipalmares, non ramoſos, in faſtigio plures *flores* ſuſtinens, mediocres, flavos, reliquorum hujus Generis ſimiles. D. *Sherard* impertivit.

9. Pentaphyllum rectum medium, flore candido *Hort. Cath. Suppl.* 3. Seſquipalmarem altitudinem vix aſſequitur, caule recto hirſuto, folioſo, in ſummitate in plures ramulos aut pediculos diviſo, flores geſtantes majuſculos, albos, velut umbellatim diſpoſitos. Folia extremitatibus ſuis ſubrotunda ſunt & dentata. Planta Alpina eſſe videtur. D. *Sherard* ſiccam nobis communicavit.

10. Pentaphyllum vel meliùs Heptaphyllum, majus, rectum, caule rubente hirſutius *Hort. Cath.* 165. Folia profundè admodum laciniata ſunt. Summus caulis in multos ramulos dividitur & ſubdividitur, flores plurimos ſuſtinentes.

11. Pentaphyllum *Cassubicum*, foliis viridibus profundè sectis, & majus, potiùs Tormentilla *Cassubica* major *Herman. Parad. Bat.*

Herman.

A Tormentilla vulgari differt, primo, *radice* tuberosa, subrotunda, plurimas fibras demittente, nec recta, nec in obliquum in terram acta. Secundo, omnium partium magnitudine, foliorum præcipuè, quæ vulgaris foliis duplo sunt majora & crassiora.

D. *Breynius* communicavit hanc & sequentem.

12. Pentaphyllum *Cassubicum*, foliorum segmentis profundè incisis, serratis, & minus *Flor. Bat. Herman. Parad. Bat.*

Herman.

Hæc etiam è *radice* tuberosa subrotunda densam fibrarum demittit comam. *Folia* exeunt plurima, humi strata, in 7, 8, & 9 portiones dissecta, profundè serrata, pediculis semipedalibus insidentia, viridia, molli hirsutie pubescentia, parte inferna magis conspicuâ. *Caules* tenues, ramosi, procumbentes, duobus foliolis angustis, uncialibus, acutis ad ramulorum exortus donati. *Flores* in summitatibus pentapetali, lutei, pediculis tenuibus sescuncialibus suffulti, calyci è 5 segmentis composito, quem alius ex totidem segmentis angustis conflatus obvallat, insidentes. Formâ refert quinquefolium erectum, foliis profundè sectis subtus argenteis, flore luteo *J. B. Caules* verò tenuiores sunt, *folia* duplo & triplo majora; nec subtus ut in illo argentea.

13. Pentaphyllum Alpinum minimum, nigrum, crispum, profundè dissectum, *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 18. In monte *Cenisio* minore oritur, tres quatuórve uncias longa, repens, radicibus pro parvitate plantæ lignosis. *Florem*, cùm eam vidi nondum produxerat, verùm habitus plantæ Pentaphyllum fuisse arguebat.

14. Pentaphyllum palustre rubrum, crassis & villosis foliis *Suecicum* & *Hibernicum Pluk. Phyt.* T. 212. F. 2. Reverendus Vir D. *Nicholson Archidiaconus Carleolensis* primus in *Anglia* observavit.

15. Heptaphyllum Alpinum argenteum, trifoliatum, longiùs radicatum, saxatile, *Sabaudum Bocc. Mus. pl. rar.* p. 20.

16. Heptaphyllum trifoliatum argenteum, montanum *Italicum*, longiùs radicatum, crassioribus & rotundioribus foliis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 20.

Hanc D. *Boccone* à præcedente toto habitu differre ait. Folia scil. grandiora & pinguiora esse quàm illius, & folia Ebeni *Creticæ Alpini* potiùs referre. In montosis *Nursiæ* oritur.

P. 616. Ad Cap. De Pentaphylloide.

1. Pentaphylloides Fragariæ foliis *Hort. Blæs. auct.* Fragaria sterilis Alpina caulescens *H. R. P.*

2. Pentaphylloides minus erectum, luteo flore, foliis Fragariæ ternis *Pluk. Almag. Bot.* An Quinquefolium Alpinum Fragariæ facie *Schol. Bot?*

3. Trifolium *Norvegicum* majus surrectum, foliis crenatis, flore luteo N. D. *Bartholin. Act. Hafn.* An. 1673. Obs. 30.

4. Pentaphylloides trifolium hirsutum maximum, foliis acuminatis, *Marilandicum.*

Caules robusti, hirsuti, ramosi, rubentes, foliis vestiti in eodem pediculo ternis, hirsutis, profundè serratis, in acutum definentibus; ad exortum pediculi duabus longis latísque appendiculis adnatis. *Flores* ex adverso foliorum è caule exeunt in pediculis tenuibus, semuncialibus & longioribus singuli, lutei. Fortè idem fuerit cum Pentaphylloide majore erecto, flore luteo, ternis foliis Fragariæ instar hirsutis *Morif. hist.* 193.

5. Pentaphylloides trifoliatum Alpinum flore Chamæcisti. Trifolium Alpinum, Chamæcisti flore *Ambrosini Cat. Hort. Bonon.*

Ex *radice* longa, lignosa, fibrosa, floris nigro cortice obducta assurgit, & in multas *virgas* similiter longas subdividitur, quæ virgæ quasi trunci multis foliolis velut squamulis præditæ sunt. *Folia* emicant parva, terna, Trifoliorum modo, angusta, nervosa, glabra, subrotunda in summitate tantùm denticulata, rufescentis coloris. Planta 4 digitorum altitudinem non excedit; *floribus* in fastigiis ramulorum ex albo flavescentibus, Chamæcisti floribus æmulis, pentapetalis, in quorum centro *staminula* coloris lutei conspiciuntur. Calix verò cujus basin fulciunt 5 subtilia & acuminata *foliola*, subviridis apparet: istis verò cadentibus remanet capitulum satis amplum, minutum & ruffum *semen* continens. Perennis est planta: floret *Junio* mense; semen maturum est *Julio*. In *Lucensium* Alpibus provenit, ad radicem montis *Coreglia* appellati copiosè.

P. 619. Ad Cap. De Sagitta.

1. Sagittariæ quodammodo ſimilis Planta *Maderaſpatana*, floribus è medio caule quaſi ex utriculo prorumpentibus *Pluk. Phyt.* T. 220. F. 8.

2. Sagittariæ ſimilis planta paluſtris *Virginiana*, ſpicâ florum cœruleâ D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

3. Sagittæ (fortè) cognata planta è *Maderaſpatan, Ejuſdem.* An Maravara Tsjembu *Hort. Malab?* P. 12. T. 9. E caulibus flores faſciatim proveniunt ordine decuſſato.

4. Sagittæ affinis *Malabarica; Inhame*, nervoſis foliis, flore albo tripetalo, ex theca foliacea quinis extantibus criſpatis alis pinnata, ſummo caule erumpente *Pluk. Mantiſſ.*

5. Sagitta aquatica omnium minima D. *Plukenet Mantiſſ.* A minore anguſtifolia *J. B.* ſpecie differre videtur, quia nunquam à parvitate ſua variat. Vide *Synopſ. noſtr. Angl.* p. 143.

Prope Palatium Archiepiſcopi *Cantuarienſis* ad *Thameſin* fluvium juxta *Lambetham* copiosè provenit.

6. Sagittaria *Virginiana*, folio lato obtuſo, floribus minoribus albis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

7. Guli-Tamara *H. M.* P. 11. T. 45. Sagitta *Indica* major, folio obtuſo, floribus tripetalis minoribus albicantibus *Commelin.* notis.

H. M

Radices fibræ ſunt capillatæ, in unum quaſi faſcem conjunctæ, albicantes, adultiores tunicâ flavâ obductæ, annularibus ſeſe ſtriis corrugantes. *Folia* Sagittariæ latifoliæ, ſpinis minutis obſita, præſertim in averſa parte, ubi etiam aſpera, fractu facilia. *Flores* in caulibus geniculatis proveniunt (qui minutiſſimis pilis obſiti ſunt ac valde aſperi; & ex inferiori geniculo, ubi tribus foliis cinguntur parvis, oblongis, cuſpidatis, & ut folia Graminum in longum ſtriatis, tres aut 4 emittunt cauliculos geniculatos) è ſingulis caulium geniculis erumpentes, plures ſimul, tenuibus, rigidiuſculis ac nonnihil ſurrectis petiolis; parvi autem ſunt, tripetali, petalis lato-rotundis, interiora versùs cochleatis, candidis, à ſe mutuo nonnihil diſtantibus, unguiculis ſuis tenuioribus nodulo ſeu capitulo viridi, gemmulis interſtincto, è petiolo extuberanti circumpoſita; è quo *ſtamina* egrediuntur plura, brevia, tenuia, albicantia, oblique ſurrecta, ex inferiori parte ſex flavis *apicibus* dotata: ipſa florum petala tribus viridibus ſuccinguntur foliolis. *Capitulum* in gemmas extuberat majores, rotundas, valdè nitentes & tranſparentes, aſperas, acuata prominente ſutura in medio ſtriatas. In hiſce, quæ aqueæ ſunt, interſepimentum eſt viride & craſſum, utrinque ad latera cavernulam relinquens, in qua duo albicantia reconduntur *ſemina.*

P. 621. pro quinta ſpecie ad Cap. de Clematide.

1. Clematis *Hiſpanica* ſurrecta, altera & humilior flore albicante *Hort. Reg. Par.* A quarta ſpecie differt, cujus folia longiora, nigriora, baſi ovali, nerviſque craſſioribus, cùm hujus latiora & breviora ſint, ad baſin velut aurita, lætius virentia, & ad Vincetonici formam accedentia D. *Sherard.*

Ad 8vam ſpeciem adde Synon. Clematis hederacea perennis *Virginiana*, umbilicato folio, pappoſo flore *H. R. P.*

Hanc D. *Plukenet* Hederæ ſpeciem facit, titulo *Hederæ monophyllæ Convolvuli foliis Virginianæ Phyt.* T. 36. F. 2. Sibi autem quamvis plantam florentem multoties conſpexerat, pappum nunquam occurriſſe ait. Hedera *Virginiana* Clematitis facie, radice flaveſcente *Hort. Ac. Lugd. Bat.*

Ad finem Capitis adde ſpecies ſequentes,

2. Clematis hederacea *Indica Bod. à Stapel.*

3. Clematis *Peruviana*, Digitalis flore, folio Fraxini *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 161. F. 4.

4. Clematis triphylla arboreſcens è *Maderaſpatan Ejuſdem.* T. 163. F. 1. Ubi vide Synon.

5. Clematis Myrſinites, amplioribus foliis *Americana* tetraphyllos *Ejuſdem ibid.* F. 2. ubi vide Synon.

6. Clematidis novum genus, Cucumerinis foliis, *Virginianum.* Planta peculiaris pappeſcens, non lacteſcens *Baniſteri Ejuſdem ibid.*

Quam

Quam ex *Marilandia* nacti ſumus hujus generis herba foliis eſt Hederaceis potiùs quàm Cucumerinis, nec ad *Clematides* referenda videtur, ſed, ut rectè D. *Baniſter* ad Pappoſas non lacteſcentes. Flores umbellatim & corymbatim ſummitatibus innaſcuntur, parvi ſtaminuloſi. D. *Baniſt.*

7. Clematis *Hiſpanica* ſurrecta altera & humilior, flore albicante *H. R. P.*

8. Clematitis tenuifolia *Luſitanica* floſculis cœruleis *Tournef. Elem. Bot.*

9. Clematis *Americana* Digitalis flore, ſiliquoſa, monophyllos major *P. B. P.*

10. Eadem minor. Utraque ſpecies in Catalogo *Hort. Leyd. Herman.* per errorem nomine Floris paſſionis *Guayavas* folio inſcribitur. *Herman. P. B. P.*

11. Clematis triphylla *Indiæ Orientalis*, Ciceris majoris folio, baccifera, Muurlachedde *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

12. Clematis *Virginiana*, *Pannonicæ* ſimilis, foliis amplioribus ſubrotundis *Ejuſd. ibid.*

13. Naga-valli ſeu Mandaru-valli, *H. M.* P. 8. T. 29. Clematitis *Indica* folio bifido, flore fructúque carens.

H. M.

Herba eſt quæ nec floret, nec fruget, ſemper virens circa *Mangatti*. *Folia* in ſurculis viridibus, ſtriatis, qui & ad exortum & ſupernè extuberant proveniunt, in medio ad extremitates bifida, anteriùs duobus cuſpidibus oblongis anguſtis eminentia, tenuia, lenia, viroris communis. Coſta media in utroque latere tres emittit laterales, rubeſcentes, ſúntque folia ſaporis ſubaſtringentis, ac tenera, ſanguineo-rubeſcunt, foliis Belutta-Mandaru quàm ſimillima.

Planta hæc cum lacte & recenti Butyro trita ac capiti inuncta Cephalalgiam, ac cùm
Vires. nares tum oculos corrodentem catarrhum edulcorant. Gemmæ cum Minio & Alumine, mediante Oryzæ lotura, in pilulas formantur pro oculis ex cephalæa tumentibus & inflammatis; cum ſucco *Carimbolæ* contritæ parotides internóſque glandularum tumores imminuunt. Radix cum aqua *Oryzæ* & butyro recenti idem præſtat. *Quòd Herba hæc aut alia quævis è perfectioribus nullos unquam flores aut fructus producat mihi non perſuaſerit Auctor noſter. Inter Europæas certè non datur exemplum Herbæ hujuſmodi ſterilis, at neque inter* Indicas *huc advectas quæ in hortis noſtris vigent: ni fortè Battatæ* Yams *dictæ tales fuerint*, quod diligentiùs examinandum.

14. Naga-Mu-Valli *H. M.* Part. 8. T. 30, 31. Clematitis *Indica*, folio bifido, flore fructúque carens, arbores tranſcendens, ſtipite lato, craſſo, lignoſo, ſpinoſo.

H. M.

Nomen traxit à Serpente, qui lingua *Malabarica Naja* dicitur, eò quòd ſtipites Serpentino ductu ſinuantur, ſúntque Jovi ſacri, quos in itinere ſecum ferunt. Naſcitur in terreo & elato ſolo circa *Tirthour*, *Perkencour* &c. ſemper progerminans, ac longè à radice arbores tranſcendens; *flores* verò aut *fructus* nunquam deprehendi potuere. *Folia* in petiolis oblongis, viridibus, tenuibus, ad exortum & ſuperiorem partem majori craſſitie extuberantibus proveniunt, ſúntque uti folia *Mandaru* ad pediculum, ut & anteriùs in medio profundè inciſa, & duobus anguſtis cuſpidibus eminentia, texturâ tenuia, ſuperficie lenia, viroris in recta parte fuſci & nitentis, in averſa dilutioris & ſurdi. *Stipites* complanati, lati, 7 vel 8 fermè digitos tranſverſos, pollicem plus minùs craſſi evadentes, ſinuati, extuberantes, ac frequenter ſupernè ex convexa parte ſurculos ramoſos, qui foliis veſtiuntur, emittentes, ac etiam hinc indè ſpinas oblongas, ſupra furcatim diviſas, ac annulatim ſeu barbatim intortas; primùm virides ſunt, vetuſti ligno duriſſimo ac cortice craſſo ac valde duro, ruffo-fuſco & lignoſo, tam arctè ligno agglutinato, ut nullo modo deglubi queat, ſúntque præterea ſecundùm longitudinem hinc indè fiſſi, ſpinis quoque duris & lignoſis inſtructi. In medicina ignoti eſt usûs.

15. Clematis folio anguloſo, Aceris fructu *Plumier.*

Sarmenta emittit prælonga, pennâ ſcriptoriâ paulò craſſiora, lenta & frangi contumacia, quæ alia adhuc protrudunt flagella tenuiora, valdè etiam longa, ſcabra, colore [*tanè*] claro, nodis tumidis, & ſatis à ſe invicem diſtantibus intercepta, ad quorum unumquemque *folia* bina adverſa, pediculis oblongis innixa, areâ ferè quadrata, palmæ manûs circiter magnitudine, interdum majora, tenera, lævia cum quibuſdam prominentiis, quæ eorum ambitum anguloſum efficiunt, ſupernè obſcurè, ſubtus clariùs viridia, nervo medio ejúſque ramis reliqua ſuperficie paulò elatioribus.

E foliorum ſinubus exeunt pediculi, paulò craſſiores quàm foliorum, ſemipedali circiter longitudine, ſumma parte duos ſecundarios pediculos ſuſtinentes, breviores, quorum utervis faſciculum quendam geſtat, è 6, 7ve floribus compoſitum, luteis, inodoris, pediculis articulatis pollicem circiter longis inſidentibus, pentapetalis, petalis ſubrotundis, minimi digiti unguis ferè magnitudine, paululum excavatis Cochleariæ foliorum in modum, & circumcirca denticulatis, pediculo valde brevi & tenui ad capitulum piſi magnitudine, viride & tuberculis

tuberculis obſitum annexis, quod à fundo ſuo tria quatuórve *filamenta*, valdè brevia craſſiuſcula exſerit, *apicibus* flavis globoſis, aciculæ capitelli magnitudine, onuſta.

Fructus Aceris vulgaris fructuum magnitudine ſunt, (hoc eſt, eorum capitulum paulò majus eſt Cicere vulgari) cortice ſatis duro, duabus cellulis duo ſemina Orobi ferè magnitudine includentes, ſapore fatuo. Capitula hæc eminentias quaſdam habent, criſtarum æmulas, & duabus tribúſve alis Aceris fructuum in modum exornantur, colore [*tanè*] claro, tantillo rubri intermixto. Folia juniorum plantarum, & juniora ſeu novella adultiorum oras ſuas pilis albis valde tenuibus obſitas habent, qui poſtquam folia naturalem ſeu juſtam magnitudinem adepta ſunt decidunt & evaneſcunt.

Inſulæ *Dominici* multis in locis reperitur.

16. Clematis quadrifolia, flore Digitalis luteo, claviculis aduncis *Plumier.* An Clematis myrſinites amplioribus foliis *Americana* tetraphyllos *Pluk. Phytogr.*

Rupibus truncíſve arborum ſe affigit Hederæ in modum; Sarmenta extendens valdè tenuia, coloris cineracei, nodis ſatis crebris intercepta; ad quorum unumquemque pediculi duo prætenues, pollicem circiter longi, ex adverſo ſiti exeunt, ſinguli totidem *folia* geſtantes, ſeſcunciam circiter longa, unciam lata, alii ſeu ſecundario pediculo multò breviori, duabus ſcil. tribúſve lineis non longiori appenſa, ad baſin rotunda, extremitate acuminata, membranacea, plana ſeu æqualia, ſupernè hilarè viridia, ſubtus paulò dilutiora cum coſta media & nervulis tranſverſis ad oram incurvis ſeu crenatis. Inter foliorum horumce pediculos exit clavicula, in duas tréſve alias aduncas & acutas diviſa, quibus arborum ramos apprehendit.

Flores Digitalis noſtratis flores figurâ ſuâ imitantur, verùm tantillo majores ſunt, & ad oras apertiores, in 5 ſegmenta rotunda inciſi, flavi, inodori, è fundo calicis parvi exeuntes, cujus ora in 5 pariter partes dividitur, pediculo valde tenui, plus digitum longo, nodo parvo verſùs baſin articulato, è ſinu pediculi folii exeunte, ſuſtentati.

Siliquæ ſuccedunt duos circiter digitos longæ, dimidium pollicem latæ, valde compreſſæ & in extremum acutiſſimum deſinentes colore per maturitatem [*tanè*] ínque tres longas laminas per id tempus dehiſcentes, duos ſeminum ordines oſtendunt, rotundorum, lenticularium, ad utrumque extremum membranam albam, valde tenuem, alarum effigie habentium; *Semina* ad laminæ mediæ latus utrinque per totam longitudinem annexa ſunt, & ſibi invicem incumbunt ſquamarum in modum.

In Inſula *Dominici* flos *Maialis* appellatur quia *Maio* menſe floret.

17. Clematis erecta humilis, non ramoſa, foliis ſubrotundis, flore unico ochroleuco *Baniſter Cat. Virgin.*

Hanc in *Marilandia* invenit D. *Vernon*, ejúſque ſpecimen exſiccatum D. *Sloane* communicavit, à quo nos habuimus. *Folia* in caule bina adverſa, abſque pediculis, lata, in acutum mucronem deſinentia, nervoſa, circum oras plerunque æqualia. *Capitula* pulchris cincinnis ſericeis fulveſcentibus comoſa.

18. Clematis arborea *Americana*, Laurinis ampliſſimis foliis, flore Laccæ colore odoratiſſimo, *Jamaicenſibus* & *Barbadenſibus* noſtratibus The Jeſſima Tree *Pluk. Almag. Bot. Phytogr.* T. 207. F. 2. ſub nomine *Nerio affinis* pingitur.

19. Clem. *Americana* urens, Cocotemecatl *Mexicenſium* ſeu Funis volubilis acris *Hernan.* p. 141. *Pluk. Almag. Bot.*

20. Clematis exotica repens minor, foliis ferè orbiculatis, uno pediculo ternis, floribus candidiſſimis odoratis *Ejuſd. ibid.*

P. 623. Ad Caput De Filipendula.

1. Filipendula bulboſa *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.* 578.

P. 633. Ad Cap. De Anemone.

1. Anemone nemorum Fragariæ foliis *Virginiana Baniſteri Pluk. Phyt.*

2. Anemone elatior *Virginiana*, flore parvo vireſcente *Pluk. Almageſt. Botan.* An Anemone ſylveſtris alba *Baniſteri Cat. Virgin?* Sequenti proculdubio eadem eſt.

3. Anemone *Virginiana*, tertiæ Matthioli ſimilis, parvo flore *Hort. Lugd. Bat.* An Virg. latifolia ſylveſtris alba D. *Baniſter* in *Catal. Virgin.* *Herman.*

Anemoni ſylveſtri albæ majori C. *B.* perquam ſimilis eſt: Aſt *Folia* ad radicem ſunt ampliora, in tres lobos trifariam ſectos diviſa, acrimonia ſua linguam pungentia. *Flores* minores in viridi pallentes; Capitula tenuiora, horúmque lanugo in quam fatiſcunt minus candida

4. Ane-

4. Anemone nemorum affinis, flore purpureo, in pediculo oblongo, inter duo folia Geranii alicujus æmula prodeunte.

P. 633. Post Anemonas adde, Rectiùs Herbis flore discoide papposis accensetur.

1. Anemonospermos *Africana* foliis & floribus Taraxaci incanis *Cat.* ad finem *P. Bat. Herm.* E radicoso, fibroso & surculoso cespite multa prodeunt *folia*, ferè ut Jaceæ montanæ candidissimæ purp. flo. *C. B.* pr. prima 2, 3ve digitos lata, in aliquot crenas divisa, candida, palmum longa, inter quæ nonnulla sunt prorsus integra. Inter hæc pediculus exit dodrantalis, calamo scriptorio paulò tenuior, infirmus, Taraxaco similis, aut illi speciei, quæ Anemonæ affinis in *H. L. B.* dicitur, cavus, in fusco purpurascentibus striis secundùm longitudinem inscriptus. Hujus summitati insidet capitulum squamatum viride capitulo Taraxaci simile, cujus basi subjecta sunt multa foliola, quæ supremum marginem ambiunt. Petala longa, angusta, plana, aurantiaci intensissimi coloris, interna basi seu ima parte, nigrâ maculâ nitentia. Medium floris occupat discus nigricans, qui dum petala marcescunt in lanuginem abit, cui semina subsunt hirsuta, & quasi lanuginosa, depressa, nonnihil oblonga & striata.

2. Pulsatilla *Africana* multifido flore, Apii folio rigido D. *Hermanni.* Siccam communicavit D. *Sherardus.* Ad signum illud in caule ubi in genere folia aliquot (terna plerunque) eum ambiunt, in hac specie, saltem in specimine nostro duo tantùm observavimus ima parte in thecam caule obvolventem dilatata.

P. 624. Ad Cap. De Ulmaria.

1. Ulmaria major trifolia, flore amplo, pentapetalo *Virginiana* D. *Banister Pluk. Phyt.* T. 236. F. 5. *Radix* dura & lignosa, multis dependentibus fibris, superiùs nodosa, supra terram sæpius nuda. *Caules* plures lignosi, striati, subfusci; quibus sine ordine adnascuntur *Folia* trifoliata, utrinque viridia, longa [2 unc.] media parte unciam lata, circa margines argutè denticulata, Carpini in modum, in acutum desinentia, pediculis brevissimis hærentia, & superiora in caule nullis. *Flores* pentapetali petalis longis, angustis, acutis, albi, in summis virgis & pediculis è foliorum alis egressis duo trésve simul. Petalis marcescentibus calix aridus, fuscus manet, quo *semina* plura oblonga acuta, Filipendulæ non dissimilia, & Ulmariæ ritu congesta, quasi sub cucullo, qualis in Sedo Umbilicus Veneris dicto cernitur, relata sunt. D. *Bobart.*

2. Ulmaria pentacarpos integris serratis foliis parvis, subtus incanis *Virgin. Pluk. Almag. Bot.* Tab. 321. F. 5. In ramulo exsiccato è *Virginia* transmisso, dodrantem longo *Folia* unciam longa erant, ½am plus minus lata, integra, simplicia, subtus incana, cæsióve colore obducta, utrinque mucronata, ambitu dentata, rugosa; (ut singulum alam singularem *Ulmariæ vulgaris* quodammodo repræsentaret) & crebriùs dispósita cauli adnascuntur. *Flores* plurimi, exigui, racematim nascentes spicam erectam constituunt, quibus singulis 5 succedunt *semina*, exigua, oblonga, nuda. D. *Bobart.*

P. 1347. Ad Cap. 13tii titulum adde Synon.

1. Clematis pentaphylla, pediculis alatis, fructu racemoso tricocco & coccineo *Plumier.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER DUODECIMUS.

Herbæ enangiospermæ Pomiferæ & Bacciferæ,

Libro Decimo Tertio comprehensæ.

GENUS DECIMUM SEXTUM.

Herbæ Pomiferæ.

POMIFERAS voco hoc genus Herbas ob fructus magnitudinem, & similitudinem aliquam cum Pomo. Dantur enim in hoc Genere quæ fructus Plantarum omnium, tam Arborum quàm Herbarum maximos producunt. Fructus hi pulpa molli constant, & cortice crasso integuntur, quo à *Bacciferis* differunt, quarum fructus membrana duntaxat tenui vestiuntur. Flores nudi, monopetali, margine quinque-partito, summo fructui insident.

Quamvis pleræque hujus Generis fructus magnitudine insignes obtinent; nonnullæ tamen fructus satis parvos producunt.

P. 639. Ad Cap. De Cucurbita.

Ad Cucurbitæ vires adde,

Hanc maximâ copiâ in taleolas longas dissectam Saccharóque conditam *Lusitani Hispaníque* adferunt venum in Septentrionem, vocántque *Carbasade*. Siticulosis & æstu febrili vexatis gratissimæ offæ sunt. *Lob. Adv.*

1. Cucurbita sphærica maxima D. *Sloane Cat. & Hist. Jamaic.* **The largest round Gourd.** D. *Sloane.*

Foliis reliquísque partibus omnibus cum *Cucurbita longa folia molli*, &c. convenit, fructu solo differt, qui in hac cortice est luteo seu cinnamomeo, duro, glabro, nitente; pulpâ intus amarâ & cathartica; *seminibus* minoribus & obscurioribus; eáque magnitudine ut vel amphoram aquæ aliúsve liquoris capere possit. Cortices in usu sunt ad liquorem Sacchari *Molosses* dictum, qui inter depurandum subsidit & separatur, continendum.

In collibus saxosis sterilioribus insulæ *Jamaicæ* seritur.

2. Cucurbita lagenaria minima, collo longo recurvo D. *Sloane Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

A *Lagenaria* vulgari fructûs parvitate & figurâ differt, cujus pars rotunda seu venter pilâ palmariâ major non est; collum 4 uncias longum & incurvum.

3. Cucurbita lagenaria longa, recta, minor *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Reliquis hujus Generis in omnibus similis est, figuræ ovatæ aut pyramidalis, 6 uncias longa, duarum unciarum diametro: superficie æquali & polita.

Pro lagenis ad vinum aliósve liquores circumferendos vasis vitreis aut figulinis præferuntur harum cortices quia & leviores sunt & minùs fragiles.

4. Cucurbita lagenaria longa, maxima, recurva *Ejusdem, ibid.*

Duos trésve pedes longa est, rotunda, 4 unciarum diametro, ad utramque extremitatem acuminata, incurva.

5. Cucurbita *Indica* parva *Park. J. B.* fructu pugni magnitudine, cortice rubris maculis aſperſo, & ſemine rubro *C. B.* **Small Indian Gourd.**

Ferè globoſum eſt hoc genus Cucurbitæ, pugno paulò majus, verſùs pediculum nonnihil pyriforme, cortice craſſo valdè, ſubflavo, maculis fuſcis notato : ſeminibus *Cucurbitæ longæ folio molli*, minoribus, anguloſis ; cortice duriore, medulla alba, ejuſdem ſaporis cum congeneribus.

P. 639. Ad Cap. De Pepone.

1. Pepo *Zeylanicus* reticulatus & ſulcatus ſeminibus nigris D. *Herman.*

Flos luteus eſt, pentapetaloides ; fructus Cucumeris magnitudine plus minúſve, flaveſcens, decem coſtis acutis donatus, à colli principio ad umbilicum commeantibus. Intus palpa carnoſiori conſtat, & dum exſiccatur aut evaneſcit hæc pulpa, innumeris filamentis mirabili ordine contextis, fibrarum plexu triplici conſtante loculo, in quo ſemina plana Peponum, nigra.

Fructus quidpiam affinitatis habet quoad externum habitum cum Picinna *H. M.* T. 8.

P. 643. Ad Cap. De Colocynthide.

1. Colocynthis flore albo fimbriato, fructu oblongo *Plumier.*

Sarmenta hujus valdè tenuia ſunt, glabra, viridia, anguloſa, flexilia. Genicula duos circiter pollices alia ab aliis diſtant & ad unumquodque clavicula tenuiſſima, prælonga, folium, & ſæpe etiam flos ſingularis apponitur.

Folia non ultra pollicem unum in longum extenduntur, ad modum ferè foliorum Balſaminæ maris inciſa, aſperiuſcula, pediculis pollicem longis adnexa, ſupernè maculis parvis cinereis & plurimis punctis vix conſpicuis notata.

Flores albi, ejuſdem formæ & magnitudinis cum *Cucurbitæ lagenariæ flore albo, folio molli C. B.* floribus ; in eo differunt quòd circum oras fimbriati ſunt.

Fructus figurâ Pyri producti ſunt, 4 aut 5 circiter pollices longi, pollicem & dimidium plus minùs craſſi, cortice ſatis tenui, tenerâ, & foras lævi ſeu æquali, ſubviridi, & per longitudinem lineis quibuſdam paulò clarioribus ſtriato tecti. Caro valde alba & amara eſt ; *ſemina* copioſa, ſublonga, anguſta, coloris cinerei, obſcuri, fuliginei includens.

In ſylvis Inſulæ *Dominici* Decembri menſe in flore reperitur.

2. Colocynthis Bryoniæ albæ folio, in quinque lacinias dentatas profundè ſecto, aſpero, Cathartico **Bellyache Weed.** *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Slane.*

Radix hujus oblonga, profundè acta, albicans, *caules* emittit varios, ſarmentoſos, humi repentes, ad duûm triúmve digitorum intervalla *folia* & claviculas protrudentes. Pediculi foliorum duas uncias longi ſunt ; *folia* ipſa minora quàm in hujus Generis aliis, rotundiora, & ad margines profundiùs in 5 ſegmenta diviſa, medio, ſeu pediculo oppoſito, 3 uncias longo, & duobus hinc inde adſtantibus multò productiore, quæ pariter reliqua duo baſi proxima tantundem longitudine excedunt. Singula nervo medio inſigni donata, & nullo ordine laciniata, ſuperficie aſpera, colore luteo-viridi. Claviculæ non admodum longæ ſunt, lapides etiam vicinos arripientes, & ad multorum pedum à radice diſtantiam prorepentes.

In collibus ſaxoſis prope domum D. *Abraham*, loco *Ochorios*, vulgo *Chireros* dicto, in *Jamaicæ* parte Septentrionali collegit D. *Sloane.* Plantam hanc Colocynthidis ſpeciem eſſe minimè dubito, quamvis flores fructúſve ejus nec ipſe viderim, nec quales fuerint ab aliis diſcere potuerim.

Virtus. Ad ventris & inteſtinorum tormina non vulgare remedium habetur. Foliorum manipulum in aqua decoquunt, & decoctum propinant. Per vomitum & ſeceſſum purgat, ſed certiùs per vomitum. Commendatur etiam pro remedio hydropis.

3. Caca-Palam *H. M.* P. 8. T. 4. Colocynthis oblonga *C. B.* Cucurbita aſpero folio, amara, grandis, rotunda, viridis *J. B.* ex ſententia D. *Commelini.*

H. M.

Radix craſſitie brachium adæquat, ramoſa, fibroſa, corticulâ exteriori flavâ, interiori nonnihil ruffâ, & ex parte ſanguineâ, tecta ; lignum albicans, in medio corculum radiis lignoſis ſtriatum habens, inter radios mollius, ac fiſtulis conſpicuis in longum pertuſum, ſaporis amari. *Caulis* uti radix ſtriatus ac fiſtuloſus, ſuperiora verſùs tenuis, glaber & viridis, multos tranſverſos ejicit cauliculos. *Folia*, quorum pediculi ſtriati, tribus vel 5 cuſpidibus eminent, in recta parte hirſuta & aſpera, in averſa villoſa, coſta media eminente, & utrinque duos ramos emittente, in margine dentata. *Flores*, qui pediculis brevibus ex alis foliorum emergunt, albicantes pentapetali, criſpati, interiùs plurimis longis albicantibus filamentis obſiti, exteriùs 3bus rubris eminentibus coſtis ſtriati, pedem habent oblongum, craſſum, nonnihil nitentem, intus parùm lanuginoſum, inferiori parte durum, rigidum, à ſuperiori velut nodulo diſtinctum. *Calix* 5 foliis conſtat, rubris, anguſtis, cuſpidatis. *Stamina*

mina e medio emicant tria, cum suis oblongo-rotundis & planis *apicibus*, & *stylo* e rubro albicante, in summo crassiori & trifido. *Fructus* velut mala sunt oblonga, primum acuto apice armati, qui deinde decidit, initio virides, tum rubro-obscuri, post magis magísque flavescentes, ac tandem in totum miniato-pulchri, cortice tenui, pulpâ flavâ, quæsaporis amari. Intra pulpam numerosa continentur *semina*, oblongo-rotunda & plana, singula cœruleo-viridibus membranis involuta, variis filamentis sibi invicem annexa, odoris teterrimi, per maturitatem rufo-fusca, valde amara.

Floret mense Julio, circa *Paleotti*, semper ex radice de novo progerminans: nullius in medicina usûs.

4. Caipa-Schora *H. M.* P. 8. T. 5. Colocynthis pyriformis seu Pepo amarus *C. B.*

A præcedente differt foliis paulò minoribus, nec ita mollibus. Fructu minore, & ut in icone pingitur pyriformi, seminibus minoribus, radicis cortice amaro. Vide accuratam descriptionem *J. B.*

P. 645. Ad Cap. De Melone. add.

1. Melo *Persicus* minimus odoratissimus. Melo *Persicus* fructu odorato, ex luteo & croceo eleganter striato *Mus. Petiver.* 269. Vix ovo Anatino major est, glaber, ex obscurè viridi & aurantiaco colore variegatus, odore vehementi grato.

Romæ primò vini, in conclavibus quorundam Cardinalium, ubi ob odorem gratum communicandum asservabatur. Caro intensè flava, gustui injucunda. A monachis quibusdam è *Persia* missam mihi narratum est. D. *Sherard.*

P. 646. Ad Caput De Cucumere.

1. Cucumis sylvestris *Brasiliæ Marcgr.* Anguriæ folio latiore, aspero; fructu minore candido, spinulis obtusis muricato *Sloan. Cat. Jamaic. Americana*, Anguriæ folio, fructu ovi figura & magnitudine, ad maturitatem pallido, spinosis tuberculis Momordicæ instar muricato *Pluk. Phytogr.* T. 170. F. 3. Guarerua-oba sive Cucumis asininus *Pison.* cujus descriptionem vide in Indice *Hist. nostræ*: Marcgravianam P. 646. Hanc accuratiùs describit D. *Sloane* hunc in modum: D. *Sloane.*

Radice nititur alba, oblonga, altè descendente, *caules* aliquot sarmentosos emittente, quadratos, asperos, 5 aut 6 pedes longos, ad intervalla quadrantalia *Folia*, *Claviculas* & *Flores* protrudentes. *Folia* in 5 segmenta dividuntur, crispa, sinuata, aspera, segmentis imis seu quæ ad basin sunt minimis, quinto seu extremo 3 uncias longo, cum duabus incisuris; pediculi quibus insident 4 uncias longi sunt asperi. E foliorum alis exeunt claviculæ unciales, atque etiam *Flores* in pediculis duas uncias longis plures, flavi, monopetali, oris quinquepartitis. *Fructus* pallidè viridis, ovatæ figuræ, nucis Juglandis magnitudine, tuberculis multis brevibus, crassis, quàm aliorum Cucumerum acutioribus scaber, pulpâ & seminibus in eo contentis aliorum similibus.

In agris & pratis circa urbem S. *Jago de la Vega* passim nascitur: in *Caribbeis* insulis spontaneam etiam observavi. *Locus.*

Oves aliæque pecudes fructus avidè depascuntur, & ex eorum esu proficere creduntur. Hominibus etiam comeduntur Cucumerum *Europæorum* loco, iisque ad refrigerandum aliósque omnes usus nihilo inferiores sunt, si non præstantiores. *Usus.*

2. Cucumis triphyllus, fructu variegato *Plumier.*

Plumier.

Radix hujus satis similis est Rhaphani radici, pedali ferè longitudine, furcata, & surculosa, cortice cinericeo, scabro, verrucoso tecta. Sarmenta in arborum altissimarum fastigia conscendunt, quamvis duarum triúmve linearum crassitiem non excedant, súntque teretia, valdè lenta & flexilia, è viridi cinerea, non minùs scabra quàm radix. Ad singulos nodos, qui semipedali intervallo distant, claviculam habent velut vitigineam, & tria folia uni pediculo adnexa, valdè tenera, lævia, saturatè viridia, quorum medium Laurino satis simile est, verùm lateralia in dimidii cordis propemodum figuram secta, utraque 3 pollices longa, unum lata.

Flores tres quatúorve simul oriuntur, versùs extrema sarmenta, aliquoties in parvis surculis, aliàs ipso in loco ubi exeunt folia, Cucumerum nostratium floribus similes, colore tamen miniaceo pulchro imbuti; alii fertiles, alii steriles, ut in hujus generis omnibus. Fertiles *fructum* producunt, Cucumeri parvo similem, Cucumeris sylvestris fructu paulò majorem, totum lævem & foras viridem, per longitudinem tæniis albentibus radiatum, carne rubicunda & valde dulci, ejusdem cum Cucumerum nostratium consistentiæ: *semina* etiam paria & eodem modo disposita.

In Insula *Dominici* in flore & fructu hunc observavi.

3. Cucumis major, oblongus, glaber, *Dalmaticus.*

Hic per aliquot annos in hortis quibusdam circa *Londinum* cultus est. Anno superiore *Enfeldiæ* in horto D. *Watts* mihi primò visus est. Cucumere vulgari longior & major est,

colore obſcurè viridi abique tuberculis omnino æqualis & glaber, guſtui gratior. D. *Sherard.*

4. Cucumis minima, fructu ovali, nigro, lævi *Slon. Cat Jam.* parva, repens, *Virginiana*, fructu minimo *Baniſt.* Cat. Mſſ. *Pluk. Phytogr.* T. 85. F. 5. An Cucumis *Maderaſpatenſis* fructu minimo *Ejuſd.* T. 170. F. 2 ? Cuc. fructu minimo viridi, ad maturitatem producto nigricante *Ejuſd. Almag.* p. 123 ?

D. *Sloane.*

Caulem obtinet prætenuem, vel in altum claviculis ſuis enitentem, vel humi fuſum, & ad 5 vel 6 pedum longitudinem progredientem, herbaſque vicinas, aut quodcunque præterea obvium eſt, apprehendentem. Flores, folia, claviculæ hic illic, unà exeunt : *Folia* pediculis uncialibus innixa, figuræ triangularis rotundiuſculæ, paullum auriculatæ, ab auricula ad auriculam ſeſcunciam lata, tantundem etiam in longitudinem extenſa à ſummo pediculo ad medii folii ſegmenti apicem, hirſuta & ad tactum aſpera, ſinuata nonnihil & dentata circa margines, coloris obſcurè viridis. Claviculæ tenellæ admodum ſunt. *Flores* pediculo tenui unciali inſident, flavi, monopetali, ad oras in 5 ſegmenta diviſi, *Fructus* nucis inyriſticæ, aut ovi formâ, verùm magnitudine Groſſulariæ rubræ vulgaris fructum vix æquat, glaber, per maturitatem nigricans, *ſeminibus* parvis albis, aliorum Cucumerum ſimilibus, in pulpa tenui inſipida, refrigerante incluſis, repletus.

Uſus. Ad foſſas & ſepes in agris inſulæ *Jamaicæ* frequenter cernitur. Fructus muriâ conditas Cucumerum immaturorum in modum intinctibus commendatur, quin & perfectè maturus comeditur, & refrigerandi vi eximia pollere creditur quovis modo ſumptus.

5. Mullen-Belleri *H. M.* P. 8. T. 6. Cucumis *Indicus*, caulibus aſperis, vulgari longior & anguſtior, carne denſiore.

H. M.

Cucumeris ſylveſtris ſpecies eſt, *Caulibus* hirſutis aſperis, uti & *foliis* : *floribus* flavis pentapetalis : corculum medium quinque-laterale eſt ; *fructibus* Cucumeriformibus majoris generis, ac ſpinoſis. Hanc plantam ex *Ceylone* inſula tranſmiſſam ad D. *Commelinum* & terræ mandatam maturos protuliſſe fructus, boni & grati ſaporis, in Annotationibus ejus ad hunc locum legimus, qui diſſecti liquorem extillabant flaveſcentem. Carne multùm ſicciore & denſiore ſunt quàm Cucumeres vulgares, neque ita aquei, formâ oblongiores & anguſtiores.

Vires. Hujus cum Palmæ ſylveſtris teneris foliis cum toſto Cumini pulvere decocta in aqua folia difficili ac ſibilanti reſpirationi & impeditæ deglutitioni medentur. Succus cum oleo *Sergelin* & toſto Cumini pulvere hauſtus, vel cum *Jeribeli* temporibus illitus reſpirandi difficultatem ex ictu vel lapſu levat.

6. Cucumis *Africanus* echinatus minor. Hyſtrix vegetabilis vulgò, *Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Duplex eſt, major & minor, quæ ſola partium magnitudine à ſe mutuò differunt. Minori *radix* ſubeſt longa, alba, craſſitie calamum ſcriptorium æquans, nihil aut parùm fibroſa, in ſuperficie multis parvis tuberculis ſeu verrucis exaſperata, & quotannis interiens. *Flagella* fundit cucumerina, quadrangula, ſtriata, aſpera, valdè ramoſa & capreolata. His *Folia* adſtant, oblonga, hirta, villoſa, crenata, in duos ut plurimùm 3ve lobos, nunc profundiores, nunc leviores diviſa, rariùs integra. Ex alis egrediuntur *Flores*, qui Cucumerinis paulò minores ſunt, lutei, in 5 cuſpidata ſegmenta diſſecti. Singulos qui fertiles ſunt excipiunt *Fructus* digitum longi, craſſitie & formâ parvum Cucumerem æquantes, aculeis brevibus craſſis, ſed minùs pungentibus undique obſeſſi. Color primùm viridis eſt, & ubi ad maturitatem pervenerunt in viridi fuſcus, ad obſoletè ſordidum caſtaneum vergens, & per longitudinem 10 11ve albidis lineis notatus. Caro in 8 q. phalanges, & hæ rurſus in alias minores, diſtincta eſt, in quibus eadem ſerie diſponuntur *ſemina* albida, depreſſa, ſeminibus Cucumeris nonnihil minora & tumidiora.

Vim catharticam poſſidere hanc plantam ex inſigni ejus acredine & amarore Colocynthidis inſtar faucibus diu inhærente, & nauſeam procreante atque etiam odore viroſo, forſan non temere judicatur.

Hæc Deſcriptio plantæ icone expreſſæ minùs convenit (inquit D. *Plukenet*) & rectè, icon enim ſecunda eſt, Sychoidis Canadenſis fructu echinato *Tournefort. Elem. Bot.* cujus deſcriptio editoris, aut ſaltem Typographi, incuriâ omiſſa eſt.

7. Cucumis echinatus Colocynthidis folio, fructu majori *Par. Bat.* Hunc inter Melones in horto *Mareſiano* adoleſcentem obſervavi, qui tantum fructibus longè majoribus à ſuperiori ſpecie differebat. *Semina* unde allata erant incompertum eſt.

8. Balia-Mucca-Piri *H. M.* P. 8. T. 11. Balſamina Cucumerina Indica, folio integro, fructu variegato *Commelin.* notis : verùm fructus & ſemina Cucumerina, necnon folia, Cucumeris potius ſpeciem arguunt, à quo tamen differt florum calicibus.

H. M.

Radix longè ſuper terram extenſa, hinc indè fibras emittit ; cortice rufeſcente, intus viridis, aquoſa, & filamentis lignoſis contexta, ſaporis amari. *Caules* inflexi, claviculati, quadranguli aculeati, viridi-fuſci, raris aculeis, qui cuſpidibus versùs poſteriora reflexi ſunt, obſiti,

obſiti, ad tactum aſperi. *Folia* è geniculis prodeunt, aculeata, interiori parte profundè ſtriata, quàm *Pandi-Pavel* ſeu Maragoſæ majora, in cuſpidem minùs acutum deſinentia in oris minutis crenis inciſa, ad tactum magis ſcabra & aſpera, craſſioribus longioribus hirſutis pilis obſita, interiori parte cancellis pertexta, ſaporis amari. *Flores* in cymis ex origine foliorum tres quatuórve ſimul fructibus inſident, pentapetali criſpati & corrugati, flavi vel etiam lutei, cum corculo cujus medium flavum, *Pandi-Pavel* ſimiles, ſed triplo majores, ac magis ſtelliformes. *Calix* viridi-dilutus & flaveſcens, 5 brevibus, anguſtioribus, cuſpidatis conſtat foliis, extrorſum reflexis. *Fructus* grandiuſculi, oblongo-rotundi & Cucumeri-formes, ex una parte viridi-fuſci & nitentes, ex altera viridi-diluti & albicantes, hinc indè acutis gemmulis eminentes, quorum cortex craſſus; caro etiam aquea, in qua *ſemina* eodem modo quo in Cucumeribus poſita ſunt: Sapor aqueus eſt & amarus. Non ſunt in eduliis. *Semina* oblongo-rotunda & plana, Cucumerinis haud abſimilia.

Foliorum ſuccus expreſſus, & ad quantitatem ʒi ſumptas omne venenum & dolores ex flatibus obortos tollit, in unctione adhibitus humores diſcutit. *Fructus* triti, ac lacte vaccino permixti, vel etiam cocti, phreneſin ſedant, memoriam confortant, vertiginem tollunt, capiti appoſiti & colligati: tota planta cum *Palmodecca* trita & in butyro decocta idem præſtat. *Virtutes.*

9. Cucumis peregrinus major ſativus, Anguriæ foliis, ex Horto *Comptoniano*, è ſemine natus *Pluk. Almag. Bot.*

10. Cuc. Maderaſpatenſis fructu minimo *Pluk. Phyt.* T. 170. F. 2.

11. Cuc. ſylv. *Virginiana*, fructu minimo ſpinoſo, unicum granum continente *Pluk. Almag. Bot.*

12. Cuc. Bryonoides *Biſnagarica*, fructu parvo, florum calice muricato *Pluk. Phyt.* T. 26. F. 4. An Mucca-Piri *H. M.* P. 8?

13. Cuc. *Indicus* ſtriatus, operculo donatus, corticoſo putamine tectus *Ejuſd. Phyt.* T. 172. F. 1. An *Picinna H. M?*

P. 648. Ad Caput de Cucumere ſylveſtri.

1. Cucumis ſylveſtris Anguriæ folio. D. *Fagon Schol. Bot.*

2. Cucumis ſylveſtris alter, folio oblongo, variegato & hirſuto *Ejuſdem.*

3. Picinna *H. M.* P. 8. T. 7. Cucumis ſylveſtris *Malabaricus*, fructu ſtriato amaro *Commelin.* notis, An Cucumis *Indicus*, operculo donatus, corticoſo putamine tectus *Pluk. Phyt.* T. 172. F. 1.

H. M.

In arenoſis ſponte naſcitur, multíſque in locis excolitur ad menſæ uſum, bis quotannis frugens. *Radix* longè ſubtus terram in tranſverſum excurrit, in ſuperiori parte glanduloſa, fibríſque barbatis veſtita, cortice craſſo, molli, humido, & viridi, ſubtus albicante; intus humidis, laxis, & lignoſis filamentis inſtructa. *Caules* tenues, virides, quinquangulati, geniculati, è geniculis claviculas emittentes, ſtriati, minùs lignoſi, humidi, vetuſtiores in angulis aſperi, teneriores raris ac brevibus pilis obſiti. *Folia* è geniculis proveniunt, magna, anteriùs tribus armata cuſpidibus, quorum medius maximus, reliqui duo minores, piloſa & aſpera, ſupernè viridi-fuſca, ſubtus diluta, coſtâ mediâ, præter alias minores duas laterales emittente. *Flores* pentapetali ſunt, rotundiores, parùm oblongi, versùs interiora criſpatim convoluti, flavi, ſupernè ſaturatiùs, ſubtus dilutiùs, & ſubvirides, exteriùs quinque viridi-dilutis cuſpidati nonnihil piloſis foliolis, ſuperiùs ſubflavis obſiti, interiùs ſtriati: *Stamina* habent 5, brevia, viridi-diluta & ſubflava, inferior parte magis albeſcentia, ſuperiùs in ramulos latos, tenues, plicatos ac corrugatos, ſuperiùs ſubflavos diviſa. Gemmæ rotundæ, cuſpidatæ pyriformes. *Flores* gemini fructiferi ſunt, ſimul cum fructu erumpentes, ac eidem inſidentes, reliqui non item, qui & ſine fructu videntur. *Fructus* ipſi Cucumeris habent formam, in longitudine 10 coſtis ſtriati, ſpithamam, vel etiam duas longi, cum cortice viridi-fuſco, intus carne fungoſa humida, ſaporis aquei. *Semina* plana compreſſa, oblongo- rotunda, albicantia, dein valde nigra & nitentia.

Radix decocta choleram reprimit, pituitam expurgat, & tumorem ventris tollit. Fructus ſeu illorum medulla ad pondus ʒi in aqua macerata & aſſumpta vomitum provocat: Ex ſeminibus oleum contra impetiginem deſtillatur. *Virtutes.*

4. Cattu-Picinna *H. M.* P. 8. T. 8. Cucumis ſylveſtris fructu minore, ſine coſtis, amaro.

H. M.

Naſcitur in arenoſis *Cranganoor*, in denſis nemoribus, ac etiam aliis in locis, plerumque frugens, & longo tempore ſuperſtes. *Radices* & caules cum priori ſpecie conveniunt, ut & *Folia*, niſi minora ſunt, ſuperficie magis aſpera, & coſtas tenuiores habeant. *Flores* iidem. *Fructus* ejuſdem formæ, ſine coſtulis tamen, ſed decem radiis ſtriati, minores ac non ita craſſi, ſaporis valde amari. *Semina* paulò minora, in margine tenui limbulo circundata.

P. 647.

P. 647. Ad Cap. De Balſamina mare ſeu Cucumerina, nonnullis Momordica dicta.

1. Pandi-Pavel *H. M.* P. 8. T. 9. Momordica ſive Charantia *Indiæ Orientalis*, fructu Aurantio majore, oblongo, ſeminibus albis *Breyn. Prod.* 2. 73. Momordica *Zeylanica*, pampinea fronde, fructu longiore. *Tournef. Elem. Bot.* p. 86. qui *Pandi-Pavel* à Balſamina rotundifolia repente ſive mari *C. B.* diſtinguit; quod & *Commelinus* facit in *Catalogo Horti Medici Amſtelodamenſis*, ubi Balſaminam Cucumerinam *Indicam* fructu flaveſcente eam vocat. Cucumis puniceus Zeylanicus major, ſeminibus albis *Hort. Leyd.* app. 663.

2. Pavel *H. M.* P. 8. T. 10. eſt Cucumis puniceus *Zeylanicus* minor, ſeminibus nigris *Herman. Cat. Hort. Acad. Lugd. Bat.* Momordica *Zeylanica*, pampinea fronde, fructu breviori *Tournef. Elem. Bot.* p. 86. Balſamina Cucumerina punicea *Ceylonica* minor *Commelin. Cat. Hort. Med. Amſtelod.* Cucumis puniceus *Zeylanicus*, *Maragoſa* Luſitanis *Herman. Cat. Hort. Lugd. Bat.*

3. Erima-Pavel *H. M.* P. 8. T. 12. Balſamina Cucumerina foliis integris, fructu aculeato *Commelin.* in notis.

H. M.

Radix huic magna, capitata, cortice ruſſo-obſcuro, carne denſa & albicante. *Caules* quadrangulares ac glabri. *Folia* multò majora ſunt, mollia & lenia, pilis rarioribus ac minutis obſita, ad petiolum angulatim diviſa, cum tribus laciniis, quarum media oblongior, coſtis in anteriore etiam parte conſpicuis, viroris fuſci. *Flores* forma & colore hujus Generis reliquorum: *Fructus* etiam planè ſimiles, ſed exactiùs oblongo-rotundi, & bullis minoribus aculeatis, denſis & æqualibus undique obſiti, primùm in totum virides, deinde ex parte virides, ex parte albicantes, cortice denſo, carne alba & fungoſa, ſaporis aquei & minus amari, quare & inter edulia habentur. *Semina* plana ſunt, rotundiola, parùm convexa, ac in oris nonnihil ſerrata, numero ſex in circulum poſita, ſacculis membranaceis, carneis, rubris involuta, coloris albicantis.

Locus & Vires. Naſcitur poſt *Paleurti*, plerunque florens vel frugens. Verè cephalica eſt; nam cum Nuce Indica, Pipere, Cinnab. Mercurii, Sandalo rubro, vel denique cum *Mattengû-Panna-Scelengu* & floribus Neli trita, aqua Orizæ permixta, & in formam linimenti redacta, omnes Capitis ſiſtit doloris.

4. Mucca-Piri *H M.* P. 8. T. 13. Balſamina Cucumerina pilis albicantibus obſita, *Commelin.* in Not.

H. M.

Radix ſupra terram longè ſe extendit, foràs ſubruffa, intus viridis, aquoſa & amara. *Caules* tenues ſunt & inflexi, anguloſi, angulis acutis ſubtilibus aculeis, cuſpidibus introrſum flexis, denſè obſiti, virides & claviculati. *Folia* ex inflexuris proveniunt, quorum pediculi rotundi, aſperi, aquei, viridi-diluti, interiori parte ſubtili lira ſtriati, & aculeis obſiti; oblonga, tricuſpidata, crenata, ſuperficie utrimque valde aſpera, ſupernè minutis hirſutis pilis obſita, viroris diluti & ſurdi, ſubtus dilutiora & parum nitentia, ſaporis ſylveſtris & ſubamari, coſtâ mediâ in recta etiam parte eminente. *Flores* in cymis è foliorum ſinubus duo, tres quatuórve ſimul exeunt, cum ſuis petiolis valdè brevibus, & viridi-dilutis fructibus inſidentes; minores ſunt, pentapetali, lutei ſeu flavo-diluti, in medio ſtriati & corrugati, corculum habent flavum. *Calix* viridi-dilutus, nonnihil piloſus, 5 brevibus, cuſpidatis conſtans foliis. *Fructus* baccæ ſunt rotundæ, vel etiam nonnihil oblongo-rotundæ, parva Ceraſa referentes, ruboris valde ſaturi & corallini, ſuperficie glabri, pilis albicantibus rariſſimis obſiti, carne intus albicante, ſucculenta & nonnihil unctuoſa, ſaporis amariſſimi, cùm aperiuntur odoris graviſſimi. *Semina* ſeu grana inter carnem confertim conſident, oblongo-rotunda & plana, ad corticem contractiora, coloris albicantis.

Naſcitur in arenoſis & arboribus ſe affigit.

Vires. In decocto data choleram ſedat per ſudores & urinam, dyſuriam, & gonorrhœam ſiſtit, calculos infringit. Succus expreſſus & cum aqua roſacea, addito pauxillo Moſchati aſſumptus flatus diſſipat. Radicis decoctum idem præſtat, quæ per ſe maſticata dentium dolores ſedat.

5. Covel *H. M.* P. 8. T. 14. Balſamina cucumerina, punicea glabra, maculis albis notata *Commelin.* in not.

H. M.

Radix tenuis albicans, intus filamentis lignoſis pertexta, vetuſtior cinerea & lenta. *Stipes* craſſitiem brachii adæquat, cinereo cortice obductus, nodis craſſis extuberans, unà cum ramis faſciam referens, intus filamentis lignoſis humidis ac laxis, & circa corticem carne ſubaquea pertextus. *Caules* folioſi, tenues, rotundi, glabri, virides, aquei, minùs lignoſi, cymis inflexi, ac ex illis hinc indè novos emittentes ſurculos. *Folia* cum claviculis ex convexa parte cymarum, pediculis mediocriter longis, craſſitie caules ſuos ſuperantibus & parum nitentibus in caulibus proveniunt Cucumerinorum formâ, texturâ denſâ & mollia, fractu facilia, ſuperficie glabra ac lenia, in recta, ubi etiam coſtæ conſpiciuntur viroris fuſci, in averſa parte dilutioris & ſurdi ſaporis nullius, odoris ingrati. *Flores* monopetali, campaniformes quinquepartiti, in totum candidi, cuſpidati & nonnihil criſpati, exteriùs verſùs

cuſpides

cuſpides tribus coſtulis viridibus ac nitentibus, quarum media maxima eſt, ſtriati, intus ſulcati, denſioribus & longioribus pilis, quàm quidem exteriori parte, obſiti. *Stylus* è medio emicat, albicans, craſſior, capitulo plicato, rotundo, viridi-claro, flaviuſculo farinaceo rore conſperſo dotatus. *Calix* florem arctè excipiens, viridi-dilutus, 5 vel 6 anguſta, brevia, cuſpidata verſus petiolum reflexa & à ſe mutuò diſſita habet foliola, quæ in cuſpide rubro colore tinguntur. *Fructus* Cucumeri-formes 3 4ve pollices longi, cortice in totum rubicundo, croceo, ſed cum teneri ſunt, viridi-fuſco, punctulis ac etiam hinc indè maculis albicantibus interſperſo ; pulpa fungoſa eſt, rubicunda & crocea. *Semina* Cucumerina, ſed minora, plana, oblonga, ad unam partem extenuata, primum ex flavo albicantia, dein croceo-rubicunda, in propriis loculis conſita, liquore magis gelatino & copioſo, ſubſalſo & acido obducta, in orbem ad ſe mutuo ſita, cum tenuiore parte cortici obverſa. Fructus teneriores comeduntur.

Eſt & alia ſpecies Covel fructu amaro, nec alia in re differens.

In ſaltubus circa *Cochien* naſcitur.

Integra planta cum radice *Ela-calli* ac Cumini pulvere cocta gonorrhœam ſiſtit : Si febris *Vires.* adſit ac bilis orgaſius, adduntur Sacchar. rub. ac flores *Neli* cum aqua *Oryzæ*. Folia cum recenti butyro contuſa, in formam linimenti adhibita exanthemata tollunt. Succus ex *Pada-Kelengu* floribus *Neli* & hac planta expreſſus cephalæam & præcordiorum æſtum mitigat ; cum ſaccharo ſumptus bilem refrænat. Radix in aqua decocta idem facit.

6. Padavalam *H. M.* P. 8. T. 15. Balſamina Cucumerina, folio amplo, flore candido, fructu glabro ex flavo rubeſcente *Commelin.* notis.

H. M.

Herba eſt repens, ac claviculis ſeſe arboribus affigens, naſcens in arenoſis circa *Mutan* & alibi, florens Junio & Julio, odoris in totum gravis & male-olentis *Radix* longè excurrit, minùs lignoſa, fibroſa & albicans. *Caules* quinquanguli ſunt & ſtriati, parum aſperi, piloſi, minùs lignoſi, hinc inde inflexi, cinerei, teneriores virides. *Folia* quæ petiolis nonnihil piloſis ex cymis unà cum claviculis prodeunt, laciniata, ad petiolum exciſa, textura mollia, ſuperficie levia, breviſſimis ac ſubtiliſſimis pilis obſita, in margine hinc indè parvis apicibus emicantia, coloris ſupernè viridi-fuſci, coſtis albicantibus. *Flores* vel fructubus inſident, vel non, & hi plures congregatim proveniunt, parvi, albi, pentapetali, ſtelliformiter expanſi, venulis parallelis in longum ſtriati, in oris plurimis tenuibus ac candidis filamentis, introrſum contortis & criſpis obſiti, ſupernè nodulo communi flavo ad unum juncti ; *Stylum* habent viridi-dilutum, in ſummitate albicantem & tricuſpidem apicibns flavis inſtructum, è fructu emergentem. *Calix* 5 habet folia, anguſtiſſima, cuſpidata & viridia, inter unguiculos petalorum ſita. *Gemmæ* oblongo-rotundæ. *Fructus*, qui pediculis brevibus incurvis, viridi-fuſcis adhærent, oblongo-rotundi, in conum ima parte nonnihil inflexum deſinentes, quorum exterior cortex primùm viridis ac nitens, punctulis albicantibus aſperſus, ex apice coni verſus pediculum albis radiis ſtriatus, dein ex flavo rubeſcens. In fructibus cum carne, viridi-diluta fungoſa ac ſucculenta tres ſeminum ordines viſuntur carnoſis parietibus in longum ductis qui in vertice coeunt, à ſe invicem interſtincti. In unoquoque ordine 5 vel 6 conſita ſunt ſemina, tenera, carne tenui ſubviridi à ſe mutuo ſejuncta, matura vero ſacculis rubris, humidis, laxis incluſa ; ſuntque oblongo-plana, ad oras angulata.

Decoctum cum Saccharo ſumptum digeſtione confert, tormina inteſtinorum ac alios *Vires.* ventris dolores ſedat, phlegmata expectorat, pectoris anguſtiam tollit, febres minuit, humores attemperat ; vermes enecat. Radicis ſuccus ad quantitatem ʒii epotus valde purgativus eſt, in ipſa acceſſione febrium quotidianarum ac quartanarum ex pituita provenientium, frigus vel diminuit, vel in totum tollit, per vomitum ſcilicet : ſtipes in decocto datus phlegmati expectorando conducit ; fructus quoquo modo ſumpti tumores expellunt.

7. Scheru-Padavalam *H. M.* P. 8. T. 16. Balſamina Cucumerina, flore candido muſcoſo, fructu glabra *Commelin.*

H. M.

Hæc ſpecies cum præcedente in totum convenit, præter quod folia, flores, fructus, ſemina in totum ſunt minora. Vires etiam omnino eædem. *Icon tamen folia longiora repræſentat, in margine inciſa, in acutum cuſpidem deſinentia. Flores multò majores, fructus verò minores.*

8. Tota-Piri *H. M.* P. 8. T. 17. Balſamina Cucumerina, foliis integris, cordiformibus, cuſpidatis, floribus candidis filamentoſis, fructu Cucumerino, oblongo, viridi.

H. M.

Circa *Cranganoor* invenitur, florens tempore pluvioſo. *Caules* tenues ſunt, cymis inflexi & parùm angulati. *Folia* in cymis pediculis tortuoſis proveniunt cum capreolis, forma cordis oblonga, ad pediculum excavata, in cuſpidem ſtricta, in oris apicibus brevibus emicantia, viroris ſupernè fuſci, ſubtus diluti : coſta media duas laterales emittit. *Flores* oblongis viridiuſculis petiolis proveniunt, pentapetali, anguſti, ſtelliformes, interiùs candidi, ac in oris oblongis filamentis candidis, quæ mutuò implicantur capillati, exteriùs viridi diluti, venis viridi-fuſcis, nonnihil eminentibus ſtriati, anteriùs tranſparentes. Illorum collum craſſum ac turgens, è cujus medio capitulum teres, oblongum, flaveſcens, angulis in longum ſtriatum erumpit, nullius odoris. *Fructus* Cucumeriforme ut *Padavalam*, ſed oblongiores & pluribus ſeminibus repleti.

Ex foliis & Allio medicamentum conficitur errhinum, pro morbo Comitiali. Ex ſucco foliorum & oleo *'t Zil-Elu* linimentum præparatur, quo maniacorum tempora ſummo cum ſucceſſu perunguntur. Ex eodem ſucco cum Pipere longo, Zinzibere & Auripigmento pilulæ conficiuntur oculis immittendæ pro virulento ſerpentis morſu. Cortex fructus cum ſucco foliorum lævigatus in alienatione mentis pro ſuffumigio adhibetur, funiculo laneo in illos immiſſo.

9. Bem-Pavel *H. M.* P. 8. T. 18. Balſamina Cucumerina, radice tuberoſa, flore hexapetalo, fructu nullo.

H. M.

Herba eſt quæ in *Cranganoor* invenitur, dumeta amans & loca ſylvoſa, ſemper florens & frugens. Flores oriente ſole pereunt, ſed ſemper veſpertino tempore novi ſuccedunt. *Radix* oblonga, craſſa, fibroſa, ruſſo-flava, cum pulpa denſa ex albo-flaveſcente, ſuperiori parte ſtrictior oculum habet, qui radice emortua ſuo tempore in majorem radicem excreſcit. *Caules* tenues, ſtriati, virides, quadranguli, geniculati, rigidiores, glabri, è geniculis claviculos tortuoſos emittentes, intus virides & aquei, filamentis tenuibus, lignoſis ac duris pertexti. *Folia* ex eiſdem geniculis pediculis oblongis, tortuoſis, rigidiuſculis, interiùs planis & nonnihil excavatis, viridi-aqueis & humidis proveniunt vel integra vel laciniata, ad pediculum lato ſinu profundè exciſa, in margine cuſpidibus eminentia; vel lenia, quæ viridi-flava, vel aſpera, quæ fuſciora ſunt. Coſta media utrinque 3 laterales emittit, in averſa parte eminentes, rectam ſtriantes. Sapor haud amarus, odor aliquantulum gravis. *Flores* oblongis, viridi-dilutis, ſtriatis & rigidiuſculis pediculis, ſeu ſimplicibus, ſeu ramoſis, in geniculis proveniunt hexapetali, oblongi, cuſpidati, flavi & lutei, in averſa parte tribus coſtulis eminentibus obducti, interiùs tribus venulis ſtriati, ac plicis in longum criſpati. *Stylus* cum ſuo capitulo plicis ſtriato, ac in plicarum oris croceo, è medio emicat umbilico, albicans & craſſus. *Calix* flaviuſculus ac nitens, florem in interſtitiis foliorum arripit, ſúntque odoris fortis, vegeti, haud injucundi. *Gemmæ* conicæ ſunt. Fructus nulli; *rectius puto dixiſſet, à ſe non obſervatos fuiſſe.*

Planta cum cortice *Muricu*, Sandalo, nigræ Teſtudinis concha, ac aqua *Oryzæ* trita linimentum ſuppeditat abſceſſus maturans & reſolvens: ſi verò abſque maturatione reſolvere *Viret.* quis ſatagat, aquam *Lanjæ*, Apium, ac Sandalum coctum addere oportet.

10. Balſamina ſcandens, ſeu Momordica *Indica* fœtida Bryonioides, fructu lævi majori rubro. *Kopalam Zeyl. Herm. Parad. Bat.*

Herman.

Ex hujus *radice* exeunt tres pluréſve *viticulæ*, prælongæ, claviculatæ congenerum more vicina ſtatumina involventes, anguloſæ nonnihil, lignoſæ & nodoſæ, nodis quaſi in tubera excreſcentibus, & ubi terram attingunt novas radices agentibus. Foliis ornatur Balſaminæ mari *C. B.* ſimilibus, ſed amplioribus, in longiora, anguſtiora, & profundiora ſegmenta diviſis, atro-viridibus & ſubinde pallidis maculis infectis. Majores quoque ſunt *Flores*, quinquefariam ſecti, flaveſcentes, calyci parvo in 5 anguſta ſetacea foliola deſinente, inſidentes. Hos excipiunt *Fructus* glabri, nitidè rubentes, teretes, ſemidigitum longi, pollicem craſſi, in quorum pulpa continentur *ſemina*, oblonga, lurida, quadruplici ſerie ſecundùm longitudinem diſpoſita. *Radix* lignoſa, vivax, & albida eſt, nunc ſimplex, nunc bipartita, ac velut Bryonia ſæpe Rapaceæ craſſitiei, modo ſummæ telluri obliquo ductu hærens, modo altiùs terræ impacta. Uti ſapore acri amaro ingrato, odoréque viroſo, imò toto etiam ferè habitu ad Bryoniam accedit, ſic quoque virtute Cathartica ab hac non multùm diſcrepat. Sed cùm tardiùs & ſumma cum violentia operatur, inter venena reponitur à *Zeylanenſibus.*

Locis ſordidis umbroſis ad macerias & parietinas ſæpius occurrit in *Malabara* & inſulâ *Zeylan.* Solum *Belgicum* valdopere averſatur. Niſi enim in Hypocauſtis ſolicitè colatur facilè marceſcit & interit.

11. Balſamina Cucumerina, foliis longiuſculis acuminatis, in 4 lacinias inſigniores profundè ſectis laciniarum interſtitiis velut in foramina rotunda excavatis.

Folia adulta glabra eſſe videntur; Caules hirſuti; poma oblonga ſcabra, nondum adulta intellige, qualia in planta ſicca vidimus.

12. Balſamina *Madraſpatana*, fructu parvo anguloſo perbrevi pediculo affixo *Pet. Act. Philoſ. Lond.* N. 244. p. 328. *Narree pangul coodee Malab.*

D. *Petiver.*

Folia aſpera ſunt, in 5 lobos plerunque diviſa, quorum duo inferiores minùs conſpicui, aliquando etiam deſunt. Folia autem adulta pediculis aſperis aut aculeatis inſident, unciam plus longis, quorum ſerraturæ in ſpinas exeunt. Ex adverſo cujúſque folii exit clavicula tortilis, lobo quodam ſeu auriculâ munita, cujus marginem ambiunt ſetulæ iis quæ *Rori Solis* innaſcuntur ſimiles. Ad quemlibet articulum inter folium & claviculam exit *Fructus* fuſcus, glaber, oblongus, anguloſus, Berberidis magnitudine aut paulò amplior, perbrevi pediculo inſidens, cujus mediam (non ſummam) partem corolla ſeu umbilicus occupat: quod imprimis notabile eſt.

13. Karivi-Valli *H. M.* P. 8. T. 26. Balſaminæ Cucumerinæ affinis, flore parvo quinquepartito, fructu oblongo cuſpidato.

H. M.

H. M.

Naſcitur in ſylvis *Atroparrotto*, *Bellango* & aliis, ſemper frondens, & vel florens, vel frugens. *Caules* tenues, rotundi, virides, leviter ſulco ſtriati. *Folia* in pediculis tortuoſis proveniunt claviculis comitata, formâ cordis ad pedunculum exciſa, ſpiſſa & glabra, viroris in recta parte ſaturi, in averſa diluti. *Flores* plures congregati ſupra exortum foliorum prodeunt, monopetali, quinque-partiti, *ſtamina* in medio tria habentes, albicantia, flavis gemmulis nodulata ; nullius odoris. Florum *gemmæ* oblongæ, ſupernè planæ, ſtellulam 5 viridi-fuſcarum venarum in vertice gerentes. *Fructus* oblongi, cuſpidati, coſtulis eminentibus inſtructi, cucumeri-formes, primò virides, dein croceo-rubeſcentes ſeu aurancei, carne intus albicante, fungoſa, quæ deinde flava evadit. Sapor ut Cucumerum. *Semina* oblonga ſunt & involuta.

Vires vide hoc in loco. Uſus ejus eſt ad abſceſſus aperiendos, hæmorrhagiam inteſtinorum & veſicæ, ad maniam cum ſucco fructus Caniram trita: ad gonorrhœam, dyſuriam & *Pitao* morbum cum *Aracumbulla* aquæ incoctæ, ac butyro ac lacte mixta, &c.

P. 651. Ad Caput de Granadilla.

1. Paſſiflora ſeu Flos paſſionis *Curaſſavicus*, folio glabro trilobato & anguſto, flore flaveſcente omnium minimo *Pluk. Phytogr.* T. 210. F. 3. apud quem vide Synonyma.

2. Flos paſſionis *Curaſſavicus* hederæ hirſuto folio, flore albo *P. B. P.*

3. Idem flore purpureo variegato *Ejuſd.*

4. Paſſiflora non crenata *Americ.* triphyllos ex codice *Bentingiano Pluk. Phyt.* T. 212. F. 1.

5. Clematis ſeu Flos paſſionis Hederæ folio, floribus parvis herbaceis, fructu minimo quando maturus nigro *Baniſt. Cat. Virgin.*

Fructus vix uvam magnitudine æquat. Hujus (ut puto) plantæ ſpecimen quod è *Marilandia* ſecum attulit D. *Vernon*, folia habuit multo latiora quàm eſſent longa, Trifolii hepatici quidem figurâ ſuâ æmula, verùm latiora nec adeò profundè tripartita, pallidè viridia, brevibus pediculis.

6. Clematis *Indica* folio hederaceo major, fructu olivæ-formi *Plumier.* An Nhandir-Oba Braſilienſium Piſonis? i. e. Paſſifloræ affinis Hederæ folio *Americana Pluk.*

Hujus 3 ſpecies obſervavit Auctor noſter: 1. majorem: 2. mediam, 3 minorem: omnes ejuſdem formæ & conſiſtentiæ tam in ſarmentis, quàm in foliis, floribus, & fructibus.

Prima folia habet ejuſdem craſſitiei, magnitudinis & figuræ cum *Hedera* noſtra vulgari, quorum baſis propemodum ſemicircularis eſt, verùm pars anterior in 3 lobos in acutum exeuntes dividitur, quorum medius lateralibus paulò longior & latior eſt. *Secundæ* folia profundiùs inciſa ſunt, & *Tertiæ* ad huc magis, verùm partes ejus multò anguſtiores ſunt & Ephippiarii malleum inverſum imitantur. Utriuſque folia pediculo adnexa ſunt, non oræ folii extremæ, ſed paulò ſuperiùs inſerto.

Flores inodori ferè, pallidi, ex uno ſolo folio conſtant, pediculo valdè tenui, pollice tantillo longiore, media parte geniculo parvo intercepto, centro ſuo inſerto, ſuſtentati. Folium hoc ſeu petalon floris in 5 lacinias anguſtas & acuminatas, in ſtellæ formam diſpoſitas dividitur, verum non ad centrum uſque pertingentes: Sinu ſuo fimbriam continet duplici ordine filamentorum tenuium, quorum exteriora recta ſunt, interiora introrſum incurvata, conſtantem. E fundo floris exit columella, ut in præcedente; cum ſuo capitulo ovali & tribus clavis parvis eidem infixis. Capitulum in *fructum* evadit olivæ ſimilem, tantillo majorem, colore violaceo, cortice lævi & tenui, ſucco violaceo ſubacido prægnantem guſtui valde grato, plura *ſemina* continentem ovalia, nigra, rugoſa, cortici ut in præcedente adnexa.

Copiosè in ſepibus in omnibus inſulis invenitur.

Hujus iconem vide apud D. *Plukenet Phytogr.* T. 210. F. 4. Si modò eadem ſit cum *Nhandir-Oba Braſil. Piſonis*, prout ille conjectatur.

D. *Sloane in hiſt. Nat. Jamaic.* titulo, *Floris paſſionis minoris, folio in tres lacinias non ſerratas profundius diviſo, flore luteo* proponitur.

7. Flos paſſionis major pentaphyllus *Slon. Cat. Jamaic.* Murucuia prima *Piſon.* p. 246. An Cucumis Flos paſſionis dictus pentaphyllos, flore clavato, foliis latioribus *Herm. Cat. Leyd.* p. 205? Paſſiflora pentaphyllos, foliis latioribus, citiùs florens *Pluk. Almag. Bot?*

D. *Sloane.*

Caulis huic viridis, teretiuſculus, pennæ Anſerinæ craſſitudine, arborem quamvis vicinam conſcendens ad 20 plus minus pedum altitudinem; ad 2 digitorum intervalla Folia, claviculas, flores unà emittens; *folia* pediculis ſemuncialibus incurvis viridibus ſulta, in 5 prælongas, anguſtas lacinias ad pediculum ferè diviſa, quarum media pediculo oppoſita longiſſima eſt & anguſtiſſima, ut quæ 3 uncias longa, & $\frac{3}{4}$tas circiter unciæ partes lata ſit: unamquamque autem nervus inſignis mediam dividit, tranſverſas aliquot velut coſtas emit-

tens, obſcurè virides, glabras; Segmenta ima ſeu quæ ad baſin nonnihil auriculata ſunt. Folium totum integrum eſt, ſeu ad margines æquale & non ferratum. *Clavicula* folio opponitur, éſtque 2, 3ve uncias longa, vicinum quodcunque apprehendens. *Flos* medio inter utrumque loco exit, pediculo unciali inſidens.

In ſylvis Inſulæ *Jamaicæ* arbores ſcandentem obſervavit D. *Sloane*.

Fructus in Febribus & morbis calidis commendatur, non minorem refrigerandi vim obtinens quàm Ribes aut Berberis.

8. Clematis pentaphylla, flore roſeo clavato *Moriſ.*

Duplex eſt, fructu *dulci*, & fructu *acido*, cujus folia paulò minora & tenuiora, flos etiam nonnihil minor, clavorum capitulis herbaceis. Quæ fructu dulci eſt nigreſcit.

9. Clematitis *Indica* latifolia, flore clavato fructu Maliformi *Plumier.*

A præcedentibus non alia in re quàm forma & magnitudine foliorum differt, quæ ſemipedali plus longitudine ſunt, latitudine trium digitorum, ad baſin rotunda, in acumen deſinentia, in formam cordis parùm admodum exciſa. Membranacea, lævia, pulcherrimo virore tincta. *Flores* colore, odore, ſtructurâ, magnitudine cum præcedentibus conveniunt, éque folliculo pariter trifoliato, Pergamenæ tenuiſſimæ conſiſtentiâ conſimiliter rubente, & lineolis ſaturatioribus venoſo exeunt. *Fructus* exactè rotundi, Pomi minoris magnitudine, cortice quàm reliquorum ſolidiore, paris cum cucurbitis illis parvis è quibus pyxides Tabaco continendo fiunt, conſiſtentiæ.

In inſula *Dominici* & in inſula *de la Tortue.*

10. Flos paſſionis, fructu rubicundiſſimo, folio vitis non inciſo *Prom. Bæ. Spei Oldenlandii.*

Fructus oblongi ſunt, magnitudine Nucis Moſchatæ & aliquando Juglandis, coloris rubicundiſſimi, jucundiſſimi ſaporis, unde à Cercopithecis avidè expetuntur, multa ſemina claudentes. Flos aridus, quem vidit D. *Oldenland*, clavatus viſus eſt. Folia ſubtus lanuginoſa & ad tactum mollia ſunt.

In ſylvis obſervatus eſt menſe *Septembri.* D. *Herman.* Sicci ramulum communicavit D. *Sherard*, cum brevi hac *Oldenlandii* deſcriptione.

11. Flos Paſſionis fruteſcens, Guayavas folio major *Hort. Lugd. Bat. Herman.* idem eſt cum Murucuia 4. *Marcgr.*

12. Flos Paſſionis fruteſcens, Guayavas folio minor *Ejuſd.* Murucuia 5. *Piſonis.* Videtur ſimilis illi, qui dicitur Clematis *Indica* latifolia, flore clavato fructu Maliformi *Plumier.* p. 82. ſuperiùs deſcripta.

13. Flos paſſionis, foliis trilobatis, lobis in acutum mucronem abeuntibus D. *Sherard.* Foliorum formâ ab aliis omnibus hujus generis abunde diſtinguitur.

14. Clematis *Indica* polyphylla major, flore clavato, fructu Colocynthidis *Plumier.*

Plura *ſarmenta* emittit hæc planta, vitigineorum magnitudine, æquè etiam dura & nodoſa, quæ ſuper arbores & frutices in longum ſe extendentia, grato foliorum virore, magno iis ornamento ſunt. Ad ſingulos nodos, ſemipedali circiter intervallo diſtantes, ſingula exeunt *folia*, manûs extenſæ propemodum magnitudine, glabra, in 7 ſegmenta ſerrata, inferiùs ſtrictiora, verſùs extremum paulò latiora, acuminata, profundè ad pediculum ferè fiſſa, qui 4 aut 5 plus minùs pollices longus eſt, cum parvis quibuſdam annulis, lineam prope unam longis. Color totius folii pulchrè viridis, ſupernè paulò ſaturatior quàm ſubtus, ubi nervus ſecundùm longitudinem extenditur, ramulos aliquot incurvos tranſverſos emittens. Ad exortum uniuſcujuſque pediculi exit *capreolus* ut in *Vite*, atque etiam *flos*, pediculo duos propemodum pollices longo adnexus, inque veſica membranacea incluſus, ovo gallinaceo tantillo grandiori, quæ in tria folia æqualia & albicantia ſe aperit, intus pluribus punctulis notata, & venis aliquot purpuraſcentibus ſtriata. Aperta hac veſica floris globulus apparet, æquæ ferè cum veſica magnitudinis, figuræ ovalis, parte media & inferiore calicis integra, ſuperiore in 5 folia ſeu lacinias ad extremum uſque diviſa, exterius pallidè viridis, pluribus maculis ferrugineis variegatus. Floris expanſi medietas inferior calicem margine pentagono refert, intus albicantem, fundo piloſo, pili ſinguli valde breves ſunt & apiculum rubrum ſuſtinent. Calix iſte duplici fimbria cingitur, quarum filamenta lineam unam craſſa ſunt, tenera & acuminata, quadrata ferè & ſibi mutuo contigua; quæ ordinem exteriorem componunt, $1\frac{1}{2}$ circiter unciam longa ſunt, quæ interiorem, vix unciam; omnia verſùs extremum albicantia, & penitus violacea ad medium uſque, verùm ima parte infra medium colore pallido; 5 faſciis annularibus ornata, hæc in altum rectà eriguntur, verùm quæ ordinem exteriorem componunt paulò depreſſiora ſunt, eodem tamen cum prioribus colore & conſiſtentia. Præter filamenta prædicta radiatim diſpoſita, habetur etiam duplex in ambitu ordo foliorum violaceorum, 5 in utrolibet ordine, quorum interiora exterioribus multo anguſtiora ſunt, Longitudo tam horum quàm illorum $1\frac{1}{2}$ circiter digit. eſt, cum parvo cuſpide in extremo extrorſum vergente. Præterea in fundo calicis de quo locuti ſumus, ad

ipſiu

ipſius centrum quædam baſeos ſpecies eſt, figuræ cylindricæ, à tribus ad 4 lineas craſſæ, parva foſſula excavatæ, multíſque pilis valde brevibus colore è ruſſo fuſcis cinctæ. Baſi huic columella alba, parva, inſidet, teres ac ſi torno elaborato fuiſſet, 8 circiter aut 9 lineas alta, craſſitie ſeſquilineari, extremitate ſua in 5 parva brachia diviſa, quorum unumquodque ſummitatem habet *playe* in modum factam, 4 lineas longam, duas circiter latam foras pulviſculo tenui aurato undique aſperſam. In medio brachiorum ſedet capitulum ovale, viride, & valde politum, 5 circiter digitos longum, tres craſſum, cum tribus filis infixis, ſurſum elatis, clavorum figurâ, duas tréſve lineas longis, apicibus magnis ovatis, ex altero latere foſſulâ parvâ inſculptis capitata. Capitulum prædictum nihil aliud eſt quàm *fructûs* rudimentum, qui poſtea in magnitudinem mali Aurantii excreſcit ; éſtque rotundus & lævis velut pomum Colocynthidis, præterquam versùs pediculum, ubi ad figuram pyri aliquantulum accedit. Cortex duas pæne lineas craſſus eſt, conſiſtentiæ ſolidæ, intus albus, foras ſubviridis. Interior pars hujus fructûs, carne alba & mucilaginoſa repleta, *ſemina* multa continet, grano frumenti paulò majora, figurâ fere ovali, verùm paululum compreſſa, & altera extremitate acuminata, duriuſcula, lucida, piloſa. Flos & figura & colore perquam gratus eſt.

In inſula *Martinique* ſecundum rivum *S. Mariæ*, &c.

15. Clematis *Indica*, fructu Citriformi, foliis oblongis *Plumier.* p. 64. Tab. 80. *Murucuia guacu Marcgrav. lib.* 8. *cap.* 9. hanc prolixè deſcribit.

Paſſiflora arborea Laurinis foliis *Americana Pluk. Phytogr.* T. 211. F. 3.

16. Clematis alia *Indica* polyphyllos, flore criſpato *Plumier.* 66. Tab. 81. *Plum.*

Sarmenta hujus non ſunt perfectè rotunda, ſed anguloſa. *Folia* ad modum Hellebori nigri flore roſeo *C. B.* diviſa : h. e. pediculus duos tréſve pollices longus in tres alios multo breviores & tenuiores finditur, quorum medius unum tantùm folium ſuſtinet reliquis majus, alii duo adhuc bifurcantur, ramus folio medio proximus folium ejuſdem figuræ ſuſtinet, verùm minus ; alter folium præcedente adhuc minus geſtat, ad baſin uſque inciſum, verùm ſegmentum illud quod pediculum reſpicit, auriculam potiùs quàm folium refert. Unumquodque folium ſeorſim conſideratum *Laurinum* quodammodo repræſentat. Omnia autem circumcirca denticulata ſunt, lævia, ſplendentia, pulchrè viridia, ſupernè paulò ſaturatiùs, infernè dilutiùs, cum plurimis ramulis nervorum incurvis. Folium ſeu ſegmentum majus, quod medium eſt, 4 circiter pollices longum eſt, duas propemodum latum, verùm minimum non plus unum pollicem longum eſt, dimidium latum.

Flores ejuſdem ſunt cum præcedentibus ſtructuræ & conformationis, verùm paulò ampliores Columella, clavi, brachia quibus apices incumbunt, albida ſunt, punctis rubentibus notata. Clavorum capitula bifida, & apices pulvere flavo tenuiſſimo aſperſi. Fimbriæ florum filamenta densè ſtipata ſunt, rubro ſaturo tincta, & duabus tribúſve zonis annularibus albis varia: Eorum extremitates valde tenues ſunt, pulchro violæ colore tinctæ, omniáque intorta ad modum ſerpentum Meduſæ capiti appictorum.

E foliis radiis hiſce proximè ſubjectis quinque interiora penitus cœrulea ſunt, exteriora 5 intus pallidè admodum viridia, punctis parvis rubentibus copioſis notata, foras claro virore tincta. Tria illa folia quæ florem antequam expandatur tegunt, in modum cochlearis excavata ſunt, circumcirca fimbriata, viridi ſaturo tincta, multis ſubtus coſtis.

Fructus Pomorum mediocrium magnitudine & figurâ ſunt. Cortex ejuſdem eſt conſiſtentiæ cum parvis noſtris Cucurbitis è quibus fiunt pyxides Tabaccinæ [*Tabatieres*] éſtque pariter æqualis & lævis ſuperficiei, viroris pulchrè lucidi, punctiſque adhuc clarioribus varii. Caro & ſemina ejuſdem ſunt naturæ cum præcedentibus.

In inſula *Dominici* provenit.

17. Clematitis *Indica* flore clavato ſuave-rubente, fructu hexagono coccineo, folio bicorni *Plumier* 68. Tab. 83. *Plum.*

Duæ hujus ſpecies habentur, alteri *caules* triangulares ſunt inſtar Cyperi, ſubvirides, tomentoſi, alteri teretes, valdè tenues, nigricantes : utraque ad unumquemque nodum florem, folium & claviculam ejuſdem magnitudinis & figuræ proferunt. Floris color in una ad rubrum clarum inclinat, in altera penitus ferè candidus eſt. Prioris fructus paulò longior eſt quàm ſecundæ, medio craſſior, & ad utrumque extremum in acutum productus.

Flos pediculo valde tenui, ſubrubenti & ferme ſeſquidigitali innaſcitur. *Gemma* conum parvum 9 aut 10 digitos longum refert, ima parte inflata, albicans & lanuginoſa, verùm extremitate ſua nonnihil rubra. Flos expanſus (ut in reliquis) è decem foliis componitur in orbem ſeu circulum expanſis, quorum exteriora 5 interioribus majora ſunt : minorum ſeu interiorum unumquodque inter duo majora ſitum eſt. Exteriora ſeu majora, unum circiter pollicem longa ſunt, 4 lineas lata, interiora multo anguſtiora, quamvis paris longitudinis ſint, utraque in linguæ formam à natura effigiata : majora averſa parte è viridi albicant ; cum 3bus nervis tenuibus viridibus ; intus propemodum alba ſunt ; minora colore albo ad rubrum tendente inficiuntur, nonnullis penitus albis intermixtis. Foliis hiſce ſuperincumbit circulus velut fimbriatus è duplici filamentorum valde tenuium ordine compoſitus, quorum longiora partim purpurea ſunt, partim alba, reliqua admodum brevia, introrſum incurvata, in margine pelvis cujuſdam diſpoſita, è cujus centro exit piſtillum ſeu columella

ovali globulo capitatum cum tribus parvis clavis ſummitati inſixis, deorſum nutantibus. Baſin globuli ambiunt 5 lingulæ æqualiter à ſe invicem diſtantes, quarum unaquæque apicem habet propemodum ovalem, ſupernè pulvere flavo obductum. Flos expanſus duos plus minus pollices diametri habet, & nullum fere odorem.

Cùm Flos præteriit, globulus quem diximus ovalis in figuram hexagonam ad inſtar parvi Citri, magnitudine nucum minorum cortice craſſo & molli velut corii, foràs nonnunquam penitus ruber velut purpura, aliàs è viridi albicans ad purpuram tendens, punctulis ſaturatioribus è latere ſolem reſpiciente notatus; multis intus ſeminibus ovalibus nigris, filamentis tenuibus ad corticem interiorem adnexis, parvis pelliculis albis involutis repletus.

Folia pediculis paulò craſſioribus quam flores appenduntur, punctis rubris undique notata, palmæ manus plurimùm magnitudine, conſiſtentiâ membranacea, utrinque pulchrè viridia, nonnulla lævia & polita, ſunt tamen quæ lanuginoſa nonnihil videntur, ubi pediculo adnectuntur in cordis formam inciſa, extremitate in duo cornua acuta, à ſe invicem valde divaricata, fiſſa, inter quæ unus parvus angulus acuminatus valdè brevis intercedit. Subtus tres nervos habent, unumquemque à baſi ad cuſpidem extenſum, parvos ramulos tranſverſos emittentem.

In inſulis *Martinici* & *Dominici*.

Plantam hanc in *Hiſt. Nat. Jamaicenſi* titulo Floris paſſionis folii mediâ lacinia quaſi abſciſſa, flore minore carneo deſcribit, & ad ripas fluvii *Cobre* paſſim reperiri dicit D. *Sloane*.

18. Clematis *Indica* hirſuta fœtida *Plumier*. hederacea, lanuginoſa, odoris gravis *Marcgrav*.

19. Clematitis *Indica* flore puniceo, folio lunato *Plumier*. 72. Tab. 87. An Ferrum equinum volubile *Munting*. Contrayerva an Paſſiflora naviformibus foliis *Americana Pluk. Almageſt*?

Hujus *ſarmenta* valde tenuia ſunt & teretia, in altum tamen nihilominus enititur, & ſepes operit, claviculis ſuis prætenuibus ſe iis annectens. Unicuique nodo *folium* apponitur meniſci figurâ, cornibus obtuſis ſeu in modum Papilionis alarum expanſis, lævia, ſaturatiùs viridia, 3 ſubtus coſtas habentia, minores hinc inde ramulos ſpargentes, pollicem proximè unum longa, ab extremo ad extremum duos extenſa, pediculo valde curto, nec tribus lineis longiori, aliquantulum intorto, hærentia.

Ex iiſdem nodis exit *Flos* coccineus, inodorus, pediculo pollicem circiter longo inſidens, qui antequam aperitur conum parvum refert, unum prope digitum longum, infima parte inflatum & extuberantem; cùm explicatur folia eodem modo diſpoſita quo in ſupra dictis oſtendit, inferiora tantillo majora ſuperioribus, pollicem longa, 3 aut 4 lineas lata, linguæ obtuſæ figurâ, extrorſum nonnihil recurva, tribus ſubtus nervis apparentibus, interiora ſeu ſuperiora lævia, breviora & ſtrictiora, circa tubum canaliculatum diſpoſita, coni figura excavatum & ſupernè abſciſſum, dimidium circiter pollicem longum; è cujus fundo exit columella, valde tenuis, paulò longior quàm in aliis ſpeciebus, colore rubente, ſumma parte diviſa in 5 filamenta ſeu ſtamina parva, foras recurva, unoquoque apice ſeu capitulo parvo pendulo & mobili donato, forma plagæ [*une playe*] pulvere tenuiſſimo flavicante conſperſo. Filamenta ſinu ſuo amplectuntur capitulum viride oviforme cum tribus parvis clavis valdè tenuibus & rubentibus, apice viridi, eidem infixis, quod tandem in figuram & magnitudinem Jujubarum noſtratium evadit; [inveniuntur tamen nonnunquam perfectè rotunda] cortice lævi tenui, colore violaceo obſcuro, carne intus valde tenera, ſuccum violaceum reddente, *ſemina* copioſa continens nigra, tuberculis aſpera. Cùm fructus maturitatem adipiſcitur duplo longior evadit, quàm florendi tempore. Guſtu eſt inſipido.

Per totum fere annum floret, & copiosè oritur ad oram *Portus* Pacis in inſula *Dominici*.

20. Flos paſſionis perfoliatus ſeu Periclymeni perfoliati folio *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane*.

Hæc ſpecies *caulem* habet teretem, purpuraſcentem, ad 2 unciarum intervalla *foliis* binis junctis, ab uno latere per ſuturam, ab alio inter duas auriculas, comprehenſum, unde & perfoliatus eſſe videtur, ad modum Periclymeni *Italici*; utrumvis folium 2 uncias longum eſt, valde glabrum, ad baſin unciam 1. latum, coſta à baſi ad apicem medium dividente, cauli mediante pediculo brevi, craſſo, incurvo adnexum, è cujus ſinu ſeu angulo quem cum caule efficit emergit clavicula longiuſcula, quodcunque obvium eſt arripiens, adeóque vel aſſurgit vel prorepit planta, aliarum hujus Generis in modum. Folia è caule utrinque alternatim exeunt; & versùs ſummos caules *flores*, in pediculis uncialibus, purpurei, è 5 amplis totidémque anguſtis petalis, unciam circiter longis, horizontaliter expanſis compoſiti, cum robuſtis viridibus filamentis, apicibus aurantiacis, & ſtylo viridi, reliquarum Murucuiarum undequaque ſimili.

In monte ſaxoſo ſylvoſo prope domum D. *Elletſon* in *Liguanéz* pulcherrimam hanc plantam invenit D. *Sloane*.

21. Clematitis *Indicæ* flore minimo pallido tres ſpecies. Murucuia miri Piſonis *lib. 4. cap. 74. Plumier*. Paſſiflora Hepaticæ nobilis folio parvo non crenato, flore ex luteo viridante *Pluk. Almag. Bot.*

Sarmenta.

Sarmenta valdè tenuia ſunt & flexilia. *Folia* membranacea, glabra, ſuperne ſaturatiùs viridia; majora digitos duos longa, 1½ lata; alia ex utroque latere prominentiam ſeu appendicem velut auriculam habent, alia ex uno tantùm, alia ex neutro; figurâ ferè ovali, pediculo valde brevi, duobus velut annulis cincto hærentia. *Floris* pediculus tenuiſſimus eſt, pollicem circiter longus, Flos ipſe ejuſdem cum præcedentibus ſtructuræ, ungue pollicis non major colore pallidè viridi, odore nullo. *Fructus* exactè rotundus globuli ſeu glandis *Piſtoletti* magnitudine, initio viridi ſplendente colore tinctus, qui tandem in violaceum ſaturum abit, cortice valdè tenero, ſucco concolore prægnans, *ſeminibus* multis parvis, nigris tuberculis inæqualibus, cordis compreſſi figurâ repletur.

Multis inſulæ *Dominici* in loci occurrit.

22. Clematis *Indica* polyanthes odoratiſſima *Plumier.* 75. Tab. 90.

Paſſiflora Laurinis fol. polyanthes *Americana Pluk. Almag. Bot.*

Sarmenta fundit plurima, tenuiſſima, ramoſa, ſupra ſepes & arbores ſe diffundentia; viridia, nodis ad duorum pollicum diſtantiam intercepta. Capreoli & folia ut in reliquis ſita; hæc pediculis perbrevibus & intortis alternatim adnexa, cum duobus parvis tuberculis ex adverſo ſitis, tres digitos longa, unum plus lata, prope pediculum ſcil. ubi rotundantur; indè ad extremum paulatim anguſtata, quod pariter ſubrotundum eſt, in roſtellum tamen acutum deſinens, ſubtùs dilutiùs viridia, paulum tomentoſa, nervis nonnihil elatis firmata; ſupernè ſaturatiùs ſeu intenſiùs, & lineolis quibuſdam nervis reſpondentibus exarata.

Surſum versùs extrema valde ramoſa ſunt, & ad unumquemque nodum 5 aut 6 *flores* parvos emittunt, unguis magnitudine, odore gratiſſimo, pediculo valde brevi inſidentes, ad normam præcedentium efformati, niſi quòd columellâ ſeu ſtylo prorſus careant, verùm globulus cui clavi infixi ſunt parvæ baſi rotundæ immediatè inſidet, rubræ, piliſque brevibus, albis, valdè tenuibus undique obſitæ. Globulus viridis eſt, item clavi quos geſtat: Radii qui baſin globulum geſtantem circumſtant ſufflavi ſunt, valdè tenues & criſpi initio, verùm extremum tantillo craſſius eſt. Brachia illa parva quæ ſubſunt aliquanto latiora & alba ſunt, cum apicibus minimis albidis. Totus Flos calici inſidet unifolio verùm circumcirca diviſo in 5 ſegmenta acuta ſtellæ in modum. Fructus rotundus glandis *Piſtoletti* magnitudine, initio viridis, tandem ſaturatè violaceus.

23. Clematis baccifera, glabra & villoſa, rotundo & umbilicato folio *Plumier.* 78. Tab. 93.
An Caapeba *Braſilienſibus Marcgrav?* Velvet-leaf. D. *Sloane.*

Caule tereti, albicante, lignoſo cuivis arbori aut frutici vicinæ ſe circumvolvens ad ejus faſtigium uſque enititur, eóque ſuperato iterum dependet, ramulos parvos obiter emittens, *foliis* cordiformibus aut ſubrotundis veſtitos, unciali circiter diametro, marginibus æqualibus ſeu indiviſis, è luteo albicantibus, lanugine molli albicante densè obſitis, ad tactum holoſericeum pannum referentibus, unde nomen. *Flores* inter folia exeunt, tenuibus 2 unc. longis pediculis urticeorum modo appenſi, perexigui, tetrapetali, pallidè virides, cum nigra in medio macula. Semen nullum unquam invenire potui quamvis ſæpius quæſiverim.

Ubique in frutetis circa urbem *S. Jago de la Vega* in inſula *Jamaica* reperitur.

Folium vel integrum, vel tuſum vulneri recenti cui imponitur efficaciter medetur. *Vires.*

24. Nehoemeka *H. M.* P. 8. T. 19.

Bryoniæ *Zeylanicæ* foliis profundè inciſis *Herman. Cat. Leyd.* eadem planè planta eſſe videtur, pleniùs deſcripta. Verùm error eſt in petalorum numero, cùm Autor noſter flores tetrapetalos *Nehoemekæ* attribuit, *Hermannus* Bryoniæ *Zeylanicæ*, &c. pentapetalos.

25. Modecca *H. M.* P. 8. T. 20. Pomifera *Indica*, claviculata, foliis in 3 aut 5 lacinias ſectis, floribus pentapetalis, fructu magno, tripartito, ſeminibus ſingulis ſaccullis incluſis.

Paſſiflora ſpuria Bryonoides, quinquifido folio, *Malabarenſis Pluk. Almag. Bot.* Flos paſſionis ſpurius *Malabaricus*, quinquifido folio, ſive ſpinoſus fructu rotundo *Breyn. Prod.* 2. 48.

Herba eſt denſa amans nemora, circa *Oedampere Cadanente* & alibi, ſemper ferè florens. *Radix* longa tres ſpithamas, ac duas fermè craſſa evadit, cortice primùm viridi & albicante, fibras ſubtus & è latere emittens, intus denſa, humida, albicans, non lignoſa, circulis Raparum inſtar ſtriata, ſaporis penè nullius: Oculos habet ex quibus novæ propagantur plantæ. *Caules* tenues, viridi-fuſci, rotundi, glabri, brevioribus ſpinis, bnis & binis, ex quibus claviculas ejiciunt, muniti. *Folia* quæ inter ſpinas proveniunt difformia ſunt, alia in cuſpidem deſinentia, alia in 2, 3, vel 5 lacinias inciſa, mollia, plana, lenia, viridi-fuſca, in margine limbo rubro circundata, paſſim tribus gemmis ſeu oculis in averſa parte inſtructa, duo ad pediculum, qui rubro annulo circundantur, ſaporis amari & ſylveſtris. Coſta media & nervi laterales indè egreſſi utrinque eminent. *Flores* plures congregatim proveniunt, ac claviculos ejiciunt, pentapetali, albicantes, ſubflavi, filamentis in margine veſtiti, ac in longum venulis ſtriati, odoris nullius. *Stamina* in medio conſpiciuntur 5, parva, *apicibus* albican-

albicantibus dotata, in quorum medio *ſtylus* ſeſe erigit tenuis, qui ex principio fructûs exoritur. *Calix* tria lata & tenuia habet folia. *Fructus* majores, cortice primùm viridi, dein in totum Aurancei coloris, glabri, ſine rugis, tribus quatuorve ſubtilibus liris in longum ſtriati, quæ ſeſe omnes cùm fructus ad maturitatem perducuntur relaxant: intus ſub cortice lata capacitate officula continentes, quæ ſingula candidâ, argenteâ, pellucidâ, membranaceâ ac apertâ quaſi burſâ involuta, in tribus quatuorve ſeriebus diſpoſita, formâ rotundo-plana, in medio extuberantia, anguſtâ orâ circumſcripta, ſuperficie in totum aſpera & ſcabra, primò albicantia, dein nonnihil ruſo-fuſca, cortice minùs duro, nucleo albo, qui ſubdulcis eſt.

Vires. Succus expreſſus cum lacte *Cocci Indi* ſumptus anguſtias pectoris tollit. *Radix* trita cum *Parreiti* & aliis in oleo decocta ac internè adhibita artus corroborat, vires naturales auget, melancholiam abigit, præſertim in mulierculis & obſeſſis.

26. Palmodecca H. M. P. 8. T. 21. Modecca altera, floribus è collo oblongo cyathiformi in 5 cuſpides expanſo. Paſſiflora ſpuria Bryonoides, *Malabar.* fol. trifido & quinquifido *Pluk. Almag. Bot.*

Cum Modecca in omnibus convenit floribus exceptis: Sunt autem illi oblongo cyathiformi collo, 5 oblongorum cuſpidum, albicantes, ac ſubvirideſcentes: in medio 5 emicant *ſtamina* viridi-ſatura, plana ac folioſa, longis albicantibus pilis capillata. In medio illorum globulus eſt rotundus, ex viridi albicans, in vertice *ſtylum* gerens albicantem ac trifidum, in furculis, planis viridi-dilutis, granulatis penicillis dotatum. Florum petala fragilia ſunt, & venulis viridiuſculis intus pertexta in fundo capillata, 5 minutis brevibus *ſtaminulis* prædita. Nullius ſunt odoris.

Vires. Folia in aqua oryzæ trita linimentum cephalicum perhibent: pro balneo adhibita febres curant algidas.

27. Motta-Modecca *H. M.* P. 8. T. 22. Modecca fructu vario, alio oblongo bivalvi, alio rotundo tripartito.

Narolæ conſpecies eſt, creſcens eodem modo, & eiſdem in locis, poſt *Angecaimal*, cum prioribus conveniens, præterquam quod fructus alii rotundi, alii oblongi, ovales ſunt. Rotundi tribus ſe relaxant futuris, oblongi ac ovales duabus.

Virer. Planta oleo incocta Phthiſicis opitulatur. Ex cortice radicis melle permixto linctus contra tuſſim præparatur.

28. Orela-Modecca H. M. P. 8. T. 23. Modecca foliis plerunque integris, rariùs inciſis.

A prioribus non differt præterquam quòd illarum folia ſint inciſa, hujus autem non, vel rariùs.

Virer. Oleum per infuſionem cephalicum eſt; cum butyro cocta planta hæmorrhoidas ſanat. Foliorum ſuccus partum facilitat.

Not. Quòd folia omnium & ſingularum Modeccæ ſpecierum quàm maximè inter ſe invicem differunt: in uno enim eodémque ramo invenies quæ non omnino, & quæ ter, quater, quinquiéſve ſunt diviſa: ità ut ſolum diſcrimen ſit in floribus & fructibus, ut rectè monet *Commelinus* notis ſupra locum. *Pluk.*

P. 655. Ad 2dam Chamæpericlymeni ſpeciem nota.

Camarætinga ſeu *Camara* flore rubro *Marcgrav.* ad hunc locum non pertinet; eſt enim fruticis bacciferi ſpecies, & à Botanicis modernis ad *Viburnum* refertur; D. *Rivini* ſententiâ, cui & nos libenter conſentimus, haud concinnè ſatis, cùm non minus flores quàm fructus, adde & folia, à Viburno communiter dicto plurimùm recedant, &c. Vide Cap. de Viburno.

Herbæ Bacciferæ.

P. 657. Ad Cap. de Smilace aſpera add. ſpecies ſequentes:

1. Smilax viticulis aſperis, foliis longis anguſtis mucronatis lævibus, auriculis ad baſin rotundioribus *Pluk. Phyt.* Tab. 110. F. 3.

2. Smilax viticulis aſperis *Virginiana*, foliis lævibus anguſtis, nullis auriculis prædita. Huic radix geniculata, craſſa & intorta, indè ſuſpicamur Chinæ *Mexicanæ* ſpeciem eſſe, & fortè Olcacatzan *Hernandez* p. 212. & Juapecanga altera *Piſonis*, *Pluken. Phytogr.* T. 110. F. 4. An Smilax aſpera Laurifolia, baccis nigris *Virginiana* D. *Banifter.*

3. Smilax

3. Smilax *Virginiana* ſpinis innocuis armata, latis Canellæ foliis ex radice arundinacea craſſa & carnoſa, fortè China ſpuria nodoſa *C. B.* Pſeudo-china radix è *Virginia Cluſii Exot.* China *Mechuacanenſibus Phaco* dicta *Hernandez*, 213. *Pocayo* Næ *Hiſpaniæ Ant. Recchi* 398. *Juapecanga Braſilienſibus* Piſon. 258. An Kari Vilandi *H. M.* P. 7. *Pockhout* Belgis orientalibus, ut ibidem habetur. Apud noſtrates *Virginiam* habitantes ex hujus ſtipitibus parantur ſcipiones. Hæc & proximè antecedens ſpecies fructum acinoſum ac racematim dependentem in ſummis caulibus proferunt. *Pluk. Phytogr.* T. 110. F. 5.

4. Smilax aſpera *Bermudenſis*, grandioribus foliis cordiformibus, radice ſurculoſa, fortè Quauhmecapatli ſeu Zarzæ ſpecies, cujus radices in *Hiſpaniam* transferri ſolebant, Ximenis, &c. *Pluk. Phytograph.* T. 110. F. 6.

5. Smilax latis foliis, in margine ſpinoſis, *Caroliniana*, ſtipite leni quadrato *Pluk. Phytogr.* T. 111. F. 1.

6. Smilax viticulis aſperis *Virginiana*, folio hederaceo leni, Zarza nobiliſſima nobis *Ejuſdem ibid.* F. 2. Mecapatli ſeu Zarza parilla *Fr. Hernand.* 288.

7. Smilax viticulis aſperis *Marilandica*, folio leni.

Folia huic anguſtiora & longiora ſunt pro magnitudinis ratione quàm præcedenti, ſeſcunciam quippe lata ſunt & duabus unciis longiora; nec nervi in foliis adeò conſpicui ſunt in hac quam in illa, imò vix viſibiles in utravis parte. Cauliculi prætenues ſunt, brevibus ſpinulis aſperi. Claviculæ ex ima parte pediculorum exeunt non ex adverſo caulis latere.

8. Smilax *Caroliniana*, ſtipite quadrato leni, foliis anguſtis aſperi, auriculis ad baſin anguloſis *Pluk. Phytogr.* T. 111. F. 3.

9. Cari-vilandi *H. M.* ex ſententia D. *Commelini* eadem eſt cum Mecapatli-paratla *Hernandez*, & rectè quidem, quantum mihi videtur judicat. Certè Smilax *Virginiana*, ſpinis innocuis armata, latis Canellæ foliis eſſe non poteſt, cùm ex deſcriptione D. *Van Rheed* Rami illius duris & acutis incurvis ſpinis armentur. Foliis eſt latioribus quàm Smilax aſpera vulgaris.

10. Smilax lævis *Marilandica*, foliis hederæ nervoſis, prælongis pediculis inſidentibus, floſculis minimis in umbellam parvam congeſtis.

Folia figurâ Hederaceorum ſunt non conſiſtentiâ, quippe tenuia. Floſculorum umbellulæ pediculis prælongis, tenuibus, è foliorum ſinubus exeuntibus inſident.
E *Marilandia* reduces in *Angliam* ſecum attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.* An hanc plantam ad Smilacem rectè retulerim neſcio, cum fructum ejus nondum viderim, nec ramulus quem deſcribo claviculas habeat; & caulis firmior & robuſtior eſſe videatur quàm in planta ſcandente.

11. Smilax aſpera ſeu ſpinoſa latifolia retuſa, folii peripheria leni *Hort. Cath.* 202. Folia ſpiſſa & cordata ſunt, circa margines æqualia, nec ullis ſpinulis exaſperata. Cauliculi ſpinulis brevibus, firmis armantur. *Flores* ſpicati ſpicis è foliorum alis exeuntibus.

12. Smilax *Africana* lucida, flore albo odoratiſſimo.

Sarmentis tenuibus ramoſis, vicina quæque amplectitur. *Folia* viridia ſplendentia, nitida & quaſi diaphana, abſque pediculis caulibus adhærent. Sunt autem ſubrotunda, in mucronem acutum exeuntia, à puncto quo cauli adhærent, ad mucronem elegantiſſimè nervulis rectis ſtriata. *Flores* pediculis brevibus exeunt verſus ſummitates ramulorum parvi, hexapetali, cum linea viridi in dorſo, multa intùs cingentes ſtamina alba apicibus aurantiis coronata. Prodiis ex ſeminibus à *Prom. B. ſpei* delatis, & à Cl. D. Ruyſch miſſis, nomine Jaſmini *Africani* flore odoratiſſimo. Baccæ erant nigræ oblongo-rotundæ. *Hort. Beaufort.*

13. Smilax claviculata, Hederæ folio, tota lævis, è *Terra Mariana Pluk. Phyt.* T. 225. F. 4.

Folia in noſtra planta à D. *Vernon* allata, latiora ſunt & breviora quàm in icone *Plukenetiana* pinguntur, duobus digitis longiora, & tantundem ferè lata, ſubrotunda, glabra & membranacea, tribus nervis inſignioribus, averſa parte præcipuè conſpicuis, prædita, circa margines parùm undata, pediculis brevibus nixa. Ex ima parte pediculi exeunt claviculæ ſingulares, aut etiam binæ, non ex adverſo ejus, ut in aliis pleriſque. *Caulis* quàm præcedentis craſſior eſt, ad genicula pariter reflexus ac in illa. Genicula autem in hac crebriora ſunt.

14. Wattou-

14. Wattou-Valli H. M. P. 7. T. 32. Smilax lenis *Indica*, floribus ad caulium nodos in communi pediculo pluribus, pentapetalis, punctatis.

H. M.
Caules rotundi ſunt, virides ac glabri. *Folia* in petiolis oblongis, craſſioribus, interiùs ſulcatis proveniunt, mollia, lenia, viroris pleni, ſaporis ſubamari, odoris gravioris. *Flores* faſciati erumpunt in communi petiolo, pentapetali, viroris ex flavo diluti, interiùs punctulis nigricantibus aſperſi: in meditullio globulus conſpicitur, capitulo viridi inſtructus quinquangularis, viridi vena ſtriatus, 5 foliolis parvis rigidis, viridi-dilutis ſtipatus, odoris ſubgravis. *Fructus* rarò inveniuntur. *Radix* funiculoſa eſt, longè latéque ſe diſpergens, ſaporis amari.

Locus. Naſcitur circa urbem *Cochin*, floret tempore pluviali, ſemper-virens.

Vires. Folia cum cortice *Lanjæ* contrita ulcera inveterata exſiccant. Cortex cum Santalo & muliebri lacte in formam noduli adhibitus præſtantiſſimum cauſonis eſt remedium.

P. 660. Ad Caput De Bryonia.

1. Bryonia *Africana* laciniata, tuberoſa radice, floribus herbaceis *Herman.* Parad. Bat.

Bryonia *Afric.* lacin. tub. rad. floribus luteis *Ejuſd.*

Herman.
Utraque mihi enata eſt ſeminibus ad Promont. *Bonæ Spei* collectis. Priori *radix* eſt rotunda, pugni magnitudine Rhaphani inſtar, albida, paucis fibris prædita, ima parte duas tréſve appendices quaſi totidem novas radices promens. E ſummo capite mittit *flagella* longa, capreolata, tenera, nodoſa, glabra, ramoſa, quæ congenerum more obvia ſcandunt ſeque iis involvunt. His *folia* hærent alterna, glabra, lucida, in aliquot lacinias profundè ſecta. *Floſculi* è 5 herbaceis ſegmentis, totidémque crocatis ſtaminulis conſtant; ſinguli inſiſtunt ſingularibus tenuibus petiolis, in quos pediculus, qui ad alas emergit diviſus eſt. Qui fertiles ſunt, ſubjectum habent capitulum, futuri fructûs primordium, quod emarcidis floribus abit in baccam, inſigniter rubentem, Piſi majoris magnitudine, includentem 4 acinos fuſcos oblongo-rotundos.

In hypocauſtis aſſervata perpetuò viret, ut & ſubſequens.

Huic non abſimilis eſt poſterior, proferens viticulas quadrangulas, *Folia* craſſiuſcula, pinguia, in 3 aut 5 ſinuatos diſſecta lobos; *Flores* paulò majores, ſingulares, luteolos. *Fructus* nondum perfecit, licet copioſè floruerit. *Semina* verò è quibus adolevit, forma & magnitudine ſeminibus Cardui Mariæ ſimilia erant, coloris fuſci, minimè ſplendentis.

Vires. Facultate purgandi vix aut nihil à Bryonia nigra differre conſimilis ſapor prænuntiare videtur.

3. Bryonoides *Canadenſis*, villoſo fructu, monoſpermos *Herman.* Parad. Bat. Sicyoides Canadenſe fructu echinato *Tournef. Elem. Bot.*

Herman.
Novum hoc plantæ genus *Bryonoidis* appellatione indigitavimus, eò quòd creſcendi modo, *caulibus* nempe ſcandentibus *foliis* angulosis, *floribus* herbaceis, & ni fallamur, purgandi quoque virtute *Bryoniæ albæ* valdè ſimile ſit, ſolis fructibus & radicibus exceptis. Namque fibroſa eſt *radix*, ultro citróque per terram reptans, albida, & ſumma parte in parvum velut capitulum extuberans. *Flagella* longiſſima tenuia capreolata piloſa, in multos ramos diviſa, & multiplici reptatu quibuſvis obviis ſeſe intorquentia: *Folia* Bryoniæ albæ foliorum æmula, texturæ gracilioris & coloris in viridi dilutioris. *Flores* longulis piloſis pediculis è foliorum alis egredientibus inſident, Bryoniæ albæ colore, texturâ & diſpoſitione prorſus ſimilis. Singulis qui fertiles ſunt ſubjiciuntur *fructus* ſinguli, Amygdali nanæ propemodum magnitudine. Hi virides ſunt, continentes ſub ſcabra craſſiuſcula carnoſa cute, undique rigidis villis quaſi aculeis veſtita *ſemen* unicum depreſſum, Citrulli ſemine paulò minus, foris fuſcum intus candidum, & in apice duabus vix apparentibus eminentiis donatum, ut Cucurbitæ genus eſſe diceres.

Annua eſt hæc planta, quæ ex deciſis ſeminibus quotannis regerminat, ea ſæpe luxurie, ut niſi ſoboles ſedulò evellantur, & rami maturiùs præcidantur, facto incremento vicinas ſtirpes irretiat & ſtrangulet.

Sapor percipitur acris, amarus, nauſeoſus, Bryoniæ albæ ſimilis: Huic quoque virtute purgandi forte non diſſimilis eſt.

4. Pada-Valli ſeu Pada-Kelengu H. M. P. 7. T. 49. Bryonia lævis *Malabarica*, folio integro, acinis officulum rotundum planum continentibus.

H. M.
Radix longa, craſſa, fibris terræ affixa; *cortex* fuſcus eſt & amarus. *Caules* tenues, villoſi, virides, lignoſi. *Folia* in piloſis & ad originem extuberantibus petiolis proveniunt, oblonga, triangularia, ad exortum latiora, in cuſpidem unius duorúmve pollicum extenſa, texturâ denſa & craſſiuſcula, ſuperficie interiori ſcrabra & ſubaſpera, viroris communis; exteriori leni, admodum villoſa, viroris vividi. *Flores* admodum minuti, albicantes, racematim ſupra ex origine foliorum producuntur. *Fructus* in racemis acini ſunt minores, primò oblongo-rotundi & parùm compreſſi, dein rotundiores, coloris in principio viridi-diluti & minutis pilis obducti, poſtea candidi & nitentis, ſaporis ſubamari & parùm pungentis. Singuli acini *officulum* habent rotundum, planum, bilaterale, in unoquoque latere tribus ordinibus denticulorum minutorum obſitum. Officula

Officula primum flava, poſtea fuſca ſine ullo nitore. *Locus.*

Paloerti, Cochin & alia loca pro natali ſolo agnoſcit. Floret menſe Auguſto, Septembri & Octobri. Fructus circa finem anni ad maturitatem perducuntur; ſemper viret. *Tempus.*

Radix cum lacte ebutyrato & ſemine Cumini ſumpta dyſenteriæ & hæmorrhoidibus inſervit; cum aqua calida flatus diſcutit. Succus foliorum expreſſus rubedinem oculorum ſolvit & capitis dolores mitigat. *Virtus.*

5. Bryonia alba triphylla geniculata, foliis craſſis acidis *Slon. Cat. Jamaic.* Bryonia *Curaſſavica*, folio dentato, craſſo & ſuccoſo caule *P. B. P. Herm.* Bryonoides trifoliatum *Indicum* foliis ſucculentis, craſſis & crenatis *Pluk. Phytogr.* T. 152. F. 2.

D. *Sloane.*

Radix huic bipedalis aut tripedalis, rubeſcens, fibras ſeu radices minores emittens, longiuſculas & geniculatas ſub terræ ſuperficie: *Caulis* geniculatus, è fuſco rubeſcens, digiti humani craſſitie, ad unumquodque geniculum in angulum, valde tamen obtuſum, inflexus, claviculis ſuis perticis aut arboribus vicinis adhæreſcens, ſumma parte versùs faſtigium multis *foliis* obſitus, tribus perpetuò eidem geniculo longiuſculo inſidentibus. *Folia* craſſa ſunt, ſucculenta, acida, & ad margines denticulis profundioribus ſerrata. *Caules* versùs ſummitates rubent; ubi & *flores* conſiſtunt, in racemos aut corymbos Hederæ æmulos congeſti, colore herbaceo; quibus ſuccedunt *baccæ* exiguæ, Piſo parvo non majores, rotundæ, nigræ, pediculis ſemuncialibus viridibus inſidentes, pulpam intus è viridi nigricantem, & officulum parvum rotundum cum nucleo albo, continentes.

Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, & in prato circa urbem S. *Jago de la Vega* arbores & palos ſcandit. Maio floret.

Succus ad eoſdem uſus ad quos Acetoſæ ſuccus adhibetur.

6. Bryonia alba geniculata, Violæ foliis, baccis è viridi purpuraſcentibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caules promit geniculatos, digitum minimum craſſos, claviculis ſuis tortilibus vicinum quodcunque apprehendentibus, ad 7, 8, aut etiam 30 pedum altitudinem aſſurgentes, teretes, virentes, unoquoque geniculo in angulum valde obtuſum flexo, foliáque pediculos & flores emittente. *Folia* ſemunciali pediculo inſident, 4 uncias longa, tres ad baſin ſubrotundam lata, colore obſcurè viridi, Violarum folia nonnihil referentia. *Flores* flavi, pallide lutei, multi ſimul congeſti, ut in congeneribus; quibus ſuccedunt *baccæ* purpuro-rubentes aliarum hujus generis aut Hederæ ſimiles.

Cum priore reperitur, necnon circa **Black-River-Bridge.**

7. Bryonia racemoſa, foliis ficulneis *Plumier* 3. Tab. 97. *Slon. Cat. Jamaic.*

Radix hujus plantæ figurâ ſua Rhaphanos majores refert, éſtque ejuſdem conſiſtentiæ, foras cinerea, intus alba, verùm in medio medullam habet quodammodo lignoſam.

Plura emittit *ſarmenta*, 4 aut 5 lineas craſſa, anguloſa, viridia, nodoſa, fragilia: Ad unumquemque nodum *folium* apponitur unicum, unáque clavicula velut vitis. Folia autem ejuſdem ferè magnitudinis ſunt, formæ, & aſperitatis cum Ficulneis foliis, quamvis non adeò ſpiſſa ſint, nec æquè fragilia; nonnulla magis, nonnulla minùs inciſa quàm Ficulnea, etiam in eadem planta; omnia denticellis circumcirca ſerrata.

E geniculis ſuperioribus exeunt ramuli ſatis longi, tenuiores, ad intervalla longiora, quorum unuſquiſque duas florum ſpecies geſtat, alios ſc. ſteriles, alios fertiles. Steriles parvi velut calices ſunt, pediculo duas tréſve lineas longo inſidentes, trium circiter unciarum diametro, cum parvo in medio ſtylo: ora 5 foliolis cingitur, pallidè flavis, acutiuſculis, extremitate fiſſis, & foras recurvis. Fertiles multò minores ſunt, rudimento fructûs inſidentes, qui tandem figuram & craſſitiem noſtratium olivarum aſſequuntur; pediculis tenuibus adnexi ſurſum reflexis, quo fit ut & Fructus illorſum ſpectent; Quorum tunicula valdè tenuis eſt & lævis, initio viridis, poſtea ruber coralli inſtar, carnis nonnihil mucilaginoſæ, ſucculentæ, albicantis & amaræ includens, unà cum duobus tribúſve ſeminibus, Melonum noſtratium figura & magnitudine. Hi Fructus omnes ſimul uvæ ſeu racemi ſpeciem quandam exhibent, viſu jucundam, per maturitatem maximé.

Variis in locis Inſulæ *Dominici* Maio & Junio menſibus floret. In inſula *Barbados* copioſè etiam provenit, obſervante D. *Sloane.*

8. Bryonia alba triphylla maxima *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulem edit multangulum, pennæ Anſerinæ craſſitie, geniculatum, ad intervalla digitalia aut longiora è geniculis incurvis *folia* eíſque oppoſitas claviculas emittentem, 3 uncias longas arbores aut frutices proximos apprehendentes. *Folia* terna ſimul in eodem ſeſcunciali pediculo; medium ſeu pediculo oppoſitum ſeſcunciam longum, & latiſſima prope extremitatem parte unciam latum, omnia glabra, luteo-viridia. Qualem florem fructúmve producat non obſervavi, à foliis tamen & claviculis præcedentis ſimilibus Bryoniæ ſpeciem eſſe conjicio.

Reperitur arbores majores ſcandens ſecus viam qua ab urbe S. *Jago de la Vega* verſus *Guanaboa* itur, & prope domum D. *Guy.*

9. Bryonia nigra fruticosa, racemi ramulis variè implicitis atque caudæ scorpii in modum in se contortis, baccis albis, unâ vel altera maculâ nigrâ notatis. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus plantæ lignosus, prope terram brachium humanum crassitudine æquat, arboribus vicinis se circumvolvens, glaber, durus coloris leucophæi obscuri, in multos ramos tortiles & volubiles brachiatus, ad 7 aut 8 pedum altitudinem ascendens. Prope ramulos extremos *Folia* existunt, alternatim sita, ad intervalla semuncialia, in pediculis $\frac{1}{8}$ unciæ longis, unciam longa, mediâque latissima parte semunciam lata, glabra, colore leucophæo obscuriore, paulùm reflexa. Ad surculorum apices egrediuntur ramuli plures, 2, 3ve uncias longi incurvi, variè intorti & sibi invicem implexi, quorum unusquisque caudæ Scorpii aut Heliotropiorum in modum reflectitur, ínque pediculis tenuissimis *flores* plurimos perexiguos, quinquepartitos, herbaceos sustinet, quibus succedunt totidem *baccæ*, granorum Piperis magnitudine, rotundæ, primò virides, per maturitatem albæ, uno vel altero puncto nigro ſnſſd, unum aut duo semina nigra rotunda in pulpa quadam continentes.

In prato circa urbem S. *Jago de la Vega* arbores & palos scandens invenitur.

10. Bryonia *Zeylanica* foliis profundè laciniatis *Hort. Leyd.* 95. *Zeylanica* fœtida, flore luteo major, fructu rubro oblongo, *Kopalam Zeylanensibus* dicta *P. B. P.* Momordica minor Indiæ Orientalis, Bryoniæ facie, fructu glabro, molli, uvæ crispæ magnitudine, & effigie, suave-purpurascente, lineis niveis striato *Breyn. Prod.* 2. 74. Balsamina Cucumerina, minore fructu, oblongo-rotundo, glabro, *Malabarica Cat. Hort. Med. Amst. Pluk. Almag. Bot.*

Folia in specimine nostro a D. *Sherard* accepto profunde laciniata non sunt.

11. Bryonia nigra fruticosa, foliis integris, ex adverso positis, flore luteo racemoso fœtido *Slon. Cat. Jam.*

D. *Sloane.*

Caulem edit hæc planta sarmentosum, minimum digitum crassum, cortice fere glabro, albo obtectum, inter arbores vicinas prorepentem, ramos hìc illic emittentem, pedem longos, *foliis* ornatos, binis simul ad digitalia intervalla sibi mutuo oppositis, in pediculis $\frac{1}{8}$ unciæ longis, ipsa 3 dig. longa, mediâque latissima parte $1\frac{1}{4}$ lata, colore intensè viridi, tenuia, costa media insigniore transversos aliquot nervos emittente. Ramorum summitates occupant plurimi *florum* fasciculi, quorum unusquisque pediculo imbelli incumbit, viridi incluſus calice, longus, tetrapetalus, flavus, cum flavis intus *staminibus*, odore fœtido & ingrato.

Inter arbores secus viam quæ ducit ab urbe S. *Jago de la Vega* versùs *Guanaboa* reperit D. *Sloane.*

12. Bryonia nigra fruticosa, foliis Laurinis, floribus racemosis speciosis *Slon. Cat Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caules huic teretiusculi, è fusco rubentes, pennæ Anserinæ scapi crassitudine, quibus arborum truncis se circumvolventibus, in altum scandit. *Folia* hic illic emittit in pediculis $\frac{1}{3}$ unciæ longis, 4 uncias in longum extensa, latitudine in media parte ubi latissima dupla, initio angusta & ad extremum obtusa, integra, glabra, costa eminente media percurrente. *Flores* in summis ramulis multi, fasciculatim congesti, parvi, speciosi.

In insula *Jamaicæ* parte Septentrionali **St. Maries** dicta, loco *Cabeca del oro* vocato collegit D. *Sloane*, inter arbores.

13. Bryonia *Africana*, fructu rubro Pyriformi D. *Herman.*

Caules in exemplari nobis à D. *Sherard* communicato prætenues erant, *folia* parva; ima circumscriptione subrotunda, superiora angulosa, in 3 & 5 lacinias profundè incisa, Acernorum modo. Flore & fructu viduum erat.

14. Bryonia *Africana* minima, foliorum segmentis obtusis aut subrotundis D. *Sherard.*

Folia parva sunt, ungue pollicis vix majora, circumscriptione subrotunda, verùm profundè incisa in 3 insigniores lacinias, quarum laterales in duas alias dividuntur. Ramulum duntaxat siccum vidimus flore & fructu destitutum.

15. Bryonia fructu alato, foliis auriculatis *Plumier.* 84. Tab. 98.

Radix hujus interdum crassa est, ovi Anserini figurâ, 4 aut 5 pollices longa, crassitudine longitudinis dimidia, ad utrumque extremum rotundata, Rhaphani consistentiâ, absque medulla solidiore. *Cortex* valdè tenuis est, coloris cineracei, paullùm rugosus & tuberculis inæqualis: Caro alba, tenera, Fabæ sapore.

Unum solummodo sarmentum exserit, prætenue, viride, glabrum nodosum, per sepes se spargens, initio sui crassius, ubi etiam etiam plures radiculas fibrosas, cinereas emittit. Ad unumquemque nodum duæ parvæ spinulæ exeunt, valde teneræ, & ex earum medio folium satis tenerum, pediculo 3 uncias longo appensum, ipsum itidem tres circiter pollices longum, basi in duas eminentias auricularum æmulas dilatatâ ad duos fere pollices; verùm

corpus

corpus folii valde anguſtum eſt & in acumen deſinit, ſubtus albicans, tantillum lanuginoſum, tribus parvis nervis per longitudinem exporrectis, ſupernè glabrum & hilarè viride.

E foliorum ſinubus exeunt ramuli, 4 pollices longi, *floſculis* perexiguis onuſti, calice capitis aciculæ craſſitudine, è quo exeunt 5 parva foliola alba.

Floribus ſuccedit Fructuum racemus uvæ figura ad dimidium fructum Aceris accedentium, 6, 7ve lineas long. 3 lat. initio velut argentat. Semen claudentium Lenticulæ ſimiles, ſapore leguminoſo.

Circa portum Paris in Inſula *Dominici* oritur.

16. Bryonia aſpera *Maderaſpatana*, limbis foliorum ſpinulis rarioribus denticulatis *Pluk. Almag. Bot.*

17. Bryonia lævis *Americana*, Epimedii foliis plurimis ad caulium nodos verticillatim dependentibus ex Inſulis *Caribbeis Pluk. Almag. Bot.*

18. Bryonia alba lævis *Americana*, flore albo-nitente *Pluk. Phytogr.* T. 272. F. 3. An Br. *Aurubica*, floribus albis Jaſmini æmulis, radice magna tuberoſa, quâ exſiccata & comminutâ panis loco utuntur incolæ, quibus *Neboy* audit. *Hort. Beaum.*

19. Bryonia *Curaſſavica* floribus albis Jaſmini *P. B. P.* Flos componitur è 4 petalorum ſegmentis cordiformibus. Indigenæ in Annonæ caritate radice utuntur loco *Caſſavi.* Præcedenti eadem eſſe videtur.

20. Bryonia nigra, nervoſis foliis ſubtus cæſiis, *Virginiana Pluk. Mantiſſ.*

21. Bryonia *Africana* hederæ folio, parvo, hiſpido *Ejuſd. ibid.*

22. Bryoniæ ferè foliis antagoniſtis, radice fibroſa, Caryophylli odore planta Convolvulacea *Carolinienſis, Pluk. Mantiſſ.* In Horto *Gulielmi Darby* cultam vidit.

23. Bryonia *Americana*, fructu aureo, Ceraſi parvi magnitudine, tetrapyreno, venenato, *Barbadenſibus* noſtratibus **Poiſon-withe** dicta *Pluk. Phytogr.* T. 151. F. 4.

24. Bryonia *Africana*, foliis Lupuli ſcabris *Ejuſd. ibid.* F. 5.

25. Bryonia Sideritidis folio multiplici diſpermos, flore cœruleo *Prom. Bonæ Spei Ejuſdem* T. 152. F. 1.

26. Bryonia *Americana* repens, folio anguloſo *Tournef. Elem. Bot.*

P. 662. Ad Cap. De Solano racemoſo Americano add.

Hæc planta *Solanum racemoſum tinctorium American. foliis & ſeminibus Amaranti* P. Hermanno in *Cat. Hort. Med. Lugd. Bat.* dicitur. Baccæ autem non 4 duntaxat ſemina ſingulæ continent, ſed plura, ex obſervatione *Rudolphi Jacobi Camerarii*, in *Ephem. German.* An. 16. p. 189. Nos deſcriptionem *Parkinſoni* Latinam factam adhibuimus, quòd planta ipſa ad manum non eſſet.

Baccarum ſucco ad cortices, quibus corbes ſuos texunt, rubro colore tingendos utuntur Indi *Novæ Angliæ* incolæ: *Anglis* colonis **Red-weed** dicitur. *Pocan Virginienſibus*, & noſtratibus **Pork-Phyſick** i. e. *Porcorum Medicina*, nuncupatur.

Radicis ſuccus unius aut duorum cochlearium menſurâ ſumptus purgat ſatis valdè, unde à *Virg.* *Virginiæ* & *Novæ Angliæ* colonis pro cathartico familiari uſurpatur, auctore *Parkinſono*, qui tamen in radice exſiccata ejuſmodi effectum expertus non eſt.

1. Solanum racemoſum *Americannum* minus *Slon. Cat. Jamaic.* Amaranti ſemine & facie *Americana*, foliis Circææ *P. B. P.* Amar. baccifer *Indicus* minor, Circææ foliis & facie *Hort. Beaumont.* p. Amar. baccifer Circææ foliis *Hort. Amſt.* *rar.* D. *Sloane.*

Radix parva, oblonga, fibroſa *caulem* emittit teretem, bipedalem, ramoſum. *Folia* nullo ordine poſita, crebra, Circææ *Lutetianæ* ſimilia, duntaxat minora. *Flores* ſpicati, in ſummis caulibus & ramulis multi ſimul, pilis rigidioribus ſeu ſpinulis mollibus aſperi. Florum ſingularium petioli perbreves, ipſi albi, tetrapetali: qnibus ſuccedunt *baccæ* minimæ, primò virides, deinde rubentes.

In ſylvis *Jamaicæ* & *Caribbearum* inſularum ubique.

P. 661. Ad Cap. De Solano racemoſo ſive Chriſtophoriana.

1. Chriſtophoriana *Americana*, Malabathri foliis acuminatis nervoſis, dentata *Pluk. Phyt.* T. 159. F. 1. An Caaghiyayo *Piſon?* **Nettle-tree** Barbadenſibus dicta.

2. Chriſtoph. *Virginiana*, Zarzæ radicibus ſurculoſis & fungoſis, Sarzaparilla noſtratibus

dicta *Pluk. Almag. Bot.* T. 238. F. 5. Herba tum fortè Canadenſium ſeu Panaces moſchatum *Cornut.*

P. 667. Ad Cap. De Polygonato.

1. Polygonatum humile Anglicum *Synopſios* noſtræ *Stirp. Britan.* In ſylvis *Wiltonienſibus* obſervatum. D. *Bobart.* A vulgari parvitate & humilitate tantùm differt.

2. Polygonat. Hellebori albi folio, caule purpuraſcente D. *Bobart. Synopſ.* noſtræ *Stirp. Brit.* In ſylvis ad latus Boreale montium *Mendippenſium* in Comitatu *Somerſetiæ* Angliæ. An Polygonat. latifolium, cauliculis rubentibus non deſcriptum *Hort. Lugd. Herman?*

3. Polygonat. perfoliatum minus *Virginianum*, folio ſubrotundo brevi *Pluk. Almag. Bot.* An Polyg. perfoliatum flo. ochroleuco, capſula trigonali D. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg?*

4. Polygonat. minus, anguſtiore folio, perfoliatum ex *Virginia Ejuſd. ibid.* An Pol. ramoſum capſula priſmali *Baniſt?*

5. Polygonat. racemoſum *Americanum*, Ellebori albi foliis ampliſſimis *Pluk. Phytogr.* T. 311. F. 2.

6. Polygonatum minus, anguſtifolium ramoſum, flore ad geniculum ſingulari, longo, gracili, pendente, *Virginianum Pluk. Mantiſſ.*

7. Polygonatum latifolium vulgare, cauliculis rubentibus *H. L. Bat.*

8. Polygonatum *Americanum* ſcandens altiſſimum, foliis Tamni *Plumier. Tournef. Inſtit.* p. 78.

9. Polygonatum latifolium, flore pleno odorato Muntingii *H. R. P.* Sigillum Solomonis flore pleno *Dodart. Mem. Moriſ. hiſt.* P. 2. ubi deſcriptionem vide.

P. 663. Ad Cap. De Ruſco & Lauro Alexandrina ſeu Hypogloſſo.

1. Laurotaxa epiphyllocarpos crenatis foliis maxima, è ſingulis foliorum crenis baccifera *Pluk. Mantiſſ.* Ex inſula *Palma* nuper allata eſt.

2. Laurotaxa epiphyllocarpos, anguſtifolia, minor ramoſa, baccis è crenis foliorum prodeuntibus, *Jamaicana Ejuſd. ibid.* Hujus deſcriptionem vide inter *Filices.*

3. Laurotaxa epiphyllocarpos *Alexandrina*, medio folio bacca inſidente, Victoriola quibuſdam, *Ejuſd. ibid.*

Ad ſpeciem 5tam in Append. p. 1875.

Hanc plantam D. *Sherardus* eandem eſſe putat cum ſpecie noſtra 4ta in *Hiſtor.* Quam enim (inquit) *Breynius* in *Belgio* obſervavit eandem eſſe credo quam deſcripſit & depinxit *Hermannus* in Append *H. L. B.* p. 681. Foliis longioribus & anguſtioribus variat.

1. Lilium convallium ad radicem monanthemum *Mentzel. pugill.*

2. Lilium convall. latifolium flore pleno variegato *Tournef. Inſtit. Bot.* p. 77. Hanc ſpeciem (inquit D. *Sherardus*) vidi in Horto Monaſterii S. *Franciſci Recollectorum* dicti, Suburbio S. *Martini Pariſ.* Frater *Didacus* florem odoratum proferre retulit, unde varietatem ſpeciei præcedentis, latifolii ſcil. *C. B.* eſſe credo. Erat autem planta vulgari duplo major.

P. 669. Ad finem Cap. De *Ipeca-coanna* add.

Hanc plantam (inquit D. *Sherardus*) his nominibus inſignitam accepi. Sipo di Cameras, Bequiuli vulgo *Portugal.* Baxugillo *Hiſpanicè*, Beſugilla *Garc.*

Pometius in *Hiſtor. Medicam. Simplic. Appen.* tres ſpecies nominat. Quarta etiam mihi conceſſa fuit à Clariſſ. *Tournefortio* è *Portugallia* delata, quæ coloris eſt flaveſcentis, non geniculata. Hæc ſpecies vomitum non movet, ſed per ſedem ſolummodo purgat. D. *Sherard.*

Ad vires hujus plantæ adde

Ad dyſenteriam remedium eſt ſingulare, ſpecificum, & prope infallibile, per totam *Europam* celeberrimum.

P. 670.

P. 670. Ad Cap. De Solano tetraphyllo. Add.

1. Solanum *Virginianum* triphyllon, tripetalo flore atro-purpureo, in foliorum ſinu abſque pediculo ſeſſili *Pluk. Phyt.* T. 111. F. 6. *Baniſt. Cat. Stirp Virgin.*

Hujus flos (inquit D. *Baniſter)* ſex petalis conſtare videtur, quorum tria ſubjecta tota viridia ſunt & brevia : [*Hæc calicis potiùs ſegmenta ſunt, quàm floris petala*] tria verò ſuperiora longiora atro-purpuraſcunt, ut in *Solano triphyllo Canadenſi Cornut.* 166. à quo hæc planta ſpecie differt.

2. Herbæ Paris affinis tetraphyllos aut pentaphyllos *Marilandica* parva, floris calice triphyllo. Helleborine affinis Planta *Mariana*, Herbæ Paridis facie quinquefoliata *Pluk. Mantiſſ.*

Caulis circiter palmaris eſt, quatuor in faſtigio *folia* geſtans, parva, ab anguſto principio ſenſim dilatata, tandem in acutum mucronem brevi contracta. Flori ſubſunt pro calice tria foliola longiſſima & anguſtiſſima. Flos qualis fuerit in ſicca diſcernere non licuit.

3. Lilium ſive Martagon puſillum *Virginianum*, floribus minutiſſimis herbaceis *Pluk. Almag.* T. 328. F. 4.

Cauliculo eſt longo nudo, ſumma parte 6 folia geſtante, eodem quo *Herba Paris* ſitu, in mucrones longos producta. E centro foliorum ſeu caulis faſtigio exſurgit pediculus ut in *Herba Paris*, inter bina foliola, reliquis ſimilia ſed minora, florem & fructum geſtans, qui quales fuerant in ſicca diſcernere non licuit. Caulis tomento raſili obductus eſt, & prope imum articulum habet, ubi foliolum membranaceum acutum eum amplectitur.
Hujus iconem habet D. *Plukenet* T. 328. F. 4.

P. 671. Cap. 19. Ad Plantam ibi deſcriptam adde Synonyma ſequentia.

Papaveri affinis montana, Ranunculi nemorenſis radice *Herman. H. L. B.* Solano congener Monophyllum aut diphyllum, Aconiti folio, flore albo *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Nymphææ congeneri Anapodophyllon dictæ accedens polyphyllos ſeu Dracontii ſimilis Herba Americana puſilla *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 7.

Ad Cap. De Solano.

P. 672. D. *Tournefort* in hiſtoria Plantarum circa *Pariſios* naſcentium.

1. Solanum Officinarum acinis puniceis C. B. &c. item Sol. Offic. acinis luteis *ejuſdem*, non tantùm varietates Solani Officinarum, ſed plantas revera ſpecie diſtinctas eſſe contendit. *Prior* quippe major eſt quàm Solan. vulg. radice craſſiore, caule circiter bipedali, & velut foliato, ab imo nonnunquam in ramos diviſo, oblique elatos, & ad latera valde ſe extendentes. *Folia* ad figuram haſtæ cuſpidis magis accedunt quam ejus quod baccis eſt nigris, circa margines minùs undata, & pilis magis conſpicuis obſita. *Fructus* ovatus eſt, 4 lineas [menſuræ *Pariſ.*] longus, 3 latus. Hæc ſpecies odorem magis ſoporiferum mihi habere videtur. *Tournef.*
Poſterior radice & caule cum præcedente convenit. *Folia* magis undata ſunt, & velut profundè crenata, utrinque lanuginoſa. *Fructus* initio virides ſunt, per longitudinem albo radiati, per maturitatem Ochræ colore. Succus ſubacidus eſt, vinoſus, aliquantulum coloratus. Semina pauca carne luteola ambiuntur. Odore ſoporifero vehementiori præditum quàm præcedentes mihi viſum eſt. *Tournef.*

Pro 2da ſpecie interponatur,

3. Solanum lignoſum ſeu Dulcamara marina *Cat. Ang.* Toto habitu & omnino ſpecie diverſum eſt à præcedente.

4. Solanum vulgari ſimile *Africanum*, foliis frequentibus & profundiùs crenatis *P. B. P. Moriſ. hiſt.* P. 3. A vulgari non aliter differt quàm foliis frequentioribus, ut plurimum minoribus, & per ambitum in profundiores & crebriores lacinias diviſis.

5. Solani lignoſi ſeu Dulcamaræ alatis foliis non auritis, Frutex *Indicus*, per ſummos ramos floridus *Pluk. Almag. Bot.* T. 317. F. 1. nondum edit. An Pee-ula *H. M.*

6. Sol. arboreſcens ex *Vera cruce* latifolium, Fortè *Modera-Canni H. M.* P. 2. F. 19.

7. Sol. *Æthiopicum* maximè tomentoſum caule ſolummodo, non foliis aculeatum *Pluk. Almag. Bot.* T. 316. F. 1.

An

An Solanum lanuginosum spinosiss. arboreſcens *Æthiopicum Munting. Herbar. Belgic?* Cauliculi spinis rectis rigidis muniti sunt : *Folia* marginibus paullum undulata ; petiolis uncialibus ; adeò densa lanugine obsita, ut tractantibus holoſericea videantur : *Flores* parvi obtusiores, fructus parvi orbiculares. D. *Bobart.*

8. Sol. tomentosum *Canarienſe* spinosum, fructu Ceraſorum forma & magnitudine *Pluk. Almageſt.* T. 316. F. 3.

Hujus fructus sunt saturatè Laccæ coloris ex quibus Fucum conficiunt Insulanæ mulieres, quo faciem oblinunt & ex pallida rubicundam efficiunt, ut Amasiis suis formosiores videantur. *Idem.*

9. Sol. spinosum, profundè laciniatis foliis, subtus lanuginosis, *Maderaſpatanum Pluk. Phyt.* T. 316. F. 4. An *Scheru-Chumda H. M.* P. 2. F. 36. Jurepeba fœmina *Piſonis?*

10. Solanum spinosum *Jamaicenſe* glabrum, foliis parvis, minùs profundè laciniatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 316. F. 5. An Solanum bacciferum caule & foliis tomento incanis, *&c. Sloan. Cat. Jamaic.* vide infra.

11. Solanum lanuginosum *Marilandicum*, floſculis in tenuibus pediculis è foliorum alis egreſſis singuli singulis.

Post quartam speciem adde,

12. Solanum *Americanum*, Strychnodendro accedens, fructu medio ante maturitatem quasi fisso. An Solanum fruteſcens *Braſilianum*, foliis Capsici, baccis rubris *P. B. P. Pluk. Phytogr?* T. 111. F. 4.

P. 674. Ad 9am Speciem nota. Planta spinosiſſima *Virginiana* Boraginis flore *Tradeſcantii* ex sententia D. *Plukenet* eadem est Solano pomifero fruticeſcenti *Africano* spinoso nigricanti, Boraginis flore, foliis minùs profundè laciniatis, spinis multò longioribus, majoribus & crebrioribus horrido, in horto Reverendiss. *Epiſcopi Londinenſis* nobis viso, cujus meminimus *Hiſt.* p. 1799.

P. 674. Post decimam Speciem adde,

13. Solanum spinosum *Indicum* Borraginis flore *Robert. ico. Hort. Reg. Pariſ.* & Solanum spinosum maximè tomentosum *Boccon. Sic.* sunt plantæ diversæ. D. *Sherard.*

14. Solanum incanum *Chinenſe* minùs spinosum floribus parvis ferè umbellatis *Pluk. Phyt.* T. 62. F. 1. An Solanum bacciferum caule & foliis tomento incanis spinosum, flore luteo, fructu croceo minore D. *Sloane*, paulò inferiùs descript.

15. Solanum *Indicum* spinosum, atro-virens, undique glabrum foliis Brancæ-ursinæ divisurâ *Pluk. Phyt.* T. 62. F. 1. An Solanum pomiferum spinosum *Indicum*, fructu echinato, foliis Cardui seu Acanthi spinosi *Breyn?* An Juripeba posterior *Piſonis?*

Caulis erectus, glaber, viridis, 3, 4ve pedes altus, ramosus. *Folia* ampliſſima, pedalis fere longitudinis, in lacinias cuspidatas Brancæ-ursinæ divisurâ incisa; cujus etiam latitudinem, glabritiem, mollitiem, coloremque atro-virentem imitantur, ut & anguſtiam ad pediculum. Pediculi nervique foliorum spinosi. Flores pallidè cærulei; Fructus parvi rotundi.

16. Solanum *Americanum* perenne subincanum, fructu pyriformi longiore, spinis plurimis armatum *Pluk. Phyt.* T. 225. Folia lata, subincana, Quercina divisurâ; ast acutiore.

Ad Poma amoris adde,

1. Solanum pomiferum fructu rotundo, molli parvo, rubro plano *Hort. Reg. Blæſ.* amoris fructu Ceraſi *H. R. P.*

2. Solanum pomiferum fructu rotundo aureo plano *Moriſ. hiſt.* P. 3.

3. Solanum pomiferum fructu striato & sulcato aureo *Hort. Reg. Blæſ.*

Has plantas pro distinctis speciebus habet D. *Bobart.* quia ex eodem semine non oriuntur.

4. Solanum pomiferum spinosum *Americanum*, foliis Polypodii more dissectis D. *Herman.* Spinæ rariores tum costæ folii mediæ, tum nervis lateralibus innascuntur. Hujus folium tantùm vidimus à D. *Sherardo* communicatum.

5. Sola-

5. Solanum pom. ſpinoſum foliis maximis anguloſis, lanuginoſum valdè, *Mala Battod Zeylanenſis.* Tota planta lanugine ſordidè flavicante denſa obducta eſt. Caulis ſpinulis brevibus crebris obſitus. Spinulæ etiam coſtæ foliorum mediæ & nervis lateralibus innaſcuntur rariores. Folia anguloſa ſunt, non tamen admodum profundè diſſecta. *Flores* caulibus brevibus pediculis adnaſcuntur, perianthiis villoſiſſimis excepti.

6. Solanum ſpinoſum *Indicum* Ficûs folio D. *Sherard.*

Folia hujus non uſque adeò villoſa ſunt ac Præcedentis, ſed potiùs lævia. Spinæ per foliorum nervos nullæ aut pauciſſimæ, in caule & foliorum pediculis raræ. *Flores* velut in faſciculos congeſti, plurimi ſimul in pediculo communi è caule egrediuntur.

7. Solanum *Africanum* fruteſcens ſpinoſum, Rhamni *Monſpelienſis* cortice albo *J. B.* facie, floribus cœruleis, baccâ rubrâ D. *Sherard.*

(1) Eſt & alia hujus ſpecies foliis anguſtioribus, floribus oblongis albentibus, D. *Plukenet* Sideritis *Æthiopica* major & ramoſior, ramis Lycii more in aculeos rigidiores deſinentibus dicta Tab. 315. F. 5.

(2.) Item 3tia foliis anguſtiſſimis, floribus oblongis, tubuloſis, pendulis, colore florum Solani lethalis. D. *Sherard.* Ex intuitu plantæ extra florendi tempus nemo Solanum eſſe ſuſpicaretur.

8. Solanum *Africanum* lignoſum ſemper virens Laurinis foliis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

9. Solanum pomiferum *Portoricenſe* ſpinoſum, foliis integris, aureis ſpinis armatum *P. B. P. Pluk. Almag. Bot. Item* Solanum *Indicum*, Boraginis flore, folio molli lanuginoſo, longis aculeis flaveſcentibus armato *Schol. Bot. Ejuſd.* D. *Sherard.*

Ad 5 pedum altitudinem aſſurgit hic in Horto Illuſtriſſimi Ducis de *Beaufort, caule* ligneſcente, ſpinis coloris aurantiaci brevibus undique horrido. *Folia* digitum & ſeſquidigitum longa, pollicem [nonnulla duas uncias] lata, integra, acuminata, iiſdem ſpinis, ſed rariùs diſpoſitis per medium nervum ſupra infráque armata. *Flores* è foliorum alis versus ſummitatem, pediculis tenuibus digitalibus innixi, plures eidem pediculo inſidentes, monopetali, in 5 lacinias anguſtas, plerunque reflexas, diviſi, coloris candidiſſimi, cum ſtaminibus in medio luteis, more congenerum. *Fructum* nondum produxit. Plantæ ætate provectior & lignoſior facta folia abſque ſpinis & caules inermes profert.

Deſcriptio Solani ſpiniferi fruteſcentis, ſpinis igneis *Americani Pluk.* Tab. 225. *Hiſt. Oxon.* Tom. 3. p. 521. huic convenit: At flores cœruleos, Boragineos referentes ei attribuit D. *Bobart.*

10. Solanum fruteſcens, folio integro cordiformi *Hort. Badmington* D. *Sherard.*

Sex pedes altitudine explet, *caule* ſpinoſo, in paucos ramos brachiato. *Folia* integra, cordiformia, acuminata, ampla, pediculis longis dodrantalibus appenſa, ſuperne viridia, infernè molli lanugine pubeſcentia. Pediculi & foliorum nervi majores ſpinis brevioribus, pallidè viridibus, rarioribus exaſperati. *Flores* pediculis digitalibus, ſpinoſis, versùs ſummitates caulium prorumpunt: ſunt autem antequam expanduntur foris villoſi, & in mucronem recurvum extenſi, adeò ut papilionacei eſſe videantur: cùm verò ſe aperit *Flos* more congenerum formatus eſſe apparet, niſi quòd è 4 tantùm angulis conſtat, quorum duo longiores ſeu à centro magis remoti, reliqui duo breviores. In medio floris *piſtillus* 4 apicibus ſtipatur, quorum tres breves, quartus verò longo proboſcide falcato excurrit. Sequuntur *Fructus* rotundi, Ceraſorum magnitudine, flaveſcentes: ſemina circulo rugoſo cincta, majora. Flores omnes quos vidi hujus plantæ pariter conſtructi ſunt, & hanc formam conſtanter retinere Hortulanus affirmat. D. *Sherard.*

11. Solanum bacciferum, caule & foliis tomento incanis, ſpinoſis, flore luteo, fructu croceo minore *Slon. Cat. Jamaic.* An Jurepeba *Braſilienſibus Marcgrav?* Jurepeba prior ſive mas *Piſon?* An Solanum pomiferum *Braſilienſe* ſpinoſum folio minori & anguloſiori, flore albo *P. B. P. Herman?* D. *Sloane.*

Caules hujus plantæ ſpinulis brevibus incurvis, cuſpide deorſum ſpectante denſe obſiti ſunt, lanuginoſi, teretes, 3 circiter pedes alti, ad ſeſcuncialia intervalla *foliis* alternatim poſitis, 6 circiter uncias longis, 5 latis, initio anguſtis, & in punctum deſinentibus, circa margines valdè ſinuatis, hirſutis, lanuginoſis, ex albo viridibus, [coſtâ mediâ tranſverſos ſeu laterales nervos ſpinulis obſitos emittente] Solani ſpinoſi fructu rotundo *C. B.* per omnia ſimilibus veſtiti. Medio inter folia ſpatio Flores exeunt, duo tréſve ſimul in eodem ſemunciali incano pediculo, monopetali, oris in 5 lacinias reflexas, totidem petela imitantes diviſis, lutei, *apicibus* multis in medio erectis umbonem quendam ut in aliis Solanis efficientibus; quorum ſingulis ſingulæ ſuccedunt *baccæ*, ſphæricæ, Aurantii colore, Piſorum in agris ſato-

rum

rum magnitudine, 5 calicis foliis ſubſtratis, *ſeminibus* parvis, albis, compreſſis, figuræ irregularis, pulpâ Aurantiacâ intermixtis repletæ.

Locus. Circa urbem S. *Jago de la Vega* locis arenoſis & glareoſis ubique reperitur.

12. Solanum fruticoſum bacciferum ſpinoſum, flore cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Frutex iſthic tortuoſis lignoſis *caulibus*, digiti minimi craſſitie, cortice albicante tectis, acutis parvis brevibus ſpinulis horrentibus, ad 3, 4ve pedum altitudinem aſſurgit, in ramos & ſurculos diviſus, virides, foliis nullo ordine poſitis, ſemuncialibus pediculis inſidentibus veſtitos. *Folia* autem 2½ uncias longa ſunt, unam ferè lata, hirſuta & *Amomi Plinii* ſimilia. Prope ſummos ſurculos emicant *Flores* varii, purpurei, pentapetali, 5 Aurantiacis apicibus in medio erectis, umbonem quendam ut in reliquis Solanis efficientibus; Petala retrorſum reflectuntur. Succedit *bacca* rotunda, rubra, Amomi *Plin.* ſimilis, multis ſeminibus parvis compreſſis albis reniformibus repleta.

Locus. In maritimis arenoſis prope **Old-Harbour**, & ſecus viam quæ ducit ab urbe *S. Jago de la Vega*, verſùs agros D. *Cope* in *Guanaboa* frequenter reperitur.

13. Solanum *Zeylanicum* ſpinoſum, folio amplo incano, ad pediculum ſtrictiore: fortè Solan. ſpinoſum pomiferum *Indicum* album, ſeu ſoliis Hyoſcyami albi majoris *Breyn. Prod.* 1. *Pluk. Phytogr.* T. 226. F. 6. An Sol. baccif. caule & foliis tomento incanis, ſpinoſis, flo. luteo, fructu croceo minore, *Slon. Cat. Jamaic?*

14. Solanum *Barbadenſe* racemoſum, minus, tinctorium, Circææ foliis mollibus & incanis; fortè Heliotropium *Curaſſavicum*, Scammonii foliis mollibus ſubhirſutis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 112. F. 2.

15. Solanum bacciferum *Americanum*, fructu corymboſo, ex Inſula *Jamaicenſi Pluk. Phyt.* T. 226. F. 7.

16. Solanum mordens ſeu Capſicum latifolium, Mali *Æthiopici* fructu magno ſtriato compreſſo, *Americanum*. **Bonnet-Pepper** *Barbadenſibus* vulgo *Ejuſd.* T. 227. F. 1.

17. Solanum *Indicum*, Laurinis anguſtioribus foliis, maximum *Hort. Reg. Hamp. Ejuſd. ib.* F. 2.

18. Solanum bacciferum, vulgari ſimile, maximum *Sirinamenſe Par. Bat. prod. Elem. Bot. Tournef.*

19. Solanum bacciferum, vulgari ſimile, *Africanum*, foliis frequentiùs & profundiùs crenatis *Eorundem.*

20. Solanum fruticoſum *Indicum*, fructu rubro *Tournef. Elem. Bot. Cheruchunda H. M.* 2. 67.

21. Capſicum arboreſcens *Orientale*, fructibus oblongis parvis erectis *P. B. P.*

22. Solanum bacciferum fruticoſum, ſtipitibus & foliis majoribus, ſpinis ferocioribus armatis *Slon. Cat. Jamaic.* ſpiniferum fruteſcens ſpinis igneis, *Americanum, Pluk. Phytogr.* T. 225. F. 5.

D. *Sloane.*

Præcedenti ejuſdem nominis flore cœruleo per omnia fere ſimilis eſt, duntaxat major, ſpinulis ruberrimis, acutis, crebrioribus multóque majoribus, Roſæ caninæ æmulis, obſita, idque non ſolùm per caules & ſurculos ſed in averſis etiam foliis ſecundùm mediam coſtam. *Folia* præcipue multò quàm illius majora ſunt. Reliqua conveniunt.

In *Barbados* reliquiſque *Caribbæis* inſulis invenitur.

23. Solanum pomiferum tomentoſum, fructu pyriformi inverſo *Slon. Cat. Jamaic. Barbadenſe* ſpinoſum annuum, foliis villoſis, fructu aureo rotundiore, pyri parvi inverſi formâ & magnitudine, *Pluk. Phyt.* T. 226. F. 1.

D. *Sloane.*

In reliquis omnibus Jurepebæ *Piſonis* perſimilis, fructu tantùm differt, qui Pyri vulgaris magnitudine eſt, colore flavo, figurâ turbinatâ & exactè Pyriformi, ab initio ampliori paulatim gracileſcente ad apicem uſque.

Locus. Prope **Bridgetown** in *Barbados* inſula copiosè provenit.

Vires. Radix amara eſt & aperiens, meatus urinarios reſerans, verùm quia ob amarorem ingratior eſt Glycyrrhizâ *Americanâ* corrigi poteſt, & edulcorari.

24. Solanum *Americanum* laciniatum ſpinoſiſſimum *P. B. P.*

25. Solanum *Æthiopicum* pomiferum ſpinoſum, fructu ſulcato rubro *Ejuſdem.*

P. 674. Pro 8væ ſpeciei Synonymo adde, Solanum pomiferum fructu nigro ſpinoſum *C. B.*

26. An-

26. Anonymos baccifera verticillata, folio molli & incano ex *America Pluk. Phyt.* T. 136. F. 3. An Solanum bacciferum baccis nudis *Virginianum Baniſter Cat. Mſſ.* Hujus baccæ lætè rubentes quaſi murice tinctæ ſunt.

27. Solanum *Africanum* ſpinoſum, folio caneſcente undulato *Triumfetti Nov. Plantarum icon. & hiſtor.* Pomo de *Hiericho Imperati* & *J. B.* ſimile.

A *radice* circiter palmari, lignoſa, tenui, albo cortice veſtita, in plurimas (longiores quandoque) fibras divaricata, nec ſine ingenti fibrillarum capillitio, duobus nunquam cubitis major, apud me adolevit lignoſus *Caulis* minimi digiti craſſitudine, ac tomentoſi corticis amictu ex viridi caneſcens. Ex hoc caule numeroſa cremiorum obliquè procedentium ſoboles paulò ſupra radicem erumpit. Hos verò omnes acutiſſimi, at mediocris roboris muniunt ſubtilium ſpinarum leuco-flaveſcentes aculei, nunc lata, nunc ferè nulla baſe cortici adhærentes, tranſverſim ducti. Ramis denſa frondium alternatim diſpoſitarum ſemuncialis pediculi ope adnaſcitur copia: quarum craſſa ac ſolidior ſubſtantia tomento quodam undique obducitur, coloris ferè inſoliti, inter album, viridem ac flavum veluti medii. *Folia* in plantis annotinis unciam longitudine ſuperant, latitudine rarò attingunt, à plana latáque baſi conico proceſſu in acutum apicem deſinunt, undique ambitu ſinuoſo ac pulchrè undulato prædita. Nervus per mediam frondium ſubſtantiam multiplici lateralium propaginum ſerie diſcurrens, in poſtica parte elevatus, in anteriore cava ſui relinquit veſtigia, ac utrobique raras cæteríſque exiliores parturit ſpinas, quarum tamen fœtu in pleriſque frondibus ſterileſcit. E foliorum ſinubus exeunt *flores* plerunque ſolitarii in pediculis brevibus recurvis monopetali, è capitulo in 5 lacinias dehiſcente, Borraginis flore paulo majores, dilutiſſimè purpurei, in quorum umbilico aureorum ſtaminum brevis attollitur faſciculus. Flori ſuccedit pro fructu Pomum ſphæricum, per maturitatem intensè croceum, ac ſatis molle, Amomi *Vliniani* fructûs forma & magnitudine; carne intus viridi odorem viroſum ſpirante, *Seminibus* prædicti Amomi fœtum.

28. Solanum maximè tomentoſum, ſpinis carens *Virginianum Pluk. Phyt.* T. 316. F. 1. D. *Bobart.*

Planta hæc procerior, *Virginiæ* alumna, *caules* edit erectos, variè brachiatos, quibus *folia* integra, nonnunquam marginibus inæqualibus paululum ſinuata, inordinatim rariùs naſcuntur, nnà cum ipſis caulibus, tomento candido, nulliſque ſpinis omnino amicta. *Ramuſculi floribus* plurimis corymbatim diſpoſitis, pallidis, Boraginis minoribus acutis terminantur.

29. Solanum fruteſcens *Braſilianum*, foliis Capſici, baccis rubris *P. B. P. Americanum*, Strychnodendro accedens, fructu medio ante maturitatem quaſi fiſſo *Pluk. Phyt.* D. *Sherard.*

In ramulos lignoſos Strychnodendri ſeu Amomi *Plinii* æmulos fruticeſcit, & cubitalem & bicubitalem altitudinem aſſequitur. *Folia* 3 unciæ partes latitudine æquant, & longitudine ſeſcunciam, ex anguſto principio in medietate dilatata, & in mucronem terminata, viridia, *Amomi* rigidiora & breviora, ſine ordine cauliculis gracilibus adnata. E foliorum ſinubus *flores* prodeunt albi, parvi, Solanorum formâ, nunc ſingulares, nunc plures in racemulum congeſti, petiolis inſiſtentes: Quibus marceſcentibus *Baccæ*, *Solani* vulgaris magnitudine, ante maturitatem uno præſertim latere quaſi fiſſæ, maturæ verò in rotunditatem impletæ, aurantii coloris, aut ex luteo in rubicundum vergentis, ſuccedunt.

Solanum, Capſicum arboreſcens dictum, *Americanum* nigrum, foliis obſcuriùs virentilævioribúſque & magis obtuſis, ſive Seſelios *Æthiopici* fruticeſcentis *Breyn. Prod.* 2. Ramulis inordinatè naſcentibus fruticat cortice ſcabro nigreſcente tectis. *Flores* parvi, albi, plures ſimul velut in umbella è foliorum alis cum ſtaminibus luteis D. *Sherard.*

30. Solanum veſicarium *Curaſſavicum*, Solano Antiquorum ſimile, foliis Origani ſubincanis *P. B. P. Moriſ. hiſt.* P. 3.
D. *Bobart.*

Huic ramuſculi ſunt plurimi, tenuiores, nunc erecti, nunc reclinati; quibus *folia* inferiùs adhærentia modicè ſunt ſinuata, alia ſubrotunda integra, Origani foliis conformia. *Flores* pallidi, aliorum congenerum minores, 5 maculis purpuraſcentibus ad umbilicum notati; quibus veſicæ minores obtuſæ, *fructum* ex viridi luteum, acinis plurimis exiguis repletum includentes, ſuccenturiant. In Horto D. Vicecomitis *Falkland* cultam vidit.

31. Solanum lignoſum *Africanum*, ſemper virens, Laurinis foliis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radicem habet albicantem, minoris digiti craſſitiem rarò ſuperantem, longè latéque per terram diſperſam, & niſi cohibeatur innumeros emittentem ſurculos, qui juniores duplici teguntur cortice exteriore fuſco, interiore viridi, qui cùm adoleverint in 3, 4ve pedum altitudinem excreſcunt, aliquot emittentes ſurculos ejuſdem cum trunco coloris, quibus *folia* pediculo unciali & craſſo ſuſtentata adſtant, craſſiuſcula, viridia, nervoſa, duas uncias longa, unciam lata & acuminata. In ramulorum ſummitatibus *Flores* apparent è longis pediculis dependentes, monopetali, campanulati, in 5 profundas lacinias diviſi, & ex albo purpuraſcentes,

è florum meditullio unà cum *ſtylo* rotundiore & albicante *ſtamina* apparent albicantia, rotunda, tenuia, quæ in *capitulum* exeunt luteum oblongum & ſtriatum. Florem ſequitur *bacca* rotunda & viridis, baccæ Pſeudo-capſici *Dod.* non abſimilis, quæ intus plurimos continet acinos planos & albicantes. Tota floret æſtate, & Autumno baccæ perficiuntur: Locis arenoſis *Prom. B. Sp.* ad 4 pedum altitudinem excreſcit.

P. 681. Ad Cap. 24.

1. Inota-Inodien ſeu Moetoe *H. M.* P. 10. T. 70. Solanum veſicarium *Indicum*, veſiculâ acuminatâ, baccâ viridi, ſubflavâ.

H. M.

Planta eſt gravis & malè olens, arenoſo, petroſo ac terreo gaudens ſolo. *Radix* albicans, fibroſa, capillata, ſaporis ſubamari. *Caules* anguloſi, viridi-diluti, ad genicula ramoſi & tuberoſi, pilis raris minutis (ut & Folia) obſiti, carne intus humida & viridi. *Folia* petiolis ſulcatis piloſis inſident, ſingularia vel plura ſimul, denticulis inæqualibus eminentia, tenuia, mollia, lenia, amara, viroris fuſco-ſurdi. *Florum* petioli rubro-fuſci & piloſi, ipſi monopetali ſunt, quinque-cuſpidati, ſubflavo-pallidi, in averſa parte venulâ ſtriati, inodori. *Stamina* 5 ſurrecta, viridi-diluta, *apicibus* longis ſurrectis dotata, ſubflavis. *Stylus* viridi-dilutus eſt, ex oblongo, viridi-diluto ſe exſerens calice, ſupra ſtaminum apices nodulo viridi prominens. *Calix* viridis 5 cuſpidatus, qui deciduis floribus ampliatur in folliculos virides 5 laterales, ſuperiori parte in acumen deſinentes, multo aere repletos. In ſingulis unica reperitur *bacca* rotunda brevi & craſſiolo pedunculo baſi folliculi annexa, primùm viridis, dein ex viridi ſubflava, intus pulpâ ſucculentâ repleta, ſaporis ex acido dulcis, edulis. *Semina* in baccis numeroſa, ac ferme ſcutelliformiter inter ſe mutuò poſita, ſingula in dimidiatis quaſi loculis ima parte hærentia, quorum exteriora ob tenuem fructuum membranam foris tranſparent, de cætero plana, coloris albicantis ſubflavi.

Vires. Radix in coctione olei adhibetur. Succus teſti-culorum tumores minuit. Radix cauſone laborantibus opitulatur: cum oleo frixa endemium morbum, *Pitao* dictum ſanat.

2. Pee-Inota-Inodien, *H. M.* P. 10. T. 71.

Cum priore maximè convenit, Rami verò non adeò in latum diffuſi, ſed magis ſurrecti, altitudine primam trium excedens pedum; *Folia* paulò majora & oblongiora, denſiùs capillata, ac longioribus pilis obſita: *Flores* paulò minores ſunt, ad fundum interiùs in orbem, 5 notis rubro-fuſcis notati: *folliculi* ſtrictiores, *baccæ* minores, ſeminibus ſed aliquantulum minoribus repleta. Fructus edules ſunt.

3. Solanum veſicarium ſeu halicacabum *Indicum* flore & fructu minore. An Solanum veſicarium *Indicum* minimum *Herman. Hort. L. B?*

Vires. Radices in aqua decoctæ diabeten infringunt, oris ulcuſcula curant, ſi maſticentur.

4. Solanum *Curaſſavicum* veſicarium, Solano Antiquorum ſimile, foliis Origani ſubincanis *P. B. P.* Fortè, Solanum veſicarium *Surinamenſe* lanuginoſum polycarpon *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phytogr.* T. 111. Fig. 5.

5. Solanum veſicarium *Mexicanum* molle & incanum, Coztamatl ſeu Solanum veſicarium pallens *Hernandez.* 203. *Pluk. Almag.*

6. Solanum veſicarium *Mexicanum*, folio uno latere ſinuoſo, molle & incanum, *Coyotomatl* ſeu *Tomatl-coyoti* Veſicaria *Mexicana Hernandez. Ejuſd. ibid.* Hujus deſcriptionem videſis *Hiſt. noſt.* p. 681.

7. Solanum veſicarium minus, baccâ luteâ *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 51.

In horto *P. Barelier* Dominicani vegetavit Romæ, Anno 1660.

8. Alkakengi foliis mollibus, fructu Aſparagi D. *Petiver* in *Act. Philoſph. Lond.* N. 271. p. 855. *Aumacarun-Calunga Malab.* Ad 4 pedum altitudinem excreſcit. Radicem habet tuberoſam, pugnum craſſam, quæ cum Lini ſucco piſta, & appoſita Apoſtemata ſanat, in pulvere ſumpta febres hecticas profligat. D. *S. Brown.*

9. Caca-Mullu *H. M.* P. 10. T. 72. Solani folio *Malabarica*, flore monopetalo, dilutè flavo, fructu quadrangulo *Commelin.* Fructus ad baſin quadrangulus eſt, & ibidem 4 ſpinulis munitus.

Plantula eſt humilis, gravis & malè olens, arenoſa amans. *Radix* fibroſa, exteriùs crocea, intus albicans & lignoſa: *Caulis* ramulos emittit vel ſimplices, vel etiam hinc indè binos. *Folia*, quorum petioli ſulco ſtriati, oblonga, craſſiola, mollia, criſpa, denticulis inciſa, viridi-diluta. *Flores* monopetali ſunt, 5 laciniati, flavo-diluti, inodori, calici parvo inſidentes. *Stamina* albicantia, *apicibus* flavis. *Fructus* craſſo, parvo, duro ac valde lignoſo appendent pede, in ſuperiori parte rotundioli, in vertice cuſpide parvo inſtructi, inferiùs non-

nonnihil quadrangulati, 4 ſpinulis duris, lignoſis, aculeatis, ad ſingulos angulos uno, muniti, viridi-flavi, ſaporis aquei, unicum in ſe continentes *officulum*, durum, exteriùs filamentis lignoſis reticulatim plexis, atque etiam cortici exteriori fructûs agglutinatis, pertextum; nucleus albicat.

Si in aqua hæc agitetur planta, craſſam illam reddit, viſcoſam ac mucilaginoſam, ut inſtar ovi albuminis appareat. In decocto data pro febribus adhibetur calidis. Succus expreſſus cum Saccharo dyſuriam, dolores calculi, ut & manuum ac pectoris ardorem tollit. *Folia* ſiccata & pulveriſata gonorrhœam ſiſtunt: cum Saccharo & lacte recenter extracto ad ʒii uſurpata, in omni mala artuum diſpoſitione conferunt. Foliorum ſuccus ut & aqua viſcoſa calorem in renibus præternaturalem temperat, urinæ ardorem reſtringit, ſtranguriam amovet, calculum frangit. *Virei.*

10. Tsjere-Narinampuli *H. M.* P. 9. T. 86. Solano affinis *Malabarica*, baccis rubeſcentibus *Commelin.* notis.

H. M.

Naſcitur in arenoſis & petroſis. *Radix* carnoſa, albo-rufeſcens, fibris denſis veſtita, ſaporis aquei & ſubamari. *Caules* teretes, carnoſi, aquei, fuſce-rubeſcentes, nodulis turgeſcentes, vetuſtiores ſpadicei, pilis longiuſculis raris ſparſim obducti, ſubaſperi, ſaporis acidi. *Folia* pedunculis craſſiolis, rubeſcentibus, qui parvis, cuſpidatis, albicantibus, membranaceis foliolis ad exortum ſuccinguntur, proveniunt, oblonga, cuſpidata, uno latere latiori, ac ad petiolum versùs inferiora longiùs excurrente ductu annulari, in oris crenata, mollia, utrinque caulium modo hirſuta, viroris floridi & nitentis. *Flores* è foliorum alis in petiolis fuſcè-rubeſcentibus erumpunt, bini vel terni in unoquoque petiolo, tripetali, candidi, ſcintillantes, pilis longiuſculis ſparſim obſiti, ex arcto calicis orificio erumpentes, qui oblongus eſt & triangulatus, angulis alatim expanſis, in alarum interſtitiis, ut & lateribus, venâ rubrâ ſtriatus. Penicillus è floris orificio emicat trifidus, cujus ſingula portio iterùm bipartita, ac globulo viridi inſtructa. Præter hos etiam flores habet tetrapetalos, ſine calice, in quorum medio *ſtylus* ſtamunculis, quæ flavis ſunt inſtructa nodulis, penicillatim circundatus. *Baccæ* in ſingulis alarum calycis lateribus, circa medios illorum angulos, ubi alæ albeſcunt, inveniuntur copioſiſſimæ, membrana calicis obtectæ, & in illis copioſiſſima arenacea, primùm albicantia, dein rubeſcentia *ſemina*.

Indigenæ hac planta, excepta radice utuntur in concoctione *Caril.* Folia oleo incocta linimentum ſuppeditant vulnerarium: ex iiſdem calefactis addito ſale fit nodulus, pro putridis purulentiſque inſerviens ulceribus. *Virei.*

11. Curinil vel Curiginil *H. M.* Part. 7. T. 25. Bacciſera *Indica*, foliis ex adverſo binis, ad Solanum accedens, fructu monopyreno, Foribus pentapetalis, in communi pediculo pluribus.

H. M.

Surculos habet rotundos, geniculatos, in geniculis nonnihil extuberantes, intus lignoſos cum corculo viridi. *Folia* in geniculis geminata, decuſſato ordine videntur in petiolis oblongis ac flaccidis, oblonga, cuſpidata, texturâ mollia, flaccida, ſuperficie plana & glabra, viroris in recta parte ſaturi, in adverſa dilutioris, odore & ſapore deſtituta. Coſta media ex viridi albeſcens, & in averſa parte eminens, plures laterales emittit. *Flores* faſciatim proveniunt pentapetali, ex albo flaveſcentes, exteriùs virides, interiùs candido, lanuginoſo uncinulo veſtiti: in medio globulus eſt rotundus, 5 ſtaminibus parvis ſuccinctus; nullius ſunt odoris. Florum *gemmæ* oblongo-rotundæ, in vertice albicantes. *Fructus* oblongi ſunt, cortice viridi-claro, carne albicante ſubhumida, ſaporis ſubamari, officulum in ſe continent durum & albicans, quod nucleum album includit, cujus ſapor ſubamarus & nonnihil aſtringens.

Naſcitur in inſula *Baypim*, ſemper frugens.

Foliorum ſuccus loco Balnei adhibetur adversùs tumorem quem *Malabarenſes Tsjadeunir* nuncupant. Radix in aqua Oryzæ cocta, & pro potu uſurpata idem præſtat. *Locut. Vires.*

12. Bacciſera *Americana* Periclymenum dicta, Periclymenum erectum herbaceum *Virginianum* Dr. *Tinkar's*-**Weed**, vulgò dictum *Pluk. Phytogr.* T. 104. F. 2.

Folia bina oppoſita, per margines æqualia, 4 aut 5 digitos longa ſunt, media latiſſima parte ſeſcunciam lata, nullis pediculis nixa, ſed baſi ſua caulem amplectentia, à baſi aliquouſque anguſtiora, deinde dilatata, in longos & acutos mucrones excurrentia, brevi & vix conſpicua lanugine hirſuta. *Flores* [& *fructus* quibus inſident] in alis foliorum pediculis vel nullis vel breviſſimis ſingulis ſinguli, quantum in ſicca diſcernere licuit, foliolorum acutorum vallo cincti, quorum infima prælonga ſunt. *Flores* breves non multò ſupra calices extant, at nec forma nec color in ſicca potuere clarè diſcerni. Caulis quadratus, hirſutus, ſumma parte rubeſcens, non admodum firmus. Foliorum conjugationes ſatis longis intervallis è ſe invicem diſtant.

Datur & alia hujus Plantæ ſeu ſpecies, ſeu varietas, foliis majoribus, latioribus & hirſutioribus, in caule crebrioribus, Apocynorum ad inſtar nervoſis, lata baſi caulem utrinque amplexis; caulibus robuſtioribus. Floribus ſubſunt baccæ rotundæ nigræ.

13. Baſella *H. M.* Part. 7. T. 24. Baſila *Zanon.* Solanum peregrinum: Betæ folio *hiſt. noſt.* Sol. ſcandens *Malabaricum*, Betæ folio *Commelin. Hort. Med. Amſtel.*

Caules huic aquei ſunt, ex una parte virides, altera versùs ſolem ex purpureo rubeſcentes. *Folia* in pedunculis craſſis, brevioribus, interiùs ſtriatis & viridi-dilutis proveniunt, ampla, cuſpide obtuſo. Coſtæ in averſa parte craſſæ, viridi-dilutæ & albicantes. *Flores* cyathiformes, tetra-vel-pentapetali, inferiùs ex viridi albeſcentes, ſuperiùs ex purpureo rubeſcentes. *Stamina* 4 vel 5, quorum *apices* in medio ruffi. *Fructus* cauliculis inſident, ſupra exortum foliorum, numero 6, vel 8; ſúntque baccæ plano-rotundæ, 4 vel 5 rotundioribus interſtitiis inſtructæ, primo virides, maturæ ex rubro nigricantes, & nitentes, ſaporis aquei, ſubdulcis; intus carne ſucculenta, cujus ſuccus expreſſus tincturam ex purpureo rubram præbet. Offiículum in medio albicans, in quo nucleus albus.

Lignum cum foliis tritum carbunculos aperit: inter edulia habetur. Colitur in hortis.

D. *Plukenet* in *Phytographia* ſua Tab. 63. F. 1. Plantam hanc Solano an potiùs Mirabili *Peruviano* affinem, tinctoriam Betæ folio, ſcandentem, *Cochin-Chinenſem*, floſculis puniceis muſcoſis ſpicatis, fructu intus cochleato denominat. D. *Breynius* Betam bacciferam aizoidem rotundifoliam *Zeylanicam*. Miror à D. *Plukenet* tum Horti *Malabarici* Auctorem, tum D. *Commelinum* reprehendi quòd ſuccum è fructibus expreſſum commodiſſimè pro miniatura uſurpari affirmaverint, cùm ſuccus (inquit) è floribus expreſſus ſit qui ei uſui inſervit. Examin.

14. Karinta-Kali *H. M.* P. 10. T. 21. Violæ folio, Centaurii minoris flore candido, baccifera dipyrena. Violæ folio baccifera, repens, flore albo pentapetaloide, fructu rubro dicocco *Slon. Cat. Jamaic.*

In petroſo pulverulentóque naſcitur fundo. *Radix* albicans, rotunda, piloſa, fibris hinc indè veſtita, filamentum in ſe continens, tenuiſſimum albicans, ſaporis aquei. *Folia* in petiolis oblongis, viridi-dilutis, interiùs nonnihil planis ac pilis barbatis proveniunt, rotunda, parùm oblonga, fuſco-ſatura, inſipida & inodora. *Flores* in petiolis viridi-albicantibus, oblongis, rotundis, ſupernè terni proveniunt, ad exortum foliolis parvis, cuſpidatis ſuccincti, ſtelliformes, monopetali quinque-partiti, collo oblongiuſculo è calice exſilientes, candidiſſimi, inodori. *Calix* quinque-folius eſt & cuſpidatus. *Fructus* ſunt baccæ rotundæ, primùm virides, dein rubeſcentes, intus pauxilla aquea carne repletæ, & cum illa duobus offiículis albicantibus, uno latere quo ſibi mutuo accumbunt, plano, altero convexo; ſapor ſylveſtris.

Vires. Sero lactis incocta diarrhœam ſiſtit, oleo incocta ophthalmica ſymptomata tollit.

Locus. In umbroſis, denſis, opacis & humidioribus ſylvis inſulæ *Jamaicæ* ubique reperitur. D. *Sloane.*

P. 685. Ad ſpeciem Vitis Idææ paluſtris 2dam ſeu *Virginianam*, *fructu majore*, adde,

Hanc plantam D. *Joſſelinus* noſtras in libello de *rarioribus Novæ Angliæ* ſic deſcribit, nobis in *Latinum* vertentibus: Tenuibus *viticulis*, humi fuſis in inſignem longitudinem excurrentibus, & ad intervalla radices agentibus in ſuperficie terræ immensùm ſe propagat, ſi locus ſuppetat. *Folia* Buxeis ſimilia ſed viridiora, craſſa, ſplendentia. *Flores* Solani vulgaris aut Dulcamaræ ſimiles; quibus ſuccedunt *baccæ* longis capillaceis pediculis pendulæ, pallidè luteæ, & per maturitatem rubentes, Ceraſi magnitudine, aliæ exactè rotundæ, aliæ ovatæ, omnes intus concavæ, ſapore acido & adſtringente, *Auguſto* & *Septembri* menſe matureſcentes.

Locus. In ſalſis & paluſtribus, muſco obductis oriuntur, & à noſtratibus *Novæ Angliæ* colonis **Cran-Berries**, & **Bear-Berries** i. e. Urſi baccæ appellantur, quia Urſi iis libenter veſcuntur.

Uſus earum cum Saccharo conditarum creberrimus eſt in acetariis & condimentis ciborum,

Vires. præcipuè carnis vervecinæ; & ut diximus ad placentas conficiendas: quin & ad Scorbutum valere creduntur.

1. Vitis Idæa Bengalenſis, Uvæ urſi baccâ ſingulari, ad foliorum exortum barbulis donata *Pluk. Phytogr.* P. 69. F. 4.

Capparis, cujus notæ, Flos quadrifolius ſtaminoſus; ſtylus in globulum terminatus, qui in fructum excreſcit, Pyro figurâ accedentem, carne ſua plura ſemina continentem, unumquodque cavitate parva latitans.

1. Kilckola-Tsjetti *H. M.* P. 10. T. 57. Baccifera *Indica*, foliis adverſis, floribus tetrapetalis umbellatim diſpoſitis.

H. M.

Petroſa amat & arenoſa. *Radix* fibroſa, ligno albicante ſine corculo, cortice carnoſo, nonnihil humido. *Rami* cortice viridi, ligno albicante. *Folia* geminata proveniunt, oblongo-anguſta, rigidiuſcula, denſa, ſolida, glabra, viridi-fuſca: Coſta cum coſtulis utrinque eminet. *Flores* umbellati, infra ad exortum duobus parvis, oblongis foliolis ſuccincti, fructibus inſidentes, tetrapetali, ſurrecti, oblongo-anguſti, rigidi, viridi-fuſci. *Fructus* baccæ ſunt rotundiolæ cum umbilico eminente è florum petalis conflato, cortice viridi-fuſco, interiore albicante cartilaginoſo, teneri, pulpa aqueo-viridi: intra pulpam unicus vel etiam duo continentur nuclei candidi.

Algidæ

Algidæ febres ex ſingulis hujus plantæ partibus, admixto *Sandalo*, *Pipere*, vel etiam linimento ex ejuſdem radice, affuſo oleo fugantur vel præveniuntur. *Folia* trita vulneribus immittuntur. Vulnerarium præterea linimentum præparatur ex radicis cortice cum *butyro*, quod etiam in ulceribus adhibetur. *Vires.*

2. Ben-Pala *H. M.* P. 10. T. 58. Cneorum *Indicum* fructu tricocco: ſeu Tithymalus fruticoſus *Indicus* foliis adverſis.

H. M.

Arenoſo gaudet ſolo. *Radix* fibroſa eſt, Rami rotundi geniculati, viridi-diluti. *Folia* geminata proveniunt, oblongo-rotunda, craſſa, carnoſa, plana, viridi-diluta, quorum coſta in averſa parte eminet, rectum ſtrians. *Flores* umbellati ſimul cum fructu proveniunt, ſtellularum formâ, pentapetali, rotundi, albicantes, quorum corculum viridi-dilutum. *Fructus* baccæ ſunt trilateræ, in vertice umbilicum gerentes, viridi-albicantes: tria in illis ſemina, interſepimentis diſtincta.

P. 684. Ad Cap. De Aſparago.

1. Schada-Veli-Kelangu *H. M.* P. 10. T. 10. Aſparagus aculeatus maximus *Zeylanicus Herman. Hort. Acad. Lugd. Bat.*

D. *Commelini* judicio eadem planta eſt quæ à *Paulo Hermanno in ſuo Hort. Academ. Lugd. Bat.* Catalogo vocatur *Aſparagus aculeatus maximus ſarmentoſus Zeylanicus.* Verùm deſcriptiones per omnia non conveniunt, ut conferenti patebit. Siquidem radices *Sch. Vel Kelangu* ſaporis ſunt aquei & ſubaſtringentis; *Aſparagi* autem *Zeylanici*, ſaporis ſubdulcis, grati, & ad Scorzoneram accedentis: aculei in illa versùs inferiora inflexi ſunt; in hoc modò ſurſum, modò deorſum ſpectant, *Baccæ* in illa trilateræ ſunt, ex tribus globulis arctè unitis compoſitæ; cujuſmodi compoſitionis in hujus deſcriptione nulla mentio, quamvis icon ità compoſitus repræſentet. Quibus differentiis non obſtantibus cum D. *Commelino* conſentio, eandem plantam eſſe.

2. Aſparagi *Africani* fruticeſcentis & planè lignoſi ſpeciem obſervavi inter ſiccas D. *Sherardi*; cujus cortex non albicabat ut in Corruda 3tia *Cluſ.* ſed potiùs ex rubro nigricabat. *Folia* agminatim congeſta in ramulis, ſemunciam longa, acuta; inter quæ *Flores* parvi in perbrevibus pedicellis quorum forma & partes in ſicca non conſpicuæ.

3. Corruda *Africana* ſpinoſa, foliis tenuiſſimis & breviſſimis D. *Sherard.* Spinæ ad ramulorum exortum non aduncæ aut reflexæ erant, ſed rectà extantes.

P. 682. Ad 1am ſpeciem, notante D. *Tournefort* in *Hiſtor. Plantarum* circa *Pariſios* naſcentium, Aſparagus ſylveſt. tenuiſſimo folio *C. B. ſylv. Matth.* per longum tempus in Horto Regio *Pariſ.* cultus, juxta ſativam *C. B.* faciem nondum mutavit, ſed tota planta multo tenuior eſſe perſeverat quam ſativa, non ſecus ac ſylveſtris dum eſſet.

4. Aſparagus ſylveſtris ſativo ſimilis, penes baccam curtipendulam diverſus *Hort. Cath.* 24. ſeu Aſparagus ſylv. Aſparago aculeato *Matth.* affinis ſed foliis mollibus ad alas hamatus.

5. Aſparagus aculeatus *Africanus*, Corrudæ 3tiæ *Cluſii* ſimilis.

A Corruda 3tia *Cluſ.* differt foliis tenuioribus, neque totidem ſimul ex uno capite prodeuntibus ac in illa; ſpinis longioribus, tenuioribus, nec tantum deorſum reflexis, ſed potiùs rectà extantibus.

6. Aſparagus foliis falcatis *Zeylanicus* D. *Sherard.* Corruda *Guineenſis*, foliis aduncis *Muſ. Pet.* 169.

Folia huic plana & compreſſa, in acutos mucrones deſinentia.

7. Corruda *Africana*, ſpinis brevibus aduncis D. *Sherard.*

Folia tenuiſſima, brevia, & valde conferta ſunt, inter quæ Floſculi minimi in pedicellis brevibus, quorum formam & ſtructuram in ſicca diſcernere non licuit.

8. Aſparagus tenuiſſimo folio ſemper virens, flore albo odoratiſſimo *Schol. Bot.*

9. Aſparagus aculeatus minor ſarmentoſus, è *Maderaſpatan Pluk. Phytogr.* T. 15. F. 4.

10. Aſparagus (fortè) aculeatus major, ſpinas plurimas ab eodem exortu pro foliis ferens. [Hic non eſt *Aſparagus noſter aculeatus Siculus*, qui ab eodem exortu plures ſpinas non emittit.] *Ejuſd. ibid.* F. 5.

11. Aſparagus

11. Asparagus aculeatus triplici spina surrectus *Promont. B. Spei Pluk. Phyt.* Tab. 78. F. 3. An Asparagus aculeatus *Africanus Hort. Leyd?*

12. Asparagus *Hispanicus* aculeis crassioribus horridus *Tournef. El. Bot.*

P. 685. Ad Vaccinia palustria.

Duæ species Vacciniorum palustrium ad Cap. XXVI. pertinent, ideóque hinc illuc transferendæ sunt.

P. 680. Ad Cap. De Solano lethali.

1. Solanum lethale, fructu rubro, semine copiosiori minutissimo *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Ad 5 pedum altitudinem assurgit, *caule* quadrangulari, medii digiti crassitie, cortice luteo glabro tecto, articulato, articulis 2, 3ve uncias inter se distantibus, ad quorum singulos bina opposita nascuntur *folia*, in pediculis uncialibus rotundis viridibus, 9 uncias longa, media latissima parte 4 lata, utraque extremitate angusta, circa margines leviter dentata, glabra, obscurè viridia, costa insigniore medium percurrente, & nervos aliquot transversos emittente. Ex alis foliorum egrediuntur *flores* multi simul in eodem communi pediculo, viridi, unciam longo, lutei, tubulosi, cum staminibus in medio, quibus succedunt totidem *baccæ*, rubentes, Pisi hortensis magnitudine, in pulpa concolori innumera minutissima, fusca *semina* Nicotianæ similia continentes.

Ad margines viæ quâ ad 16 **miles walk** itur, & infra urbem S. *Jago de la Vega* ad ripas fluvii *Cobre* dicti, eodem cum urbe latere, reperitur. *Locus.*

2. Solanum frutex rotundifolium *Hispanicum Barrel. icon.* Belladona frutescens rotundifolia *Hispanica Tournef. Elem. Bot.*

3. Belladona *Americana* frutescens, flore albo, Nicotianæ folio *Plumier. Tournef. Elem. Bot.*

4. Solanum *Indicum* hirsutum corymbiferum C. *B. Indicum* umbelliferum hirsutum *Park.*

Ramulus hujus plantæ, quem *Clusius Exot. lib. cap.* 30. descripsit, 5 uncias longus erat, tenellus, gracilis, brevi quadam & cana lanugine tectus, nullis foliis præditus (quæ verisimile est propter ariditatem excidisse, vel abrupta fuisse) summa parte sustinens veluti botrum aut corymbum, constantem ex numeroso fructu rugoso, Piperis granis interdum minore, nonnunquam etiam paulò majore, coloris, quia siccus, fusci, in quo tamen appareret in majoribus quibusdam granis aliqua rubedo: pendebant verò ista grana ex brevibus & incanis petiolis, præditis suis caliculis, in 5 lacinias divisis, fructum amplectentibus: majora grana continebant numerosa *semina*, instar eorum quæ in Solani vulgaris baccis conspiciuntur, sed inania, quia, ut arbitror, ad maturitatem non pervenerant.

In sportulis Doctoris *Nicolai Colii* medici, qui cum iis qui à Mercatorum Societate [*Amstelodamensi Indica*] Ann. 1599. in *Indiam* aromatum comparandorum gratia ablegati erant, profectus, in reditu extinctus fuerat, inventus est.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER DECIMUS QUARTUS,

Herbas multisiliquas complectens.

Herbas multisiliquas voco in quibus singulis floribus plures unâ succedunt siliquæ. Hujusmodi siliquæ unicâ laminâ constant in se revolutâ, quæ per maturitatem supina seu interiore parte secundùm longitudinem sponte aperitur & semina effundit.

PLANTÆ MULTISILIQUÆ

Libro Decimo Quarto comprehensæ.

P. 686. Præmittatur hoc in loco Caput de *Cotyledone*, quod in Historia per oblivionem omissum.

Cotyledonis veræ radice tuberosa *J. B.* descriptionem *vide* in *Appendice* pag. 1878.

1. Cotyledon maximum *Lusitanicum Virid. Lusitan. Grisleii. Tournef. Elem. Bot.*

2. Cotyledon flore luteo media *Hort. Lugd. Bat. Herman. Tournef. Institut.*

3. Cotyledon *Africana* teretifolia, flore pulcherrimo *Tournef. Institut.* Sedum *Africanum* teretifolium, flore Hemerocallidis, ex codice *Comptoniano Pluk. Phyt.* T. 213. F. 1.

4. Cotyledon *Africana*, foliis oblongis, floribus umbellatis, fibrosa radice *Tournef. Institut.* p. 90. Sedum *Africanum* umbellatum album, foliis Gentianæ cruciatæ angustioribus *P. B. P.*

5. Cotyledon maritimum Sedi folio, flore carneo, fibrosa radice *Tournef. Elem. Bot.*

P. 687. Sedum majus arborescens, foliis eleganter variegatis, inter præcipua hypocaustorum ornamenta hic [*Badmingtoniæ*] enutritur. D. *Sherard.* Hujus duæ coluntur species, (1.) foliorum limbo argenteo, medio viridi: & (2.) fol. limbo viridi, medio aureo.

Ad Cap. de Sedo seu Sempervivo majore.

1. Sedum maximum villosum ex Insulis *Fortunatis La Frecho de las Uvas* Insulanis dictum. An Sedum maximum arborescens latifolium, flore flavo *Cap. Bæ. Spei ten Rhyne Breyn. cent.* 179. *Pluk. Almag. Bot?*

2. Sedum majus *Canarinum*, pilis ad oras foliorum hispidis argenteis lucidis *Hist. Oxon.* Part. 3.
D. *Bobart.*

Hoc genus è seminibus pulverulentis rufescentibus *Canaricis* ortum *folia* habuit è radice fibrata plurima, in orbem expansa è rubro viridia, ut pedalem circumferentiam impleant, pinguia & carnosa, tenera, mollia, hirsutie argentea utrinque obducta, quæ ad oras eleganter est conspicua. Unumquodque folium angustiam ad digiti humani longitudinem obtinet,

obtinet, unde in biuncialem aut ampliorem latitudinem ſeſe extendit, circumſcriptione ſubrotunda (mucrone verò parvo medio exeunte) ut cochlearis figuram cum manubrio ſuo compreſſo quodammodo referat. Ex conſimilibus foliis ad medium, gradatim minoribus & contractis roſacea componitur forma, quæ cum cavitate ſua umbilicata roſam *Provincialem* expanſam non ineptè æmulatur. Flores nondum protulit D. *Bobarto*, qui *Corozone Celio* inſulanis dictum aſſerit.

3. Sedum *Africanum* fruteſcens incanum, foliis orbiculatis *Hort. Leyd. Herman.* arboreſcens *Promont. Bonæ Spei Bod. à Stapel.* p. 335. majus *African.* alterum, foliis rotundioribus glaucis, flore rubente *Breyn. Prod.* 2. p. 89. *Pluk. Almag. Bot.* in *Hiſt. noſt. App.* p. 1878. deſcribitur. Ad Cotyledonem ſive umbilicum Veneris verum hanc plantam refert D. *Tournefort*, nec ſanè præter rationem.

4. Sedum *Africanum* umbellatum minus, foliis hirſutis ex *Promont. Bæ. Spei Pluk. Almag. Bot.*

5. Sedum *Africanum* umbellatum, flore flaveſcente glabrum *Pluk. Almag. Bot. Phytogr.* T. 314. F. 2. Flores ex oblongo tubo in 5 ſegmenta expanduntur.

6. Sedum *Africanum* umbellatum majus, foliis hirſutis fimbriatis *Ejuſd. ibid.* T. 314. F. 3.

7. Sedum *Africanum* anguſtis longioribus foliis, Jaſmini floribus, umbellatum *Pluk. Mantiſſ.*

8. Sedum Alpinum tomentoſum minus *Schol. Bot.*

9. Sedum minus *Arabicum*, flore luteo, foliis planis mucronatis *Pluk. Mantiſſ.*

10. Sedum luteum majus *Canaricum* humile, foliis repanſis, imbricatim diſpoſitis *Moriſ. hiſt.* 3. marginibus pilis argenteis fimbriatis.

D. *Bobart.*

Humi circulariter diſpoſita ſunt hujus *folia*, craſſa & carnoſa, mollia, ad extremum dilatata & obtuſa, in mucronem verò in medio abeuntia, utrinque glabra, ad oras pilis hiſpidis argenteis eleganter fimbriata. Hæc è medio confertim naſcentia, minora ſunt & breviora, repanſa, & è centro in orbem tumeſcentia, reflexa, ſibi invicem imbricatim, tegularum in tectis ædificiorum inſtar arctè incumbunt. Ex horum medio aſſurgit *caulis* rectus, in *Hypocauſto* Horti Regii *Hamptonienſis* cubitalis, foliis brevioribus inordinatim ſparſimque amictus, in plurimos ramuſculos ſuperiori parte diſtributus. Quilibet ramulus *flores* plurimos flaveſcentes, unguis humani latitudine, ex 7, 8, & nonnunquam 9 petalis conflatos, totidémque in medio ſtaminibus radiatim diſpoſitis gerit: quibus fatiſcentibus *ſiliculæ* plurimæ *ſemina* exigua ſuſca aliorum hujus familiæ in modum continentes ſuccedunt.

11. Sedum majus, vulgari ſimile, globulis decidentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Sedum vulgari magno ſimile *J. B.*

D. *Bobart.*

Folia plurima anguſta, ſpiſſa, mucronata, è viridi rubeſcentia, vulgaris majoris pæne in modum, ſed minora, roſacea ſpecie in unum imbricatim conjiciuntur. Inter iſthæc globuli parvi, è foliis exiguis compacti egerminant, & deinde ſponte decidunt, & à matre ſe evolventes in terram radices fibratas agunt, creſcunt & copioſa luxurie ſe propagant. *Caulis* è fortiſſimorum capitum medio aſſurgens dodrantalis & ſucculentus, foliis ſine ordine amictus. Hic in ſummo ſe dividit & *flores* ſtellatos è viridi albicantes, 6 petalis conſtantes promit. *Semina* exilia in vaſculis corniculiſve disjunctis conduntur.

P. 689, 690. Ad Cap. de Telephio.

1. Telephium 3tium *Cluſii* purpuraſcente flore. Telephium flore purpuraſcente, & foliis rarioribus *C. B.*

Telephio vulgari non valde diſſimile eſt, foliis tamen rarioribus, floribus etiam colore diſſimilibus, ex purpura ſcil. rubentibus.

Ad agrorum margines inter vepres naſcens viâ cavâ & umbroſâ non procul à *Rotenburgo Haſſiæ* oppido ad fluvium *Fuldam* ſito invenit *Cluſius*.

2. Telephium vulgare flore purpureo apud nos in *Anglia* valde frequens eſt.

3. Telephium petræum *Virginianum* album *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

4. Telephium *Luſitanicum*, hæmatodes, maximum *H. R. P. Schol. Bot.* peregrinum rubens *H. R. B.*

5. Telephium repens folio deciduo majori *Flor. Bat. fl.* montanum Cepææ congener, foliis longioribus *Schol. Bot.*

6. Telephium

6. Telephium maximum *Africanum*, flore Aurantiaco è codice *Bentingiano Pluk. Phyt.* T. 228. F. 3.

7. Telephium *Africanum* angustiore folio, flore Aurantiaco. Ex codice *Bentingiano.* Sub Portulacæ titulo in *Pluk. Phyt.* Tab. 216. F. 2. hujus icon exhibetur.

8. Telephium fruteſcens, floribus ſpicatis minimis, folio triangulari, craſſo, glauco, Ficoidis facie D *Sherard.* Folia in caule & ramulis bina ex adverſo ſita ſunt. Flores velut ſpicatim digeſti.

9. Telephium *Africanum* procumbens, foliis ſubrotundis conjugatis, floribus amplis D. *Sherard.* Cauliculi pedales, infirmi, flores in faſtigio proferentes, velut in umbellam diffuſos ut in vulgari Telephio.

P. 691. Ad Cap. de Sedis ſtellatis.

Poſt tertiam ſpeciem inſerantur,

1. Sedum minus ramis reflexis, candido palleſcente flore myrtifolium nigricans *Hort. Cathol. Cupani.*

Caule aſſurgit dodrantali, craſſo & ſatis firmo, purpuraſcente, *foliis* inferiùs præſertim, creberrimis, Myrtinorum æmulis, in aculeum brevem deſinentibus veſtito. Summus caulis in ramulos dividitur reflexos, florum ſerie ſecundùm longitudinem diſpoſito onuſtos.

Deinde 3 ſpecies ſequentes,

1. Sedum minus teretifolium album *C. B.* &c.

2. —— minus teretifolium alterum *Ejuſdem.*

3. —— minus foliis circinatis *Ejuſdem.*

Quorum Synonyma dedimus Pag. 1040. inter Seda vaſculo bicorni, ubi per errorem collocantur.

Ad finem Capitis hujuſce à Capite 2do Sect. 2dæ Lib. 19. transferantur.

1. Sedum minimum vermiculatum acre & non acre flore luteo.

2. Sed. minim. vermiculatum acre, flore albo.

Addenda,

2. Sedum minus teretifolium alterum, Cepææ flore *Schol. Bot.*

3. Sedum minus *Narbonenſe* glaucum, ramulis inflexis, flore albo, ſtaminibus luteis *Ejuſdem.* medium, flore albo, ſtaminulis luteos apices geſtantibus nobis circa *Meſſanam* obſervatus in muris.

4. Sedum *African.* fruteſcens valde ramoſum, foliis argenteis, floribus ſparſis D. *Sherard.*

5. Sedi minoris albi *Monſpeſſulani* ſpecies major, folio acuto *J. B.*

J. B.

Parietinis hæret paſſim *Monſpelienſibus* & *Nemauſenſibus* Sedum quoddam ſatis magnum, *caulibus* craſſiuſculis frequentibus, quos *Folia* veſtiunt Sedi minoris maris, *Fuchſii* flore luteo, ſatis ſimilia, ſed majora, craſſiora, longioraque, in acumen deſinentia. *Floribus* comatur albis: floret autem loco natali menſe Julio.

6. Sedum minus teretifolium luteum *C. B.* Sempervivum minus æſtivum *Lob. Park.*

7. Sedum *Norvegicum* minus *Lob. Illuſt.*

Floſculis è 5 foliolis conflatis, candicantibus, totidémque medio centro teretibus, oblongis, ordinatè æquali ſpatio [ſtaminibus] cinctis, grani Milii Solis minoribus, nonnullis candicantibus, (uti & Flos) aut rubentibus donatur. *Folia* teretia, craſſa, Illecebræ foliis majora. *Cauliculi* palmares aut ſeſquipalmares ſunt, numeroſiſſimi, & foliis confertiſſimis petras amicientes.

In maritimis ſaxis *Norvegiæ* reperitur.

8. Sedum montanum minimum candidum, denſo folio purpurante acuto *Hort. Cath.* Summus *caulis* in multos ramulos floriferos ſpargitur floribus confertis obſitos.

Seda aliquot, quæ quò referenda sunt nondum satis certi sumus.

9. Sedum minus lato & crasso folio *Portlandicum Belgarum Schol. Bot Flor. Bat. fl.* & aliorum. Sedum crispum *Munting.* Planta potiùs degener esse videtur quàm Sedi species distincta. Sedi minoris lutei varietas nonnullis esse dicitur, cujus caulis latescit.

10. Sedum minus *Æthiopicum*, mucronatis foliis, ad margines cilii instar pilosis *Pluk. Almag. Bot.*

11. Sedum petræum teretifolium *Virginianum* D. *Banister Pluk. Phyt.* Planta est palmaris aut dodrantalis. *Folia* habet unciam longa, angustissima, teretia & acuta, quàm cæterorum, rariùs disposita. *Caulis* ab his erigitur biuncialis, qui in paucos flores, pauciorésque petiolos umbellam mentientes terminantur. D. *Bobart.*

12. Sedum *Africanum* annuum, Centaurii minoris facie, flore aureo *Hort. Leyd. Herman.* Hanc plantam à D. *Oldenland* acceptam nobis communicavit D. *Petiver.* Flores ampli sunt, petalis acutis.

13. Sedum minimum *Africanum* album, lanceolatis foliis, fere umbellatum *Pluk. Almag. Bot.* qui in horto D. *Uvedale* vidit.

14. Sedum montanum Coris cœruleæ folio *Schol. Bot.*

15. Sed. Alpinum minimum, carneo flore *Ejusd.*

16. Sed. dasyphyllon *Pyrenaicum*, lignosum & purpurascens, folio deciduo *Ejusd.*

17. Sedum montanum perpusillum luteum *Park. Lob. Illust.* Tota planta biuncialem altitudinem vix excedit, & in plurima capita humi sparsa se dividit, eáque ex foliolis admodum exilibus, muscoidibus, densè stipatis composita ; in quorum unoquoque *flos* unicus, cauliculo breviusculo, & calice satis amplo viridi donatus insidet.

18. Sedum *Africanum* frutescens, Ficoidis facie, foliis oblongis acutis, floribus minimis in capitula rotunda compactis D. *Sherard.* Folia in caule bina opposita. Florum glomeruli in summis virgis. Planta est valde fruticosa.

19. Sedum *Africanum* frutescens, Ficoidis facie, foliis brevibus glaucis, floribus minoribus D. *Sherard.* Hoc etiam valde ramosum est, foliis binis adversis, floribus non adeò confertis & in capitula constipatis ac in præcedente..

20. Sedum *Africanum* frutescens Ficoidis facie, foliis & ramulis crassioribus glaucis, floribus majoribus D. *Sherard.* Hæc species foliis pariter est ex adverso binis, lata basi cauli adnatis ; ramulis confertis.

21. Sedum *Africanum* frutescens, Ficoidis facie, foliis asperis glaucis, floribus parvis umbelllatis D. *Sherard.* *Folia* angusta sunt & acuta, in caule crebra, vix unciam longa.

P. 693. Ad Cap. de Chrysanthemo aizoide seu Ficoide *Paulo Hermanno* dicta.

1. Ficoides seu Ficus aizoides minor erecta *Africana*, folio tereti, floribus albis *P. B. P.*

2. Ficoides *African.* mesembrianthemum, triquetro folio, flore albo parvo, polyanthos *Pluk. Mantiss.*

3. Ficoides *Africanum* mesembrianthemum, seu Ficus aizoides major procumbens, Tripolii folio magis succulento, denticulis fimbriato, flore argenteo ad umbilicum aureo, fructu magno, pyramidali, quinquefariam diviso, calloso, calice pentagonali incluso *Pluk. Mantiss.* qui in horto Medico *Chelseiano* cultam vidit.

4. Ficoides *Afric.* mesembrianthemum, seu Ficus Aizoides *Africana*, flore amplo niveo, folio latiore plano *Pluk. Mantiss.*

5. Ficoides minor *Canarienſis* teretifolia, micis argenteis aspersa, flore carneo, *Cosca* dicta *Moris. hist.* P. 3.

Hujus ramuli crebriùs nascentes humum petunt. *Folia* longa sunt, angusta, teretia, ex adverso bina, præcedentis conformia [Primæ speciei] æquè ac cauliculi sinuosi, è viridi rubentes, micis argenteis (præsertim Sole splendente) aspersa. *Flores* radiati, è tenuibus petalis conflati carnei sunt coloris, quibus capsula seminalis, carnosa, in quinque cellulas divisa succedit. D. *Bobart.*

6. Ficoides

6. Ficoides seu Ficus humilis folio triangulari lucido obtuso, flore aureo magno, *Volkamer. Norimb.*

Volckam.

E crassiori quodammodo & albicante *radice* prodeunt *Folia* crassa, succulenta, longiuscula, triangulata, retusa, & lucida, nullis pediculis suffulta, Aloes ad instar, quorum è centro progerminat *Flos* amplus, radiatus, aureo fulgore ad Solem splendens, cujus medium occupant multa *stamina* sulphureo polline in apiculis conspersa. Floribus succedunt *Fructus* orbiculares, succulenti, in fungosam substantiam cùm maturuerunt abeuntes, variis concamerationibus divisi : semina quæ intus foventur sunt lucida & angulosa.

Tota planta perennat & semper viret, si cautiùs in hybernaculo tractetur. Locus *Promont. Bæ Spei.*

7. Ficoides *Africana* procumbens, latifolia annua, floribus argenteis minoribus *Ejusd. ibid.*

Volckam.

Ex *radice* tenui, fibrosa, candicante *caules* prodeunt rotundi, ad terram resupinati, virides, succulenti, *foliolis* plurimis, latiusculis, pinguioribus, ac crystallinis quasi miculis aspersis ornati : horum ex alis crebriores adhuc suboriuntur *ramuli*, florum gemmis onusti ; quibus adapertis *flores* in conspectum prodeunt argentei, ex pluribus petalis angustissimis radiati, ipsis fructuum rudimentis insidentes : in medio florum multa *stamina*, farinaceo in summitate polline conspersa residunt, congenerum more. Flores evanidos sequuntur *fructus* succulenti fungosi, in aliquot cellulas divisi, in quorum sinu foventur *semina* minora, subfusca.

Nascitur locis maritimis arenosis *Promont. Bæ Spei*, éstque annua planta, nec culturam renuit.

8. Ficoides *Africana* procumbens, triangulari lucido, longiori ac angustiori folio N. D. *Volckamer. Flor. Norimb.*

9. Ficoides *Africana* minor procumbens, folio trangulari, nonnihil denticulato seu spinoso *Ejusd. ibid.*

10. Ficoides *Africana* erecta, teretifolia nonnihil glauca, summitatibus foliorum spinosis, spinulis in stellam dispositis N. D. *Ejusd. ibid.*

11. Ficoides *Africana* erecta teretifolia, floribus albis umbellatis *Herman.* Parad. Bat. Ficoides seu mesembrianthemum *Africanum*, frutescens, floribus albis parvis umbellatis *Pluk.* T. 117. Ficoides *Afric.* erectior & fruticosior, &c. *Morif. hist.* P. 3.

Herman.

Locis maritimis arenosis *P. B. Spei* oritur egregia hæc *Ficoides*. Hortis nostris familiarior est quàm cæteræ hujus Generis species. Nam quanquam hybernis mensibus locis à gelu liberis asservari postulet, quasvis æstivi aeris tempestates innoxiè sustinet, & per ramulos cuivis solo commissos facilè propagatur. *Caules* erigit pedales aut sesquipedales, lignosos, rotundos, geniculatos, ramosos, duobus ramis semper sibi oppositis. Qui adultiores sunt membranaceo & in fusco castaneo cortice induuntur. Juniores in pallido viresciunt. Geniculis adhærent *Folia* ex adverso bina, propemodum trigona, succosa & carnosa, quorum inferiora crassitie calamum scriptorium, longitudine dimidium digitum implent, cætera sensim gracilescunt. Ramuli sparguntur in 8 pedicellos, sustinentes *flores* albos, Bellidis sylvestris minoris floribus paulò minores, qui è numerosis candidis angustis petalis, & intermediis concoloribus apiculatis *staminulis* contexti sunt. Hi ea serie & copia prodeunt, ut perpulchræ umbellæ speciem exprimere videantur. Singulis subjicitur *calix* crassiusculus, viridis, quinquifidus, in quo, emarcido flore, conspicitur *Fructus*, congeneribus similis, parte superiori in 5 cellulas, seminibus cineraceis parvis duris arenæ instar refertas divisus. *Radix* tenuis est lignosa, candida, multis fibrillis capillata.

Ab exortu *Vergiliarum* ad Autumnum usque floret eodémque tempore favente cœli mollitie semina sua perficit.

12. Ficoides *Africanum* luteum procumbens, longissimis foliis *Herman.* Parad. Bat.

Nec hoc Ficoidis genus cœlum nostrum & solum renuit. Nam & seminibus & avulsis ramulis facilè succrescit & perficitur. Hujus semen terræ injectum postquam intumuerit in duo crassiuscula folia laxatur, è quorum sinu alia atque alia semper sibi invicem opposita egrediuntur. Hæc ubi adolescunt longitudinem & crassitiem digiti nonnunquam excedunt : rigida verò & glauca non sunt, ut in præcedente specie, sed mollecula, flaccida, viridia, repentia, teretia, aliquando trigona & in obtusum, depressum, quasique ensiformem mucronem abeunt, brevibus quibusdam eminentiis, quasi dentibus, nunc ex horum medio, nunc prope exortum, nunc ad ipsas extremitates protuberantibus. *Caules* ex unica *radice* quæ parva albida & fibrosa est profert, ut plurimum 3 vel 4, sed perbreves, & densa foliorum conjugatorum serie circundatos. Ex horum alis prodit *flos*, petiolo semidigitali innixus, magnitudine floris *Taraxaci*, inter initia totus luteus, & ubi flaccescere incipit ruber aut coccineus,

coccineus. Multis constat anguſtis petalis, & intermediis aliquot tenuiſſimis filamentis veluti diſco. Hæc ad ſolis acceſſum in orbem expanduntur, ad receſſum verò contrahuntur. *Fructus* congeneribus ſimilis eſt, multicapſularis & orbiculatus, magnitudine Ceraſum æquans, continens *ſemina* parva, ſpadicea, dura.

Solum amat laxum, ſiccum & arenoſum, udum, compactum & pingueaſpernatur.

13. Ficoides *Africana* annua Centauroides *Herman.* Parad. Bat.

Natalibus, temperamento, & partium diſpoſitione Ficoidibus *Africanis* cognata planta dimidii palmi altitudinem vix ſuperat. *Radice* conſtat annua, parva, albida, fibris perpaucis capillata, telluriſque ſummo obliquè inhærente, *Coliculo* tenui quidem, aſt dum adoleſcit duro & pæne lignoſo, glauco, geniculato, nunc rectà, nunc obliquè ſe ab humo extollente & ſummitate communiter in 3 ramulos q. pedicellos, quibus *Flores* inſident diviſo. Hi per initia floribus *Centaurii minoris*, poſtmodum Sedi montani tomentoſi, quod *Gnaphalodes* & *Arachnodes* vulgus appellat, quadantenus conformes ſunt, aſt coloris pulchrè miniati in luteum fatiſcentis, ſed petalis 5, nonnunquam 4, in baſi junctis & in acumen extenuatis conſtructi, medium occupantibus aliquot brevibus viridantibus *ſtaminulis* croceis apiculis coronatis. *Calix* pentagonus in 5 cuſpidata folia exiens *Fructum* præcedenti ſimilem, ſed multò minorem includit, in quo *ſemina* minuta ſcobis inſtar. Singulis coliculi geniculis conjugato ordine adnaſcuntur *folia*, minimè anguloſa ſed plana, Centaurii minoris foliis paria, aſt craſſiora multò & ſuccoſa, glauco colore velut circinatum Sedum nitentia. Linguæ ſenſum nullo ſingulari ſapore niſi aqueo afficit.

14. Ficoides *Africana* annua minima muſcoſa *Herman.* Parad. Bat.

Omnium minimam hanc Ficoidis ſpeciem primo intuitu Alſinem Aizoidem diceres, ubi verò penitus examinaveris à præcedente non aliter differre agnoſces niſi exilitate partium, & colore, qui viridis eſt, aut in viridi nonnihil rufeſcens. Pro *radice* habet tenuiſſimos capillos, ſummæ telluri hærentes, è quibus ſparguntur *coliculi* graciles, plurimam partem humi jacentes, longitudinis digitalis, in ternos plerumque ramulos diviſi. His hærent *foliola* Alſines minimæ paria, aſt craſſiora, ſuccoſa & præcedentis foliis multò tenuiora. Summi ramuli decorantur floſculis, muſcoſis, albidis, quinquifidis, plurimis parvæ umbellæ ſpecie ſimul junctis, & quinquifidis caliculis floſculos ſuperantibus circumvallatis.

15. Ficoides *Africanum* erectum ſpinoſum *Herman.* Parad. Bat.

Ficoidi Africanæ minori erectæ, folio triangulari glauco, flore luteo valde ſimile eſt, ſed *folia* in ſuperficie multis cavis punctulis inſcripta erant, & quod in hoc genere rarum & inſolitum, ramuli in quos cauliculus ſeparabatur ad alas pungentibus ſpinis armabantur, ſpinis in medio duobus ex oppoſito foliolis cæteris multò minoribus præditis. Hæc cùm altitudinem circiter palmi adepta eſſet, vermiculo arroſa, non ſine dolore meo interiit.

16. Ficoides *Africanum* triangulari robuſtiſſimo folio *Herman.* Parad. Bat.

Foliis eſt inter omnes quæ hactenus innotuerunt *Ficoides* robuſtiſſimis, glaucis, trigonis, rigidis, digitum longis, pollicem craſſis, multis ut prior in ſuperficie foraminulis non perviis inſignitis: cæterùm tardiſſimè germinat, nam triennii ſpatio vix digiti longitudinem aſſecuta eſt. Hujus ut & præcedentis fructus quinquecapſularis erat.

D. *Oldenland* 4 priores ſpecies ad *Promont. Bæ Spei*: duas poſteriores in *Heycon Africæ* provincia primùm detexit.

17. Chryſanthemum aizoides *Africanum* annuum, flo. luteo, foliis anguſtiſſimis D. *Sherard.*

A latifolio *Breynii* differt foliis anguſtiſſimis, & calycis ſegmentis brevioribus, & rotundioribus, nec in foliola elongatis.

18. Ficus aizoides *Afric.* minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo *Hort. Ac. Lugd. Bat. Herman.*

19. Ficoides *Afric.* ramoſum minus floribus carneis, caule hirto.

20. Ficoides *Afric.* ramoſum majus, caule hirto.

21. Ficoides *Afric.* caule aſpero, flore rutilante coloris cinnamomi. Ad pedalem altitudinem eriguntur *Caules* graciles, rotundi, tuberculis minimis exaſperati. Folia ex oppoſito bina, ex triangulari rotunda, unciam longa, micis argenteis undique aſperſa, ad ſeſcuncialem & biuncialem intercapedinem. *Flores* ſinguli in ſummis ramulis ex calyce craſſo in quinque partes diviſo, alii ex foliorum alis exeunt, ſatis ampli, è pluribus petalis è rubro croceis, ad umbilicum purpureis; è quorum medio multi exurgunt ſtamina nigreſcentia, apicibus albidis coronata.

22. Ficoides

22. Ficoides *Afric.* foliis latiusculis, in acutum mucronem excurrentibus, flo. purpureo.

Caulis pallidè viridis, calamo anserino minor vix se sustentans. Folia ex opposito duas uncias longa, $\frac{1}{3}$ lata ejusdem cum caule coloris, in acutum mucronem desinentia, supernè plana, inferius subrotunda, caulem amplectentia. Flores in summo pallidè purpurei, multis in medio staminulis albidis stipati, è calice crasso in quinque partes diviso, quarum tres cæteris duobus longiores, plerumque ubi exeunt ramuli unciam tantùm apponitur folium è regione. Quatuor species proximè recensitæ, in *Horto Beaufort.* floruerunt.

P. 696. Ad Cap. De Pæonia.

1. Pæonia ochranthemos Camerarii *Schol. Bot. Flor. Bat. Flor.*

2. Pæonia hyemalis pumila, Rosæ rubræ monoflore *Hort. Cathol. Cupani.*

3. Pæonia flore purpurascente papaverino *Moris. Hist.* P. 3. p. 455.

Hæc à cæteris cum floribus plenis omnino diversa apparet. *Radices* externè fusci coloris, brevioribus tuberculis fœminæ simplicis ad instar appensis, donantur. *Caules* exindè virides tenuiores oriuntur. *Folia* ramosa tenuiùs dissecta, utrinque glauca, (cùm in aliis omnino sint viridia) in breviora & acutiora segmenta divisa, quibus etiam fœminam vulgarem potiùs referunt. *Flos* in quolibet caule frequenter unicus apparet, quam aliarum minor, erectus, non suo pondere propendens, ex petalis externis latiusculis, in medio tenuissimis longis, quasi umbone conferto, compositis, ex rubro purpurascente colore, qualis in Pænia mare cernitur, tinctus. Cornicula crassiuscula, villosa.

4. Pæonia mas floris colore variat. Hinc

5. Pæonia mas flore incarnato *Hort. Eyst.*

6. Pæonia mas flore albo *Ejusd.*

Variat insuper foliorum segmentis amplioribus. Hinc

7. Pæonia mas major flore incarnato *Hort. Eystet.* quæ Pæonia mas, foliorum segmentis amplioribus *C. B.*

Habetur etiam Pæonia fœmina flore albo: item, flore pleno incarnato.

P. 698. Ad Cap. De Helleboro nigro.

1. Helleborus niger foliis dissectis *Boc. Mus. pl. rar.* T. 11. p. 26. laciniatis foliis *Ambrosini.*

2. Helleborus niger folio sanguineo *Ejusd. Bocc. ibid.*

Insignes potiùs Hellebori nigri varietates esse videntur quàm species distinctæ.

Duas insuper habemus Hellebori nigri species vel varietates, nimirum

1. Helleborum nigrum, flore viridi, asperiore folio, profundiùs inciso.

2. Hell. nig. flore viridi, folio minori, profundiùs inciso. Utramque D. *Sherard* communicavit. Huc pertinet Hell. nig. foliis minutim incisis & veluti crispis *Balthasaris* & *Michaelis Campi Lucensium.*

3. Helleborus niger amplioribus foliis *Tournef. Institut.* Veratrum nigrum *Stiriacum Tab. icon.* 723.

4. Helleborus niger Autumnalis, flore maximo *H. R. P. Tournefort. Institut.* Ellebórus niger Autumn. flo. roseo majore albo D. *Mauvilain Hort. Joncq.*

5. Helleborus nig. flo. roseo minor *Belgicus Moris. Prælud.* Hic omnibus suis partibus, caulibus, foliis & floribus, Helleboro nigro vulgari minor est. Folia elegantiùs sunt serrata, floréque magis rubescunt.

Not.

Helleborus niger trifolius *Aldini* ex *Sardinia* in *Italiam* introductus est, ut ex Catalogo Horti *Pisani Bellucci* didici, ubi prima ejus mentio, titulo Hellebori nigri trifolii è *Sardinia. Semina* obtinet nigra lucida, oblongo-rotundâ, quasi reniformia, quibus adhæret per longitudinem substantia fungosa alba. D. *Sherard.*

Hellebori

Hellebori nigri folia telæ seu fasciæ lineæ assuta, & supra carnem nudam gestata, Amici cujusdam nostri experientiâ, hæmorrhagiam & fluxum hæmorrhoidum semper refrænarunt. *Boccon. Observat. natur.*

P. 699. Ad vires Dictamni albi seu Fraxinellæ add.

Si Rosa odorata, *Damascena* dicta, aliusve Flos odore donatus, Fraxinellæ flore tangatur, odorem suum naturalem amittit, illúmque Dictamni albi momento acquirit, ut se sæpius expertum scribit D. *Boccone Mus. pl. rar.* p. 53. quod sane mirabile est.

P. 699. Ad Cap. de Abutilo.

1. Abutilon *Americanum* maximum, pediculo & foliorum nervis purpurascentibus *Tournef. Elem. Bot.*

2. Abutilon *Indicum*, fronde pampinea, fructu quinque-capsulari *Ejusdem.* Catou-Beloeren H. M. P. 6. F. 69. Hujus descriptionem videsis *Hist. nost.* Append. 1880.

Huc referenda videntur,

3. Abutilon arboreum spicatum, Betonicæ folio incano, flore minore purpureo D. *Sloane Cat. Jamaic.* 97.

4. Abut. fruticosum foliis subrotundis serratis, floribus albis pentapetalis, ad alas foliorum conglomeratis *Ejusdem ibid.*

5. Abut. herbaceum procumbens, Betonicæ folio, flore purpureo *Ejusd. ibid.*

6. Abutilo affinis arbor Althææ folio, cujus fructus est styli apex auctus, quatuor vel quinque siliquis hirsutis, funis ad instar in spiram convolutis constans *Ejusd. ibid.*

Horum Synonyma & Descriptiones vide infra inter Alceas Indicas.

1. P. 700. Cap. 9. pro 2da specie addatur Caltha palustris flo. & folio minori denticulato. Cultam primò observavi in horto excellentissimi *Morosini*, Patavii postea exsiccatam dono accepi à R. P. D. *Bruno Tozzi*, collectam in *Monte ferrato.* Flos duplo minor est vulgari, folia etiam longè minora, argutè denticulata. D. *Sherard.*
An Populago flore minore D. *Tournefort. Hist. plant.* circa *Paris?*

P. 705. Ad Cap. de Aconito.

1. Aconitum 4tum *Matthioli* Edit. *Val. gris. Pyrenaicum* luteum, foliorum segmentis sibi invicem incumbentibus *Schol. Bot.*

2. Acon. Lycoctonum humilius, foliis durioribus, floribus pallidis *Cat. Altdorf. Hofman.*

3. Acon. majus luteum, foliis amplioribus *Dod.*

4. Acon. pyramidale multiflorum *H. R. P. Schol. Bot.*

5. Acon. 8. *Matthioli* Edit. *Val. gris. Ejusd.*

6. Acon. salutiferum elatius, foliis atro-virentibus, flore majore, *Pyrenaicum Ejusdem.*

7. Aconitum reticulata radice, flore sulphureo albicante, angustifolium *Icon. Paris. Moris. hist.* P. 3. 463. Hujus folia non semidissecta, latiora apparent. Radicis crassiusculæ venæ striis tessellatis variegatæ cernuntur.

8. Aconitum retic. rad. flo. sulph. alb. latifolium *Icon. Paris. Moris. hist.* P. 3. *Folia* in profundiora, tenuiora & acutiora segmenta divisa, ita ut Pseudo-helleborum floribus globosis exprimant. *Radices* quoque reticulatis venis conspiciuntur. D. *Bobart.*

9. Aconitum Lycoctonum albis pallidisve floribus *B. C.* Lycoctonum flo. cœruleo & albo variegato. *Eyst.*

10. Planta *Africana* erecta, caule 4drato, foliis ex opposito binis, angustis leviter dentatis, flore & capsula ad Aconitum accedens D. *Sherardo.* Flos calcari donatur Delphinii in modum, cum quo etiam binis ad eundem florem succedentibus siliquis convenit.

P. 707. Ad Cap. de Aquilegia.

1. Aquilegia hirsuta, flore viscoso *Botan. Monsp. Schol. Bot.*

2. Aquilegia parva *Marilandica*, folio subrotundo monanthes D. *Vernon* attulit.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER DECIMUS QUINTUS,

Plantæ vaſculiferæ monopetalæ.

Et Primò

Flore Uniformi ſeu Regulari.

P. 713. Ad Cap. de Hyoſcyamo.

1. HYOSCYAMUS puſillus aureus *Americanus*, Antirrhini foliis glabris *Pluk. Phytogr.* T. 37. F. 5. Fortè Hyoſcyami albi *Ægyptii Veſlingiani* varietas minor ex *America Ejuſd. Almag. Bot.*

2. Hyoſcyamus albus minor *Tingitanus Munting. Herbar. Belgic.*

3. Hyoſcyamus peregrinus luteus minor annuus *Hort. Monſp. Magnol.*

Radiculam habet fibroſam, tenuem; *caules* palmares, *foliis* longiuſculis, ſinuatis, circumroſis, & hirſutis donatos. *Flores* luteolos, capſulas aliorum more.
Semen à D. *Breman* Hortulano Regio *Pariſienſi* accepit.

4. Hyoſcyamus *Siculus*, albi minoris habitu, oblongioribus foliis, Cretici flore, ſeu candido luteſcente, umbilico purpureo, ſemine cinereo, hirſutus *Hort Cathol. Suppl. alt.* Ubi Autor me reprehendit, quòd cum *Magnolo Bot. Monſp.* Hyoſcyamum *Creticum* ab albo præcisè diſſidere fundo floris purpureo dixerim, cùm differat etiam foliis, quæ *Creticæ* vitiginea, ſubrotunda, radiata, ſpiſſéque inter unum & alterum angulum dentata ſint, ſemine ſubflavo. Vide locum.

Tabacum non ſolùm hyemem tolerat, ſed & per plures annos durat, caule ligneſcenti. *Neapoli* 1696. plantam vidi fruticeſcentem multis ramulis lignoſis duris, quæ per 6 aut 7 annos duraverat, ut mihi retulit Patronus; eandémque rurſus 1698. obſervavi. Hic etiam [*Badmingtoniæ*] per plures annos in hypocauſtro vivit, quotannis ſemen producens.

P. 717. Ad Gentianas majores.

1. Gentiana major *Americana*, floribus amplis ochroleucis *Pluk. Phytogr.* T. 186. F. 1.

2. Gentiana cruciata *Marilandica*, folio latiore, flore breviore.

Foliis Saponariæ æmulis, trinerviis, abſque pediculis cauli adnatis, eúmque amplectentibus, binis oppoſitis, ſitu alterno, unde cruciformis figura reſultat, *floribus* denique in ſummo caule coacervatis *Gentianam cruciatam* vulgarem valde refert. Differt Florum colore, magnitudine, & figurâ calathoide miniméque expansâ. *Flores* ſeſcunciam plus minus longi ſunt. *Calix* ad ſemunciæ longitudinem integer eſt, deinde in barbulas foliaceas, anguſtas, virides, ¼tas unciæ longas, ad angulos ſectionum floris ferè pertinentes, dividitur.
Quam deſcribo plantam D. *Vernon* in *Marilandia* collectam D. *Sloane* communicavit, à quo habui.

3. Gentiana major *Virginiana* flore cœruleo longiore *Moriſ. Tab. inedit. Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 246. p. 404. Sp. 44.

Folia hujus eundem in caule ſitum obtinent quem ſuperioris, verùm multò anguſtiora ſunt, & ſubtus glauca. *Flores* in ſummo caule coacervati cœrulei ſunt, ore latiore. Segmenta

menta seu anguli minùs acuti, nec adeò profundè inciſi. Calix præcedentis ſimilis, verùm barbulæ foliaceæ breviores.

A D. *Petiver* habuimus.

4. Gentiana anguſtifolia *Americana*, flore ex ochro & cyaneo mixto, in faſtigio caulis unico, è *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.*

5. Gentiana *Maderaſpatana*, foliis Aſclepiadis, caule ramoſo *Ejuſdem* Tab. 50.

6. Gentiana *Æthiopica*, geniculato caule, perfoliata, foliis acuminatis, craſſis *Paralii* ritu velut ſquamis denſiſſimè tecto, ſumma parte floribus puniceis *Pluk. Mantiſſ.* A D. *Stoneſtreet* habuit. *Cap. Bæ. Spei* incola eſt.

P. 722. Ad Gentianas minores ſeu Gentianellas.

7. Gentianella Autumnalis 4ta ſeu flore Centauriæ minoris ſimili, folio majore *Park.* p. 407. An Gent. brevi folio *C. B?*

Reliquis ſpeciebus magis patula eſt; *floribus* Centaureæ minoris tum figurâ tum colore ſimilibus, copioſioribus & diuturnioribus; *foliis* majoribus.

8. Gentiana anguſtifolia Autumnalis minor *C. B.* Gent. 4. ſive anguſtifolia 2. *Cluſ. hiſt.* Eadem fortè eſt cum Gentiana paluſtri anguſtifolia *Ejuſdem C. B.*

9. Gentianella brevi folio *C. B.* Gentiana minima *Adv.* An ſpecies ſit à reliquis omnibus diverſa mihi nondum conſtat.

10. Gentianella utriuſque *Indiæ* impatiens, foliis Agerati, *Pluk. Phytogr.* T. 186. F. 2. Dubitat & quærit D. *Sloane*, Annon hæc ſit planta quam ipſe deſcribit Titulo

11. Gentianellæ flore cœruleo integro, vaſculo ſeminali ex humidi contactu impatiente; *Angl.* **Spirit-Leaf**: cui

Radices aliquot fuſcæ, teretes, rectæ, ſeſcunciam longæ, & Oenanthes ferè in modum digitatæ; *cauliculos* duos tréſve emittunt, 4 aut 5 digitos altos, ad intervalla circiter digitalia geniculis interceptos, quadratos: ad genicula exeunt *folia*, Mercurialis ſimilia, ex obſcure viridi cœruleſcentia. E foliorum alis emergunt *flores*, ampli, monopetali, Convolvulorum ſimiles, campanulati, colore cœruleo amœno; quibus ſuccedit *vaſculum* quadratum, fuſcum, digitum longum, plurima compreſſa ſeu plana, fuſca *ſemina* continens. Vaſculum ſeminale, apice humore aliquo tacto, cum crepitu & velut ſaltu quodam aperitur; & ſemina circumquaque disjicit ad notabilem diſtantiam, mirabili naturæ providentia; ſiquidem ſemina in vaſculo ſuo, ut optimo conſervatorio, ab injuriis externis ſecura deliteſcunt, donec pluvia ſationi commodiſſima tempeſtas adveniat, quando, ingenioſo iſthoc artificio, velut grana periti ſatoris manu, in orbem diſperguntur.

In frutetis circa urbem S. *Jago de la Vega* reperitur.

12. Gentianella Alpina unicaulis, Bellidis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 100.

Folia hujus plantæ retuſa ſunt & brevia velut illa Centaurii minoris. Flores pavonacei rubeſcentes, in faſciculos diſpoſiti, ut in aliis Gentianellis. In montibus *Sabaudiæ* frequentiſſima eſt.

13. Gentianella purpurea, Violæ *Marianæ* flore *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 6. p. 21.

Folia *Violæ Calathianæ* Geſn. imitatur hæc planta; Flos tamen campanulatus eſt velut *Violæ Marianæ*. Iconem hujus à P. *Jacobo Barelier* habuit.

14. Gentianella Alpina, minima, nervoſa, Pyrolæ aut Bellidis Globulariæ folio nigricante, paluſtris *Sabauda Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 119.

Hujus duo duntaxat *folia* priora vidit, non *Florem*, neque *Fructum*, unde nec an omnino Gentianellæ ſpecies eſſet certò ſcire potuit. *Radix* exilis erat, fibroſa, flava, ut in reliquis Gentianellis. Supra montem *di Noſtra Dame de Charme* in *Sabaudia* invenit, in quodam prato aquis cujuſdam fontis irrigato.

15. Gentianella minor aurea, flore ſingulari amplo, deflexo, pallidè flaveſcente, ut & tota planta flaveſcit *Pluk. Mantiſſ.* D. *Krieg* è *Terra Mariana* attulit.

16. Gentianella *Æthiopica*, floribus velut in umbellam ſparſis, colore cœruleo *Pluk. Mantiſſ.*

17. Genti-

51. Convolvulus foliis anguſtis auriculatis, floribus parvis albentibus, fundo ex purpureo nigricante.

Viticulos fundit plurimos, pedales, anguloſos, tenues, humi ſtratos, *foliis* longis, anguſtis, auriculatis, abſque pediculis unciali circiter intervallo, cinctis, è foliorum alis exeunt pediculi unciales tenues, in ſummo ramoſi, *flores* ſuſtinentes plerumque duos parvos è ſulphureo albentes fundo nigricante. *Hort. Beaufort.*

52. Convolvulus *Africanus* vulgaris minoris facie, flore minimo.

Convolvulo vulgari minori *C. B.* perquam ſimilis eſt; *folia* tamen latiora nonnihil. Summitate pediculi uncialis exeunt duo tréſve flores albi vel ſubcarnei, vulgaris minoris floribus quadruplo minores. Ex ſeminibus è *Prom. B. Spei* miſſis prodiit in *Horto Beaufort.*

53. Convolvulus *Americanus* hirſutus, flore albo minimo.

Tota Planta molli hirſutie obducta eſt. *Folia* obtinet plurimis nervis inſcripta, unciam lata, ſeſcunciam longa, auriculis rotundis. *Flores* ſingulares aut bini è foliorum ſede, pediculis vix ſemuncialibus inſident, parvi albi, ſuperioris magnitudine. *Capſula* rotunda, turgida, quinque foliolis hirſutis, acuminatis, amicitur. *Semina* alba. *Hort. Beaufort.*

54. Convolvulus ex *Inſula Sti. Jacobi* villoſus, pentaphyllos & heptaphyllos fl. candido.

A Convolvulo *Americano* villoſo pentaphyllo & heptaphyllo majori *H. A. L. B.* ſolùm floris colore differt, cui *Hermannus* flores pallidè flaveſcentes attribuit, in noſtro tamen ſunt omnino candidi. Ex ſeminibus à Cl. *Commelino* communicatis crevit *Horto Beaufort.*

55. Munda-Valli *H. M.* P. II. T. 50. Convolvulus *Malabaricus*, flore amplo, viridi-diluto colore *Commelin.* notis.

H. M.

Convolvulus arenoſa amans, arboribus ſe affigens. *Caules* rotundi, virides, non geniculati, ramoſi, ramulis è foliorum exortu prodeuntibus. *Folia* petiolis oblongis, interiùs ſtriatis viridibus nixa, cordiformia ſunt, anteriùs cuſpidata, ad pediculum ſinu exciſa, mollia, lenia, viroris ſupernè fuſci, ſubtus diluti, trita odoris gravis, nullius ſaporis. *Coſta* media lata, viridi-albicans, utrinque eminet. *Flores* ad exortum foliorum duo tréſve juncti, in petiolis oblongis, craſſis, viridi-dilutis, tortuoſis, monopetali, prægrandes, campanulati, oblongo anguſto, viridi-diluto collo è calice exſilientes, ſtellâ exteriùs viridi 5 oblongorum cuſpidum, qui exteriùs extuberant, ſtriati, ex ſuperiori colli parte, ubi rugulis leviter criſpantur; textura tenui & tranſparente, valde lenes & molles, coloris nivei nitentis: Odor ut Liliorum noſtratium. *Stamina* 5 candida, nitentia, *apicibus* decumbentibus albis, albâ farinâ aſperſis, dotata. *Stylus* candidus, craſſus, ſupra ſtamina, rotundo, albo ac farinaceo capitulo eminens. *Calix* quinquefolius eſt, foliis oblongis, ſtrictis & cuſpidatis, ex viridi nigricantibus, florum collum arctè excipiens. *Fructus* brevibus inſident petiolis, oblongo-rotundi, cuſpidati, teneri, virides, carne intùs viridi, ſucculenta, cavitate anguſta, grati odoris, cortice craſſiuſculo obducti.

56. Convolvulus *Americanus* piloſus, flore luteo, umbone purpureo *Hort. Med. Amſt. rar.* Convolv. *Africanus* ſeu *Guineenſis* pumilis Sagittæ foliis, flore campanulato obſoletè luteo, fundo purpuraſcente N. D. *Hort. Beaum.*

H. Amſt.

E *radice* fibroſa *Caules* prodeunt calamum ſcriptorium craſſi, qui ſumma parte in varia, teretia, obſequioſa, piloſa, rufeſcentia ſarmenta humi ſtrata divaricantur. [viticulæ tenuiſſimæ, numeroſæ, ex caule digitalis longitudinis prodeuntes, proximis ridicis ſe circumvolvunt] *Folia* alternatim poſita pediculis ſemuncialibus & longioribus, ſulcatis, ipſis viticulis non rarò craſſioribus, raris pilis obſitis innituntur, cordiformia, circum oras æqualia, acuminata, 3 dig. longa, 2 lata, dilutè vireſcentia, ſaporis ſubſalſi. *Flores* menſe *Junio* ex alis foliorum prodeuntes, pediculis proceris piloſis ſulti [ſingulares, bini & plures in eodem pediculo ſeu ſurculo communi, quorum unuſquiſque peculiari nititur petiolo, uncialis longitudinis, communi è quo oritur non rarò craſſiori] pentanguli, monopetali, nonnihil odori, coloris lutei, umbone pulchro purpureo, ante meridiem quidem explicati, rariſſimè verò tempore pomeridiano. Capſula ſeminalis calice 5 partito ex parte obducta, ſubrotunda, mucronata, albicans, bivalvis, membranâ intergerinâ inſtruitur, cujus pars ſuperior in utroque latere rudimentum fornicis format, ſub quo ſeminum apices nonnihil conteguntur. Quælibet capſula ſemina continet 4, 3, 2ve, per maturitatem fuſca, altera facie anguloſa, pilis breviſſimis hirta.

57. Convolvulus *Surinamenſis*, auriculato folio, flore incarnato D. *Herman.*

Folia majora duas tréſve uncias longa, vix unam lata, ad baſin in duas auriculas acuminatas excurrunt; in ſummis cauliculis folia triplo aut quadruplo minora ſunt. *Flores* ſatis ampli, D. *Sherard.* ſiccam impertivit.

58. Convol-

58. Convolvulus *Siculo* congener *Curaſſavicus* D. *Herman.*

Flores huic parvi ſunt, pediculis oblongis tenuibus inſidentes, & ex alis foliorum exeuntes, nunc ſinguli, nunc bini ternive ſimul in eodem pediculo communi.

59. *K*attu-Kelengu *H. M.* P. 11. T. 51. Convolvulus *Malabaricus*, floribus piloſis, ſtellam habèntibus, variegatis.

H. M.

Convolvulus iſthic arenoſo gaudet ſolo. *Caules* rotundi ſunt, virides, piloſi, parum lignoſi & languidi, *Foliis* veſtiti petiolis oblongis, rotundis, piloſis, viridibus, ex parte ſpadiceis, caule craſſioribus, inſidentibus, ipſis cordatis, anteriùs brevi cuſpide, ad petiolum exciſis, parùm piloſis, ob pilorum hirſutiem in recta parte aſperis. *Flores* in petiolis rotundis, piloſis, ſupra exortum foliorum prodeuntes, cyathiformes ſunt, ſtella quinquecuſpidali ex albo viridi-diluta ex orificio in oram ſignati, albo-flaveſcentes, in orificio colli fuſcè rubro-purpurei, lenes, in tractu cuſpidum ſtellæ exteriùs piloſi, inodori, infra calicem in geniculis petioli duobus anguſtis foliolis ſuccincti. *Stamina* 5 candida oblongis, albo-flavis ſurrectis *apicibus* dotata. *Stylus* candidus, duabus rotundiolis candidis gemmulis nodulatus eſt. Baſis cui *ſtamina* inſident 5 rotundiolis feneſtrata eſt cancellulis. *Calix* pentaphyllos eſt, foliis cuſpidatis. Foribus ſuccedunt *globuli* rotundi, qui ſicci coloris cinereo-fuſci, 4 continentes *ſemina*, interſepimentis mediis à ſe mutuò ſeparata; trigona ſunt, uno angulo rotundo, duobus interioribus planis, ejuſdem cum globulis coloris.

Folia cum *Codi-Avanacu* & recenti butyro trita abſceſſus maturant & aperiunt. Radix cum aqua Oryzæ lævigata Eryſipelati reſiſtit.

60. Convolvulus maritimus *Barbadenſis*, flore rubro D. *Preſton.*

Plantæ genus eſt flore monopetalo campaniformi, in centro perforato, calice monophyllo, in 5 ſegmenta diviſo, cujus piſtillum mutatur in capſulam oblongam, tria vel 4 ſemina anguloſa continentem. *Foliis* eſt ſubrotundis inſtar Hederæ terreſtris. Ex ſemine orta eſt in hortulo noſtro 5 circiter miliaribus ab *Edinburgo* diſtante, D. *Preſton.*

61. Baller *H. M.* P. 11. T. 52. Convolvulus aquaticus, folio longiore, floribus candidis *Commelin.* notis.

H. M.

Convolvulus eſt *cauliculis* ſuper aquam repens, ac ex illorum cymis capillares viridi-ſubalbicantes emittens *radices*, ſaporis aquei. *Caules* tenues, teneri, aquei, virides, cymis inflexi, ex cymarum convexa parte, unde & radiculæ prodeunt, folia ac flores emittentes. *Folia* longis, rotundis ac viridibus petiolis inſident, haſtiformia, poſtica parte in pedunculos laterales exporrecta, ad oras nonnihil ſinuata, texturâ craſſiuſculâ, viroris ſupernè fuſci, ſubtus diluti. *Flores* monopetali ſunt, ſtellâ quinque-cuſpidali notati, in ſtella ejúſque cuſpidibus candidi, interiùs purpuro-rubeſcentes, exteriùs dilutiores. *Stylus* candidus in apice gemmulâ albicante farinaceâ nodulatus. *Stamina* 5, oblongis albicantibus farinaceis dotata *apicibus*. *Fructus* rotundioli, & tribus veluti rotundis lateribus extuberantes, in cuſpidem brevem & anguſtum ſtriati: teneri adhuc oblongiores ſunt, & magis cuſpidati, maturi magis ad latera extuberant, coloris viridi-albicantis, 5 foliis viridibus & acuminatis *calicis*, maxima parte, præcipuè autem ad extuberantias, excepti. *Semina* in illis continentur tria, interſepimentis candidis à ſe mutuo diſtincta, trigona, exteriore latere rotundo, duobus interioribus planis, obtusè concurrentibus. Fabam in ſe continent viridem, anteriori parte in duos lobulos ungulatim per interſepimentum medium in medio fiſſam, in convexa parte umbilico ſeu oculo viridi, qui versùs planam partem inflexus velut in ſinum ſeſe recipit, dotatam. Faba hac reſoluta, ex oculo viridi, tanquam communi pedunculo duo plani conſpiciuntur folioſi lobuli, qui ſinguli in duo folioſa criſpa relaxantur linteola.

Planta cum ebutyrato lacte oleóque ſimul cocta lumborum abſceſſus ſanat, dolorem mitigat.

62. Tiru-Tali H. M. P. 11. T. 53. Convolvulus *Malabaricus*, floribus ex albo purpuraſcentibus.

H. M.

Convolvulus ſinuoſis ramis arboribus ſe affigens, arenoſo & terreo gaudens ſolo. *Radix* tenuis, fibroſa, longè excurrens, cortice albicante, ſapore ſubdulci. Folia hinc inde ad intervalla è caulibus oriuntur ſingulatim, petiolis craſſioribus, longiuſculis, teneris, viridantibus, interius ſtriatis & nonnihil rubeſcentibus inſidentia, figura cordiformi, ut *Munda-Valli*, &c. tenuia, mollia ſuperficie leniſſima, in margine ſubrubro limbulo circundata. *Flores* in longis, tortuoſis, viridi-dilutis petiolis, cauliculis ex quibus oriuntur craſſioribus, ex origine foliorum prodeunt, ſeptem octóve plus minùs ſimul, monopetali, albicantes & purpuraſcentes, collo oblongo-anguſto purpureo-rubro, reliqua parte purpureo albicante & nitente, ex inferiori colli orificio ſtellâ notati, cujus cuſpides ad oras deferuntur, nullius odoris. *Stamina* 5, candida, *apicibus* flavis ſurrectis. *Stylus* candidus & tenuis, duabus gemmulis in vertice nodulatus. *Calyx* collum florum arctè arripiens, viridis eſt, pentaphyllos, rotundo-cuſpidatus. *Fructus* baccæ ſunt rotundæ, aliquo modo planæ, primò virides, exindè flavæ ſeu rufæ, 4 venulis vel lineis ſtriatæ, in quibus cortex, qui duriolus eſt & tenuis, in 4 ſe relaxat partes.

partes. *Semina* in illis quatuor, tenuibus à ſe mutuo ſeparata membranis; de cætero trigona ſunt, uno latere rotundo, duobus planis, coloris caſtaneo-fuſci; ex oculo in vertice fila ejiciunt candida tenuia.

Succus expreſſus pro lotione adhibetur ad purificationem corporis.

63. Convolvulus *Canarienſis* ſemper virens, foliis mollibus & incanis, floribus ex albo purpuraſcentibus *Hort. Amſt.* rar. P. 2. *Canarienſis* longioribus foliis mollibus & incanis, *Ahilo-porro-Salvages Hiſpanis* Pluk. Almag. Bot. Tab. 325. F 1.

Aſparagi ad imum digiti craſſitie ſunt & lignoſi. *Flores* cœrulei ſunt. Toto anno folia retinet. *Radix* lignoſa eſt & fibroſa, è qua unicus exſurgit *Cauliculus*, lignoſus, digitum minorem craſſus, ſubruber, piloſus, 20 & plurium pedum altitudinem, in varios è foliorum alis orientes cauliculos divaricatus, exſuperans, quibus pedamenta juxta poſita, vicinóſque frutices conſcendit, multíſque convolutionibus amplectitur. His fronde perpetua adſtant, ex pediculis tomentoſis duas uncias longioribus *Folia* cordiformia mucronata, & præter nervum craſſum per foliorum longitudinem excurrentem, aliis ſatis conſpicuis, è majori provenientibus prædita. Folia quò juniora eò molliora & magis incana, quò autem vetuſtiora, hoc ipſo aſperiora: nervi magis apparent, & rubicundiores evadunt: quod etiam diſcrimen juniores viticuloſos cauliculos inter & vetuſtiores obſervatur. *Flores* nunc ſolitarii, nunc 5 aut 6 in eodem pediculo è foliorum alis orto hunc Convolvulum 4to aut 5to à ſatione anno exornant, monopetali, ampaniformes, ex albo purpuraſcentes.

Julio & Auguſto floret, ſemina hactenus (in *Hort. Med. Amſt.*) non perfecit.

64. Ben-Tiru-Tali H. M. P. 11. T. 54. Convolvulus *Malabaricus* folio longiori, flore candido *Commelin.* notis.

H. M.

Convolvulus naſcens in arenoſis. *Caules* ei tenues, rotundi, virides, glabri. *Folia* oblongo-rotunda, craſſiuſcula, mollia, lenia, odoris debilis ſed grati, ſaporis ſubacris: *Coſta* media utrinque eminet, laterales in recta parte extuberant. *Flores* monopetali, campaniformes, ſtellati, quinque-cuſpidales, oblongo collo, candidiſſimi. *Stamina* 5, ſurrecta, candida, apicibus candidis barbata, collo aſſuta. *Stylus* oblongior, gemmula albicante inſtructus. *Calix* quinquefolius, tribus foliis amplis & oblongo-rotundis, duobus anguſtis & cuſpidatis. *Fructus* oblongi, filamentum oblongum, viridi-dilutum in vertice gerentes, inter 4 ſurrecta, ſcabra, rigida & viridia folia conſiti: Illorum cortex craſſiuſculus & viridi-dilutus, intus valde glaber, albicans, in medio molliſſima, flocculoſa, albicans continetur lanugo.

Ex ſucco plantæ inſeſſus præparatur adverſus morbum endemium *Pitao* dictum: idem cum fructu & cortice *Cudel-avenacu* hauſtus alvum laxat. *Vires.*

65. Tala-Neli H. M. P. 11. T. 55. Convolvulus *Malabaricus* anguſto folio, flore variegato *Commelin.* notis.

H. M.

Convolvulus eſt arboribus ſe affigens, vel ſuper terram repens. *Radix* lignoſa, fibroſa, cortice viridi-fuſco. *Caules* tenuiſſimi, anguloſi, virides. *Folia* oblongo-anguſta, cuſpidata, ad petiolum utrinque pedunculo laciniata, tenuia, mollia, lenia, viroris communis, ſaporis nullius. *Flores* monopetali, ſtellâ in medio ornati, cujus cuſpides in ora nonnihil eminent, albicantes ſubflaveſcentes, in collo notâ roſaceo-ſaturâ in orbem ſuffuſi. *Stamina* 5 cum *apicibus* ſurrectis candida. *Stylus* capitulo viridi-diluto in duas veluti pennas bifido ornatur. *Calyx* quinquefolius & cuſpidatus, tum florem arctè arripiens, tum fructum profundè excipiens. *Fructus* globuli ſunt plano-rotundi, ex albicante viridi-diluti, ſtriati, ex futuris per membranas intermedias in 4 loculos ſeminales diſtincti, in quorum ſingulis ſemen continetur unicum, triangulare, uno latere rotundo, duobus planis, primùm albicantia, dein ſpadicea.

Decoctum hujus plantæ, *Samſtravari*, *Glycyrrhiza* & oleo *Sergelim* permixtis, linimentum præſtat quo caput illinitur adverſus cephalæam & comæ fluxilitatem. *Virè.*

66. Adamboe H. M. P. 11. T. 56. Convolvulus *Malabaricus*, flore maximo purpuraſcente *Commelin.* notis.

H. M.

Convolvulus eſt, cujus *radix* fibroſa albicans: *Caules* rotundi, tenues, minutis pilis obſiti, ſuper terram radiculis emiſſis repentes. *Folia* petiolis ſtriatis & piloſis inſident, cordiformia, tenuia, mollia, lenia. *Flores* in uno petiolo plures proveniunt, monopetali, in 5 partes inciſi, corrugati, ſtellati, in collo purpureo-rubro-ſaturi, exteriora versùs ex purpureo albeſcentes, inodori. *Stamina* & *apices* farinacei, ut in præcedente, *Stylus* craſſa & farinaceâ gemmâ in vertice notatus. *Fructus* nonnihil plano-rotundi, foliis calycis (qui quinquefolius eſt) arctiſſimè incluſi, in vertice caudulâ eminentes, tribus ſeu 4 lateribus rotundiolis, ac in latum nonnihil extuberantibus, cortice primum viridi, in ſuperiori parte ubi calice non obteguntur rubeſcentes, odoris ubi aperiuntur fortis, illum *Piperis* & *Zingiberis* viridis æmulantis. *Semina* in illis tria vel quatuor, fructum replentia, trilateralia, interſepimentis tenuibus, membranaceis, albicantibus, quæ in oris rubeſcunt à ſe invicem ſejuncta, coloris argentei, in oris lateris convexi pilis albicantibus obſita: pulpa viridis eſt & nullius ſaporis.

Contrita cum lacte aſſumpta antidotum eſt adversùs morſum Serpentis *Cobra-capella* dicti; fructus triti & cum aqua aſſumpti idem præſtant. *Vires.*

67. Bel-

67. Bel-Adamboe H. M. P. II. T. 58. Convolvulus *Malabaricus* folio rotundiore craſſo, flore candido *Commelin.*

H. M.

Convolvulus eſt naſcens in petroſis. *Radix* ruffa, intus nonnihil lignoſa, albicans, in longum excurrens, tortuoſa, fibris veſtita, cortice ſubdulci & ſubacri, odoris terrei. *Caules* rotundioli, virides, flexiles, parùm lignoſi, albicante medulla radiculis demiſſis repentes. *Folia*, quorum petioli ſulco ſtriantur, ad exortum proveniunt radicularum, formâ lati & obtuſi cordis, circa petiolum angulato ſinu exciſa, craſſiola, mollia, lenia, viroris ſupernè ſurdi, ſubtus dilutiores, inſipida & inodora. *Flores Adamboe* floribus perquam ſimiles, ſed in totum candidi. *Stamina* itidem ſimilia. *Stylus* gemmâ nodulatur candidâ, rotundâ & granulatâ. *Calix* pentaphyllos, tribus foliis oblongioribus & viridi-dilutis, duobus minoribus & viridi-fuſcis; in quo *globuli* conſpiciuntur *ſeminales*, quorum vertex filamento coronatur oblongo, tenui, ubi cœruleo-fuſci, ad calicem albicantes. *Semina* in illis tria vel 4, triangulata, oblonga, ſuperiori parte in cuſpidem ſtricta, coloris cinereo-fuſci, intra pulpam unicum parvum & rotundiolum recondentia nucleum, odoris & ſaporis fabacei.

Vires. Succus cum *oleo, Maro & Zingibere* decoctus linimentum præſtat capiti inungendum, quo morſus Canis rabidi irritus redditur.

Huic plantæ D. *Petiver Act. Philoſoph. Lond.* No 267. p. 699. Synonymam, ſed dubitanter, conſtituit.

68. Cullecaucanau *Malabar.* quam Soldanellam *Pearmeet dooricam* geniculis radicoſis vocat.

Convolvuli terreſtris, repentis ſpecies eſt, radices fibroſas ad ſingula genicula in terram demittens; unde & folium unicum ſubrotundum & interdum cuſpidatum exit, pediculo duas prope uncias longo inſidens. Ad foliorum exortum exeunt 3, 4ve *Flores*, quibus ſuccedunt capſulæ rotundæ læves, in apicem filamentoſum terminatæ.

Radicis cortex in pulverem redactus purgat leniter abſque torminibus, ʒii homini robuſto purgando ſufficiunt.

69. Samudra-Tsjogam H. M. P. II. T. 61. Convolvulus maximus *Malabarienſis*, folio villoſo, floribus purpuraſcentibus.

H. M.

Convolvulus eſt naſcens in arenoſis. *Caules* rotundi, villoſi, cinereo-albicantes, ſubvirides, lenes, intus lignoſi & medulla inſtructi. *Folia* in petiolis longis craſſis, rotundis, interiùs ſulco ſtriatis, villoſis, cinereo-albicantibus, ſubviridibus, lenibus, ampla, oblonga, cordis formâ, ad petiolum ſinu exciſa, in cuſpidem ſtricta, craſſiuſcula, valde mollia, intus glabra, viroris ſaturi, ſubtus cinereo-argentea, tomentoſa, pannum diceres lanuginoſum, torculari preſſum, tenera, cum lateribus interioribus arctè clauſa & unita. *Flores* petiolorum plures ſimul velut in faſciculum congeſti inſident, monopetali, campaniformes, ſtellati, interiùs fuſcè rubro-purpurei nitentes, ad oras dilutè rubeſcentes, exteriùs in collo ut & calyce lanugine albicante tomentoſa veſtiti, inferiùs oblongis, cuſpidatis, candidis ſuccincti calicis foliis. *Stamina* & *apices* præcedentium ſimilia. *Stylus* exornatur duabus junctis & granulatis gemmulis. *Fructus* ſubrotundi ſunt, alii duobus, alii tribus extuberantes lateribus, cuſpidem in vertice gerentes: immaturi corticem habent viridi-fuſcum, qui inciſum copioſum & ardens exſudat lac. Maturi aurancei coloris ſunt ad flavum vergentis, intus medulla carnoſa, molli, minimè lactea inſtructi. *Semina* in illis tria, diſtinctis loculis ſeparata, triangulata, viridi-flava, carne albicante & dura.

70. Cattu-Valli H. M. P. II. T. 62. Convolvulus anadendras, foliis craſſis ſubrotundis, flore fructúque carens.

H. M.

Convolvulus arbores ſcandens. *Caules* rotundi, virides, lignoſi, vetuſtiores cinerei. *Folia* formam lati & obtuſi cordis referunt, ſpiſſa, viroris in recta parte ſaturi, in averſa viridi-diluti & cinerei, coſtis tam media, quàm lateralibus inſtructa: illa quæ propiùs ad caulium conſident ſummitatem inferioribus ſenſim minora & contractiora evadunt. Flore fructúque caret. *Crediderim potiùs nec florem nec fructum ab Auctore noſtro fuiſſe obſervatum.*

Vires. Ex foliis balneum præparatur adversùs bulimum & malaciam. Ex radice cum *Curcuma* & ſero lactis trita linimentum conficitur artuum dolores mitigans.

71. Mareta-Inali H. M. P. II. T. 63. Convolvulus anadendras, foliis oblongo-rotundis anguſtis, ad nodos pluribus, flore carens.

H. M.

Convolvulus eſt arboribus ſe affigens. *Caules* rotundi, lignoſi geniculati, cinerei, languidi. *Folia* plura congregata in oblongis proveniunt cauliculis, oblongo-rotunda & anguſta anteriùs cuſpidata, valde craſſa ac carnoſa, plurimis filamentis pertexta, rigida, dura, in oris rugulis ſe criſpantia, ſuperficie plana & glabra, viroris in recta parte ſurdi, in averſa clari, intus carne viridi, aquea & ſublactea; coſta in parte averſa altè extuberante, in cujus tractu folia interiùs ſulco ſunt ſtriata, ſaporis amari. Floribus deſtituitur. *Fructus* in geniculis caulium proveniunt, oblongo-rotundi, nodos referentes lignoſos, rugoſi, aſperi.

Succus choleræ medetur.

72. Con-

72. Convolvulus *Madraſpatanus*, flore auriculato, calycibus majoribus *Petiv. Act. Philoſoph.* N. 244. p. 321. *Calovee* Malab. D. *Petiver.*

Planta eſt infirma & humi diffuſa : *Folia* ſemuncialibus pediculis inſident, ampliſſima, unciam plus lata, & duas propemodum longa, in acutum mucronem deſinentia, ad intervalla diſpoſita. Ex uniuſcujuſque ſinu exit *Flos* unicus, rariùs duo, parvus : Succedit *capſula* rotunda, in filamentum oblongum deſinens, caneſcens, Piſi magnitune. Capſula iſthæc 5 cinguntur foliis duobus majoribus, tribus minoribus : paulò infra calicem duo parva naſcuntur folia plerumque oppoſita. In ſingulis calicibus 4 non rarò inveniuntur *ſemina* lævia, triangularia, Alceæ muſchatæ ſeminum magnitudine.

Plantæ ſequenti cognata & ſimilis eſt : Differt foliis acutioribus, majoribus, & pediculis donatis.

73. Viſtnu-Clandi H. M. P. 11. T. 64. Convolvulus *Indicus* minor, Alſines folio, rubicundo purpureo *Commelin.* notis. An Convolv. *Biſnagaricus* Myoſotidis folio D. *Petiver Act. Philoſ.* N. 276. p. 1007. pl. 1. ? *H. M.*

Planta eſt humilis, cum cauliculis tranſverſim ſuper terram diffuſa. *Radix* tenuis eſt & recta, in terram ſe demittens, fibris tenuibus veſtita, cortice rufo, interiùs albicante, ſaporis ſubdulcis. Ex illa permulti, valdè tenues, rotundi, piloſi, lanuginoſi ac virides exeunt *cauliculi*, cubitum plus minus longi, non in altum ſed in latum diffuſi. *Folia* valde parva ſunt, & oblongo-rotunda, craſſiola, mollia, lenia, utrinque lanuginoſa, longis ac denſis pilis obſita, viroris communis, ſaporis ſubdulcis. *Flores*, quorum petioli tenues, lanuginoſi, piloſi, virides longi, qui digitali à floribus intervallo minutis & cuſpidatis ſunt veſtiti foliolis, ſupra ex origine foliorum proveniunt, monopetali, ſtella 5 cuſpidum ſignati, coloris in exteriore ſuperficie inter ſtellæ cuſpides cœruleo-diluti, ad umbilicum in ſtella purpureo-rubicundi, in umbilico albicantes, exteriùs in ſtellæ cuſpidibus ex purpureo albicantes. *Stamina* in illis 5, apicibus brevibus dotata, cum quibus etiam 4 vel 5 erumpunt filamenta. *Calix* viridis, piloſus, in 5 foliola diviſus, *Capſulæ ſeminales* parvæ & rotundæ, primò viridi-dilutæ, deinde flaveſcentes. *Semina* pro numero angulorum, 4, 3, vel etiam 2 inveniuntur, nullis interſepimentis à ſe mutuo ſecluſa, trilateralia, duobus planis, uno rotundo, depreſſa, flava, vel ruffa, matura rubro-fuſca. Tota hæc planta vegeti & haud injucundi eſt odoris, præcipuè aquis impoſita. Tempore pluvioſo maximè reperitur, æſtivo nonniſi in locis umbroſis. Sub veſperam flos arctiſſimè clauditur, & æſtivo tempore duabus à meridie horis.

Antifebrile eſt cum *Cumino* decocta, etiam pro extenuatione corporis & morbis chronicis exhibetur. Cum lacte aſſumpta etiam calidas curat febres. Oleo incocta & capiti illita capillos promovet. *Virey.*

74. Sendera-Clandi H. M. P. 11. T. 65. Convolvulus *Indicus* minor, folio anguſto oblongo, ſummitate velut abſciſſa, flore ex albo flaveſcente. *H. M.*

Radix huic tenuis, fibroſa, cortice è rufo albicante. *Cauliculi* quinquangulares, glabri, viridi-fuſceſcentes. *Folia* in utraque parte glabra ſunt, oblongo-anguſta, quàm præcedentis longiora, ſuperiora versùs, lateribus magis diductis, ſemilunaria, vel etiam duabus ſemilunulis tricornuis exciſa, ad petiolum duobus pedunculis bicuſpidalibus vel tricuſpidalibus eminentia. *Flores* inodori, quàm præcedentis majores, monopetali, ſtellam referentes quinquecuſpidalem, albo-flaveſcentes, ad umbilicum purpureo-rubri. *Stamina* 5, ſurrecta, albicantia. *Capſulæ ſeminales* cuſpidatæ, foliis calicis maxima ex parte comprehenſæ, è vertice filamentum ejicientes tenue & albicans. *Semina* in illis paſſim reperiuntur 4, trigona, duobus lateribus planis, uno rotundo, coſtula in medio extuberante ſtriantur. Colorem refe-runt ſeminis Naſturtii. Tempore pluvioſo etiam quàm maximè invenitur, æſtivo nonniſi in locis umbroſis.

In decocto aſſumpta antifebrile eſt. Cum Saccharo ardorem jecoris reſtinguit. In pulverem redacta, & cum aqua capiti illita omnes ſedat dolores. Trita & cum vaccæ urina epota omnes arthriticos dolores, præcipuè in pedibus mitigat. *Virey.*

75. Convolvulus luteus polyanthos *Plumier.* polyanthos, folio ſubrotundo flore luteo, An Antholiſthos convolvulaceus Americanus *Pluk.* Tab. 136. F. 1. *Slon. Cat. Jamaic.*

Sarmenta hujus valdè tenuia ſunt, & ad unumquemque nodum *folium* habent cordiforme extremitate acuminata, 4 aut 5 pollices longum, 3 aut 4 latum, pediculo longo gracili adnexum, tenellum, glabrum, obſcurè viride, circumcirca velut undulatum.

Ex iiſdem nodis exit pediculus alius, prælongus, paulò craſſior quàm foliorum pediculi, præſertim versùs ſummitatem, quæ faſciculum *florum* ſuſtinet, Campanulæ noſtratis ſimilium, colore flavo fulgente, è quorum fundo exeunt 5 *filamenta* parva, cum *apicibus* longiuſculis albis, *ſtylum* tantillo longiorem ambientibus, cujus capitulum viride eſt & fiſſum.

Capſulæ ſeminales rotundæ ſunt, minimi digiti apicis magnitudine, membrana ſolidâ è rubro fuſcâ compoſitæ, duo triáve *ſemina* includentes, Piſi vulgaris magnitudine, lanugine holoſericea rubra & ſplendente tecta.

In insulis *De la Martinique* & *Dominici* copiosè: in hac Insula major evadit; in illa surculi flores sustinentes alas crispas duarum formarum secundùm longitudinem obtinent. In sylva versùs Trajectum prope the Crawle-Plantation in *Jamaica* observavit D. *Sloane*.

76. Convolvulus coccineus, folio anguloso *Plumier*.

Hujus etiam *sarmenta* valdè tenuia sunt, teretia, subcinerea. *Folia* tenella cordiformia, cum quibusdam in ambitu prominentiis, quæ ea anguloſa reddunt. Glabra autem sunt, pulchrè viridia, 4 aut 5 circiter digitos in longum extensa, pediculis satis longis insidentia.

Ex horum sinubus exit surculus seu pediculus alius, longus, tenuis, in plures multò breviores minoréſque divisus, *flores* sustinentes colore purpureo splendente tinctos, quorum unusquisque velut tubus est, pollicem & dimidium ferè longus, calami scriptorii crassitie, ima parte tantillo minor. Tubus hic exinde se dilatat in modum parvi infundibuli, ad decem lineas diametri, circumcirca leviter incisus in 4 segmenta rotunda, ad quorum unumquodque radius acutus terminatur. E fundo tubi *filamenta* quædam exeunt, valdè tenuia, alba, rubore leviter tincta.

Capsulæ seminales rotundæ, Cicerum grandiorum magnitudine, in 4 partes se aperiunt, quarum unaquæque semen unicum nigricans continet, Orobi propemodum crassitudine.

In Insula *Dominici* pluribus in locis invenitur.

77. Convolvulus major polyanthos, longissimè, latissiméque repens, floribus albis minoribus odoratis *Slon. Cat. Jamaic.* An Ololiuhqui seu planta orbicularium foliorum *Hernandez*? An Scammonea rotundifolia *Virginiana Park*? D. *Sloane*.

Planta isthæc multas interdum arbores operit & obvelat, aut pascua latè occupat, *Radicem* obtinens latam, compressam, planam, longam, anguloſam, colore fusco, multis longis filamentis infra terræ superficiem demissis succum alimentosum toti plantæ nutriendæ exugens. *Caules* albidi, lati, glabri, rotundis eminentiis seu tuberculis superficiei innascentibus inæquales; arborem quancunque vicinam scandentes in magnam aliquoties altitudinem enituntur, aliàs in superficie terræ strati longè latéque ramos emittunt, *foliis* ad sesquncialia intervalla vestitos, cordiformibus, sesquncialem longis, à pediculo sc. [unciali] ad apicem; ad basin subrotundam ubi latissima unciam lata, glabra, mollia, coloris obscurè viridis. *Flores* è ramis exeunt numerosissimi, uncialibus pediculis innixi, monopetali, campaniformes, albi cum 5 fascis virentibus, plantæ respectu parvi, perquàm odorati; quorum singulis singula succedunt *semina*, ampla, figuræ ovalis, fusca & velut holosericea, vasculo fusco, membranaceo, piloso incluſa, 5 capsularibus fuscis foliis stellæ radiorum instar undique extantibus ad basin cincto.

Locis campestribus circa urbem S. *Jago de la Vega*, & alibi in insula *Jamaica* invenitur. Maio & Decembri mensibus floret.

78. Convolvulus maritimus rotundifolius maximus, summo fastigio bisulcus, ex Insula *Johanna Pluk. Mantiss.* Hujus plantæ folia foliorum 2dæ specie *Mandaru* seu *Chovannæ-Mandaru* in Horto *Malabarico* depictæ forma & magnitudine sunt. *Idem*.

79. Convolvulus marinus catharticus, folio rotundo, flore purpureo *Plumier*, id est, Convolvulus marinus seu Soldanella *Maregrav Hist. nost.* p. 726.

Radicum sarmenta pollicis crassitudine sunt, consistentiâ quasi ligneâ, nigro cortice tecta. Magnitudine omnium partium à Soldanella nostrate marina differt.

80. Convolvulus marinus catharticus, foliis Acetosæ, flore niveo *Plumier*.

Ejusdem naturæ est, eodem modo repit & eisdem in locis cum præcedente invenitur. *Folia* ejusdem figuræ & magnitudinis sunt cum Acetosæ foliis, paulò tamen spissiora, teneriora, hilariùs viridia, introrsum reflexa.

Flores præcedentis similes, verùm paulò minores, lactei cum fundo rubro saturo: *Semina* etiam ejusdem figuræ, nigra & velut holoserico, *veluto* dicto, tecta, quamvis paulò minora: tandem tota planta lac niveum fundit, quemadmodum præcedens; Succus inspissatus est etiam catharticus.

In insula *de la Martinique* uno solo in loco, mense *Januario* florentem invenit Autor.

81. Convolvulus maritimus majore folio *Chinensis Pluk. Phyt.* T. 24. F. 5. An Sarsa litoralis seu Convolvulus maximus *Brasilienſium Pison.* 258?

82. Convolvulus angustissimo folio nostras cum auriculis *Pluk. Phytogr.* T. 24. F. 3.

83. Convolvulus cœruleus myosotis, *Indicus*, erectus, Passerinæ minoris folio, ramosissimus *Pluk. Almag. Bot.* T. 167. F. 2.

84. Conv. *Indicus* barbatus minor, foliorum apicibus lunulatis *Pluk. Almageſt. Bot.* T. 276. F. 6.

85. Conv.

85. Conv. minimus procumbens, Acetoſellæ foliolis, barbulis ad imum quaternis, ſummo apice tricuſpidatis *Fluk. Phyt.* T. 167. F. 5. *Muſ. Pet.* cent. 1. n. 47.

86. Convolvulus non Convolvulus *Munting. Herbar. Belg.* anguſtiſolius eſt, Lychnidis ſylveſtris ſpecies Myconi.

87. Convolvulus major heptaphyllos, flore ſulphureo odorato ſpecioſiſſimo. **Spaniſh Arbor-Vine or Spaniſh-Wood-bine.** *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

E *radice* rotunda, tuberoſa, capitis humani magnitudine *caulem* emittit fuſcum, anguloſum, altiſſimas arbores ſcandentem, iiſque ſe circumvolventem & numeroſis ramis operientem. Folia ad trium 4ve unciarum intervalla exeunt digitata, Hederæ quinquefoliæ *Canadenſis Cornut.* ſimilia pediculis 2 uncias longis, teretibus, viridibus inſidentia, in 7 digitos ſeu ſegmenta diviſa, unoquoque ſegmento coſta medium percurrente donato, initio anguſto, aliquouſque lateſcente, & in punctum deſinente. Segmenta quæ ad baſin, breviſſima ſunt & anguſtiſſima, reliqua ordine majora ad 7mum uſque, (quod 4 uncias longum, unam latum) tenuia, glabra, colore obſcuro. *Flores* petiolis tres uncias longis, teretibus, viridibus inſident, ex alis foliorum exeuntes, monopetali, campaniformes, coloris flavi pulchri, odorati, quibus ſuccedunt *ſemina* capſulâ incluſa parvæ Juglandis magnitudine, tenui, membranaceâ, fuſcâ, 5 folioſis calicis partibus, baſi ejus adhærentibus, obvelata. *Semina* magna, numero plerunque tria, triangularia, uno latere ſubrotundo, obſcurè fuſca, pilis innaſcentibus velut holoſericea.

Inter arbores prope ripas *Rio Cobre* non procul ab urbe S. *Jago de la Vega* provenit; & in *Uſus.* frequenti uſu eſt ad pergulas & ſcenas inumbrandas. Solis quippe radios præ alia quacunque hujus generis planta mihi nota arcet & inhibet.

88. Convolvulus pentaphyllos minor, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix parva fibroſa *caulem* protrudit teretem, purpureum, plantæ cuicunque aut perticæ vicinæ ſe circumvolventem, & ad bipedalem altitudinem enitentem, cui hîc illîc innaſcuntur *folia* purpuro-viridia, in 5 lacinias ſeu cuſpides ſecta, inciſuris ad pediculi purpuraſcentis extremum propemodum pertingentibus *Papayæ* foliis aliquatenus ſimilia. *Flores* è foliorum alis exeunt monopetali, purpurei, peramœni, quibus ſuccedunt *capſulæ* rotundæ fuſcæ membranaceæ *ſemina* continentes, ut in aliis Convolvulis.

Inter Opuntias in prato propè urbem S. *Jago de la Vega* creſcentem collegi.

89. Convolvulus major, folio ſubrotundo, flore amplo purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* Mecapatlis Mecatlanenſis *Hernandez* p. 304. An Convolvulus *Maderaſpatanus*, Violæ Martiæ foliis, floribus plurimis ſimul junctis *Pluk.* Tab. 166. F. 5? D. *Sloane.*

Sarmenta ſeu *Caules* hujus plantæ rotundi, virides, quemvis fruticem, arborem aut ſepem vicinam conſcenduut ad magnam perſæpe altitudinem, ramis ſuis & foliis multiplicibus eas veſtientes. Sunt autem *Folia* duas uncias & ſemiſſem longa, à pediculi inſertione ad apicem; ad baſin ſubrotundam, ab auricula extrema ad auriculam extremam duas lata; cordiformia, glabra, luteo-viridia, pediculis $1\frac{1}{4}$ unc. longis inſidentia. *Flores* pallidè purpurei, perampli, monopetali, campanulati; quorum ſingulis ſuccedunt *capſulæ* ſingulæ ſuſcæ, 5 calicis foliis cinctæ, 4 in ambitu ſubrotundis protuberantiis inæquales, in quarum unaquaque continetur *ſemen* unicum, amplum, triangulare, læve, ſolidum, è fuſco albicans.

In ſepibus & foſſis humidioribus Inſulæ *Jamaicæ* ubique provenit. Jus decocti ejus humores craſſos ac frigidos purgat, ac ventris noxia pellit Animalia. Decoquenda eſt adhuc virens, & matutino potio propinanda: ſicca enim inutilis eſt. *Hernandez.* *Locus. Virei.*

90. Convolvulus folio lanato, in 3 lacinias diviſo, flore oblongo purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* Convolv. *Jamaicenſis* trilobatus, foliis tomentoſa lanugine, denſiori & leniſſima, ac *veluti* æmula utrinque obductis, flore peramœno purpureo *Pluk. Phytogr.* Tab. 167. F. 4. D. *Sloane.*

Caule tereti, albicante, lanuginoſo, volubili arborum truncos amplectitur, ad 20 pedum altitudinem aſcendens, ad uncialia intervalla *folia* emittens, pediculis $\frac{1}{4}$ unciæ partes longis inſiſtentia, Hederæ vetuſtioribus foliis nonnihil ſimilia, in 3 lacinias diviſa, à ſummo pediculo ad extremum oppoſitum ſeſcunciam longa; tantundem etiam aut eo amplius ab extremo unius ſegmenti ad baſin, uſque ad alterius extremum lata. Coloris ſunt è viridi albicantis, mollia & brevi lanugine obducta. *Flores* ex alis foliorum egrediuntur pediculi $\frac{1}{4}$ unciæ longis innixa, calice viridi, pentaphyllo excepti, monopetali, ſeſcunciam longi, in imo tubo qui in campanæ formam ſe aperit, colore purpureo eleganti tincti, cum flavis in medio ſtaminibus, & 5 pallidioribus ſtriis ſeu faſciis; poſt ſe relinquentes capſulam cum 4 rotundis protuberantiis, ſub tenui membrana tria ſemina velut holoſericeâ lanugine tecta continens, reliquorum Convolvulorum ad inſtar.

Truncos arborum grandiorum, viâ quâ *Guanaboa* itur ſcandens reperitur, & prope domum D. *Fuller* ultra **Black-River-Bridge** in S. *Dorotheæ.* *Locus.*

91. Convolvulus folio hederaceo anguloso, flore dilute purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Multos ab eadem *radice* grandi, oblonga, profundè descendente emittit stolones, teretes, rubentes, 3, 4ve pedes longos, in terræ superficie stratos, ad trium quatuórve unciarum distantiam *folia*, & ex eorum alis *flores* emittentes. *Folia* petiolis 2 uncias longis intercedentibus annexa, sescunciam aut 2 uncias longa, à summo sc. pediculo ceu centro ad punctum oppositum; tantundem lata ad basin nimirum, ab angulo ad angulum commensurata, unumquodq; etenim folium anguloſum est, duóque segmenta seu auriculas habet ad basin, tertium pediculo oppositum in summo acutius & longius, vestituoribus angulosis. Hederæ foliis simillimum. *Flos* in pediculo semunciali, calice pentaphyllo cinctus, monopetalos, campanulatus, pallidè purpureus, omnibus suis partibus cum reliquis convolvulaceis exactè conveniens.

Locus. Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, & in locis campestribus frequenter occurrit: magna etiam copia in collibus Red-Hills dictis prope *Guanaboa*, provenit.

92. Convolvulus *Hinquer-pollumensis* folio cordato, polyanthes, pediculis quasi spinosis: *Moole-puncodee* Malab. *Petiver Act. Philos.* N. 264. pag. 593. pl. 45.

93. Convolvulus minor lanuginosus, folio subrotundo, flore cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.* An Convolvulus *Curassavicus* villosus flore cœruleo *P. B. P.*

D. *Sloane.*
Cauliculos edit teretes, graciles, virentes, quibus plantis vicinis se circumvolventibus longissimè prorepit, paucis foliis & ad longa intervalla remotis vestitos. *Folia* autem petiolis sescuncialibus appensa, in cordis prout vulgo pingitur formam ficta, sescunciam longa, & ad basin subrotundam unciam lata, intensè viridia, & lanugine alba rara obsita. *Flores* ex alis foliorum exeunt, nunc plures simul, nunc seorsim singuli, monopetali, campaniformes, coloris cœrulei amœnissimi, calice pentaphyllo villoso cincti, & petiolo $\frac{1}{4}$ un. longo insistentes. Florem excipit *capsula* pyramidalis, fusca, membranacea, *semina* terna propemodum triangularia, fusca, reliquorum Convolvulorum similia, tribus distinctis cellulis totidem membranis separatis, latitantia continens.

Locus. Loco *Guanaboa* dicto in agris mense Novembri florentem passim observavi, & inter frutices non procul ab urbe S. *Jago de la Vega* prope ruinas Monasterii. D. *Sloane.*

94. Convolvulus minor repens, Nummulariæ folio, flore cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
E *radice* tenui fibrosa & filamentosa *cauliculi* erumpunt longi, humi strati, radices hîc illîc ubi terram attingunt agentes, & ad brevia inæqualia intervalla *folia* emittentes alterna, propemodum rotunda, Nummulariæ minoris flore purpurascente similia $\frac{3}{4}$ unc. longa, semunciam lata, extremitate crenâ incisa, in pediculis fuscis, quadrantem unciæ longis. *Flores* ex alis foliorum exeunt, brevibus petiolis fulti, monopetali, campaniformes, dilutè cœrulei, capsulam fuscam relinquentes, duo triave *semina* fusca continentem.

Locus. In pratis circa urbem S. *Jago de la Vega* post pluvias copiosissimè crescit: reperitur etiam in insula *Barbados.*

Inter Plantas siccas D. *Sherard* invenio Convolvulum repentem rotundifolium minorem, Nummulariæ foliis, qui vel idem est cum descripto, vel ei simillimus.

95. Convolvulus rectus minor, folio angusto candicante *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
E *radice* longa, recta, aliquammultos protrudit *caules* rectos, ad pedalem altitudinem vix assurgentes, pilosa lanugine tectos. *Folia* secundùm caules inordinatè posita, unciam longa, non ultra $\frac{1}{8}$ unciæ lata, supernè glabra, subtus pilosâ lanugine obsita. *Flores* ex alis foliorum exeunt, monopetali, campanulati, albi, cum staminibus in medio, calice subtus excepti; quibus succedunt *capsulæ* pentaphyllæ plura *semina* continentes.

In pratis *Savanna's* dictis prope urbem S. *Jago de la Vega* post pluvias copiosè oritur.

96. Convolvulus fruticosus rectus, foliis viridibus *Hort. Reg.* apud *Honslaerdyck.*

A recto odorato, &c. *Ponæ*, foliorum viriditate solummodo differt, observante D. *Sherard.*

P. 731. & seqq. Ad Cap. de Campanula.

1. Rapunculus fruticosus foliis oblongis, integris, villosis, ex adverso sitis, flore purpureo villoso *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Frutex isthæc multas ab eadem radice *virgas* seu *caules* effert, graciles, 4 vel 5 pedes altos, quadratos, digiti minimi magnitudine, cortice glabro luteo, ligno intus duro, albicante, cum medulla ampla, plurimis transversis membranis divisa. *Folia* ad genicula bina opposita, unius aut etiam duorum digitorum intervallo distantia; singula pediculo $\frac{1}{2}$ unciæ partem

tem longo intercedente annexa, media latiſſima parte unciam lata, coloris obſcurè viridis, brevibus albicantibus ſpinulis ubique innaſcentibus aſpera. E foliorum alis egediuntur *flores*, purpureis aſperis ½ unciæ longis pediculis inſidentes, ampli, monopetali, difformes, margine in aliquot ſegmenta diviſo, tubuloſi, purpurei, rigidis brevibus creberrimis pilis obſiti. Fundo floris intumeſcente capſula ſeu vaſculum ſeminale exoritur, cui *ſemen* plurimum, parvum, oblongum incurvum includitur.

In ſylvis montoſis Inſulæ *Jamaicæ* provenit obſervante D. *Sloane*.

2. Rapunculus fruticoſus linifolius, flore luteo ſpecioſo, foliis ex adverſo ſitis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane*.

Ad 4 aut 5 pedum altitudinem aſſurgit, ramis undique obſitus, qui ut & ſurculi lignoſi ſunt, *foliis* ſibi mutuo oppoſitis veſtiti ad intervalla uncialia. *Folia* autem pediculis ⅛ unciæ longis inſident, ipſa ſeſcunciam longa, latitudine, media latiſſima parte, longitudinis dimidia, glabra, obſcurè viridia. Surculorum faſtigia plerunque ramoſa ſunt, multóſque *flores* geſtant, flavos, ſpecioſos, tubuloſos, monopetalos, oris in 5 ſegmenta diviſis, ſummo fructus rudimento inſidentes, qui in pyramidale oblongum capitulum augeſcit, foliolis paucis obvelatum è tribus cellis compoſitum, in quarum ſingulis magna ſeminum exiguorum fuſcorum copia continetur.

Reperitur in collibus **Red-hills** dictis eundo ad **Colonel Copes Plantation** in *Guanaboa*.

3. Rapunculus aquaticus foliis Cichorei, flore albo, tubulo longiſſimo. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane*.

Radix huic craſſa, altè deſcendens, terræ firmiter impacta, è qua *caulis* exoritur ſubrotundus, 4 plus minus digitos altus, *foliis* multis alternatim ad intervalla breviſſima exeuntibus, abſque pediculis immediatè adnatis, veſtitus. Folia autem 3 circiter digitos longa ſunt, trientem digiti lata, ima latiſſima parte, à qua ſenſim anguſtantur, in obtuſum mucronem deſinentia, rugoſa, è viridi albicantia, circum oras laciniata Dentis leonis aut Cichorii in modum, quibus etiam valde diſſimilia non ſunt. Versùs faſtigia exeunt *flores*, coloris candidi ſeu lactei, aſpectu jucundiſſimi, tubulo omnium quos unquam vidi Rapunculorum longiſſimo, ut qui 3, 4ve uncias æquaret, oris in 5 cuſpides diviſis; quibus ſuccedunt in parvis *capitulis* multa *ſemina* minuta.

Ad ripas humidiores fluvii *Rio Cobre* dicti copiosè oritur, in inſula *Jamaica*.

4. Rapunculus folio oblongo ſerrato, flore galeato integro pallidè luteo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane*.

Caulis digiti minimi craſſitudine, ad tripedalem altitudinem aſſurgit, viridis, glaber, *foliis* plurimis obſitus nullo ordine poſitis, 10 uncias longis, media parte duas latis, obſcurè viridibus, circa margines dentatis. Faſtigium occupant *Flores* plurimi, pallidè lutei, galeati galeâ longâ reflexâ, cum ſtaminibus nonnullis è medio flore exeuntibus, 4 foliolis cincti. *Stamina* minutiſſima & vix diſcernenda, fuſca, Hyoſcyami ſimilia, capſulâ in aliquot cellas diviſâ contexta. Tota planta lacte manat.

Loco *Guanaboa* dicto in ſylvis & ſecus viam quà itur versùs 16 **Miles-walk**, reperitur.

5. Rapunculus aquaticus repens minimus Alpinus, Bellidis folio, flore cœruleo inaperto, albâ maculâ notato *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 27. Rapunculus Bellidis minimæ foliis, flore cœruleo, albâ maculâ notato, caule folioſo *Hort. Cath.* Supplem. 3.

Rupta aut vulnerata hæc planta lac manat; rariùs ſupra terram 3 aut 4 uncias Geometricas elata. Super ſaxa aut petras grandiores ſtrata, in mediis fluviis montium *Corſicæ* exit. *Folia* initio *Bellidis pratenſis*, aut *Burſæ paſtoris loculo oblongo C. B.* folia formâ ſuâ, hujus etiam magnitudine imitantur. *Flos, capſula, radix & ſemen* Rapunculi ſunt. Oritur etiam prope *Panormum* in *Sicilia*: locum vide. Plantam integram curioſè exſiccatam nobis communicavit D. *Sherard*. Floſculi pediculis longiſſimis & tenuiſſimis ſinguli ſingulis inſident.

6. Rapunculus Alpinus, Teucrii folio, rhomboidalis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 61.

Montium *Ceniſii* & *Delphinatûs* indigena eſt, & è terram unâ paulò plus ſpithamâ attollitur, interdum pedalem altitudinem aſſequitur. *Folia* perſæpe figuram rhomboidem aſſumunt.

7. Rapunculus galeatus cœruleus *Marilandicus*.

Caulis erectus, firmus, hirſutus, anguloſus, non ramoſus. *Folia* oblonga, modicè lata, ſerrata, inferiora obtuſiora. *Flores* in ſummo caule è foliolorum quorundam alis exeunt, & ſpicam laxam componunt. Florum formam in ſicca diſcernere non licuit, videbantur tamen eſſe labiati, & in aliquot cuſpides diviſi; pro galea duæ longæ anguſtæ laciniæ antrorſum extendebantur, tantùm abeſt ut galeatus propriè dici poſſit.

8. Rapunculus

8. Rapunculus Africanus, Coronopi foliis altiſſimus, non ramoſus D. *Sherard.*

Caulis inferiori parte foliis creberrimis amicitur, ſummâ nudus eſt, flores plures ſuſtinens, velut in umbellam parvam diſpoſitos.

9. Erinus *Marianus*, ferè umbellatus Majoranæ folio, *Pet. Act. Philoſoph.* N. 246. p. 404. Spec. 45.

Folia trinervia, in caule ex adverſo bina, ad Rhois myrtifoliæ *Monſpeliacæ* folia, me judice, accedunt, minora tamen ſunt. In ſummo caule & ramulis è foliorum ſuperiorum alis egreſſis exiſtunt *flores*, velut in capitula coacervati, purpuraſcentes, & quantum in ſicca diſcernere licuit, galeati.

10. Rapunculus galeatus Artemiſiæ folio, *Cap. Bæ Spei* Muſ. Pet. 469.

Hujus flores à reliquis congeneribus galeâ tripartita differre videntur, Labellum etiam bifidum. Verùm in ſicca nihil clarè comparuit.

11. Campanula ſeu Rapunculus nemoroſus cœruleus, Lamii folio, floribus ſpicatis minimis ex Provincia *Mariana Pluk. Mantiſſ.*

12. Campanula lævis ſeu Rapunculus Pyramidalis minor, flore magis acuminato ex *Virginia Ejuſd. ibid.*

13. Campanula ſpicata minima, floſculis elegantiſſimè rubris, longo tubulo donatis *Cap. Bæ Spei Ejuſd. ibid.* A D. *Stoneſtreet* habuit.

14. Rapunculus flore cœruleo galericulato, Roriſmarini folio anguſtiore D. *Sherard.*

Planta eſt fruticoſa, erecta, in ramos diviſa, foliis undique cinctos crebris anguſtis acutis, uncialibus. In ſummis ſurculis inter folia exeunt flores plures coacervati, oblongi, mediocres. Locus *Prom. Bæ Spei.*

15. Rapunculus *Africanus*, flore cœruleo galericulato, folio ſubrotundo crenato D. *Sherard.*

Radix ſimplex, fibrillis bene multis capillata, lignoſa, annua, *caules* emittit plures, tenues, dodrantales, erectos, non ramoſos, ſaltem in noſtra ſicca, quam ex munere D. *Sherard* habemus, foliis paucis veſtitos, parvis, ſubrotundis, alternis crenatis; [Superiora in caule longiora ſunt] *Flores* ex alis foliorum exeunt in pediculis prælongis tenuibus, cœrulei, galericulati, parvi, propendentes.

16. Rapunculus ſaxatilis, Perſicæ foliis, umbellâ corniculatâ, cœruleâ *Hort. Cathol. Cupani.*

Planta eſt ampla, Trachelio umbellifero cœruleo *Ponæ* non abſimilis.

17. Rapunculus *Africanus*, flore cœruleo galericulato, foliis anguſtis dentatis D. *Sherard.*

Cauliculis eſt pedalibus, tenuibus, ab eadem radice pluribus, foliis veſtitis non admodum crebris, nullo ordine poſitis, anguſtiſſimis, quæ tamen in caule media ſunt, reliquis paulò latiora, denticulis paucis ad latera inciſa ſunt. *Flores* in ſummis cauliculis cœrulei parvi.

18. Rapunculus ramoſus corniculatus, capite globoſo, Polygalæ foliis, ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.*

19. Rapunculus ſeu Rapuntium alterum minus, *Solonienſi* ſimile, *Virginianum Baniſteri Ejuſd. ibid.*

20. Rapunc. ſeu Rapuntium, *Solonienſi* ſimile, minus alterum, glabrum ex *Virginia* Ejuſdem *Baniſteri Ejuſd. ibid.*

21. Idem caule & foliis hirſutum è *Terra Mariana Ejuſd. ibid.*

22. Rapunc. *Virginianus* Hyſſopi folio, floribus immaculatis *Ejuſd. ibid.*

23. Rapunc. ſeu Rapuntium *Virginianum*, veluti perfoliatum, floribus cœruleis, Valerianæ *Indicæ* foliis & facie *Ejuſd. ibid.*

24. Rapunc.

24. Rapunc. Coronopi foliis *Æthiopicus*, caule villoſo, non ramoſus *Ejuſd. ibid.*

25. Rapunc. Papaveris Rhœadis folio *Æthiopicus Ejuſd. ibid.*

26. Rapunc. Valerianæ annuæ ſeu æſtivæ foliis *Cluſ. Africanus Ejuſd ibid.*

27. Rapunculus *Æthiopicus*, Polygalæ facie, floribus argenteis non galeatis *Ejuſd. ibid.*

28. Rapuntium *Africanum* Limonii foliis, floribus galeatis cœruleis minimis D. *Sherard.* Planta eſt ſemipedalis. *Folia* quæ in caulibus minora & anguſtiora ſunt iis quæ ad radicem, ejuſdem tamen figuræ.

29. Rapuntium *Africanum* galeatum, foliis oblongo-rotundis, dentatis, villoſis D. *Sherard.* *Caulis* in planta ſiaca nobis à D. *Sherard* communicata ſemipedalis erat aut altior, foliis nudus, non ramoſus, flores 5 vel 6 in faſtigio ſuſtinens.

30. Rapunculus *Africanus* minimus villoſus, foliis anguſtis dentatis, confertim naſcentibus D. *Sherard.* Clinopodium *Africanum* procumbens, Pſyllii foliis & capitulis cum caulículo lanugine veſtitis *Pluk. Mantiſſ.* 51. Tab. 344. F. 5. Flos monopetalos, in 5 partes æquales diviſus eſt, monente D. *Sherard.*

31. Rapuntium *Æthiopicum*, violaceo galeato flore, foliis Pinaſtri D. *Sherard.* Planta eſt fruticoſa & lignoſa, ramulis foliis creberrimis veſtitis anguſtiſſimis. Inter folia emicant *flores* parvi cœrulei.
Datur hujus varietas foliis latioribus.

32. Rapuntium galericulatum *Africanum* Nepæ facie D. *Sherard.* Foliis eſt tenuiſſimis creberrimis.

33. Campanula *Canarienſis* Regia ſeu Medium radice tuberoſa, foliis ſinuatis cæſiis Atriplicis æmulis, ternis caulem ambientibus, flore amplo pendulo, colore flammeo rutilante *Pluk. Almag. Bot.* T. 276. F. 1 In Horto Regio *Hampton.* viget.

34. Campanula umbellata, foliis longioribus, inæqualiter dentatis, glabra: An Rapunculus umbellatus Sonchi folio *C. B.? Pluk. Almag. Bot.*

35. Campanula lævis ſeu Rapunculus *Africanus*, anguſtifolius, copioſo majore flore; è dictatis D. *Magnol. Ejuſd. ibid.*

36. Campanula lævior, foliis anguſtioribus, tenuiter ſerratis, longo pediculo appenſis *Ejuſd. ibid.* p. 77.

37. Campanula Perſicifolia, latioribus foliis, flore minore *Ejuſdem ibid.* Inter *Cortenianas*; An Rapunculus campanulatus ſeu Neriifolius minor ſeu 6tus *Thalii?*

38. Companula Perſicæ folio *Virginiana*, Boraginis flore D. *Baniſt. Cat. Mſſ.*

39. Campanula arvenſis minor, Bellidis minoris foliis, flore minori, dilutè cœruleo differt à reliquis ſpeciebus Speculi Veneris. *Hort. Cath.*

40. Rapunculus ſpicatus flore ferè orbiculari, ſpiſſiùs corniculatus *Pluk. Almag. Bot.* Rapunculus petræus *Alpin. exot.* p. ult.

41. Rapunculus galeatus *Americanus*, coccineo flore, lineis albis eleganter ſtriato *Pluk. Almag. Bot.*

42. Rapunculus galeatus *Virginianus*, floribus immaculati candoris *Hort. Oxon. Pluk. Almag. Bot.*

43. Rapunculus galeatus *Æthiopicus*, cœruleus, hirſutis & ſubrotundis crenatis foliolis *Pluk. Almag. Bot.*

44. Rapunculus *Æthiopicus*, puſilla planta, foliolis inciſis, galeato flore, ſummâ galeâ candidiſſima lanugine villoſâ *Ejuſd.*

45. Rapunc. galeatus *Virginianus*, ſeu Rapuntium minus glabrum flore pallidiore *Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.*

46. Rapunc. galeatus *Æthiop.* foliis multiſciſſis, flore cœleſti *Pluk. Almag. Bot.*

47. Rapun-

47. Rapunculus *Africanus* Coronopi folio, flore cœruleo galericulato, ramosus D. *Sherard.* Caules firmi, valde ramosi superiori parte flores sustinentes plures pediculis tenuibus longiusculis fultos è pediculis turgidis striatis. Flore & vasculo (adnotante D. *Sherard*) cum Gladiolo lacustri *Dortmanni* exactè convenit.

P. 732. Post speciem 2dam Campanulæ hirsutæ.

1. Campanula seu Medium, foliis minoribus crispis, flore tubuloso *Schol. Bot.*

2. Campanula Alpina humilis, Medii Matthioli flore *Ejusd.*

P. 730. post 5tam speciem,

3. Trachelium serotinum, seu Viola Calathiana fortè *Gerardi Park.*

Folia hujus inferiora Campanulæ pyramidalis quoad formam simillima sunt, verùm tactu molliora. *Caules* ad tripedalem altitudinem assurgunt, molles pariter & velut lanuginosi, summa parte in ramulos aliquot divisi, *flores* multos campaniformes sustinentes, Trachelii vulgaris majoris similes, sed minores, pallidè cœruleos, seu è purpura cinereos, serotinos. *Radix* denso fibrarum cespite constat.

P. 735. Post speciem 18vam inserantur

4. Campanula pratensis flore per caulem sparso *C. B.*

5. Trachelium minus *Americanum*, foliis rigidioribus, flo. cœruleo patulo *H. R. P. Schol. Bot.*

P. 745. Post 4tam speciem adde,

6. Campanula Alpina sphærocephalos cœrulea, magno flore *Schol. Bot*, Sphæroceph. foliorum ad oras insigniter denticulata *Pluk. Phytogr.* T. 152. F. 6.

Post 8vam speciem ad.

7. Trachelium cœruleum umbelliferum, foliis rigidioribus, flore albo patulo *Schol. Bot.*

8. Campanula saxatilis, Echii folio, magno flore *Tournef. Elem. Bot.*

9. Campanula Alpina pubescens, spica florum pyramidali *Ejusd.*

10. Campanula anguſtifolia pumila monanthes *Lusitanica Ejusd.*

11. Campanula hirsuta, folio angusto, tenuiter serrato, floribus parvis spicatis *Pluk. Phyt.* T. 153. F. 3.

12. Campanula minor hirsuta, Drabæ folio *Ejusd. ibid.* F. 4. *Almag. Bot.* p. 76.

13. Rapunculus galeatus, Salicis glabro folio, floribus Aurantiis *Bisnagaricus Pluk. Phytogr.* T. 55. F. 3.

14. Trachelium Alpinum floribus conglomeratis, foliis Asarinæ rigidis & hirsutis *Herman. Parad. Bat.* Campanula Alpina sphærocephalos pratensis, flore conglomerato, Asarinæ foliis rigidis & hirsutis *Schol. Bot.*

Herman.
Radice firmatur numerosis fibris capillaribus longis capillata. *Folia* quæ ab illa exeunt digitalibus insident pediculis, hirtis, subrotunda, in mucronem desinentia, ad Violæ folia quoad formam accedentia, circa margines crenata, & veluti crispa, hirsuta, aspera. Superiora subrotunda absque pediculis, ad interstitia uncialia & biuncialia, situ alterno cauli appositа. *Caules* erigit dodrantales & altiores, rotundos, rigidos, hirsutos. In summitate & foliorum alis sedent *Flores* plures simul conferti, absque pediculis, erecti, in cœruleo purpurei, in 5 lacinias acutas profundas dissecti, *stylo* intus oblongo trifido. *Calyci* itidem quinquifido oblongo acuto insident, & flores *Trachelii flore conglomerato C. B.* referunt. Vasculum seminale ad floris fundum situm in tria loculamenta more congenerum dividitur.

15. Trachelium oblongo folio Alpinum *Bocc. Musſ. pl. rar.* p. 70. T. 58.

Hujus plantæ *folia* glabra sunt, lucida & oblonga, Prunellæ similia. Capitulum] Trachelia imitatur. In *Sabaudia*, monte *Cenisio* invenitur.

16. Tra-

16. Trachelium ſaxatile, Bellidis folio, cœruleo flore, *Creticum Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 76. T. 64.

Inter plantas exoticas in Horto *Patavino* cultas multos ante annos vidit Autor. Spithamiæa paulò plus altitudine ſupra terram elevatur.

17. Trachelium Pulmonariæ folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 127.

18. Campanula ſaxatilis, Echii folio, flore magno *Tournefort. Inſtitut.* p. 110. In planta ſicca nobis à D. *Sherard* communicata *Caulis* palmaris erat, non ramoſus, unicum in ſummo florem geſtans ampliſſimum pro plantæ modo.

19. Campanula *Africana* ramoſa, Drabæ minoris foliis pubeſcentibus D. *Sherard.* Caulis ſemipedalis eſt aut dodrantalis, erectus; *Folia* ſeſcunciam longa, ſemunciam lata.

20. Campanula *Africana*, foliis anguſtis, leviter dentatis, ſubhirſutis, floribus cœruleis minimis D. *Sherard.* Caules in hac ſpecie plures, dodrantem alti, foliis nudi uſque ad divaricationes, ubi minimis donantur, ut & in florum pediculis.

21. Campanula *Africana* annua hirſuta, latis ſerratiſque foliis, flore magno violaceo *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

E *radice* fibroſa *caulem* producit rotundum viridem, cui *folia* adnectuntur plerunque bina, longa, lata, ſerrata & mucronata. Ex alis foliorum ramuli producuntur, cum caule & foliis hirſuti, in alios minores ſeſe dividentes. Singulorum ramulorum ſummitatem ex calice hirſuto unicus exornat *Flos*, pedali nonnunquam ſuſtentatus pediculo, quinquifidus, cœruleus. Florem ſequitur *capſula* ſeminalis, quæ tribus diſtincta loculamentis *ſemina* continet parva.
Floret menſibus *Auguſto* & *Septembri*, Semina *Octobri* perficit, quibus perfectis perit.

22. Campanula *Africana*, annua, glabra, ſerrato folio, flore pallido *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radicem habet fibroſam & tenuem; *Caulem* rotundum viridem, à radice ſtatim ad ſummitatem uſque varios è foliorum alis emittentem ramulos, longos, virides, rotundos, qui denuo in alios minores ſubdividuntur. Ipſi cauli abſque ullo pediculo, nullóque habito ordine annectuntur *Folia* longa, mucronata, viridia, ſerrata, ſuperiora anguſtiora ſunt, & quo altiora eò breviora & minùs ſerrata. Ramulorum ſummitates ornant in perianthio quinquifido *Flores* quinquefolii, palleſcentes. Flores ſequitur capſula ſeminalis tribus loculis *ſemina* minutiſſima continentibus diſtincta. Ramuli abſciſſi lac præbent aqueum.

23. Campanula *Africana* hirſuta, parvo, anguſtóque folio, flore pallidè violaceo *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice parva, fibroſa & albicante ſuſtentatur, *Caulem* producente rotundum tenuem, varios vix è tellure egreſſum ramulos humi procumbentes & hirſutos emittentem. Ramulis *folia* adſtant parva, anguſta, non crenata, & hilari viriditate prædita. Ramulorum ſummitates plurimi exornant *floſculi* pediculis parvis ſuſtentati, campanulati, quinquifidi, pallidè cœrulei, qui fundum habent purpureum, ſtylum albicantem & quadrifidum, & perianthio inſident hirſuto, & floſculorum inſtar quinquifido. Florem more congenerum ſequitur *capſula* ſeminalis trigona, totidem loculis minutiſſima *ſemina* continentibus diſtincta.

24. Campanula annua anguſtifola, flore purpuraſcente major *Africana Hort. Amſt. rar.* P. 2. Item, Eadem minor.

Major ex radicibus fibroſis & albicantibus in plantam exſurgit pedalem, quæ ab ima ad ſupremam partem in varios divaricatur ramulos. *Folia* habet, nullo ſuffulta pediculo, longa, anguſta, crenata, & craſſiuſcula. Ex omnibus foliorum alis unicus tantum pediculus, aſſurgit, tenuis, qui rarò digiti longitudinem excedens, unicum in caliculo quinquifido & nonnihil hirſuto *florem* ſuſtinet, campanulatum, purpuraſcentem, in 5 profundas lacinias diviſum, (quarum una ad calicem uſque excurrit) quaſi totidem eſſent petala, quæ in apicem rotundiorem quàm illarum petala, quæ ab *Hermanno* deſcribuntur definunt Flores ſequuntur capſulæ ſeminales ternis loculamentis minutiſſima *ſemina* ſubrubra continentes.
Minor ſpecies deſcriptæ perquam ſimilis, niſi quòd omnibus partibus minor ſit, & calix hirſutior.

25. Campanula *Africana* fruteſcens aculeoſa, flore violaceo *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Aculeoſa *Mauritanica* Ericæ foliis, hirſutis, rigidis, infeſto mucrone pungentibus, flore amplo tetrapetalo, colore lurido, unguiculis magnis atro-purpureis *Pluk. Phytogr.* T. 252.

Radice sustentatur albicante, lignea, ex qua *Caulis* primò viridis, deinde lignosus exsurgit, sesquicubitalis, qui varios, nullo habito ordine emittit ramulos, quem undique *folia* absque ullo pediculo ambiunt, parva, rigida, angusta, viridia, ab utraque margine pilis rigidioribus armata. Ramulorum summitates exornat è perianthio quinquifido, foliorum instar rigidiore, virescente, *Flos* unicus campanulatus in 5 profundas lacinias, (nonnunquam in 4 aut 6) divisus, cœruleus, cui unguiculi sunt magni, atro-purpurei, corculum albicans. *Stylum* Flos habet crassum hirsutum, in summitate ex tribus quasi pilulis albicantibus compositum, cui stylo stamina circumjacent 7 viridia. Florem sequitur capsula seminalis 3bus loculamentis distincta, *semina* minutissima continens. Certum florendi tempus non servat, cùm omni tempore floreat : rarissimè *semina* perficit.

26. Corosinam *H. M.* P. 9. T. 68. Campanula *Indica* anomala, foliis in caule ex adverso binis, capsulis oblongis striatis.

H. M.

Plantula humilis est, spithamæ longitudinem vix excedens. *Radix* fibrosa, coloris crocei saturrimi, manum ex attactu rubore tingens, ligneo intus filamento. Cauliculi virides, rigidiusculi, pilis longiusculis densè obsiti, uti sunt & *Folia* densa serie cauliculos investientia, gemina & se mutuo decussantia, oblongo-angusta, crassa, viroris supernè splendentis, subtus surdi. *Flores* monopetali sunt, campaniformes, candidi, 5partiti, intus pilosi, in collo ab utraque parte rubro-Persici coloris. *Stamina* in illis 4, crassis albicantibus *apicibus* nodulata, pilis candidis barbatim vestita. *Stylus* viridis est & imberbis, odor nullus. *Capsulæ seminales* in vaginulis florum pilosis succedunt floribus deciduis, oblongo-rotundæ nonnihil cuspidatæ, liris in longum striatæ, in lirarum tractibus interiùs futura eminente instructæ; siccarum cortex cartilaginosus est, albus scaber. *Semina* in illis continentur densa minutissima, oblonga, una parte acuminata, & cum cuspide stilulo medio plano membranaceo affixa primùm viridia, dein flavescentia, tandem subruffa.

Respirandi difficultas tollitur ubi plantæ hujus succus cum *Curcuma* præcordiis illinitur.

27. Kadici-Valli *H. M.* P. 8. T. 27. Campanula *Indica* capreolata, foliis ad Bryoniam albam accedentibus, fructu quadri-capsulari, duobus in singulis capsulis seminibus.

H. M.

Nascitur circa *Warapoli* & aliis in locis, florens *Septembri, Octobri, Novembri. Cauliculi* tenuissimi, teretes, virides, lignosi. *Folia* capreolis comitata, Coronæ Imperialis lilia referunt, tenuia, lenia, viroris in recta parte fusci & surdi. *Flores* pediculis ramosis, tenuibus, viridi-dilutis, qui ad originem foliorum erumpunt, 4, 5, vel etiam 6 simul congregati proveniunt, monopetali, campaniformes, in longum venulis in utrâque parte eminentibus obducti, circa oram coloris flavi & perpulchri, in collo viridi-albicantis, nullius odoris. *Stamina* è collo emicant, 5, tenuia, oblonga, albicantia, albis instructa *apicibus. Stylus* oblongior, valde tenuis & albicans, bifidus, nonnihil nodulatus, cum capitulo albicante. *Calix* 5 cuspidata habet folia, florum collum arctè excipiens, coloris viridi-fusci. Florum *gemmæ* plano-rotundæ, in cuspidem strictæ. *Capsulæ* seminales 4 obtusis & rotundis angulis emicant, futuris eminentibus inter angulos, & per illorum medium ductis, coloris primùm viridi-fusci, deinde fusco-nigri. In unoquoque angulo duo triangulata reperiuntur *semina*, uno latere rotundo, duobus planis, interscpimento sejuncta, coloris primò viridi-diluti, dein nigricantis.

28. Ulinja *H. M.* P. 8. T. 28. Pisum cordatum vulgo dictum.

Plenam & accuratam hujus descriptionem vide hoc in loco.

29. Rapunculo affinis anomala vasculifera, folio oblongo serrato, flore coccineo tubuloso, semine nigro, minuto oblongo luteo *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radices huic plures, robustæ, breves, nigricantes, *caulem* protrudunt teretem, lignosum, cortice luteo aliquot sulcis exarato tectum, ad duarum triúmve unciarum altitudinem assurgentem, plurimis oblongis *foliis* densè stipatis, nullo ordine positis, summa, parte præditum. *Folia* isthæc ¼ unciæ longis pediculis insident, lanugine rubente velut musco obtecta, 7 uncias longa, sescunciam lata, propè summam partem ubi latissima ; ab angusto etenim principio paulatim se dilatant ad finem seu extremum ferè, ubi iterum coarctantur & in punctum desinunt, circa margines denticulis crebris incisa. E foliorum alis exit surculus parvus, ramosus, calici viridi in 5 cuspides secto incumbentem uncialem, tubulosum, coccineum florem, Periclymeni nonnihil similem, gestans, *staminibus* intus flavescentibus donatum. Sequuntur in brevi fungoso vasculo, simplici intus cavitate, nec in cellulas divisa, *semina* multa minuta oblonga flavescentia.

Via qua ad 16 **miles walk** itur è rupium fissuris exit.

30. Campanula arvensis seu speculum Veneris erectum, Euphrasiæ luteæ foliis, florum petalis angustis, purpureis *Hort. Cath.* 35. *Folia* ut in hoc genere longa angusta. Caulis erectus, ramosus, pedalis aut altior. Vascula seminalia floribus subsunt, oblonga, striata. Calicis segmenta tenuissima sunt.

31. Spe-

31. Speculum Veneris minus, Bellidis minimæ foliis criſpis, amplo flore purpureo *Hort. Cath. Suppl.* 3. Hanc *Horti Catholici* Autor Onobrychidem alteram Belgarum *Lobelii* eſſe vult; non eſt autem (inquit) Onobrychis *Dod.* ut malè miſcet *C. B.* Ego neutram eſſe exiſtimo.

Caulis ramoſiſſimus eſt, ramulis prælongis, *flores* in ſummo caule & ramulis plurimi, ampli, purpurei. *Folia* ſubrotunda ſunt, baſi ſua caulibus & ramulis adnata, nullis interveni-entibus pediculis.

32. Speculum Veneris majus, impatiens *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Ad trium quatuórve pedum altitudinem aſſurgit, *caule* quadrato, geniculato, hirſuto & ſubincano. *Folia* ad intervalla digitalia protrudens ex adverſo bina, ſemuncialibus pediculis hærentia, ſeſcunciam longa, ¾tas unciæ lata [media latiſſima parte] cœruleo-viridia. Ex alis foliorum exeunt ramuli bini ſemper oppoſiti, quorum faſtigiis inſident *Flores* abſque pediculis, 5 longis viridibus calicis foliis cincti, è tubulo oblongo albo in latum expanſi, colore cœruleo ſaturo elegante tincti, in 5 ſegmenta profundè diviſi; quibus ſuccedunt *capſulæ* quadrangulares ¾tas unciæ longæ, rotunda compreſſa fuſca *ſemina* continentes, quæ, capſulâ extremâ vel tactâ, vel humore madefactâ diſſiliente cum impetu ejiciuntur.

In frutetis circa urbem *S. Jago de la Vega* frequens occurrit. *Locus.*

33. Flori Cardinalis ſive Rapuntio affinis anomala, caule quadrato, flore coccineo, capſula pyramidali *Slon. Cat. Jamaic.* Euphraſia Alſines majori folio, flore galeato pallide luteo, *Jamaicenſis Pluk. Almag. Bot.* p. 142. T. 279. F. 6. D. *Sloane.*

Radix huic brevis & craſſa, in 3, 4ve longos rubentes robuſtos ſurculos diviſa. *Caulis* quadratus, viridis, geniculatus, 3, 4ve pedes altus, gracilis & abſque adminiculis vix ſe ſuſtentans, ramulos è geniculis emittit ſibi mutuo oppoſitos, ad 2 unciarum intervalla. Ad unumquemque nodum *folia* exeunt ampla, ſeſcuncialibus pediculis nixa, duas uncias longa, unam lata, ad pediculum ſci. ubi latiſſima, aſperiuſcula, in cuſpidem pediculo oppoſitum excurrentia, coloris ſordidè viridis. *Folia* quæ in minoribus ramulis, minora erant, ſed ejuſdem formæ. *Flores* in ſpicis ſummos ramulos terminantibus, ſemunciam à ſe invicem diſtantes, coloris coccinei elegantiſſimi, ¾tas unciæ longi, tubuloſi, prope ſummitatem dilatati, ſtamina aliquot oſtendentes. *Flores* ſequuntur tria, quatuórve *ſemina* rotunda, compreſſa, nigra cum deliquio, ſeu crena in unoquoque impreſſa; capſulâ pyramidali ad faſtigium rotundâ, ad imum acutâ incluſa.

Prope urbem *S. Jago de la Vega*, loco arenoſo, non procul à fluvio *Rio Cobre* dicto collegit D. *Sloane.*

34. Kaka-Pu. *H. M.* P. 9. T. 53. Aſarinæ Lobelii affinis *Indica Commelin.* notis. *H. M.*

Planta eſt humilis, repens, arenoſa ac uda amans loca. *Radix* fibroſa, albicans. *Caulículi* geniculati è geniculis fibrillas albicantes emittunt, teneri, quadranguli, piloſi, præcipuè circa angulos, humidi. *Folia* ordine nonnihil decuſſato bina & bina ad genicula, petiolis brevibus, teneris, piloſis, interiùs planis, ſulcatis, nitentibus proveniunt, parvula, cuſpidata, in oris denticulis majuſculis ex æquo ſerratim inciſa, texturâ tenuia mollia, ſuperficie lenia, utraque parte piloſa. *Flores* in geniculis caulium erumpunt, monopetali, campaniformes, quadripartiti, coloris partim purpureo-rubro-fuſci, vel albo-rubri, dilutè purpuraſcentes. *Stamina* in illis 4, purpureo-rubro-fuſca, bina ac bina arcuatim ad ſe invicem inflexa; ſingula apicibus, quà colli dorſum reſpiciunt, candidis & nitentibus, quà ventrem, cœruleo-dilutis inſtructa; illorum duo ſupereminent, collo ventris inſerta, ubi ſingula unguiculo tenui purpureo-rubro-fuſco concomitantur; duo depreſſiora ſunt, dorſo campanæ inſerta. *Stylus* candidus eſt ac nitens, dorſo proximè accumbens, ſupernè quaſi in ſurculum fiſſus. *Calyx* oblongus, viridis, 5 angulis eminet, ſupernè in 5 cuſpides fiſſus, ad latera profundiùs hians.

Planta cum *Sandalo, Caryophyllis, Nuce moſchata & aqua roſarum* contrita linimentum præbet exanthematicum. Foliorum ſuccus cum Saccharo gonorrhœam ſiſtit. *Vires.*

35. Tsjeria-Manganari *H. M.* P. 10. T. 89. Monopetala *Indica*, foliis in caule alternis profundè crenatis, flore è tubo oblongo in quatuor folia difformia expanſo. *H. M.*

Naſcitur in arvis. *Folia* ad caulium tenuium rubeſcentium genicula adhærent, oblongiora & ſtrictiora, anteriori parte ad medium uſque acutis angulis profundè crenata, adeò ut in duo triáve ſæpius reſolvantur folia. *Flores* parvi ſunt, albi, tetrapetali, oblongo, largóque collo, ventre nonnihil plano & inflexo. Petalorum tria oblongo-anguſta, in totum candida, quartum duplo latius, magis rotundum, duabus rubris notis maculatum, circa collum flava lanugine obſitum, exteriùs venis rubeſcentibus ſtriatum. *Stamina* 4 candida, *apicibus* albis nodulata, quorum duo altè eminent. *Stylus* albicat, anteriùs companulatus. *Calix* 5 cuſpidatus, duobus foliis cuſpidatis ſuccinctus, largis, candidis nitentibus pilis barbatim obſitus. *Capſulæ ſeminales* rotundo-oblongæ, in calice velut ſacculo in totum incluſæ, duabus ſuturis ſulcatæ, duabus ſubtiliſſimè ſtriatæ. *Semina* in illis parva, numeroſa, ſtylo medio circumpoſita, primùm viridi-fuſca, dein nigerrima & nitentia. Tota planta odoris eſt maximè

acris & fragrantis, præsertim in foliis, odorem fructûs *Mangæ*, perinde ut *Vallia-Manga-Nari*, æmulans, quem tamen superat.

Vires. Cum *Carinta-Tali* & *Codagen* in sero lactis decocta morbo *Pitao* dicto medetur. Succus cum Gallis (qui *Malabarensibus Cari de Bengala* dicuntur) pulverisatis supra craticulam tostus, ac denuo in pulverem redactus ventrem laxat.

36. Talu-Dama *H. M.* P. 7. T. 56. Herba *Indica* foliis subrotundis, adversis, flosculis pluribus simul, cyathiformibus circum oras crenatis, vasculo oblongo-rotundo, monospermo.

H. M.

Caules rotundi, rubescentes, geniculati, nodosi. *Folia* rotundiora, crassa, ab una parte viridia, ab alia viridi-clara, circa costas plicis striata, circa oram rubescentia. *Flosculi* supra exortum foliorum extant, cyathiformes, Persico-rubri, in oris leviter crenati, in orificio interiori purpurei. *Stylus* rubro-purpureus, rubrâ gemmulâ dotatus: *Stamina* itidem purpureo-rubra, flavis gemmis nodulata. Gemmæ seminales oblongo-rotundæ, costulis 5 eminentes ac pilosæ: *Semen* in illis unicum, oblongum.

Locus. *Moutan* nativitatis locus est: floret tempore pluvioso arenosa amans & petrosa.

Vires. Decoctum hujus plantæ febres ex endemio morbo ortus, quem Indigenæ *Pitao* vocant, tollit. Radicis cortex cum cumino & sero lactis pro potu adhibitus alvum laxat.

P. 748. Ad Cap. de Stramonio post 2dam speciem, cujus varietates esse videntur, adde.

1. Solanum fœtidum pomo spinoso rotundo, semine pallido, triplici calice odoro & albo *H. R. P.*

2. Solanum fœtidum pomo spinoso rotundo, semine pallido, caule & flore simplici, purpureo *Ejusdem.*

3. Stramonia *Curassavica* humilior Hyoscyami folio *P. B. P.* Datura Hyoscyami folio vulgo *Herman. Parad. Bat.*

Locis aridis & in cultis *Indiæ Occidentalis* frequens est, partium omnium conformatione congeneribus suis respondens, humilius tamen & ubi appropriatum solum nactum fuerit multò ramosius. *Caule* assurgit pollicem crasso, cubitum alto, in multos ramos dirempto, obscurè purpureo colore tincto. *Folia* Hyoscyami seu potiùs Solani vesicarii Antiquorum sunt æmula, latiora tamen & in margine sinuata quasíque crispata, pallidè virentia, tactu mollia, & aversa parte incana. [Quæ ex semine in *Curassavia* nato creverant omnino erant incana.] Ex ramorum sinubus prodeunt *Flores*, externa facie obsoletè purpurascentes seu incarnati, interna albido colore perfusi, fundo punicante. Medium occupant 5 *stamina* albicantia, candidis farinaceis apicibus ornata, inter quæ eminet *stylus*, in capitulum subviride, rotundum protuberans. Basi floris cohæret *calix* oblongus, viridis, pentagonus in 5 cuspides desinens, qui flore defluente & grandescente fructu expanditur & sursum fertur, fructûsque basi umbilici aut pilei instar insidet. Cœterùm *Fructus* rotundus est, & robustis aculeis pungentibus undique armatus, cui subest calyx foliaceus, retro flexus, in 4 partes dehiscens, ast in duo tantùm loculamenta, quæ semina fundunt nigra, superficie rugosa, sapore, odore & viribus cæteris hujus familiæ speciebus consimilis est.

Datura *Indica* flore amplo, pleno, albo *Breyn. Prod.* 2. Datura *Turcarum* triplici calice exerto, coloris candidissimi *Hyacinthi Ambrosini* P. 195.

P. 753. Ad Cap. de Linaria post speciem 2dam.

1. Linaria *Valentina* perennis & saxatilis flore luteo hirsuto *Schol. Bot.* Valent. saxat. & peren. villosa, flore luteo *Tournef. Elem. Bot.*

P. 759. post Speciem 33am.

2. Linaria minor repens & inodora *H. R. P. Schol. Bot.*

3. Lin. Alpina pumila, glauco folio, rictu aureo. *Schol. Bot.*

P. 759. Elatines speciei 2dæ adde hæc Synonyma.

4. Elatine folio acuminato *Park.* Elat. folio acuminato, in basi auriculato, flore luteo *C. B.*

P. 755. Pl. 15. adde Synon.

5. Linaria rotundifolia *Messanensis Hort. Mess.* Lin. Myrsinites flore candido sulphureo, rictu crocato *Syllab. Cupani* an. 1694. editi. Hanc D. *Boccone* pro Linaria *Valentina Clus.* perperam habuit.

6. P. 1884. in App. Ad Linariam *Americanam* maximam purpureo flore adde pro Synonymo Antirrhinum triornithophorum *Griſl. Virid. Luſit.*

7. P. 759. Add. Linaria ſaxatilis hirſuta Hederulæ folio clematites *Hort. Cathol.* Cymbalaria Alpina villoſa *Triumfetti* in *Syllab.* 1688. Copioſam inveni aſcendendo montem inter *Fundos* & *Molam.* Foliorum & caulis hirſutie à vulgari differt. D. *Sherard.*

8. Cymbalaria foliis tenuiùs diſſectis viguit in horto D. *Fabri Monſpelii* 1699. *Idem.*

9. Linaria anguſtifolia flore cœruleo amplo *Munting Herbar. Belgic.*

10. Linar. Sedifolia *Ejuſd.*

11. Linar. *Valentina,* trifolia *Ejuſd.*

12. Linar. *Auſtriaca,* flore albo odorato *Ejuſd.*

13. Linar. ſegetum flo. luteo verna 1. *Luſitanica Griſl. Virid. Luſit.*

14. Linar. ſegetum flore luteo maculato verna 2. *Luſit. Ejuſd.*

15. Linar. ſegetum flore violaceo verna tertia *Luſit. Ejuſd.*

16. Linar. ſegetum flore purpuro-violaceo verna 4. *Luſit. Ejuſd.*

17. Linar. cauliculis valdè folioſis pumila, flore luteo *Ejuſd.* N. D.

18. Linar. multicaulis pumila vinearum, flo. luteo N. D. *Ejuſd.*

19. Linar. marina, flore pulchro, caule folioſo N. D. *Ejuſd.*

20. Linar. montana flore luteo perennis N. D. *Ejuſdem.*

21. Linar. lacte turgens paluſtris, flore cœruleo N. D. *Ejuſd.*

22. Linaria *Luſitanica* procumbens, Polygoni folio, flore pallido-cœruleo, rictu luteo *Hort. Med. Amſt. rar. Commelin.*
D. *Commelin.*

Radices fibroſas, & tenues demittit, è quibus *cauliculi* exeunt partim humi procumbentes, partim ut ſeſe erigant vicinas plantas arripientes, tenues, ramoſi, ſeſquipedales. *Folia* exilia, incondita, glauca, mucronata, Polygoni non diſſimilia, craſſa aſt fragiliſſima, pedicellis tenuiſſimis fulta. *Flores* pedicellis tenuibus ſemuncialibus nixi, Linariæ vulgaris æmuli, ex herbaceis calicibus quinque-partitis prodeuntes, alternatim & ſingulares poſiti ſubcœrulei, rictu luteo. Hiſce ſuccedunt *vaſcula* ſeminalia in bina loculamenta diviſa, in quibus *ſemina* minutiſſima, quibus prolatis interit planta.

23. Linaria triphylla, floribus ſpecioſis, ex aureo & carneo pervenuſtè mixtis ſummo caule indiviſo *Pluk. Mantiſſ.* An Linaria latifolia triphylla *Sicula Boccon. De Pl. Sicul.* In Horto D. *Uvedale* florentem vidit.

24. Linaria arvenſis folio anguſtiſſimo *Ejuſd. ibid.*

25. Linaria folio Geniſtæ glauco, flore luteo *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.*
D. *Sherard.*

Seſquipalmaris eſt, humi ſtrata, *radice* exigua, viticulis multis ramoſis, glabris, glaucis, ſeu colore Braſſicæ; *foliis* ad genicula ſingula concoloribus, craſſiuſculis, anguſtis, leviter acuminatis veſtita, formâ à Geniſta caule fungoſo non multùm abludentibus. Ad ramorum ſummitates prodeunt *Flores,* ut plurimùm terni, Linariæ vulgari forma & colore ſimiles, at paulò minores, calcaribus deorſum, rictibus ſurſum vergentibus. *Calices* quinquefoliati ſunt; *ſemina* nigra, ſemilunaria, orbiculata, tenuia, depreſſa, concava, in conceptaculis parvis, ſubrotundis, in ſex crenas hiantibus, intus autem in 2 loculos, quos intergerina membrana diſtinguit, diviſos. Sapore eſt pingui, odore nullo.
Nata eſt ex ſeminibus à D. *Uvedale* tranſmiſſis, & ſemen perfecit *Julio* & *Auguſto* menſibus.

26. Linaria Alpina flore parvo purpureo [rectiùs dilutè cœruleo] foliis Tithymali Cypariſſiæ, denſifolia *Hort. Cath.*

Planta eſt procera, bipedalis aut altior, *caule* firmo & robuſto, *foliis* creberrimis 3, 4ve uncias longis undique cincto, vix culmum latis; Superiori parte plurimos emittit ramulos, in quibus, [ut & in medio caule] *flores* plurimi in ſpicas excurrentes, parvi, dilutè cœrulei, calcaribus brevibus.

Fructus

Fructus pro plantæ magnitudine parvi erant, reliquorum hujus generis ſimilis. Communicavit D. *Sherard.*

27. Veronica fœmina *Matth.* flore luteo, auriculis atropurpureis *Hort. Cath. Suppl.* 3. Non aliter quam floris colore à Veronica fœmina folio acumina o differre videtur.

28. Linaria minor repens & inodora H R. P. *Tournef. Hiſt. plant. circa Pariſios.*

Hujus plantæ *radices* ad modum vulgaris repunt. *Caules* pedalem altitudinem obtinent, in ramos diviſi ſatis à ſe invicem diſtantes, *foliis* ornatos glabris, colore viridi marino, quam Linariæ vulgaris anguſtiora. *Flores* versùs ſummos caules, rariùs ſiti, quatuor lineas longi, labio ſuperiore bifido, elato, lineis cœruleſcentibus ſecundùm longitudinem ſtriato, inferiore tripartito, duobus ornato & pilis aureis Veluti inſtar ubi curvari incipit.
Calix floris in 5 partes dividitur. *Capſulæ* aliarum ſpecierum ſimiles.

29. Linaria latiſſimo folio *Luſitanica,* Antirrhinum triornithophorum *Virid. Luſit. Tournef. Elem. Bot.*

30. Lin. ſaxatilis Alſines folio villoſo *Ejuſdem.*

31. Lin. ſaxatilis Polygoni folio villoſo *Ejuſdem.*

32. Lin. ſaxatilis Thymi folio *Ejuſdem.*

33. Lin. *Hiſpanica* Nummulariæ folio *Ejuſdem.*

34. Lin. *Hiſp.* trifolia & latifolia villoſa *Ejuſd.*

35. Lin. *Hiſp.* tenuifolia villoſa & viſcoſa *Ejuſd.*

36. Lin. *Luſitanica* maritima Polygalæ folia *Ejuſd.*

37. Lin. pumila *Luſitanica,* floribus palato carentibus *Ejuſd.*

38. Lin. *Luſit.* Bellidis folio ampliore & villoſo *Ejuſdem.*

39. Lin. arvenſis folio anguſtiſſimo *P. B. P.*

40. Lin. lutea montana Geniſtæ tinctoriæ folio *C. B.*

41. Lin. luteæ flore minimo iconem vide apud D. *Plukenet, Phytogr.* T. 96. F. 3.

42. Lin. annua anguſtifolia, flo. albo, lineis violaceis notato *Triumfetti* 87. Fortè varietas eſt Linariæ annuæ *Chalepenſis* &c. *Moriſoni,* calice quinquefolio brevi. *Pluk.*

43. Linaria minor erecta cœrulea *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Caule ſimplici tereti ad duûm circiter pedum altitudinem aſſurgit. *Folia* cauli alterno ſitu adnexa, ſeſcunciam longa, anguſta, Linariæ luteæ vulgaris *J. B.* ſimilia. Summi caules in ſpicas aliquot *florum* cœruleorum, aliorum hujus Generis ſimilium, diviſi: quibus ſuccedunt totidem *capſulæ* ſeminales turgidæ & ſubrotundæ, in duas cellulas partitæ, ſeminibus compreſſis fuſcis repletæ.
In pratis Mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* oritur.

P. 761. Ad Cap. De Antirrhino.

1. Antirrhinum minus anguſtifolium, flore dilutè purpureo. **Balſam-herb** *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Fibris plurimis capillaribus rubentibus *radicatur.* *Caulis* indè exoritur dodrantalis, ſubfuſcus, Centaurii minoris craſſitudine, *foliis* veſtitus contrariis inter ſe pediculis brevibus binis, ſeſcunciam longis, non plus $\frac{1}{8}$vam digiti partem latis, obſcurè viridibus; versùs ſummitatem caulis in ramulos unciales dividitur, floribus Antirrhinorum ſimilibus obſitos, pallidè purpureis. *Semina* non vidi, verùm ad hoc genus referendam eſſe minimè dubito hanc herbam.
Secus viam publicam, inter locum *Guanaboa* dictum & agros D. *Bourden* in collibus ſylvoſis & ſaxoſis oritur.
Ab *Indis* & *Surinamenſibus* vulnerarium egregium cenſetur.

2. Antirrhino affinis *Marilandica.*

Caule

Caule eſt minimùm pedali, *foliis* binis oppoſitis per intervalla adnatis. *Folia* inferiora duas tréſve uncias longa, unam lata, ſuperiora ordine anguſtiora & breviora, acuminata, per margines æqualia; infima tamen ad baſin unum habuere utrinque dentem magnum. *Floret* in foliorum alis ſeſſiles, grandes, deorſum nutantes, ſingulares, effigie, quantum in ſicca diſcernere licuit, Digitalis aut Gratiolæ.

3. Antirrhinum purpureum multicaule, foliis tenuiſſimis, ſurſum inflexis, floribus ſparſis, calice ſpinis aſperato *Pluk. Phytogr.* T. 12. F. 4.

Plantam habemus è *Marilandia*, quam huic eandem eſſe à D. *Jacobo Petiver* edocti ſumus, verùm minùs feliciter picta eſt ramulis ſemper bijugis, foliis ſurſum inflexis, pediculis florum brevibus, & calice ſpinis aſperato quod in noſtro ſpecimine non ſenſi. At neque flores in noſtro Antirrhini adeò exactè referunt.

Caule eſt gracili, ſatis tamen rigido, *foliis* veſtito anguſtiſſimis & planè capillaceis, unci-alibus, ſeſcuncialibus aut etiam longioribus, ſurſum inflexis, ramoſo. *Flores* è foliorum alis emergunt ſingulis ſinguli, pediculis tenuiſſimis oblongis ſuſtentati, pro plantulæ ratione maximi, monopetali, purpurei, calicibus parvis brevibus excepti. Collegit D. *Vernon.*

4. Antirrhinum *Luſitanicum*, flore rubro elegantiſſimo *Herman. Parad. Bat.* An Antirrhinum majus, ſemper florens *Virid. Luſit. Griſl. Herman.*

Ex ſeminibus *Ulyſſipponæ* lectis D. *Hermanno* ortum eſt. Caulibus adſtant Folia Antirrhino majori alteri *C. B.* p. paulò breviora, nunc alterno, nunc conjugato ordine diſpoſita. *Flores* ampliores ſunt quàm in vulgari, hilaríque rubore elegantiſſimè nitent. In Hypocauſtis aſſervatum tota hyeme viret ac viget.

5. Antirrhinum luteum, Pedicularis rubræ foliis *Marianum Pluk. Mantiſſ.* p. 15.

6. Antirrhinum foliis inflexis, multò craſſioribus, calyculis florum margine aſperatis ex *Provincia Mariana Ejuſd. ibid.*

7. Antirrhinum flore candido pallente, rictu luteo, auriculis purpureo ſtriatis, *Hort. Cath.* 20. Differt ab Antirrhino flo. luteo *C. B.* ſiquidem folia habet Linariæ non latiora. Hoc genus eſt quod in muris Urbis Meſſanæ oritur, monente D. *Cupani*, non (ut nos opinabamur,) Antirrhinum majus flore luteo *C. B.* plantam è longinquo tantùm ſpectantes.

8. Antirrhinum flore cœruleo magno, foliis inferioribus latis, ſuperioribus anguſtiſſimis D. *Sherard*, qui in muris Romæ copioſum obſervavit.

9. Antirrhinum ſaxatile *Pyrenaicum*, flore majore *Schol. Bot.*

10. Antirrh. *Hiſpan.* villoſum, Valerianæ rubræ folio *Tournef. Elem. Bot.*

11. Antirrh. *Hiſpan.* villoſum, Origani folio *Ejuſd.*

12. Antirrh. *Hiſpan.* altiſſimum, anguſtiſſimo folio *Ejuſdem.*

13. Antirrh. medium, flore albo patulo *Virid. Luſit. Tournef. Elem. Bot.*

14. Antirrhino affinis puſilla planta foliis ſcabris, *Maderaſpatana Pluk. Phytogr.* T. 118. F. 3.

P. 763. Ad Cap. de Ariſtolochia adde,

1. Volubilis ſeu Ariſtolochia clematitis *Biſnagarica*, ſpinis gemellis aculeato *Ejuſdem, ibid.* T. 69. F. 6.

2. Ariſtolochia *Zeylanica* Biſtortæ folio breviori D. *Sherard.* Folium trium triangulum oxygonium refert, è lata baſi in acutum mucronem exiens.

3. Ariſtolochia clematitis 2. fronde perpetua odora, *Virid. Luſit.*

4. Ariſtolochia polyrrhizos auriculatis foliis *Virginiana Pluk. Phytogr.* fortè Polyrrhizos *Virginiana Park. Theat.* 420. Serpentaria altera *Virginiana* vulgo.

Huic *radix* fibris cirríſve plurimis comata eſt, & in unum caput conjuncta, è qua *caulis* aſſurgit dodrantem altus, *foliis* paucis ornatus. Iſta petiolis brevibus adhærentia, in fundo cordis figuram exprimunt, ſtatímque conſtricta, apparent quaſi auriculata, & in longum exporrecta in medio cuſpidem. *Flores* ex inferiore caulis parte, pediculis longis inſidentes proveniunt longi, concavi, recti, Ariſtolochiarum ritu. His ſubeſt *fructus* parvus pentagonus, qui *ſemina* parva, acinis uvarum ſeu potius vinaceis ſimilia.

5. Ariſto-

5. Ariſtolochia Violæ fruticoſæ foliis *Virginiana*, cujus radix Serpentaria dicitur *Ejuſd.* T. 15. F. 1.

Hæc quoque è *Virginia* delata *radicem* habet fibris tenuiſſimis albis conſtantem. *Caulis* erigitur plurimùm ſingularis gracilis; cui *folia* pauca, inordinatè poſita, vix unciam lata, baſi cordata, & in mucronem acutum protracta, rigidiora, petiolis uncialibus inſidentia, adhærent. *Flores* ex infimo caule proveniunt. *Semina* parva ſiciformia ſunt.

6. Ariſtolochia Piſtolochia caule nodoſo, ſeu Serpentaria *Virginiana* D. *Baniſter. Ejuſd. Phyt.* T. 148. F. 5. Piſtolochia *Virginiana Park. Ger.*

Accuratam hujus deſcriptionem è *Virginia* ad me tranſmiſit D. *Baniſter*, quam *Latinam* factam Lectori communicabo. *Radix* è fibrarum minorum, coloris lutei, odoris & ſaporis aromatici, congerie ſeu maſſa conſtat. *Caulis* inde exoritur unus aut alter, glaber, ſaltem parum admodum piloſus, teres, plerunque erectus, minimè quadratus aut prociduus ſarmentoſúſve. *Folia* alternatim cauli adnaſcuntur, hinc indè ad ſingulos nodos ſeu genicula ſingula, tenuia, longa, acuminata, ad pediculum excavata, & in modum cordis effigiata, ſupernè nonnihil piloſa, ſubtus nervis protuberantibus aſpera, tactu paullum glutinoſa & digitis adhærentia. Prope terram enaſcuntur *Flores* ſingulares vel etiam bini, à Piſtolochiæ Creticæ, aliúſve cujuſcunque Ariſtolochiæ ſpeciei formâ differentes. Harum enim omnium flores, ni fallant icones & deſcriptiones, plantæque ipſæ ſiccatæ, cornu bovinum referunt, cujus apex rudimento fructûs adnaſcitur, extremitas patens tranſverſim obliquè diſſecta eſt, cùm hujus noſtræ in calcaneum terminetur, latum, rotundum, galericulatum, labium ſuſtinens, cujus centrum in Floris cavum aperitur. Labium coloris eſt atro-purpurei, reliquus Flos cœnoſi. Vaſculum ſeminale hexagonum, pyriforme, unciali propemodum cum plene adultum eſt diametro. Perpetuæ frondis non eſt, verùm poſtquam ſemina maturuere Folia & Caules marceſcere & exſiccari incipiunt. *Maio* floret, Semina *Auguſto* perficiuntur.

Hinc patet Piſtolochiam polyrrhizon *Virginianam* à Piſtolochia *Cretica Cluſ.* plantam longè diverſam eſſe, non ut opinabatur D. *Johnſon*, eandem.

Piſtolochia minima incana *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 88.

Folia producit brevia, incana, parva, cordiformia, duriuſcula, auriculis rotundis. Altitudine eſt ſpithamiæa. Inter plantas ſiccas D. *Jacobi Barelier.*

7. Ariſtolochia ſcandens odoratiſſima, floris labello purpureo, ſemine cordato *Slon. Cat. Jamaic. Tomahuaćtla-copatli*, Ariſtolochia *Mexicana Hernandez.* D. *Sloane.*

E *radice* longa, tereti, geniculata, digitum craſſa emergit *Caulis* teres, viridis, volubilis, arbores aut frutices vicinos apprehendens, & ad 6 vel 8 pedum altitudinem ſcandens, ramulis numeroſis eas operiens: ad duûm triúmve digitorum diſtantias *Folia* & ex eorum alis *Flores* emittens. *Folia* caulibus & ramulis pediculis ſeſcuncialibus adhæreſcunt, cordata ſeu triangularia & ad baſin rotunda, 4 unc. longa, tres & dimidium lata, ad baſin ſci. ab una auricula rotunda ad aliam, obſcurè viridia, glabra, coſtis aliquot ſeu nervis inſignioribus à pediculo exortis, media percurrentibus. *Flos* triunciali pediculo inſidet, reliquarum Ariſtolochiarum figura, colore flavicante, labello purpureâ farinâ ſparſo. Succedit *fructus* 2 dig. longus, hexagonus, in ſex cellulis totidem *ſeminum* parvorum, planorum fuſcorum cordis formam exactè referentium ordines continens. Seminum cuſpides intus, baſes foras ſpectant, ſiliquam anguloſam efficientes, quæ per maturitatem diſſilit & ſemina exponit.

Tota planta vehementi, gratiſſimo tamen, eſt odore.

In ſylvis circa urbem *S. Jago de la Vega* ubique oritur.

Virt. Mederi dicitur tumoribus præter naturam impoſita, dolores lenire, & frigora febrium pellere; cor, ſtomachum & cerebrum roborare, emundare pectus ac ventriculum, & fluxum alvi cohibere. *Hernandez.*

Deſcriptionem *Hernandez* habes in Appendice ad Hiſtoriam.

8. Ariſtolochia *Indiana* minor, Ardanapelle *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* fortè, inquit, Clematitidis ſpecies eſt.

9. Ariſtolochiæ clematitis *Mexicana*, radice longa craſſa, fructu triangulari ſulcato *Ejuſd. ibid.* Phehuame *Mechuacanenſium* apud *Recchum.*

Virt. Ariſtolochiæ rotundæ radix minutim conciſa, & per noctem unam in vino albo infuſa, ſi vinum ægro per tres matutinas jejuno exhibeatur, efficaciſſimum eſt adverſus icterum remedium.

10. Ariſtolochia clematitis *Indica*, flore albicante, fructu majore *Careloe-Vegon* Malabaribus dicta *H. M.* P. 8. T. 25. Ariſt. Clemat. *Indica* odorata *P. B. P.* An Ariſt. Clemat. *Gangetica*, foliis in aculeum abeuntibus, radice odoratiſſ. *Pluk. Phyt.* T. 69. F. 5.

Radix

Radix tenuis, lignoſa, odore forti & aromatico, ſapore acri & amaro. *Caules* nodulis diſtincti, vetuſtiores cinerei, teneriores virides. *Folia* è geniculis exeunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, tenuia, parvis tenuibus ac viridi-dilutis pediculis inſidentia, nervoſa. *Flores* forma cum reliquis conveniunt, exteriùs viridi-fuſci, intus fuſco-rubri ac ſurdi. *Fructus* oblongo-rotundi, figurâ & cellularum numero cum congeneribus conveniunt, plurimáſque in ſe triangulares, planas, ſubvirides & albicantes teſſulas ſeu laminas continent, in quibus ſingulis unum planum & compreſſum ſemen, formâ inſtar cordis humani videtur, coloris flavi ac ruffi, ſaporis amari & acris, odoris aromatici Zinziberis viridis æmuli.

Viribus cum reliquis Ariſtolochiis convenit.

11. Ariſtolochia longa ſcandens foliis Ferri aquini effigie *Plumier.*

Radice nititur pedem plus longâ, pollicem ferè craſſâ, rectà in terram deſcendente, in aliquot ſurculos extrema ſeu ima parte diviſâ, cortice craſſo foras nigro tectâ, ſecundùm longitudinem fiſſuris longis exarata, intus flavicante, guſtu valde amaro. *Caules* exſerit prætenues, glabros, teretes ſupra ſepes reptantes, pluribus geniculis interceptos; folio ad unumquodque appoſito unico, *Ferri equini* in modum inciſo, extremis cornibus obtuſis, pollicari plus longitudine, pediculo circiter unciali hærente, glabro, membranaceo, ſupernè pulchrè viridi, ſubtus pallidiore.

Flores ejuſdem prope figuræ ſunt cum Ariſtolochiæ noſtræ, floribus verùm ad aperturas ſuas multò ampliores, linguam habentes pariter acuminatam, pallidè flavi, & rubro-fuſcis lineis venoſi.

Fructus Ovi columbini magnitudine ſunt, inferiori extremo obtuſo hexagoni, angulis rotundis & porcarum in modum elatis, intus in ſex cellulas diviſis, ſeminibus repletis, nigris, compreſſis & valde tenuibus altero extremo rotundo, altero acuminato, planis lateribus ſibi invicem incumbentibus.

Multis inſulæ *Dominici* in locis, *Novembri* & *Decembri* menſibus in flore, *Februario* & *Martio* in fructu reperitur.

P. 769. Ad Cap. De Scrophularia.

1. Scrophularia major hirſuta *Tournef. Elem. Bot.* foliis & caule hirſutis *Moriſ. Prælud. Bot.* p. 306.

2. Scroph. *Luſit.* fruteſcens, Verbenæ folio *Ejuſd. ibid.*

3. Scroph. Betonicæ folio, *Virid. Luſit. Griſleii Ejuſd. ibid.*

4. Scroph. Sambucifolia flore rubro, luteo vario, pulchro *Virid. Luſit. Pluk. Phytogr.* T. 313. F. 6. *Luſitanica* flore luteo eleganti *Florent Schuyl. Hort. Leyd. Herman.* 70. peregrina altera *Park.* item *Indica Ejuſd.* Hujus mentio fit in *Hiſt. noſt.* ſub ſpecie Scrophulariæ 3tiæ.

5. Scrophularia, Ruta canina dicta, *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

6. Scroph. Scordianæ folio *Luſitanica Munting. ibid.* Scordianæ folio, præſtans ad ulcera *Griſleii Virid. Luſit.* An Scrophularia Scorodoniæ folio *Moriſon?*

7. Scrophularia annua *Catalonica montis Serrati Ejuſdem Muntingii* N. D.

8. Scroph. *Mariana* Ebuli folio ſingulari *Pluk. Mantiſſ.*

9. Scroph. *Americana*, denſiori ſcabro folio, denticulis magis extantibus aſperata *Ejuſd. ibid.*

10. Scrophularia *Noveboracenſis*, flore in viridi rubente, folio Urticæ ampliſſimo.

Caule eſt quadrangulo in viridi punicante, ea præcipuè parte qua colluſtratur ſole, pedes duos cum ſemiſſi alto. *Foliis* ex adverſo binis ampliſſimis, palmæ latitudine quæ maxima ſunt, per margines crenata, Urticæ foliis ſimilia. Ramis ſemper binis è foliorum ſinubus. Caulis ipſe, ubi ſupra folia aſſurgit, undique floribus ornatur, quorum ſeptem octo aut plures vel pauciores ramulis inſident, itidem binis ex adverſo, quibus ſubjiciuntur duo anguſta parva foliola, excepta extremitate, in qua ramuli non nunquam ſingulares ſunt, abſque ſubjectis foliolis. *Flores* floribus Scrophulariæ radice fibroſa ſimiles ſunt, ſed coloris in viridi ſubrubentis. Planta hæc Scrophulariæ fibroſa radice penè ſimilis videtur, niſi quod folia non adeò glabra & in margine circumſerrata ſunt magiſque ad Urticæ folia accedant.

11. Scrophularia Scorodoniæ folio maxima, *Noveboracenſis*, flore atro-purpureo.

Caule eſt quadrato, quaſi alato, præcipuè parte inferiori, & nodoſo. *Folia* palmam ampla, quæ ampliſſima ſunt, crenata per margines, ſed crenis minus profundis, forma ad Scorodoniæ

rodoniæ folia accedentia, sed minùs rugosa & magis glabra. *Flores* ut in superiori punicei seu in atro rubentes. Altitudinem etiam habet eandem.

Utramque ex notatis D. *Hermans*, communicavit D. *Sherard*.

12. Scrophularia subrotundo crasso & nigricante folio ; flore luteo pallido, capsulâ turgidâ *Boccon. M. P. R.* T. 60.

Pedem Geometricum è terra se effert hæc planta, *folia* producens subrotunda, crassiora quàm *Atriplicis fimeteriæ*, tenuiora quàm *Priapeiæ Gesn.* substantiâ aliquantulum unctuosâ repleta. *Caulis* fragilis est, & crassus : *Flos* pallidè flavus. Capsulæ supra modum turgidæ & copiosæ. Nascitur in *Corsica* propè *Stralonga* & vicum *di Loreto* locis montanis. Rusticis nomine *Cacanciæ* innotescit, & torrefacta pro emolliente efficaci in usu est cum pinguedine Animali aut oleo ad maturanda Apostemata & Carbunculos. An Scrophularia *Indica* capitulis maximis *J. B.*?

13. Scrophularia saxatilis lucida, Lasserpitii *Massilienſis* foliis *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 117.

Planta est saxatilis, *folia* producens lucida, crassiora, ramosiora, magísque alata, quàm *Ruta canina*, in lobos divisa ad modum Laserpitii *Massilienſis*. Pedali altitudine supra terram se effert. *Radice* est perenni ; floris colore purpureo saturo.

In ipsis urbis *Hydrunti* muris crescit, in regno *Neapolitano*.

14. Scrophularia *Marilandica*, longo profundè serrato Urticæ folio.

Flores in summo caule quadrato in surculis & pediculis oblongis è medio scapo exeuntibus rariùs siti magísque sparsi sunt quàm in vulgari nostrate Scroph. Florum color obsoletè purpureus esse videtur. Invenit & attulit D. *Krieg* Germanus.

15. Scrophularia *Lusitanica* Verbenacæ folio. An Scroph. Lusit. frutescens Verbenæ folio, *Tournef. Elem. Bot.*

D. *Sherard*.

Caulem fert quadrangulum, striatum, bicubitalem : *Folia* per longa intervalla conjugata, crassa, in ambitu profundè serrata, longitudine, latitudine ut & tota facie ad Verbenæ folia accedentia : *Flores* circa summo ramos parvos ex puniceo & albo variegatos, quorum basis punicea, petala lateralia auriculata, in extremitate omnino candicantia.

16. Scrophularia *Lusitanica*, magno flore, foliis dissectis *Catal.* ad finem *Parad. Bat. Herman.* maxima *Lusitanica* Sambuci folio lanuginoso *Tournef. Institut.* p. 167.

D. *Sherard*.

Folia ex singulis geniculis prodeunt bina ex adverso, palmo longiora, ex tribus pinnarum paribus, Pimpinellæ *Canadensi* non dissimilibus, & una in summo impari, cæteris ampliori, composita, consistentiâ Scrophulariam fibrosa radice æmulantia, villosa, brevi lanugine obducta. *Flores* summis caulis geniculis verticillata serie propè exortus foliorum prominent, quinque aut sex ad singula folia, ità ut 10 aut 12 singula genicula ambiunt, suntque Scrophulariæ floribus omnino similes, sed sextuplo majores. Superior pars galeam exprimens, bifida est, & extus eleganti sericeo miniato colore nitet. Segmenta lateralia auriculas referentia ejusdem sunt, (sed non adeò intensi) coloris. Inferior pars seu labium ex viridi flavescit. Cæterùm floris basin occupat calix viridis, in 5 crenas divisus : intus duo habentur *stamina* apiculata, flavescentia.

17. Scrophularia Chamædryos folio, floribus luteis longis pediculis insidentibus : An Veronica *Africana* luteis floribus, tubo oblongo, D. *Sherard*?

Cauliculi ab imo statim ramosi sunt : Folia ad genicula ex adverso bina, ad Chamædryos aut Veronicæ formam accedentia. Flores in summis caulibus è foliolorum alis exeunt in pediculis longis erectis.

P. 769. Ad Cap. De Digitali.

1. Digitalis *Hispanica* purpurea minor *Tournef. Elem. Bot.* Hanc eandem esse suspicor cum Digitali minore flore carneo *Park.*

2. Digitalis folio aspero, flore albo, maculis latis atro-purpureis intus punctato *Pluk. Almag. Bot.*

3. Digitalis folio oblongo serrato, ad foliorum alas florida *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane*.

Caule tereti, viridi, lignoso, aspero ad bipedalem circiter altitudinem assurgit, *foliis* nullo ordine positis, 10 uncias longis, 2as latis, media sc. parte, circa margines dentatis, hirsutis, & Digitalis foliorum similibus. Versùs summum caulem ex alis foliorum exeunt surculi aliquot

quot 4 aut 5 uncias longi, ad faſtigia ramoſi, *flores* aliquammultos luteo-virides, difformes, maculis obſcuris intus aſperſos ſuſtinentes, quibus ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* dura *ſemina* multa minuta fuſca continentia.

Tota planta vehementem exſpirat odorem.

Ad margines viæ qua 16 Miles-walk itur, & infra urbem S. *Jago de la Vega*, ad ripas fluvii *Cobre* dicti reperitur.

4. Digitalis *Virginiana* anguſtifolia ſpicata *Munting. Herbar. Belg.* ubi & icon ejus habetur. p. 551.

5. Digitalis anguſto Verbaſci folio, montana *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 108. T. 85.

Digitali folio vireſcente *C. B.* tota facie & conſtitutione ſimilis, differt ſolummodo foliorum figurâ, quæ Verbaſci folia quodammodo imitantur. *Flos* ruffi plerunque coloris eſt, interdum è pallido albicantis. Pedali paulò plus altitudine attollitur. In montibus *Etruriæ* & *Sabaudiæ* invenitur, locis frigidis.

6. Digitalis anguſtifolia *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 98.

7. Valli-Pudali H. M. P. 9. T. 45. Digitali affinis *Malabarica*, foliis in caule binis adverſis piloſis. *Commelin.* notis. *H. M.*

Tortuoſis & procumbentibus *ſurculis* repit, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* albicans, fibroſa, lignoſa. *Caules* quadrangulares, cymis inflexi, geniculati, & ſupra geniculos extuberantes, viridi-fuſciores, glabri, pilis rarioribus ſparſim obſiti. *Folia* bina & bina è geniculis erumpunt, in petiolis longiuſculis, interiùs planis, quàm primæ ſpeciei majora, pilis rarioribus conſperſa, viridi-fuſciora. *Flores* una velut ſerie in ſummitate ſurculorum appendent, anteriora versùs converſi, ad pedunculorum exortum in nodulis foliolis breviſſimis cuſpidatis comitati, campaniformes, pedunculo breviſſimo purpuraſcente è calice exſilientes, q. pentapetali, duobus ad dorſum colli petalis brevibus, quæ exteriora versùs reflectuntur, ſe aperientes; ad ventrem tribus, quorum medium latius, ac velut lingula emicans, præ cæteris altè purpuraſcens, reliqua nervulo in medio obducta, ad lingulam ſtriata, in dorſo colli purpureo-rubro-ſatura, punctulíſque purpureo-rubris interiùs aſperſa. *Stylus* albicans, tenuis, ſupernè inflexus. *Calix* quinquefolius eſt. Capſulæ ſeminales *Upu-Dali*, ſed majores, piloſæ, exteriùs ob *ſemina* extuberantia lacunoſæ, quæ fermè eadem, ſed majora. Adhibetur hæc planta in coctione Salis nitri.

8. Digitalis *Mariana* Perſicæ folio *Pet. Act. Philoſ. Lond.* N. 246. p. 405. Sp. 49.

Folia oblonga, ſerrata, in caule bijuga, in ramulo noſtro ſicco breviora paulò & latiora quàm Perſicæ. *Flores* in ſummitate plures congeſti, monopetali, ampli, calice ſuſtinentur in lacinias latas obtuſas diviſo.

D. *Petiver* hanc habet pro Arbore *Guainumbæ* aviculæ, The Humming-Bird-tree *Joſſelini* in Rarioribus *Novæ Angliæ*.

9. Digitalis *Mariana*, Filipendulæ folio *Pet. Act. Philoſoph. Lond* N. 246. p. 405. Verbeſinæ foliis, è regione binis, capſularum apicibus longiſſimis filamentis donata *Pluk. Mantiſſ.*

Folia bina plerunque in caule oppoſita, utrinque laciniata, non tamen admodum profundè; laciniæ circa margines dentatæ ſunt. *Flores*, deſcribente D. *Petiver*, nudis inſident pediculis, unciam propemodum longis, bini plerunque adverſi, in 5 ſegmenta æqualia rotunda diviſi, *Priapeiæ* ſimilia, ſed triplo majora; calici inferti cujus ſegmenta ſingula ſingula ſinguli petalorum lobis ſeu laciniis ſimilia ſunt, latiuſcula nimirum & circum oras dentata. Stylus fili inſtar tenuis eſt, & digitum circiter longus.

10. Digitalis *Mariana*, ſerratis denſioribus rigidis & anguſtis foliis, ſemine Fegopyri triquetro *Pluk. Mantiſſ.*

11. Digit. *Virginiana*, Panaces coloni foliis, flore amplo palleſcente *Pluk. Mantiſſ.* flore pallidè tranſparenti, foliis & caule molli hirſutie imbutis *Baniſt. Cat. Virgin. Hiſt. noſt.* 1928.

12. Digit. *Virginiana*, Lyſimachiæ ſiliquoſæ foliis glabris, floribus amplis pallidis, prope ſummitatem caulis *Pluk. Mantiſſ.* flore pallido tranſparenti, foliis glabris *Baniſt. Cat. Virgin. Hiſt. noſt.* 1928.

13. Digit. *Virginiana*, foliis Rutæ caninæ diviſuris, floribus amplis, ex luteo palleſcentibus *Pluk. Mantiſſ.* Fortè Digitalis lutea altera, foliis tenuius diſſectis, thecis florum foliaceis *Baniſt. Cat. Virgin. Hiſt. noſt.* p. 1928.

14. Digitalem minorem luteo parvo flore *C. B.* in Prodr. descriptam ab Ejusdem Digitali majore luteo vel pallido parvo flore plurimum diversam esse scribit D. *Plukenet Mantiss.* ad *Almag.*

15. Digitali accedens Cynorhynchium *Novanglicanum*, Herba quadri-capsularis, floribus albis, rictum caninum referentibus, **Dogs-Snout** & **Dogs-Mouth** vulgò vocatum *Pluk. Mantiss.*

16. Digitalis *Virginiana*, foliis Rutæ caninæ divisuris, floribus amplis, ex luteo pallescentibus. Forte Digit. lutea altera, foliis tenuiùs dissectis, thecis florum foliaceis *Banist. Cat. Virgin.*

17. Digitalis *Virginiana* rubra, folio & facie Antirrhini vulgaris. Fortè Digitalis rubra minor, labiis florum patulis, foliis parvis angustis *Banist. Cat. Virgin.*

18. Digitalis Acanthoides *Canariensis*, frutescens, flore aureo *Hort. Amst. rar.* P. 2. Digitali affinis *Canariensis*, Solidaginis acutis foliis leviter pilosis, flore aureo cucullato, staminibus croceis cristæ cavo accumbentibus ornato *Pluk. Phyt.* T. 325.

E *radice* fibrosa & fusca *caulis* exsurgit rotundus, subruber, tomento nonnihil albicante obsitus, pedis unius aut alterius altitudinem non rarò superans, in 3, 4ve ramulos rotundos, concolores divaricatus. *Folia* nullo suffulta pediculo cauli & ramulis alternatim adnascuntur, longa, lata, serrata, leviter pilosa, & in mucronem acutum exeuntia. Ramuli in spicam exeunt longam, undique *floribus* ornatam, aureis, monopetalis, in 4 profundas lacinias divisis, quarum Pars superior galeam bifidam, seu Acanthi florem, inferior labium, laterales partes alas geminas non malè repræsentant. In Florum medio unà cum *stylo*, futuro fructui insidente 4 apparent *stamina* rubicunda, *apicibus* Ferro equino æmulis terminata. Flores singuli parvo & rubicundo sustentantur pediculo, & perianthium habent quinquifidum. Florem *capsula* sequitur seminalis, quæ pyramidalis & rotunda in duas partes & totidem distinctas cavitates secedit, quæ intus *semina* continent oblonga cinericea. Folia amara sunt.

Certum florendi tempus non servat, cùm plerunque per integram æstatem flores producat, in quorum medio liquor viscidus diaphanus & amaricans occultatur, qui medio die nonnunquam è floribus destillat.

19. Bahel-Tsjulli H. M. P. 9. T. 87. Digitali affinis *Indica*, Blattariæ folio, flore rubicundo *Commelin.* notis.

H. M.

Plantula est nascens in sulcis agrorum, duûm pedum plus minus altitudine. *Radix* oblonga, albicans, fibris vestita. *Caules* digiti crassitie. *Surculi* quadrangulares & geniculati, in internodiis alterno ordine plani, sulco striati, *cortice* glabro & viridi. *Folia* ad genicula, supra plana internodii latera, geminata prodeunt, ordine se mutuo decussantia, oblongo-angusta, in oris cuspidibus crenata, spissa & mollia. *Flores* plures simul in cacumine surculorum proveniunt, in singulis geniculis gemini, ex lateribus planis, ordine decussato, brevi, crasso, surrecto, viridi-diluto petiolo, (qui parvo, cuspidato, viridi, succingitur folio,) appensi. Sunt autem tetrapetali, rotundioli, exteriora versùs reflexi, cum collo brevibus pilis lanuginosi; coloris persico-rubri: Petalorum unum oblongius est, & interiùs persici dilutioris, exteriùs cum collo albescens, alterum huic oppositum brevius & latius, ejusdem coloris sed magis saturi, exteriùs persico-sanguinei, ut & in collo, quod ad partem folii oblongioris intus venis striatur purpureo-rubris. *Stamina* in collo quatuor candida, quorum descriptionem prolixam & exactam hîc vide, ut & *Styli* candidi, in vertice bifidi, & *Floris* gemmæ antequam aperitur. *Calix* 5folius est, [*quod notatu dignum, cùm Flos tetrapetalos sit.*] cuspidatus, oblongus, crassiolus. *Gemmæ seminales* grandiusculæ, rotundæ, virides, calyci latè explanato arctè insidentes, in vertice filamento rufo dotatæ vel illo deciduo, cuspide parvo, duriolo, acuto, per verticem subtili, sulcosâ futurâ striati quâ relaxatâ in duas se aperiunt partes: cortex rigidiusculus & cartilagineus evadit. *Semina* in illis consident numerosa, minutissima, nonnihil oblonga, globuli medii rotundi, (qui viridis ac intus humidus est) superficiem obsidentia, primùm candidissima imò scintillantia, dein ruffa. Globulus ille mediùs interseptmento conjungitur annulari, viridi-albicante ac transparente, ex stylo prodiens & futuræ mediæ gemmæ se annectens: annulus proximè ad verticem globuli hiatu intermedio semper apertus est.

20. Teucrioides siliculosum, foliis Laurinis, floribus galeatis & labiatis *Slon Cat. Jamaic.*

D. *Sloane*

Caule assurgit lignoso, duro, fungosâ medullâ farcto, digiti minimi crassitudine, tereti, ad intervalla semuncialia, geniculato, & ad singula genicula *foliis* binis oppositis vestito, pediculis brevibus aut nullis donatis, 4 circiter uncias longis, sescunciam latis, media latissima parte, nam ab angusto principio paulatim dilatantur ad medium usque, exinde sensim contrahuntur, donec tandem in punctum desinant, glabra, per margines æqualia.

Ramulorum

Ramulorum & ſurculorum ſummitates in ſpicas florum exeunt 6 aut 8 uncias longas, floribus ad brevia intervalla ſibi mutuo oppoſitis circum caules, ut in Verticillatis nonnullis, unoquoque pediculo brevi inſidente, galeatis ſimul & labiatis, colore luteo albicante, galeâ bifidâ, labello tripartito, duobus ex unoquoque ſtaminibus extantibus. Singulis floribus ſuccedit vaſculum oblongum, fuſcum, teretiuſculum, ad pediculum tenue, prope apicem intumeſcens, in duo loculamenta diviſum, *ſemina* majuſcula, fuſca continentia.

Hanc, ni malè mimini, in inſula *Barbados* collegi, Deſcriptio autem minùs accurata eſt, quòd ex ſicca deſumpti. Ejuſdem planè Generis eſt cum Valli-upu-dali *H. M.*

1. Gratiolæ affinis fruteſcens *Americana*, foliis Agerati ſeu Veronicæ erectæ majoris *Sloan. Cat. Jamaic. Breyn. Prod.* 2. p. 54. Capraria *Cuſſavica* & Cabritta vulgo *P. B. P.* Lyſimachiæ purpureæ affinis *Americana*, procumbens, Anonidis vernæ fruteſcentis folio ſingulari, glabro *Pluk. Phyt.* T. 98. F. 4. **Weſt-India Thea.**

D. *Sloane.*

Radices plures, parvæ, 2 uncias longæ, fuſcæ, in unum coeuntes, *caulem* exſerunt tripedalem aut altiorem, lignoſum, cortice glabro, luteo tectum, ramoſum, ramulis versùs extrema foliis creberrimis, nullo ordine poſitis, undique cinctis. Sunt autem *folia* ſingularia digitum longa, non plus $\frac{1}{8}$ dig. lata ad apicem quà latiſſima ſunt, pediculis deſtituta, verùm ab anguſto principio ad latitudinem prædictam ſenſim augeſcentia, ſucculenta, virore ſaturo, glabra, profundiùs inciſa velut *Senecionis* aut *Bellidis majoris*. E foliorum ſinubus ſeu angulis quos cum caule efficiunt emergunt *flores*, brevibus pediculis innixi, parvi, albi, margine in 5 ſegmenta profunde diviſo: Quibus ſuccedunt *ſeminæ* plurima, minutiſſima, fuſca, in oblongâ cylindricâ quadrangulari *capſulâ* bivalvi contenta.

In prato circa urbem S. *Jago de la Vega* copioſiſſimè oritur. Cur nomen *Theæ* huic plantæ inditum ſit, me neſcire fateor. Nominis rationem reddit D. *Commelinus* in deſcriptione hujus plantæ, his verbis, *Anno 1690 ad meas pervenit manus arcula, quam attulerat navis Gallorum, ex America redux, hujus plantæ foliis exſiccatis & Theæ inſtar præparatis repleta, quòd ideo factum puto ut loco herbæ Theæ venditarent.*

Cabritta vulgò audit hæc planta, quòd capræ eam avidè eſitant, & ſic ex re nomen habet.

Deſcriptio D. *Commelini* in pleriſque cum noſtra convenit, differt quod Floribus pedicellos longiuſculos attribuit, quòdque calices in 4 partes dehiſcentes.

D. *Hermanni* deſcriptionem in *Parad. Bat.* traditum ſubjungere liceat.

Eò quòd in *Caraſſavia* inſula hac plantâ paſcantur capræ, velut in Europa fruticum ramis, Luſitanis *Cavritta*, quod Latinis Capraria ſonat, nominata eſt. *Folia* quæ primis æſtatis caloribus è radice pullulant, in orbem congeſta ſunt, Agerati foliis paria, longiora tamen, profundiùs ſerrata & obſcuriùs virentia. Inter ea fruticant tres pluréſve *caules*, ramoſi, ſeſquicubitum & ampliùs alti; quos alterno ordine ambiunt *folia*, iis quæ ad radicem ſunt multò minora. Ex ſingulis fermè alis ab imis ramis ad apicem uſque egrediuntur parvi quinquifidi calyculi, bini terníve, interdum unicus, & ex his *Flores* oblongi, candidi, in 5 ſegmenta diviſi. His marceſcentibus ſuccedunt *ſemina* parva cineracea in conceptaculis oblongis nonnihil depreſſis, quæ primùm in duas, poſtmodum in 4 partes, quaſi totidem carinata foliola diſſiliunt. *Radix* craſſioribus & albo-pallentibus fibris ſummam tellurem perreptantibus conſtat. Ea licet ſit fertilitate hæc planta, ut per ſurculos, ramulos & decidua ſemina ſine multo labore propagetur, tamen auram rigidam gelidámve perpeti neſciens, hyeme in Hypocauſtis, æſtate locis Soli expoſitis cuſtodiri expetit. Sapor herbaceus, odor omnino nullus eſt.

2. Gratiolæ affinis *Madraſpatana*, Digitalis æmula, folio Clinopodii, capſulis in verticillos poſitis *Pluk. Phyt.* T. 193. F. 3. Adhatoda *Salawaccenſis* Clinopodii folio *Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1015.

3. Gratiolæ minori Geſneri affinis *Triumfet. Hort. Sapien-Romanæ. Caulibus* eſt rigidis, valde ramoſus, ramulis ad rectos ferè angulos à caule exeuntibus, *foliis* anguſtis crebris veſtitis. E foliorum alis exeunt *flores* parvi quorum formam in ſicca diſcernere non licuit: quibus ſubſunt vaſcula oblonga ſeminibus parvis repleta.

P. 771. Ad Cap. De Pediculari.

1. Pedicularis annua lutea *Tournef. Elem. Bot.*

2. Ped. *Luſitanica* pratenſis, gramineo folio *Ejuſd. ibid.* Euphraſia ſcoparia flore luteo *Virid. Luſit.*

3. Ped. *Pyrenaica* Veronicæ folio *Tournef. Elem. Bot.*

4. Ped. *Luſitanica* altiſſima, Chamædryfolia *Ejuſd. ibid.*

5. Ped. *Hiſpanica* paluſtris, Kali folio *Ejuſd. ibid.*

6. Ped. *Virginiana* Filicis folio, flore ochro-leuco *Pluk. Almag. Bot.*

7. Ped.

7. Ped. *Æthiopica*, Rutæ caninæ aſpero & valde fragili folio *Pluk. Almag. Bot.* T. 310. F. 2. Hujus ſpecimen pulchrum nobis commodavit D. *Sherard*, foliis Cratæogoni.

8. Ad hoc Genus pertinet Clinopodium Alpinum *Ponæ* in *Baldo*, Pedicularis Alpina Teucrii folio, atro-rubente comâ *Tournefortio* in *Elem. Bot.* p. 141. dictum; cujus deſcriptionem videſis inter Verticillatas, Cap. de *Clinopodio*. p. 554. Hiſtoriæ noſtræ loco alieno poſitam.

9. Pediculari ſeu Criſtæ galli affinis *Virginiana*, Ajugæ multifido folio, apicibus coccineo, floribus pallidis in ſpicam congeſtis *Pluk. Phyt.* T. 102. F. 5. Euphraſia *Virginiana* comis coccineis, flore albido, thecâ foliaceâ incluſo. D. *Baniſter*.

Folia vix unciam longa ſunt, lata, trifida, ſegmentis lateralibus anguſtis. Foliorum apices in ſummis caulibus & ſpicis rubro colore tinguntur. E foliorum alis exeunt flores in veſiculis laxis membranaceis hirſutis pro calycibus, parvi, pallidi, pediculis breviſſimis inſidentes: Succedunt *ſiliquæ* compreſſæ, bivalves, ſeminibus minutiſſimis repletæ.
Ex *Marilandia* attulit D. *Vernon*.

10. Alectorolophos aquaticus, floris galea ſaturatè purpurea, labello pallido *Marilandica*.

Folia caulem veſtientia oblonga ſunt & anguſta, ad margines in lacinias ſeu pinnulas dentatas diſſecta. Spica florum brevis eſt, & Prunellæ æmula.
Attulerunt è *Marilandia* D. *Vernon* & D. *Krieg*, prædicti. D. *Petiver* in *Act. Philoſoph. Lond.* N. 246. p. 406. Alectorolophum *Marianum* Blattariæ folio hanc vocat, foliaque in 8 aut 10 lobos ſerratos plerunque adverſos profundè inciſa ei attribuit Longitudo folii pediculi cui inſeritur longitudinem plerunque æquat, in planta adulta 4 aut 5 unciarum.
Vaſcula ſeminalia in acutum mucronem ſeu cuſpidem exeunt, & ſuperiori acie aperiuntur, calice membranaceo hirſuto munita.
Hæc eſt, ni fallor, Pedicularis *Mariana*, Agerati anguſtis ſerratis foliis, ſingulis ſerris minutim denticulatis, floribus exalbidis amplis, in oblonga ſpica ſummo caule confertim naſcentibus *Pluk. Mantiſſ.* Spicæ longitudine differt.

11. Pedicularis *Virginiana*, Lyſimachiæ purpureæ ſubrotundis lanuginoſis foliis nervoſis, flore oblongo purpureo, calyce altera parte altiùs elongato & plurifariam diſſecto *Pluk. Mantiſſ.*

12. Pedicularis *Marilandica*, Bellidis minoris ferè folio, longiore & acutiore.

Folia quàm Bellidis minoris longiora ſunt & acutiora, per margines ſerrata, alternatim adnata. Caulis in ſicca ferè dodrantalis erat, in cacumine flores geſtans, velut ſpicatim diſpoſitos, galeatos & ut videbatur labiatos, è foliorum alis exeuntes in pediculis brevibus tenuibus. Calices à floribus delapſis in veſicas extumeſcunt.

P. 772. Ad Cap. de Euphraſia.

Ad 2dam ſpeciem adde pro Synon.

An Euphraſia anguſtis & tricuſpidatis foliis, flore albo & purpureo *Pluk. Phytogr.* T. 177 F. 5. An Euphraſia linifolia *Col?*

Ad finem Capitis adde,
1. Euphraſia Alſines anguſtiore folio, Rubiæ modo ſpicata, *Golcondæa Pluk. Phytogr.* T. 56. F. 3.

Caulis rectè aſſurgit, quem per intervalla *folia* parva mucronata, Alſines noſtræ fontanæ ſimilia binatim ambiunt; è quorum uno ſinu cauliculus ſingularis gracilis, & ex altero geniculo contrario ſitu alter etiam enaſcitur, qui cum primario caule *flores* exiguos arctè congeſtos ſpicatim gerit. Hos excipiunt vaſcula ſeminalia coniformia, calycibus 4 foliatis, tenuibus inſidentia, quibus ſemina parva occultantur.

2. Euphraſia pratenſis, Satureiæ foliis ſcabris, è *Maderaſpatan Ejuſd.* T. 177. F. 6.

Rigidiuſculæ huic plantulæ, in tenuiores, rectos & indiviſos ramuſculos divaricatæ *foliola* oppoſita, Satureiæ tenuiora, aut Lini ſimilia ſunt. Ex horum ſinubus florum calyces proveniunt (ad quemlibet articulum unus) quorum alter ad dextram, alter ad ſiniſtram ſpectans, abſque pediculo adhæret. *Flores* quàm vulgaris Euphraſiæ paulò majores ſunt, tubo oblongo ſupra calycem extantes, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* parvæ biparttiæ, per maturitatem dehiſcentes & interſepimentum oſtendentes. Planta duas ſpithamas alta eſt, ramoſa plerunque ramulis in ſpicas longas tenues excurrentibus.

3. Euphraſia

3. Euphraſia Acinos latiore folio, *Maderaſpatana*, cauliculis pubeſcentibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 279. F. 7.

4. Euphr. Alſines majori folio, flore galeato, pallidè luteo, *Jamaicenſis Ejuſd. ibid.* F. 6.

5. Euphraſia Stœchadis folio Alpina.

6. Euphraſia magna, ſerratis rigidis foliis, flore purpureo, *Marilandica Pluk. Mantiſſ.*

7. Euphraſia Alſines majori folio, flore galeato purpuraſcente, cimices ſylveſtres graviter olens, ex *India Orientali*, Muçoorundee *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

8. Euphraſia *Æthiopica* Drabæ foliis, ſummis oris floſculorum altiùs diviſis *Ejuſd. ibid.*

9. Cratæogonon *Marilandicum*, foliis gramineis hirſutis, coma purpuraſcente D. *Sherard.* Plantula eſt palmaris aut ſeſquipalmaris floribus in faſtigio caulis coacervatis amplis, foliis alternatim ſitis.

10. Cratæogonon *Marianum*, flore cæruleo *Pet. Act. Philoſoph.* 246. p. 406. n. 52.

Caulis tenuis, teres, pedalis in ſicca noſtra planta. *Folia* parva anguſta, oblonga, circa margines dentata, bina adverſa. *Flores* in ſummo caule bini oppoſiti è calyce oblongo anguſto exeunt, galeati & labiati.

11. Cratæogono affinis *Marilandica*, foliis parvis, floribus in ſummitate paucis, triſte purpurantibus, ex oblongo tubo in orificium parvum apertis. Euphraſia major *Mariana*, floribus ſpicatis amplis, tubis longioribus ſummis oris profundè inciſis, ſeu Euphraſia rubra Terræ *Marianæ*, paluſtribus gaudens grandiflora *Pluk. Mantiſſ.*

Caulis teres firmus, *foliis* cinctus crebris, parvis rhomboidibus, vix unciam longis, acuminatis, abſque pediculo cauli alterno vel nullo ordine adnatis. *Flores* in alis ſupremorum foliorum ſedent, è calice longo aut profundo non multùm eminentes, tubo oblongo, oſculo parvo hiantes, galeâ & labello parvis brevibus diviſi. Fructum non vidimus. Folia & flores in exſiccata nigricant.

12. Euphraſiæ affinis *Æthiopica*, Abrotani campeſtris folio, cauliculis ſubrubentibus *Pluk. Mantiſſ.*

13. Euphraſiæ affinis aromatica puſilla planta, floſculorum labiis latis & promiſſis, ex Inſula *Johanna*, Marrepundee Malabarorum *Pluk. Mantiſſ.* ubi Synonyma vide.

14. Euphraſiæ affinis fruteſcens Chamædryfolia, profundiùs denticulata, ex *Promont. Bæ Spei.*

15. Euphraſiæ affinis *Africana*, Pedicularis folio villoſo, floribus prælongis tubis profundè labiatis donata, *Pluk. Mantiſſ.* Huic congener eſt (inquit) *Pul-colli* H. M. P. 9. T. 69.

16. Euphraſiæ affinis *Virginiana*, Lyſimachiæ ſpicatæ purpureæ foliis lanuginoſis, floribus in ſummitate caulis *Pluk. Mantiſſ.*

17. Euphroſynes facie an Sideritidis æmula *Indiæ Orientalis*, Kainepu *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

18. Euphraſia erecta Alpina, foliis ſubrotundis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 8. p. 19.

Folia hujus plantæ Chamædr. folia imitantur, rugoſa, oblonga, retuſa, quàm vulgaris *Euphraſiæ* majora. *Caulis* rectus eſt, & ſupra terram ſpithamiæa plus altitudine elevatur. Invenitur in montibus *Sabaudiæ* prope Carthuſianorum cœnobium di *Chambery.*

19. Euphraſia tenuiſſimè diſſecto folio anguſto *Bocc. Muſ.* P. R. T. 69.

20. Euphraſia lignoſa prælta, amplo Linariæ aut Dracunculi hortenſis folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 108.

Ab omnibus huc uſque deſcriptis Euphraſiis differt, quòd Planta ſit perennis, multicaulis, ſaxatilis, lignoſa, pedem alta, ſemper viridis, foliis glabris, Linariæ vulgaris aut Dracunculi hortenſis ſimilibus. In montibus *Madoniæ* inter media ſaxa oritur.

21. Euphraſia

21. Euphrasia vermiculato folio *Hispanica Bocc. Musæ. pl. rar.* T. 63.

Altitudo ei spithamiæa. In montibus *Corsicæ*, inque *Hispania* invenitur, autore D. *Barelier*, in *Sicilia* insuper à *Gratteri*, *Monreale* & alibi occurrit.

22. Euphrasia minima lutea *Bocc. M. P. R.* T. 60.

P. 776. Ad Cap. de Melampyro.

1. Melampyro cognata *Maderaspatana*, spinis horrida *Pluk. Phytogr.* T. 199. F. 5. An Coletta-Veetla H. M. P. 9. Eryngium *Zeylanicum* febrifugum, floribus luteis *Herbar. vivi* D. *Herman.* Cingalensibus *Kathu-Karobiti* ?

2. Melampyro affinis tetraphylla *Gangetica*, floribus inter folia sparsis *Pluk. Phytogr.* T. 99. F. 3. An Adel-Odagam H. M. P. 9. Hujus semen mellei coloris est, lucidum, singulare, nudum, grani Triticei æmulum; insidet basi è foliorum cristatorum duplici serie, binas membranulas rigidiores alteram altera longiorem circum ambientium constructa.

3. Melampyrum luteum Linariæ folio *C. B.* p. Linopyrum seu Melampyrum luteum Linariæ folio *C. B. Prod.*

4. Melampyrum latifolium, flore albo, labio inferiore duabus maculis luteis distincto *Tournef. Instit. rei herb.* item Hist. plant. circa Parisios nascentium.

1. Katu-Karivi H. M. P. 9. T. 44. Spicata *Indica*, flore galeato & labiato, spitis tum in summis caulibus, tum è foliorum adversorum sinubus exeuntibus, nullis floribus intermixtis foliolis.

H. M.

Caules huic quadrati, geniculati, in exortu articulorum turgescentes, pilis hirsutis asperis obsiti. *Folia* ad geniculos geminata oriuntur, se mutuò decussantia, oblongo-angusta, cuspidata, tenuia, mollia, leniissima instar holoserici, in oris pilis minutissimis obsita. Costa media rubescit. *Flores* summitatibus caulium cum suis pediculis angulatis, pilosis, insident, monopetali difformes, in tres lingulas dissecti, ac in illis ex rubro nigricantes, in collo interiùs albicantes, ut & exteriùs, sed ibidem venis rubris striati, in dorso colli exteriùs rubescentes. *Stylus* surrectus, planus, quà folium angustis respicit albicans, interiùs venis rubris striatus. Capitulum ejus nigrum est, & ad latera complanatum ad verticem cristulâ flavâ obsitum, infernè pilis albicantibus barbatum. *Gemmæ* florum oblongæ, pilosæ.

2. Nelam-Parenda H. M. P. 9. T. 60. Herba *Indica* flore monopetalo labiato, capsula seminali è rotundo trilaterali, octaspermo.

H. M.

Planta humilis est, surculis decumbentibus, supra terram expansis. *Radix* fibrosa, albicans, intus lignosa, odoris grati ac acris. *Rami* tenues, lignosi, virides. *Folia* oblongo-angusta, cuspidata, in oris tenuissimè crenata, mollia, lenia, fusca, surda. *Costa* media utrinque eminet. *Flores* pedunculis tenuibus, viridibus, deorsum inflexis, supra exortum foliorum videntur, monopetali, rosaceo-saturi; costam in aversa parte habent mediam, in recta 3 rubicundiores venulas, necnon duas foliosas & falcatas uncinulas, è calice emergentes, quæ candidæ, & venis in longum striatæ, cuspide rosaceo saturo. *Calix* quinquefolius, cuspidatus, in cujus medio *stamina* conspiciuntur albicantia, surrecta, uncinulis obtecta, quæ in ruffos croceos ac planos desinunt *apices*, in quorum medio viridis globulus stylulum albicantem è medio seu vertice emittit. *Globuli seminales* cum cuspide albicante in vertice, forma nonnihil trilaterali sunt, cortex cartilaginosus, striatus præsertim in medio ubi globuli se laxant, per maturitatem rufescentes: *Semina* in se continent octo, oblongo-rotunda, aqueo-candida, nitentia.

3. Manja-Kurini H. M. P. 9. T. 62. Herba fruticosa *Indica*, foliis ad genicula quaternis, spicis squamosis in petiolis oblongis, flore monopetalo labio tripartito, capsulis oblongis.

H M.

Nascitur in arenosis. *Rami* teretes, geniculati, viridi-fusci, glabri, lignum albicat. *Folia* geniculis, petiolis oblongis, viridi-dilutis, interiùs planis & nonnihil alatis adnexa, quaterna simul, surrecta, oblongo-rotunda, tenuia, mollia, aversa parte plurimis nervis annularibus è costa media exeuntibus, & valde eminentibus instructa, saporis subacris & subdulcis, Rhaphanos nonnihil referentis. *Flores* in fastigiis surculorum spicati in petiolis qui recta ex eorum prodeunt, seu qui transversi & laterales supra exortum foliorum ex geniculis erumpunt monopetali, in 3 lacinias supernè distincti, coloris in totum aurancii floridi, collo oblongo flavescente è calice emicantes. *Staminula* habent 4, flava, oblonga; *Capsulæ seminales* oblongæ, cuspidatæ, lignosæ, parùm complanatæ, inferiùs strictiores, primò virides, dein albicantes, foliolis parvis obtectæ, quæ primùm in calice oriuntur, dum adhuc ex superiore parte flores ex gemmis erumpunt.

4. Galeata

4. Galeata vaſculifera Stœchadis facie.

Roſmarinum Stœchadis facie *Alpin. exot.* Stœchas Roſmarini facie *Cretica Park. Theat.* p. 67. E ſemine *Cretâ* Inſulâ miſſo exorta eſt venuſta hæc planta, Stœchadi vulgari facie externa adeò ſimilis, ut primo aſpectu eandem prorſus eſſe crederes, *caule* aſſurgens Stœchade non multò altiori, ab imo ſtatim ramoſo, ramulis in alios minores adhuc diviſis & ſubdiviſis, deorſum nonnihil reclinatis, ad ſingula genicula *foliis* binis, & interdum ternis aut quaternis cinctis, anguſtis, tenuibus, oblongis, colore viridi caneſcente. Ex alis foliorum prope ſummos caules egrediuntur *flores* parvi, Roſmarini floribus perſimiles colore, forma, & magnitudine, quibus ſuccedunt *capitula* ſeu vaſcula ſeminalia parva, rotunda, Piperis granorum magnitudine, quibus continentur *ſemina* minuta. Radix tenuis lignoſa, in plures ſurculos diviſa. Tota planta coloris eſt obſcure griſei, Stœchadis odore, ſed remiſſiore, ſapore amariuſculo, cum caloris tantillo, & adſtringentia majore.

Si rectè deſcribatur, toto Genere à Rore marino differt, & ad Herbas flore galeato vaſculiferas relegenda eſt.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBRO DECIMO QUINTO

Subnectendæ,

Herbæ floribus dipetalis & tripetalis.

1. CAra-Caniram *H. M.* P. 9. T. 56. Siliquoſa *Indica*, floribus labiatis, dipetalis, ſiliquis brevibus, in duas cameras membranâ intergerinâ diviſis.

Altitudo huic bipedalis, arenoſa amat, & tempore pluvioſo floret. *Radix* fibris lignoſis capillaribus nigricantibus conſtat, cortice amaro. *Caules* virides, quadranguli, in nodos diſtincti, ramoſi, ramulis alternatim ex adverſo binis. *Folia* è nodis caulium petiolis brevibus bina & bina proveniunt, oblongo-anguſta, ad pediculum contractiora, tenuia, mollia, plana, viridi-fuſca, amariſſima: nervus medius utrinque eminet. *Flores* in petiolis tenuibus, viridibus, quadrangulis, interdum etiam nonnihil ramoſis videntur; è caulium nodis ſupra originem foliorum, paſſim bini & bini ex adverſo oriuntur, pedunculis brevibus tenuiſſimis hærentes, dipetali, uno folio anguſto & reflexo, in totum albo, altero latiori, ſurrecto, nonnihil reflexo, atque in 3 cuſpides æquè altè emicantes diviſo, quod etiam album eſt, & circum oras duobus rubro-obſcuris radiis, qui ad duos extremos cuſpides excurrunt, variegatum, & in medio maculâ rubrâ notatum. *Calix* laxus eſt, & in 5 anguſta piloſa folia diviſus. *Capſulæ ſeminales* anguſtæ, quadrangulæ, compreſſæ, planæ & duriolæ, in longum ſulco ſtriatæ, interſepimento ex ſulcis excurrente in duas quaſi camerulas ſeminales oblongo-anguſtas diſtinctæ; *Seminibus* in ſingulis tribus 4ve, parùm oblongis, primò viridibus, deinde albicantibus, per ſiccitatem ruffis ſeu ex flavo rubeſcentibus, ſubamaris.

Tota planta cum infuſione *Oryzæ* macerata morſui venenato Serpentis *Cobra-Capella* dicti medetur, epota nempe, quod & peruncta præſtat. *Virdi.*

2. Carim-Tumba *H. M.* P. 10. T. 93. Nepeta *Malabarica* folio latiore, flore cœruleo ſpicato *Commelin.* notis.

Hujus deſcriptionem vide inter Verticillatas.

3. Tsjeru-Tardavel *H. M.* P. 10. T. 94. Urticæ-folia *Indica* floribus ſpicatis dipetalis, ex albo & roſaceo colore variis.

Hujus etiam deſcriptionem vide inter plantas Verticillatas, Cap. de Scordio. P. 577.

3. Kondam-Pallu *H. M.* P. 9. T. 31. Dipetalos *Indica* purpuro-cœrulea, siliquosa, foliis longis angustis ex adverso binis.

Planta humilis est, arenosa amans: *Radix* ei albicans, fibrosa. *Caules* quadrilateri, viridi-clari, aquei, geniculati. Filamentum medium carnosum est, viride, ac in tubulos distinctum. *Folia* geniculis geminata & ordine decussato insident, oblongo-angusta, angulis breviſſimis, raris sparsim crenata, rigida, crassa, glabra, viridi-clara, aversa parte in medio altè extuberantia. *Flores* ad exortum foliorum in petiolis proveniunt brevibus, cœruleo-purpurei, dipetali, uno ad ventrem colli in tria foliola rotunda insecto, ad medium usque striis albicantibus notato; altero surrecto, cuspidato, versùs primum reflexo. In medio unicum habet *stamen* candidum, supernè rubro-purpureum. *Calix* folia habet 5 viridia, cuspidata. *Capsulæ seminales* oblongo-rotundæ, in quibus *semina* arenacea, ut illa piscium, denso confertóque numero consident.

4. Nelam-Mari *H. M.* P. 9. T. 82. Planta bifolio humirepa *Indica*, floribus in propriis surculis dipetalis, globulis seminalibus monospermis.

Planta humilis est, surculis in latum diffusis, arenoso gaudens fundo. *Radix* albicans, fibrosa & lignosa. *Stipites* in plures sparguntur surculos, virides, & dein rubescentes. *Folia* in surculis hinc indè in brevibus petiolis bina & bina proveniunt, anteriùs conversa, oblongo-rotundo-angusta, parùm cuspidata, crassiuscula, densa, plana, lenia, viroris supernè fusci, subtus clari, punctulis viridi-fuscioribus interspersi. *Flores* in propriis videntur petiolis è foliorum sinubus erumpentibus, seriatim consiti, è *calicibus* surrectis emicantes, bipetali, sibi mutuo accumbentes. *Globuli* in singulis calicibus proveniunt plani, viridiusculi, parùm oblongi, 3, 4ve in una serie, viridi-fusco filamento fimbriæ annexi, pilis longiusculis obsiti cortice rigidiusculo, unicum singulæ continentes *semen*, rotundum, nonnihil oblongum primùm viride & nitens, dein nigricans.
Apozema ex hac planta pro algidis præparatur febribus.

5. Tsjem-cumulu *H. M.* P. 11. T. 47. Aphyllos *Indica*, flore dipetalo difformi campanam emittente.

Arenosa hæc planta gaudet solo, longè excurrens. *Radix* albicans est, & fibrosa. *Caules* è radice plures exsurgunt, simplices, rotundi, rigidiusculi, lignosi, aquei, ex albo flavescentes, venis tribus striati. *Foliis* destituitur. *Flores* difformes, cacumini caulium, qui supernè paulò crassiores, ad unam partem nonnihil inflexi, insident, transversi, dipetali, petalo uno rubro-sanguineo & purpurascente, interiùs in orificio unctuoso liquore delibuto: altero, exteriori nempe, cuspidato, dorso incurvo, lateribus clausis, corallinè rubescente, inferiùs ex ventre emicantem proferente campanam: illa ventre nonnihil est plano, stricto dorso, quo petali cuspidati dorsum respicit. In illius orificio *stylus* conspicitur crassiolus, albo-rubescens, cujus *capitulum* albo-flavescens, planum, rotundum, pilis minutis albicantibus obsitum. Cum stylo *staminum* duo reperiuntur paria, rubescentia, apicibus albicantibus, latis, sibi mutuò annexis, dotata, ad latus campanæ florum inserta. Insuper notandum quòd stylus è globulo exsurgat, grandiusculo, rotundo, in basi calicis sito; éstque hic globulus albo-flavescens, tunica membranacea rubescente, quæ facilè deglubitur, obductus; transversim dissectus è carnosis humidis plicis conformatus esse videtur.

Virtus. Folia cum Nuce moschata saccharóque gingivis applicata dentium putredinem arcent, eorúmque vermes enecant. Ex foliorum simul & ligni succo ellychnia parantur, quæ oleo foliorum *d' Enferno* intincta accensáque leves relinquunt cineres, qui palpebrarum aliarúmque partium suffocant vermiculos. Bulbus radicis idem præstat cum Sandalo pone aures & in fronte applicitus, pulverisatus nempe & tostus.

6. Kalu-Tali *H. M.* P. 9. T. 80. Dipetalos *Indica* sterilis, foliorum angulo altero latiùs inferiùs quàm alter exporrecto.

Nascitur in arenosis. *Radix* albicans fibrosa. *Caules* aquei, rotundi, rubescentes, pilis asperis hirsuti. *Folia* oblonga, cuspidata, uno latere inferiùs latiùs exporrecto, ac rotundioris ambitûs, pilis hirsutis, qui asperitatem inducunt, obsita, viroris saturi, foliis *Neriampulli* similia. *Flores* in petiolis supra exortum foliorum prodeunt, plures simul, pedunculis breviſſimis insidentes, sùntque in *gemmis* virides, cuspidati & angulati, ex una parte inferiùs in alam stricti; aperti bipetali sunt, inæquales, rubro-purpurei, gemmula ex qua folia prodeunt constantes. *Calix* quinquefolius est, cuspidatus, viridis. *Fructus* non fert.

Virtus. Calidam cephalalgiam compescit fotus ex hoc frutice præparatus.

7. Neli-Pu *H. M.* P. 9. T. 70. Aphyllos aquatica *Indica* volubilis, flore dipetalo, difformi, calcari donato.

Udo & paludoso gaudet solo, præsertim ubi *Oryza* nascitur, quam Convolvuli instar sinuoso *caule* amplectitur. *Radix* tenuis, albicans, fibrosa, unicum tantùm emittens *caulem* non ramosum, teretem, tenuem, viridem, aphyllon. *Flores* in caule hinc inde solitarii, petiolis planis, uncialibus, viridi-dilutis, ad exortum brevi, cuspidato folio succinctis, appensi, cœrulei,

cœrulei, bipetali, difformes, petalo uno retiformiter cavo, cum orificio inferiora reſpiciente; altero rotundo, ſurrecto, folio retiformi obverſo; quod [retiforme] cœruleum eſt, in fundo albicans cœruleis purpuraſcentibus venis in longum ſtriatum; alterum in totum cœruleum purpuraſcens: Cornu illius pendulum albicat & nitet, in cuſpido autem ex viridi cœruleſcit. *Stamina* in iis duo parva albicantia, ſupernè cœrulea, cornu inſerta, & in illius orificio foliis obtecta. Cum illis ſe prodit *ſtylus* latus, craſſus, viridiuſculus, qui ſupernè nigricat & nitet. *Flores* præterea circa cornu & folium rotundum duobus ſuffulciuntur foliolis cuſpidatis, viridibus, cœruleſcentibus & purpuraſcentibus.

8. Plantaginis aquaticæ folio Anomala, flore tripetalo purpureo, ſemine pulverulento *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radiculis aliquot majuſculis, albis, 2, 3ve uncias longis in unum corpus unitis firmatur; *folia* emittens 4 aut 5 uncias longa, unciam & ½tas lata media latiſſima parte, viridia, ſuculenta, Plantagineorum inſtar nervoſa. E foliorum medio ſeu centro exſurgit *caulis* geniculatus ſeſquipedalis, ſpicâ *florum* purpureorum ſeu incarnatorum ornatus 3 uncias longâ. Flores è 3bus purpureis petalis componuntur, quibus ſubeſt tuberculum quoddam, quod paulatim augeſcens in capſulam membranaceam abit ſemen pulverulentum claudentem, qui vento diſpergitur.

Secus ſemitam quæ ab agris D. *Cope* in *Guanaboa* verſus Mountain river itur, collegit D. *Sloane.*

1. Viſcum Caryophylloides maximum, flore tripetalo, pallide luteo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jamaic.* Viſcum Peruvianum aliud, Aloes facie, Arboribus item innaſcens *Ad. Lob.* p. 452. & 455. Synonyma reliqua vide in *Hiſt. noſt.* p. 1583. Wild Pine.

D. *Sloane.*

Plurimis fibrillis fuſcis ramos vel etiam truncos arborum, quibus innaſcitur, amplexantibus & firmiter apprehendentibus ſibique mutuo intertextis & variè implexis, ſtabilem & validam baſin ſeu ſedem ſibimet conſtruit; unde exoriuntur folia in orbem Porraceorum, aut Ananæ modo aut etiam Aloes, alia aliis obvoluta aut incluſa, unoquoque 2 ½ pedes longo, à baſi 3 uncias lata paulatim in mucronem deſinentia, interiore latere valde concava, exteriore convexa, ut laterum omnium concavorum concurſu efficiatur ſatis ampla ciſterna aut pelvis aquæ continendæ & reſervandæ, quæ in tempeſtatibus pluvioſis foliis incidens per eorum cava ſeu canales in ciſternam defluit, ubi velut in utribus reſervatur; foliis ſupra extumeſcentiam illam radicis bulboſæ æmulam ad utrem efficiendum, ad caulem iterum proximè reflexis & contractis evaporationem hoc pacto aquæ per radios ſolares impedientibus. Sunt autem ea colore inferiùs pallide viridi, ſuperiùs porraceo; è quorum medio exſilit *caulis* 3, 4ve pedes longus, teres, rectus, glaber, hilarè viridis, ramoſus, è vulnere inflicto gummi pellucidum, albicans, mucilaginoſum effundens, *floribus* hic illic in ramulis ſparſis, è tribus petalis oblongis pallidè luteis ſeu herbaceis, compoſitis, cum purpureis intus ſtaminibus, calice longo ſeu tubulo, è tribus viridibus viſcidis foliis ad margines purpureis conflato, exceptis; quibus ſuccedunt longæ triangulares *capſulæ*, è viridi fuſcæ, Caryophylleis nonnihil ſimiles cum tribus ſubtus capſularibus foliis, *ſemina* intus continentes parva, oblongo-pyramidalia, pilis mollibus, lanuginoſis alata, pappo ſeu lanugine multò longiore pro ſeminis proportione, quàm in quavis alia mihi cognita planta, ſiliquam ſeu capſulam ipſam longitudine æquante.

Ubique in ſylvis truncis & ramis arborum ſenio præſertim confectarum innaſcitur; corticibus arborum tum rimas agentibus, ut ſemina faciliùs excipiant, & fibrillis radicum hujuſmodi plantarum cedant & aditum præbeant, unde brevi temporis ſpatio corticem diſſolvit & arborem enecat.

Naturæ ingenium & artificium in hac planta valde rarum eſt & admirabile. Semen etenim multa habet prælonga tomenti filamenta adnexa, non tantùm ut vento quaquaverſum diffletur & avolet, ſed ut filamentis illis mediantibus arborum ramis & corticis partibus extantibus firmiter adhæreſcat. Quamprimum germinat quamvis inferiori rami aut trunci parti innaſcatur, ſtatim perpendiculariter ſeu rectà ſurſum aſcendit, quoniam in quovis alio ſitu ciſterna è foliis concavis fabrefacta aquam non poſſet continere, quæ neceſſaria eſt ad nutrimentum & vitam plantæ.

Tam in montoſis, quàm in depreſſioribus ſylvis, tempeſtatibus ſiccis in aquæ inopia reconditorium iſthoc non tantùm plantæ ipſi humectandæ & alendæ ſufficit, ſed & avibus & omne genus inſectis utiliſſimum eſt, quæ tum temporis ad has plantas ſiti reſtinguendæ gregatim advolant, unde rarò irritæ & ſiticuloſæ diſcedunt. Nec Avibus tantùm ſed & hominibus ipſis utile eſt. D. *Dampiere* in Navigat. ſuarum vol. 2do vaſa iſthæc ſextarium & dimidium vel etiam duos ſextarios aquæ ſingula continere, quæ cum inveniunt itinerantes, cultello in fundum adacto & foramine facto aquam emittunt, & galeris ſuis excipiunt ad ſitim exſtinguendam, ut ipſe (inquit) ſæpius feci, magno meo levamini & ſolatio.

2. Viſcum Caryophylloides maximum, capitulis in ſummitate conglomeratis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Plurimis oblongis, è fuſco nigricantibus, tenuibus filamentis ſeu fibrillis, cortices arborum quibus adhæreſcit firmiter apprehendentibus, & in unam omnibus radicem oblongum coalescentibus, ſtabilitur. *Folia* inde in orbem erumpunt, Lilii albi ſimilia, ſe invicem amplex-

antia Aloes in modum: ſingula pedem longa, ſeſcunciam lata, extremitatibus obtuſis aut ſubrotundis, colore viridi-obſcuro, interdum purpuraſcente. E quorum medio ſeu centro exſurgit *Caulis* ſeſquipedalis ferè, foliis undique obſitus, iis quæ ad radicem ſunt minoribus; faſtigio inſiſtunt multa pallidè viridia, latiuſcula foliola, glutinosâ mucilagine intercedente, multâque præterea folia rubentia, velut calicem quendam efficientia, omnia ſimul Roſæ nonnihil ſimilia, in qua continentur *capitula* aliquot conglomerata, vaſcula ſeminalia & ſemina præcedentis ſimilia continentia.

Truncis arborum grandiorum, vetuſtarum, viâ qua locum 16 **miles walk** dictum itur innaſcentem collegi.

3. Viſcum Caryophylloides majus, flore tripetalo cœruleo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Plurimis fibrillis tenuibus, fibi mutuò implexis, ramum arboris cui innaſcitur undique amplectitur & ſtringit per trium digitorum latitudinem, *caulem* emittens foliis cinctum ad exortum ſuum uncialibus, interiore latere concavis, exteriore convexis, inferiùs protuberantibus aut velut extumeſcentibus, cavitatem modicæ aquæ pluviæ quantitati continendæ ſufficientem efformantibus. Superiores foliorum partes anguſtæ & gramineæ Caryophylleorum foliorum nonnihil ſimiles, 9 aut 10 digitos longæ, reflexæ & dependentes, colore è viridi albicante, Pinus ſylveſtris foliis ſtructurâ & conformatione ſua per omnia ſimiles. Caulis ſeſquipedalis, geniculatus, & ad ſingula genicula digitalibus intervallis folio gramineo eum involvente donatus. Prope apicem utrinque è foliorum alis exeunt *flores* tripetali, cœrulei, cum paucis intus ſtaminibus luteis, è ſinu viridis & concavi folioli vix apparentes; quibus ſuccedunt *ſemina* pappoſa, parva, oblonga, fuſca, multis longis lanuginoſis filamentis adhærentibus, capſula triangulari primò viridi tum fuſca incluſa, foliolo prædicto ſuſtentata.

Ubique in ſylvis ramis arborum innaſcitur.

4. Viſcum Caryophylloides minus, foliis pruinæ inſtar candicantibus, flore tripetalo purpureo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radicibus & naſcendi modo, foliis inſuper ſe mutuo in orbem amplexantibus bulborum inſtar, & lateribus ſuis concavis vaſculum aquæ continendæ pro plantæ irrigatione & nutritione tempeſtatibus ſiccis, efficientibus, cum præcedente convenit. *Folia* autem longa ſunt, anguſta, graminea, ejuſdem exactè formæ & ſtructuræ cum Pinûs ſylveſtris foliis, Caryophylleis nonnihil ſimilia, brevi duntaxat candida, ſplendente lanugine in totum obducta, ut velut pruina ſemper aſperſa & obvelata appareant. In horum medio aſſurgit *caulis* nudus, incanus, 3 uncias longus, cujus faſtigio inſidet calix pariter caneſcens, ſemuncialis, tria parva purpurea petala in apice geſtans, quibus præteritis reſtat *vaſculum* Pinûs ſylveſtris per omnia ſimile, omnibus duntaxat partibus minus.

Cum priore invenitur.

5. Viſcum Caryophylloides minus, foliorum imis viridibus, apicibus ſubrubicundis, flore tripetalo purpureo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jamaic.*

Præcedenti per omnia ſimilis eſt, major duntaxat & longior. Folia Caryophylleorum formâ ſimilia, parte inferiore viridi, apicibus rubentibus. Brachiis & ramis arborum innaſcitur viâ qua *Guanoboa* itur.

6. Viſcum Caryophylloides tenuiſſimum, è ramulis arborum Muſci in modum dependens, foliis pruinæ inſtar candicantibus, flore tripetalo, ſemine filamentoſo *Slon. Cat. Jam.* Camanbaya *Braſilienſibus Margrav.* p. 46. **An old Man's-Beard.**

D. *Sloane.*

Hæc eſt Cuſcuta *Americana* ſuper arbores ſe diffundens *Hiſt. noſt. App.* p. 1904. Cuſcuta ramis arborum innaſcens *Caroliniana*, filamentis lanugine tectis, Muſei *Corteniani Plukenet* Tab. 26. Fig. 5.

Caulis plantæ hujus muſcoſæ fili ſutorii magnitudine eſt, è cuticula tenui albicante ac ſi pruina obtegeretur, & longo intus nervo, lento, nigro, ſetæ equinæ æmulo, conſtans. Cauliculi hi plurimi perſæpe unà naſcuntur, media plerumque parte ramo ſuperficialiter adhærentes, & utrinque ejuſdem generis filamenta demittentes, ad ulnæ longitudinem dependentia, criſpa, variéque inter ſe implexa & involuta, Barbæ ſenis ſpeciem exhibentia, unde nomen *Anglicum*, ac ſi ſcandendo deſtinata eſſent, quod ea facere nunquam obſervare potui. Cauliculi hi ramoſi ſunt ramulis 2, 3ve uncias longis, iiſque ejuſdem longitudinis foliis, teretiuſculis, albicantibus ac ſi pruina obtecta eſſent, veſtitis. *Flores* ſummis ramulis innaſcuntur tripetali, quibus ſuccedunt *Semina* & vaſcula ſeminalia aliorum hujus Generis ſimilia.

E ramis arborum in ſylvis campeſtribus Inſulæ *Jamaicæ* ubique dependet.

Hujus Muſci caulium nervi interiores nigri lentique ab ave **Woodpick** dicta adhibentur ad ædificandos ſeu compingedos nidos illos curioſè excogitatos & affabrè extructos, quos ſummis arborum virgis affigit, pullorum ſecuritatis gratiâ.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBRI XVI. & XVII.

Herbæ flore tetrapetalo siliquosæ & siliculosæ,

Aliæque

Flore tetrapetalo & tetrapetaloide regulari.

P. 78. Ad Cap. De Leucoio.

1. Leucoium *Lusitanicum* purpureum, foliis eleganter dentatis *P. B. P. Herman. Parad. Bat. Herman.*

Ex seminibus *Lusitaniâ* missis nata est elegans hæc Leucoii species, cujus prima *folia* ad modum *Dentis leonis* erant laciniata; quæ caulem ambiunt alterno ordine absque pediculis adnascuntur, biuncialia, profundè dentata, & in cuspidem acuminata. *Caulis* ad altitudinem pedalem attollitur, striatus, in ramos, & hi rursus in alios, divisus, quorum summitates abeunt in *flores* spicatos, rariùs dispositos, tetrapetalos, rubentes, ex perianthio oblongo hirsuto prorumpentes. His succedunt *siliquæ* parvæ, articulatæ, sapore acri.

Ex siliquis & foliis laciniatis videtur potiùs ad Erucæ species aut Rapistri pertinere. Flores Leucoii sunt.

2. Leucoium Thlaspeos facie, flore albo *Flor. Bat. Herman. Parad. Bat. Herman.*

Radice nititur exili, fibrosa. *Cauliculi* statim à radice sunt ramosi, virides, nunc erecti, nunc procumbentes. *Folia* singularia *Leucoio marino parvo, folio virenti crassiusculo J. B.* (cujus forsitan varietas est) similia, sed paulò minora, & in obtusiorem ambitum tendentia: *Flores* quoque minores, tetrapetali, albi, calici quadrifido insidentes: Excipiunt *Siliquæ* duriusculæ, teretes, biunciales & longiores, bicapsulares, in quibus *Semina* fulva, parva, oblonga, è tereti nonnihil depressa. *Sapor* subamarus & subacris, Thlaspeos. instar.

Annua est planta.

3. Leucoium peregrinum, dentatis foliis, floribus purpuro-cœruleis & variis *Hort. Monsp. Magnol.*

Folia habet Leucoii leutei, parùm dentata. *Flores* multùm variant, sæpius purpuro-cœrulei, aliquando ferruginei, aliquando lutei, adeò ut uno & eodem tempore tot colores in eadem planta observare liceat.

Hanc plantam ad Hesperidem refert D. *Tournefort.*

4. Leucoium Alyssoides fruticosum, folio virente, ex *Hispania Pluk. Mantiss.* Alyssoides fruticosum folio viridi *Tournefortii.*

5. Leucoium montanum crucigerum, Coronopi folio *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 111. Leucoium montanum rupale, angusto folio dentato *Hort. Cath.* 110.

A *radice* perenni in solo saxoso prima sua *folia* ejicit hæc planta incana, sinuosa, Coronopi paria; indè crescendo ramos emittit crebros, & fruticis formam assumit, altitudine pedali. *Flores* profert, è 4 lobis compositos, extremo acutos, aliquantulum undulatos, coloris vinosi purpurei. *Siliquæ* longæ sunt, & in apice cruciatæ, velut Leucoii *Cam.* Prope monasterium *del Parco* 7 m. p. à *Panormo* distante provenit.

6. Leucoium minus fruticans purpureum montanum crucigerum *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 111.

A præcedente differt *foliis* integris, & *floribus* violaceis. Altitudine eſt palmari; *radice* lignoſa & perenni. In montibus *Madoniæ* ínque *Caſtelbuono* inter ſaxa in *Sicilia* oritur.

7. Leucoium minus, Lavendulæ folio, obſoleto flore T. III. Leuc. min. anguſtifolium luteum *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. III.

Hæ duæ plantæ, prior *foliis* Lavendulæ incanis, *floribus* obſoletis, altera *foliis* viridibus anguſtis, *flore* luteo, utraque pedali altitudine aſſurgens, in *Pedemontio*, locis aridis & ſaxoſis naſcuntur.

8. Leucoium minus purpureum anguſtifolium, obſoleto flore longiori folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 77. T. 66.

9. Idem breviori folio, obſoleto flore *Ejuſd. ibid.*

Hæ duæ ſpecies ad pedalem altitudinem efferuntur, & in *Pedemontio* proveniunt. Ex reliquiis Botanicis D. *Barelier* habuit.

10. Tertia Leucoii ſpecies, pedem & dimid. alta, foliis longis anguſtis rugoſis, & in medio ſulcatis velut Aſphodeli invenitur in *Pedemontio* inter *Cacio* & *Bradâ*.

11. Leucoium ſaxatile incanum; flore purpuro-cœruleo *Hort. Cath. Suppl.* 3. *Folia* longa, anguſta, in acutos mucrones exeunt. *Flores* ſpecioſi, purpurei, è calicibus oblongis hirſutis emicant, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* longæ, compreſſæ hirſutæ. Semen nondum perfecerat planta quam ſiccam vidimus inter *Sherardinas*. In alio ſpecimine cum fructu perfecto obſervavimus ſiliquas prælongas eſſe, aliquantulum falcatas, *ſemina* intus compreſſa, quadrata, colore nigricante panni linei uſtulati continentes.

12. Leucoium ſaxatile foliis viridibus, purpureo flore *Hort. Cath.* 110. Præcedenti perſimile eſt. *Foliis* anguſtioribus viridibus: ſiliquis prælongis, & ſeminibus præcedenti ſimilibus.

13. Turritis *Mariana* ſiliquis dependentibus, uno verſu diſpoſitis *Pet. Act. Philoſoph. Londin.* N. 246. p. 406.

D. *Petiver* ſic breviter deſcribit, Siliquæ duas circiter uncias longæ ſunt, nonnihil incurvæ ſeu falcatæ, deorſum dependentes & in obtuſam veluti ſpinulam deſinentes, pediculis ſemuncialibus tenuibus appenſæ, rariùs diſpoſitæ ab omni caulis latere, verſùs unam tamen partem vergentes. Braſſica ſylveſtris ſeu Turritis *Mariana*, Irionis *Apulæ* foliis, ſiliquis uno verſu longa ſerie dependentibus *Pluk. Mantiſſ.* dicitur.

Folia digitum longa ſunt, duos tranſverſos lata, anguloſa, aſpera, ſubtùs purpuraſcentia, [inferiora] abſque pediculis adnata. *Caulis* bipedalis, erectus, rigidus, in paucos ramos brachiatus, ſpica florum vix palmari terminatur. Sunt autem *flores* tetrapetali, albi, minimi & quaſi muſcoſi, vix ſeſe aperientes, pediculis ſemuncialibus inſidentes, quos excipiunt *ſiliquæ* vix digitum longæ, compreſſæ, latæ dependentes & nonnihil falcatæ, continentes *ſemina* flaveſcentia, plana, margine foliaceo cincta. Ex ſeminibus à D. *London* miſſis in Hortis *Amſtelodamenſi* & *Badmintonienſi* ſuccrevit.

14. Leucoium floribus vix apertis albidis bicubitale foliis ſinuoſis *Hort. Amſtel.*

15. Leucoium ſaxatile, foliis viridibus, multùm longis, purpureo flore, mollicello, odorulo *Hort Cathol. Cupani.*

Hoc genus *Franciſco Salvatori Ruffo Panormitano* (inquit Autor) primitus obvium venit. *Folia* prælonga ſunt, inferiora ſeſquipalmaria, unciam lata, acuminata, vix ſinuata, ſuperiora in caulibus anguſta, parva. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis ampli, purpurei, è calicibus longis, purpureis emicant, pediculis ſeſcuncialibus tenuibus inſidentes. Ramulum quem deſcripſi ſiccum D. *Sherard* ſuppeditavit.

16. Leucoium *Creticum* pumilum incanum ex Horto *Contareni* D. *Sherard.*

17. Leucoium *Africanum*, Coronopi folio latiori, hirſutum D. *Sherard.* Leucoium *Æthiopicum* latiori folio incanum trifidum & multifidum, flore cœleſti *Pluk. Mantiſſ.*

Planta quam nobis ſiccam communicavit D. *Sherard* humilis erat, foliis interdum integris, unciam longis, ſemunciam latis, non rarò tridentatis & latioribus veſtita, valde ramoſa: flores in ſummis caulibus & ramulis cœrulei.

P. 784. Ad Cap. De Leucoio luteo ſeu *Keiri.*

1. Leucoium petræum lignoſius, folio rigido caneſcente vulgatiſſimum *Pluk. Almag. Bot.*

2. Leucoium anguſtifolium, flore ſulphureo, Alpinum *H. R. B. Schol. Bot.*

3. Leucoium Alpinum luteum, minimo flore *Ejuſdem.*

4. Leucoium luteum ſive Keiri minimum Polygalæ facie *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix pro plantulæ modo ſatis magna eſt, ut quæ unciali ſit longitudine, lignoſa, coloris pallidè fuſci, terræ firmiter infixa; duos tréſve *cauliculos* protrudens, 2 aut 3 uncias longos, *Foliis* Polygalæ vulgaris ſimillimis obſitos. *Flores* ſummos ramulos occupant, flavi, tetrapetali: quibus defluentibus ſuccedunt *ſiliquæ* tenues.

In pratis circa urbem *S. Jago de la Vega* frequens reperitur.

5. Sinapi Alpinum luteum, dentato Lavendulæ folio, incanum *Hort. Cath.*

Caule eſt firmo, robuſto, tereti, anguloſo ſeu ſtriato, *foliis* crebris, longis, anguſtis, acutis, nullo ordine poſitis, cincto; ramoſo. *Flores* in ſummo caule & ramulis ſucceſſivè ſe aperientes, ut in reliquis hujus generis, in longas velut ſpicas excurrunt. *Calix* floris oblongus, anguſtus, Leucoii vulgaris ſimili; color (quantum in ſicca diſcernere licuit) ſulphureus; pediculus brevis & vix ſemuncialis. Floribus ſuccedunt *ſiliquæ* prælongæ, anguſtæ admodum & tenues. Semina nondum maturuerant. Siliquarum pediculi ad rectos fere angulos à caule extabant. Siccam quam deſcripſi D. *Sherardo* debeo.

6. Leucoium luteum ſeu Keiri foliis latioribus & brevioribus, ſiliquis habitioribus. Leuc. Piperitis folio flore minore D. *Sherard.*

Hæc præcedente omnibus ſuis partibus, caule, foliis, floribus minor eſt. *Folia* quàm illi breviora ſunt, pro magnitudine tamen latiora, acuminata, rariùs in caule ſita. *Flores* minores, calice breviore excepti, flavi, ſucceſſivè ſe aperientes, *ſiliquas* poſt ſe relinquentes breviores, aſt habitiores, à caule extantes in pediculis ſemunciâ longioribus, erectas, rariùs ſitas.

P. 787. Ad Cap. De Leucoiis flore parvo.

7. Leucoium marinum *Hiſpanicum*, foliis latis Rapiſtri, perfoliatis, flore purpureo *Mentzel. pugil.*

8. Leucoium annuum elegans *Edw. Morgani.* annuum, ſinuato anguſto folio, flore dilutè violaceo *Moriſon. Hiſt.* T. 8. Sect. 3.

9. Leucoium parvum petræum *Atticum*, ſinuatis anguſtis foliis, partim & gramineis *Pluk. Almag. Bot.*

10. Alyſſum incanum erectum, ſiliquâ utriculatâ *Boccon. Muſ. plant. rar.* T. 66. Ad pedis unius altitudinem ſupra terram aſſurgit, & in montibus *Nurſiæ* invenitur.

P. 792. Ad Cap. De Heſperide.

1. Heſperis *Pyrenaica*, longifolia, hirſuta, odorata *Schol. Bot.*

2. Heſperis *Virginiana*, Cochleariæ folio, flore albo ampliore. An Cochlearia flore majore *Baniſt. Cat. Virgin.* ad calcem *Hiſt. noſt. Pluk. Mantiſſ.*

3. Heſperis *Virgin.* Naſturtii *Babylonici* foliis, lætè virentibus. In plurimis convenit cum præcedenti: folia habet longiora, magis dentata, vel potiùs ſinuata, & flores paulò minores. Ad Naſturtia fortaſſe utræque rectiùs relegandæ. *Pluk. Mantiſſ.*

4. Heſperis *Hiſpanica*, Leucoii foliis, ſummâ ſiliquâ corniculatâ, ſive lunatâ. E ſemine à D. *Preſton* communicato ſuccrevit.

5. Heſperis parva, prælongo & rariùs dentato folio, floribus magnis, peramœnè cœruleis *Pluk. Mantiſſ.* A præcedente non multùm diverſa videtur. Sub *Keiri* nomine ab *Aleppo* miſſa eſt.

D. *Tournefort* Heſperidis notam characteriſticam, quâ à Leucoio differt, conſtituit ſiliquas cylindraceas, ſeminibus tumeſcentibus, ſeu oblongis, ſeu globoſis fœtas, quæ in ſepti intermedii ſcrobiculis veluti nidulantur, eóque refert

6. De-

6. Drabam luteam siliquis strictissimis *C. B.* pin. 110.

7. Leucoium luteum sylvestre angustifolium *Ejusd.*

8. Leucoium luteum montanum serrato folio *Ejusd.*

9. Leucoium corniculatum saxatile, obsoleto flore *Col.* 262.

10. Leucoium marinum parvum, folio virenti crassiusculo *J. B.* 2. 877.

11. Leucoium maritimum angustifolium *C. B.*

12. Leucoium *Africanum* cœruleo flore latifolium hirsutum *H. L. Bat.*

13. Leucoium peregrinum dentatis foliis, floribus purpuro-cœruleis & variis. *Hort. Monsp.*

14. Leucoium marinum *Cam. hort.* T. 24.

15. Leucoium minus fruticans, purpureum, montanum, crucigerum *Bocc. Mus. pl. rar.*

16. Leucoium montanum crucigerum, Coronopi folio *Ejusd. ibid.*

17. Leucoium *Africanum* cœruleo flore, angusto Coronopi folio majus & minus *H. L. Bat.*

18. Hesperis elegans *Ambrosini*, Leucoio marino parvo folio virenti crassiusculo *J. B.* similis est, sed minor, foliis minùs crassis.

19. Hesperis Alpina rigido viridi folio, Leucoii marini alterius latifolii *Lugd.* facie *Hort. Med. Sapienz. Roman.* Draba rustica seu siliquosa hispida Bellidis folio, crasso circa radicem, flore ex purpureo albo *Hort. Cath.* 67. Folia per margines dentata sunt, & villosa hirsutie velut fimbriata, ad radicem creberrima, ut in Bellide, in caule pauciſſima. Caulis è mediis foliis exit firmus, teres, sesquipedalis, uno vel altero ramulo donatus. *Siliquæ* longæ, angustæ, Seminibus parvis protuberantibus repletæ.

P. 798. Ad Cap. De Brassica.

1. Brassica Alpina glastifolia perennis, flore pallidè luteo *Schol. Bot.*

2. Brassica peregrina moschum olens *H. R. P.*

3. Brassica sylvestris, albido flore, nutante siliqua *Bocc. Mus. plant. rar.* T. 72.

Provenit hæc planta in montibus *Siciliæ*, inque *Umbriæ* & *Paniæ* in *Italia*, Pedali circiter altitudine assurgens. A peritis facilè distinguitur à Turriti 2da *Clus.*

4. Brassicæ-folia *Achanaca* Theveti *Park.* p. 1652. The Blackmoors *Guaiacum.*

5. Turritis *Lusitanica Munting. Herbar. Belgic.* An Turrita siliquis longissimis *Lusitanica Grisleii Virid. Lusit?*

6. Turritis minor longifolia *Munting. ibid.*

7. Turritis foliis caulem ambientibus polyceration *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 49. T. 41.

Planta est saxatilis & montana, pedem alta. Invenitur supra *Spoletum* inque montibus *Lucæ* & *Paniæ.*

8. Brassica spuria minima, foliis ad radicem hirsutis Bursæ pastoris, in caule integris & glabris *Marilandica.*

Piloselle siliquatæ Thalii cætera similis, foliis imis Bursæ pastoris in modum laciniatis differt. E *Marilandia* ubi collegit in *Angliam* redux secum attulit D. *Vernon.*

9. Perfoliata siliquosa, flore albo, seu vulgaris *Park.* à D. *Dale* nuperrimè inventa est, in clivis maritimis prope *Harvicum* oppidum in *Essexia*; item in clivis juxta *Bardsey* prope *Orford* in *Suffolcia*; unde revocamus quæ in *Histor. nost.* paginæ 798. initio scripsimus, & *Lobelium* eam Perfoliatam Napisoliam siliquosam *Anglorum* rectè appellâsse agnoscimus.

11. Brassica

10. Braſſica *Meſſanenſis* Eryſimi foliis *Hort. Cath. Suppl.* 3. *Folia* valde laciniata ſunt: Siliquæ tenues ſecus quàm in Braſſica.

11. Braſſica ſylveſtris *Meſſanenſis*, Rhaphani minoris folio glauco *Hort. Cath* 32. In ſpecimine ſicco nobis a D. *Sherard* communicato folia ad Eryſimi magis accedunt, ſiliquæ etiam tenues ſunt ut in præcedente, & locus idem eſt: qu. ergo an differant.

12. Braſſica Alpina ſpuria minor, Burſæ Paſtoris folio, ex *Virginia Pluk.* Eadem eſſe videtur noſtræ Braſſicæ ſpuriæ minimæ foliis ad radicem Burſæ paſtoris hirſutis, in caule integris & glabris *Marilandicæ*, cujus ſpecimina à D. *Vernon* & D. *Krieg.* habuimus.

13. Braſſica ſpuria exilis ex *Terra Mariana*, Bellidis minoris folio, parvo, non laciniato *Pluk. Mantiſſ.*

P. 804. Ad Cap. De Sinapi.

1. Sinapi *Hiſpanicum* minus, Rhaphani folio *Tournef. Elem. Bot.*

2. Sinapi Marinum *Ægyptium* Alpini *Park.* p. 631.

3. Sinapi *Hiſpanicum* pumilum album *Tournef. Elem. Bot.*

4. Sinapi *Hiſpanicum* foliis lobatis, flore purpureo *Ejuſd. ibid.*

5. Sinapi *Hiſpanicum* Naſturtii folio *Ejuſd. ibid.*

6. Sinapi *Indicum* maximum, Lactucæ folio *Schol. Bot.*

7. Sinapi foliis ſubrotundis ſerratis, ſemine ruſſo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix huic alba, ſatis grandis, fibras multas in omnem partem emittens. *Folia* ima in terræ ſuperficie è radicis capite exorientia, ſex uncias longa ſunt, initio ad exortum ſuum anguſta, exinde paulatim dilatantur ad apicem ſeu extremum uſque ubi ſubrotunda ſunt, & 3 uncias lata, crebris denticulis profunde ſerrata, colore luteo-viridi. *Caulis* teres, viridis, 4 aut 5 pedes altus, *foliis* veſtitus nullo ordine poſitis, longioribus, anguſtioribus, minuſque rotundis quàm ea quæ è radice exeunt. Summus caulis & ramuli *floribus* flavis tetrapetaliis onuſti ſunt, quorum *ſtamina* petalis concoloria, *ſtylus* viridis. *Siliqua* ſuccedit uncialis, teres, nodoſa, ſeu ubi ſemina ſunt protuberans, duos *Seminum* parvorum, rotundorum, lævium, rubentium ordines continens, membrana tenui ceu pariete intergerino ſeparatos.

In agris & hortorum ſepibus inque terris recens effuſis non infrequens eſt.

8. Rapiſtrum diſpermon, Erucæ craſſæ folio. *Knautl. Enumerat. Plant. circa Halas Saxonum.*

Caulem fert rotundum, pilis rarioribus obductum, in plures ramulos, diviſum; *flores* luteos tetrapetalos, quibus ſuccedunt *ſiliquæ*, brevibus petiolis inſidentes, ex duobus articulis conſtructæ, inferiori oblongo, ſuperiori (qui inferiori per ginglymon adnectitur) rotundo, utroque leviter ſtriato, uterque includit *ſemen* unicum, inferior oblongum, ſuperior rotundum. D. *Sherardus.*

9. Raphaniſtrum Raphani ſeu Sinapeos foliis glaucis D. *Sherard.* Siliquæ tennes & breves ſunt, ſemina pauca minutiſſima continent.

10. Raphaniſtrum *Africanum*, foliis tenuiter diſſectis, ſiliquis anguſtiſſimis articulatis, flore albo, D. *Sherard.* Semina in ſiliquis valde protuberant globulorum inſtar, anguſto & ſatis longo iſthmo inter granum & granum intercedente.

11. Raphaniſtrum ſiliquoſum monoſpermon *Guineenſe* D. *Herman.* Cakile Serapionis foliis integris.

Folia omnia integra ſunt; quæ caulibus adnaſcuntur ſeſcunciam longa, ſemunciam lata, obtuſa, glabra, per margines æqualia. Flores in longas ſpicas excurrunt Siliquæ Erucæ marinæ, Haſtæ cuſpidi ſimiles, monoſpermæ. In Horto *Beaumontiano* collegit D. *Hermannus*, nobis communicavit D. *Sherardus.*

12. Sinapi luteum Lini ſegetum, Chelidonii querno folio ſciſſo, ſiliquâ nodosâ hirſutâ *Hort. Cathol. Volckamer. Flor. Norimb.* D. *Volckam.*

Cubitales erigit *caules*, rotundos, glabros, aliquot ramulis diviſos, quibus *folia* adhærent, alterno ordine diſpoſita, latiora, lætè viridia, profundioribus ſed rarioribus laciniis diviſa, Quercuum foliis nonnihil ſimilia. Ramulorum ſummitatibus innaſcuntur *flores*, lutei tetra-

petali, ſtaminibus aliquot luteis decorati: è medio floſculorum *ſtylus* protuberat fructuum rudimentum, è latiore baſi in acutum deſinens: flores ſinguli inſident calyculis quadrifidis. Hos ſequuntur *ſiliquæ* oblongiuſculæ, bivalves, cum ſepto intermedio, duplicem *ſeminum* ſubrotundorum ſeriem diſterminante, inferna parte tumidiuſculæ, hirſutæ, ſuperna acuminatæ. Singulis annis ex ſeminibus quæ *Julio* & *Auguſto* Menſſ. ſat magna quantitate ſuppeditat, facilè propagari poteſt.

13. Sinapi *Syriacum*, ſiliquâ nodosâ, ſemine rufo, *Ejuſdem. ibid.* D. *Volckam.*

Cum antedicta ferè convenit, niſi quòd minoribus gaudeat floſculis, foliiſque magis diſſectis. Capſulæ ſeminales, quoad figuram, cum Sinapeos querno folio ſiliquis conveniunt, niſi quod læves ſint, ſemina quæ intus continentur magis fuſca ſeu ſubruffa. Semina communicavit D. *Bohm*, apud *Venetos* Practicus.

14. Sinapi luteum puſillum, Lavendulæ folio, interdum dentato *Hort. Cath. Supplem. alt.*

Radix hujus in terram altè depacta, in plura capita diviſa; quorum unumquodque denſum foliorum ceſpitem producit oblongorum anguſtorum, in pediculis longis tenuibus, intérque folia caulem unum vel duos, palmares & ſeſquipalmares firmos, flores in ſummo ſuſtinentes flavos, ſatis amplos in ſpicas aliorum hujus generis more excurrentes *ſiliquarum* oblongarum tenuium.

15. Sinapi agrarium luteum altiſſimum, Braſſicæ folio *Hort. Cath.*

Folia huic lata ſunt, circa margines dentata, una vel duabus laciniis inferiùs ad pediculum uſque inciſa. *Siliquæ* tenues, breves, caule appreſſæ, rariùs ſitæ.

16. Sinapi *Indicum* maximum, Lactucæ folio *Schol. Bot. Herman. Parad. Bot. Herman.*

Caules erigit bipedales & altiores, ramoſos, glabros, albâ medullâ farctos; quibus adhærent *folia* alterna, latæ, glabra, pinguia, ex luteo virentia, Lactucæ nonnihil ſimilia, per margines leviter crenata. Versùs ramulorum extremitates ad ſpithamæ longitudinem prorumpunt *Flores*, tetrapetali, lutei, *calicibus* quadrifoliis laxis, & petiolis ſemuncialibus ſuffulti, quos excipiunt *ſiliquæ* bicapſulares, teretes, craſſiuſculæ, erectæ, ſemidigitum longæ, in mucronem cum apice fuſco terminantes, quæ *ſeminibus* protuberantibus nodoſæ & quaſi articulatæ apparent. Totius plantæ *ſapor* acris, odórque fragrans rapaceus inſtar Sinapeos.

17. Idem foliis anguſtioribus *Flor. Bat.* Sinapi *Indicum* Lactucæ folio minus, ſeu anguſto profundiùs crenato *Herman. Parad. Bat.*

Minus, anguſtius & gracilius eſt præcedenti, *Flores* pallidiùs flavent; *folia* frequentiùs & profundiùs ſunt crenata; *Siliquæ* breviores & anguſtiores itidem apiculatæ.

P. 805. Ad Cap. De Rhaphano.

1. Rhaphanus maritimus, flore luteo, ſiliquis articulatis, ſecundùm longitudinem eminenter ſtriatis D. *Stoneſtreet.*

Radix ei alba, craſſa, Rhaphani vulgaris æmula, *Caules* ferè tripedales, valde ramoſi. *Siliquæ* craſſæ, per maturitatem ferè lignoſæ duobus tribúſve articulis conſtant, quorum ſingulis ſingula inſunt *ſemina*, Rhaphani vulgaris ſimilia ſed aliquantulum minora.

D. *Stoneſtreet* ſub clivis maritimis, dimidio milliari ultra domos piſcatorum occidentem versùs, prope *Bourn* oppidum in *Suſſexia* invenit, ut à D. *Doodio* certior factus ſum.

2. Rapiſtrum ſtellatum *Luſitanica Munting. Herbar. Belgic.*

P. 806. Ad Cap. De Eruca.

1. *Chalepenſis* flore dilutè violaceo ſiliquis articulatis *Moriſ. hiſt.* p. 231, 232.

2. Eruca *Aragonica Munting. Herbar. Belgic.* p. 565.

3. Eruca falcata *Ejuſd. ibid.*

4. Eruca *Luſitanica Ejuſd.*

5. Eruca Tanaceti folio *Ejuſd. ibid.* An Eruca *Indica* Tanaceti folio *Zanoni?*

6. Eruca vulpina *Libani Ejuſd. ibid.*

7. Eruca flore albo ſtellato *Ejuſd.*

8. Eruca

8. Eruca pumila, ſupina, brumalis, *Luſitanica* N. D. *Griſl. Viridar. Luſit.*

9. Eruca Naſturtii folio *Luſitanica Ejuſd.* N. D.

10. Eruca criſpo folio *Luſitan. Ejuſd.* N. D.

11. Eruca latifolia *Scalbricenſis Ejuſd.* N. D.

12. Eruca lacuſtris elegans *Luſitana Ejuſd.* N. D.

13. Eruca perennis & ſaxatilis, radice craſſa, è rupe *Victoriæ Schol. Bot.*

14. Eruca maxima aſpera villoſa *P. B. P.*

15. Eruca *Salernitana* ſaxatilis, laciniato lanceolato folio *Cupan. Hort. Cathol.* p. 69. *Pluk. Mantiſſ.* Hujus ſpecimen nobis exhibuit D. *Sherard.*

16. Eruca *Salernitana* Iberidis folio *Cupani Hort. Cathol.* 70.

17. Eruca ſiliqua quadrangulâ flo. albo *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.* An Rapiſtrum *Hiſpanicum* multiflorum flore albo, ſiliquâ glabrâ, non articulatâ *Schol. Bot.* D. *Sherard.*

Radice nititur fibroſa, quæ *caulem* emittit cubitalem, anguloſum, glabrum, viridem. *Folia* Erucæ ſativæ ſimilia, glabra, anguſtiora & minùs profundè laciniata. *Flores* albi, tetrapetali, floribus ſativæ minores, è calice laxo, tetraphyllo viridi pallente. *Siliquæ* longæ, anguſtæ, quadrangulæ & quaſi nodoſæ, i. e. ubi ſemina latent tumidæ & interſtitiis ſtrictis quaſi articulatæ. Odor herbaceus, Sapor acris, Erucæ ſativæ ſimilis ſed gratior. Ab Eruca Romana ſive gentili *J. B.* parùm differre videtur.

18. Erucula hirſuta, floribus albis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 80.

Altitudo ei ſpithamiæâ minor. In *Hiſpania* invenitur, teſte D. *Barelier.* Alia ſpecies *Eruculæ hirſutæ floribus luteis* invenitur prope vicum *di Montaperto* inter ſaxa, viis quæ ad vicum eum ducunt, in *Sicilia.*

19. Erucula flore rubello *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 80.

Quatuor plus minus uncias ſupra terram aſſurgit. E notis D. *Barelier* habuit.

20. Eruca hirſuta fruticoſa, Papaveris folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 120.

Folia producit nervoſa, viridia, hirſuta, craſſa, & ad modum Papaveris ſinuata. Bipedali altitudine ſupra terram aſſurgit. Fruticoſa eſt, caulibus etiam hirſutis. *Flos* flavus. *Siliquæ* aliquoties geminæ, Myagri figurâ. Planta eſt annua, inque foſſarum aggeribus per *Moraviam* & *Sileſiam* creſcit.

21. Eruca parva, Iberidis folio, *Sicula Boccon. Muſ. pl. rar.* p. 144. T. 102.

Hæc ſpecies ad 3ium 4ve m. p. ab *Agrigento* diſtantiam oritur locis ſaxoſis & ſterilibus, per terram ſtrata, adeò ut tota planta non ultra mediam palmam à terra attollatur. Flore & ſemine cum aliis Erucæ ſpeciebus convenit.

22. Eruca hirſuta maritima erecta *Sicula*, Bellidis ſinuato folio, flore luteo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 90.

P. 815. Ad Cap. De Cardamine, ſeu Naſturtio ſiliquoſo.

1. Naſturtium aquaticum, foliis minoribus, præcocius D. *Dale.* Cum vulgari Naſturtio aquatico frequens invenitur.

2. Naſturtium Burſæ paſtoriæ folio, *Virginianum*, flore albo, ſiliquâ compreſſâ *Pluk. Phytogr.* T. 101. F. 4. Naſturtium inſipidum Dentis leonis folio minore *Baniſt. Cat. Virgin.*

3. Naſturtium petræum *Cambro-britannicum Johnſon. Merc. Bot. part. alt.* Paſſim in excelſis rupibus *Arvoniæ* & *Mervinieæ* v. g. *Moelyn Rhudh* juxta *Pheſtiniog, y Clogwyn du y yr Ardhu* & *Clogwyn y Garnedh* prope *Lhanberis.* D. *Lhwyd.*

4. Naſturtium impatiens luteum, ſiliquis curtis *Virginianum.* Fortè Rhaphani aquatici ſpecies *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

5. Naſturtium folio anguſto oblongo, aquaticum *Marilandicum.*

Folia 3 uncias longa, vix ſemunciam lata, ea intellige quæ in caule ſunt, inferiora non vidimus, uno interdum vel altero denticulo in extremo inciſa. *Flores* ſpicati, albi, tetrapetali, quibus ſuccedunt ſiliquæ graciles, quas nondum perfecerat.

6. Naſturtium montanum, Burſæ paſtoris folio, loculo anguſtiſſimo, flore violaceo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 84.

Spithamiæa altitudine aſſurgit, formâ lignosâ: & fruticeſcente. *Folia* mollia, clarè viridia, figurâ ſuâ *Burſæ paſtoris* folia imitantur. *Siliquæ* anguſtiſſimæ ſunt, & *Flores* violacei: Rami perſæpe ſupini. In montoſis dioceſi *de Udine* vicinis creſcit.

7. Naſturtium *Alpinum*, Reſedæ folio *Bocc. Muſ. pl rar.* T. 46.

In Alpibus del *Cimone* ſupra *Fiumalbo* naſcitur, locis humectis, & de terra una minùs ſpithamâ elevatur.

8. Naſturtium rotundo Thalictri folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 116.

9. Naſturtium *Æthiopicum*, tenuiſſimis Coronopi falcatis foliis, flore elegantiſſimo cœleſtino *Pluk. Mantiſſ.* Ex ſeminibus in Horto *Chelſeiano* enatum vidit.

10. Naſturtium *Virginianum*, *Babylonici* foliis lætè virentibus *Pluk. Mantiſſ.*

11. Naſturtium *Marianum*, Myagri foliis integris *Ejuſd. ibid.*

12. Naſturtium *Marianum*, Anemones ſylvaticæ foliis, enneaphyllon, floribus exiguis *Ejuſd. ibid.*

13. Naſturtium *Marilandicum*, cannabinis foliis, flore majore, enneaphyllon *Ejuſd. ibid.*

14. Naſturtium petræum anguſtifolium ex *Promont. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*

15. Naſturtium petræum *Æthiopicum*, ſiliquâ in plurimos loculos, iſthmo connexos diſpertitâ, floribus albis *Ejuſd. ibid.*

16. Naſturtium *Africanum*, foliis ternis, facie Chriſtophorianæ *P. B. P. Herman.* Parad. Bat. African. floribus albis ſpicatis, & foliis ternis, facie Chriſtophorianæ *Pluk. Phyt.* & Almag. Bot. *Herman.*

Prima fronte *Chriſtophorianam* dixeris, ſi *florem* & *folia* inſpexeris, ſed poſtquam *ſiliquas* bicapſulares protulerit *Naſturtiis* adjungeres, eóque magis quòd *ſaporem* acrem & ſubacidum ad *Naſturtium* nonnihil accedentem præ ſe ferat, & *ſiliquæ* ad tactum diſſiliant. *Radice* eſt fibroſa, alba, è cujus capite prodeunt *cauliculi* plures, ramoſi, dodrantales & longiores, glabri, ex viridi nigricantes, inferiùs teretes, ſuperiùs anguloſi, vario flexu nunc terram verſùs reclinati, nunc ſe rursùs erigentes. His per longiuſcula intervalla in petiolis ſeſcunci-alibus adſtant *folia* tripartita, Chriſtophorianæ ſegmentis nonnihil ſimilia, per ambitum dentata, & in mucronem deſinentia. *Flores* obtinet parvos, pentapetalos, nutantes, brevi veluti in ſpica diſpoſitos, viridantes, nunquam expanſos, ſed ex petalis q. conniventibus conflatos, è *calice* parvo quadrifido ortos. Sequuntur *ſiliquæ* bicapſulares, ſemidigitales, in mucronem deſinentes valvis per maturitatem vel levi tactu cum fragore diſſilientibus, ſeſeque convolventibus, more congenerum. *Semina* ſuccedunt depreſſa, oblonga, flaveſcentia.

17. Naſturtium *Pyrenaicum* aquaticum latifolium, purpuraſcente flore D. *Fagon Schol. Bot. Herman.* Parad. Bat. *Herman.*

E *radice* albente, multis fibris capillata, perenni prodeunt *Folia* per terram ſparſa, elata, pinnis rigidis, cæteris congeneribus amplioribus, ſubrotundis, per margines q. eroſis, binis ex adverſo coſtæ intermediæ carinatæ adhærentibus, unica in ſummo impari ampliſſima. *Caules* erigit ſpithamâ longiores, teretes, nonnihil hirtos, & versùs ſummum ſtriatos; ad quorum ſummitates ſpicatâ velut ſerie prodeunt *flores* pallidè purpuraſcentes, tetrapetali, amplì, cum ſtaminibus intus flaveſcentibus, calice tetraphyllo pallidè virente, & petiolis tenuibus viridantibus ſuffulti: quibus poſt Floris defluxum elongatis rigidioribúſque & validioribus factis inſident *ſiliquæ* longæ, in duas valvas cum membrana intergerina dehiſcentes, fundentéſque *ſemina* cæteris congenera.

Floruit in horto noſtro Menſe Maio, & Junio ſemina perfecit.

18. Cardamine glabra, Chelidonii folio *Tournefort. Inſtitut.* Naſturtium Alpinum, Halicacabi peregrini foliis *Ambroſ.* 374.

In montibus agri *Bononienſis* invenit D. *Jacobus Zanonius.*

P. 814. Ad Cap. De Eriſimo.

1. Eryſimum corniculatum Glaſti folio *Pyrenaicum Tournef. Elem. Bot.* An Eryſimum verum Dioſcoridis *Zanoni?* Eryſ. corniculatum perenne D. *Bobart?*

2. Eryſimum Sophia dictum *Chalepenſe* procerius, foliis latioribus & ſaturatiùs virentibus *Pluk. Almag. Bot.*

3. Eryſimum *Africanum* Erucæ hirſutæ foliis D. *Sherard.* Planta eſt pedalis & altior, Eryſimi vulgaris foliis, ſiliquis longis anguſtis, flore, quantum in ſicca diſcernere licuit, albo. An Eryſimum latifolium hirſutum, ſeu Irio *Æthiopica* ex *Promont. Bæ Spei Pluk. Mantiſſ.*

4. Eryſimum flore cæruleo, ſtaminulis croceis *Muſ. Pet.* 207. *Radice* nititur ſimplici, alba, paucis fibris capillata, altè in terram deſcendente. *Caules* emittit plures, tenues, erectos, ſemipedales, *foliis* paucis anguſtiſſimis & fere capillaceis donatos, cujuſmodi folia etiam inferiùs è radice exeunt. *Siliquæ* tenuiſſimæ ſunt.

5. Eryſimum foliis ſubincanis, ſiliquis breviſſimis *Herman.* Parad. Bat. *Herman.*

Ex *radice* fibroſa pallida *Caulis* exurgit ramoſus, aſperis pilis veſtibus, bipedalis. *Folia* Erucæ ſativæ modo diviſa ſunt, at latiora, aſperiora, piloſa & ſubincana, inferiora palmum lata & interdum ampliùs, ſuperiora anguſta. *Flores* tetrapetali, lutei, exigui, ſecundum ramulorum longitudinem quaſi in ſpicas diſpoſiti; quos excipiunt *ſiliquæ* tenues & breves, erectæ, caulibus ſtrictè appreſſæ bivalves cum membrana tenui intermedia, ex duobus quaſi articulis conſtructæ, in oblongum & obtuſum mucronem deſinentes. Petiolo inſident contiguitatem habente cum membrana intergerina, qui quaſi tertium articulum refert.

Provenit ex ſeminibus parvis flaveſcentibus, ex *Luſitania* acceptis.

Eſt & alia huic non multum diſſimilis, cui *folia* multò ampliora, craſſiora, non hirſuta; *Caules* elatiores, ramoſi, glabri, raris ſubinde brevibúſque pilis exaſperati; *Flores* tetrapetali, coloris quàm præcedentis magis ſaturati; *Siliquæ* breviores, ramulis ſeu cauli minùs ſtrictè junctæ.

Hæc quoque ex ſeminibus *Luſitanicis* prodiit.

Prioris folia ſapore remiſſiore prædita ſunt quàm poſterioris, utriuſque tamen ſapor nihil aut parum habet acredinis.

1. Cochlearia major *Batavica* erecta, folio oblongo *H. Lugd. Bat. Herman.*

A vulgari majore Cochlearia differt tantùm cauliculis rectà aſſurgentibus, dodrantalibus, aliquando cubitalibus, & foliis oblongis. In udis circa **Catwitk.**

P. 820. Ad Cap. De Myagro.

1. Alyſſon ſegetum, foliis auriculatis acutis, fructu majori *Tournef. Inſtitut.*

2. Alyſſon *Pyrenaicum* perenne foliis trifidis *Ejuſd. ibid.*

3. Myagrum ex *Samatra* aut *Soria*, capſulâ ſpinoſâ aut aculeatâ ad inſtar roſtri Aviculæ *Zanoni.*

4. Myagrum Thlaſpeos facie *Munting. Herbar. Belgic.*

5. Myagrum rotundum *Ejuſd.*

P. 822. Ad Cap. De Draba.

1. Draba ſiliquoſa hiſpida, foliis craſſis, circa radicem Bellidis, flore ex purpureo albo *Hort. Cathol. Cupani.*

Folia in caule oblonga ſunt, & circa margines dentibus majoribus inciſa, baſi ſua abſque pediculis adnaſcentia, nullo ordine poſita. *Flores* in ſummo caule in longas ſpicas excurrant, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* oblongæ, anguſtæ, compreſſæ, ſeminibus protuberantibus, & quod præcipuè notabile eſt, erectæ, & cauli approximantes, ut in Turrite, cujus idcirco, me judice, potiùs ſpecies cenſenda eſt.

2. Draba alba minima repens in horto *Romano* collecta à D. *Sherard.*

Folia parva ſunt, hirſuta, circa margines dentata. Cauliculi vix tres uncias alti, flores in ſummitate tres quatuórve aut etiam plures geſtant, albos, ſatis amplos, calice exceptos.

3. Drabæ

3. Draba flore cœruleo D. *Oldenland* Muſ. Pet. 194.

Ad Leucoia potiùs referenda videtur. *Radix* ſubeſt alba, lignoſa. *Cauliculi* ab eadem plures egerminant, ſemipedales, ab imo ſtatim ramoſi. *Folia* anguſtiſſima. *Flores* majuſculi, cœrulei, rariùs diſpoſiti; quibus ſuccedunt *Siliquæ* longiuſculæ, acutæ, pediculis inſidentes ſemuncialibus & longioribus, à caule ad rectos fere angulos extantibus.
Circa Promont Bæ Spei collectam ad D. *Petiver* tranſmiſit Clariſſ. Vir D. *Oldenland*, Batavus, M. D.

P. 824. Ad Cap. De Naſturtio.

Ad 2dam ſpeciem pro Loco omiſſo adde,
In maritimis frequens eſt, v. g. in *Eſſexia* prope *Camalodunum*; *Cornubia* circa oppidum *Truro*; *Norfolcia* in ipſis *Lennæ* oppidi muris.

Ad finem Capitis,
1. Naſturtium petræum annuum noſtras, an potiùs Thlaſpeos genus circa *Briſtolium Pluk. Phyt.* p. 206. F. 4.

P. 827. Ad Cap. De Iberide.

1. Iberis *Americana* latioribus ſerratis foliis, ad caulem verticillatis *Pluk. Phyt.* T. 39. F. 8.

2. Iberis petræa anguſtifolia *Munting. Herbar. Belgic.*

3. Ib. minima *Ejuſd.*

4. Ib. *Americana*, flore luteo *Ejuſd.*

5. Iberis Naſturtii folio caulem ambiente, floribus luteis D. *Sherard*, qui inter *Taurium* & *Genuam* aut *Mediolanum* valde frequentem eſſe ſcribit. *Caulibus* eſt tenuibus erectis, ſemipedalibus aut dodrantalibus, *foliis* tenuiſſimè diſſectis, non admodum crebris veſtitus. *Flores* in ſummis caulibus lutei in ſpicas longas (ut in hoc genere ſolenne eſt,) excurrunt, ſiliquas poſt ſe relinquentes tumidas, longiuſculas.

P. 827. 6. Iberis humilior annua *Virginiana* ramoſior *Hiſt. noſt.* p. 827. Pepper-Graſs.

Hanc D. *Sloane* in Hiſtoria Stirpium *Jamaicenſium* accuratè deſcribit in hunc modum. *Radice* nititur alba, longa, ſimplici, fibris emiſſis alimentum hauriente. *Folia* quæ indè exeunt prima humi in orbem ſtrata, unà cum pediculo ſemunciali unciam longa, initio 3, 4ve profundis laciniis inciſa, extremo ovali ſemunciam lato, circa margines dentato, glabro, obſcurè viridi. *Caulis* teres pallidè viridis, ſeſquipedalis, foliis longioribus, anguſtioribus, profundiùs laciniatis, crebris, nullo ordine poſitis cinctus, ramulis pariter crebris undique in omnem partem extenſis, quos ambiunt *flores* multi, in $\frac{1}{8}$ digit. longis pediculis, perexigui, albi, tetrapetali, cum viridibus in medio ſtaminulis, Siliquam brevem ſubrotundam, in ſummo bifidam poſt ſe relinquentes, *ſemen* unicum longum rubeſcens in utravis cella continentem.
In *Jamaica* & inſulis *Charibbæis*, locis glareoſis & ſaxoſis invenitur.

7. Iberis *Marilandica*, floribus albis, vaſculis parvis compreſſis ſubrotundis.

Caulis erectus eſt; *folia* ima latiora, & circa margines dentata, ſuperiora anguſtiſſima æqualia. *Flores* pediculis tenuibus, trientem unciæ longis, à caule extantibus annexi. *Capſulæ* ſeminales bina tantùm ſemina intus claudere videntur.

P. 828. Ad Cap. De Lepidio.

1. Lepidium capillaceo folio, fruticoſum *Hiſpanicum Tournefort. Elem. Bot.* cap. de Naſturt.

2. Piperitis *Africana* fruteſcens *Herman.* In ſicco ramulo, quem à D. *Sherard* obtinuimus *folia* unciam longa erant, ſemunciam lata, in acutum deſinentia, pediculis brevibus fulta, non admodum crebra, nullo ordine poſita. *Flores* in ſummis ramulis plures, in petiolis oblongis parvi, tetrapetali, quibus ſubſunt vaſcula ſeminalia quorum figura & partes in ſicca non diſcernenda. In alio ramulo folia majora & latiora. V. *Pluk.* Tab. 174. F. 7.

P. 834. Poſt 22am ſpeciem add.

1. Thlaſpi *Alpinum* perenne ſupinum, gramineo folio *Tournef. Elem. Bot.*

2. Thl. *Alpin.* folio rotundiore carnoſo, flo. purpuraſcente *Ejuſd. ibid.*

3. Thl

3. Thl. *Luſitanicum* minimum, Cochleariæ folio *Ejuſd. ibid.*

4. Thl. fruticoſius ramoſum, Leucoii acutis foliis, argenteum, ex Horto *Patavino Pluk. Almag. Bot.* Fortè Thl. clypeatum arboreſcens *Creticum Alpin. exot.* 107.

5. Thlaſpi fruticoſius, Majoranæ foliis, minoribus, craſſis *Pluk. Almag. Bot.*

P. 835. Poſt 4tam ſpeciem Thlaſpeos umbellati adde,

6. Thlaſpi *Luſitanicum* umbellatum, gramineo folio *Tourneſ. Elem. Bot.* flore purpureo *Inſtitut.*

7. Thlaſpi *Gallo-provinciale* umbellatum, gramineo folio *Schol. Bot.*

8. Thl. umbellatum fruteſcens *Luſitanicum*, Iberidis anguſto folio, floribus incarnatis *P. B. P.* Hujus ſpecimen ſiccatum communicavit D. *Sherardus.*

P. 837. Poſt 6tam Thlaſpeos biſcutati ſpeciem adde,

9. Thlaſpi biſcutatum aſperum Alpinum, anguſtifolium & latifolium *Schol. Bot.*

10. Thlaſpidium montanum anguſtifolium glabrum *Tournefort. Elem. Bot.*

11. Thlaſpidium *Alpinum* pumilum aſperum *Ejuſd. ibid.*

12. Thlaſpi clypeatum ſegetum *Luſitanicum Munting. Herbar. Belgic.* apud quem deſcriptionem vide.

13. Thlaſpi *Creticum* ſemper virens ſurrectum, flore purpureo & albo *Ejuſd. ibid.*

14. Thlaſpi ſaxatile perpetuum *Ejuſd. ibid.*

15. Thlaſpi umbellatum elegans *Luſitanicum Ejuſd. ibid.*

16. Thlaſpi aureum *Luſitanicum*, Leucoii foliis aſperis, fruticoſius *Pluk. Mantiſſ.* p. 178.

17. Naſturtii amari foliis, Burſæ paſtoriæ capſulis bifidis, oblongis pediculis inſidentibus *Cap. Bæ Spei.*

18. Thlaſpi Iberidis folio tenuiſſimè diviſo *Moriſ. Prælud. Bot.* Hoc (inquit) omnino Thlaſpi Iberidis folio accedit in omnibus, niſi quòd folia habeat multò tenuiùs diſſecta; Flores & ſemina, cæteráſque partes minores.

19. Thlaſpi fruticoſum Leucoii folio variegato in Hortis (inquit D. *Sherardus*) ſatis frequens eſt.

20. Thlaſpi fruticoſum, luteum, foliis minimis, Pedis cati formâ incanis. Thl. Majoranæ folio Ciaſſi Nutii faſcic. D. *Sherad.*

Valdè ramoſa eſt hæc planta. *Folia* in ramulis parva, incana, crebra, Majoranæ non ſimilia, ſed Thymo potiùs aut Gnaphalio montano albo, ſed multò minora. *Flores* in ſummis ramulis coacervati, flavi. Hæc eſt (ni fallor) Thlaſpi ſupinum altè radicans, album, Globulariæ foliis, denſo villo caneſcentibus *Hort. Cath.* 152. Obſtat floris color albus.

21. Thlaſpi montanum incanum luteum, ſupinum majus Serpyllii folio oblongo-rotundo *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Differt à montano luteo Serpyllifolio majori *C. B.* quia hujus folia majora ſunt & acuta. Flores in ſicco albi eſſe videntur.

22. Thlaſpi biſcutatum, Anchuſæ foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 167. T. 122.

Folia profert hirſuta, anguſta, *Anchuſæ luteæ majoris C. B.* ſimilia. Ad ſpithamæ altitudinem ſupra terram elevatur. E *P. Barelier* obſervationibus.

23. Thlaſpi fruticans erectum anguſtifolium, utriculis ſubrotundis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 78. T. 67.

Planta eſt palmaris, ſaxatilis, & in montibus *Nurſiæ* reperitur. Corrige (inquit) Hyſſopus montana verticillata minor.

24. Thla-

24. Thlaſpilinium erectum, flore albo, turbinato utriculo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 78. T. 69.

Altitudine eſt ſpithamiæa. In montibus *Etruriæ* & in confinio territorii *Genuenſis* invenitur.

25. Thlaſpi flore albo, ſiliqua triangulari crenata *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 79. T. 70.

Planta eſt *Nurſina*: Locos amat ſaxoſos; & ſupra terram ſpithamæ longitudine elevatur.

26. Thlaſpi luteum, Leucoii folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 78. T. 67.

Spithamæ altitudine ſupra terram erigitur, ínque *Nurſiæ* montibus invenitur.

27. Thlaſpi minimum hirſutum, anguſto Leucoii folio, flore luteo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 50. T. 44.

Ad uncias circiter ſex è terra aſſurgit, & in montoſis *Lucæ* invenitur.

28. Thlaſpi montanum album, ſiliquâ haſtatâ, acuto Globulariæ folio *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 64.

Pedalem altitudinem aſſequitur, & in montibus *Nurſiæ* invenitur, & ſub *Madonia* prope vicum *Iſnelli*, ínque Panormo ſupra muros ipſius urbis.

29. Thlaſpi parvum, Halimi anguſto incano folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 45. T. 39.

Sex uncias Geometricas altitudine non excedit hæc planta. *Folia* habet olivaria, tomentoſa & quaſi argentea, Polygoni maris *Mat.* paulò longiora. In montibus *Lucenſibus* & *Bononienſibus* reperitur, locis ſaxoſis.

30. Thlaſpi ſaxatile incanum, Leucoii folio, montanum *Nicolpurgenſe* ex *Moravia*. *Bocc. Muſ. pl. rar.* 138.

Folia hujus plantæ initio antequam caulem emiſit latiora ſunt & rigidiora *Leucoii incani majoris* C. B. foliis, verùm plantâ adultâ ſinuoſis marginibus & canitie ſua ea bene imitantur. Ad palmi circiter altitudinem creſcit. Radix perennis eſt, & in locis ſaxoſis invenitur. Flos aureus, capſula ſeminalis ſubrotunda cum ſtylo in apice Thlaſpeos, Alpino minori capitulo rotundo C. B. ſimili. Semen intus compreſſum eſt, parvum pro capſulæ modo. In muris urbis *Nicolſpurg* Principi de *Dietrich* ſubjecta oritur & alibi.

31. Thlaſpi ſupinum minimum maritimum, Leucoii anguſto acuminato folio *Siculum*, flore albo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 163. T. 93. 130. anguſtifolium flore odore mellis acuto, fruticoſum Leucoii folio *Hort. Cath.* 212.

Hæc Thlaſpeos ſpecies non minus frequens & vulgaris eſt in *Sicilia* quàm Iberis *Matth.* in *Italia*. *Folia* Leucoii, *Linguæ paſſerinæ* paulò longiora. Planta eſt procumbens, longitudine ſpithamæa flore albo, & in *Sicilia* perennat. Circa *Agrigentum* ut & *Panormum* abundat, loco dicto *li Pirreri*.
In uſu eſt adverſùs punctúram piſcis *Tracina* ſeu *Aranei* maſticata & vulneri impoſita.

32. Ionthlaſpi ſeu Leucoium montanum luteum, ſubrotundo Thlaſpi utriculo, ſemine compreſſo, *Italicum Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 78. T. 68.

Inter ſaxa oritur hoc planta, foliis craſſis, ſubrotundis, roſeis, velut Sedi majoris primo exortu. Ad pedis propemodum altitudinem ſupra terram erigitur. Invenitur autem *Pietræ Sanctæ* in *Etruria*, ſub *Cimone di Fanano*, intra vicum *di Seſtola*, & ſupra montes *Spoletanos*.

33. Thlaſpi Thymi folio, utriculo ſubrotundo, *Hiſpanicum Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 75. T. 62.

Altitudine ſupra terram ſpithamiæa erigitur. Supra *Spoletum* urbem quà *Nurſiam* itur, atque etiam in montibus *di Monte Leone* invenitur.

34. Thlaſpi fruticoſum *Moravicum*, affine Thlaſpi Hierichuntino ſylveſtri *Boccon. Muſ.* p. 135.

35. Thlaſpi de *Hierico* ſylveſtri affine *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 98.

Ad unius circiter pedis Geometrici altitudinem aſſurgit.

36. Thlaſpi Alpinum, humile, foliis Leucoii marini majoris minoribus, crenatis, floribus albis purpuraſcentibus *Hort. Cath.* 212. Folia in exemplari ſicco à D. *Sherard* exhibito

exhibito unciam aut ſeſcunciam longa erant, ſpiſſa, glabra, ex anguſto principio ſenſim dilatata & in obtuſum deſinentia, in caule crebra, nullo ordine poſita. *Flores* denſe ſtipati, (ut & *vaſcula* compreſſa, ovata ferè) non tamen umbellati ſunt, ſed in ſpicas breves excurrentes.

37. Thlaſpi luteum, Glaſti folio, parvum, perfoliatum *Hort. Cath.* 212. Tres 4ve uncias altitudine non excedit. *Folia* minima, triangularia, glabra, baſi ſua cauli adnata eum amplectuntur. *Flores* in ſummis caulibus conferti in ſpicas breves habitiores excurrunt. Vaſcula ſeminalia pro plantulæ modo magna.

P. 840. Ad Cap. De Rapiſtro monoſpermo.

1. Rapiſtrum monoſpermum ſegetum *Luſitanicum Griſleii Virid. Luſit.*

2. Rhaphaniſtrum monoſpermum maximum *Chalepenſe* flore luteo, capſulâ rotundâ ſtriatâ *Moriſ. hiſt.*

P. 843. Ad Cap. De Glaſto.

1. Glaſtum rotundifolium *Munting. Herbar. Belgic.*

2. Glaſtum *Americanum Ejuſd. ibid.*

3. Iſatis ſylveſtris minor *Luſitanica* H. L. *Bat. App.*

Herman.

Folia protulit Myagro quodammodo paria, ſed paulò ampliora, *cauliculos* ſpithamiæos, ramoſos, graciles; *floſculos* luteos, tetrapetalos, exiguos; *ſiliculas* compreſſas, fungoſas, Linguam avis referentes, in quarum medio *ſemen* unicum flavum, oblongum, acre, more congenerum.

P. 859. Ad Cap. De Pentaphyllo ſiliquoſo ſeu Sinapiſtro *Herman.*

1. Sinapiſtrum *Indicum* triphyllum, flore carneo, non ſpinoſum *Herm Cat. Hort. Leyd.* Papaver corniculatum acre, triphyllon Indicum, floribus luteis viſcoſum, Ranmaniſſa *Cochinenſibus* dictum *Pluk. Almag.* p. 280. An Aria-Veela *H. M.* p. 9. T. 23?

D. *Sloane.*

Radice nititur 4 aut 5 uncias longa, tenui, alba, fibris (quas emittit bene multas) lateralibus nutrimentum hauriente. *Caulis* bipedalis, teres, viridis, rectus, non ramoſus, *foliis* veſtitus paucis, raris, nullo ordine poſitis, ternis ſemper in eodem pediculo unciam longo, ſummo ſeu medio ampliore, ſeſcunciam ſci. longo, ſemunciam lato media latiſſima parte, glabro. Summus caulis in ſpicam exit *florum* tetrapetalorum, pediculis ſemuncialibus inſidentium, *petalis* albis, *ſtamina* oblonga purpurea obvallantibus, cum *ſtylo* medio, ejuſdem longitudinis & coloris, verùm magnitudine excedente, conſtantium, ut in *Heptaphyllo ſiliquoſo*: Quos excipit *ſiliqua* 3 uncias longa, tenuis, teres, viridis, in punctum ſeu cuſpidem acutum deſinens, prædictæ plantæ ſiliquis exactè ſimilis.

Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, prope urbem S. *Jago de la Vega* provenit, & loco *Guanaboa* dicto prope domum D. *Cope.*

2. Sinapiſtri ſpecies trifolia, ſiliquis compreſſis, ſtriatis, duas uncias longis. Ex *India Orientali.*

3. Sinapiſtrum triphyllum *Pearmeedooricum*, foliis tenuiſſimis *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 711. Uſhe-cuu-chedde *Malab.*

Siliquæ ſeſcunciam propemodum longæ ſunt, valde tenues ut reliquæ hujus generis. Radices albæ, ligneæ, fibroſæ. Pulvis aut Decoctum ad tuſſim utile cenſetur.

4. Sinapiſtrum *Indicum* majus quinquefolium aſperum & quaſi ſpinoſum, flore carneo.

D. *Sherard.*

Caules promit aſperos, hirſutos, ramoſos, bipedales; *folia* quina radiatim ex ſummo petiolorum orta, pediculi foliorum quaſi ſpinoſi, ſeu brevibus ſpinis hinc indè armati, non pungentibus. Cætera conveniunt cum quinquefolio *Alpini.*

5. Sinapiſtrum *Curaſſavicum* ſpinoſum & viſcoſum.

Folia terna & non rarò quina. Flos tetrapetalos pallide purpureus. Folium in ſummitate caulis ſubtus florum petiolos ſingulare, ſubrotundum, D. *Sherard.*

6. Cara-Vecla, H. M. P. 9. T. 24. Pentaphyllum ſiliquoſum *Malabarenſis Commelin.* notis.

Planta eſt fortis & gravis admodum odoris, naſcens in arenoſis. *Radix* ut *Aria-Veclæ*, *Caules* ſurculíque viridi-clari, dein ad unam partem rubeſcentes, teretes, non ſtriati, magis capillati. *Folia* quina ſimul proveniunt, in petiolis viridi-albicantibus capillatis, quorum pediculi breves, ſtriati, majora quàm *Ariæ-Veclæ* folia, cætera perſimilia. *Flores* in ſuperiori parte ſurculorum, paulò quàm illius majores, candidi, tetrapetali, oblongi, corrugati, nullis venulis ſtriati. *Calix* quadrifolius, ex cujus petioli nodulo *ſtylus* ſeſe erigit nitens, ſuperiori parte nodoſus, ubi 5 eminent *ſtamina* longiuſcula rubeſcentia, *apicibus* flavis, ſurrectis, ſtriatis dotata. *Siliquæ* longiores & viridi-clariores, non ſtriatæ ſed aſperæ & ſcabræ, pilíſque minutis obſitæ. *Semina* planè eadem ſed majora.

Vires. Integra hæc planta cum ſucco de *Raca-Palum* contrita, facta perunctione, puſtulas amovet: in oleo decocta cutaneis medetur morbis, præſertim lepræ: cætera viribus cum Aria-Veela planè convenit.

Hujus icon optimè reſpondet deſcriptioni *Tareriayæ* Braſilienſium apud Marcgravium.

7. Sinapiſtrum *Indicum* diphyllum, radiatis ſiliquis, ad ſinus foliorum ex adverſo binis *Pluk. Phytogr.* T. 60. F. 5. Aſclepiadi affinis, ſiliquis foliaceis pappis deſtitutis Plukenetiana *Hiſt. noſt.* append. 1903. Cupa-Veela *H. M.* P. 9. Tab. 33. p. 61. Kankaupoondoo *Malab.* D. *Brown.*

8. Sinapiſtrum acre triphyllum *Indicum* tenuiſſimis foliis è *Maderaſpatan*, *Pluk. Phytogr.* T. 224. F. 3.

P. 846. Poſt Veronicæ ſpeciem tertiam inſerantur,

1. Veronica terreſtris annua, folio Polygoni, flore albo *Moriſ. hiſt.* 322.

2. Ver. *Virginiana* procerior, foliis ternis, quaternis & etiam quinis caulem amplexantibus, ſpicis florum candidiſſimis *Pluk. Phytogr.* T. 70. F. 2.

3. Ver. cœrulea hirſutior, foliis ferè ternis caulem ambientibus *Pluk. Almag. Bot.*

4. Ver. erecta ſpicata anguſtiori hirſuto folio, flore incarnato. An Ver. ſpicata flo. purpureo *H. R. B?* 321.

5. Ver. minima *Caroliniana*, Polygonifolia, floſculis parvis albidis.

6. Veronicæ affinis *Indica* tenuifolia, floſculis & caliculis barbatis, ſummo caule ferè umbellatis *Pluk. Phyt.* T. 114. F. 2.

P. 848. Poſt 6tam ſpeciem adde,

7. Veronica Nummulariæ folio *Pyrenaica Tournef. Elem. Bot.*

8. Veronica pratenſis Nummulariæ folio, flo. cœruleo *Schol. Bot.* Parùm vel nihil differt à præcedente D. *Pluk.* i. e. Veron. pratenſi ſerpyllifolia *C. B.*

P. 849. Poſt 8vam ſpeciem adde,

9. Veronicæ affinis *Indiæ* Orientalis, Pulegii facie, calycibus tomentoſis *Pluk. Phytogr.* T. 232. F. 7.

10. Chamædrys Alpina minima villoſa *C B.*

P. 851. Poſt ſpeciem 7am,

11. Veronica mas repens *Pyrenaica*, folio longiore glabro *Schol. Bot. Pluk. Phytogr.* T. 233. F. 1.

12. Veronica ſeu Chamædrys ſpuria latifolia major, non ramoſa *Pyrenaica Schol. Bot. Pluk.* Ph. T. 233. F. 2.

13. Veronica procumbens, Verbenæ foliis *Promont. Bæ Spei Pluk. Mantiſſ.* V. infra Veron. erectam Verbenæ foliis *Herman.*

14. Veronicæ Polygoni folio & facie accedens, Planta *Virginiana*, ex alis foliorum fructu utrinque ad caulem ſeſſili. *Ejuſd. ibid.*

15. Veronica *Africana*, luteis floribus, longis petiolis inſidentibus *Herman.* Planta eſt ſemipedalis, *radice* ſimplici, multis fibris longis capillata. *Caulis* ab imo ſtatim ramoſus eſt, ramulis longis & cauli ipſi æqualibus. *Folia* ad divaricationes caulis & ramorum bina oppoſita, Alſines Chamædryos aut Veronicæ foliis ſimilia. E foliorum

alis

alis exeunt *flores* in prælongis pediculis ſummis præſertim caulibus plures. D. *Sherard* ſiccam impertivit.

16. Becabunga Alpina, ſive Veronica glabra, Alpina, aquatica, Oleæ folio repens, *Bocc. Muſ. plant. rar.* T. 6.

In *Corſicæ* montoſis oritur loco dicto *Lago d' Ino*, prope rivulos aquarum. *Folia* profert anguſta, *flores* cœruleos.

17. Veronica fruticoſa erecta dulcis, caule hexagono, flore dilutè cœruleo *Slon. Cat. Jamaic. Americana* erecta, fruteſcens & ramoſa, folio Verbenæ *P. B. P.* Phyteuodes *Americanum*, flore albo tetrapetalo, ſtaminibus referto, foliis & ramulis per intervalla ternis. *Pluk. Phyt.* T. 215. F. 1. An *Tupeicava* ſive Scoparia *Piſonis?* **Wild Liquorice or Sweet-wood.**

D. *Sloane.*

Radix huic firma & robuſta, in minores, 3, 4ve digit. longas, incurvas diviſa, fibrillis emiſſis alimentum exugit. *Caulis* lignoſus cortice cinereo tectus, in ramos aliquot hexagonos ſeſcunciales diviſus, versùs ſummitates *foliis* ternis ſimul ad intervalla cinctos, abſque pediculis immediatè adnatis, unciam integram longis, dimidiam latis propè apicem ubi latiſſima, circa margines ſerratis, graminei viroris. Ex alis foliorum exeunt *flores* in pediculis ½ unciæ longis, tetrapetali, albicantes, cum multis intus ſtaminibus, undique velut in orbem diffuſis. Floribus ſuccedunt *capſulæ* ſubrotundæ, bivalves, è fuſco albicantes membranaceæ, aciculæ maximæ capitulo non majores, plurima continentes *ſemina* ægrè viſibilia, minuta, fuſca, fungoſæ intus ſubſtantiæ ſeu placentæ adhærentia.

Folia hujus plantæ dulcem Glycyrrhizæ ſaporem obtinent, unde nomen.

In prato circa urbem S. *Jago de la Vega* locis ſterilioribus ubique naſcitur, aliiſque multis inſulæ *Jamaicæ* in locis.

Succi foliorum expreſſi tria cochlearia manè & veſperi per 3 dies exhibita certum & infallibile cujuſcunque tuſſis remedium habetur.

18. Veronica caule hexagono, foliis Satureiæ ternis ſerratis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Fibræ multæ albæ undique concurrunt ad *radicem* efficiendam rectam, oblongam, lignoſam: unde exoritur *Caulis* hexagonus, lignoſus, caneſcens, in ramulos virides, pedales diviſus. *Folia* terna ſimul, ad ſemuncialia circiter intervalla è geniculis exeunt, longa, anguſta, ſerrata, *Satureiæ* ſimilia, pallidiùs duntaxat virentia. *Flores* in ⅛ digit. pediculo parvi, tetrapetali, è cinereo albicantes; quibus ſuccedunt in *capſulis* fuſcis *ſemina* concoloria. *Capſulæ* caules ambiunt, pediculis ex alis foliorum egreſſis inſidentes, ad modum florum verticillatorum; ſingulæ è 4 membranulis compoſitæ, non ut in præcedente rotundæ, ſed oblongæ & pyramidales, 4 calicis foliis cinctæ.

In pratis arenoſis *Jamaica* inſulæ ſponte naſcentem obſervavit D. *Sloane.*

19. Nanſchera-Canſchabu H. M. P. 10. T. 50. Veronica *Indica* Teucrii folio *Commelin.* notis.

H. M.

Plantula humilis eſt, quæ nonniſi tempore pluvioſo reperitur, æſtivo rariùs, ac nonniſi in locis udis & umbroſis, cujus *Radices* è caule exeuntes, fibræ ſunt tenues, primò albicantes, dein rubeſcentes: *Caules* ipſi virides, piloſi, anguloſi & ſtriati, nodoſi, formulam referentes theculæ, qua filamentum albicans, laxum, tenue recondit. *Folia* è caulium nodulis bina & bina proveniunt, parva, parùm oblonga, rotundis oris, in margine tenuiſſimè inciſa, raris pilis obſita, ſaporis ſubamari: *Flores* tetrapetali, inodori, collo brevi, calyci piloſo 5 cuſpidatorum foliorum inſidentes, tria florum petala candida, medio cœruleſcente, proximè ad collum futurâ flavâ ſeu croceâ obſita: quartum rufeſcit, ſeu ex rubro fuſcum eſt. *Stamina* 4 tenuia, albicantia, uti & *ſtylus*. *Capſulæ ſeminales* oblongæ, rotundæ, viridi-dilutæ, futurâ per verticem in longum ſtriatæ, quarum *ſtylus* craſſiuſculus, cujus ope, mediante membrana tenui in loculos diſtinguuntur. *Semina* in illis numeroſa, primùm viridi-fuſciora, dein ex viridi magis flaveſcentia, tandem fuſca & nigricantia.

Trita & cum lacte epota morbos ſanat illius regionis endemios. Succus expreſſus cum *lacte dulci* aſſumptus per vomitum venenum expellit, atque etiam catharticus eſt. *Virus.*

20. Manga-Nari H. M. P. 10. T. 6. Veronica *Indica* aquatica, maxima, odorata, Teucrii folio, flore purpuraſcente *Commelin.* notis.

H. M.

Altitudine eſt cubitali, arenoſo & aqueo gaudens ſolo; *fibris* longis, tenuibus, teneris, pilis veſtitis & implexis, primùm albis, dein croceis è geniculis emiſſis ſupra terram repens. *Caules* geniculati, valde aquoſi, teneri, fungoſi, fiſtuloſi, viridi-dilutiſſimi, tenues ſurrectos ramulos ex geniculis hinc inde ejicientes, in unoquoque geniculo, tribus foliis vel etiam duobus ſe mutuo decuſſantibus ſuccincti, oblongis, versùs inferiora reflexis, texturâ craſſâ & rigidâ, in margine denticulis acutis inciſis. Coſta cum coſtulis in recta tantùm parte conſpicuæ. *Flores* in ſuperiori parte cauliculorum tranſverſorum è foliorum alis exeunt, petiolis tenuibus, brevibus, ſurrectis, bini aut terni è ſingulis geniculis pro numero foliorum, monopetali, difformes, rubro-perſici, ſubpurpurei, maximè in collo, de cætero ru-

bro-diluti & albicantes, pilis exteriùs minutis, interiùs longiuſculis albicantibus obſiti. *Stamina* 4 albicantia, albicantibus *apicibus* dotata. *Stylus* albicat, plano nodulo inſtructus. *Calix* 5folius & rubeſcens. Globuli *ſeminales* oblongo-rotundi, quinquelaterales, ſulcis diſtincti. *Semina* in iis continentur numeroſa, ut illa piſcium, quæ adhucdum conjuncta viridi-fuſca ſunt, aſt ſeorſim conſpecta viridi-diluta, albicantia ac tranſparentia, cum ætate magis albicantia, ſed ſicca coloris fuſci.

Tota planta, præſertim folia & gemmæ ſeminales, odoris ſunt vegeti, ſuavis & aromatici, Piperis viridis nonnihil referentis, ſapor ſubamarus eſt. In foliis & caulibus etiam odor fructus *Mangæ* percipitur, unde nomen *Manganari* obtinuit. In decocto data antifebrile eſt, in lacte acido vertiginem ſedat.

D. *Commelinus* ad Veronicam hanc plantam refert.

21. Katu-Pee-Tsjanga-Puſpam. H. M. P. 9. T. 58. Chamædryi ſpuriæ affinis *Indica* capſulis bivalvibus ſubrotundis.

H. M.

Plantula eſt arenoſo gaudens ſolo, *Radice* albicante fibroſa ; *Caulibus* viridibus, 4drangulis, geniculatis, ſulco in oppoſitis lateribus, alternato in internodiis ordine, ſtriatis. *Folia* in geniculis ad latus planum inferioris internodii geminata videntur, oblongo-anguſta, tenuia, lenia glabra, in oris acutis ornata cuſpidibus. *Flores* in caulium vertice plures ſimul proveniunt, papilionacei, albo-purpurei, inferiùs rubro-purpurei : *Stamina* ut in *Tsjanga-Puſpam*. *Stylus* albicans, ſuperiori parte complanatus, ex orificio calicis exurgit oblongi, quinque-cuſpidati. *Capſulæ ſeminales* oblongæ, virides, ſubrufeſcentes *ſemina* continent numeroſa, minuta, arenacea, primùm viridi-albicantia, communi viridi ſtylulo adhærentia.

22. Pee-Tsjanga Puſpam H. M. P. 9. T. 59. Teucrium ſpurium *Americanum* procumbens, Veronicæ aquaticæ foliis ſubrotundis. *Herman. Cat. Hort. Med. Acad. Lugd. Bat.* Commelin. notis.

H. M.

Arenoſa amat & uda ; cum priori in omnibus ferè convenit, præterquam quòd *folia* minùs oblonga, latiora ſint & ſubrotunda. *Flores* iidem, ſed infra flaveſcentes ; *calix* quadripartitus ; *Stamina* 4 cum *apicibus* ad ſe invicem intorta. *Capſulæ ſeminales* oblongo-rotundæ, numeroſa includentes *ſemina*.

23. Chamædryi ſpuriæ affinis *Marilandica*, ſpicâ florum tenuiſſimâ.

Folia in caule bina adverſa, Urticeorum æmula, ſed minora, circa margines ſerrata, in acutum mucronem deſinentia, pediculis longiuſculis erectis, & velut ad caulem appreſſis inſident, ità ut foliorum etiam baſis cauli ex una parte lineâ rectâ contigua ſit. *Spica* in ſummo caule tenuis admodum & ſtrigoſa, è paucis floſculis compoſita, qui quales fuerint in ſicca diſcernere non potui. Ramuli in terram reclinati videntur, modicis intervallis à ſe invicem diſtantes.

24. Tsjeria-Manga-Nari. H. M. P. 9. T. 85. Alſine ſpuria *Indica* Chamædryfolia, flore cœruleo tripartito. *At icon quadripartitum oſtendit.*

H. M.

Arenoſa amat. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* triangulares, virides, intus aquei. *Folia* oblonga, cuſpidata, in oris angulis acutis ſerrata, tenuia, lenia, in adverſa parte coſtis eminentibus obſita, nullius ſaporis. *Flores*, qui in petiolis oblongis ſupra exortum foliorum in cacumine caulium erumpunt, cœrulei ſunt, monopetali, tripartiti. *Stylus* itidem cœruleus eſt, capitulo rigidiuſculo. *Calyx* laxus 5folius.

Linimentum ex hac planta atque oleo *Indicæ Nucis* confectum elephantiacis opitulatur.

Virii. Succus cum Zinzibere & Cumino exhibitus, vel etiam cum oleo *Sergelim* & *Calamo* aromatico corpori illitus ſummopere in peſtilentiali conducit febre.

25. Tardavel H. M. P. 9. T. 76. Tetrapetala *Indica* flore fructui diſpermo inſidente, foliis adverſis, caulibus piloſis.

H. M.

Planta humilis eſt, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* rufa, fibroſa, intùs lignoſa. *Caules* 4drangulares, nodoſi, piloſi, initio virides, adulti rufeſcentes. *Folia* ad nodos bina & bina ſe mutùo decuſſant, parva, oblonga, craſſiola, rigidiuſcula, criſpa, piloſa, ſubaſpera, maximè in margine, fuſca. *Flores* in ſurculis ſupra ex origine foliorum 4 aut 6, etiam 2 aut 3 proveniunt, purpureo-pallidi, tetrapetali, cuſpidati, nonnihil piloſi, venulis in longum ſtriati, inodori. *Stamina* in illis 4 albicantia, *apicibus* ſurrectis atque ex viridi cœruleſcentibus. *Stylus* longiuſculus eſt, albicans, in vertice bifurcatus : *calix* quadrifolius, exteriùs piloſus. *Capſulæ ſeminales* oblongæ, teretes, craſſiolæ ac piloſæ, coloris Perſici, ſuntque primùm ipſiſſimi florum petioli ; in ſingulis continentur *ſemina* duo oblonga, tenui, membranaceo interſepimento ſejuncta, ex una parte convexa, alterâ plana, ſulcata, coloris ruffo-fuſci.

Virii. *Succus* expreſſus cum *butyro* decoctus *lienteriæ* prodeſt. Radix antidotum eſt, ſi teratur & pectus cum illa illinatur.

26. Caicot-

26. Caicotten-Pala H. M. P. 10. T. 33. Veronicæ ſimilis *Indica* albicante flore *Commelin.* not. Verùm, me judice, Tithymali potius ſpecies eſſe videtur. *H. M.*

Planta eſt humillima, arenoſa amans. *Radix* fibroſa & capillata, cortice rubeſcente, ſubamaro. *Cauliculi* teretes, lignoſi, virides & piloſi, in nodulos diſtincti, circa ſuperiorem nodulorum partem tuberculo viridi-claro turgeſcentes, intus lactei. *Folia* bina & bina proveniunt, oblonga, in uno latere ad petiolum, in altero ad verticem magis coarctata, in margine denticulis minutis inciſa, lactea, tenuia, ſuperficie piloſa. *Flores* tam in ima, quàm ſumma caulium parte proveniunt, è ſingulis foliorum ſinubus ſinguli, rarioribus pilis obſiti, ſuntque numeroſæ *gemmæ* ſubflavæ ſeu rufæ, quæ plures ſimul conjunctæ, in ſummitate petiolorum, ubi in minutiſſimos ſparguntur ramulos *capitulum* flavum efficiunt: de cætero parvi ſunt, tetrapetali, viridi-diluti, albicantes, in medio virides, quorum *ſtylus* filamentum tenue cum nodulo in vertice ejicit. *Capſulæ ſeminales* nonnihil majores, trilateræ, in lateribus ſtriatæ, primùm virides, exin flavæ. *Semina* in unaquaque tria, parva conciſa, rubra.

Eſt & alia hujus plantæ ſpecies in eo tantùm differens, quod Cauliculi rubeſcant, ut & gemmæ in petiolis, quarum petala albicantia & in medio tantùm valde rubra.

Tempore pluvioſo maximè, æſtivo autem rariùs deprehenditur.

In lacte acido data inteſtinorum tormina ſedat: cum aqua decocta & pro lotione ad- *Vires.*
hibita capitis dolores mitigat.

27. Veronicæ ſimilis fruticoſa *Curaſſavica* Teucrii foliis, flore galericulato *P. B. P.* Violæ ſurrectæ latiore folio ſpecies ex Cod. Benting. *Pluk.* T. 234. An Verbena fruticoſa Teucrii foliis? *Herman.* Par. Bat? *Herman.*

Radix è numeroſis conſtat fibris. *Caules* ramoſi anguloſi tenues, *foliis* ut plurimum ex oppoſito binis veſtiti, brevibus pediculis ſuffultis, quæ ex lata baſi in mucronem tendunt, viridia, lucida, per margines crenata, foliis *Chamædryos* ſeu *Teucrii vulgaris* figurâ & magnitudine æqualia. *Flores* in ſummitatibus caulium q. in ſpicam rariorem diſpoſiti, pentapetaloides, quodammodo galericulati, ampli, pallidè purpuraſcentes, cum ſtaminibus nigro-puniceis. *Capſula* ſeminalis oblonga eſt, anguloſa, lineiſque albeſcentibus ſtriata, in 5 inermes ſpinulas deſinens. *Semen* nondum vidi. Prodiit ex ſeminibus *Curaſſao* delatis in horto *Fageliano.*

Hanc plantam in *Marilandica* collegit D. *Vernon.*

28. Veronica *Americana* erecta & fruteſcens, ramoſa, folio Verbenæ *P. B. P. Herman. Parad. Bat.* *Herman.*

In ſolo lætiori *caulem* profert cubitalem & altiorem, ligneſcentem, anguloſum, glabrum, *foliis* ad interſtitia duarum triúmve unciarum binis, nonnunquam ternis, veſtitum. *Folia* autem pediculis brevibus appenſa, ab anguſto principio in latitudinem ſeſquiuncialem expanduntur, & in mucronem acutum faſtigiantur, digitum ferè longa (inferiora intellige) nervis inſcripta, & per margines rarioribus inciſuris, à media ſci. folii parte ad mucronem uſque denticulata; altera medietas pediculum versùs linea ut plurimùm terminatur æquali. E foliorum alis exeunt ramuli longi, foliis minoribus donati, è quorum ſinu prodeunt *flores* bini vel terni petiolis brevibus, tenuiſſimis & calici quadrifido inſidentes, tetrapetali ad ungues juncti, parvi albentes, cum ſtaminibus in medio. Sequuntur vaſcula ſeminalia parva, bicapſularia, acuminata, in breve filamentum abeuntia, quæ *ſemina* claudunt minuta. *Radix* fibroſa eſt. Ex inſula *Curaſſao* delata eſt.

29. Veronica mas, *Alpina*, glabra, erecta, foliis parùm crenatis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 18.

Sex uncias Geometricas alta, *folia* producit brevia, tomentoſa, crenata. In Alpibus *Mutinenſibus* invenitur, in ſylva quadam inter vicum *Fiumalbo* & urbem *Bargam.*

30. Veronica fruteſcens durior, oblongo Chamædryos folio, *Patavina Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 18. T. 10.

Fruticoſa eſt hæc planta & quaſi lignoſa, palmum alta. In montibus *Euganeis* & in collibus urbi *d' Eſte* vicinis oritur.

31. Veronica minima, Clinopodii minoris folio glabro *Romana*, *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 19. T. 9.

Quinque paulò plus uncias elata, recta, aliquoties unum duntaxat *caulem* edit, pyramidalem, interdum ramoſum. *Flos* ei cœruleus dilutus: *Semen* minutiſſimum. In pratis monaſterio *di tre Fontane Romæ* vicinis vere copioſa invenitur.

32. Veronica

32. Veronica Serpylli cochleato & lenticulari folio repens *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 32.

Humi ſtrata, *folia* producit rotunda, Lentis paluſtris ſimilia & magnitudine ferè æqualia. Solo ſterili in altis *Corſicæ* inſulæ montibus oritur.

33. Muriguti H. M. P. 10. T. 32 Alſinefolia *Indica*, foliis binis adverſis, floſculis tetrapetalis pluribus ſimul in foliorum alis.

H. M.

Arenoſa amat, ſupra terram repens. *Radix* albicans, fibroſa, odoris grati. *Rami* geniculati, virides, vel etiam teneri ex ſpadiceo fuſcè rubeſcentes, pilis longioribus obſiti. *Folia* geniculis geminata inſident, oblongo-anguſta, viroris ſupernè ſaturi, ſubtus diluti, pilis tenuiter obſita, ſubaſpera. *Flores* plures congregati geniculis, ſupra folia, inſident, lato collo, parvi, tetrapetali, vel etiam pentapetali ſed rariùs exteriora versùs reflexi, in totum candidiſſimi. *Stamina* in illis 4 tenuia, candida, *apicibus* ſurrectis albicantibus dotata. *Capſulæ ſeminales* rotundæ, vertice plano ac lato, primùm virides, parùm nitentes, ſiccæ contractiores ac globuloſæ, in medio verticis, umbilico viridi, parùm extuberante, præditæ. *Semina* in illis 3, 4ve arenacea, nigerrima.

Virei. *Folia* trita & *butyro* permixta unguentum exhibent abſceſſus maturans & aperiens: *Crocus* ſi addatur, cum oleo *Nucis Indicæ* coquatur, vulnera ſanat. Vulneraria enim energia & nomine & re huic plantæ convenit. *Muruguti* enim tantundem dicit ac *Læde, ſana.*

34. Veronica *Virginiana* procerior, foliis ternis, quaternis, atque etiam quinis caulem amplexantibus, ſpicis florum candidiſſimi. An Veronica *Americana* erecta, fruteſcens & ramoſa, foliis Verbenæ *P. B. P? Pluk. Phyt.* T. 70. F. 2.

Caulis craſſitiei mediocris, quadratus, firmus, *foliis* ad intervalla quaternis cruciatim diſpoſitis [in planta ſicca quam à D. *Sloane* habuimus in *Marilandia* collectam] longis, modicè latis, in acutos mucrones productis, circum oras ſerratis, [in ſicca ex cœruleo nigricantibus] ſpica in ſummo caule bipalmaris, teres, gracilis, quatuor tamen circumſtantibus ex alis ſupremorum foliorum exeuntibus craſſior; è floſculis innumeris ſtamina cum apicibus ſuis exſerentibus compoſita; florum autem formam in ſicca diſcernere non licuit. Prope ſummum caulem ſpicæ è foliorum alis exeunt in pediculis oblongis, plerunque ſingulæ, interdum binæ.

35. Parpadagam H. M. P. 10. T. 35. Alſine ſpuria *Indica*, foliis anguſtis acutis, flore tetrapetalo.

H. M.

Planta eſt humilis, arenoſa amans, cauliculis in latum ſparſis. *Radix* fibroſa, albicans. *Caules* rotundi, viridi-diluti, geniculati, in geniculis *foliis* geminatis, ordine decuſſato, veſtiti, quæ oblongo-anguſta, cuſpidata, parùm craſſiola, venâ in adverſa parte imminente ſtriata. *Flores* parvi, ſubrubeſcentes, tetrapetali, cuſpidati, candidi, in cuſpide dilutè purpurei; calice excipiuntur viridi, globuloſo, orificio rotundo, cujus folia interſtitiis petalorum obverſa: *ſtamina* in illis 4 ſurrecta, candida, *apicibus* candidis dotata: *ſtylus* etiam candidus eſt & bifurcatus. *Capſulæ ſeminales* 4 in vertice gerunt cuſpides, ac ibidem rubeſcunt, in medio futurâ in longum ſtriatæ, intus in duas partes per membranam intermediam, quæ ex futura excurrit, diſtinctæ. *Stamina* in illis numeroſa arenacea continentur.

Vires. Cum *Sandalo* citrino in *Aqua* & *Melle* trita, Apozema ex hac herba contra ardentes, additóque *Cumino* & *Tsjaninaigam* adversùs ſpaſmodicas elicitur febres.

36. Bula H. M. P. 10. T. 30. Alſine-folia *Indica*, foliis alternis floſculis tetrapetalis minimis in foliorum alis, ſeminibus in ſingulis capſulis binis.

Priori ſimilis eſt, excepto quòd *Caules* non tam in latum diffundantur. *Radix* eadem: *Caules* tenues & ſtriati, intus valde aquoſi, viridi-diluti vel etiam rubeſcentes, qui compoſi fumum interdum vel vaporem exhalant. *Folia* paulò minora ſunt, utrinque piloſa. *Flores* eodem modo ut in præcedente proveniunt, albicantes, ſuperius rubeſcentes, tetrapetali, inodori. *Stamina* in illis duo albicantia, quorum etiam *apices* albi. *Semina* in folliculis reſident, in ſingulis duo diſtinctis tamen loculis, parva, ad maturitatem perducta fuſca.

Radix cum *Scheru-bula* trita, & pro lotione adhibita aqueos humores diſſolvit & expellit.

Inter hanc plantam & præcedentem, quamvis Autor noſter ejuſdem conſpeciem faciat, & nomen ei idem imponatur, non magna eſt convenientia; icones certè longè diſtant.

37. Nela-Tsjira H. M. P. 10. T. 31. Sedi folio *Indica* flore tetrapetalo flavo. *Commelin.* notis.

Plantula repens Cauliculis geniculatis, aqueis, rubeſcentibus, fibris albicantibus, quas ex geniculis diffundit, ſe affigens, circa genicula oblongis albicantibus pilis capillata. *Folia* parva, oblongo-rotunda, valde craſſa & aquea. *Flores* parvi, flavi, tetrapetali, rotundi, quorum *ſtamina* etiam flava.

Virei. Hujus plantæ cum ſero lactis decoctum famoſum illum pedum tumorem *Todda-Vella* dictum, diſcutit.

38. Aceris

38. Aceris fructu herba anomala, flore tetrapetalo albo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radicibus fibroſis, tenuibus, fuſcis, è flagellis obiter in terram demiſſis, in ejus ſuperficie repit ; *caules* ſubinde teretes, rubentes, geniculatos, ſucco lacteo turgidos, ad ſeſquipedalem altitudinem erigens. *Folia* è geniculis, ſeſcuncialibus intervallis, alternatim exeunt, pediculis unciam longis, teretibus rubentibus inſidentia, 3 uncias longa, latitudine ſubduplâ, hirſuta, pallidè viridia, circa margines dentata, figuræ irregularis, baſeos altero latere breviore, altero velut in auriculam producto ; à qua ad apicem ſenſim coarctantur, in punctum deſinentia. *Flos* in ſummo caule albus, tetrapetalos, petalis duobus oppoſitis amplioribus, reliquis duobus ſibi pariter oppoſitis multò minoribus ; *ſtamina* flava medium occupant. *Semen* ſuccedit unicum, magnum, quadrangulum, ſuſcum, membranâ triangulari, extante, binis alis inſtructa contentum.

In viis umbroſis via quâ 10 **Miles-walk** itur, necnon prope **Hope-River** in Liguanee copioſè creſcentem obſervavit D. *Sloane.* *Locus.*

In multis *Tsjerca Narimpuli* H. M. P. 9. T. 86. refert.

39. Linifolia florum ſpecioſorum albicantium tetrapetalon ſpica prælonga tenui.

Flores tenuibus pediculis è foliorum ſinubus egreſſis inſident, tetrapetali. Petala id ſingulare habent quod principio anguſtiſſima ſunt, & paulatim dilatentur. *Calix* breviſſimus eſt, quadrifolius. Fructum nondum perfecerat, ideóque qualis ſit neſcimus. In ſumma ſpica flores nulla habent ad pediculorum quibus inſident inſertionem in caulem foliola.

40. Schanganam-Pullu, *H. M.* P. 10. T. 23. Rubia ſylveſtris *Indica*, foliis lævibus, flore albicante *Commelin.* notis ; rectius Alſine ſpuria *Indica*, foliis longis anguſtis, florum pediculis longis, capſulis rotundis,

Plantula eſt naſcens in arenoſis. *Radix* albicans, flaveſcens, lignoſa. *Caules* quadrati, geniculati, in inferiori parte nonnihil extuberantes, è geniculis ubivis ferè cauliculos ejicientes. *Folia* è nodulis proveniunt, oblongo-anguſta, anteriùs nonnihil contractiora, nervulo qui rectam partem ſtriat, inſtructa. *Flores* tetrapetali ſunt, candidiſſimi, parvi, inferiùs latiores, anteriùs parum cuſpidati, calyci 4 anguſtorum cuſpidum inſidentes: in eorum medio gemmula eſt albicans, quæ in globulum viridi-dilutum, 4 cuſpidatis foliis in orbem circundatum, vel ipſiſſimam *capſulam ſeminalem* extuberat, primò viridis, dein cinereo-albicans. *Semina* ut parvæ arenulæ, parùm oblongo è viridi-albicantia, exin rubro-fuſca.

Rubiæ affinis eſt, verùm fructu differt.

P. 855. Papaver erraticum *Pyrenaicum* luteo flore *C. B.* in Horto Regio *Pariſienſi* colitur.

2. Papaver Rhœas integro folio *Hiſp. Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 65.

In ſtatu *Eccleſiaſtico* ínque *Hiſpania* invenitur : & in pedalem altitudinem ſupra terram aſſurgit.

3. Papaver Argemone dictum flore luteo perpuſillum *Pluk. Phytogr.* T. 147. Q. an Argemone Alpina Coriandri folio *C. B.* Eadem ſit.

4. Chelidonium majus arboreum foliis Quercinis *Slon. Cat. Jamaic.* Cocoxihuitl ſeu Herba acris *Hernandez.*

D. *Sloane.*

Frutex iſthic ad 10 aut 12 pedum altitudinem aſſurgit, *caudice* recto, brachii craſſitudine, cortice glabro albicante tecto, prope faſtigium ramoſo: ramorum extremis, foliis plurimis, nullo ordine poſitis, undique cinctis. *Folia* autem Quercinorum formam obtinent, uncialibus pediculis inſidentia, ipſa 7 uncias longa, 3 lata, propè ſummitatem obtuſam ubi latiſſima, principio enim anguſta ſunt ; ad latera profundè ſinuata, coſta medium percurrente grandi, nervos tranſverſos obiter emittente, ſupernè luteo-viridia, ſubtus albicantia. Surculorum extrema ultra folia ad pedalem longitudinem procurrunt, in multos florum peramplos faſciculos brachiata. *Flos* unuſquiſque brevi pediculo inſidet & ex duobus foliis ſeu lobis viridibus componitur, in quibus continentur Stamina multa flava, cum ſtylo ſubrotundo, in medio craſſiore, versùs utrumque extremum anguſtiore, & velut pyramidali, *ſemina* intus claudente parva, fuſca, oblonga.

Omnes hujus plantæ partes ruptæ, cæſæ aut vulneratæ ſuccum flavum emittunt Chelidonii inſtar.

In montibus prope domum D. *Elletſon* in *Liguanée*, & ad viam qua à loco *Gnanaboa* dicto versùs agros D. *Bourden* tenditur invenit D. *Sloane.*

P. 862. Ad Cap. De Lyſimachia ſiliquoſa.

1. Lyſimachia ſiliquoſa Alpina glabra humilior *Schol. Bot.* An eadem cum ſpecie noſtra 9na, ſeu Lyſim. ſiliq. glab. minori latifolia noſtrate ?

Lyſi-

2. Lysimachia lutea *Virginiana* angustifolia, flore minori *Pluk. Phyt.* T. 202. F. 7. An Lysimachia angustifolia *Canadensis*, altera, caule rubro, flore minore *Schol. Bot?*

3. Lysimachia, lutea corniculata, flore sulphureo *Hort. Lugd. Bat.*

4. Lysimachia flore luteo, tubo longissimo D. *Oldenland. Mus. Pet.* 268.

Folia oblonga, dentata denticulis majoribus, quæ ad radicem sunt extremitatibus obtusa, quæ caules obsident acutiora, sesquunciam longa, semunciam lata. *Caules* semipedales aut altiores, teretes, robusti, hirsuti, foliis crebris obsiti, è quorum sinubus *flores* exeunt, è tubo prælongo in quatuor segmenta petaloide expansi. Floribus succedunt *vascula seminalia* brevia, Digitalis alicujus similia, ima parte lata, sessilia, summâ acutiora.
D°. *Oldenland* D. *Petiver*, huic ego acceptum refero.

5. Lysimachia non papposa *Virginiana*, Tuberariæ foliis, hirsuta, flore tetrapetalo rubello *Banisteri Pluk. Phyt.* Tab. 202. F. 8. Hanc etiam è *Marilandia* attulit D. *Krieg.*

6. Lysimachia non papposa Melissophylla, *Maderaspatensis*, sive Melochiæ genus siliqua quinquecapsulari *Pluk. Phyt.* T. 44. F. 1.

7. Lysimachiæ Chamænerion dictæ latifoliæ similis Planta *Jamaicensis Pluk. Almag. Bot.*

8. Lysimachia corniculata maritima, sinuatis & pubescentibus foliis *Virginiana Pluk. Phytogr.* T. 203. F. 3.

9. Lysimachia viscosa glabra, Parietariæ foliis, *Virginiana Hort. Oxon. Pluk. Phyt.* T. 203. F. 1.

10. Lysimachia lutea *Marilandica* siliquosa, floribus amplis in summis caulibus & ramulis, tubo oblongo summo fructui insidentibus.

Caulis teres, rubescens, gracilis, hirsutus, *foliis* vestitus alternatim adnatis ad intervalla mediocria, quàm Hyperici longioribus, latioribus & acutioribus; è quorum sinubus exeunt ramuli, suprema parte foliolis minimis angustis acutis cincti in fastigio *flores* sustinentes amplos & (ut mihi videbatur) luteos, quorum formam & structuram in sicca discernere non licuit, longo tubo fructui insidentes.
E *Marilandia* attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*
Hæc est, ut conjicio Lysimachia non papposa *Terræ Marianæ*, leptoneurophyllos, flore tetrapetalo rubello, folio & caule hirsutie ferruginea hispidis *Pluk. Mantiss.*

11. Lysimachia *Marilandica* siliquosa parva, floribus præcedenti similibus, foliis angustis acutis. Lysimachia siliqua glabra minor *Mariana* angustioribus seu Hyssopi foliis *Pluk. Mantiss.*

A præcedente differt parvitate sua, & *foliorum* angustia, quæ folia Hyssopi nec longitudine nec latitudine superant, & angustiora sunt, acuminata. *Caulis* tenuis, teres, firmus, sesquipalmaris, foliis nullo ordine positis vestitus. *Flores* ampli flavi, quot petalis constant certò determinare non potui, siccam enim duntaxat vidi è *Marilandia* allatam.

12. Lysimachia Chamænerion dicta minor, *Virginiana*, flore albo *Pluk. Mantiss.*

13. Lysimachiæ Chamænerion dictæ latifoliæ similis, siliquosa, floribus parvis Hyacinthoideis, in longiorem spicam dispositis *Pluk. Mantiss. Provinciæ Marianæ* alumna est.

14. Lysimachia non papposa Hyssopifolia, fructu Caryophylloide parvo *Yellecootan Malab. Pluk. Mantiss.*

15. Lysimachia lutea non papposa erecta, foliis glabris, fructu Caryophylloide *Sloan. Cat. Jamaic.* An Lysimachiæ Chamænerion dictæ latifoliæ similis planta *Jamaicensis Pluk. Almag. Bot?*
D. *Sloane.*
Præcedenti per omnia ferè similis, nec fortè specie diversa est. Differt tantùm quòd tantillò minor sit, quódque folia non hirsuta sed glabra, obtineat.
In Insula *Barbados* prope aquas provenit.

16. Lysimachia lutea corniculata, Hyssopi folio ex *Virginia Pluk. Mantiss.*

17. Lysimachia siliquosa non papposa, flore amplo luteo, foliis Linariæ glabris *Marilandica* D. *Sherard.* Folia in caule bina adversa.

18. Lysimachia siliquosa Alpina erecta, Alsines foliis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 31. T. 15.

Ad

Ad pedalem altitudinem crescit. Invenitur in monte *della Pania* in *Etruria*, locis opacis. *Flores* producit rufescentes.

19. Lysimachia siliquosa nana, Prunellæ foliis acutis, *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 108.

In montibus *Mutinensibus* provenit hæc planta, spithamâ paulò altior. *Florem* coloris rosacei profert; cui succedunt *siliquæ* nonnullæ longæ & crassæ. *Folia* brevia sunt, nigricantia, *Prunellæ* similia.

20. Lysimachia pulchra Amygdali folio nitido, rubente caule, flore magno purpureo *Hort. Cath.* 121. Hujus generis planta sicca, quam nobis commodavit D. *Sherard.* perlimilis videbatur Lysimachiæ purpureæ glabræ majori angustifoliæ nostrati, nisi quòd flos major esset.

21. Lysimachia quadrifolia purpurea, mollioribus & longioribus foliis *Bocc. Mus. pl. rar.*

Duas ulnas altitudine æquat. *Folia* angusta sunt, sulcata, mollia, Plantaginis angustifoliæ minimæ *Col.* longiora. In sylvis Principis *Adami de Leichtestein*, prope urbem *Felixburg*.

22. Lysimachia siliquosa, purpurea, Alpina, trifoliata *Boccon. Mus. pl. rar.* p. 22. T. 6.

Caulis hujus plantæ teres est, plus palmum altus, & ad unumquemque nodum foliis ternis cinctus, coloris nigricantis. Loca Alpina amat, aquarum rivulis humectata. *Radicem* habet valde fibrosam & perennem. Supra maximum *Carthusianorum* cœnobium & in montibus *Sabaudiæ*, *Chambery* vicinis, & in loco dicto *Les Banges* inventu facilis est. Abortum aut lusum naturæ non esse existimo, quoniam & alibi oritur, & valde constans est in productione foliorum trium ad singulos nodos. *Flos* summis siliquis innascens purpureus est.

23. Lysimachia Alpina glabra ramosa, Violæ surrectæ foliis splendentibus *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 16.

Opacis in locis oritur hæc planta, in montibus *Mutinensibus Cimone di Fanano* vicinis. *Caulem* producit pedem Geometricum altum & *Flores* coloris vinosi.

24. Tsjeru-Vela *H. M.* P. 9. T. 34. Herba siliquosa *Indica* tetrapetala, siliquis longis angustis, è singulis foliorum alis singulis

Arenosa amat. *Radix albicans*, fibrosa, filamentum in medio habens albicans & lignosum. *Caules* virides, pilosi, intus parùm lignosi. *Folia* in petiolis pilosis, viridibus provenientia oblongo-angusta, in cuspidem stricta, pilosa. *Flores* supra exortum foliorum videntur, tetrapetali, oblongo-rotundi, angusti, rubro-diluti, subpurpurei. *Stamina* in iis 5, oblonga, albicantia, quorum apices oblongi, viridi-cœrulei. Cum illis sese prodit siliquosum germen, pilosum, viride, cujus cuspis rubescens versùs eandem partem cum staminibus incurvatur. Calix ex 4 constat oblongo-angustis, cuspidatis rubescentibus foliis. *Siliquæ* oblongæ, angustæ, rotundæ, in cuspidem desinentes, lacunulis striatæ virides.

Nervorum vulnera & punctura sanat, excepta radice, in aqua Oryzæ trita. *Vires.*

25. Lysimachia non papposa humilis *Madraspatana*, Clinopodii *Virginiani* lutei foliis, fructu Caryophylloide parvo *Pluk.* Tab. 203. F. 1. Carambu *Unaneercoondica* Persicariæ foliis *Petiv. Act. Philosoph.* N. 276. p. 1021. vide locum.

Qu. An & quomodo differat à Lysimachia non papposa Hyssopifolia, fructu caryophylloide parvo, *Yelle Cootan Malab. Ejusd. Mantiss.*

26. Aria-Veela *H. M.* P. 9. T. 23. Tetrapetala anomala trifolia aut quadrifolia, siliquis longis angustis, seminibus innumeris repletis.

H. M.

Planta est altitudine 4 pedum, nascens in arenosis. *Radix* albicans, fibrosa & capillata. *Caules* eórumque surculi virides, hinc indè parùm rubescentes, striati & capillati. *Folia* in petiolis terna, quaterna aut quina in eodem pediculo, parva, oblongo-rotunda, anteriùs cuspidata, tenuia, mollia, superficie plana, brevibus pilis obsita, saporis subacris, odoris fortis & gravis. *Flores*, qui ex alis foliorum & summis surculis proveniunt, plures simul in viridibus, tenuibus pilosisque petiolis, parvi sunt tetrapetali rotundi, parùm oblongi, flavi seu lutei, singuli venulâ striati. *Stamina* tenuia, viridi-flava, surrecta, *apicibus* nigris. *Stylus* crassiusculus. *Siliquæ* viridi-fuscæ sunt, 4 plus pollices longæ, rectæ, angustæ, parum compressæ in lateribus striatæ. *Semina*, quæ densa serie in siliquis inveniuntur, futuris adhærent, suntque rotundo-plana, primùm viridia, deinde flavescentia ac rufescentia, tandem nigricantia, oculum habent in medio, ex quo tanquam centro in rectum striantur; probè exsiccata fusca sunt, striis tum minùs conspicuis.

Succus naribus assumitur, nè venenum in corpore latens caput inficiat. Ad idem conducit tota planta, aquæ incocta ac epota. *Folia* appetitum promovent, expectorant & confortant; phlegmata & flatus dissipant; trita cum radice, & in globulos formata, sub axillis in principio paroxysmi febriiis applicantur, & tum frigus minuunt ac tollunt. Foliorum succus cum *Virtt.*

oleo frixus & auribus immissus surditati opitulatur : eadem folia trita, & capiti apposita, dolorem ex frigore ortum sedant.

P. 870.

Tithymalus *Ragusinus* non descriptus *H. L. B.* & Tith. *Ragusinus* pentaphyllos, flore luteo *Append.* 1888. non differunt à Tithymalo maritimo spinoso *C. B.* ut me monuit D. *Sherard.*

P. 872. Ad Cap. de Tithymalo adde,

1. Tithymalus botryoides *Maderaspatensis*, Hyperici foliis non crenatis, floribus ex alis uno versu provenientibus *Pluk. Phyt.* Tab. 43. F. 7.

2. Tithymalus *Curassavicus*, Salicis & Atriplicis foliis variis, caulibus viridantibus *P. B. P.* Tithym. *Indicus*, Salicis & Atriplicis foliis *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phyt.* T. 112. F. 6.

Folia nonnunquam leviter sunt serrata. Fructus habet Esularum more dispositos, parvos, quibus continentur grana trigona angulosa.

3. Tithym. exot. Carobe foliis aliquatenus accedens. An Tithym. *Siculus* polycoccos Portulacæ folio *Boccon.* 39. *Pluk. Phytogr.* T. 113. F. 1.

4. Tithym. esculentus botryoides cordatis foliis *Indiæ* Orientalis *Ejusdem*, T. 118. F. 6.

5. Tithym. botryoides *Malabarensis* latiori folio, floribus in surculorum cymis *Almag. Bot.* Nir-Cottam-Pala *H. M.*

6. Tithymalus arborescens caule aphyllo *Pluk. Almag. Bot.* ramosissimus frutescens penè aphyllos *P. B. P.* Tiru-calli *H. M.* Part. 2. F. 44. Planta lactaria, Xabra & Camarronum Rhasis *Rauwolf.* Felfel Tavil seu Piper longum *Ægyptium Vesling.* Palam enim hallucinatur *C. Bauhinus*, cùm Piper longum seu *Felfel* Alpini idem statuit cum Pipere longo *Floridano*, cujus icon habetur in *Phytographia nostra* (verba sunt D. *Plukenet*) T. 215. F. 2. Descriptionem Tiru-calli *H. M.* in *Hist. nost.* vide.

7. Tithymalus dendroides Linariæ foliis ex Insula *Canarina Pluk. Almag. Bot.* T. 319. F. 5.

8. Tithymalus *Canariensis* frutescens Linariæ folio *Hort. Amst. rar.* P. 2. Parvas & paucas agit hic Tithymalus *radices*, è quibus *Caulis* erigitur, tres uncias altus & fuscus, qui in varios divaricatur ramulos. His adstant plurima longa, angusta & viridia *folia.*

9. Tithymalus *Africanus*, platyphyllos, hirsuto caule, medio folii nervo in spinulam abeunte *Pluk. Almag. Bot.* T. 320. F. 1.

10. Tithymalus arbor *Americanus*, Mali Medicæ foliis amplioribus, tenuissimè crenatis, succo maximè venenoso *Pluk. Phytogr.* T. 230. F. 8. Tetlatia arbor urens *Mexicana Hernandez.* & *Nieremberg. Sub foliorum basi ad pediculos binæ (spinarum instar) nascuntur appendices, quod huic arbori peculiare videtur. Pluk.* qui in Horto Regio *Hamptoniensi* eam vidit. Hujus in Historia meminimus capite De *Mancinello* 1647.

11. Tithymalus *Africanus* arborescens, squamato caule, spinosus, ex codice *Comptoniano Pluk. Phyt.* T. 230. F. 5. Tithymali fortè genus Planta lactaria *Africana*, Pini fructuum facie *Breyn. Prod.* 2. In Horto Medico *Chelseiano* plurimæ hujus generis plantulæ è semine sato succreverunt. Teterrimi autem sunt odoris. An

12. Tithymalus maritimus *Barbadensis* & *Bermudensis* seu paralius minor *Americanus* ramosissimus *Pluk. Phyt.* T. 229. F. 7. **Milkwood** vulgo. Caules duri & pene lignosi : folia parva, myrtiformia.

13. Tithymalus *Indicus* annuus dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 113. F. 2. Caacica *Brasilienſibus* seu Peplis major flosculis albis *Marcgr.*

14. Tithymalus botryoides major *Zeylanicus* procumbens, foliis & cauliculis villosis *Pluk. Almag. Bot.*

15. Tithymalus humilis, Anagallidis 3tiæ *Lob.* foliis rarioribus, altè radicans è *Terra Mariana Pluk. Mantiss.*

16. Tithymalus *Æthiopicus* arboreus, Myrti angustioribus foliis, in aculeum abeuntibus *Prom. Bæ. Spei Pluk. Mantiss.*

17. Tithymalus fruticosus *Æthiopicus*, Taxi foliis ex *Prom. Bæ. Spei Pluk. Mantiss.*

18. Tithy-

18. Tithymalus *Marianus*, anguſtis rigidis foliis, ſummo caule ramoſus, foliis atque aliis ad divaricationem ternis & quaternis: Planta perelegans, cujus radix *Medica* noſtratibus dicta eſt *Pluk. Mantiſſ.*

19. Tithymalus foliis Pini hirſutis, ſeu Pityuſa *Æthiopica* & Humipinus *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

20. Tithymalus *Perſicus*, exiguis circinatis foliis non crenatis, lignoſis viticulis, fructu grandiore tricocco *Ejuſd. ibid.*

21. Tithymalus fruteſcens, Nummulariæ minoris folio, ſive Peplis ex *Rhodiorum* inſula, fructu parvo ſtriato *Pluk. Mantiſſ.* An (inquit) Peplis montana Nummulariæ folio *C. B?* Præcedentis fortè varietas eſt, fructu minore.

22. Tithymalus Botryoides, majoribus ſerratis foliis, cauliculis rubentibus, ex *Terra Mariana*, *Pluk. Mantiſſ.*

23. Tithymalus Hypericoides *Virginianus*, ſubrotundis foliis glabris, floribus ſummo caule glomeratis *Ejuſd. ibid.*

24. Idem longioribus foliis & caule hirſutie pubeſcentibus *Ejuſd. ibid.* Idem forte cum Nir-Cottam-pala *H. M.* paulò inferiùs deſcripto.

25. Tithymali Myrſinitis facie arbuſcula *Æthiopica*, folio parvo, è lata baſi in acutiſſimum mucronem ſubito deſinente, capitulis Origani *Pluk. Mantiſſ.* p. 183.

26. Tithymali Myrſinitis ſpecie, Arbuſcula *Æthiopica* ſubrotundis foliis, è Stœchadis *Arabicæ* ſquamato capitulo duro lachrymam fundens *Pluk. Mantiſſ.* An fortè Sarcocolla *arbor Orientalis.* Hujus enim lachrymæ fragminibus ſæpenumero admiſta reperiuntur folia ex candido flaveſcentia Tithymali Myrſinitis folia ſicca egregiè referentia, ut ex *Cæſalpino* notavit *J. B. Hiſt. pl. lib.* 9. P. 2. p. 309.

27. Tithymalus Aizoides fruticoſus, *Canarienſis*, aphyllus, quadrangularis & ſangular, ſpinis geminis aduncis atro-nitentibus armatus *Hort. Amſt. rar.* 2.

Ex radicibus multis planta exſurgit tripedalis & altior, in varios divaricatus ramulos, planta integra 4drangularis, & ramulos habet nonnullos ſangulares, quæ etiam in plura nonnunquam ſed rariſſimè dividuntur latera: planta junior viridis eſt; adultior, præſertim ejus truncus, lignoſior evadit, & colorem ex albo fuſcum acquirit; Ejus latera crebris elevantur tuberculis, quæ binis & aduncis armantur ſpinis, per vetuſtatem perituris. *Folia* habet nulla, ſed quacunque parte vulneratur ſuccum fundit lacteum & acerrimum. Capſulam habet ſeminalem tribus loculis diſtinctam, totidem ſemina continentem, ut icon *Plukenetiana* oſtendit, Tab. 320. F. 2.

28. Tithymalus Linariæ folio latiore & obtuſiore, minor *Hort. Cath. Suppl.* 3. Diverſificatur (inquit D. *Cupani*) à Tithymalo longiore Linariæ folio *Moriſ. hiſt.* 3. quia hujus folia ſunt acutiora quàm Linariæ, item anguſtiora, vel ſaltem æque anguſta, ac Linariæ adhæc ramoſior; meus autem non ſic, cum ſint folia illius, & latiora Linariæ, & obtuſa, glandiformia, necnon unicaulis, aut (ut meliùs dicam) non ramoſus, criſpus, è viridi glauceſcens.

29. Tithymalus Amygdaloides repens, lunato flore *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* reptatu quodam importuno ſe propagante, filamentis pluribus tenuibus donata exſurgit. E filamentorum geniculis plurimi oriuntur cauliculi pedales, frequenter incurvati & rarò erecti, quos ambiunt *folia* uncialia & biuncialia, amygdaloide, mollia, copiosè ſe exſerentia. *Flores* in ſummitatibus ex 4 petalis lunulatis, flavis compoſiti naſcuntur, & *ſemina* triquetra, externè ſcabritie verrucoſa prædita ſuccedunt. Sed (prout in aliis reptatricibus fieri amat) ſemina parcè proveniunt. D. *Bobart.*

30. Tithymalus Salicis folio, tenuiſſimè ſerrato & villoſo *Tournef. Inſtitut.*

31. Tithymalus nemoroſus villoſus mollior *Barr. icon. Ejuſd. ibidem.*

32. Tithymalus Linariæ folio, lunato flore *Mor. H. R. Blæſ. Ejuſd. ibid.*

33. Tithymalus *Luſitanicus* latifolius, fructu exquiſitè triangulari *Tournefort. Inſtitut.*

34. Tithymalus *Curaſſavicus* Salicis folio anguſtiſſimo D. *Sherard.* Folia longa ſunt & acuminata, in caule rariùs ſita præter normam Tithymalorum pediculis tenuibus. Flores & fructus in ſummo caule, quales futuri eſſent diſcernere non potui.

35. Tithymalus *Curaſſavicus* Salicis & Atriplicis foliis hirſutis, caulibus ſubrubentibus *P. B. P. Moriſ. hiſt.* 3. 336.

Tithymalus hic altitudinem humanam apud nos cultus attingit (nativo ſolo proculdubio multò ampliorem) caudice pollicari & craſſiore, in ramulos rectos, longos, lentos diffuſus, & interdum *foliis* herbaceis, 3 aut 4 uncias longis, culmum latis, Salicum longiorum folia æmulantibus, inferiùs inordinatim veſtitur. Statim in eodem ramulo *folia* mollia Atriplicis ritu, ad glaucum colorem tendentia, ſinuata in Atriplicis formam, unciam unam, aut alteram lata tranſmutari videntur, tunc quoque alia anguſta & longa inſolita apparent. E tota planta vulnerata manat lac, ut in aliis hujus familiæ. Flores & ſemina nondum obſervavimus. D. *Bobart.*

Variat cortice viridi glabro; item caulibus viridantibus: item foliis longioribus & latioribus.

36. Tithymalus arboreus *Æthiopicus* Mezerei Germanici foliis, flore pallido *Hort. Amſtel. Pluk.* T. 230. F. 1. An Tithymalus *Monomotapenſis*, Myrti foliis anguſtioribus, floribus ſubpurpureis *Hort. Beaum.* fortè Tirucalli *H. M.* p. 2. Hortus Regius *Hamptonienſis* hunc alit.

37. Tithymalus *Zeylanicus* ſpinoſus arboreſcens *P. B. P.* An Elacalli *H. M.* p. 2. In Horto Regio *Hamptonienſi* florens inſigne præbet ornamentum.

P. 864. Ad 7am Tithymali ſpeciem nota,

Schol. Bot. duas Tithymali arborei ſpecies diſtinguit, Alteram *Matthioli* Tithymalus myrtifolius arboreus *C. B.* dictam; alteram *Proſp. Alpini*, quam Tithymalum arboreum ex Codice Cæſareo *Dodonæi* vocat. Vide Deſcriptionem.

38. Tithym. myrſinites 1. *Tab. ico. Schol. Bot.*

P. 866. Ad ſpeciem 17am nota quòd *P. Hermannus* hanc plantam Apocyni ſpeciem facit. Et revera Eſulæ ſpeciem non eſſe patet tum ex icone, tum ex deſcriptione *Antonii Donati.*

Ad finem capitis adde,

39. Tithymalus ſeu Iſchias Ranunculi radice, capſulâ molliter Echinata D. *Fagon. Schol. Bot.*

40. Tithymalus Oleæ folio glauco *Narbonenſis Schol. Bot.* Eadem fortaſſe planta eſt cum noſtra ſpecie 44.

41. Tithymalus vimineo folio ſubhirſutus *Schol. Bot.*

42. Tithymalus perennis, folio breviori & obtuſo *Tournef. Elem. Bot.*

43. Tithymalus *Hiſpanicus* folio longiore cordato *Ejuſdem*

44. Tithymalus *Alepicus* folio ſubrotundo, tomentoſo & incano *Ejuſdem.*

45. Tithymalus *Portoricenſis*, folio craſſo, haſtæ cuſpidi ſimili *P. B. Pr.*

46. Tithymali facie planta *Æthiopica* Ilicis aculeato folio *Pluk. Almag. Bot.*

47. Tithymalus perennis & procerior, folio Lini acuto *Slon. Cat. Jamaic.* An Tithymalus Linariæ folio, lunato flore *Moriſ. Hort. Blæſ. Auct?* &c.
D. *Sloane.*

Non alia in re à Tithymalo annuo Lini folio acuto *Magnol. Bot. Monſp.* differre videbatur, quàm quòd *Caules* elatiores eſſent & lignoſæ

Prope oppidum *Funchall* in Inſula *Madera* collegit D. *Sloane*, & pro Tithymalo dendroide Linariæ foliis ex Inſula *Canarina Pluk. Almageſt. Bot.* habet.

48. Tithymalus dulcis Parietariæ foliis hirſutis, floribus ad caulium nodos conglomeratis *Slon. Cat. Jamaic.* Tithymalus *Indicus* annuus dulcis botryoides geniculatus *P. B. P.* botryoides *Ceylanicus* repens, cauliculis villoſis *Cat. Amſtel. Commelin.*
D. *Sloane.*

Hæc eſt Caacica *Braſilianis*, *Erva de Cobra Luſitanis Marcgrav.* Cajatia, Caacica ſive Herba colubrina *Piſonis.* *Radix* oblonga lenta; *Cauliculi* tenues, teretes, rubri, piloſi, pedales; *Folia* ad genicula Parietariæ, nunc rubra, nunc è viridi albicantia. *Flores* pariter è geniculis exeunt, ima parte caulis pediculis inſidentes, ſuperiore nullis, parvi, plurimi ſimul glomerati, albi aut purpuraſcentes; quibus ſuccedunt *fructus* tricocci, Chamæſyces pares. Deſcriptionem *Marcgrav.* Vide *Hiſt. noſt.* p. 870.

Ubique

Ubique in *Jamaica* & inſulis vicinis provenit.

Vires ejus plurimùm celebrantur in lue Venerea aliiſque morbis; Ex optimis Antidotis eſt adversùs morſus Serpentum tum recens maſticata, tum contuſa & vulneri applicata, &c. vide *Piſonem.*

49. Tithymalus ſeu Chamæſyce altera *Virginiana*, foliis crenatis, & maculâ fuſca elegan-ter notatis *Pluk. Phyt.* T. 65. F. 8. *Commelin. Hort. Amſt.*

Ulteriore deſcriptione non indiget hæc plantula.

50. Tithymalus ſeu Peplis *Marilandica*, foliis oblongis, obtuſis, binis oppoſitis, pediculis donatis, ramulis alternis.

Cauliculi tenues procumbere videntur. Floſculi & ſemina à foliorum ſinubus exeunt.

51. Peplis *Marilandica* minima, ramoſiſſima, anguſtifolia: Chamæſyce *Mariana* romoſiſſ. dichotomos, foliis Polygoni minoribus *Pet. Act. Philoſ.* 11. 246. Sp. 56.

Folia ſemunciam longa ſunt, aut paulò longiora, triplo anguſtiora, brevibus pedicellis nixa, ex adverſo bina. Cauliculi in ramulo quem deſcripſi diviſione ſua dichotomian obſervare videbantur. Summi ſurculi foliolis numeroſis anguſtiſſimis obſidentur, inter quæ floſculi & ſemina proveniunt.

Hanc cum aliis plurimis rarioribus in *Marilandia* inventis in *Angliam* reduces ſecum attulerant D. *Vernon* & D. *Krieg.*

Hæc planta Tithymalus parvus dichotomos, Cochleariæ minimæ foliis *Marilandicus Pluk. Mantiſſ.* eſſe videtur.

52. Tithymalo Cypariſſiæ affinis, lato Leucoii folio, erecta, non ramoſa, multicaulis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 15.

Invenitur prope urbem *Bononiam*, m. p. diſtantia, in marginibus viarum ad montem *Padcrnum* ducentium; pedali altitudine ſupra terram elevatur.

53. Tithymalus arboreus, tuberoſa radice, mollioribus foliis, ſemine verrucoſo aſpero *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 87.

Radix huic plantæ tuberoſa eſt, & pyriformis, ſtuppoſa. *Folia* molliora ſunt & lævi-ora quàm in arboreo Alpini. Duas ulnas altitudine ſuperat; & in ſaxoſis creſcit ſupra Cœ-nobium *P. P. di Santa Maria di Gieſu*, duorum m. p. à *Panormo* diſtantiâ, aliiſque *Siciliæ* in locis.

54. Tithymalus dulcis tuberoſa radice *Italicus Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 44.

Planta iſthæc pedem Geometricum altitudine non ſuperat, ínque collibus circa *Florentiam* invenitur ad montem *Senarium*, itémque in montibus *Bononiæ* & *Paniæ*. Radices aliquoties Dentariæ radices aſſimulant, & *Caulis* aliquantulum rufeſcit.

55. Tithymalus *Curaſſavicus* folio Cotini triphyllos floribus ſerratis, *Maſſinilia* ſylveſtris vulgo *P. B. P.* arboreus *Americanus* Cotini folio *Hort. Med. Amſtel. rar. deſcript. Sirina-menſis* arboreſcens Cotini ſeu Coccygriæ foliis & facie *Breyn. Prod.* 2. *Commelin.*

Radix huic lignea, alba, multifida, ſucco lacteo acri prægnans, quo non ſolùm radix, ve-rùm tota turget planta. *Caudex* geniculatus, coloris fuſci, tripedalis & altior, pollicem craſ-ſus, in loco ſuo natali altior craſſiórque. *Rami* laterales originem ducunt è geniculis cau-dicis ſupremi, *foliis* cinctis bicompoſitis, ex adverſo pediculis longioribus inſidentibus, ſub-rotundis, tenuibus, hilariore viriditate præditis, formâ Cotini *Plinii* ſimilibus, inſigni coſta præditis, è qua plures emergunt minores, arcuatæ, mucronem haud attingentes. *Flores* quos menſe *Julio* profert plures ſimul juncti, pediculo innitebantur communi longiori, propriis pedicellis brevibus fulti, è luteo vireſcentes, exigui è 5 petalis conſtructi, interdum etiam ob luxuriem plantæ 6, ob pauperiem 4, medium obſidentibus *ſtaminibus* tribus bifidis, ut & *ſtylo* prominente. [Stamina nivea, brevia, apiculas flaveſcentes geſtantia, 10 non rarò in unoquoque flore numeravimus. Floſculorum petalis imponuntur alia minora & ſaturatiùs colorata petiola. Qui primus emergit floſculus cæteris circumpoſitis grandior, pediculo longiori quoque innititur. Antequam marceſcunt floſculi *fructus* tricoccos promunt, qui nutantes dependent à pediculis vireſcentibus è medio floſculorum oriundis.]

Ex Inſula *Curacao* inepto nomine *Maſſiniliæ ſylveſtris* tranſmiſſa eſt. *Maſſinilia* enim Tithy-mali ſpecies non eſt, ſed planta arborea pomifera. Quamvis incolæ iſtius Inſulæ omnibus plantis lacteſcentibus ſine ullo diſcrimine tribuant nomen *Maſſinille.*

56. Tithymalus *Curaſſavicus* Myrtifolius, flore papilionaceo coccineo parvo *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 230. F. 2. *Hort. Amſt. rar. Deſcr. Commelin.* T. affinis ſeu ſimilis, aphyllus dictus, major *Indicus* latifolius, flore ſanguineo aviculæ capitalum repræſentante *Breyn. Prod.* 2.

D. *Sloane*

D. *Sloane.*

Radice eſt alba, lignoſa, craſſiuſcula, *caudicem* producente digitum tranſverſum craſſum, teretem, geniculatum, bipedalem & proceriorem [interdum ad tricubitalem altitudinem aſſurgit] cortice obſcuriùs viridi cinctum, parte ſuperiore in ramos pedales & breviores, ad exortum tenuiores, paucíſque foliis amictos, brachiatum. *Folia* incondita mira varietate ludunt, non ſolùm magnitudine ſed etiam formâ, pro ratione ſoli; quæ ſummis inſident ramis Myrtinis haud diſſimilia, ima magna ſunt, ſubrotunda, ad longiuſcula intervalla, poſita, ut & maculis purpuraſcentibus non paucis notata, ab anguſta baſi breviſſimis pedicellis ramis cohærentia, & in latum ſeſe diffundentia, ſúntque vel ipſis Portulacæ noſtratis foliis craſſiora, ſolidiora, rigidiora, & margine ſubinde undulata. *Flores* ſummis ramis inſident ſingulares, ſúntque tetrapetali, difformes, extrinſecè ſaturo colore ſanguineo, intrinſecè verò dilutiore præditi. Petalum ſupremum galeam repræſentat, éſtque nonnihil excavatum, hîc duo emergunt *ſtaminula*, adeò brevia ut nudis oculis vix conſpici poſſint: hiſce inſident *Apices* luteoli, ſphærici, lutei. Galeâ dicta ablatâ in conſpectum prodeunt alia duo ſtaminula ejuſdem generis, apiculata, è parte interiore petalorum lateralium, magnitudine cætera longè ſuperantium & introrſum reflexorum oriunda. Quartum & ultimum petalum ſub galea ſitum extremo bifidum, imo trifidum & quodammodo quadrangulare. Reliquorum ſtaminum, quæ 16 numero ſunt, deſcriptionem hîc vide. *Stylus* ſtaminibus triplo aut quadruplo craſſior, piloſus, ſtaminibus concolor, circa extremum ventricoſior factus, in vaſculum ſeminale triquetrum extumeſcit, proceſſu prominulo, extremo bifido, coloris ſanguinei, è ſui medio emergente. Singula vaſcula tria continent ſemina. Omnes plantæ partes ſucco lacteo acri turgent.

Florum petalis à ſe invicem diductis guttula liquoris limpidi inſtar Sacchari dulcis, occurrit

57. Tithymalus erectus acris, Parietariæ foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis *Sloan. Cat. Jamaic.* An Caacica *Braſilianis*, Peplis major floſculis albis *Marcgrav.* p. 15. Chamæſyce *Americana* major, floribus glomeratis Cynocrambes, folio glabro *Breyn. Prod.* 2. p. 31. An Tithym. annuus *Indicus* dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus *P. B. P. Pluk. Phyt.* Tab. 113. F. 2?

D. *Sloane.*

Fibris multis, rubentibus, tortuoſis in unum coeuntibus *radicatur*. *Caulis* inde exſurgit unicus robuſtus, rubens, in ramos ſe dividens, virides, rotundos, 10 uncias altos. *Folia* ad ramorum articulos exeunt, ſemuncialibus intervallis, bina adverſa, in pediculis perbrevibus, unciam plus minus longa, trientem unciæ lata, ad baſin rotundam ubi latiſſima, unde ſenſim contrahuntur donec in punctum deſinant, circa margines dentata, glabra. Ex alis foliorum plerunque egrediuntur pediculi unciales plurimos *flores* tetrapetalos, albos, purpureóſve minimos, arctè invicem ſtipatos ſeu conglomeratos, ſuſtinentes: quos ſequuntur *Fructus* parvi, tricocci, aliorum hujus generis ſimiles. Tota planta lacteo ſucco turget.

In Inſulis *Caribbeis* & *Jamaica* paſſim provenit, in agris præſertim cultis, obſervante D. *Sloane.*

Folia aliæve partes hujus plantæ comeſtæ porcis exitioſæ ſunt.

58. Tithymalus *Marilandicus* ramoſiſſimus, foliis uncialibus crenatis, fructu parvo in ſummis caulibus & ramulis copioſo

Folia unciam circiter longa ſunt, ad baſin ſemunciam lata, in apicem non admodum acutum contracta; circa margines denticulata, bina in caule oppoſita; verum ramuli non bini unà è foliorum ſinubus, ſed ſinguli alterno ordine exeunt, unde caulis velut dichotomus videtur. Caules autem teretes, læves & in ſicca ſatis rigidi. Duo illa lata & diverſæ à reliquis formæ folia, quæ in pleriſque Tithymalis obſervantur, & pro calice florum inſervire videntur, in hac ſpecie deſiderantur.

59. Tithymalus *Americanus* humi fuſus ſerratus, floribus in capitulum alis adhærens congeſtis *Plum. Inſtitut. Rei herb. Tournef.* à præcedente non multùm abludit.

P. 872. Ad Capitis De Euphorbio ſpeciem primam, ſeu

1. Euphorbium Cerei effigie caulibus craſſioribus ſpinis validioribus armatum *Breyn. Prod.* 2.

Hæc Planta in Horto Medico *Amſtelodamenſi* culta à D. *Joan. Commelino* pleniùs & accuratiùs deſcribitur inter alias rariores Ejuſdem Horti Deſcript. p. 21. cap. 12. E radice in varios ramos ſub terra brachiata, ſuper terram autem globoſa, craſſa, cortice griſeo amicta, *caules* prodeunt numeroſi, in orbem diſpoſiti, ſtipati, multanguli, atro-vireſcentes, ſentibus brevibus, acutis, terram ſpectantibus, ex angulis emergentibus præditi. Horum rami exteriores ad exortum brachium craſſi, ſenſim attenuantur, & ſpithamarum duarum longitudinem adæquantes arcuantur. *Flores* ex angulis quoque emergentes pentapetali, ex luteo vireſcentes, [pediculo calyculato latiuſculo Caryophyllum aromaticum quadantenus mentienti inſident. Stylo adnaſcitur capſula ſeminalis triquetra, Tithymalaceis conformis, pendula, tria continens *ſemina* rotunda, griſea, nucleo albo referta.] Utrùm hæc eadem ſit planta quæ à *Dodonæo* exhibetur, dubitandi anſam mihi dederunt ſpinæ, quæ in Euphorbio *Dod.* longiores, numeroſiores, ſurrectioréſque pinguntur quàm in noſtra planta ſunt.

Hanc plantam ex urbe *Zalée Africæ* advectam pro vero Veterum Euphorbio habet D. *Ruyſch*, & D. *Commelinum* fruſtulis Euphorbii exſiccati è *Barbaria* allatis, & inter gummi inventis deceptum

ceptum Schadida-Calli *H. M.* pro Euphorbio vero propoſuiſſe ait. Plantæ enim ſucculentiores aliam planè induunt formam ſimul ac areſcunt. Reliqua videſis loco initio citato.

2. Anteuphorbium *Dod. C. B. p. Ger. Park.*

3. Planta lactaria *Africana Commel. Hort. Amſt. rar.* Tithymali fortè genus, Planta lactaria *Africana*, Pini fructuum facie *Breyn. Prod.* 2. *D. Breynii* deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1915.

Commelin.

Radicem ejus conſpicimus obliquam, calamum ſcriptorium craſſam, fibris paucis donatam. *Caudicem* erigit ſeſcunciam altum, craſſitie pugnum non rarò ſuperantem, rotundum, ligneum, cortice griſeo veſtitum, tuberculis ſuis Pini fructum imitantem: hujus pars ſuperior ſtolonibus ſtipatur ſpithamæis, dodrantalibus & brevioribus, qui ad caudicem unciam craſſi, tuberculis quadrangularibus, ſuperiore autem parte ſquamis oblongis, amicti, Pini fructûs quoque æmuli. *Foliola* incondita per ſtolonum partem ſuperiorem naſcuntur anguſta, ſemunciam longa. Lac fundit quacunque parte læſa.

Creſcit locis aridis ad *Promont. Bonæ Spei*, ſub climate noſtro nec flores nec ſemen protulit. *Locus.*

An Planta à D. *Plukenet* ſculpta ex codice *Comptoniano Phytogr.* T. 230. F. 5. titulo Tithymali *Africani* arboreſcentis ſquamato caule ſpinoſi huic eadem ſit dubito, cùm in hujus icone ſpinæ nullæ compareant, at neque in deſcriptione ulla earum mentio fiat.

4. Tithymalus aphyllos *J. B.* quem D. *Bobart.* Tithymali Myrtifolii arborei *C. B.* Synonymum facit, arboreus *Africanus Tournef. Inſtitut.* Planta lactaria *H. Lugd.* vide ſupra Tithymalus arboreſcens caule aphyllo *Pluk. Almag. Bot.*

J. B.

Caules recti, nudi, quales Sparti, aut Geniſtæ, aut certè pauciſſimis *foliis* donati circa Veris medium & Autumni cum *floribus* in ſummitate pallidis, qui brevi decidentes cauliculos nudos relinquunt anni reliquo. Intra floſculos autumnales *ſemen* latitat, etſi autem perfectè matura apud nos ſata non creſcit.

Frequens admodum eſt hæc planta in maritimis *Africæ*. Ex ea lac abundanter exſtillat, colore albo, ſapore acutiſſimo, & quaſi cauſtico. *Æthiopes* hac plantâ exſiccatâ & in pulverem redacta utuntur in condimentis ſicut nos Pipere. *Imperat. lib.* 28. *cap.* 3.

Quidam exiſtimant eſſe Xabram & Camarronum *Rhaſis*, quam *Rauwolfius* circa Tripolim ſe obſervaſſe ſcribit. In *Africa* denominatur vocabulo, quod nobis Piper longum denotat. vide ſupra.

5. Tithymalus *Africanus*, herbaceo flore, Geniſtæ folio *Herman.*

Folia in ramulis creberrima erant, ad Geniſtæ tinctoriæ *folia* figurâ ſua accedentia, ſed minora, breviora, anguſtiora, acuta. Summos ramulos *flores* terminant, velut in umbellam digeſti. Umbellæ radiorum exortum ambiunt (ut in aliis Tithymalis) folia diverſæ à reliquis figuræ, nimirum breviora, latiora & ſubrotunda, in circulum diſpoſita, in ſummis umbellæ radiis ſeu pediculis *flores* conſiſtunt inter duo folia lata, prædictis ſimilia, quæ calicis vicem ſupplere videntur.

6. Tithymalus humilis *Africanus*, foliis latioribus oblongis, tuberoſa radice D. *Herman.*

Folia è radice tuberoſa exeunt, in pediculis duas tréſve uncias longis, ſeſquiunciam propemodum longa, ſemunciâ latiora, & per totam ferè longitudinem latitudine æqualia, extremo obtuſa, & interdum crenata ſeu bifida. *Caules* è radice egrediuntur vix ſemipalmares foliis nudi ad ſummum uſque, ubi in duos divaricantur pediculos, *flores* totidem herbaceos ſuſtinentes, quibus ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* triquetra, majuſcula & (ut in ſicca videbatur) hirſuta. Ad caulis divaricationem duo apponuntur foliola.

7. Tithymalus Cypariſſias *Africanus* fruticoſus D. *Sherard.* Ulteriori deſcriptione non indiget. Folia anguſta ſunt, acuta, vix digitum longo, in caulibus & ramulis crebra.

8. Eſula *Marilandica*, Chamænerii anguſtifolii foliis floribus albis D. *Sherard.* Planta eſt erecta, pedalis, ſumma parte in ramulos diviſa.

9. Nir-Cottam-Pala *H. M.* P. 10. T. 51. Tithymalus *Malabaricus* Androſæmi folio, flore rubro *Commelin.* notis.

H. M.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* albicans fibroſa. *Caules* lignoſi, lacteſcentes, geniculati, rotundi, virides & rubeſcentes, qui è geniculis ſemper novos emittunt ſurculos. *Folia* in geniculis geminata videntur, oblongo-rotunda, tenuia, lenia, ſupernè aliquantulum glabra, viroris ſaturi, ſubtus dilutioris, ac ibi pilis ſubtiliſſimis obſita, lactiflua *Flores* umbellati ſunt, parvi, tetrapetali, in interiori orificio rubro-ſaturi, in ſuperiori parte albicantes. *Stylus* oblongus, theciformis, tenuis, filamentum tranſmittens tenue, albicans, gemmulâ nodulatum. *Capſula ſeminalis* è flore emicat, trilateris, *ſtaminibus* brevibus rubris in vertice dotata, in medio laterum venulâ viridi fuſciore ſtriata, in ſingulis lateribus unicum continens *ſemen*.

10. Tithy-

10. Tithymalus, seu Esula exigua *Chalepensis* ramosior, foliis latioribus, lintriformibus *Moris. hist.* P. 3. 339. Planta est humilis, robustior tamen & in plures ramusculos divaricata quàm præcedentes [Tithymalus sive Esula exigua, & congeneres] in quibus (ut in aliis) ut plurimum divisio observatur dichotoma. *Folia* parva, quadrantem & vix semunciam longa, in caule ascendenti sita, inordinatim nascuntur, sed sub angulis binatim, forma peculiari adhærent: latus enim cujusque superius lineâ rectâ, aut ad curvitatem inclinante diducitur, cùm tamen adversum gibbum & convexum sit, ut lintriculi, scaphulæ, & pene semicircularem figuram unumquodque repræsentet. Flores & semina eodem quo & reliqui exigui modo profert. D. *Bobart.*

P. 874. Ad Cap. De Ruta.

1. Ruta *Chalepensis* latifolia, florum petalis villosis *Moris. hist.* P. 2. 508.

2. Ruta minima *Lusitanica Muntingii Herbar. Belgic.* Arrundao *Grisleii Virid. Lusit.*

3. Ruta montana spinosa, Coriandri folio, flore albo *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 70. T. 59.

Producit hæc planta spinas copiosas, duras & acutas ad instar Thlaspi spinosi fruticosi *Lob.* & à me observata fuit in *Corsica* in ascensu montis *Coscione* & montis *Rotundi* supra vicum *di Corte*, prope aquam salientem. *Flos* albus est, & foliorum odor, acutiei sylvestris nostræ Rutæ respondet. Planta est perennis, colore viridi pallido, ulnæ altitudine. *Folia* rotundiuscula sunt velut *Coriandri.*

4. Ruta sylvestris, linifolia *Hispanica Bocc. Mus. pl. rar.* T. 73.

Foliorum odor, Floríque & Seminum similitudo hanc plantam inter species Rutæ constituunt. In *Hispania* locis sterilibus oritur, & ultra spithamiæam altitudinem supra terram ascendit, D. *Barelier* teste.

P. 878. Ad Cap. de Plantagine, post speciem 9am.

1. Plantago Coronopoides *Lusitanica Munting. Herbar. Belgic. Grisl. Virid. Lusit.*

P. 880. Post speciem Coronopi 3tiam.

2. Coronopus Massilienſis hirsutior latifolius *Schol. Bot.*

3. Coronopus sylvestris hirsutus laciniatior *Hort. Cath.* Hujus folia valdè laciniata sunt, laciniis primariis in secundarias multipliciter divisis; laciniæ angustæ & acutæ sunt. Caules nudi ut in congeneribus, & prælongi sunt, dodrantales aut altiores; spicæ etiam oblongæ & angustæ.

P. 881. Post speciem 13am.

4. Holosteum Alpinum, latiore folio glabro non crenatum *Schol. Bot.*

5. Holosteum Alpinum angustiore folio glabro dentato *Ejusdem.*

P. 882. Ad species Psyllii adde

6. Psyllium minus, quod *Gotne* rubri & *Botrio* rubri nomine accepit *Casp. Bauhinus.*

7. Plantago palustris gramineo folio monanthes *Parisiensibus Tournef. Elem. Bot.* Holosteum aquaticum Alsinanthemon *H. R. P.* app.

8. Plantago Alpina, folio angusto longo & nigricante *Boccon. Mus. pl. rar.* p. 22. T. 5.

Folia protrudit triplo longiora Plantaginis trinerviæ *Col.* foliis, pilosa, mollia. *Capitulum* breve est, nigricans, uti sunt & folia, tribus nervis apparentibus donata. In montis *Cenisii* sylvis seu dumetis mediis oritur.

9. Plantago Lagopoides quinquenervia caulescens *Pluk. Mantiss.* In Horto *Chelseiano* ex seminibus *Parisiis* missis enatam vidit laudatus Auctor.

10. Plantago myosotis *Marilandica*, spicâ rarâ D. *Krieg. Ejusd. ibid.*

11. Plantago omnium minima, hirsutis foliis *Marilandica*, spicâ compactâ *Ejusd. ibid.*

12. Plantaginellæ aureæ Alopecuroidi *Brasilianæ* similis *Zeylanica Breyn. Prod.* 2.

13. Plan-

13. Plantago argentea anguſtifolia è rupe Victoriæ *Schol. Bot.* E *radicula* dura oblonga *folia* anguſtiſſima, palmum longa, & vix culmum lata, proveniunt, utrinque argenteo tomento obducta: Inter hæc autem *caules* erecti, graciles, dodrantales oriuntur: quibus ſed aliis rariùs diſpoſiti ſunt *floſculi* in ſpica biunciali & triunciali, Plantaginum cæterarum in modum naſcentes. D. *Bobart.*

14. Plantago anguſtifolia ſerrata *Hiſpalenſis* C. B. anguſtifolia altera *Cluſ. cur. poſt.* p. 34. Circa *Hiſpalin* oritur, cui è radice exeunt *folia* valde ſerrata & quodammodo aculeata, inter quæ dodrantales emergunt pediculi, ſuſtinentes oblongam florum ſpicam inſtar Holoſtei feré.

15. Plantago marina quinquenervia incana *Moriſ. hort. Blæſ. auct.* Hujus folia ad Plantaginis quinquenerviæ in omnibus accedunt, niſi quòd ſint minora & villis adeò obducta, ut incana aut quaſi cinere conſperſa videantur.

16. Plantago anguſtifolia, caulibus ſeu ſpicarum pediculis lanugine molli longa pubeſcentibus. *Folia* palmum longa ſunt, culmum lata, acuminata, piloſa pilis brevioribus & vix conſpicuis. Cauliculi foliis elatiores ſunt: Florum ſpicæ anguſtiores, uncia am aut ſeſcunciam longæ, piloſæ. Flores & fructus è ſinubus foliolorum oblongorum anguſtiſſimorum, acutorum, piloſorum exeunt. D. *Sherard* pulchre exſiccatam & aſſervatam communicavit.

17. Parua-Kelanga *H. M.* P. II. T. 15. Plantagini affinis *Indica*, floribus ſubpurpureis, radice glanduloſa *Commelin.* notis.
H. M.

Plantula eſt duarum ſpithamarum, naſcens in aquis minùs profundis. *Radix* glanduloſa eſt, intus albicans & aquea, plurimas radiculas fibroſas, quæ priùs albicant, dein flaveſcunt, ejiciens ſaporis expertes. *Caules* tenues, ſimplices, fiſtuloſi, alii triangulati, alii rotundi, virides, inferiùs albicantes. *Folia* ex ſummitate cauliculorum triangulatorum rectà prodeunt, ex ſingulis unum, ligonem referentia, oblongo-anguſta, inferiùs latiora, circa petiolum rotundis oris, anteriùs in cuſpidem contracta, ſuperficie plana, texturâ lenia, mollia, mediocris craſſitiei. Coſta in averſa parte eminet, & venulæ tenues, utrinque duæ. *Flores* convelut ac gregatim, ſpicatim, in ſummitate propiorum, rotundorum, viridium, cauliculorum videntur, albicantes, ſubpurpurei, conflati ex *ſtaminibus*, aliis craſſioribus, aliis tenuioribus, quæ *apicibus* purpureo-rubris donantur. Petala florum rotundiola, parva, primùm ſcutellatim poſita, dein ſtamina obtegentia, ſed cauliculi quem cingunt ſummitate excreſcente à ſe mutuo remota: temporis progreſſu tam petala, quàm ſtaminula virideſcunt, quæ poſteriora in gemmas mutantur rotundas virides, ſpiculo munitas, in quibus ſemina parva, oblongo-rotunda, nigricantia.

Addendum inſuper, quòd plantula hæc è radice ſua glanduloſa à latere ſimilem radicem producat quâ propagatur.

D. *Commelinus* ad Plantaginem hanc refert, & *Plantagini affinem* Indicam, *floribus ſub-purpureis, radice glanduloſa* vocat.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

Herbæ Papilionaceæ, ſeu Leguminoſæ.

Papilionaceæ dicuntur, quia earum Flores Papilionem alis expanſis quadantenus referunt. Sunt autem hoc genus Flores plerique revera tetrapetali, non, ut in *Hiſtoria*, ſcripſi, monopetali, Trifoliis ſcilicet ſpicatis deceptus ; quorum flores cùm tetrapetaloides eſſe obſervarem, petalis ad ungues junctis, nimis temere & ſecurè, quod ſolis proprium erat, omnibus in genere Papilionaceis floribus commune eſſe credidi, quamvis in reliquarum etiam hujus generis plantarum floribus petalæ adeò implicita ſunt, ut minùs cautum Flores pro monopetalis fallant.

Cæterùm cùm Petalorum numerus in omnibus Leguminoſarum ſpeciebus conſtans & perpetuus non ſit, nota Generis Characteriſtica à Floris potiùs formâ, omnibus communi ſumenda eſt.

Herbæ flore Papilionaceo ſeu Leguminoſæ.

Tribus hæc in *Indiâ* tum *Orientalibus* tum *Occidentalibus* numeroſiſſima eſt, & magni Indigenis usûs, qui Phaſeolis plurimùm victitant.

Phaſeoli autem in duo Genera dividi poſſunt ; nimirum in 1. *Perennes*, qui plures annos durant, 2. *Annuos*, qui ſingulis annis ſeruntur, & interdum bis tèrve eodem anno poſt tempeſtates pluvioſas. Brevi paucorum menſium, imò hebdomadum ſpatio, debitam maturitatem conſequuntur, & paulò poſt exareſcunt. Horum *Semina* præcipuè ſunt, quibus ſervi & mancipia veſcuntur.

E Phaſeolis nonnulli recti ſunt, aliqui grandes, ſpecioſi, lacteſcentes, & ab iis qui *Europæ* familiares ſunt longè diverſi.

Caulium & foliorum uſus eſt ad jumentorum pabulum. D. *Sloane*.

P. 890. Ad Cap. de Phaſeolo adde ſpecies ſequentes.

1. Phaſeolus minor *Americanus*, lobis & fructu exalbidis, purpuraſcentibus lituris inſignitis *Pluk. Almag. Bot.*

2. Phaſeolus minor ex *Guinea*, ſemine ſpadiceo, ſanguineis guttis maculato *Ejuſd. ibid.*

3. Phaſeolus hirſutus flexicaulis, *Mungo* affinis, è *Maderaſpatan*, caule tereti *Ejuſd. ibid.* Sub nomine *Colüe* recepit Editor.

4. Phaſeolus *Americanus*, *Mungo* affinis, flexicaulis, flore obſoletè purpureo, ſiliquis copulatis, in ſummitate aduncis *Ejuſd. ibid.* Fortè *Guandu* Braſilienſium *Piſonis*.

5. Phaſeolus *Africanus* perennis Aſphaltites, ſiliquis inflatis, flore amplo flaveſcente *Ejuſd. ibid. Africanus* hirſutus bituminoſus, ſiliquis bullatis, flo. flavo *Hort. Leyd. Herman.* Ononis Natrix dicta ſcandens, ſeu Phaſeoloides bituminoſa, flo. luteo *Porm. B. Sp. Breyn. Prod.* 2. 68. Singulare eſt in hoc genere, quòd folia inferiora in pediculo à latere exteriore unicum habeant dentem, infra quem folium ex ea parte in latitudinem excurrit.

6. Phaſeolus minor *Biſnagaricus*, foliis argenteo villoſis, ſiliquis toroſis brevibus, ſpadicea hirſutie pubeſcentibus, fructu parvo Scaraboide nigro *Pluk. Phyt.* T. 52. F. 3. Phaſeolus *Zeylanicus*, Salviæ foliis ſubrotundis, mollibus & hirſutis *P. B. P.* An Nirpurali *H. M.* P. 9. T. 36?

7. Phaſeolus

7. Phaſeolus *Maderaſpatenſis*, ſemine majore nigro obſcuro, hilo ampliore albido, *Guarumbee* fortè Braſilienſium *Piſonis Pluk. Almag. Bot.*

8. Phaſeolus tenerifolius, fructu coccineo *Ejuſd. ibid.* A D. *Uvedale* habuit.

9. Phaſeolus *Barbadenſis* fruticoſus, Septennii duratione. **The Seven Years Peaſe** & **The Shrub-Peaſe** noſtratibus colonis. *Pluk. Almag. Bot.* At verò D. *Sloane* Piſi ſeptennalis **The ſeven Years Peaſe** *Hugheſii* & *Rochefortii* ſynonyma facit, *Phaſeolum peregrinum primum, & primi genus alterum* quoad iconem *Cluſ.* peregrinum, hortenſi affinem, ſemine lato albo, multis nigris venis ſtriato C. B. 340. lato ſtriato ſive radiato ſemine J. R. T. 2. l. 17. p. 267. Ipſe autem Titulum ei imponit, *Phaſeolus maximus perennis, ſemine compreſſo lato, nigris maculis notato*, cujus deſcriptionem inferiùs dabimus.

10. Phaſeolus *Maderaſpatanus*, cauliculis piloſis, ſcandens, Paſſifloræ modo trilobatus. Sub Trifolii talis titulo in *Phytographia* exhibetur, T. 120. F. 7. *Pluk.*

11. Phaſeolus erectus *Barbadenſis*, fructu ſpadiceo-ruffo, glabro, ſiliquis magnis gladiatis. **The Tree-Bean** noſtratibus dictus *Pluk. Almag. Bot.*

12. Phaſeolus *Indicus*, ſiliquâ magnâ falcatâ, quaternis in dorſo nervis, cum eminentiis plurimis verrucoſis ſecundùm longitudinem inſignita, fructu amplo niveo, hilo croceo, fortè *Baramareca H. M.* P. 8. T. 44.

13. Phaſeolus *Indicus*, ſiliquâ cartilagineâ, rugoſâ, fuſcâ, duplici criſta ſinuoſâ donatus *Hort. Amſtelod.* Lobus cartilagineus ex Inſula Mauritii *Cluſ. exot.* l. 3. c. 10. *Hiſt. noſt.* p. 1774.

14. Phaſeolis accedens *Coral* arbor; polyphyllos, foliis durioribus glabris, non ſpinoſa *Pluk. Phytogr.* T. 214. F. 4. vide *Coral* arborem inter ſiliquoſas.

15. Phaſeolis accedens arbor *Indica*, *Coral* dicta, polyphyllos, non ſpinoſa, foliis mollibus ſubhirſutis *Pluk. Phytogr.* T. 104. F. 3. vide Coral arbor.

16. Phaſeolis accedens *Malabarica*, alatis foliis glabris, monoſpermos, ſiliqua latiore brevi, *Pluk. Almag. Bot.* T. 310. F. 3. *Cungam* fortè ſeu *Minari H. M.* P. 6. T. 3.

17. Phaſeolus alatus *Americanus*, Tiliæ foliis, Orobi ſiliquis, diſpermos, ſeminibus parvis nigris, hilo coccineo diſtinctis; *Barbadenſibus* colonis **Bread and Cheeſe** nominatur. *Pluk. Almag. Bot.*

18. Phaſeolus *Indicus* ſiliquâ Fœnugræci, *Turkeyau verrekaichedee Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

19. Phaſeolus *Indicus* hirſutus, flore luteo, ſiliquâ anguſtâ parvâ *Breyn. Prod.* 1. 82.

20. Phaſeolus *Indianus* minor, Lathyri ſiliquis pubeſcentibus, fructu parvo ſubfuſco *Pluk. Mantiſſ.*

21. Phaſeolus parvus ſpicatus, divaricato caule, folio ſubrotundo glabro, ex *Terra Mariana. Ejuſd. ibid.*

22. Phaſeolodes *Mariana* procumbens, anguſtiori folio, triphyllos, flore gemello *Ejuſd. ibid.*

23. Phaſeolus *Americanus* incanis foliis, caule Geniſtæ anguloſo, ſiliquis lentiformibus diſpermis ex *Terrâ Mariana Ejuſd. ibid.*

24. Phaſeolus humilis, ſiliquis teretibus erectis, ſemine albo. *Cauliculum* emittit pedem altum, ramoſum, cui *folia* hærent terna, ſupernè viridia, infernè prorſus argentea. Ex alis prodeunt pediculi digitum longi, *floribus* papilionaceis obſcurè ſpadicei coloris coronati; quos excipiunt *ſiliquæ* teretes, anguſtæ, erectæ, duos digitos longæ, in quibus *ſemina* reniformia, oblonga, alba, in medio ubi ſiliquæ hærent circulo tenui nigro ornata. Folia craſſiuſcula ſunt, ac cæterorum Phaſeolorum more, eorum pediculi parte ſuperna carinati. D. *Sherard.*

25. Phaſeolus *Indicus* parvus, An *Palukene?*

Sarmenta mittit breviora reliquis Phaſeolis. *Folia* terna minora & rigidiora. *Flores* in longis pediculis binos ut plurimum junctos in pediculi ſummitate, quorum vexillum interna facie cœruleo-purpureo colore nitet, exterior pars ex flavo pallet; labialia petala quoque purpuro-cœrulei ſunt coloris: inferius petalum carinæ-forme album eſt, cuſpide vel apice in pallido flaveſcente. Flos Phaſeolo vulgari magnitudine non cedit, éſtque rigidiuſculus ac ſpecioſus

cioſus. *Siliquæ* eriguntur ſeu rectà aſſurgunt, teretes, digitum longæ, in quibus *ſemina* teretia fuſca. D. *Sherard.*

26. Phaſeolus *Indicus* hederæ folio anguloſo, ſemine oblongo, lanuginoſo ex Horto *Patavino* D. *Sherard.*

27. Phaſeolus *Japonicus* niger, Butyri vices ſupplens *Deyſu-Miſi-boondi* D. *Sherard.*

28. Phaſeolus *Japonicus* fructu albo, ex quo *Soia* conficiunt *Japonenſes* D. *Sherard.*

29. Phaſeolis accedens arbor *Indica P. B. P.* Folia fert pinnata, duobus paribus tantùm compoſita. Nervus foliorum non per medium directè ſed paulò remotiùs à medio tranſcurrit. D. *Sherard.*

30. Phaſeolus *Americanus* perennis, foliis hederaceis, floſculis exiguis luteis ſpicatis, ſiliquis ſubhirſutis recurvis D. *Sherard* in notis.

Folia parva & lata ſunt, in apicem tamen acutum deſinunt, quodammodo quadrata, latitudine longitudini ferè æquali, unciali circiter. Floſculi in ſpicis laxis è foliorum alis egrediuntur.

31. Phaſeolus minimus, foliolis quodammodo quadratis, floſculis in ſpicis oblongis, laxis, è foliorum alis exeuntibus.

A præcedente vix alia in re quàm partium omnium parvitate differre videtur.

32. Phaſeolus arboreſcens *Zeylanicus* monocarpos *Herman. Radeliſawæl Zeylanenſibus.*

Planta eſt erecta, lignoſa, trifolia, *flores* in ſummis ramulis geſtans in virgis erectis, ramoſis, numeroſiſſimos, qui quales fuerint in ſicca à D. *Sherard* communicata diſcernere non potui; ad Phaſeolum tamen, (me judice) minùs aptè refertur.

33. Phaſeolus *Africanus* luteus perennis minor, D. *Herman.*

Folia in hac planta anguſta ſunt & acuta. *Flores* ex alis foliorum ſingulis ſinguli exeunt in pediculis tenuibus longis.

34. Phaſeolus *Africanus* flore luteo, ſiliquis brevibus depreſſis D. *Herman.*

Folia longa ſunt, anguſta, acuta. *Flores* in ſummitate pediculi communis è folii cujuſvis ala exeuntis plures ſimul ad 5 vel 6. *Siliquæ* breves, latiuſculæ compreſſæ, Lentis ſimiles. Hunc & præcedentem à D. *Sherard* habuimus.

35. Phaſeolus *Zeylanicus* ſylveſtris minor, lobis hirſutis toroſis D. *Herman.*

Folia huic ſatis lata ſunt, apicibus ſubrotundis. *Flores* è foliorum alis exeunt plures ſimul in pediculis communibus, brevibus, minimis foliolis ſuppoſitis.

36. Phaſeolus Orientalis, Anagyridis folio, ſiliquâ falcatâ glabrâ *Pluk. Phytogr.* Tab. 51. Fig. 3.

37. Phaſeolus minimus *Maderaſpatenſis*, floribus miniatis, Meliloti ad inſtar ſpicatis *Ejuſd. ibid.* F. 4.

38. Phaſeolus parvus ſpicatus *Maderaſpatenſis*, cordatis & incanis foliis, ſiliquâ utriculatâ nigrâ *Ejuſd.* T. 52. F. 2.

39. Phaſeolus *Neviſenſis*, foliis multangulis, radice tuberoſa eſculenta *Ejuſd. ibid.* F. 4. Phaſeolus perennis *Martinianus*, radice tuberoſa eſculenta, anguloſo crenato folio *P. B. P.* Noſtratibus **The Turnep-Tree.**

40. Phaſeolus tuberoſus *C. Bæ. Spei Pluk. Phytogr.* T. 102. F. 6. Sub *Battatas Capenſis trifoliatæ* titulo accepit D. *Plukenet.*

41. Phaſeolus unifolius *Occidentalis*, Aſari venoſo folio, diſpermos *Ejuſd.* T. 105. F. 1. Orobus *Americanus*, Aſari folio ſingulari *P. B. P.*

42. Phaſeolus arboreſcens, incanus, monoſpermos, ſiliquis lentiformibus, *Maderaſpatanus. Pluk. Phyt.* T. 119. F. 6.

43. Phaſeolus arboreus tetraphyllos *Zeylanicus Hort. Reg. Hampt. Plukenet. Phytogr.* T. 211. F. 5.

44. Phaſe-

44. Phaſeolo D. *Thomæ* quodammodo accedens frutex ſpinoſus *Hort. Reg. Hampt. Ejuſd. ibid.* F. 7. An Cytiſo quodammodo affinis, arbor quadrifolia ſpinoſa *Americana*, flore luteo odorato, ſiliquâ planâ membranaceâ, per medium planitierum ſecundùm longitudinem ſe aperiente, *Serræ leguminoſæ* in modum. *Breyn. Prod.* 2?

45. Phaſeolus *Maderaſpatanus* Leblab effigie, flo. parvo ochroleuco, ſiliquis falcatis, gemellis *Ejuſdem ibid.* F. 4.

46. Phaſeolus arboreus è *Maderaſpatan*, folio parvo molli & incano, flore unico coccineo *Ejuſdem ibid.* F. 5.

47. Phaſeolus arboreus è *Maderaſpatan*, folio parvo glabro, floribus binis anguſtis rubellis *Ejuſdem ibid.* F. 6.

48. Phaſeolus *Americanus*, foliis molli lanugine obſitis, ſiliquis plurimis hirſutie pungentibus, ſem. fuſco punctato *Ejuſdem.* Tab. 214. F. 1. Planè diverſum eſt (inquit) hoc Phaſeoli genus à *Zurattenſi Indiæ* Orient. ſeu Nai-corana *H. M.* cujus ſemina perpetuò ſunt atro-nitentia *Couhage* vulgo. D. *Sloane* hos duos Phaſeolos non ſpecie differre, ſed accidentibus duntaxat quibuſdam variare ſuſpicatur.

49. Phaſeolus ſubhirſutus *Americanus*, exitioſus, ſiliquis longis cauliculis inſidentibus, fortè Guaiana-Timbo *Braſilienſibus Piſon. Ejuſdem ibid.* F. 2. *Barbadenſibus* **Hill-Wench**, & quibuſdam **Fuddle-Fiſh** nominatur. Inferiùs deſcribitur ſub Titulo Phaſeoli amplo flore peltato, ſiliquis nigris & anguloſis *Plumier.*

50. Ph. *Maderaſpatanus*, foliis glabris trilobatis, floribus exiguis, longis petiolis ex eodem puncto gemellis *Ejuſd.* ib. F. 3. Siliquæ tumidiuſculæ, duas tréſve uncias longæ, in longum & acutum mucronem ſurſum reflexum productæ, Viciæ vulgaris ſiliquis non multum diſſimiles, ſed breviores & minores plerunque, per maturitatem nigricantes. Specimen ſiccum communicavit D. *Sherard.*

51. Ph. alatus minor *Americanus*, Glycyrrhizæ ſapore, ſiliquis Orobi, ſeminibus nigris, hilo coccineo notatis: **Liquorice-tree** i. e. Glycyrrhiza arbor *Jamaicenſibus*; ejus autem ſemina **Monkey-Berries** *Barbadenſibus* nuncupantur. *Hujus ſemina aliquoties vidimus.* D. *Pluk. Phytogr.* T. 214. F. 6.

52. Ph. *Zeylanicus*, Salviæ foliis ſubrotundis, mollibus & hirſutis *P. B. P.* Orobus Phaſeolodes *Zeylanicus*, fol. Salviæ rotundis, incanis, ſubhirſutis *Pluk.*

53. Phaſeolis accedens frutex *Jaſnapatenſis* ſpinoſus, fructu ovali, nigris & cinereis punctis eleganter variegato *P. B. P.*

54. Phaſeolus maximus perennis, ſemine compreſſo lata, nigris maculis notato *Slon. Cat. Jamaic.* i. e. Phaſ. peregrinus Purkircherians 1. *Cluſ.* 11. *Hiſt. not.* D. *Sloane.*

Caulis hujus ad exortum è terra digitum minimum craſſitudine æquat, éſtque anguloſus, cortice cinereo tectus, perticis depactis, aut plantis vicinis ſe circumvolvendo ad 7, 8ve pedum altitudinem aſcendens, deinde ramulis ſibi invicem implexis dependens; ad 2 circiter unciarum intervalla *folia* emittens in eodem communi pediculo unciam longo terna, propemodum rotunda, unciali ferè diametro, privatis pediculis perbrevibus inſidentia, medio ſemuncia quàm lateralia longiore. *Flores* plures ſimul pediculo ⅓ unciæ longo inhærent, parvi, papilionacei, ſtylo contorto, petalis nonnullis albis & purpuraſcentibus, aliis viridibus. Flores ſequuntur *ſiliquæ*, coloris externè lutei aut cinerei, intus albi, incurvæ duas plus uncias longæ, unam latæ, media ſcil. latiſſima parte, unum aut plura *ſemina* lata, plana ſeu compreſſa continentes, primò purpurea, nigris maculis picta, poſtea reniformia, circumferentiâ nigra, circa centrum ubi ſiliquæ adhæreſcunt alba, unciam longa, media anguſtiſſima parte ¾ unciæ lata.

In hortis & agris ſeruntur, & multos annos durant.

Virides comeduntur, & Decembri menſis inferuntur, intérque legumina principem locum obtinent, præſertim ſi decorticentur.

Africanæ originis eſſe dicitur hæc planta, & illinc huc [in *Jamaicam*] tranſlata. Perticas ſcandit, quibus ut ſuſtineatur opus habet, aliàs enim humi provolvitur, nec fructum fert.

55. Phaſeolus *Canadenſis* purpureus minor, radice vivaci *Schol. Bot.*

56. Phaſ. *Canadenſis* minimus, ſiliquam terrâ condens *H. R. P. Schol. Bot.*

57. Phaſeolus minimus, fructu viridi ovato *Ejuſdem.*

58. Pha-

58. Phaſeolus *Jamaicenſis* & *Barbadenſis*, *Leblab Ægyptiaco* ſimilis, ſemine ex toto eburnei nitoris, *Bonaviſtis* noſtratibus vulgò *Pluk. Almag. Bot.* maximus perennis, floribus albis ſpicatis, ſiliquis brevibus latis, ſemen album hilo nigro ferè circundante *Slon. Cat. Jamic.* **White Bonaviſts.**

D. *Sloane.*

Caulis huic ad imum ubi è radice exit robuſtus, teres, ramos emittens plurimos, rotundos, virides, ſtriatos, ſcandentes, arboréſque & ſepes vicinas, aut etiam domos humiliores operientes, hîc illîc folia & flores emittentes, quorum pediculi ad exortum ſuum è caule in nodulum intumeſcunt. *Folia* in eodem pediculo prælongo terna, ampla, lanuginoſa, reliquíſque hujus Generis per omnia ſimilia. *Flores* è ſpica ſeu ſurculo pedem longo utrinque exeunt, albi, papilionacei, cùm aperiuntur ſupra ſepes domóſve, pulchram ſpeciem exhibentes, unde nomen *Bonaviſts*. Horum ſinguli fatiſcentes poſt ſe relinquunt *ſiliquam*, duas uncias longam, ſemunciam latam, parùm incurvam, membranaceam, colore luteo 4 aut 5 albas, rotundas, compreſſas fabas hilo albido ferè circundatas, continentes.

Tam uſûs ſeu commodi, quàm ornamenti causâ ſeruntur hoc genus Fabæ. In flore & fructu diu durant, unáque planta plurima fercula Phaſeolorum ſuppeditat; qui ſi virides comedantur non injucundi ſunt ſaporis. Toſti exſiccati, & in pulverem redacti, *Caovæque* in modum cum potionibus **Rum, Punch**, &c. mixti, potatores aliquandiu inſaniâ efficiunt.

59. Phaſeolus maximus perennis, floribus ſpicatis albis ſpecioſis, ſiliquis brevibus latis, ſemen ruffum hilo nigro ferè circundante *Slon. Sat. Jamaic.* Lablab ſemine ſubrubro *Alpin.* **Red-Bonaviſts.**

A præcedente differt, quòd omnibus partibus minor ſit, quòdque fructus, ſeu Fabas, ſeu Piſa mavis dicere, non albi ſint, ſed rubri. V. *Hiſt. noſt.* p. 887.

60. Romæ in Horto D. *Triumfetti* Leblab ſpeciem vidi, ſemine minore variegato, flore etiam minore odorato D. *Sherard.*

61. Phaſeolus unifolius *Orientalis*, ſummo folio ſinuato, monoſpermos *Pluk. Phyt.* T. 105. F. 1. An Phaſ. minimus perennis *Americanus* flo. luteo Meliloti, fol. Aſari lanuginoſis, ſolitariis *Br. Prod.* 2.

Hæc planta à D. *Commelino* Hort. Amſtel. rar. deſcribitur his verbis.

Ex *radice* alba, craſſa, multíſque fibris donatâ *ſarmenta* numeroſa tenuia exeunt, humi niſi ſuſtineantur provoluta, virgulta plantáſque proximas conſcendentia, quibus denegatis, aliquando ſibi invicem ità intricantur, ut vix ac nè vix quidem illæſa extricari poſſint. *Folia* alternatim poſita, pediculis oblongis inſident, atro virore perfuſa, rotunda, Aſarinæ foliorum æmula, villoſa, & quaſi tomento obſeſſa, quod illis cum integra planta commune. E foliorum alis *floſculi* exeunt puſilli, lutei, papilionacei, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* bivalves *ſemen* exiguum ſolitarium, pullum, ſubrotundum continentes. Perpetuò viret hæc planta in ſolo feraci, frigoris autem impatiens eſt.

62. Phaſeolus amplo flore peltato, ſiliquis nigris & anguloſis *Plumier.* ſylvaticus, flore patulo dilutè purpureo, ſiliqua tenui nigra, ſemine minore maculato *Slon. Cat. Jamaic.*

Plumier.

Folia huic in ſingulis pediculis terna, ut in reliquis Phaſeolis, valde tenera, medio majore & paulò rotundiora quàm lateralia, quæ quaſi ovatæ figuræ ſunt; utraque tamen nonnihil acuminata: medium 4 circiter pollices longitudinis obtinet, latitudinis tres. Pediculus communis omnium prælongus eſt, utraque extremitate protuberans & velut inflatus. Eodem in loco unde pediculus exit ſurculus etiam valde brevis exoritur, in faſtigio aliquot *flores* geſtans, quorum folium principale rotundum eſt, clypei parvi figurâ, ſumma parte paulùm crenatum, 2½ circiter pollicum diametro, candidum, verùm parvo quodam ſcuto cœruleo inſcriptum, cum lineis nonnullis quæ à medio diſcedentes versùs oras obliquè pergunt. Reliqua duo folia, quæ in hujus ſinu collocantur ſpeciem quandam burſæ aut ventriculi componunt, principio rubentem, circa mediam partem albam, extremo cœruleam, & lineis quibuſdam per longum radiatam.

Siliquæ rectæ ſunt, pedem dimidium longæ, 5 lineas latæ, & tres paulò plus craſſæ, in apicem longiuſculum & valdè acutum deſinentes. Quatuor habent coſtas ſecundùm longitudinem extenſas, paulùm elatas & undatas, duas prorſus planas, reliquas duas dorſo rotundo elatas. Cellulæ omnes membranâ intus candidâ ſeparantur, continéntque ſingulæ ſingula *ſemina*, Piſo paulò craſſiora, figuræ propemodum cylindriacæ, media parte tumidiora, anteriore complanata, poſteriore rotundata, [D. *Sloane* nigris maculis varia] coloris *tanè* obſcuri: *Siliquæ* autem per ſiccitatem prope nigræ evadunt.

Locus. In inſula *Dominici* prope tranſitum trium fluviorum ad portum *Pacis* dictum menſe Decembri in flore reperi: Fructum maturum Februario & Martio menſibus collegi.

63. Pha-

63. Phaseolus perennis angustifolius, flore luteo, semine lato, compresso, minore, rubro, maculis nigris notato, *Sloan. Cat. Jamaic.* i. e. peregrinus 6. angustifolius *Clus.*

D. *Sloane.*

Caulibus angulosis viridibus perticas conscendit, aut sepes implicat; ad 3 dig. intervalla *folia* emittens, 2 unciarum pediculis insistentia, terna simul, sesquinciam longa, ¼ unc. lata ad basin subrotundam ubi latissima, exinde sensim coarctata donec in punctum desinant, medio à lateralibus ¾ unciæ distante. Ex alis foliorum exeunt spicæ *floribus* obsitæ perexiguis, papilionaceis, luteis: Quibus succedunt *siliquæ* rectæ, sesquinciam longæ, exteriùs fuscæ, intus albæ, duas pluresve fabas reniformes, coccineas, punctis nigricantibus hic illic notatas, continentes.

Seruntur ut reliqui perennes Phaseoli, & fructum edunt quotannis maturum circa mitium *Februarii* copiosum; suntque esculenti & in cibis accepti, quoquo modo parati.

Ad Phaseolum nostrum 5tum pag. 885. nota.

Planta isthæc Phaseolus major perennis, floribus spicatis, siliqua breviore rotundiore, semine albo sphærico D. *Sloane* dicitur. A reliquis autem differt foliis amplioribus, magisque acuminatis, longioribus pediculis insidentibus. Floribus pluribus in eodem surculo spicatim digestis, luteo colore in medio maculatis.

64. Phaseolus maximus, siliqua ensiformi, nervis insignita, semine albo, membranulâ incluso *Sloan. Cat. Jamaic.* Phas. *Brasilianus Clus. exot. Park.* Phaseolus *Brasilianus* spadicei coloris & circa hilum fusci candicantis *C. B.*

D. *Sloane.*

Radix ex omni latere *caules* emittit ad pedum aliquot longitudinem extensos, validos, scandentes, plantis aut perticis vicinis se circumvolvendo; ad digitalia intervalla, folia & flores protrudentes. *Folia* in eodem pediculo 2 uncias longo terna, majora & obscuriùs viridia quam in aliis Phaseolis, glabra, costis & nervis eminentibus ut in *Trifolio paludoso.* *Flores* plures simul consistunt in eodem communi pediculo seu surculo, papilionacei, colore cœruleo purpurascente; Quibus succedunt *siliquæ* sesquipedales, firmæ, colore luteo, paullùm incurvæ, ad instar ensis falcati **Scymeter** dicti, unciam latæ, non admodum compressæ sed rotundiusculæ, in utraque valva, ⅛ dig. distantiâ à siliquæ dorso cui fabæ adnectuntur, porcas seu eminentias duas, nervos vocat Clusius, habentes, per totam siliquæ longitudinem decurrentes. *Semina* prorsus alba, hujus Generis ampliſſima, reniformia vel nonnihil ovata, mediâ angustissima parte hilum nigrum habentia. Unumquodque semen vesicâ seu membrana tenui, alba, sibimet peculiari, includitur, quorum 5 aut 6 in eadem siliqua continentur.

In hortis Insulæ *Jamaicæ* frequenter seritur; Sponte etiam circa urbem S. *Jago de la Vega* provenire observavit D. *Sloane.*

65. Phaseolus minimus fœtidus, floribus spicatis, è viridi luteis, semine maculato *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caules huic tenues, teretes, teneri, volubiles, ad pedum 6, 7ve altitudinem, vicinas stirpes aut fulcra circumplectendo ascendentes. Secundùm *caules* hic illic folia & flores; illa terna semper in eodem communi semunciali pediculo, luteo-viridia, rotunda, Trifolii pratensis albi paria; Hi plures simul in pediculo semunciali spicatim dispositi, perexigui, vix se aperientes, papilionacei, luteo-virides; quos excipiunt totidem *siliquæ* nigræ, asperæ, ¼ unciæ longæ, unum aut plura parva oblonga nigra, viridi maculata *Pisa* continentes. Tota planta gravem & ingratum odorem spirat.

Locis arenosis & saxosis circa urbem S. *Jago de la Vega* oritur.

66. Phaseolus erectus Lathyroides, flore amplo coccineo *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* alba, oblonga, grandi, ad pedalem altitudinem in terram descendente *caules* exserit infirmos, teretes, virides, *foliis* crebris obsitos, in pediculis semuncialibus ternis simul, quorum unumquodque digitum longum, nec ultra ⅛am dig. latum, glabrum, cœruleo-viride. Folium medium reliquis longius, summo pediculo communi mediante petiolo ⅛ dig. longo insidens. *Flores* seorsim singuli pediculis 2as uncias longis, teretibus, viridibus, nudis insident, papilionacei, coccinei, duobus lateralibus petalis seu alis ampliſſimis; quos sequitur *siliqua* tenuis, fusca, plura *semina* continens.

Locis cœnosis in prato **Town-Savanna** dicto invenit D. *Sloane.*

67. Phaseolus erectus major, siliqua tereti, semine rubro *Sloan. Cat. Jamaic.* An Paerou *H. M.* Part. 8. p. 75? quæ superiùs describitur. **Jamaica Red-Pease.**

D. *Sloane.*

Radicem habet parvam, *caulem* robustum, viridem, ad 3um circiter unciarum à fundo distantiam, varios emittentem ramulos, imbelles, ad intervalla inæqualia *floribus* & *foliis* instructos; his aliorum hujus Generis instar, ternis simul in pediculo 4 uncias longo: illis binis oppositis in sesquinciali robusto surculo, papilionaceis, pallidè purpureis; quibus succedunt *siliquæ* pariter binæ è purpura rubentes, & ubi fabæ cubant protuberantes.

In

In agris insulæ *Jamaicæ* ubique magno proventur seritur, in mensarum usum.

68. Phaseolus major erectus, caule purpurascente, siliqua tereti ventriosâ longâ, Surinam Peale or Rounceval's *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis huic angulosus, pupurascens, tenuis, 8 aut 9 pedes longus, *folia* emittens terna semper in eodem pediculo, duas uncias longo, aliorum hujus Generis per omnia similia. Ex alis foliorum egrediuntur surculi 2 uncias longi, *floribus* pluribus papilionaceis onusti, quibus præteritis restant *siliquæ* albicantes, ventricosæ, digiti minimi crassitie, propemodum rectæ, 4 aut 6 uncias longæ, *semina* continentes circiter 15, angulosa, è rubente fusca, Pisis hortensibus majoribus, Rounceval's Anglicè dictis, similia, membrana tenui intercedente, à se invicem discluſa.

Cum priori & in eosdem usus seruntur.

69. Phaseolus maximus perennis, folio decomposito, lobo maximo contorto *Slon. Cat. Jamaic.* Perim-kaku-valli *H. M.* Part. 8. p. 59. Phaseolus alatus Indicus, fructu fusco orbiculato maximo, lobis latissimis & longissimis *P. B. P.* Phaseoli Novi orbis seu Fabæ purgatricis variatio longior *J. B.* tom. 2. lib. 17. p. 277.

Hujus descriptionem vide inter Arbores Siliquosas.

70. Phaseolus maritimus rotundifolius, flore purpureo, siliqua brevi cristatâ, semine fusco striato *Slon. Cat. Jamaic.* maritimus *Indicus* perennis trifoliatus, subrotundus, siliquâ longa, fabâ fuscâ oblongâ *Commel. Cat. Amst.* The Sea-bean. Phas. utriusque *Indiæ*, foliis rotundis D. *Petiver*, *Act. Philos.* N. 276. p. 1015.

D. *Sloane.*

E *radice* alba, tereti, profundè descendente, plurimis prælongis, tenuibus albis filamentis undique in arenas extensis alimentum hauriente, *caules* emittit multos humi jacentes ejusque superficiem ad plurium ulnarum spatium in orbem occupantes, pennæ olorinæ magnitudine, virides, aliquantulum angulosos, ad 3, 4ve unciarum distantiam *folia* protrudentes, alternatim posita, in communi pediculo 2as uncias longo, & ad exortum protuberante, terna, propemodum rotunda, medio lateralibus majore, pediculo privato unciali longitudine ultra eorum bases seu nexus producto, insidente; 2 uncias longa, mediáque latissima parte sesquinciam lata, colore viridi Gramineo, glabra, costâ media dividente, & laterales aliquot nervos emittente. *Flores* surculo seu pediculo communi 2 unc. longo plures insident papilionacei, pallidè purpurei. *Siliquæ* 2as uncias longæ, $\frac{3}{4}$ unc. latæ, rectæ, colore luteo, ubi phaseoli cubant intumescentes, cristas duas seu lineas eminentes (in utralibet valva unam) prope aperturam, obtinentes. Fabæ in singulis siliquis numero circiter 6, unaquæque privatâ sibique propriâ membranâ incluſa. Fabæ vulgaris propemodum magnitudine, figuræ ovalis, fuscæ, maculis luteis interstinctæ, cum hilo nigro ubi siliquæ adnascuntur.

In arenosis maritimis *Jamaicæ* & *Caribbæarum* insularum ubique provenit.

71. Phaseolus minor lacteſcens, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulibus suis tenuibus, teretibus, lignosis cuivis arbori, frutici, aut stipiti vicino se circumvolvendo in altum enititur, ad 6 pedes usque ascendens; ad digitalia aut ampliora intervalla *folia* emittens terna simul in pediculo semunciali, medio ampliſſimo, ut in hoc genere fere fit, digitum longo, mediâque latissima parte $\frac{3}{4}$ dig. lato, subrotundo aut ovato, omnibus colore obscurè viribibus glabris, duris & nervosis. *Flores* ex alis foliorum exeunt, plures in eisdem perbrevibus pediculis, $\frac{3}{4}$tas unciæ longi, tubulosi, papilionacei, purpurei, *siliquas* post se relinquentes 2 uncias longas, $\frac{1}{4}$ unc. latas, rotundas, paulùm incurvas, extremitatibus acutis, primò virides, postea fuscas, *semina* plura, fusca, parva continentes. Omnes hujus plantæ partes lacteſcunt.

Viâ qua versùs *Guanaboa* itur in sylvis, tam ad dextram, quàm ad sinistram in insula *Jamaica* reperitur.

72. Phaseolus erectus minor, siliquâ tereti ventriosâ, pallidè flaveſcente, semine albo *Slon. Cat. Jam.* Clay-coloured Peale.

D. *Sloane.*

E *radice* parva, fibris multis capillata *caulis* exsurgit interdum purpurascens, sesquipedali ferè, ramulos undique emittens, *foliis* hîc illic nullo ordine positis indutos, lanuginosis, subrotundis, duas uncias longis, sesquinciam latis, aliorum Phaseolorum similibus; è quorum sinubus exeunt *Flores* papilionacei, pallidè cœrulei aut purpurei, nonnunquam albi. *Siliquæ* succedentes, 3 circiter uncias longæ sunt, colore luteo, rotundæ, verùm protuberantes ubi *semina* cubant, & velut nodosæ, pro phaseolorum quos continent numero, qui multi sunt, albi, oblongi, subrotundi, reniformes ut hujus Generis reliqui.

Magnitudine variant, aliis majoribus, aliis minoribus.

Post pluvias seruntur in terra ab inutilibus herbis repurgata. Tripedalibus intervallis serobiculos parant superficiarios, in quorum singulos tres deponunt fabas, quarum una ut germi-

min

minet expectant, reliquæ duæ muribus fere in prædam & eſcam cedunt. Sex plerunque hebdomadum ſpatio perficiuntur, & matureſcunt; colligendæ illico, aliàs enim primus imber omnes è ſiliquis excutit, non levi ſerentium damno. Qua tamen in re Naturæ providentia miranda eſt ad ſpeciem continuandam ingenioſo hoc mechaniſmo excogitato.

Servis *Æthiopibus* alendis, & porcis impinguandis inſerviunt.

P. 889. Ad ſpeciem 28. Cap. 18, ſeu Phaſeolum *Indicum* rubrum *Bontii.*

Hujus ſemina ad Ophthalmias, lippitudines, inflammationes, deſtillationes, aliáque omnia oculorum vitia & intemperies mirificè valere dicuntur crebris experimentis id atteſtantibus à medicis quibuſdam ingenioſis & fide dignis factis. Sumi poſſunt eorundem tincturæ, ſpiritus, aut extracta. Juvant etiam monilia ex eiſdem facta, & amuleti loco de collo ſuſpenſa.

73. Schanga-Cuſpi H. M. P. 8. T. 38. Flos Clitorius Ternatenſibus *Breyn. Cent.* Phaſeolus Indicus Glycyrrhizæ foliis, flore amplo, cœruleo, pleno. *Commelin. Hort. Amſter. rar.*

Hæc planta à D. *Breynio* ſatis accuratè deſcribitur. Adde, Siliquæ longiuſculæ anguſtæ, *ſemina* continentes oblonga, & nonnihil compreſſa, cum ſua longitudine conſita in longitudine ſiliquarum, quorum ſuturæ ad unam partem cum ungulis lateralibus adhærent, ſúntque primùm viridi-diluta, matura ac ſicca, coloris cinerei, ac punctis nigris conſperſa. Florum color in hac ſpecie variat, nonnunquam cœruleus, aliàs albus.

Naſcitur in campis circa *Warapoli*, ſemper florens. Succus expreſſus & cum oleo de *Schirgelim* potus vomitum excitat. Radix trita & epota cum aqua calida ventrem laxat.

Vide Deſcriptionem hujus plantæ Commelinianam, cum obſervationibus ſubnexis in *Plant. rarior. Hort. Med. Amſtel. Deſcript.*

74. Phaſeolus *Indicus* cœruleus Glycyrrhizæ foliis alatis, flore amplo clitorio D. *Plukenet* in *Almag. Bot.* dicitur.

Variat hæc planta floris colore albo.

75. Flos Clitorius fl. pleno cœruleo *Hort. Beaum.* Hanc plantam (inquit D. *Sherard*) à Clariſſ. Martinelli nobili Veneto & Botanico curioſo obtinui: flos duplici aut triplici petalorum ſerie undata & quaſi criſpa, conſtat.

76. Ana-Mallu H. M. P. 8. T. 40. Frutex leguminoſus ſtipite craſſo, longis & robuſtis ſpinis armato, foliis pinnatis, floribus papilionaceis, parvis, ſiliquis latis compreſſis, fabis planis lunulatis.

Radix craſſa, lignoſa, fibras ſpargens, cortice ſpadiceo-diluto, odore ſuavi aromatico. *Stipes* pedem ferè craſſus, cortice craſſo, cinereo, ac veluti calce hinc indè conſperſo, ligno albicante duro, omni ex parte, maximè autem in pede ſpinis munitus numeroſis, quæ 5, 6, vel etiam plures ſimul ex tuberculis eminent, rectæ, lignoſæ, duræ, cuſpidatæ, 4 pollices longæ, pollicem craſſæ evadentes, cuſpide interdum inflexo & intorto. Surculi & rami ex ſtipite enaſcentes tenues, ſpinis brevibus & rarioribus obſiti, cùm vetuſtiores ſunt nigricantes, teneri, viridi-fuſci. *Folia* ſurculis tenuibus, viridibus, 5 aut 6 pollices longis, pilis tenuibus leviter obſitis, & hinc indè ex ramis ac etiam ſpinis emergentibus, conjugatim in duabus ſeriebus appenſa, parva ſunt, oblongo-rotunda, in medio anterioris oræ ſinu parvo paſſim inciſa; majuſcula quæ in extremo ſurculo ſita ſunt, unum digiti articulum longa, pollicem fermè lata, texturâ denſa, ſuperficie plana, glabra, virore ſupernè fuſco & nitente inſtar holoſerici ob ſubtiliſſimam pilorum decumbentium lanuginem, ſubtus dilutiora, odoris nullius, ſaporis Fabacei. *Flores* umbellati in ſuperioribus ramis ſupra ex originibus petiolorum foliaceorum proveniunt, parvi, papilionacei, candidi, odoris grati, ſed debilis. *Siliquæ* digitum & amplius longæ, unum aut duos pollices latæ, valde compreſſæ, lateribus oppoſitis arctè junctis, viridi-dilutæ, venulis reticulatis ſtriatæ, in oris viridi-fuſcæ. *Fabæ*, quæ in ſiliquis arctè conſtrictæ, valde planæ, oblongæ & lunulatæ, ad ſiliquæ longitudinem parallelæ, ac fermè in medio laterum ſitæ, ac in medio concavæ, oræ viridi uncinulo prominenti firmiter adhærentes in majuſculis ſiliquis numero ternæ vel binæ, à ſe mutuo latitudine fermè pollicis diſſitæ, in minoribus una tantùm, in ſiliquis ſoli obverſis conſpicuè coloris dilutè viridis & nitentis, ſaporis nullius.

Præter haſce ſiliquas numeroſi fructus ſpurii, ſeu potiùs excreſcentiæ, in inferioribus tantùm ſurculis, ubi flores aut fructus nulli, proveniunt, foliis omnes inſidentes, ſeu particulis foliorum marceſcentium, adeò ut primo adſpectu, ipſis quoque foliorum particulis viſui obtectis, ramis ſurculiſque inſidere videantur, uno conſtantes folio, vel ſoli, vel bini terni ve, paſſim coſtulis mediis, rarò lateribus adhærentes, ſúntque, oblongo-rotundi, viridi-fuſci, in vertice uno tenui ſtylulo prædíti, ac rara intus cavitate inſtar veſicularum inflati, in quibus ſingulis vermiculus albo-flavus hoſpitatur, cortice rigido, vitrea ac fragili ſuperficie, intus nitenti & glabra.

Hujus plantæ ſpinis cortice dempto Malabares auriculas ſuas perforant, in quibus ad ornatum aurum, gemmáſque pretioſas geſtant. Hæc planta myſtica naturæ vis Indigenis antipathetica vel ſympathetica, inter amicos volentes nolentéſve cenſetur. Ejuſdem fo-

lia in *Oryzæ* lotura, & lactis ſero decoquuntur pro balneo contra ventris ex flatu & extravaſata lympha intumeſcentiam: Hujus porrò ſimul ac *Beteleiræ* lignum toſtum & in pulverem tritum exanthematibus & exulcerationibus medetur.

77. Naicorana H. M. P. 8. T. 35. Phaſeolus Zurratenſis ſiliqua hirſuta pungente **Couhage** dictâ *Hiſt. noſt.* A Macouna Braſilienſium longè diverſa eſt, non ut ſuſpicabar eadem.

H. M.

Radix fibras ſuas capillatas late ſupra arenam diffundit, cortice albo infuſcato, odoris gravis & quodammodo acuti. *Cauliculi* glabri, teretes, claviculati. *Folia* in pediculis longis glabris rotundis, claviculatis terna, oblonga, in cuſpidem contracta, tenuia, plana, raris ac minutiſſimis pilis obſita, ut glabra videantur, medium haſtæ ſimile eſt, lateralia duo ferè duplo latiora, ac magis incurvata; coſta media ſuperna parte nonnihil eminet. *Flores* papilionacei, folio inferiori ſeu carinato, unguli-formi, venulis in longum ſtriato; lateribus duobus erectis, oblongo-anguſtis, pariter ſtriatis, colore purpureo-rubicundo-fuſco; ſuperiori ſeu vexillo breviore, rigidiuſculo, lato purpureo-albicante, odoris nullius. Styli & ſtaminum cum apicibus & calice deſcriptionem vide apud Autorem noſtrum, nec enim, ut puto, multum differunt à conſimilibus partibus aliorum Papilionaceorum.

Floret menſe Julio & Auguſto circa *Mangatti, Poiga* & alia loco. Differt à **Couhage** *Barbadenſi*, quòd ſemina ejus nigra ſint, quæ *Barbadenſi* ſpadicea lituris nigricantibus aſperſa. Vide ſupra Phaſeolum *Americanum* foliis molli lanugine obſitis, &c. *Pluk.*

78. Kaku-Valli H. M. P. 8. T. 36. Mucunæ *Marcgravii* valde ſimilis, vel planè eadem. Phaſeolus *Indicus* ſiliqua majore pungente *Commelin.* notis.

H. M.

Prolixam omnium hujus plantæ partium deſcriptionem apud Autorem noſtrum vide. Naſcitur circa *Parou*, & alibi. Notandum, quòd *ſtipes* hominis craſſitiem adæquat, cortice craſſo, fuſco-cineraſcente, gummoſum, ruffum, glutinoſum liquorem è vulnere exſudante. *Folia* in pediculis oblongis tenuibus, terna, oblonga, cuſpidata, ſpiſſa, ſupernè ſaturo virore nitentia, ſubtus dilutiora. *Flores* fabacei, tetrapetali, non, ut eos deſcribit *Marcgravius*, pentapetali, viridi-diluti tranſparentes & rigidiuſculi. In reliqua floris deſcriptione nihil video ſingulare quodque aliis multis floribus papilionaceis non conveniat. *Siliquæ* ſiccæ glabræ ſunt, ac ſine pilis. Non tantùm tres ſed quatuor vel quinque inveniuntur fabæ. Harum tres comeſtæ mortem afferunt.

Huic adde Synonyma ſequentia, Phaſeolus *Braſilianus* fruteſcens, lobis villoſis pungentibus maximus *P. B. P.* Phaſ. *Nigritarum* primus *Cluſ. Exot.* lib. 2. cap. 11. p. 68. Item, Phaſeolus *Braſilianus, Macouna Braſilianis* vocatus Not. in *Monard.* p. 336. Phaſ. *Americanus* fruteſcens, foliis glabris, lobis pluribus villoſis pungentibus, fructu orbiculari plano, hilo nigro tanquam annulo totum ferè ambiente *Pluk. Phytogr.* T. 213. F. 2.

79. Putsja-paeru H. M. P. 8. T. 37. Phaſeolus *Indicus*, ſiliquis anguſtis, hirſutis, fabis ſpadiceo-fuſcis, membranis intercedentibus ſejunctis.

H. M.

Radix huic fibroſa, lignoſa, albo-rufeſcens, *Caules* ac rami tenues pampiniformes, virides, piloſi & ſubaſperi quibus perticas appoſitas aut ſtirpes vicinas apprehendens ſcandit ad 4 aut 5 pedum altitudinem. *Folia* in petiolis viridibus, rigidis, piloſis, ac ſpithamam fere longis, interiùs ſulcatis terna, cuſpidata, tenuia, lenia, raris pilis utrinque obſita. Medium folium lateribus eſt æqualibus, lateralia latere averſo magis dilatato ſunt, per quod coſtulæ tranſverſæ ex petiolo excurrentes altius aſcendunt quàm quæ per latus decurrunt. *Flores* Fabacei, flavi. *Siliquæ* rectæ anguſtæ, duos tréſve pollices longæ, longiuſculis ſubaſperis albicantibus pilis hirſutæ: *Fabæ* intus parvæ oblongæ, teretes, in tractu longitudinis cum ſua longitudine ſitæ, ac interſepimentis membranaceis ſejunctæ, decem plus minus in una ſiliquæ, ſúntque primùm viridi-fuſcæ ſplendentes, ſiccæ ſpadiceo-fuſcæ, nitentes; guſtu haud diſſimiles Ciceribus communibus. *Siliquæ* ſiccæ exteriùs in cortice planè nigricant, interiùs ſpadiceo-diluti ſunt coloris.

Integra hæc planta cum 4 *Alu* ſpeciebus contrita, atque in lotura Oryza *Patsjeri* (quæ oblonga teretia ac pinguia habet grana, multæ enim ſunt Oryzæ ſpecies, ex quibus hæc quidem maximè apud *Malabares* uſui medico inſervit) ac ſero lactis, addito melle in linimentum cocta, exanthemata tollit: cum nigro ſale, oleo *foule de Enferno* mixta pſoram pruritúmque fugat.

Adde Synonyma ſeqq.

Phaſeolus ſylveſtris minor, flore minimo, ſiliquis longis teretibus, alba lanugine hirſutis *Slon. Cat. Jamaic.* Phaſeolus Indicus hirſutus, flore luteo, ſiliquâ anguſtâ, *Breyn.* Prod. 2. p. 82.

80. Paeru, H. M. P. 8. 41. Phaſeolus Indicus trifoliatus minor, flore cæruleo, ſiliqua longa anguſtiſſimâ, fabis membranis tranſverſis diſſeptis.

H. M.

Naſcitur in *Angiecaymal* & alibi, ſemper florens. *Radix* tenuis, albicans, fibroſa, in fibris rotundis globulis donata. *Cauliculi* teneri, parum lignoſi, & aſperi, viridi-diluti. *Folia* in petiolis longis, ſubaſperis, interiùs latè ſulcatis, viridi-dilutis terna, oblonga, cuſpidata;

data; medio haſtæ cuſpidi ſimili, lateralium interiore latere anguſtiore, exteriore latiore, & ad pedunculum latè dilatato & exporrecto, ſúntque ſubaſpera, colore ſupernè viridi-fuſco, ſubtus dilutiore, ſeu viridi-claro. *Flores* petiolis ſurrectis, ex origine petiolorum foliaceorum exortis tres quatuórve congregati in brevibus pedunculis inſident, papilionacei ac cœrulei, exteriora versùs reflexi, folio carinato albicante, lateralibus ſaturatè cœruleis. Styli & ſtaminum accuratam deſcriptionem videſis hoc in loco. *Siliquæ* rectæ, oblongæ, anguſtæ, petiolo longo appenſæ, primùm virides, dein flaveſcentes, ac probè maturæ rubeſcentes. *Semina* continent oblongo-rotunda, longitudine ad ſiliquæ longitudinem ſita, tenuibus, membranaceis interſepimentis ſejuncta, ſiliquáſque adeò implentia, ut ſubtus corticem extuberent, per maturitatem flaveſcentia ac ruffa.

81. Catu-Paeru H. M. P. 8. T. 42. Phaſeolus Indicus ſylveſtris, flore purpuraſcente, fructu majore *Commelin.* in notis. *Katsjan* vel *Kajan* ſpecies.

H. M.

Circa *Palurti* & alibi naſcitur, florens tempore pluvioſo. *Radix* longè prorepens, ac fibris albicantibus donata, tereti-fuſca, ligno molli, cortice lento, craſſiolo, albicante ac lacteo. *Rami* teneri, virides, & aquei, vetuſtiores cortice terreo, fuſco ac lacteo. *Folia* in petiolis viridibus, interiùs lato ſulco ſtriatis, terna, ſubaſpera, virore communi ſubfuſco, in recta ſeu ſupina parte parùm nitente & obſcuriore, pilis raris ac brevibus obſita, præcedentis foliis formâ ſimilia; coſta media, ut & tranſverſæ indè exeuntes, etiam in recta eminent. *Flores* papilionacei, roſaceo-ſaturi, purpurei coloris, petalo *clypei-formi* albicante, exteriùs ſubpurpuraſcente, ac prope unguiculum maculâ flavâ notato; huic oppoſito *carinato* candido, cum cuſpide ſeu roſtro cochleatim intorto; *lateralibus* interiori parte oræ concavæ *carinato* folio aſſutis & annexis. *Styli* deſcriptionem accuratam hîc loci vide. *Siliquæ* compreſſæ, rectæ, parùm inflexæ, 6 pollices longæ, medium digiti articulum cùm virides ferè latæ, ſiccæ cortice flaveſcente, ſeu argenteo & nitente. *Semina* contenta cum uncinulis ſuturæ ventris annexa, ac in cortice extuberantia, per intermedia candida, ſepimenta à ſe mutuò diſſita, liris parallelis paulò obliquè ſtriata, formâ nonnihil quadrilatera & convexa, primùm viridia & nitentia, poſt coloris ſpadicei ſubviridis, ac ſigno uncinulæ albiſſimo.

82. Catu-Tsjandi H. M. P. 8. T. 43. Phaſeolus *Indicus* trifolius, ſiliqua longa grandi, lata, ventre convexo, dorſo concavo, Lobo ex Wingandecaouw *Cluſ.* ſimili, fabis oblongo-rotundis, confertis, tranſverſim poſitis repleta. Phaſ. maritimus purgans, radice vivaci, foliis craſſis ſubrotundis *Biſnagaricus Pluk. Phyt.* T. 51. F. 2. D. *Petiver* huic ſynonymum facit Phaſ. maritimum rotundifolium, flore purpureo, ſiliqua brevi criſtata, ſemine fuſco ſtriato *Slon. Cat. Plant. Jam.*

H. M.

Naſcitur circa *Cochien*, florens menſe Januario, ſemper virens. *Radix* brevis, fibroſa, nonnihil capillata, colore nigricante. *Cauliculi* ſinuoſi ac implexi, tenues, rotundi, colore viridi-flaveſcente. *Folia* in petiolis brevibus, interiùs ſulcatis, terna, medio ampliore, omnia rotundâ orâ ac cuſpide brevi, exteriora versùs inflexo, eminentia, colore viridi. E coſta media nervi tranſverſi obliquè anteriora versùs excurrunt. *Flores*, qui ſupra exortum petiolorum foliaceorum congregati proveniunt in ſurculis ſeu petiolis longioribus, papilionacei ſunt, petalo ſuperiore ſeu vexillo latiore ac in ſummitate tenui hiatu inciſo, ac cum oris exteriora versùs nonnihil inflexo, colore exteriùs pallido albicante, interiùs roſaceo-ſaturo cœruleſcente, unguiculo lato virideſcente, in medio rimâ inferiùs fiſſo, colore roſaceo-cœruleo claro.

Styli & calicis deſcriptionem accuratam qui deſiderat Autorem noſtrum conſulat. Siliquæ eædem ut *Catu-Bara-Mareca.*

Hujus folia cum cortice de *Canja* ſuccum fundunt, qui cum butyro coctus glandularum tumores atque ecchymomata, cum Sinapi vero Allióque trita torrefactu & epithematis forma applicata, ventris tormina diſſipant, adjecto autem pulvere dicto Malabaribus *Aſtaſurnampodi* ſuffumigium ſuppeditant, quod doloroſum artuum laſſitudinem tollit. *Virei.*

83. Bara-Mareka H. M. P. 8. T. 44. Phaſeolus *Indicus* trifolius, ſiliqua longa grandi fabis eſculentis. An Phaſ. *Ind.* ſiliquâ magnâ falcatâ, quaternis in dorſo nervis, &c. *Pluk. Almag. Bot.*

H. M.

Planta domeſtica eſt & ſativa, eadem cum priore, niſi quòd ſiliquæ grandiores, quódque fabæ ſint in eduliis. Naſcitur in *Angiecaimal* & alibi, fructus circa initium temporis æſtivi proferens maturos.

Hujus folia in aqua *Oryzæ*, vel maturæ *Nucis Indicæ* ſucco contrita propinantur Cacheticis: ex fructibus autem cum Zinziberis ſicci ac Piperis longi mixtura fiunt pilulæ antiſpaſmodicæ; ex iiſdem, dempta interiori pellicula cum cortice *Muringu* trituratis conficitur linimentum antiarthriticum, (quippe hujus plantæ vis in Arthritide eluceſcit) vel etiam cum radice *Vattæ* calamo aromatico, cortice maturo fructûs *Arekæ* dicti *Pinang* in aqua Oryzæ *Patsjeri* & oleo foliorum de Enferno mixtis, vel etiam cum *Curcuma*, *Cynogloſſo* Malabarico aliiſque, lacteo Indicæ nucis ſucco, ac oleo foliorum de *Enferno*, vel denique cum tribus *Alu* ſpeciebus, *Oryzæ* lotura ac dicto oleo copulatis. *Virei.*

84. Catu-Bara-Mareca P. 8. T. 45. Phaſeolus trifolius *Indicus*, ſiliqua grandi, recurva, fabis craſſis ovalibus, noxiis. Phaſeolus Indicus maritimus perennis, foliis craſſis, ſubrotundis minor *P. B. P.*

H. M.

Planta eſt ſinuoſis ramis ſe vinciens, naſcénſque in arenoſis circa *Cochien* & alia loca ſemper ferè florens, & cum *Cata-Tsjandi* maximam partem conveniens, præterquam quod pænè venenata ſit, corpori noxia & dolorem excitans. *Folia* in eodem pediculo terna, ut in illo, oblongo-rotunda, cuſpide oblongo eminentia, texturâ craſſa, ſuperficie lenia, virore utrinque fuſco, ſupernè nonnihil nitente. A *Catu-Tsjandi* foliis differunt, quòd illa multò minora, rotundiora, & ſine cuſpide ſint. *Flores* Fabacei, forma, colore ac odore cum *Catu-Tsjandi* convenientes. *Siliquæ* nonnihil incurvæ, ac fermè ſpithamam longæ, 3, 4ve pollices latæ, in ſuperiori parte latiſſimæ, dorſo acuto rotundiolo, ventre plano, nonnihil concavo, pollicem ferè lato, ac anterius in cuſpidem protenſo, in dorſo & ventre nervo-viridi-fuſciore obſitæ, lateribus valde extuberantibus & convexis, quæ proximè ad ventrem magis exturgeſcunt & ad dorſum magis extenuata ſunt; cortice craſſo, qui primùm viridis & glaber, & intus tunica carnoſa, humida, ſubviridi obductus; ſicceſcens, colore ſpadiceo-fuſco, & plurimis rimis ſeu fiſſuris, quæ ex ventre obliquè in dorſum excurrunt fatiſcens, in interiori tunica argentei coloris ac villoſus. *Fabæ* umbilico ſuo futuræ mediæ ventris, in cujus tractu relaxantur, adhærent, oblongo-rotundæ, lateribus nonnihil convexis, ſua longitudine per longum ſiliquarum ſitæ, in una ora laterum umbilico oblongo præditæ, cortice ſpadiceo-ruffo ac glabro, qui primùm cùm Fabæ teneræ ſunt, ſubviridis albicans piloſus ac laxus eſt inſtar ſacculi; umbilico cinereo, qui limbulo ſpadiceo fuſco circundatus; ſub cortice nucleo albo & denſo, ſaporis fabacei ſubdulcis; ſed non ſunt in eduliis. In fabis cùm teneræ ſunt & pelliculâ albâ denudantur, in medio inferioris partis oculus oblongus ſe prodit qui ad Fabæ rotunditatem cum cuſpide versùs umbilicum Fabæ inflexus eſt, ſaporis ingrati ſylveſtris.

85. Tsjeria-Cametti-Valli H. M. P. 8. T. 46. Phaſeolus *Indicus*, flore dilutè rubente, ſiliqua brevi, ſubrotunda, Monoſperma, tranſparente.

H. M.

Planta eſt naſcens circa *Cranganoor* & *Cochien*, ſemper ferè florens vel frugens. *Radix* illi fibroſa, nigricans, cortice interiùs rubro, ligno albo. *Stipites* lignoſi, nigricantes, cortice cùm vetuſtiores ſunt interiùs rubro, cùm teneriores viridi. *Folia* in pediculis tenuibus viridibus interiùs ſulcatis terna quináve, oblongo-rotunda, ad pedunculum latiuſculo & rotundo ambitu, indéque in cuſpidem oblongum ſtricta, texturâ denſa & mediocriter craſſiola, ſuperficie plana glabra, viroris in recta fuſci ac nitentis, in averſa parte dilutioris. *Flores* viridibus rotundis ſurculis ſeu petiolis è foliorum alis egreſſis inſident plures ſimul, in pedunculis parvis viridibus è ſurculis exeuntibus bini ternive, parvi, papilionacei, qui cùm in gemmis ſunt ex albo ſubrubeſcunt, aperti rubore ſunt dilutiſſimo & albicante. *Florum* ejúſque *petalorum* numerus, ſitus, figura, ut & *ſtylus*, *ſtamina*, *Apices* & *Calix* non multum differunt ab aliorum Papilionaceorum forma & partibus conſimilibus, Eorum autem deſcriptiones accuratas vide ſi placet apud Autorem noſtrum hoc in loco. *Siliquæ* parvæ, oblongo-rotundæ, articuli fermè longitudine, pollicem latæ, compreſſæ, viridi-dilutæ ſeu flaveſcentes, oris rotundis, viridi-fuſcis, in uno latere ad mediam partem oræ ſinu lacunoſo, venuliſque ſeu nervis extantibus reticulatim in cortice utrinque pertextæ, ac proximè ad illam oram relicto intervallo nervulo extuberante viridi-fuſco obductæ. Intus unum paſſim *ſemen* viride oblongum in una parte oræ rotundo ambitu, in altera medio ſinu excavatum, quà ſinui ſiliquæ affixum, lateribus duobus compreſſis, parùm convexis ac reniformibus, cavitatem ſiliquæ adimplens, rariùs duo, in ſuperficie venulis ſtriantur. *Siliquæ* hæ primùm valdè compreſſæ, ac folioſa planitie lateribus arctè mutuò accumbentibus, in quibus *ſemen* parvum conſpicitur per tenuem ac viridi-dilutum & reticulatum corticem tranſparens, ac maximam ſiliquæ capacitatem vacuam relinquens.

Eandem cum priore efficaciam obtinet. *Radix* hujus toſta, trita, & oleo commixta linimentum ſudat abſceſſibus externis adverſum.

86. Katu-Ulinu H. M. P. 8. T. 50. Phaſeolus *Indicus* foliis ad pediculum reflexis, ſiliquis teretiuſculis, anguſtis, pilis rarioribus oblongis aſperis, fabis etiam teretibus. Phaſ. Malab. piloſus, auriculatus, flore flavo *Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 857.

H. M.

Planta eſt quæ naſcitur circa *Paloerti* & alibi, florens tempore pluvioſo. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* tenues, angulati, virides & etiam ex parte rubeſcentes, pilis longis densè obſiti, aſperi, parum lignoſi. *Folia* in petiolis oblongis, viridibus, piloſis, aſperis, ad exortum duobus foliis viridibus cuſpidatis ſuccinctis, interiùs lato ſulco ſtriatis, terna, lata, anteriùs ſtriata, pilis obſita, & ſubaſpera, viroris in recta parte ſurdi, ſaporis & odoris ſylveſtris. *Flores* plures congregati videntur, papilionacei, flavi, *ſtylum* includentes criſpatum, candidum, ſuperiori parte in tenuiſſima *ſtamina* fiſſum, flavis nodulata gemmulis. Siliquoſum *germen* viride, quod oblongum, candidum ac nitens filamentum ſupernè barbatum emittit, in ſe tanquam theculam includens. *Calyx* viridis in orificio 4 habet cuſpides. *Siliquæ* oblongæ ſunt, ad magnitudinem duorum digiti articulorum, rotundæ, rectæ, viridi-dilutæ, pilis ruffo-rubris, anteriora versùs ſurrectis, obſitæ, duabus inſtructæ ſuturis. *Fabæ* formâ teretes ſunt, latiori futuræ adhærentes, ſúntque in eduliis.

87. Konni

87. Konni H. M. P. 8. T. 39. Phaſeolus bicolor *Anacock* dictus *J. B.* Phaſeolus alatus major, fructu coccineo, macula nigra notato *Commelin.* notis. *H. M.*

Naſcitur circa *Cochien* & per totam *Malabariam*, menſe Auguſto florens. *Rami* virides ſunt, ligno albicante. *Folia* in petiolis viridibus, lato ſulco interiùs ſtriatis geminata in binis proveniunt ſeriebus, oblonga, rotundâ orâ, texturâ tenuia, mollia, ſuperficie plana, lenia, glabra. *Flores* faſciati videntur, papilionacei, rubeſcentes, ad dilutè Perſicum vergentes, inodori folio vexilliformi internè circa medium ſaturè rubeſcente, lateralibus anguſtis, ſurrectis. *Siliquæ* oblongæ ſunt, rectæ, ad latera compreſſæ, per maturitatem flaveſcentes, odoris grati. *Fabæ*, quæ in eis continentur, membranaceis interſepimentis à ſe invicem ſunt ſejunctæ, ſuturæ ſuperiori umbilico adhærentes, rotundæ duræ, corallinè rubeſcentes, ac maculâ nigrâ ſemilunari variegatæ.

88. Phaſeolus totus ruber, *Anacock* accedens *J. C.* tom. 2. p. 265. Phaſeoli *Indici* rubri duriſſimum genus alterum ſine macula, *Lobelii.*

P. 894. Ad Cap. De Piſo.

1. Piſum ramulare hilo nigro *Moriſ. hiſt.* ramulare *Lugd.* hortenſe majus *C. B.*

2. Piſum ſpontaneum nanum inter Triticum *Moriſ. hiſt.*

3. Piſum nanum rotundum, ſine adminiculis rectum *H. R. P. Schol. Bot.*

4. Piſo arvenſi flore roſeo, fructu fuſco, aut ex cinereo nigricante affine, ſemine minori *Hort. Med. Sapienz. Rom.* D. *Triumfetti.*

P. 896. Ad Cap. De Lathyro.

1. Lathyrus *Curaſſavicus* pediculis foliorum alatis *P. B. P.*

2. Lath. Ochroides anguſtifolius flore cœruleo; fortè Lath. annuus flore cœruleo, Ochrâ ſiliquâ *Hort. Leyd. Pluk. Almag. Bot.*

3. Lathyrus *Japonenſis* flore purpureo majore *Munting. Herb. Belgic.*

4. Lath. minor *Luſitanicus Ejuſd. ibid.*

5. Lath. ſegetum ſemine nigro exquiſitè rotundo N. D. *Virid. Luſit. Griſl.*

6. Lath. ſem. nigro exactè rotundo minor N. D. *Ejuſd.*

7. Lath. ſegetum minor, ſiliquâ articulatâ N. D. *Ejuſd.*

8. Lath. paluſtris ericetorum *Ejuſd. ibid.*

9. Lath. pal. ſiliquâ aſperâ *Luſitan. Ejuſdem*, N. D.

10. Lath. minimus leptomacrolobus N. D. *Ejuſd.*

11. Lath. anguſtifolius *Americanus* flore cœruleo *Ejuſdem.*

12. Lathyrus paluſtris, Alpinus, flavus, erectus, ſcapo tereti nudo, Lathyri lutei dumetorum facie *Hort. Cathol.* D. *Sherard.* *Folia* anguſta & acuta ſunt, ſeſcunciam longa, culmum lata. *Flores* in communi pediculo palmari aut ſeſqui-palmari quinque aut ſex ſimul, flavi, *ſiliquas* poſt ſe relinquentes compreſſas, unciales aut ſeſcunciales, fortè etiam longiores, paullum recurvas & arcuatas.

13. Lathyrus platyphyllos, hirſutus, mollis, magno & peramœno flore odoro purpureo *Hort. Cathol.* 107. D. *Sherard.* Singulare eſt in hoc genere, quòd tota planta hirſuta ſit. Surculus ſeu pediculus communis cui flores inſident in ramulo ſicco quem vidimus ſemipedali erat longitudine & tres tantùm in ſummo flore geſtabat maximos, vexillo purpureo, alis cœruleis. Hujus pleniorem deſcriptionem vide in *Hort. Med. Amſt.* P. 2. p. 160. Lathyrus major è *Sicilia* flore ampliſſimo adorato, vexillo rubro, labialibus petalis roſtrum ambientibus cœruleis, ſiliqua hirſutâ Hort. *Uvedalenſis Pluk. Mantiſſ.*

14. Lathyrus parvus anguſtifolius, floribus rubentibus, ſingularibus, in pediculis brevibus. Inter ſiccas à D. *Sherard* communicatas. Plurimi ex eadem radice exibant cauliculi, qui in ſicco ſpecimine ſemipedalem altitudinem non ſuperabant.

Ad *Lathyrum ſylveſtrem flore coccineo* accedit; qui inter ſegetes frequens eſt circa *Genevam.* In *Horto Catholico* Lathyrus rectus, gracilis, Gladioli folio tenui, monanthes, rubicundus nominatur P. 103.

15. Lathyris

15. Lathyris congener ſpicata, foliis integris gramineis, ſeu Catanance leguminoſa *Indorum*, microlobos, ſemine quadrato *Pluk. Mantiſſ.* vide Nir-Murri *H. M.* P. 9. T. 32.

16. Lathyroides vel Lathyris congener, Linariæ foliis, *Æthiopica Ejuſd. ibid.*

17. Lathyro affinis monophyllos *Caroliniana*, pediculis foliorum alatis *P. B. P.*

18. Lathyrus latifolius annuus, ſiliqua articulata hirſutiore *H. R. P.*

19. Vicia ſeu Cracca minima, *Indiana*, graveolens, floſculis perexiguis, coccineo colore, ex alis foliorum ſpicatim prodeuntibus *Pluk. Mantiſſ.* ex ſeminibus à *Ceylonenſi* Inſula oriunda.

20. Vicia Lathyroides, purpuro-cœruleis floribus *Sutherland. Herman. Parad. Bat. Herman.*

E *radice* pluribus fibris capillata, perenni *viticulos* ſpargit copioſos, infirmos, humi ſtratos, anguloſos, glabros, in ſolo lætiori dodrantales, crebris geniculis interſtinctos. *Folia* quæ primò erumpunt & in caule inferiora, glabra, ex unica tantùm pinnarum conjugatione, ſuperiora ex 3bus, 4ve pinnulis ad mediam coſtam annexis compoſita ſunt, & in capreolum terminantur. E regione foliorum prodeunt *Flores* ſolitarii, breviſſimo pediculo inſidentes, parvi, oblongi, dilutè purpurei; quibus ſuccedunt *ſiliquæ* unciâ longiores, erectæ, nigræ, glabræ, 7, 8, vel 10 *ſemina* parva, ſeminum Sinapeos magnitudine, anguloſa, fuſca continentes.

E *Scotia* miſit D. *Sutherland.*

Hæc ſpecies inſigni nota ab aliis Viciis *differt, quod ſci. flores non ex alis foliorum exeant, ſed è regione foliorum, ex adverſo caulis latere.*

P. 901. Ad Cap. de Vicia. Poſt Septimam ſpeciem adde,

1. Vicia *Luſitanica* radice grumoſa *Munting. H. B.*

2. Vicia flore ochroleuco, ſiliquis ſingularibus, erectis, hirſutis minoribus *Moriſ. hiſt.* multifol. cum ſiliquis latis *J. B. Pluk.*

3. Vicia flore ochroleuco ſiliquis ſingularibus, hirſutis, propendentibus, ſiliquarum Piſi minoris formâ, *Ejuſdem.*

Poſt Decimam ſpeciem

4. Vicia ſepium folio rotundiore acuto *C. B. Moriſ. hiſt.* p. 63.

5. Vicia multiflora *Caſſubica* Lentis ſiliquâ *Breyn. Prod.* 1. *Cat. Hort. Acad. Lugd. Bat. Herman. Pluk. Phytogr.* T. 72. F. 2.

6. Vicia ſylveſtris incana, major & præcox, *Pariſienſis*, flore ſuave-rubente *Tournef. inſtitut.*

7. Vicia ſerotina perennis, flore luteo, ſiliquâ hirſutâ *Ejuſd. ibid.*

8. Eadem cum ſiliquâ glabrâ *Ejuſd.*

9. Aracus major, foliis anguſtioribus obtuſis, multiflorus, ſpicis florum geminis è foliorum alis exeuntibus. Siccam communicavit D. *Sherard.* *Folia* unciam longa ſunt, ⅓am unciæ lata, apice obtuſo, media tamen coſta in brevem velut ſpinulam exit, ad ſex ſeptémve paria eidem coſtæ adnexa. *Flores* in pediculis è foliorum alis egreſſis (non rarò duobus ſimul) palmaribus, plurimi, in longas ſpicas excurrentes, rariùs tamen ſiti quàm in præcedente, colore cœruleo aut purpureo. In Horto *Romano* collegit D. *Sherard*, nomine *Galegæ* montanæ Dalechampii *J. B.*

10. Aracus major, an Vicia Lathyroides, ſiliquis in eodem pediculo binis. Siccam ab eodem amico accepi. *Folia* in medio latiſſima, versùs utrumque extremum ſenſim anguſtiora, in acutum deſinentia, ſeſcunciam longa, media latiſſima parte vix ſemunciam lata. Ad exortum coſtæ cui folia ſeu pinnulæ adnectuntur, è caule nulla apponuntur folia, ſed duæ velut auriculæ parvæ, ſubrotundæ, laciniatæ, laciniis in ſpinulas innocuas terminatis. *Flores* in pediculis è foliorum alis egreſſis ſeſcunculibus aut longioribus bini, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* latiuſculæ, ſeſcunciales, hirſutæ, 5 aut 6 piſa continentes.

11. Vicia

11. Vicia Lathyroides minor, foliis longis anguſtiſſimis, acutis, floribus in eodem pediculo binis. Præcedenti cætera ſimilis eſt, imò, monente D. *Sherardo*, ab eo non differt. Inter ſegetes circa *Liburnum* & alibi in *Italia* frequens eſt.

12. Aracus ſeu Vicia multiflora ſpicata purpurea annua minor ſcondens *Hort. Cath. Suppl.* 3. Siliquæ unciales & ſeſcunciales, latæ, glabræ, duæ tréſve in pediculo communi, è folii ſinu egreſſo.

13. Vicia folio ſubrotundo brevi, obtusè mucronato, pediculo brevi inſidente, flore Viciæ ſepium ſeu dumetorum vulgaris. In agro *Eboracenſi* à D. *Tancredo Robinſon* obſervata nobíſque oſtenſa eſt.

1. Lens *Africana*, Elatines fœminæ folio ſingulari, pilis longioribus hirſuta, à *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

P. 908. Ad Cap. De Lupino.

1. Lupinus luteus *Tingitanus*, flore & ſemine majore *Moriſ. hiſt.* p. 94.

2. Lupinus luteus *Virginianus* perennis *Pluk. Almag. Bot.* An peregrinus minor ſeu anguſtiſſimo folio C. *B?*

3. Lupini folio planta *Africana* villoſa *Ex Prom. Bæ. Spei Pluk. Almag. Bot.*

4. Lupinus ſylveſtris latifolius, flore albo, ſativum in omnibus æmulans, edulis *Hort. Cath.*

5. Lupinus latifolius humilis hirſutus, flore albo *Hort. Cathol.*

6. Lupinus obſoleto colore *Luſitanicus* latifolius *Tournef. Inſtitut.*

7. Lupinus *Americanus* arboreſcens, triphyllos, flore albo, fructu variegato *Plum.*

P. 911. Ad Capitis De Galega ſpeciem 3tiam ſeu Soferam nota,

Hæc planta Sennæ ſpuriæ ſpecies cenſetur, & D. *Hermanno* in *Cat. Hort. Acad. Lugd. Bat.* *Sennæ Orientalis fruticoſa, Sophera dicta*, inſcribitur: quocum conſentit D. *Plukenet* in *Almag. Bot.* & diverſam facit à Paiomirioba 1ma. *Piſonis*. D. *Sloane* in *Cat. Jamaic.* dubitat & quærit Annon eadem ſit. D. *Plukenet Ponnam Tagera* ſeu *Ponnam virem H. M.* huc refert, *P. Hermannum* ſecutus.

P. 912. Ad finem Capitis adde.

1. Galega maxima *Luſitanica Flor. Bat. flo.* major *Luſitanica Munt. Herbar. Belgic.* altè aſſurgens *Luſitanica Griſleii Virid. Luſitan.* N. D.

2. Galega *Africana*, floribus majoribus, & ſiliquis craſſioribus *Tournef. Inſtitut.*

3. Galega *Americana* fruteſcens, flore purpureo, foliis ſericeis *Plumier. Ejuſd. ibid.*

4. Galega *Africana* fruticeſcens Oleæ folio anguſto, ſiliquis craſſis erectis: Per *folium* hoc in loco intelligimus folii pinnam.

P. 910. Ad Cap. De Glycyrrhiza vulgari.

1. Glycyrrhiza *Americana* ſpicata *Munting. Herbar. Belgic.*

P. 912. Ad Cap. 5ti De Orobo ſylv. ſiliquis erectis, ſpeciem 1am nota.

1. Hæc planta Sennæ ſpuriæ ſpecies eſt: *Paulo Hermanno* in Catalogo *Hort. Medic. Acad. Lugd. Bat.* quem etiam ſequuntur D. *Plukenet*, & D. *Sloane*, Senna Occidentalis, odore Opii viroſo, *Orobi Pannonici* foliis mucronatis, glabra, inſcribitur.

Ad ſpeciem 2dam notá

2. Hæc eidem *Hermanno* in eodem Cat. *Senna Occidentalis odore Opii minús viroſo, foliis glabris obtuſis* dicitur. D. *Sloane* in *Cat. Jamaic. Senna minor herbacea, plerunque hexaphylla, folio obtuſo.* Hanc nos in hortulo noſtro ex ſeminibus ſatis ortam per aliquot annos aluimus.

Caulis ei ſeſquicubitalis erat aut altior, [eo anno quo floruit] teres, glaber, viridis, ſatis firmus & rigidus, culmi craſſitie aut major, ad intervalla ſeſcuncialia aut duarum unciarum *foliis* veſtitus alternatim vel nullo ordine ſitis, alatis, quatuor, quinque, ſex, rariùs ſeptem pinnarum

pinnarum conjugationibus ad mediam costa annexis, nullâ in extremo impari costam terminante. Sunt autem pinnæ singulæ, circa margines æquales, pallidè virides, glabræ, Orobi Pannonici 2di *Clus.* figurâ similes, sed majores; in inferioribus foliis sesquunciam longæ, mucronibus obtusis, unciam propemodum latæ, in superioribus paulò longiores, mucronibus acutioribus, & in spinulam brevem terminatis. E superiorum foliorum sinubus exeunt *flores*, in eodem surculo sex, septem aut plures, flavi, pentapetali, petalis omnibus cochlearis in modum concavis, duobus majoribus dependentibus, reliquis tribus erectis, calice pentaphyllo obvallati; *Stamina* intus decem *apicibus* longis nigricantibus capitata, è quibus tria reliquis longiora dependent, tria superiora breviſſima sunt. Siliquas ad maturitatem non perduxit. Superficies quotannis emoriebatur, radice in terra superstite.

P. 913. Ad speciem quartam. Obſervavit D. *Sherardus* descriptionem Orobi Alpini latifolii *C. B. prod.* bene convenire Galegæ montanæ *Dalechamp.* excepta latitudine foliorum biunciali.

P. 913. Ad Cap. De Onobrychide.

1. Onobrychis saxatilis, foliis Viciæ anguſtioribus & longioribus *Aquiſextienſis Tournef. Inſtitut.* p. 590.

2. Onobrychis seu Caput gallinaceum minus, fructu maximo, insigniter echinato Lliiæ Triumf. apud fratrem. 65. *Ejusd. ibid.* Eadem esse videtur nobis descriptæ sub titulo Capitis gallinacei minoris.

3. Onobrychis *Zeylanica* trifolia minor perennis D. *Herman.* Inter plantas à D. *Sherardo* communicatas occurrit. Flores in summis ramulis profert in spicas excurrentes, éstque Hedysari trifolii species. Vide infra.

P. 917. Ad Cap. De Orobo sylvatico, &c.

1. Orobus *Pyrenaicus* latifolius nervosus *Schol. Bot. Pluk. Phytogr.* T. 210.

2. Orobus *Zeylanicus* glaber, flore luteo *P. B. P.*

3. Orobo *Americano* luteo *Breynii* similis ex *China*, cujus folia sunt glabra *Pluk. Almag. Bot.*

4. Orobus fortè, an Astragalus Oxytriphyllos (Cytisus *Rivino* dictus) floribus Apii *Americani Pluk. Almag. Bot.*

5. Orobus *Virginianus*, foliis fulva lanugine incanis, foliorum nervo in spinulam abeunte *Pluk. Mantiſſ.*

6. Orobus (fortè) Scolopendriæ foliis tomentosis, ex *Aleppo*, & fortè tantùm præcedentis [Astragali *Syriaci* hirsuti *C. B.*] varietas est. *Pluk. Mantiſſ.*

7. Orobus *Americanus*, Asari folio singulari *P. B. P.*

8. Orobus *Americanus* villosus & incanus, floribus ex purpureo incarnatis *P. B. P.*

9. Orobus Phaseolodes *Americanus* folio anguloso, subhirsuto *Ejusd.*

10. Lathyrus arvensis radicibus tuberosis *Park. App. Theat.* p. 1686. Astragalus arvensis *Thal.* Ab ejusdem sylvatico differt quòd Lathyri instar binos tantùm lobos seu bina folia in singulis pediculis habeat.

11. Orobus sylvaticus *Zeylanicus*, siliquis erectis, foliis sericeis candicantibus, Pilæ *Zeylanensibus* D. *Herman.*

Folia è tribus plerunque pinnarum paribus constant cum impari foliolo in extrema costa. E foliorum alis exeunt pediculi prælongi, plures in summitate flores sustinentes, quorum singulis singulæ *siliquæ* erectæ compressæ, acuminatæ succedunt.

12. Orobus *Africanus* glaber floribus purpureis, spicâ longa & laxa dispositis, siliquis erectis.

Planta est ramosa, pluribus ab eadem radice lignosa cauliculis. Quatuor interdum aut quinque in eodem folio pinnarum paria; plura non obſervavi. *Siliquæ* anguſtæ sunt & glabræ, pisis tumentibus repletæ.

13. Orobus *Americanus*, foliis & siliquis incanis fruticescens D. *Sherard.* incanus & villosus major.

Proximè

Proximè affinis & similis est Orobo *Americano* luteo siliquis incanis *Breyn. Cent.* 74. *Siliquæ* in spica reflexæ sunt; Folia supernè obscurè viridia sunt, subtus incana.

P. 918. Ad Cap. de Cicere.

1. Cicer Astragaloides procumbens, circinatis Nummulariæ foliis pilosis. *Pluk. Almag.*

2. Cicer Alpinum *Park.* p. 1077. E *radice* longa inferiùs surculosa *caules* edit *foliis* præditos Ciceris sativi rotundioribus & dentatis. *Flores* cœrulescunt: *siliquæ* quàm præcedentium minores nonnihil pilosæ.

In monte *Jura* inveniri, & à nemine ante se proditam fuisse scribit *Parkinsonus.*

3. Cicer Astragaloides (fortè) *Virginianum*, hirsutie pubescens, floribus amplis subrubentibus *Pluk. Phytogr.* T. 23. F. 2. An Cicer montanum lanuginosum erectum *C. B?* *Banister Cat. Virgin.*

Folia è pluribus pinnarum oblongarum hirsutarum conjugationibus, [quinque vel sex] componuntur. *Flores* ampli, folio erecto seu vexillo è luteo albicante, alis & carina purpurascentibus, pediculis tenuibus hirsutis è foliorum sinubus exeunt vel singuli vel bini ternive simul. Fructum non vidimus. Verùm, quod singulare esse videtur in hoc genere, è Folii cujusdam ala emergebat ramulus foliis vestitus è pinnis angustissimis acutis, ad 10 usque paria, compositis.
Marilandiæ cum *Virginia* communis est, observante D. *Vernon.*

P. 919. Ad Cap. 4ti De Leguminibus supra infráque terram fructum ferentibus, seu de Araco, ad speciem Tertiam not.

1. Hæc planta Sennæ spuriæ species censetur, & à D. *Plukenet* sub titulo *Senæ tetraphyllæ* seu *Abso congeneris, hirsutæ, è Maderaspatan, flo. parvo, siliquis punctatis, folliculos sub terram condentis* depingitur T. 60. F. 2. Verùm tum *Paul. Hermannus Arachidnæ utriusque* Indiæ *tetraphyllæ* nomine *Par. Bat. Prodromo* eam inserit; tum D. *Sloane* Catalogo suo plantarum *Jamaicensium*; apud quem Synonyma vide.

P. 920. Astragali Bætici *Clusii* descriptionem istic supple.

Siliquæ tumidæ sunt Ciceris more, duas trésve uncias longæ, bivalves, unicapsulares: *Semina* depressa, reniformia, ad luteum tendentia, unde patet Phaseolum novi generis *Hon. Belli* eandem plantam esse, (ut rectè opinatus est *Clusius*,) cum Astragalo Bætico *Clus.*

P. 922. Ad Subsectionis tertiæ (quæ est de Leguminibus cum siliquis utriculis seu vesiculis inclusis) speciem primam nota,

1. Hæc planta *Sennæ spuriæ* species habetur, & Catalogo *Hort. Med. Acad. Lugd. Bat.* à *Paulo Hermann.* edito inseritur, titulo, *Sennæ Orientalis tetraphyllæ* Absus *dictæ*; & D. *Plukenet* eadem censetur *Senæ exiguæ Maderaspatensi*, seu *tetraphyllæ siliquiferæ glabræ florum pediculis inter foliorum exortus dispositis*, à seipso icone expressæ T. 60. F. 1.

Addatur

2. Anthyllis vesicaria major *Indica Munting. Herbar. Belgic.*

P. 908. Ad Cap. de Hedysaro clypeato lævi.

1. Onobrychis montana siliquis oblongis nigris, Viciæ similibus *C. B.* Onobrychis Cæsalpini *Moris.*

2. Hedysarum Alpinum, siliqua lævi, flore albido *Tournef. Institut.*

3. Hedysarum *Africanum*, foliis angustis, glabris, floribus globosis rubris, siliquâ lævi, D. *Sherard. Folia* parva sunt, è 12 aut pluribus pinnarum paribus composita. Costa media in pinnulis aversa parte insigniter eminet. *Siliquæ* latiusculæ læves.

4. Onobrychis monophyllos siliquis erectis geniculatis glabris D. *Sherard.* Plantula est parva, *foliis* oblongo-rotundis seu ovatis Serpylli minoribus.

P. 925. Ad Cap. de Colutea adde,

1. Colutea exotica angustifolia, floribus luteis, aversa parte eleganter punctatis, ex Cod. Bentingiano *Pluk. Phytogr.* T. 164. F. 5.

2. Colutea *Javanica* foliis oblongis *P. B. P. Ejusdem*, T. 165. F. 1. Hanc in Horto Regio *Hamptonienſi* cultam vidit D. *Plukenet.*

3. Colutea Sesban. *Ægyptiacæ* foliis accedens, *Maderaſpatana*, *Ejuſdem ibid.* F. 2.

4. Colutea veræ Crucis veſicaria *P. B. P. Ejuſdem ibid.* F. 3. Hanc etiam in Horto Regio cultam vidit.

5. Coluteæ minimæ ſpecies diſpermos ex *India Orientali*, *Ejuſdem ibid.* F. 4.

6. Colutea ſiliquoſa *Maderaſpatana*, ad nodos caulium ſiliquis bigemellis. Fortè Coluteæ foliis *Anil* nominatum *J. B. Ejuſdem ibid.* F. 5.

7. Colutea ſiliquoſa glabra, ternis quiniſve foliis, *Maderaſpatana*, femine rubello *Ejuſdem* Tab. 166. F. 1.

8. Colutea enneaphyllos Lotoides *Indiæ Orientalis*, ſiliculis conglomeratis *Ejuſdem. ibid.* F. 2.

9. Colutea ſiliquoſa enneaphyllos *Indiæ Orientalis*, ſiliquis & foliis averſa parte pubeſcentibus *Ejuſdem ibid.* F. 3.

10. Colutea *Zeylanica* argentea latifolia *P. B. P.*

11. Eadem *Curaſſavica* anguſtifolia, *Ejuſdem.* An Ervum ſeu Orobus arboreſcens, minùs incanus, Glycyrrhizæ foliis, flore ſpicato *Americanus*, pediculo pinnarum rubente *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Almageſt. Bot.*

12. Colutea *Indica*, ex qua *Indigo* habetur, foliis argenteis anguſtis & latis, ex *Vera Cruce P. B. P.*

13. Colutea *Rhodienſis* veſicaria, Scorpioidis foliis parvis, floribus & veſicis vulgaribus *Pluk. Mantiſſ.* p. 52.

14. Colutea *Indica* Galegæ folio & ſiliquâ, floribus purpureis, ex Inſula *Johanna Ejuſd. ibid.*

15. Colutea *Malabarica*, foliis hirſutis, ſiliqua ſcorpioide brevi *Pluk. Mantiſſ.* vide Mantodda-vaddi *H. M.* inter Mimoſas.

16. Colutea Scorpioides *Guineenſis*, Ornithopodii foliis *Muſ. Pet. Cent.* 1. n. 44.

17. Colutea fruticoſa *Africana*, caule fungoſo D. *Sherard.*

D. *Sherard.*

Sex vel octo pedes alta eſt, viminibus viridibus, fungoſis. Calix pentaphyllos: *Flores* plures ſimul in eodem pediculo communi è foliorum alis egreſſo, coloris lætè rubentis, galeâ retroflexâ: petala labialia juncta ſunt, & abſcondunt carinam, tacta vero digitis ſubitò diſſiliunt, & in apertum venit carina. Flos donatur 5 *ſtaminibus*, inter quæ protenditur *ſtylus*, in globulum deſinens. Siliquas & ſemina nondum vidi.

In horto Illuſtriſſimi Ducis de *Beaufort* floruit *Badmingtonii* in agro *Gloceſtrenſi.*

18. Coluteæ affinis fruticoſa argentea, floribus ſpicatis, è viridi purpureis, ſiliquis falcatis *Slon. Cat. Jamaic.* An Herba è qua Glaſtum vulgò *Anil* exprimitur, in regno novo *Granatenſi* ſponte creſcens *Laet.* p. 380. **Wild-Indigo.**

D. *Sloane.*

Caulem habet lignoſum, cortice glabro, obſcurè fuſco tectum, ad 4 pedum altitudinem aſcendentem, ramos quaquaverſum emittentem, *foliis* multis pinnatis denſè obſitos, quorum rachis ſeu coſta media 4 uncias longa, ad unciæ unius ab exortu diſtantiam nuda, eſt reliqua parte pinnarum ſibi mutuo oppoſitarum conjugationibus $\frac{1}{3}$ unciæ partem inter ſe diſtantibus alata, cum impari in extrema coſta folio. Pinna quælibet petiolo inſidet $\frac{2}{3}$ unciæ longo, ipſa uncialis longitudinis, latitudinis dimidiæ, glabra, cœruleo-viridis, & *Fœni ſancti* dicti ſimilis. Ex alis foliorum emicant ſpicæ ſeſcunciales, è *floribus* plurimis Papilionaceis, parvis, partim rubentibus, partim viridibus eundem pediculum undique ambientibus compoſitæ. *Flores* ſequuntur *ſiliquæ* $\frac{1}{4}$ unciæ longæ, teretes, falcatæ ſeu recurvæ & à pediculis quibus inſident reflexæ, 4 aut plura ſemina quadrangularia, nitentia, fuſca, aciculæ capitelli manigtudine continentes.

In locis apertioribus & ſterilioribus *Jamaicæ* & *Caribearum* ubique ſponte nata reperitur.

19. Coluteæ affinis fruticoſa, Pimpinellæ folio, ſiliquis falcatis, bovinorum cornuum in modum diſpoſitis *Slon. Cat. Jamaic.*

Ramus quem deſcribo longa ferruginea lanugine veſtiebatur, ad tactum hirſutus; ſuberat lignum durum. In ſurculos crebros dividebatur, *foliis* frequentibus obſitos, intervallis uncialibus ſejunctis, unciam plus minùs longis, dimidiam latis, latiſſima prope baſin parte, inde ſenſim anguſtatis ad extrema uſque, ubi in punctum deſinunt, ad margines profundè inciſa, glabra,

glabra, pediculis destituta. Ex alis foliorum exibant *siliquæ*, binæ semper in eodem petiolo, ritu suo cornuum bovinorum similes, pilosæ, unciam circiter longæ, incurvæ, acuminatæ, teretes, plura *semina* parva intus continentes.

Inter plantas siccas in insulis *Caribeis* collectas hanc inveni; qualem verò florem ferat, quámve proceritatem attingat non memini.

P. 927. Ad Cap. de Nil sive Anil, i. e. **Indigo.**

1. Genista tinctoria Maderaspat. Rorismarini foliis ad caulem radiatis *Pluk. Phytogr.* T. 31. F. 3. An Legumen cujus siliquula à D. *Terentio* missa ex *India*, & titulo herbæ *Anil* inscripta fuit *C. B.*? Glasto affinis *Ejusdem C. B.* Anil seu Nil *Indorum* color *J. B.* Anil herbæ, foliis Mungiriquâ similibus *Garciæ*. Anil seu Indigo, Gali seu Nil herba Rorismarini facie *Linschot. part.* 4. *Indiæ Orient.* Genistæ Ilvensi *Lugd.* h. e. Geniste radiatæ vel stellari *J. B.* i. e. Sparto triphyllo *C. B.* valdè similis, si non eadem. V. plura apud D. *Plukenet* loco citato.

2. Nil seu Anil sylvestre Cynanchicæ foliis *Bisnagarica Pluk. Phyt.* T. 101. F. 6.

3. Colutea *Indica*, seu **Indigo** sylvestris polyceratos, siliquis recurvis, *Americanus Pluk. Almag. Bot.* Frutex 1. innominatus, An Glaux vel Anthyllis leguminosa vel Securidaca sit dicenda *Marcgrav.* l. 2. c. 8?

4. Anil Pearmeedoorica, Colutea foliis pubescentibus fere pentaphyllis *Petiv. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 708. Chodeseru-paulado *Malab.*

Humi sternitur. *Folia* Coluteæ similia sunt, sed minora & incana, alata, pentaphylla plerunque, rariùs triphylla, *foliis* duobus angustis seu auriculis ad infertionem appositis. *Siliquæ* valde tenues, aciculâ majore non crassiores, rectæ, & cùm plenè adultæ unciam ferè longæ, in spinulam desinentes; hæ spicatim nascuntur in spicis nudis seu aphyllis non plures 4 aut 5 simul, ¼tam unciæ à se invicem distantes. Spice sescunciam circiter longa est. Trita & in aqua calida sumpta infantium torminibus medetur.

5. Datur altera species minor, *Cherupaulada* dicta.

6. Anil Pearmeedoorica trifoliata glauca, foliis rigidis *Petiver.* Chetamucan *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 714.

Prima facie **Indigo** verum repræsentat (cuius species est) præcipuè quoad flores & siliquas; præcipua differentia in eo consistit quòd terna duntaxat in eodem pediculo habeat folia, quódque tota planta, sed præcipuè *caules*, colore sunt magis canescente seu argenteo. Floret Januario.

P. 931. Ad Caput de Scorpioide.

1. Scorpioides *Bisnagarica*, folio singulari rigido, siliquis articulatis erectis *Pluk. Phytogr.* Onobr. *Zeylanica* folio singulari oblongo-rotundo D. *Hermanni.*

2. Scorpioides leguminosa *Lusitanica Munting. Herbar. Belgic.*

3. Scorpioides altera leguminosa *Lusitanica Ejusd. ibid.* leguminosa 2. & 3. *Lusitanica Grisleii Virid. Belgic.*

Hæ duæ plantæ, ut suspicor, ad Ornithopodii genus pertinent.

P. 932. Ad Cap. de Ornithopodio.

1. Ornithopodium majus *Creticum Munting.* Herbar. Belgic.

2. Ornithopodium elegans *Lusitanicum* N. D. *Ejusd. ibid.* ubi si placet descriptionem vide: Nos enim Linguam *Belgicam* non callemus.

P. 930. Ad Cap. De Ferro equino.

1. Ferrum equinum *Hysiquanense*, floribus obsoletè rubris D. *Sherard.* Orobus *Hysiquanensis* siliquâ depressâ albâ, flore obsoletè purpureo *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.* Falcata *Rivini.*

Multos ex *radice* albente fibrosa profert viticulos, ramosos, humi procumbentes, teretes, spithamâ longiores: quibus hærent ad genicula. *Folia* pinnata, 9 aut 12, pluribus paucioribúsve pinnis, nunc è directo sibi oppositis, nunc alternis crassiusculis, parvis, Ferro equino seu Coluteæ enneaphyllæ valdè similibus conflata. *Flores* prodeunt in pediculis digitalis longitudinis ad foliorum sinus exeuntibus in summitate, terni, quaterni aut quini, papilionacei, coloris obsoletè purpurei, [in *Hysiquanensi Oldenlandius* legit coccinei] vexillo cordi-

formi, pallide pupuraſcenti, multis per longitudinem excurrentibus intenſioribus lineis inſcripto, petalis labialibus ut & foliolo inferiore carinato ad extremitatem intenſiùs purpuraſcentibus. Has ſequuntur *ſiliquæ* depreſſæ, falcatæ ſeu ſemilunatæ, bivalves, unicapſulares, & parte qua ſemina claudunt nonnihil tumentes, per maturitatem albicantes. Sapor eſt herbaceus. Huic fere ſimilem reperire licet in *H. M.* tom. 9. nomine *Nelitali*, quæ tamen tamen ab hac multùm differt. D. *Sherard.*

2. Ferrum equinum majus *Malabarienſe*, ſiliquis in ſummitate, *Commelin.* in *H. M.* Tom. 9. Tab. 18. p. 31. *Muſ. Pet.* 53. Neruchadday *Malab.* D. *S. Brown.*

P. 934. Ad Cap. de Tragacantha.

1. Tragacantha *Alpina* ſemper virens, foliis viridioribus ſubhirſutis *Schol. Bot.* An Tragacantha *Alpina* ſemper virens, floribus purpuraſcentibus *Tournef. Elem. Bot.*

P. 940. Ad Caput de Aſtragalo.

1. Aſtragalus *Pyrenaicus*, flore albo, folio ſubrotundo *Schol. Bot.* An Aſtr. *Pyren.* fol. Viciæ ſubrotundis, flo. ochroleuco *glomerato Tournef. Elem. Bot?*

2. Aſtrag. *Pyrenaicus* incanus, foliis Viciæ, flore ſulphureo *Ejuſdem.* An Aſtr. *Alp.* fol. Viciæ anguſtioribus, flo. ochroleuco *Tournef.*

3. Aſtrag. *Alpinus* conophorus ſeu Alopecuroides *Ejuſdem.* An Aſtrag. rectícaulis hirſutus *J. B.*

4. Aſtrag. *Alpinus* procerior Alopecuroides *Tournef. Elem. Bot.*

5. Aſtrag. *Alpinus*, foliis Viciæ ramoſus & procumbens, flore glomerato oblongo, cœruleo *Ejuſd.*

6. Aſtrag. *Alp.* Tragac. fol. ramoſus, flore cœruleo glomerato *Ejuſd.*

7. Aſtrag. *Pyrenaicus* Barbæ Jovis folio, non ramoſus, flore ochroleuco glomerato *Ejuſd.*

8. Securidaca *Maderaſpatenſis*, ſiliquis falcatis fulvis & villoſis, pluribus circa ramulos ſtellatim poſitis : Stella *Orientalis* fulgens *Pluk. Phytogr.* T. 59. F. 6.

9. Aſtragalus fortè ſeu Glaux *Æthiopica*, floribus purpureis amplis *Pluk. Almag. Bot.* T. 270.

10. Aſtragalus annuus, Tamarindi foliis incanis, ſiliquis curtis, turgidiuſculis, glabris, ad foliorum ortum communi pediculo nixis *Pluk. Almag. Bot.* In horto D. *Caroli Du Bois* ſuccrevit.

11. Aſtragalus Glycyrrhizæ ſylveſtri *Germanicæ* ſimilis *Cat.* ad finem *Par. Bat. Herman.*

Radice eſt repente alba ; *cauliculis* ſeſquipedalibus ramoſis, plurimis, viridibus, nonnunquam ad alas ſeu nodos rubentibus : *Foliis* inſtar Glycyrrhizæ, pinnis oblongis & obtuſis : *Floribus* in albo virentibus, parvis, papilionaceis, in ſummis ramis ſpicatim congeſtis : *Siliquæ* breves, bicapſulares, ſemunciam longæ. Sapor foliorum aſtringens. Floret Auguſto. Deſcripſit D. *Hermannus.* D. *Sherard* communicavit.

12. *Onobrychis perennis rotundifolia, ſpicata, alba* D. *Herman.* E *radice* longa, pallida & profunda *caules* promit 3, 4ve, pedales, ramoſos, geniculatos, nonnihil ſtriatos & inferiùs rubentes ; è quibus prodeunt *Folia* alata, pinnis oblongo-rotundis obtuſis, rigidiuſculis, 5 aut 7 eidem coſtæ annexis. Ex horum alis *Flores* papiliona cei oblongi, albi, in ſpica digito longiore, & uno verſu diſpoſiti propendent, quos excipiunt *ſiliquæ* articulatæ, depreſſæ, glabræ, itidem propendentes. Sapor foliorum adſtrictorius. Ex Adverſ. D. *Herm.* tranſcripſit D. *Sherard*, qui & hujus loci non eſſe ſuſpicatur.

13. Aſtragalus Alpinus, Tragacanthæ folio, veſicarius, *Tournef. Elem. Bot. Magnol. Cat. Hort. Monſp.* Aſtr. Alp. halicacabus, incanus, foliis Tragacanthæ, flore purpuraſcente *Schol. Bot.*

Radicem habet gracilem, multifidam, dodrantalem : Folia Tragacanthæ ſimilia, incana pariter, ex 5 conjugationibus perſæpe conflata, cum ultimo impari claudente : *Caules* tenues, ſpithamiæi, in orbem quaſi diffuſi, nunc ſupini, nunc recti, *flores* ſuſtinent glomeratim aggeſtos, papilionaceos, purpuraſcentes, ſpecioſos, cum calice in veſicam intumeſcente, & lanugine alba pubeſcente. His ſuccedunt *ſiliquæ* tomentoſæ utriculum pariter referentes, in duo loculamenta diſtinctæ cum *ſeminibus* reniformibus.

In

In Delphinatu, in monte quem vocant *Vars*, non longè ab urbe *Guilleſtre* invenit D. *Tournefort. Cat. Hort. Monſp.*

14. Aſtragalus villoſus ſeu glaucus procumbens, floribus pallidè purpureis oblongis D. *Sherard.* *Siliqua* uncialis eſt & longior, bicapſularis, rotunda, magnitudine Loti hæmorrhoidalis in acumen deſinens. Ex Horto *Amſterod.* à *Breynio* miſſus.

15. Aſtragalus *Salawaccenſis* foliis & ſiliquis glabris *Muſ. Pet.* 613. item *Ejuſd.* in *Act. Philoſ.* N. 276. p. 1017. Coodee-Cauvella Malab. D. *Brown.*

16. Kattu-Tagera H. M. P. 9. T. 30. Aſtragalus *Indicus* ſpicatus, ſiliquis copioſis deorſum ſpectantibus non falcatis, valde piloſis *Herman. Commelin.* in notis. Pilæghas *Cingalenſibus.*

Planta eſt altitudine duûm triúmve pedum, naſcens in arenoſis. *Radix* albicans, fibroſa. *Surculi* lignoſi, rubeſcentes, pilis longiuſculis rubeſcentibus obducti, teneriores ex una parte virides, ex altera ſanguineo-rubeſcentes vetuſtiores cortice ruſſo-rubeſcente, corculum interius album eſt. *Folia* in communi, brevi, piloſo petiolo trina & quina proveniunt, oblongo-rotunda, utrinque pilis albicantibus densè veſtita tenuia, mollia, ſuperficie lenia, formâ ut *Tagera*, ſed paulò majora, ſaporis aſtringentis & ſubacris. *Flores* plures ſimul, ordinata ſerie in cacumine ſurculorum hinc inde alternatim viſuntur, parvi, papilionacei, coloris roſacei ſaturrimi. *Stylus* qui folio angulato [ſeu carinato] accumbit, theci-formis, viridi-dilutus, ſupernè in brevia filamenta apicibus flaviuſculis nodulata fiſſus. *Calix* in ſex folia viridia anguſtiſſima pilis veſtita divitur. *Siliquæ* breves, brevibus pedunculis ſeriatim appenſæ, rotundiolæ, valde piloſæ, ad oppoſitas partes duabus futuris viridi-fuſcis in longum interſtinctæ, inter futuras parum extuberantes: illarum cortex primò viridis, deinde ex ruſſo ſubrubeſcens. *Semina* intus parva, longa in longitudine ſiliquarum ſita interſepimentis à ſe mutuò disjuncta, albicantia & flaveſcentia.

Ex hac planta decoctum conficitur antiphreniticum.

P. 930. Ad Cap. de Hedyſaro clyperato aſpero.

1. Hedyſarum triphyllum fruticoſum, ſiliquâ variè diſtortâ *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caule aſſurgit lignoſo, fuſco, viridibus aliquot & hirſutis ſurculis ramoſo, ad 4 pedum altitudinem. *Folia* caulem undique nullo ordine veſtiunt, terna ſemper in eodem pediculo, ſeſcunciam longa, duabus appendicibus ad ſingulorum exortum cauli adnatis, Loti alicujus inſtar. Folium autem medium lateralibus longius eſt, petiolo privato unciali inſidens; lateralia duo ſibi mutuò oppoſita rotundiora, omnia tenuia, ſupernè glabra & obſcurè viridia, ſubtus hirſuta. Summitates caulis & ramorum in *ſpicas* longas exeunt florum rariùs diſpoſitorum in ſemuncialibus pediculis, papilionaceorum, pallidè purpureorum; quos excipiunt *ſiliquæ* tenues, hirſutæ, articulatæ, variè inflexæ & diſtortæ.

Ad ſemitas in inſula *Jamaica* copioſè naſcitur, & in agris cultis.

2. Hedyſarum triphyllum *Marilandicum*, ſiliquis compreſſis aſperis, ad unum latus dentatis, longioribus.

In ramulo quem ex *Marilandia* allatum D° *Sloane* communicavit D. *Vernon*, eidem pediculo oblongo communi terna inſidebant *folia* ampla, ſubrotunda, lævia, venoſa, extremo lateralibus duplo majore. Supra folia *caulis* in longum excurrit, ad longa intervalla ramulos emittens, in quibus ut & medio caule *flores* rariùs diſpoſiti, in uncialibus aut ſemuncialibus tenuibus pediculis poſt ſe relinquunt *ſiliquas* compreſſas aſperas, 4 aut 5 torulis ex inferiore parte velut dentatis, iſthmo interceptis compoſitas. *Semina* in ſingulis torulis ſeu loculis ſingula nondum matura erant. Flores autem præterierant.

3. Hedyſarum triphyllum *Marilandicum* minus, ſiliquis compreſſis articulatis aſperis, brevioribus. Onobrychis phaſeolodes, flor. purpureis ſiliquâ aſpera bidentata & tridentata majore *Pluk. Mantiſſ.*

Cauliculi huic tenues, teretes, ſatis tamen rigidi, ſupina parte rubentes. *Folia* parva, glabra, oblonga, obtuſa, obſcuriùs viridia, tenuibus & brevibus pediculis nixa, extremo lateralibus multò majore. *Caulis* ut in præcedente ultra folia in longum excurrit, ramos hinc indè emittens plures quàm in præcedente, qui ſumma parte, (ut & medius caulis) in pediculis tenuibus oblongis *floſculos* ſingulares proferunt, ſiliquas poſt ſe relinquentes compreſſas, aſperas, deorſum nutantes, 3bus loculis ſubtotundis velut iſthmo interceptis compoſitas, ſingulis ſingula *ſemina* continentibus, quæ nondum maturuerant.

4. Hedyſarum trifolium *Maderaſpatanum*, ſiliquis membranaceis aſperis *Muſ. Pet.* 649.

Folium extremum multò majus eſt & acutius quàm lateralia. Siliquæ breves, rectæ, obtuſæ.

5. Hedyſa-

5. Hedyſarum trifolium *Marilandicum* foliis latis ſubrotundis, floribus in pediculis longis ex eorundem alis egreſſis.

Folia pediculis ſatis longis hirſutis inſident, terna ſimul, quorum medium ſeu ſupremum, quod pediculum terminat, lateralibus majus eſt & latius, circa margines hirſuta, non crenata. Pediculi floriferi valde hirſuti ſunt ſeu piloſi, palmares, aut etiam longiores, tenues, foliolis parvis acuminatis per intervalla veſtiti, in faſtigio *floſculos* geſtantes paucos, in pedicellis tenuiſſimis, parvos, binos ſimul, & (quantum in ſicca diſcernere licuit) purpuraſcentes. Fructum nondum protulerat, ideóque quòd Hedyſari ſpecies ſit certò affirmare non audemus.

6. Hedyſarum trifolium *Marilandicum* foliis modicè latis, acuminatis, ſaturatiùs virentibus, plurimas è ſuperiorum foliorum alis & ipſo caule ſupra folia florum ſpicas emittens.

Caules quamvis tenues ſint, ſatis rigidi eſſe videntur; brevi & vix conſpicua lanugine ſuperiora versùs hirſuti, uti ſunt & floſculorum calices & pediculi, ità ut veſtibus adhæreſcant, Aparines in modum. *Folia* circa coſtam mediam albicare videntur, in ſicca. E foliorum ſuperiorum alis, & ſupra folia è caulis lateribus hinc inde exeunt pediculi communes, prælongi, tenues, in ſummo florum purpuraſcentium ſpicas ſuſtinentes. Pedicelli quibus flores inſident tenuiſſimi. Qualem fructum proferat neſcimus.
In *Marilandia Americæ* provincia collegit D. *Vernon*. Ex habitu plantæ & conformitate cum præcedentibus Hedyſari ſpeciem eſſe conjicimus.

7. Hedyſarum trifolium *Marilandicum* foliis parvis anguſtiſſimis, ſumma parte in multos diviſum ſurculos, flores ſuſtinentes.

Caules tenues ſunt, longi, *foliis* ad intervalla ternis, anguſtis acuminatis veſtiti. E foliorum alis, & ſupra folia ex ipſo caule, in longum procurrente, ad intervalla non longa, exeunt ramuli ſeu pediculi communes, tenues, prælongi, fere rectà extantes, *floſculos* ſuſtinentes in petiolis prætenuibus parvos, rariùs ſitos, purpureos quantum in ſicca diſcernere licuit. Fructum nondum perfecerat, videbatur tamen ſiliqua eſſe parva, brevis, articulata. Summitates ramulorum hirſutæ erant, & veſtibus adhæreſcebant, quamvis folia inferiùs prorſus glabra eſſent.

8. Hedyſarum trifolium majus, totum hirſutum, foliis acuminatis, floribus in ſummo caule, ínque pediculis è foliorum alis egreſſis, in ſpicas tenues excurrentibus.

Tota Planta, [folia, caulis, ſpicæ] lanuginoſa eſt & veſtibus adhæreſcit. Folium in unoquoque pediculo extremum lateralibus multò majus eſt, è lata baſi in acutum cuſpidem ſenſim deſinens; omnia autem pallidiùs virent. Spicæ è foliorum alis exeuntes, nulla habent in communi pediculo folia. Pauciores è caule ſupra folia emittit pediculos floriferos quàm præcedentes, eóſque breviores. *Flores* autem rariùs ſiti ſunt, papilionacei. Verùm figuram eorum & colores in ſicca clarè diſcernere non potui.
Caulis firmior eſt, & robuſtior quàm præcedentium.

9. Hedyſarum trifolium *Marilandicum* ſimplici in ſummo caule ſpicâ florum purpuraſcentium.

Folia præcedentis foliis ſimilia ſunt, è lata baſi in acutum mucronem ſenſim deſinentia pallidè viridia, extremum quod pediculo ſummo inſidet lateralibus duplo majus eſt. Summos caules ſeu ſpicarum pediculos obſident foliola præparva, ſimplicia, acuminata, lata baſi cauli adnata.

10. Hedyſarum trifolium *Marilandicum* foliis longis, anguſtis acutis, ſpicis florum paucis oblongis in pediculis prælongis è ſummo caule & ſupremorum foliorum alis exeuntibus.

In planta quam deſcripſimus folia ſeſcunciam aut duas uncias longa erant, vix ſemunciam lata, acuminata, pediculis tenuibus nec valde longis ſuſtentata. Duæ tantùm florum ſpicæ erant, pediculis ſeu ſurculis palmo longioribus innaſcentes. Flores, ut in hoc genere papilionacei, quorum tamen nec figuram, neque colorem in ſicca ſatis clarè diſcernere potui. Fructum nondum perfecerat, ut nec de Genere certus eſſe poſſim.

11. Onobrychis *Mariana* parvo ſubrotundo folio trifoliata, procumbens, ſummo caule & ramulis floribunda *Pluk. Mantiſſ.* Fortè Hedyſarum noſtrum *Marilandicum* tertium.

12. Onobrychis Phaſeolodes ramoſior, floribus ſulphureis parvis, falcatis & dentatis ſiliquis aſperis. Ex provincia *Mariana Ejuſd. ibid.* An Hedyſarum noſtrum *Marilandicum* primum.

13. Ono-

13. Onobrychis, fortè Asphaltites, angustiori folio triphylla, floribus purpureis spicatis è Terra *Mariana Ejusd. ibid.* An Hedysarum nostrum *Marilandicam* quintum?

14. Onobrychis *Mariana* triphylla, Passifloræ Pentaphyllæ angustiori folio & facie, siliquulis dentatis asperis, à præcedenti plurimum diversa. *Ejusd. ibid.* Hæ omnes plantæ à D. *David Krieg* in Marilandia collectæ, & nobis communicatæ sunt, inquit D. *Plukenet.*

15. Onobrychis major, Viciæ foliis, spicâ florum ferrugineâ *Pluk. Mantiss.* Ex seminibus *Venetiis* missis in *Horto Chelseiano* enatam vidit. An Onobrychis flagellis longissimis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 262. T. 129?

16. Onobrychis *Orientalis*, Mimosæ minoribus foliis, falcatis & dentatis siliquis, ex foliorum sinu oriundis. *Neelchaddai Malabarorum Pluk. Mantiss.*

17. Onobrychis *Indiæ Orientalis* monophyllos, siliculis numerosis asperis *Ejusd. ibid.*

18. Onobrychis *Gangetica* monophyllos, siliculis singularibus, lævibus, falcatim per internodia discriminatis *Pluk. Phyt.* T. 50. F. 3.

19. Onobrychis *Maderaspatana* diphyllos minor, siliculis hirsutis. An Nelam-muri *H. M.* P. 9. *Ejusd.* T. 246. F. 6.

20. Onobrychis annua *Zeylanica*, Mimosæ foliis, siliquis articulatis asperis, major *Hert Leyd. Herman. vide* Mimosa non spinosa major *Zeylanica Breyn. Cent.* 1.

21. Onobrychis *Bisnagarica* Mimosæ foliis, siliquis ad unum solummodo latus dentatis, ex alis polyceratos *Pluk. Phytogr.* T. 49. F. 5.

22. Onobrychis minor foliolis cordatis, siliquis magnis asperis, velut isthmo interceptis, floribus in globum congestis *Ejusd. ibid.* T. 50. F. 2.

23. Onobrychis *Orientalis* Mimosæ brevioribus foliis, falcatis & dentatis siliquis ad fastigia ramulorum ortis: An Nela-Tali *H. M.* P. 9. T. 18? *Pluk. Almag. Bot.* T. 309.

24. Onobrychis *Maderaspatensis* diphyllos major, siliculis clypeatis, asperis *Pluk. Phytogr.* T. 102. F. 1.

25. Onobrychis flagellis longissimis *Boccon. Mus. Plant. rar.* T. 29. Cauliculos producit tenues, humi stratos, bipedales, foliis angustis cinctos. Ab omnibus Onobrychidis speciebus differt, quòd post globulum florum purpureum *semina* retineat quasi cordi aut reniformia. Invenitur Corsicæ insulæ multis in locis.

26. Onobrychis perfoliata *Munting.* Herbar. Belgic.

27. Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato major, caulescens & ramosa *Schol. Bot.*

28. Hedysarum triphyllum fruticosum minus *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radice nititur firma & robusta: *Caulem* exserit pariter firmum, unde egrediuntur ramuli 3 uncias longi, *foliis* alternatim positis hic illic vestiti, * præcedentis similibus, verùm tribus duntaxat in eodem semunciali pediculo hærentibus, singulis semunciam circiter longis, luteo-viridibus, figuræ ovalis seu ellipticæ. E foliorum alis exeunt pediculi, 3 circiter uncias longi, *flores* aliquot papilionaceos sustinentes, & (ut arbitror) *siliquas* seminibus fœtas, quamvis nullas unquam viderim, ideóque plantam hujus loci esse non ausim fidenter asseverare.

In insula *Jamaica* inveni, locum non recordor. D. *Sloane.*

*[Hedysari fruticosi triphylli, flore purpureo, siliquâ varie distortâ.]

29. Onobrychis major, humi projecta, longulo cordato foliolo, floribus rubris, clypeatis articulatis siliquis sparsis *Hort. Cathol. Cupani. Flores* plures simul in pediculo prælongo, quibus succedunt *siliquæ* magnæ, spinulis longis, mollibus, & innocuis, densis obsitæ, duo triave semina isthmo intercepta continentes. A D. *Sherard* habuimus.

30. Onobrychis *Zeylanica* trifolia minor perennis D. *Herman.* Folia in pediculis longiusculis ovata fere, parva. *Flores* in summis caulibus & ramulis in spicas excurrunt, parvi, & (ut in sicca videbatur) purpurascentes, quibus succedunt *siliquæ* parvæ, breves, articulatæ, velut isthmis semina intercedentibus.

31. Onobrychidis trifoliæ ramulum habemus inter siccas *Sherardinas*, flore & fructu viduum, cui D. *Hermanni* manu inscribitur, *Onobrychis spicata Zeylanica trifolia fruteſcens.* Folia inferiora in ramulis obtusa sunt & subrotunda.

32. Ono-

32. Hedysarum triphyllum fruticosum, supinum, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* Onobrychis *Americana*, floribus spicatis, foliis canescentibus, siliculis asperis *Pluk. Almag. Bot.* T. 308. F. 1. An Trifol. *Americanum* spicatum *Marcgr* ?

D. *Sloane.*

E *radice* longa, tenui, lignosa *Cauliculos* aliquot emittit pedales, humi procumbentes, hirsutos, teretes, lignosos rubentes, ad intervalla inæqualia *foliis* vestitos in semuncialibus pediculis ternis simul, quorum medium longissimum, omnibus viridibus, subtus dilutioribus. Ramulorum summitates terminant spicæ *florum* purpureorum, papilionaceorum, quibus succedunt *siliquæ* articulatæ semicirculares, isthmo angusto, ad modum seminum loculos dirimente, unde asperitate sua vestibus adhærentes, facile à se invicem abscedunt, ob nexum imbellem. Singuli articuli singula semina pallidè lutea continent.

In sylvis *Jamaicæ* præsertim campestribus ubique oritur.

33. Hedysarum minus diphyllum, flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.* An Nelam-mari H. M. p. 9. p. 161. F. 82 ? Onobrychis *Maderaspatana* diphyllos, siliculis asperis *Pluk.* T. 102. F. 1 ?

D. *Sloane.*

E *radice* tenui, lignosa *cauliculos* protrudit 3 aut 4 uncias longos, humi procumbentes, *foliis* vestitos in eodem pediculo binis, luteo-viridibus, parùm hirsutis. *Flores* papilionacei lutei : *Siliquæ* paululum incurvæ, hirsutæ, semilunares ; *Semina* semicirculari internodio inclusa, à se invicem tenui isthmo separantur.

Copiosè provenit hæc planta in locis arenosis aridioribus pratorum circa urbem S. *Jago de la Vega* post pluvias.

34. Hedysarum caule hirsuto, Mimosæ foliis alatis, pinnis acutis minimis gramineis *Slon. Cat. Jamaic.* An Mimosa non spinosa major Zeylanica *Breynii* Cent. p. 51 ?

D. *Sloane.*

Hujus plantæ rami pedem circiter longi erant, teretes, fungosâ medullâ farcti, pilis creberrimis rigidis asperis seu spinulis albis obsiti, nec minùs virgæ seu surculi, quorum extrema *foliis* alatis prædita erant, eorumque pinnæ è quibus componuntur præparvæ, acuminatæ, gramineorum foliorum instar striatæ, numerosæ. *Flores* è foliolo piloso seu echinato tanquam ex utriculo exeunt, pediculis ramosis alternatim insidentes : Succedunt *siliquæ* articulatæ, præcedentis similes.

In Mediterraneis Insulæ *Jamaicæ* collegit D. *Sloane.*

35. Quadrifolium erectum flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad pedalem circiter altitudinem assurgit, *caule* recto ramoso, ramulis foliis creberrimis obsitis, alternatim enascentibus, in pediculis trientem unciæ longis, quaternis simul, quantum ego observare potuerim, eidem semper inhærentibus, parvis, in summo ubi latissima erant crenâ incisâ velut cordatis, luteo-viridibus, glabris, costâ mediâ subtus eminente. Ex alis foliorum versùs summitates singulis singuli exeunt *flores* papilionacei, lutei, ut in aliis congeneribus.

In pratis circa locum **Two-Mile-Wood** dictum nascitur.

P. 943. Ad Cap. De Trifolio spicato.

1. Trifolium parvum, florum globulis in foliorum alis sessilibus. Foliorum pediculi tenuissimi & longissimi sunt, [palmares fere] Folia ipsa obtusa, cordata, circa margines argutè denticulata. Florum color in sicca non comparuit. D. *Sherardus* communicavit.

2. Trifolium purpureum, erectum, spica seu capitulo brevi, foliis oblongis acutis. Planta videtur esse erecta, ramosa. Folia angusta, acuta, non crenata. Florum spicæ in summis caulibus & ramulis brevibus pediculis insident, subhirsutæ. Eidem D. *Sherardo* hanc etiam debemus.

3. Lagopus parvus spicis brevibus, supremorum foliorum appendicibus velut calice ambitis. Trifolium glomerulis Personatæ Cherleri apud *J. B.*

Plures è radice simplici plurimis fibris donata *caules* fundit, sesquipalmares, hirsutos, ramosos, *foliis* vestitos pediculis longis insidentibus, obtusis & in summo crenatis. Summos caules & ramulos occupant *flores* in capitula congesti villosa & lanuginosa, appendicibus folii supremi velut calice arctè cincta. E penu locuplete D. *Sherardi* hausimus.

Ad P. 946.

4. Trifolium spumosum seu fragiferum supinum, foliis parvis obtusis. Palmarem longitudinem non excedit ; plurimos ab eadem radice *cauliculos* fundens, humi stratos & in ramulos divisos, quos *florum* spicæ terminant pro plantæ modo grandes, è plurimis

mis velut ampullis reliquorum hujus generis in modum compoſitæ. Folia parva obtuſa, circa margines æqualia, quantum in ſicca diſcernere licuit. E collectaneis D. *Sherard.*

5. Trifolium fragiferum noſtras purpureum, folio oblongo *Moriſ. hiſt.* 144. Folia hujus in extremo minimè bifida ſeu crenata ſunt, quo à Trifolio frugifero *Cluſii* differt.

6. Trifolium purpureum ſpicatum erectum, foliis imis ſubrotundis ſuperioribus in caule anguſtis longis acutis eleganter dentatis.

Trifolio majori albo à *Fuchſio* depicto ſimilis eſt. *Caulis* ſtriatus, ramoſus ramulis rariori-bus, erectus, pedem altus. *Folia* ima lata ſunt & ſubrotunda, ſuperiora in caule anguſta, longa, acuta; utraque circa margines argutè denticulata; priora pediculis prælongis inſi-dent & poſterioribus minora ſunt. Florum ſpicæ purpureæ, & in ſicca nobis à D. *Sherard* exhibita pyramidales videntur; pediculis longis innixæ.

7. Trifolium ſpicatum erectum, foliis anguſtis acutis, florum ſpicis brevibus laxis, ſeminibus villoſis roſtratis. Trif. bituminoſum humilius, flore variegato D. *Sherard.*

Caulis teres, erectus, ramoſus, dodrantem altus in ſpecimine ſicco nobis à D. *Sherard* com-municato. *Folia* in pediculo duas tréſve uncias longo terna, eodem quo in reliquis trifoliis ſitu; ima latiora; media latiſſima parte unciæ $\frac{3}{4}$tas partes lata, ſuperiora ordine anguſtio-, oblonga, acuminata. E ſummo caule plurimi exeunt *pediculi* tenues, ſeſquipalmares aut longiores, nudi, ſinguli ſpicam ſuſtinentes brevem, laxam, è paucis *floribus* compoſitam papilionaceis, è calicibus laxis in ſpinulas longas molles exeuntibus, quorum ſingulis ſucce-dunt *ſemina* ſingula, majuſcula, ſumma parte villis obſcuri coloris coronata & roſtro ob-longo compreſſo acuto donata.

Planta eſt ſingularis, & multis notis à congeneribus diſcretu facilis. Alicubi in *Calabria Italiæ* me inveniſſe memini, ſed quia defloruerat non deſcripſi. In *Hollandiæ* hortis frequens eſt, monente D. *Sherard.*

P. 943.

8. Trifolium bituminoſum microcaulon, anguſtiſſimo folio, ſemine nigro, *Hort. Med. Sapien. Rom.*

9. Trifolii bituminoſi ſpecies humilior, *Ejuſd. Horti.*

10. Trifolium Lagopodoides, pulchro capitulo, rubro, duro. D. *Sherard.* Erectum eſt, altitudinis ſpithamiæ, capitulis oblongis in ſummis caulibus & ramulis, binis per-ſæpe ſimul. *Folia* anguſta, cúmque planta adolevit, inferiora in caule marceſcunt & decidunt.

11. Trifolium *Marilandicum* erectum, capite rotundo ſeu globoſo albo D. *Sherard.* Folia circa margines crenata ſunt, inferiora minora & breviora, ſuperiora majora & lon-giora.

12. Trifolium *Africanum* fruticans, flore purpuraſcente *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radicem habet fibroſam, *caulem* nunc unicum, nunc geminum, bipedalem, lignoſum, ro-tundum & fuſcum, qui in varios divaricatur ramulos ejuſdem cum ipſo coloris. His *Folia* adſtant in eodem pediculo terna, oblonga, nonnihil hirſuta. Ramulorum ſummitates or-nant in perianthio quinquefido *Flores* papilionacei, purpuraſcentes, & in capitulum congeſti; quibus evanidis *ſilicula* apparet, unicum duntaxat *ſemen* reniforme continens. Floret men-ſibus Junio & Julio, & Septembri ſemina perficit.

13. Trifolium *Africanum* fruticans, folio anguſtiore, flore rubicante *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radix lignoſa & tenuis; *Caulis* pedalis, rotundus, & in varios divaricatus ramulos, qui juniores lanuginoſi, adultiores cum caule fuſci evadunt; his *folia* terna in eodem pediculo adſtant anguſta & viridia.

Circa ramulorum ſummitates è foliorum alis *floſculi* oriuntur, parvis ſuſtenti pediculis, papilionacei, rubentes, quorum perianthium in 5 ſtellatas cuſpides terminatur. Florem ſe-quitur ſilicula in eodem perianthio occluſa, *ſemen* unicum reniforme & fuſcum continens. Perpetua gaudet viriditate. Floret Julio & Auguſto, Septembri ſemina perficit.

14. Trifolium incanum fruticans, foliis incanis, flore luteo *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Ex *radicibus* lignoſis *Caulis* erigitur bipedalis, rotundus & fuſcus, qui in varios & lanugi-noſos divaricatur ramulos; His *folia* adnaſcuntur in eodem pediculo terna, anguſta, & in-

cana. Ramulorum ſummitates terminantur primò in capitula craſſa, folioſa, & lanuginoſa, quæ tandem in *flores* expanduntur papilionaceos & luteos. Flores *ſilicula* ſequitur *ſemen* unicum reniforme continens.

Singulis annis menſibus Julio & Auguſto floret, ſemina tamen hactenus matura produxit nulla.

Semina ex *Africa* mittuntur nomine *Geniſtæ* Africanæ *glomerato flore luteo.*

Locis ſaxoſis Promont. *Bæ Spei* juxta montes ad tripedalem altitudinem excreſcit hic Frutex, & floret Octobri.

P. 947. Ad Cap. de Trifolio ſpicato, florum ſpicis è ſummis caulibus & ramulis exeuntibus.

15. Trifolium pumilum *Biſnagaricum*, argenteo nitore ſericeum, capitulis oblongis hiſpidis *Pluk. Phytogr.* T. 69. F. 1.

16. Trifolium *Americanum* elatius holoſericeum, ſummo folio bifido, ſuaveolens, Meliloti genus fortè *Indianum Ejuſd. ibid.* F. 2.

17. Trifolium pediculis foliorum longiſſimis *Biſnagaricum Pluk. Phyt.* T. 68. F. 2. An Spica trifolia *Alpin. exot.* 169?

18. Trifolium nodiflorum turbinatum *Bocc. Muſ. pl. rar.* Tab. 104. Trifolium lagopoides minùs pulchrum Xerampelinum, rigidulum *Hort. Cath. Supplem.* 3.

Folia producit hæc ſpecies nigricantia, duriuſcula, parva velut Lagopi *Matth.* Spithamiæa eſt altitudine, in ramos diviſa. Capitulum profert turbinatum ad modum Verbenæ nodifloræ *Imperati.* Baſin uniuſcujuſque capituli 4 aut 5 foliola cingunt. Aliquoties erigitur, aliàs procumbit. In montibus *Corſicæ* reperitur, ut & prope *Romam* urbem.

19. Trifolium *Hiſpanicum* caliculis ſpumoſis ſeu folliculaceum minus, flore niveo *Pluk. Almag. Bot.* An fortè Trifolium *Salmanticenſi* affine *Moriſ. Prælud.* Idem.

20. Trifolium ſtellatum hirſutum ſubterraneum *Luſitanicum Munting. Herbar. Belgic.* hirſuto ſtellato capite, ſub terram ſe condente, perenne *Luſitanicum Griſl. Virid. Luſit.*

21. Trifolium arboreſcens *Luſitanicum Munting. ibid.*

22. Trifolium ſtellatum hirſutum humi fuſum *Ejuſd. ibid.*

23. Trifolium fragiferum cornutum *Ejuſd. ibid.* Item, Fragiferum æſtivum rarum *Ejuſd.* Item, fragiferum æſtivum minimum *Ejuſd.* In *Viridario Luſitanico Griſleii* 4 invenio Trifolii fragiferi æſtivi ſpecies, ut Autor opinatur, non deſcriptas, è quibus nonnullæ fortaſſe eædem ſunt cum iis quorum Titulos è *Muntingii* Hiſtoria deſcripſimus. Duæ præterea ſpecies occurrunt apud *Griſleium*, nimirum, fragiferum quintum perenne pratenſe; & fragif. 6um, capitulo pediculi experte, N. D.

24. Trifolium capite hirſuto annuum *Luſitanicum Munting. Herbar. Belgic.* æſtivum rigido hirſuto capite N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

25. Trifolium capite echinato *Luſitanicum Munting. Herbar. Belgic.* æſtivum echinato capite pratenſe *Griſleii Virid. Luſit.*

26. Trifolium falcatum lanuginoſum alterum *Luſitanicum Griſl. V. L.*

27. Trifolium æſtivum capitulo turbinato, pediculo orbo *Ejuſd.*

28. Trifolium æſtivum montanum Lupulinum capite erectum, elegans *Luſitan. Ejuſd.* N. D.

29. Trifolium biceps æſtivum *Luſitanicum Ejuſdem*, N. D.

30. Trifolium ſiliquoſum marinum N. D. *Ejuſdem.*

P. 941. Ad Capitis de Lagopo ſpeciem Tertiam add. Synonyma ſeqq.

31. Cytiſus *Creticus* incanus ſive Ebenus *Cretica* Belli *C. B. Park.* Barba Jovis Lagopodoides *Cretica*, fruteſcens incana, flore ſpicato purpureo amplo *Breyn.*

Ad finem Capitis adde.

32. Trifolium Lagopoides minus, folio acuto, non crenato, flore minore, dilutè purpureo *Moriſ. hiſt.* 141.

33. Lag. ſpica pyramidali purpuraſcente, foliis anguſtiſſimis acutis, in pediculis brevibus.

Planta

Planta est erecta, ramosa, spica in summo caule (qui in pediculum oblongum abit) 2 uncias longa, & (ut in sicca nobis à D. *Sherard* communicata videtur) pyramidalis.

P. 953. Ad Cap. de Meliloto.

34. Trifolium *Musambarense* minus, spica oblonga, eleganter purpuro-rubro flore cochleareformi *Hort. Cath.* Trifolium Lupulinum purpureum *Ejusd. Supplem. alt.* p. 90.

Ad pedalem assurgit altitudinem, caulibus ramosis, erectis. Folia pediculis uncialibus nascuntur, oblongo-rotunda, subglauca, nervosa, leviter crenata, duobus appendicibus acutis ad exortum donata. *Flores* ramulorum summitatibus in capitula oblongo-rotunda dispositi satis ampli, Trifolii Lupulini similes, pallide purpurei. In *Horto Beaufortiano* floruit & semen perfecit.

35. Melilotus foliis subrotundis, florum spicis è supremorum foliorum alis egressis hirsutis & villosis.

Tota planta hirsuta est. *Caulis* tenuis, teres, rigidus, *foliis* amictus crebris, in eodem pediculo prætenui ternis, subrotundis, circum oras æqualibus. E supremorum foliorum sinubus exeunt spicæ florum papilionaceorum exiguorum pendulorum, bicolorum, quorum tamen colores in sicca clarè discernere non potui. Calices lanuginosi sunt, in quinque longas & acutas lacinias divisi.
In *Marilandia* invenit & collegit D. *Vernon.*

36. Melilotus vulgaris altissima frutescens flore luteo *Tournefort. Institut. Rei Herb.* item *Hist. Plant.* circa *Parisios.*

Caules hujus 4 aut 5 pedes alti sunt, firmi, duri, canaliculati, ramosi, *foliis* cincti sesquunciam longis, 7 aut 8 lineas latis, obtusis, crenatis; quæ versus summitates caulium angustiora sunt multò & acutiora; utraque pediculo sesquunciam longo sustinentur. *Flores* flavi sunt, in spicam dispositi, quorum vexillum 3 lineas longum est, alæ breviores sunt & angustiores, quemadmodum & duo folia inferiora. *Calix* brevis est, glaber in 5 apices divisus. E calicis fundo elevatur pistillum, quod in *Sliquam* evadit, 1 ½ aut 2 lineas longam, pene rotundam, rugosam, in duas partes se aperiens, cavitate sua *semen* unicum, subrufum prope rotundum, paullùm compressum continens. Odore est remissiore quàm Melilotus vulgaris.
Julio & *Augusto* floret, semen *Septembri* maturescit. Variat floris colore albo, quæ Melilotus vulgaris altissima, frutescens flore albo *Tournefort*, &c.

37. Melilotus IV. lutei coloris, longioribus siliquis *Dod. Pemptad.* 567. *Tournef. Hist. plant. circa Parisios.* 495.

38. Melilotus *Syriaca* floribus luteis minimis.

Prima *folia* sunt subrotunda, glauca, linea miniata per medium ducta; quæ cauli nascuntur longiora, parùm crenata, pediculis biuncialibus innixa. *Caulis* pedalis erat & ramosus, ramulis scil. minoribus è foliorum alis exeuntibus, qui terminantur spicis florum quos unquam vidi, minimorum, luteorum. Folliculæ parvæ rugosæ, albidæ. E seminibus in *Syria* collectis prodiit *Hort. Beaufort.* munere D. Dris *Bohm, Medici Veneti.*

39. Melilotus *Arabica*, Loto hortensi similis, flore luteo coronato *Pluk. Mantiss.*

40. Melilotus *Lusitanica*, rotundo crenato folio, procumbens, corniculis reflexis, longis, ex eodem centro ortis *Cat. hort. Lugd. Bat. Hermanni.*

Quibus notis hæc Melilotus ab *Italica* corniculis incurvis *J. B.* differat, vel solum nomen indicabit. *P. Herrannus.*

41. Melilotus *Massilienfis* inodora *Grisleii Virid. Lusitan.*

42. Melilotus lutea *Indiæ Orientalis* erecta, folliculis rotundis parvis, spicis florum ex alis foliorum multiplicatis *Pluk. Phytogr.* T. 45. F. 4.

43. Melilotus lutea minima procumbens, foliis minoribus crenatis *Ejusd. ibid.* F. 4.

44. Melilotus lutea *Arabica*, floribus & siliquis majoribus, ad summum caulem velut in verticillis positis *Pluk. Almag. Bot.* An Mel. lutea minor, floribus & siliculis majoribus, spicatim & rariùs dispositis *Morif. hist.*

45. Melilotus *Indiæ Orientalis* minima dispermos folliculis in summitate aduncis *Ejusd.* T. 98. F. 7. An Mel. minima *Syriaca* Nephel, seu Naphel Iben-baithar & Malasesa *Breyn. Prod.* 2.

46. Suendadi-Pullu *H. M.* P. 9. T. 40. Meliloti ſpecies à noſtrate vulgari non multùm diverſa, imò fortè eadem.

H. M.

Arenoſo gaudet ſolo, altitudine duûm triúmve pedum. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* rotundi, virides, parùm lignoſi. *Folia* in petiolis tenuibus paſſim terna oriuntur, oblongo-rotunda, mollia, lenia, viroris in recta parte fuſci & ſurdi. *Flores* in propriis petiolis viridibus ſupra exortum pedunculorum foliaceorum plures congregati videntur, inferiora versùs inflexi, parvi, papilionacei, tetrapetali. *Stylus* in ſtamina finditur flavis nodulis inſtructa, inſtar theculæ filamentum tranſmittens. *Calix* viridis. Floribus ſuccedunt *Gemmæ* oblongæ, nigricantes, ſingulæ continentes unicum *ſemen* oblongo-rotundum, flavum, ſubrufum. Virens hæc planta odoris eſt nullius, ſicca grati.

Per deſtillationem aqua elicitur fragrantiſſima. Fructus in pulverem reducti artuum laſſitudinem adjuvant.

47. Meliloti (fortè genus *Indianum* ſeu Trifolium *Americanum* elatius holoſericeum ſummo folio bifido, ſuave-olens *Pluk. Phyt.* T. 69. F. 2.

48. Melilotus annuus odoratiſſimus *Luſitanicus Munting. Herbar. Belgic.* An Mel. flore albo valde odorato N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

49. Melilotus inodora 1. & 2. *Luſitanica* N. D. *Griſleii ibid.* An Melilotus inodorus ſupinus *Luſitanicus Munting. Herbar. Belgic.*

50. Trifolium ſeu potiùs Lotus fructu racemoſo *Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 124. Meliloti potiùs ſpecies eſſe nobis videtur.

Folia profert anguſta; *florem* flavum, fructum magnitudine acini uvæ, & racemi in modum ſtipatum. Ad pedalem altitudinem evadit. In *Sicilia* invenitur.

P. 955. Ad Cap. De Fœnugræco.

1. Fœnugræcum ἄσκεφλον inodorum *Indicum*, flore parvo candidiſſimo *Pluk. Almag. Bot.*

2. Fœnugræcum Phaſelodes *Virginianum* flore amplo cœruleo *Pluk. Phyt.* T. 90. F. 1. Securidaca trifolia, flore patulo cœruleo, radice Glycyrrhizæ ſapore *Baniſt. Cat. Mſſ.* Flores è ſingulis foliorum alis ſinguli exeunt, maximi cœrulei. In *Marilandia* collegit D. *Vernon.*

3. Fœnugræci flore, Parietariæ foliis *Americana* planta *P. B. P.*

4. Fœnugræcum majus è *Salawacca Muſ. Pet.* 645. item *Act. Philoſ.* N. 276. p. 1017. *Turkey Auverre Kai cheddee Malab.* D. *Brown.*

P. 956. Ad Cap. De Trifoliis ſiliquoſis.

1. Trifolium ſiliquoſum rotundifolium glabrum, floribus luteis, è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 231. F. 4.

2. Trifolium corniculatum minus, ſupinum & incanum, ſiliqua ſingulari, *Maderaſpatanum Ejuſd. ibid.* F. 4. An Meliloti *Syriacæ* ſeu *Chalepenſis* coronatæ, ſiliquis biuncialibus *Moriſ. hiſt.* ſpecies minor & procumbens?

3. Trifolium ſiliquoſum, Loto affine *Maderaſpatenſe*, ſiliquis longis ex adverſo binis, propendentibus *Pluk. Phytogr.* T. 113. F. 8.

4. Trifolium ſupinum, *Marilandicum* foliis brevibus & ſubrotundis, floribus è ſingulis foliorum alis ſingulis.

Caules tenues & ſupini in longum excurrunt, *foliis* ad intervalla rariora veſtiti in eodem pediculo communi ternis, brevibus, obtuſis & ſubrotundis, (quæ tamen extremos caules obſident longiora ſunt & acutiora) glabris, per margines æqualibus. E foliorum ſinubus ſingulis ſinguli, exeunt *flores*, in pediculis tenuibus ſemuncialibus aut longioribus parvi, & quantum in ſiccadiſcernere licuit, albicantes.

5. Trifolium ſiliquoſum erectum, ſiliquis in ſpica brevibus, latis, deorſum reflexis, è pediculis tenuiſſimis dependentibus.

Siliquæ ſemunciales ſunt, toroſæ, ſeminibus protuberantibus, ut facilè numerari poſſint; pediculi è quibus dependent $\frac{1}{3}$am unciæ longi. Folium pediculum terminans maximum eſt & ſubrotundum. Ex *India Orientali* allatam communicavit D. *Petiver.*

6. Trifolium polyceration, ſiliquis falcatis *Indicum.*

Siliquæ

Siliquæ angustissimæ sunt, multæ simul in brevi pediculo è caule exeunte. Ejusdem cum præcedente originis est, & ab eodem Amico accepta.

7. Trifolium foliis angustis acutis, incanis, polyceration, siliquis longis, falcatis.

Folia ima subrotunda sunt, quæ in caulibus & ramulis angusta acuta, incana, inferiore præsertim latere. Caules & ramuli in pediculos longos excurrunt flores, in fastigio gestantes plures congestos (quantum in sicca discernere licuit) purpureos, quibus succedunt siliquæ, duas trésve uncias longæ, reflexæ seu falcatæ, compressæ, lanuginosæ, seminibus plurimis protuberantibus repletæ.
Indicæ originis est, à D. *Sherardo* accepta.

8. Trifolium fruticosum argenteum, cannulato caule, flosculis parvis, in orbem glomeratis, ad alas foliorum pediculis innixis, siliquis strictissimis duris. Cheramucan *Malabarorum Pluk. Mantiss.* p. 84.

9. Trifolium siliquosum, Loto affine, *Indicum*, punicante caule, rotundo, lignoso, siliquis ad exortum foliorum plurimis. Cantauverree seu Caleauverree *Malabarorum*. Ad rheumatismum valde efficax remedium, ideóque nominari licet Trifolium siliquosum antirrheumaticum *Pluk. Mantiss.*

10. Trifolium Lotoides non ramosum, angustiore bituminosi folio, flore parvo luteo singulari, ex *Terra Mariana Ejusd. ibid.*

11. Idem ramoso caule *Marilandicum Ejusd.*

12. Trifolium *Marianum*, Bituminosi facie, floribus spicatis, parvis ochroleucis *Ejusd. ibid.*

13. Trifolium erectum *Americanum*, angustissimo venoso folio, hirsuto caule, floribus spicatis luteis *Ejusd. ibid.*

14. Trifolium spicatum luteum, venosis subrotundis foliis, aversa parte canescentibus *Ejusdem. ibid.* ubi Synonyma vide.

15. Trifolium spicatum luteum, venosis subrotundis foliis, apicibus sinuatis, sericea lanugine subtus argenteis *Ejusd. ibid.*

16. Trifolium siliquosum rotundifolium, glabrum, floribus purpureis *Marilandicum Ejusd. ibid.*

17. Trifolium Cochleati i. e. Fœni *Burgundiaci* folio & floribus purpureis frutescens ex *Terra Mariana Ejusd. ibid.*

18. Trifolium *Marianum* frutescens, angustiori folio, albâ lineâ notato, floribus cœruleis, ex alis foliorum racematim prodeuntibus *Ejusd. ibid.*

Variat hæc ut & præcedens species foliis angustissimis.

19. Trifolium pratense album, flosculis magis patulis, *Marianum Ejusd. ibid.*

20. Trifolium montano simile *Virginianum*, floribus amœnè purpureis, amplioribus & magis patulis, summo caule glomerulis per maturitatem reflexis *Pluk. Mantiss.*

21. Trifolium Lagopoides *Africanum*, Dorycnii facie argenteum, capitulo glomerato molli *Ejusd. ibid.*

22. Trifolium siliquosum frutescens, floribus spicatis. Cytisus *Africanus*, siliquis teretibus, floribus spicatis carneis, Cytisus *Rivini* in *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.*

Radice gaudet crassa longa, brachiata fibratâque ex qua prodeunt *folia* in longo pediculo carinato terna, Lagopi seu Trifolii angustifolii stellati facie, sunt autem rigidiuscula & in acumen desinentia, prona parte hilariter virentia, supinâ ex glauco pallescentia. *Caules* qui intra hæc ascendunt, tenues, duriusculi, ramosi, consimilibus foliis ex longis pediculis ornati. Summos ramos occupant in spicis *flosculi* è purpureo gratè rubentes, papilionacei, parvi, ramis pressiùs absque pediculis juncti. Foris vexillum bifidum est, erectum & retro-flexum, fundo puniceo. Alæ non ad latera sed deorsum vergunt: cuspis proboscidis seu carinati petali rigida est & ejusdem punicei coloris. Occultatur autem proboscis seu Carina intra commissuram petalorum labialium quæ tamen in conspectum veniunt ubi petala hæc digitis tractantur, tum enim quasi strepitu quodam petala dissiliunt, proboscide prodeunte. Calix floris parvus est & quinquifidus. Flores sequuntur *siliquæ* biunciales, Galegæ crassitie, in quibus *semina* rotunda, spadiceo-lucida. D. *Sherard* ex Adversariis D. *Hermanni.*

23. Trifolium *Africanum* ſubhirſutum, floribus parvis rubris è foliorum alis prodeuntibus D. *Sherard.*

Folia breviſſimis inſident pediculis.

24. Trifolium *Africanum* Lagopodoides fruteſcens, foliis Uvæ urſinæ punctatis D. *Sherard.* Cytiſi facie frutex C. *B. Spei* foliis perforatis *Muſ. Pet.* 193.

Folia pediculis inſident breviſſimis. Flores in ſpicas craſſas, hirſutas ſquamis in ſpinulam mollem exeuntibus congeſti.

Ad Pag. 960. Addatur Caput De Plantis Crotalariis dictis.

Anonidibus vel præmitti, vel ſubnecti poſſunt Plantæ Recentioribus *Crotalariæ* dictæ, quòd in *India* crepitaculorum uſum pueris præbeant eorum ramuli ſiliquis maturis onuſti; ſiquidem ſiliquis agitatis vel concuſſis ſemina intus ſtrepitum edant. *Tournefortius* Crotalariam ab Anonide diſtinguit, quòd hæc folia terna in eodem pediculo geſtet, illa ſingularia ſeu ſimplicia ad modum Geniſtæ: verùm Botanici plerique *Crotalarias* vocant Plantas quarum ſiliquæ concuſſæ ſtrepitum edunt, ſive unifoliæ ſeu folio ſimplici ſunt, ſive trifoliæ, ſive quinquefoliæ.

1. Crotalaria *Benghalenſis*, foliis Geniſtæ ſubhirſutis *P. B. P.*

2. Crotalaria *Americana* trifolia, rotunda, glabra *Ejuſd.*

3. Crotalaria ſagittalis glabra, longioribus foliis *Americana Pluk. Almag. Bot.* T. 277. An Crot. ſagitt. major *Americana* D. *Herman?*

4. Crotalaria fruteſcens *Americana* triphyllos, foliis firmioribus glabris, flore purpureo *Pluk. Phyt.* T. 169. F. 2.

5. Crotalaria Geniſtæ folio & ſiliquâ, ferruginea lanugine denſiùs villoſis *Pluk. Mantiſſ. Janachidde Malabarorum.*

6. Crotalaria triphylla minor *Æthiopica*, flore obſoletè purpureo *Pluk. Mantiſſ.*

7. Crotalaria minor *Benghalenſis* flore luteo.

Hæc folia fert ſingularia, alternatim in caule poſita, anguſtiora quàm Crotalariæ *Aſiaticæ* lutea. *Flores* bini, terni, aliquando unus tantùm, Crotalariæ *Aſiaticæ* ſimiles, ex ſummo caule propendent, coloris lutei, magnitudine florem Crot. *Aſiaticæ* æquante.

8. Tandalè-Cotti *H. M.* P. 9. T. 25. Crotalaria *Aſiatica* folio ſingulari cordiformi, floribus luteis *Cat. Hort. Leyd. Herman.* ex ſententia *Commelini* in notis. Geniſta *Malabarica*, folio ſingulari, floribus luteis, ſiliquis bullatis *Commel.* not. in hanc plantam. *H. M.*

Radix huic fibroſa, albicans, intus lignoſa. *Stipites*, qui plures ex radice exeunt, ut & rami virides, teneriores, angulati. *Folia* oblongo-rotunda, linguæ-formia, [icon quodammodo cordata repræſentat] tenuia, texturæ ſubtilis, lenia, coloris ex flavo viridi-diluti. *Flores* ſpicati, aureo-flavi, papilionacei, odoris nullius. *Stylus* viridi-dilutus, craſſus, in 10 viridi-diluta dividitur ſtaminula, quorum 5 quæ ſupra cætera emicant, *apices* gerunt flavos ſeu croceos, reliqua flavos & quaſi nodulos. *Calyx* 4 acuminata habet folia. *Gemmæ* florum virides, oblongo-rotundæ, ungulæ-formes. *Siliquæ* parvæ, oblongo-rotundæ, rectæ, glabræ, circa ventrem ſuturâ versùs inferiora contractæ, calice excipiuntur cavo in 5 acuminata foliola diviſo. *Fabæ* parvæ magnam ſiliquarum partem vacuam relinquunt, umbilicis binæ & binæ ſuturæ ventris adhærentes, ſúntque planæ, reniformes primùm virides, dein ſubruffæ, ſeu ex flavo ſubfuſcæ, & inſtar *Veluti* nitentes.

Vires. Ex decocto lavamentum præparatur pro febribus tertianis, præcipuè chronicis. *Radix* in decocto data pituitam evocat, flatus diſcutit. Trita cum vino præſtantiſſimum eſt anticolicum. Foliorum ſuccus epotus febres ſymptomaticas ex colico dolore aufert pervomitum nempe, hepar & ſanguinem purificat.

9. Tandale-Cotti ſecunda ſeu Katou-Tandule-Cotti *H. M.* P. 9. T. 26. Crotalaria *Malabarica* ſylveſtris, foliis ſingularibus, majoribus floribus luteis Crot. *Benghalenſis* foliis Geniſtæ ſubhirſutis *P. B. P.* Crot. *Malab.* ſylv. foliis ſingularibus majoribus, floribus luteis *Commel.* not. in *H. M.* Geniſtella *Indica* major, Salicis folio lanuginoſo, flore luteo amplo *Breyn. Prod.* 2. p. 50.

Cum præcedente in omnibus fere convenit, præterquam quòd folia longiora ſint, in recta parte coloris viridi-fuſcioris, in averſa hyalini, quódque coſta media altiùs emineat.

10. Nellia-

10. Nellia-Tandale-Cotti *H. M.* P. 9. T. 27. Crotalaria *Asiatica* fruteſcens trifolia floribus luteis amplis *Herman. Hort. Ac. Lugd. Bat.*

H. M.

Altiùs aſſurgit, ad altitudinem fere hominis, naſcens in arenoſis & udis. *Radix* ut præcedentium. *Stipites* ac *rami* virides, lignoſiores cæteris. *Folia* in eodem pediculo terna, reliquis ſpeciebus breviora, coloris in recta parte viridi-ſubflaveſcentis, in averſa hyalini. *Flores* iidem, niſi quod eorum ungula paulò major ſit. *Siliquæ* cum primæ ſpeciei conveniunt, ut & *ſemina* & *vires*.

Folia in icone multo latiora & rotundiora pinguntur quàm in icone *Hermanni*.

11. Wallia Tandale-Cotti. H. M. P. 9. T. 28. Crotalaria pentaphylla, ſiliquis latis, valde tumidis. Crot. pentaphylloides *Madraſpatana* floribus luteis *Pluk. Almag. Bot.*

H. M.

Altitudine eſt 3 pedum. *Radix* & ſtipites cum præcedentium conveniunt. *Folia* numero quina, oblongo-anguſtiora ſunt anterius rotunda, & ad petiolum contracta, coloris in recta parte viridis, in averſa hyalini. *Flores* iidem : *Siliquæ* longiores, brevi pedunculo calicis inſidentes, latiores, ventre extuberantes, quo velut anguſtæ ſunt veſicæ, multo aere repletæ. Fabæ & vires ut præcedentium.

Commelinus hanc [& reliquas omnes Crotalariæ ſpecies] ad Geniſtam refert ; cui Geniſta *Malabarica* pentaphylloides, flore amplo aureo flaveſcente, ſiliquis bullatis inſcribitur.

12. Pee-Tandale-Cotti H. M. P. 9. T. 29. Crotalaria *Asiatica*, folio ſingulari verrucoſo floribus cœruleis *Herman.* Catal. Hort. Ac. Lugd. Bat. Geniſtella major *Indica*, Alni folio, flo. cœruleo ſpicato *Breyn. Prod.* 2.

H. M.

Radix & *ſtipes* à prioribus non differunt. *Folia* latiora ſunt, oblongo-rotunda, maxima latitudine in medio, in oris criſpa, texturâ craſſa, tenuiſſimè piloſa, & ſubinde lanugine albicante obducta. *Flores* purpuro-cœruleo diluti & albicantes, vetuſtiores magis colorati : latiſſimum folium ex cœruleo maxime albeſcit, & ſubinde in dorſo nonnihil piloſum eſt, duo ſurrecta coloris ſunt purpureo-cœruleo-ſaturi, ungula viridi-albicans, ac in cuſpide cum roſtro nonnihil cœruleſcens ; *apices* oblongi, flavi, crocei. *Calix* exteriùs nonnihil piloſus. *Siliquæ* ut illæ rmæ ſpeciei, ſed pilis decumbentibus tenuiter obductæ. *Semina* eadem, ut & vires, niſi quòd hujus Radix trita & oculis appoſita memoriam reducat & corrigat ; ſuccus foliorum Mercurii fluorem imminuat.

13. Crotalaria fruticans ramoſa, folio ſingulari glabro oblongo-rotundo, flo. amplo luteo *Marilandica* D. *Sherard.*

Summi caules in pediculos longos nudos excurrunt, flores in ſummitate ſuſtinentes, brevibus petiolis appenſos ſingulatim rariùs ſitos.

14. Crotalaria altiſſima erecta, foliis inferioribus Hyperici, ſuperioribus anguſtiſſimis, flo. amplo luteo *Marilandica* D. *Sherard.*

Hujus caules pariter in pediculos prælongos exeunt, flores in ſummitate ſuſtinentes alios ſupra alios ſingulatim rariùs ſitos.

15. Crotalaria trifolia *Sirinamenſis*, glabra, floribus luteis ampliſſimis D. *Sherard.*

Florum carina ampliſſima eſt & ventricoſa. Fructus è flore exit longo pediculo, quod ſingulare eſt & huic proprium ; & in apice longum habet ſtylum, tenuem flaccidum, huc illuc reflexum ſeu recurvum.

16. Crotalaria trifolia *Sirinamenſis*, floribus luteis amplis, Laburni folio D. *Herman.*

Flores ſpicatim digeſti in ſummis ramulis.

17. Crotalaria trifolia fruticoſa, foliis glabris, flore è viridi luteo minore *Slon. Cat. Jamaic.* An Crot. *Americana* trifolia rotunda glabra *Herman. P. B. P.* p. 329. D. *Sloane.*

Radice nititur ſatis grandi, in 3, 4ve ramos, 2, circitur uncias longos diviſa, colore rubente. *Truncus* caulíſve pollicem craſſus eſt, 3, 4ve pedes altus, cortice propemodum glabro, dilutè fuſco veſtitus : Ramos fundit multos, foliis circumcirca cinctos, ternis ſemper in eadem communi pediculo $\frac{3}{4}$ unciæ longo, ipſis tantundem productis, ſemunciam latis, glabris, luteo-viridibus, medio ſeu pediculo oppoſito ampliſſimo. Ex alis foliorum emicant *flores* papilionacei, ſordidè flavi, brevibus pediculis inſidentes, quibus delapſis ſuccedunt *ſiliquæ* unciales, fuſcæ, propè pediculum ſtrictiores, versùs extremum ventricoſæ & velut inflatæ, 5 aut 6 continentes *ſemina* irregularia, parva, compreſſa cum deliquio ſeu crenâ in medio ; & per maturitatem ſiliquâ concuſſâ ſtrepitum ad inſtar crepitaculi ſimul reddentia.

In ſylvula inter the Town-Savanna & 2 Mile-Wood frequenter oritur.

18. Crota-

18. Crotalaria trifolia fruticosa, foliis rotundis incanis, floribus spicatis è viridi luteis, fructu pubescente *Sloan. Cat. Jamaic.* Guadalupensis annua trifolia subhirsuta *Schol Bot.* p. 241. Anil seu Indigo Guadalupensis *Hort. Reg. Par. App.* D. *Sloane.*

Radicem habet parvam, brevem, paucis fibris donatam. *Caulis* teres, viridis, 4 pedes altus. *Folia* ramos obsident nullo ordine, propemodum rotunda, terna semper in eodem pediculo unciam longo, incana, luteo-viridia. *Flores* plures simul in summis surculis spicatim dispositi, luteo-virides, papilionacei; quibus succedunt totidem hirsutæ, seu valdè incanæ *Siliquæ* primò virides, postea fuscæ, Crotalariæ similes, cujus speciebus hæc accensenda videtur, in quibus plura continentur *semina* parva, compressa, figuræ irregularis, colore fusco rubente, velut crena in unoquoque impressa, seminibus Fœnugræci nonnihil similia.

In agris sterilioribus & apertis *Jamaicæ* & Caribearum insularum obvia & frequens est.

P. 960. Ad Cap. de Anonide.

1. Anonis *Hispanica* frutescens, folio tridentato carnoso *Tournef. Hort. Monsp.*

Radicibus est lignosis, validis, altè demissis, fibratis & rufescentibus: è quibus assurgit *frutex* cubitalis, in ramos pandos diffusus, *foliisque* densè stipatus, crassis Crithmi chrysanthemi foliis forma & colore similibus, nisi quòd terna sint, brevi & alato pediculo insidentia, succi plena, fragilia, odoris expertia, obtusa & plerunque trifariam dentata. *Flores* in summis ramis copiosè nascuntur, in paniculam potiùs quàm in spicam digesti, papilionacei, semiunciam superantes, amœnè purpurascentes, cum calice brevi villoso, in 5 partes acutissimas diviso, quo pistillum complectuntur in *siliquam* abeuntem, pendulam, semunciâ longiorem, teretem, bivalvem, rufescentem, villis brevissimis aspersam, & *semina* continentem reniformia, obscura,

Oritur in salinis *Cardoniæ*, in *Catalonia*, tum & eundo *Granatâ Malacca.*

2. Anonis *Hispanica* frutescens folio rotundiore *Ejusd.*

Ex *radice* lignosa, dura, nigricante, fibrata ad fruticem cubitalem attollitur, patulum, cortice cinereo obductum; in quo nascuntur *folia* terna, brevi & alato pediculo adhærentia, rotundiora, glabra, ad folia Ciceris sylvestris triphylli accedentia, 3 tantùm aut 4 lineas longa, acutè in oris dentata. *Flores* in summis ramulis, qui villosi sunt & purpurascunt, velut in spica disponuntur, papilionacei, aurei, cum vexillo rubentibus striis distincto; calix villosus in 5 partes acutas dividitur; pistillum complectens, qui deinde abit in *siliquam* brevissimam, Anonidis Offic. siliquæ simillimam.

In monte *Mariola* dicto, non longè *Valentia* Hispanorum invenit D. *Tournefort. Cat. Hort. Monsp.*

3. An. maritima *Gadensis* non spinosa, floribus in foliorum alis *Ejusdem.*

4. An. annua pumila, flore purpurascente *Ejusd.*

5. An. annua erectior *Lusitanica* glutinosa *Ejusd.*

6. An. non spinosa flore luteo variegato angustifolia maritima *Ejusd.*

7. An. *Alpina* pumila glabra non spinosa purpurea *Ejusd.*

8. An. Phaseolodes bituminosa scandens *Ejusd.*

9. Anonis procumbens maritima nostras, foliis hirsutie pubescentibus *Synops. Stirp. Brit. Plukenet.* Ad maritimas arenosas Cornubiæ oras reperta, & ad nos delata est.

10. Anonis non spinosa, flore rubello major *Hispanica* Munting. *Herb. Belgic. V. L.*

11. An. non spinosa spicata flo. rubello minor *Ejusd. V. L. Grisl.*

12. An. lutea non spinosa montis *Libani Ejusd.*

13. Anonis arborescens *Ejusd.*

14. Anonis non spinosa flo. rubro spicato, perennis N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

15. An. non spinosa flo. luteo perennis N. D. *Ejusd.*

16. An. non spinosa flo. luteo odorata, annua major N. D. *Ejusd.*

17. An. non spinosa flo. luteo rubescente major & minor N. D. *Ejusd.*

18. Anonis lutea mitis oxytriphylla, ad florum petiolos capreolata, foliis leviſſimè crenatis *Pluk. Phyt.* T. 135. F. 5.

19. Loto

19. Loto pentaphyllo ſiliquoſo villoſo ſimilis, Anonis non ſpinoſa, foliis Ciſti inſtar glutinoſis & odoratis *Slon. Cat. Jamaic.* Ononis non ſpinoſa floribus luteis *Marcgrav. Hiſt. noſt.* p. 959.

D. *Sloane.*

Deſcriptioni Marcgrav. adde, *Caules* bipedales eſſe, teretes, fruticoſos, caneſcentes; in ſurculos plurimos virides & incanos dividi: *Folia* in pediculis ſemuncialibus terna ad margines purpuraſcere, maculiſque purpureis averſa parte inſici. Flores in ſummis ſurculis ſucceſſivè ſe aperientes, quibus ſuccedunt *ſemina* ſingularia, fuſca ſplendentia ab uno latere acuminata, ab altero excavata, ſiliquâ incluſa, perbrevi, tenui enſis Turcmitar dicti effigie, lineis ſeu nervis in ſuperficie apparentibus ſtriatâ.

In locis glareoſis inſulæ *Jamaicæ* copiosè oritur.

Viribus cum Anonide Europæa convenit.

20. Anonis non ſpinoſa, minor, glabra, procumbens, flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* longa, altè in terram deſcendente, lenta, fuſca, tereti multos exſerit *Caules*, teretes, pedales, hirſutos, ramoſos, in terræ ſuperficie ſtratos, *foliis* creberrimis obſitos, ternis ſemper in eodem perbrevi pediculo, glabris, venis albis plurimis in prona ſuperficie apparentibus. Versùs ſummitates egrediuntur *flores* papilionacei, mali Aurantii colore cum tantillo purpurei in medio: Quibus ſuccedunt *ſiliquæ* parvæ, breves, hirſutæ, ſingulæ ſingula *ſemina* continentes.

Ad ripas fluvii, *Rio Cobre* dicti propè urbem S. *Jago de la Vega* copiosè & ubique reperitur.

Hanc è *Marilandia* habemus à D. *Krieg* allatam.

21. Anonis pulchra, folio Ciceris, Loti Orinthopodii ſiliquis ſiliquas æmulans *Hort. Cath.* 18.

Tenui eſt radice (ut videtur) annua; *caulis* inde erigitur ſeſquipalmaris aut bipalmaris, *foliolis* veſtitus in eodem pediculo prælongo ternis, circa margines dentatis. *Flores* è foliorum alis exeunt ſinguli, calicibus in 5 acutiſſima ſegmenta diviſis. *Siliquæ* compreſſæ ſeminibus protuberant.

22. Anonis lutea mitis, obtuſis longioribus & crenatis foliis, capreolis donata *Pluk. Almag. Bot.* Ononis *Senenſis Spigelio.* Anonis non ſpinoſa, capreolis donata *C. B.*

23. Anonis ſpinoſa lutea major *C. B.* montana ſpinoſa lutea major *Park.*

24. Anonis *Hiſpanica*, folio Ciceris ſylveſtris triphylli *Ejuſdem.*

25. Anonis non ſpinoſa *Cretica*, flore purpureo *Hort. Bat. Pluk. Phyt.* T. 135. F. 4. non ſpinoſa purpuraſcens *Cretica Munting. Herb. Belg.*

26. Anonis non ſpinoſa rotundifolia purpurea ſpicata *Hiſpanica Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 48.

Pedali altitudine ſupra terram aſſurgit, & invenitur etiam flore luteo. Locis arenoſis prope *Catanam*, *Agrigentum*, *Leocatam* & *Saccam* in *Sicilia*, inque *Hiſpania* etiam proveni t

Hæc eſt Anonis mitis annua purpurea *H. R. B.* ex ſententia D. *Plukenet.*

27. Anonis peregrina monophyllos cum auriculis, flore purpureo *Pluk. Mantiſſ.*

28. Anonis viſcoſa lutea mitis, capreolata, erecta, foliis ſplendentibus glabris *Ejuſd. ibid.*

29. Anonis viſcoſa, ſpinis carens lutea major, nonnihil procumbens, medio tantùm folio per extremum ſerrato, pediculis florum indiviſis *Ejuſd. ibid.*

Hujus caules plurimi, teretes, lenti, piloſi, nonnihil rubentes ex una radice enaſcuntur, longi, partim humi procumbentes, partim ſurrecti, ad tactum glutinoſi, è quibus prodeunt ramuli, quos petioli breves complectuntur, atque quilibet folia tripartitò diviſa, quidam etiam unum integrum continentes; ſic enim inferiora duo foliola caulem amplectuntur, ut in Lotis fit; ac proinde hæc planta eodem modo & trifolia & quinquefolia, quo Lotus quinquefolia dici meretur. *Pluk.*

30. Anonis *Æthiopica* ſtrictioribus foliis tricuſpidatis, ſummis apicibus ſpinoſis, flore paleſcente luteo *Pluk. Mantiſſ.*

31. Anonis non ſpinoſa lutea, hirſuta, ſpicata, foliis per extremum ſerratis. An *Chia*, flo. luteo ſpicato, foliis villoſis?

Folia hujus, in ramulo ſicco, quem à D. *Sherard* obtinuimus, ſingularia erant, non terna in eodem pediculo; inferiora per extremum lata ſeu obtuſa, ſuperiora acuta, utraque ibidem tantùm ſerrata; ad exortum pediculi binis appendicibus latis longis acuminatis caulem amplectuntur. *Caulis* medius & ramuli in *ſpicas* longas excurrunt è *floribus* luteis in pediculis longiuſculis deorſum reflexis, è calicibus amplis quadrifoliis hirſutis exeuntibus, compoſitis. Succedunt *ſiliquæ* parvæ breves glabræ, calicibus occultatæ, duo vel tria ſemina parva continentes. In apice ſiliquæ etiam poſtquam maturuit reſtat ſtylus oblongus, huc illuc reflexus. *Caules* ſatis firmi & rigidi eſſe videntur.

32. Anonis viſcoſa, lutea, non ſpinoſa minor *Luſitanica* Catal. ad finem *Parad. Bat. Herman.*

D. *Sherard.*

Ex *radice* albida fibroſa *caules* eriguntur multi, pedales, ramoſi, quibus adhærent *folia* ex uno pediculo terna, extremo ſeu medio majore, oblonga, crenata ſeu denticulata, obſcurè viridia, quorum pediculis propè exortum adnaſcitur parvum foliolum bifidum, qui pediculum ad exortum involvit. Ex foliorum alis ſemidigitalis pediculus egreditur, juxta cujus cacumen erigitur *flos* luteus papilionaceus. Non inſidet autem apici pediculi, ſed paulò infra apicem egreditur petiolus florem ſuſtinens. Flori ſubjicitur *calix* quinquifidus, viridis. Sequuntur *ſiliquæ* propendentes. Tota planta tactu viſcoſa eſt, & digitis adhæret. Differt à Natrice, quòd Natrix minùs viſcoſa ſit; *flores* habeat paulò ampliores, folia pallidiùs virentia & nonnihil longiora, caulem in viridi rubentem; vexillum floris externè pluribus rubentibus per longitudinem ſtriis inſcriptum. Hæc verò viſcoſior eſt, folia obſcuriùs virent, & vexillum paucioribus ſtriis inſignitum eſt.

33. Anonis non ſpinoſa lutea variegata hirſuta, Theriacam evaporans *Hort. Cath Cupani.*

Ab Anonide non ſpinoſa lutea variegata differre videtur, ſiquidem non trifolia eſt, ſed monophylla. *Flores* ex alis foliorum per totam caulium longitudinem exeunt. *Siliquæ* hirſutæ ſunt.

34. Anonis ſpicata ſive Alopecuroides *Luſitanica*, non ſpinoſa *Cat. Alidorf. Hofman.*

D. *Sherard.*

Annua hæc Anonis *caules* erigit pedales, virides, valde tortuoſos, infirmos, ſæpe in terram reclinatos. *Folia* fert cæteris ſpeciebus majora, ſtriata, oblongo-rotunda, in ambitu quàm leviſſimè ſerrata, eleganti viriditate, quæ in ſiccis minimè languet, donata. In horum numero luſus eſt, nam uni pediculo inſident aliquando terna, quorum ſuperius maximum, reliqua duo minima ſunt, aliquando unicum tantùm ſummo petiolo inſidet: petiolus autem ad exortum alatus ſeu foliatus eſt, ut pediculi foliorum Aurantii. *Flores* ſummis ramis denſa ſerie in ſpicam biuncialem aut triuncialem congeſti ſunt. Hi papilionacei ſunt, parvi, anguſti, incarnati, forma & magnitudine Trifolium pratenſe album imitantes, vexillum floris incarnatum eſt, cætera albent. *Calix* qui florem involvit, in 5 cuſpides florem quodammodo excedentes terminatur. Singulis floribus interjecta ſunt foliola, iis quæ in caulibus ſunt ſimilia, ſed multò minora. Calicibus, floribus evaneſcentibus, inſident *ſiliculæ* breves.

35. Anonis non ſpinoſa, flore ex luteo & rubro variegato, hirſuta, viſcoſa, Theriacæ odore *Hort. Cath. Suppl. alt.* 8.

Flores ex alis foliorum exeunt in pediculis ſatis longis ſinguli, foliolis 5 anguſtis, oblongis, acutis pro calice obvallati. Floribus ſuccedunt *ſiliquæ* vix unciales, non admodum tumidæ aut etiam cylindricæ. E penu locuplete D. *Sherard* hauſimus.

36. Anonis purpurea procumbens, oblongo-rotundo folio nonnihil cordato *Hort. Cath.* 18.

Folia, ſaltem majora, circumcirca crenata ſunt. Flores ex alis foliorum exeunt ſingulis ſinguli, pediculis brevibus.

37. Anonis purpurea hirſuta floribus in Thymi [meliùs Prunellæ] capitula nutantia arrectis. *Hort. Cath.* 18.

Caules huic teretes, erecti, ramoſi, ramulis alternis. *Folia* oblonga anguſta, circa margines dentata, ad modum reliquorum hujus generis. Summi caules & ramuli ſpicas florum geſtant Prunellæ quodammodo æmulas, foliis intermixtis. Florum calices albicant, ampli ſunt, & ſiliquas breves occultant cum ſeminibus intus compreſſis rotundis.

38. Anonis flore ex luteo & rubro variegata, hirſuta, viſcoſa, Theriacæ odore, minùs acuto *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Humilis

Humilis est planta, & in plures ramulos in terram reclinatos divisa. Flores in summis ramulis è foliorum alis exeunt brevibus pediculis. Siliquæ minimæ, vix semunciales.

P. 970. Ad Cap. de Loto.

1. Lotus tenuif. *Maderaspatanus* siliqua singulari glabra *Pluk. Phyt.* 201.

2. Dorycnium majus *Tournef. Elem. Bot.* Dorycnio Hispanico affinis alia planta *Lob. Illustr.* 159.

3. Lotus maximus *Lusitanicus* luteus *Tournef. Elem. Bot.*

4. Lotus fruticosior *Africana*, foliis incanis, floribus binis amplis coccineis *Pluk. Phytogr.* T. 43. F. 2.

5. Lotus tetralobus minor *Creticus* seu Lotus parva *Cretica* procumbens incana, quaternis siliquis cruciatim dispositis *Ejusd. ibid.* F. 3.

6. Lotus siliquosus coronatus marinus *Munting. Herbar. Belg.*

7. —— siliq. palustris coronatus, *Lusitanicus Ejusd. ibid.*

8. —— Barbariæ frutex Dalechamp. *Ejusd. ibid.* Lotus frutex elegans incanus *Ejusd. ibid.*

9. —— siliquosa, pilosa, viminosa, *Lusitan. Grisl. Virid. Lusit.* N. D.

10. —— siliquosa incana marina *Lusitan. Ejusd.* N. D.

11. —— siliquosa annua *Indica Ejusd.*

12. Trifolium pediculis florum longissimis *Bisnagaricum.* Fortè Trifolii bituminosi genus *Indiæ Orientalis Pluk. Phyt.* T. 68. F. 2.

13. Lotus siliquosa lutea, siliquâ quadratâ, foliis admodum hirsutis *Pluk. Mantiss.* A D. *Carolo Preston* accepit.

14. Lotus *Africanus*, tenuiss. foliis, ramosissimus, floribus luteis perexiguis *Ejusd. ibid.*

15. Lotus *Æthiopicus* fruticosus elegans, cauliculis rubicundis, Manelli fortè *H. M.* P. 9. T. 37. *Ejusd. ibid.*

16. Lotus corniculatus *Æthiopicus* frutescens, foliis subtus argenteis *Ejusd. ibid.*

17. Lotus corniculatus argenteus, flore luteo, ex oris *Gaditanis Ejusd.*

18. Lotus argenteus *Æthiopicus*, flo. singulari rubro *Ejusd. ibid.*

19. Lotus argenteus minor *Gaditanus Ejusd. ibid.*

20. Lotoides *Æthiopicum*, Saxifragæ pratensis folio, plurifariam quinquepartito *Ejusd. ibid.*

21. Lotus Maderaspatanus villosus, Ornithopodii siliqua singulari *Pluk. Phyt.* T. 200. F. 7.

22. Lotus pentaphyllos siliquosus humilior & candidior *Pluk. Almagest. Bot.* Lotus hæmorrhoidalis candidior & humilior *Schol. Bot.*

23. Loti corniculatæ & Coluteæ media, pilosis foliis, siliquâ quadratâ; *Codeserupaulada Malabarorum Pluk. Mantiss.*

24. Loto affinis Lagopoides *Nov' Anglicana*, frutescens, foliis ternis, subtus sericea lanugi argentatis, Monospermos *Ejusd. ibid.*

25. Loto affinis trifoliata frutescens glabra, ex *Marilandia*, *Ejusd. ibid.*

26. Lotus *Africana* annua hirsuta, floribus luteis *Hort. Amst.* rar. P. 2.

Ex *radice* tenui *cauliculos* profert bipedales rotundos & hirsutos, in varios divisos ramulos, quibus hinc inde *folia* adstant, terna semper uni pediculo inhærentia, viridia & hirsuta, circa pediculi exortum semper bina alia nascuntur folia. Ramulorum summitates *Flores* exor-

nant plures, lutei, papilionacei, quos *siliquæ* ſequuntur hirſutæ ſemina continentes rotunda.

27. Lotus anguſtifolia, flore luteo purpuraſcente *Inſulæ S. Jacobi Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radice nutritur albicante, fibris tenuioribus aliquot donatâ. *Caule* eſt rotundo, viridi & bipedali, & niſi ſuſtentetur humi plerunque diffuſo; cui ex pediculo tenuiore *folia* adnaſcuntur terna, anguſta & longa, cum duobus alis pediculi ipſius principio adhærentibus. E foliorum alis ramuli oriuntur, & in ramulorum ſummitate *Flores* apparent papilionacei, terni plerunque parvis innixi pediculis, luteo-purpuraſcentes, quorum ſingulos *ſiliqua* ſequitur bivalvis, 6, 7ve *ſemina* continens, ſublutea & ſplendentia.

Perennis eſt planta & ſemper virens; omni anni tempore florens.

28. Lotus *Africana* fruteſcens, flore ſpicato rubicundo *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Ex *radice* lignoſa *Caulis* erigitur tres pedes altus, rotundus, primò viridis herbaceus, dein fuſcus & ligneus, atque in varios divaricatus ramulos rotundos, cui undique nullo ſervato ordine in pediculo plano, excavato & ſubcinereo *folia* adſtant quina, pallidè viridia, nullo ſapore aut odore prædita. *Floſculi* pediculis ex alis foliorum ortis ſpicatim adhærentes, papilionacei, & inodori circa Novembrem ſecundo ſationis anno prodeunt; quod florendi tempus adulta planta ſingulis annis ſervat. Poſt quorum exantheſin menſibus Decembri & Januario *ſiliquæ* apparent rotundæ, ſubnigræ, & mucronatæ, quæ 7, 8ve *ſemina* continent, ſubrotunda & lutea.

Circa montes, locis paludoſis *Prom. Bæ Spei* provenit hæc planta. Bina illa folia quæ reliquæ Loti ſpecies ad pediculorum tria alia in ſummitate gerentium habent exortum, hæc circa pediculorum medium, à tribus tamen etiam in pediculorum ſummitate poſitis diſtincta, gerit.

29. Lotus pentaphyllos minor glabra, foliis longioribus & anguſtioribus *Hort. Edinburg. Tournef. Hiſt. Plant. circa Pariſios.* Hæc planta à Loto pentaphyllo minore glabro differt foliis multò longioribus & anguſtioribus. Hanc plantam eandem eſſe ſuſpicor cum Trifolio noſtro corniculato, anguſtioribus foliis fruticoſiore.

30. Lotus marina repens hirſuta anguſtifolia, hexaflora, brevi ſiliqua *Hort. Cath. Suppl.* 3. Tota plantula, caulis, folia, flores hirſuta eſt, præſertim florum capitula ſeu globuli, quæ (ut videtur) 6 ſemper floribus conſtant.

31. Lotus *Africana* fruteſcens, foliis anguſtiſſimis hirſutis, floribus luteis D. *Sherard.* Folia in caulibus creberrima ſunt, minoribus majoribus intermixtis.

32. Loto affinis *Africana*, foliis Umbelliferarum modo ſubdiviſis, floribus luteis in orbem diſpoſitis. D. *Sherard.* Valde anomala eſt hæc planta, foliis è duobus tribuſve aut pluribus foliorum lateralium conjugationibus compoſitis cum impari in extremo; interdum ex alis horum foliolorum ſeu pinnularum, folia trifolia exeunt, aliàs etiam foliis mirè ludit.

33. Lotus *Africana* fruteſcens, foliis anguſtis hirſutis, ſiliquis tenuibus glabris D. *Sherard.* Folia terna extrema nullo fere pediculò intercedente caulibus annexa ſunt, non minùs quàm reliqua duo. Flores minimi eſſe videntur in capitulis parvis lanuginoſis pediculis tenuibus inſidentibus.

34. Lotus *Africana* fruteſcens, foliis quaſi capillaceis, floribus & ſiliquis minimis D. *Sherard.* Folia in hac ut & in præcedente non diſtinguuntur in terna in ſummo pediculo, bina ad caulem, ſed omnia ſimul cauli adnaſcuntur nullo intercedente pediculo. *Flores* & *ſiliquæ* Leguminoſarum omnium longè minimæ ſunt, eorum pediculi communes capillaceæ planè tenuitatis.

35. Lotus *Africana* fruteſcens, Hæmorrhoidalis facie, floribus globoſis D. *Sherard.*

Primum foliorum ſeu pinnularum par in hac ſpecie non ſemper adhæret cauli, ſed interdum folii totalis rachi mediæ.

36. Loto affinis monophyllos Polygalæ foliis, argentea hirſutie pubeſcentibus, *Nelacrandee Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

37. Nir-Pullari P. 9. T. 36. Leguminis trifoliati ſpecies eſt: verùm quoniam fructus non deſcribitur, ad quod Genus pertineat incertum eſt.

H. M.

Plantula eſt arenoſis gaudens. *Caules* tenues, virides, capillati, ſupernè rubeſcentes. Foliorum petioli rubeſcunt, ad exortum duobus minutis cuſpidatis foliis ſuccincti. *Folia* ipſa oblongo-rotunda, tenuia, lenia, coloris in recta parte viridis, in averſa hyalini. *Flores* plures

plures congregati supra exortum foliorum visuntur, in tenuissimis pedunculis, papilionacei, tetrapetali, coloris rosaceo-saturo-purpurei, inodori. *Stylus* ut in congeneribus, *Apices* flavi.

Integra hæc planta cum sero lactis, vel quoque per se præparata, in balneum, antidotale est contra morsum Serpentis *Polega*: trita & cum oleo *Nucis Indicæ* fortiter frixa in colica ac dysuria cum successu assumitur. Mingendi difficultatem tollunt folia ex Aqua *Lanjæ* cum Calamo aromatico exhibita. Succus cum *jure* Gallinaceo epotus lithontripticus est. *Virii.*

39. Manneli P. 9. F. 37. Dorycnium Indicum, floribus singularibus rubris in pedicellis oblongis, siliquis perexiguis.

H. M.

Nascitur in arenosis. *Rami* duri, virides, ex parte rubescentes. *Folia* plura congregata proveniunt, quaterna, senáve plus minus, parva, oblongo-angusta, tenuia ac viridi-fusca. *Flores* papilionacei, pulchrè rubescentes, inodori. *Siliquæ* valdè parvæ, oblongo-angustæ, fabulas in se continent virides, quæ postea rubescunt.

Folia ab Indigenis adhibentur in concoctione *Caryl.* Ex integra hac planta cum lacte ebutyrato lavamentum conficitur femorum resolvens tumores phlegmonodes œdematodes. In Oryza apozema præparatur ventris inflammationem auferens. *Virii.*

P. 961. Ad Cap. De Medica.

Ad 3tiam speciem nota,

Non est hæc Medicæ species perennis, ut conjectabar, verùm ab hyemali frigore corrumpitur. Plantæ tamen ex semine deciduo Autumno enatæ hyemem, nisi asperior sit, facilè tolerant. In horto semel sata ex semine se quotannis renovat per multos annos.

Addantur,

1. Medica *Lusitanica* dicarpos, fructu glabro, depresso, *P. B. P. Pluk. Mantiss.*

2. Medica frutescens minor *Indiæ Orient,* subrotundis sericeis foliis, siliquâ falcatâ planâ, è *Maderaspatan* nuper allata *Pluk. Mantiss.*

3. Medica *Æthiopica,* foliis incanis, purpurea, floribus spicatis *Pluk. Mantiss.*

4. Medica minor *Syriaca,* floribus coronatis luteis, ex foliorum alis, binis petiolis longioribus insidentibus; ex *Aleppo Ejusd. ibid.*

5. Medica polycarpos, fructu minore, compresso, scabro, *Synops. nost. App.* Trifolium cochleatum polycarpon, seu Medica racemosa *Park.* Fructus seu cochleæ decem circiter in uno pediculo, minores, leviter compressæ, non echinatæ, verùm tuberculis plurimis spinularum loco scabræ. In arvis *Peckamensibus* inter segetes copiosè.

6. Medica glabra major folio cordato, una, binis, ternis, quaternis siliquis laxè cochleatis, echinatis *Hort. Cath.* 127. Non est tamen (inquit D. *Cupani*) Med. coronata seu orbiculis laxis echinatis minoribus, non extantibus spinulis *Raii Syllog.* multo minùs Cochleata fructu echinato minori *Rivini.* Folia circa margines crenata sunt.

7. Medica hirsuta, incana, monocarpos vel dicarpos, capsulis seminum candicantibus, strictè cochleatis, subturbinatis *Hort. Cath.* Medica glauca, capsellâ strictè cochleatâ, turbinatâ, aculeatâ, seu cochleata turbinata & echinata, *Riv.* Fructus huic magnus est, doliatus, duras spinis brevibus paucioribus echinatus.

P. 973. Ad Cap. de Cytiso.

1. Cytisus major *Americanus,* flore luteo spicato, foliis supra virentibus, glabris, subtus lanugine argentatis *Pluk. Phyt.* T. 26. F. 7.

2. Cyt. *Æthiopicus,* subrotundis incanis minoribus foliis, floribus parvis luteis *Pluk. Almag. Bot.*

3. Cyt. angustis, parvis, acutioribus & incanis foliis *Æthiopicus,* floribus Leonata seu fulva lanugine hirsutis. *Ejusd. ibid.*

4. Cyt. *Canarienſis* microphyllos, anguſtifolius, prorsus incanus *Pluk. Almag. Bot.* T. 277. *Esta* Insulanis.

5. Cyt. *Canar.* microphyllos, cauliculis villosis, anguſtis viridibus foliis *Ejusd. ibid. Mysalva* Insulanis. Fortè Cytisus montis Calcaris *J. B.*

6. Cyt. glaber, siliquâ latâ, floribus glomerosis luteis *Pluk. Almageſt. Bot.*

7. Cyt. procumbens *Americanus,* flore luteo, ramosissimus, qui *Anil* suppeditat *Ejusd. ibid.* Phytogr. T. 86. F. 2. *Chamæ-indigo* sylvestris trifoliata *Barbadensibus,* an Cytisus humilis

milis procumbens *P. B. P?* Trifolium dendroides, foliis ſubcœruleis ſeu rutaceis, Pſeudo-Anil *Virginienſ.* D. *Baniſter Cat. Plant. Virgin.* ad Reverendiſſ. Epiſcopum *Londinenſem* poſt obitum tranſmiſſo.

Caules rigidi ſunt & ramoſi. Folia perbrevibus pediculis inſident, parva, rhomboide, nigricantia [in ſicca] Spicæ florum è raris floribus componuntur, flores autem ſatis grandes ſunt. In *Marilandia* invenit & collegit D. *Vernon.*

8. Cytiſo quodammodo affinis, Arbor quadrifolia ſpinoſa *Americana*, flore luteo odorato, ſiliquâ planâ membranaceâ admodum compreſſâ, per medium planitierum ſecundùm longitudinem ſeſe aperiente. *Breyn Prod.* 2. Phaſeolo D. *Thomæ* quodammodo accedens frutex ſpinoſus *Pluk. Phyt.* T. 211. F. 7.

9. Cytiſus inſularum *Stœchadum*, foliis oblongis, anguſtis, ſubtus argenteis *Schol. Bot.* An Cyt. foliis acuminatis *Italicus C. B?*

10. Cytiſus arboreus *Canarienſis*, oblongo folio, argentea & holoſericea lanugine villoſo, flore pallidiori *Pluk. Almag. Bot.* T. 277. F. 4.

11. Cytiſus *Marilandicus* minor, foliis incanis obtuſis, floribus purpuraſcentibus, in ſummis ramulis coacervatis. E ſuperiorum etiam foliorum alis emergunt florum glomeruli.

12. Cytiſi microphylli *Canarienſis* duas ſpecies ad me tranſmiſit D. *Sherard.* Alteri caules craſſiores, firmiores, ramoſiores, erecti. *Folia* anguſtiora, incana, uti eſt & tota planta. *Flores* majores in ſummis caulibus & ramulis ſpicatim digeſti.

13. Alteri *caules* tenuiores, infirmiores, longiores, minùs ramoſis *foliis* minùs crebris veſtiti, iiſque latioribus & viridioribus, in pediculis longioribus & tenuioribus: *Flores* minores, ex alis foliorum exeuntes ſecundùm caules & ramulos, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* unciales compreſſæ, 4 aut 5 *ſemina* continentes.

Prima ſpecies deſcribitur & depingitur in *Hort. Med. Amſt.* P. 2. ſub titulo *Cytiſi Canarienſis ſemper virentis & incani.*

14. Cytiſus *Africanus* hirſutus, floribus atro-puniceis *Cat.* ad finem *Parad. Bat.* D. *Sherard.* Flores in prælongas ſpicas excurrunt: Siliquæ tenues deorſum reflectuntur.

15. Cytiſus *Africanus* ſubhirſutus, floribus luteis, in orbem congeſtis D. *Sherard.*

Flores ſitu ſuo Trifolii corniculati *Dod.* aut Coronillæ *Cluſ.* flores imitantur, in orbem ſeu coronam diffuſi.

16. Cytiſus *Afric.* anguſtifolius, glaber, floribus ſpicatis luteis D. *Sherard.*

Florum ſpicæ laxæ in ſummis caulibus ſitæ ſunt.

17. Cytiſus anguſtifolius incanus, floribus luteis in ſummis ramulis, ſiliquis lanuginoſis, ima parte calice aliquouſque cinctis.

Folia parva & anguſta ſunt, ínque aculeatum apicem deſinunt. *Flores* in ſummis ramulis nunc ſingulares, nunc plures coacervati. *Siliquæ* unciales, lanuginoſæ, imâ parte floris calyce aliquouſque obtectæ. Siccam à D. *Sherard.* accepi.

18. Cytiſus fruticeſcens folio latiore, floribus & ſiliquis infra ſurculos novos, è ſuperioris anni lignoſis ramulis exeuntibus. Communicavit D. *Sherard.*

19. Cytiſus ſpinoſus minor caneſcens, floribus magnis duobus tribúſve ſimul è foliorum alis exeuntibus. Cyt. (vel Geniſtella) ſpinoſus, triphyllus pumilus anguſtifolius *Hort. Cath.*

Rami, aut potiùs ſurculi, in ſpinas acutas deſinunt, & *foliis* ad intervalla veſtiuntur, è quorum ſinubus *flores* plures exeunt, flavi, ampli. Folia parva ſunt, ſubtus incana, uti ſunt & eorum pediculi, necnon florum calices. Planta minùs robuſta eſſe videtur, quàm Acacia altera *Dod.* ejúſque rami & ſpinæ tenuiores.

20. Cytiſus ramoſus caulibus & ramulis hirſutis, atro-rubentibus, floribus in ſummis virgis faſciculatim congeſtis.

Ramulus quem à D. *Sherard* nactus ſum admodum ſurculoſus erat, & in ſummitate cujuſque ſurculi flores plures ſimul coacervati velut in faſciculos. *Flores* ampli, quorum colorem

in

in sicca clarè discernere non licuit. *Folia* parva, majora tamen quàm præcedentis, longiuscula. Circa *Novi* in *Italia* primùm invenit D. *Sherard*, postea itinere inter *Mediolanum* & *Taurinum* ultimo die copiosè.

21. Cytisus Austriacus incanus, foliis in aculeum desinentibus, *C. B. V. Clus. Hort. Altdorf.*

Folia in ramulo à D. *Sherard* communicato longa erant & angusta, ad imum tamen angustissima, latitudine sensim augescente ad summum fere. *Flores* in fastigio velut in fasciculum coacervati. Color florum aureus esse videbatur ferrugineo maculatus; verùm in sicca non clarè comparuit.

22. Cytisus parvus, spicatus, foliolis pediculis longis tenuibus insidentibus.

Fruticulus parvus, procumbens, foliolis hirsutis, plerunque acutis, pediculis longis tenuibus insidentibus. Cauliculi velut in spicas florum excurrunt confertorum, & (quantum discernere licuit) luteorum.

23. Cytisus incanus floribus flavis, in calycibus longis, è lateribus ramulorum exeuntibus, & non in summis ramulis.

Folia parva brevia, pediculis longissimis insidebant. Ramulus quem impertivit D. *Sherard* valde tenuis erat, flores ampli secundùm caules.

24. Cytisus glaber, foliis latioribus, floribus in spicis longis pediculis insidentibus.

Spicarum pediculi nihil aliud sunt quàm ramulorum summitates per duorum ferè palmorum spatium foliis nudi, in fastigio flores plurimos sustinentes, satis crebros. Folia brevibus pediculis insident, per margines æqualia, vix unciam longa, semunciam lata, apicibus subrotundis. E collectaneis D. *Sherard*.

25. Cytisus canescens, foliis parvis, floribus maximis, singulatim è foliorum alis exeuntibus.

Flores flavi sunt: folia minima. Flores sigillatim è foliorum alis egrediuntur. In *Italia* collegit D. *Sherard*, locum non meminit.

26. Cytisus serratifolius seu glaber *Dioscor. L'augerio*, flo. rubro *Cat. Altdorf.* Cyt. flo. primum incarnato, postmodum rubello *Herm. Cat. H. L. B.* Cyt. præcox spicatus rubello flore caule rubro *Bocc. Musæ. pl. rar.* p. 31. Tab. 19. Cyt. spicatus flo. purpureo *Cat. Hort. Bat. à Turre.*

Omnibus hisce nominibus insignitam hanc plantam accepi, quam *Aprili* mense & *Maii* initio sæpius inveni variis in locis inter *Tridentum* & *Dulcedo*. D. *Sherard*.

Bocc.

Planta est fruticosa, ulnæ altitudine supra terram elata, *foliis* vestita glabris, viridibus, acutiusculis. *Bononiæ* in horto *Jacobi Zanoni* cultam vidit.

27. Cytisus arboreus, foliis obtusis glabris, foliorum pediculis alatis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Plures emittit stipites Arbor isthæc, cruris humani crassitudine, cortice glabro cinnamomeo obductos, rectos, 8 aut 9 pedes altos. Rami rectà assurgentes, *foliis* undique obsiti sunt, ad intervalla uncialia ternis simul, à summitate pediculi communis, viridis, uncialis, aliquantulum folioso, seu compressi, cum alis angustis utrinque extantibus, originem sumentibus; unoquoque unciam longo, dimidiam lato, prope extremum ubi latissimum est, & subrotundum ab angusto principio, eousque latitudine augescente, colore luteo-viridi, valde glabro, unicam in medio habente costam transversas aliquot laterales emittentem.

Ad ripas fluvii *Cobre*, & in collibus **Red-Hills** dictis nascentem invenit D. *Sloane*, in insula *Jamaica*.

28. Cytisus arboreus bituminosus, hederæ foliis non angulosis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Lignum huic Arbori album, durum, cortice glabro cinereo tectum; utrumque tum cortex tum lignum valde odoratum est, bitumen redolens. *Folia* in ramulis hic illic inordinatè posita, plerunque tamen sibi mutuo adversa, in eodem communi unciali pediculo terna, unoquoque unciam longo, ¾ unciæ lato media latissima parte, latitudine versus utrumque extremum decrescente, ubi acuta; superficie glabra sunt, foliis Hederæ junioribus antequam angulosa evadunt similia. Quales flores & semina producat nescio, verùm à foliis in eodem pediculo ternis unà nascentibus hunc ejus locum esse conjicio.

In collibus **Red-Hills** dictis in sylvis collegi.

29. Cytisus

29. Cytiſus *Marilandicus* foliis majoribus, longioribus & acutioribus, rugoſis & caneſcentibus, floribus luteis in foliorum alis & ſummis caulibus coacervatis.

Caules ſatis craſſi in hoc genere, rigidi, anguloſi, *foliis* ad intervalla mediocria veſtiti in eodem pediculo ſeſcunciali ternis, hirſutis, latis, in acutum deſinentibus, per margines æqualibus, rugoſis, rugis in averſa parte præcipue conſpicuis, ubi nervi ſupra folii ſuperficiem valde elati ſunt. *Flores* in pediculo communi plures ſimul, in foliorum alis & ſummo caule, & ut in ſicca videbantur, lutei.

Tota planta Salviæ modo caneſcit.

E *Marilandia*, ubi ſponte enatam obſervavit D. *Vernon.* habemus.

30. Cytiſus *Africanus* anguſtifolius, ſericea lanugine argentatus, ſpica Lagopoide, ex *Promont. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

31. Cytiſus Lagopoides, hirſutis ſubrotundis foliis ſcabris & punctatis *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

32. Cytiſus ſpicatus, foliis ſubrotundis, denſis, & piloſis, floribus purpureis parvis *Ejuſd. ibid.*

33. Cytiſus trifoliatus, Juniperinis foliis, floribus luteis, in ſpicam denſiorem adactis *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

34. Cytiſo affinis, ſingularibus Juniperinis foliis, floribus luteis ſpicatis ex *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

35. Cytiſo affinis arbuſcula *Monomotapenſis*, villoſis & ſericeis foliis ſolitariis, grandioribus Myrti *Ejuſd. ibid.*

36. Frutex foliis leguminoſis, multis ſimul in ſummis ſurculis; infra folia in ſurculis peculiaribus *Siliquæ* exiſtunt latæ, tenues, 3 uncias longæ, cum unico vel duobus in ſingulis Piſis.

37. Trifolium fruticeſcens ſiliquoſum, foliis caneſcentibus ſubrotundis, ſiliquis brevibus latis tumidis, duabus ſimul è foliorum alis exeuntibus. Hæc & præcedens *Indiæ Orientali* originem ſuam debent, unde ad D. *Petiver* miſſæ ſunt.

38. Cytiſus *Africanus* minimus humilis glaber, flore ſingulari purpureo D. *Sherard.* nec pluribus notis opus eſt ad hanc ſpeciem à reliquis diſtinguendam.

39. Cytiſus nanus fruteſcens, totus incanus, ſiliquâ acuta, perennis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 36.

Planta eſt perennis, fruticeſcens, humilis tamen, ut quæ unà cum radice dimidium palmum Geometricum longitudine non excedit. Folia, caules, ſiliquæ cinericia ſunt; *Flos* pallidè flavus; Siliqua unciam ferè longa, tomentoſa, in acutum deſinens. Semen & habitus totius plantæ Cytiſi. Naſcitur in locis ſterilibns *Piceni*, ſpeciatim in monte *Gallo*, & prope urbem *Montalti*, via quæ ducit ad cœnobium *Franciſcanorum minoris Obſervantiæ reform. &c.*

1. Nir-Murri *H. M.* P. 9. T. 32. Legumen erectum foliis ſimplicibus, floribus in ſummis caulibus & ramulis, velut in ſpica; ſeminibus quadratis.

Tetricis & aquoſis gaudet, altitudine duûm pedum & amplius. *Rami* parùm lignoſi, virides. *Folia*, quæ pedunculis brevibus proveniunt, oblonga, tenuia, viridi-clara. *Flores* papilionacei, rubeſcentes, in medio ex rubro ad cœruleum vergentes, inodori. *Siliquæ* parvæ, longæ, rectæ, anguſtæ, compreſſæ, per ſiccitatem rubeſcentes. *Semina* longa quadrata, albicantia.

Planta hæc, excepta radice, in olla bene obturata aquæ incoquitur, cujus vapor tumorem illum cacochymicum, quem endemius ille morbus, *Pitao* dictus, inducit, diſſipat. *Vires.*

Icon ſiliquas articulatas repræſentat.

Hanc ſpeciem, vel ei valde ſimilem ex *India Orientali* ad D. *Petiver* miſſam vidimus & deſcripſimus, *caule* erecto robuſto tereti hirſuto; foliis è multis pinnarum exiguarum, canentium conjugationibus compoſitis. Floribus & ſiliquis in ſurculis è foliorum alis egreſſis oblongis pluribus non tamen admodum crebris. Siliquæ ubi ſemina ſunt protuberant.

2. Leguminoſa elegantiſſima *Indica*, caule & ſiliquis fulva lanugine veſtitis.

Folia 3, aut 4 pinnularum paribus conſtant, coſtam terminante folio impari maximo & longiſſimo. Tum pinnulæ, tum folium extremum marginibus lateralibus ferè parallelis ſunt, extremitate obtuſa, ſubtus lanuginoſa argentea, ſuperne ex albo dilutè viridantia & cœruleſcentia.

scentia. *Florum* spicæ in pediculis longissimis è foliorum alis exeunt, paucis *floribus* papilionaceis compositæ; quibus succedunt siliquæ longæ, angustæ, rectæ, compressæ, lanuginosæ fulvescentes. Ex *India Orientali* transmissam communicavit D. *Petiver.*

3. Planta papilionacea *Africana*, Nummularia mucronata *Bodæo à Stapel. comment. in Theophr. Hist.* dicta.

Planta est hirsuta. Specimen hujus siccatum nobis commodavit D. *Sherard.* *Folia* triangularia sunt, è lata basi in acutum mucronem paulatim contracta, pediculis brevibus nixa, alternatim sita. *Flores* quales fuerant in sicca discernere non potui. *Caules* imbelles, & ut puto, humi procumbentes.

P. 974. Ad Cap. de Fumaria siliquosa.

1. Fumaria siliquosa bivalvis, radice fibrosa, latifolia perennis humilior, sine claviculis, flore albo *Morif.*

2. Fumaria *Tingitana*, radice fibrosa perennis, flore ex albo flavescente, siliquis curtis *Pluk. Phytogr.* T. 90. F. 2.

3. Fumaria siliquosa, radice grumosa, flore bicorporeo, ad labia conjuncto, *Virginiana Pluk. Phyt.* T. 90. F. 3. Fumaria siliquosa, grumosa radice, flore gemello monstroso *Banister Cat. Mss.*

4. Fumaria *Americana*, flore purpureo, siliquosa *Munting. Herb. Belgic.* 595.

5. Fumaria *Americana*, flore luteo, perennis *Ejusd.*

6. Fumaria major Clematitis *Grisl. Virid. Lusit.* N. D. Fortè non differt à Fumaria majore scandente flore pallidiore nostra & ad hunc locum non pertinet.

7. Fumaria *Virginiana* semper virentis *Cornuti* æmula, siliquis Ornithopodii *Pluk. Mantiss.*

8. Fumaria amplexicaulis vesicaria *Cap. Bæ. Spei Act. Hafnienf.* An. 1637. Obs. 24. Fumaria alba vesicaria, capreolis donata, sub exitum Autumni florens, *Æthiopica Pluk. Almag. app.* p. 400. Fumaria spuria *Africana* vesicaria *Flor. Norimberg. Volkamer.* Folia dilutè virent & quoad extremitates in capreolos abeunt. *Caules* sunt virides, scandentes. *Flores* tetrapetali, ex incarnato albicantes; *Semina* nigra, splendentia, orbiculata in vesicis inflatis quæ per maturitatem in duas finduntur partes. Annua est planta & nascitur ad *Prom. Bæ. Spei. Volkamer.*

9. Fumaria enneaphyllos *Hispanica* saxatilis *Bocc. Mus. plant. rar.* T. 73.

Hispania & *Sicilia* raram hanc plantam producunt. In monte *di Madona* dicta *Nebrode* eam observavi, cum floribus flavescentibus, palmari ferè altitudine.

10. Fumaria minor, Fœniculi tortuosi foliis, flore albo, macula rubente *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 144. An 4ta *C. B?* pin. T. 102.

In campestribus & vineis districtûs *Romani* nascitur, *Februarii* fine; florémque profert album, macula rubente insignem aut purpureâ non admodum saturâ. *Radix* crocea est, Folia valde similia Fœniculo tortuoso *Lob.* ut si examinaretur extra florendi tempus, nec manibus tractata, Fœniculi species esse crederetur. Pedali est altitudine, annua radice. Copiosam inveni ad tres fontes in vinea, aliisque locis cultis.

11. Fumaria exilis *Romana*, foliis Sophiæ tenuissimis *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 81.

A præcedente, aliisque *C. Bauhino* memoratis differt, foliis incisis, rotundiusculis, minimis & nigricantibus, *Coriandri*, *Sophiæ Chirurgorum* aut *Scandicis* delicatioribus, cum quibus tamen ad distinctionem aut differentiam ab aliis plantis constituendam conferri potest. Interdum procumbit. *Flores* fert rubentes, albo variegatos cum macula purpurea. Ad pedalem altitudinem excrescit in *Campania di Roma*, seu agro *Romano.*

P. 975. lin. 1. Ad Funariam *Split* dictam not. In *Anglia* Flos albidus est seu flavescens, maculâ luteâ. In *Italia* semper. Flos totus intensè flavus est: observante D. *Sherard.*

P. 968. Ad Cap. De Acacia.

1. Acacia *Africana* spinis candicantibus horrida, subrotundis foliis, odoratissima *Pluk. Phyt.* Tab 123. F. 1. nihil aliud est quàm Acacia vera seu Spina *Ægyptiaca* subrotundis foliis, flore luteo, siliqua brevi, paucioribus isthmis glabris & cortice nigricantibus do-

nata : i. e. Acacia nigra *Theophrasti* & *Plinii* lib. 13. cap. 9. Acacia foliis Scorpioidis leguminosæ C. *B.* monente ipso D. *Plukenet* in *Almagesto Botan.*

2. Acacia altera vera, seu Spina *Mazcatensis* vel *Arabica*, foliis angustioribus, flore albo, siliquâ longâ villosâ, pluribus isthmis, & cortice, candicantibus donata *Pluk. Almag. Botan.* cujus icon habetur *Phytogr.* Tab. 251. F. 1. Acacia candida *Theophr. hist.* lib. 4. c. 3. *Plin.* lib. 24. c. 12. Acacia *Sant* & Akakia fœmina *Alpin.* Plant. Ægypt. p. 63. Eadem floribus luteis *Ejusd.*

4. Acaciæ *Indicæ Aldini* similis ex insula *Madera Pluk. Almagest. Botan.*

5. Acacia *Americana* floribus spicatis luteis *P. B. P.*

6. Acacia *Americana*, siliquis longissimis & angustissimis, *Foulio dos Cavalleros Herm. P. B. P.*

7. Acacia *Americana* grandibus aculeis ad ramulorum exortum, cornua bovina referentibus, siliquâ rostratâ *Pluk. Phytogr.* T. 123. F. 1. Ac. *Americana* cornigera siliquis in spinam abeuntibus *P. B. P. Hoitmomaxalli* seu Arbor cornigera *Hernandez* p. 86. Acaciæ similis spinis corniformibus *Mexiocana* 4ta *Breyn. Prod.* 2. *Hort. Amstel. rar.*

Radix numerosa brachia seu ramos laterales subter terram diffundit. *Caudex* in Horto *Amstelod.* crassitiem obtinuit unius unciæ, cortice griseo amictus, & spinis crassis, concavis, acutis, cornuum bovinorum æmulis, bicompositis, in unum ad basin conjunctis, extrorsum reflexis, armatus; quarum ex connexione *Folia* ramosa pronascuntur, pinnata, pediculis longioribus fulta; horum lobuli pari semper numero sibi mutuò oppositi sunt, Acaciæ *Americanæ Aldini* similes, majores tamen. *Foliola* partialia bina & bina, ad exortum angusta, in extremo rotunda, vesperascente Sole clauduntur, matutino tempore, Sole lucescente, promptissimè sese rursùs expandunt : sunt autem aversa parte lætè virentia, adversâ verò saturo virore perfusa, sapore ferè fatuo cum leviissima adstrictione. *Flores* lutei, numerosi, in globulum Acaciæ supra citatæ similem congesti : hosce excipiunt *siliquæ* supervenientes, fragiles, in quibus *semina*, ut in congeneribus Acaciæ speciebus, majora tamen & fusca. Tenera admodum, frigorisque impatiens est.

8. Acacia *Americana* cornigera, siliquis in spinam abeuntibus latifolia *P. B. P.*

Arbor est spinosa, *caudice* ad singulorum foliorum exortum spinis albentibus, binis, crassis, robustis & brevioribus armato. *Folia* rigida sunt, crassa, obtusa, bina ex adverso. *Siliquas* habet digito crassiores digitóque longiores, rotundas, ex flavo pallidè virentes, in acumen fuscum robustum terminantes. *Siliqua* constat cute corticosâ, crassâ, pæne lignosâ, in nullos lobos divisâ.

9. Eadem angustifolia *P. B. P.*

Siliquas habet semidigitum longas, digitum minimum crassas, rubentes, & in aculeum superiori minorem & tenuiorem terminantes. Cortex tenuior est & coriaceus. *Semina* fusca, lucida, durissima, duplici serie juxta siliquæ longitudinem disponuntur, & materia fungosa flavescente includuntur.

10. Eadem 3. angustifolia.

Siliquas fert digitum longas, superiore seu 2da paullò majores, obscurè rubentes, & in longiorem mucronem productas.

11. Acacia Querna 4ta dicitur habere siliquas primæ speciei similes sed minores. Quæritur An sit species distincta.

In 2da specie folia non solùm angustiora & tenuiora sunt quàm Primæ, sed & eorum extremitatibus appendet quasi stamen flavescens quale in spicis frumentorum florentium cernere est.

Hæ Acaciæ species folia habent rigida, rectà expansa, quæ noctu concidunt, ut reliquarum specierum folia. Hæc omnia D. *Sherardus.* Hujus Acaciæ cornigeræ species quatuor distinctas proposuit Cl. *Breynius pr.* 2. ex eo quod harum arbuscularum spinæ, quas Horto Fageliano ex seminibus natas viderat, inter se nonnihil differre videbantur. Rectè verò Cl. *Hermannus*, duas tantùm species ibidem enutritas agnovit. Hanc sententiam probavit ipse *Fagelii* famulus, qui siliquas quibus hæ Acaciæ enatæ sunt, è *Vera Cruce* detulit. Ex duabus nequaquam verò ex quatuor arboribus à se collectas fuisse.

12. Acacia *Americana* cornigera, angustifolia, strictioribus aculeis *Pluk. Almag. Bot.* In Horto Regio *Hamptoniensi* colitur.

13. Acacia

13. Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa, *Intſiæ* accedens, cortice cinereo, ramulis in communi pediculo binis *Pluk. Phyt.* Tab. 2. F. 1.

14. Acacia ſpinoſa, foliolis perexiguis, veluti criſpatis *Maderaſpatana*: fortè Frutex foliis Acaciæ *Meſopotamicus Fab. Col.* notis in *Recchum.* Acaciæ ſimilis *Meſopotamica*, minutiſſimis foliis, ſiliquâ integrâ contortâ craſſâ & obtuſâ, ſeu ſiliquâ Nabathæâ *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phyt.* T. 73. F. 3.

15. Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa ramoſior, cortice cinereo, ramulis plerunque ex uno pediculo binis, aculeis rectis brevioribus craſſis *Pluk. Phyt.* T. 121. F. 3.

16. Acacia *Maderaſpatana*, foliolis parvis, aculeis è regione binis prægrandibus horrida, cortice cinereo *Ejuſd. ibid.* Fig. 4.

17. Ac. *Maderaſpatana*, minutiſſimis foliis, aculeis ferocibus alternis, frondoſa, cortice itidem cinereo *Ejuſd. ibid.* F. 5.

18. Ac. tenuifolia *Maderaſpatana*, ſpinis brevibus, recurvis, albicantibus, cortice fuſco *Ejuſd. ibid.* F. 6.

19. Ac. *Maderaſpatana* ſpinoſa, pinnis velut lunulatis, acutioribus, Myrti æmulis, nervo pinnularum ad unum latus vergente, ſiliquâ latâ, an *Intſia* Malabarorum *H. M.* P. 6? *Ejuſd. ibid.* F. 2.

20. Ac. *Zeylanica*, minùs ſpinoſa, pinnularum coſtis & caule rufeſcente hirſutie villoſis *Ejuſd.* T. 122. F. 3. In Horto Regio *Hamptonienſi* cultam vidit D. *Plukenet.*

21. Acacia *Africana*, Abrûs foliis, aculeata, ſpinis longiſſimis horrida, fortè Ac. *Americana* ſpinoſiſſima, floribus luteis globoſis, fructu tenui, toroſo, dulci *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phyt.* T. 123. F. 2.

22. Acacia *Javanica* ſpinoſiſſima lucida *P. B. P. Herman.*

23. Acacia non ſpinoſa, *Wagæ* Malabaricæ ſimilis è *Maderaſpatan Pluk. Phytogr.* Tab. 1. F. 4.

24. Acacia non ſpinoſa minor è *Curacao* ſeu *Curaſſavica*, flore albo globoſo, fortè *Tehoaexin Mexicenſis Hernandex Ejuſd.* T. 2. Fig. 3.

25. Acacia non ſpinoſa *Jamaicenſis*, foliolis è lata baſi in metæ formam faſtigiatis *Pluk. Phyt.* T. 251. F. 2.

26. Acacia *Americana* non ſpinoſa, floribus luteis, ſiliquis membranaceis *Herman. P. B. P.*

27. Acacia arborea maxima, non ſpinoſa, pinnis majoribus, flore albo, ſiliquâ contortâ, coccineâ, ventrioſâ, elegantiſſimâ *Slon. Cat. Jamaic.*

Ad torrentium & fluviorum ripas, necnon in agris humidioribus *Jamaicæ* & *Caribbearum* inſularum naſcitur.

28. Acacia arborea maxima, foliis vel pinnis, flore odoratiſſimo flavo *Slon. Cat. Jamaic.* An Mizquitl *Mechuacanenſis Hernand.* p. 60. **Wild-Tamarinds.**

Circa urbem S. *Jago de la Vega*, & ad margines viæ qua verſùs **Paſſage-Fort** itur, locis campeſtribus apertis copiosè creſcit.

29. Acacia *Javanica* non ſpinoſa, foliis maximis ſplendentibus *Hort. Beaum. Commelin. Hort. Amſt. rar. Caduwang* indigenis dicta *Pluk. Phytogr.* T. 123. F. 3.

Hort. Amſtel. rar.

Radix ei albicans, ſurculoſa, multis fibris capillata. *Caudex* articulatus, griſeus, parte ſuperiore ramoſus, nullis ſentibus armatus. *Frondes* pedis longitudinem adæquantes, ſuffraginibus 4, 5, paucioribus pluribuſve in quolibet latere ditatæ ſunt. In harum ſuffraginum unaquaque *foliola* adeò numeroſa, ut 72 numeraverim, pari ſemper numero ſibi invicem oppoſita: Sunt autem hæc foliola adverſa parte ſaturè viridia, averſâ verò dilutiore virore prædita, nitentia, *Acaciæ Indicæ* ſimilia, aſt majora. *Semina*, quorum ſiliquas nunquam offendi, plana ſunt, oblongo-rotunda, ad corculum ubi gemma enaſcitur nonnihil ſinuoſa, prædura, nigricantia. Frigoris impatiens eſt.
Locum in fronte gerit.

30. Acacia glorioſa *Golcondæa*, ſpinis crebrioribus, Lentiſci foliis, *Inimboy* triplo minoribus *Pluk. Almag. Bot.*

31. Acacia glorioſa Coluteæ foliis *Chinenſis*, rachi media, tam ad genicula quàm ad internodia, ſpinis curtis duplicatis, deorſum inflexis munita *Pluk. Almag. Bot.* An *Wawoulæthya* Cingalenſibus, à *Wawoulæ*, id eſt, Veſpertilione, quòd ejus ſpinulæ ſimiles ſunt unguiculis Veſpertilionum, quibus tanquam hamulis arborum ramis obſervantur affixæ.

32. Acacia glorioſa Inſulæ *Jamaicæ*, foliis minoribus ſubrotundis, ſpinis ad genicula ſimplicibus, floribus flavo-purpureis *Pluk. Almag. Bot.* Superba *Barbadenſium* noſtratibus vulgó.

33. Acacia glorioſa *Bengalenſis*, Sesban *Ægyptiacæ* foliis anguſtioribus, floribus ardenter rubentibus, non ſpinoſa *Pluk. Almageſt. Bot.*

34. Acacia arborea major ſpinoſa, pinnis quatuor majoribus ſubrotundis, ſililiquis variè intortis *Slon. Cat. Jamaic.* Acaciæ quodammodo accedens, ſeu Ceratiæ & Acaciæ media *Jamaicenſis* ſpinoſa, bigeminatis foliis, floſculis ſtamineis, atro-nitente fructu, ſiliquis intortis *Pluk. Phytogr.* T. 1. F. 6. Acaciæ ſimilis ſpinoſa, Ceratoniæ foliis geminatis, floribus albis lanuginoſis, ſiliquâ compreſsâ corniculatâ, ſeminibus nigerrimis ſplendentibus *Hort. Beaum.* p. 3. Unguis Cati, arbor *Americana*, ſiliquoſa ſpinoſa *P. B. P.* Acaciæ quodammodo accedens, Myrobalano Chebulo *Veſlingii* ſimilis arbor *Americana* ſpinoſa, foliis Ceratoniæ, in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi compreſſa, corniculata, ſeu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, ſive Unguis Cati *Breyn. Prod.* 2. p. 7. Avaratemo *Piſ.* cujus deſcriptionem videſis *Hiſt. Noſt.* p. 1764.

In pratis & campis *Jamaicæ* & *Caribbearum* inſularum ubique frequens eſt. Arbor eſt *ramis* incomptis, nodoſis, ſpinoſis ; *foliis* in eodem pediculo geminatis : *Floſculi* in racemis ex albo flaveſcentes, è filamentis conſtructi, & in globum congeſti, ità ut Acaciæ flores referant. *Siliquæ* recurvæ, in gyrum contortæ, racematim & faſciculatim diſpoſitæ. Lignum intus flaveſcit.

35. Acaciæ fortè cognatus è *Maderaſpatan* Frutex, Vitis Idææ *Bengalenſis* foliis & ramulis alternis, ad foliorum exortum ſpinis exiguis aſperatus *Pluk. Phytogr.* T. 122. F. 4.

36. Acaciæ ſimilis non ſpinoſa, ramulis alternis, *Maderaſpatana*, an Nilicamaram *H. M.*? *Ejuſd.* T. 1. F. 5.

37. Acacia *Americana Abruæ* foliis, triacanthos, ſive ad axillas florum ſpina triplici donata, ex *Surinam Pluk. Mantiſſ.* In Horto *Comptoniano* cultam vidit.

38. Acacia ſpinoſa *Indiæ Orientalis*, foliis ſubtus cœſiis, floribus globoſis luteis, *Eachedde Malabororum Pluk. Mantiſſ.*

39. Eadem non ſpinoſa *Cheereau Malabarorum Ejuſd. ibid.*

40. Acacia ſpinoſa *Indiæ Orientalis*, floribus aureis ſtamineis, Tamariſci *Narbonenſium* more in ſpicam diſpoſitis, *Mullaowlamaram Malabarorum Ejuſd. ibid.*

41. Eadem non ſpinoſa, floſculis ſtamineis aureis, Tamariſci in modum ſpicatis. Owlamaram *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

42. Acacia *Chalepenſis*, pinnulis parvis, ſpinoſa, floribus papilionaceis luteis, ex alis in ſpicam prælongam diſpoſitis, ſpinâ recta ſingulari *Ejuſd. ibid.* An Acacia *Americana*, floribus ſpicatis luteis *P. B. P.*?

43. Acacia non ſpinoſa *Indiæ Orient.* villoſo caule, lobo corticoſo, prægrandi, fuſco. Chatamaram *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

44. Acacia non ſpinoſa *Indiæ Orient.* Coluteæ foliis, floribus ſtamineis amplis, ſiliquâ cruſtaceâ gemellâ, Placentæ in modum coloratâ. Cautwallee *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

45. Acacia *Americana* non ſpinoſa, floribus luteis, ſiliquis membranaceis *P. B. P.* Mimoſa arboreſcens non ſpinoſa, pinnis Acaciæ latioribus, infernè glaucis, flore albo *Breyn. Prod.* 2.

D. *Sherard.*

Alæ foliorum ſunt pares, ut & ipſa folia. *Flores* & *Siliquæ* oriuntur ad ſedes foliorum more Acaciæ vulg. Flores in *America* fert albos, globoſos ; quos verò in Belgio produxit erant pallidè flaveſcentes ; *ſiliquas* ſemidigitum longas, foliaceas, tenues, bivalves, iſthmis interceptas : *ſemina* pauca, rotunda, parva, fuſca. Radix maſticatur à Barbaris ad Dentes dealbandos.

46. Acacia

46. Acacia *Curassavica* spinosa, siliquis teretibus angustis fuscis, flore luteo, Flos Cavalleros dicta.

Spinis armatur albis: Floribus ità luxuriat, ut tota, arbor iis tegatur, nec facilè in conspectum veniant folia. Siliquæ digitum longitudine haud excedunt. D. *Sherard.*

47. Acacia *Curassavica* spinosa, flore luteo majori, siliquis longissimis flavis, pulpa dulci refertis.

Flores fert luteos, in racemo dispositos, siliquas facie Phaseoli albi hortensis, quarum pulpæ dulcedine adeò delectantur indigenæ, ut vix siliquam in arbore relinquant. D. *Sherard*, ex Adversar. D. *Herman.*

48. Acacia siliquis longissimis & angustissimis nigris.

Faciem fert instar Acaciæ *Veslingii*, nisi quòd spinæ ferrugineæ ruffæ, longissimæ, ad basin in unum concrescentes, ad nodos ramorum exeant, Spina q. unica in duas se dividit partes. D. *Sherard* ex iisdem *Adversariis.*

49. Acacia coriariorum vulgò, non spinosa.

Folia habet angusta, in extremo paria; alæ vero sunt impares, 13 pinnis constantes, & aliquando 15. *Flores* lutei, parvi, instar cristæ pavonis, in parvis racemis ad foliorum ortus in summis ramulis. D. *Sherard.*

50. Acacia *Benghalensis* Bonduch folio, siliquis dorso nervosis *Mus. Pet.* 601.

Anadendra est pulcherrima, in longum se extendens, & valde ramosa.

P. 981. Ad Cap. de Plantis Æschynomenis.

1. Mimosa frutescens *Americana* alarum constis aculeatis *Pluk. Almag.* T. 307.

2. Mimosa seu Herba sensilis costâ spinosâ *Schol. Bot.*

3. Mimosa seu Pudica, ramulis & foliis sensilibus *Ejusd.*

4. Mimosa pumila *Maderaspatana*, pinnis tenuissimis ad foliorum exortus, innocuis spinulis obarmata *Pluk. Phyt.* T. 120. F. 1.

5. Æschynomene mitis seu Mimosa *de Tunquin* pinnulis amplioribus, Chamæfilicis marinæ æmulis *Pluk. Phytogr.* T. 4. F. 4. qui se sub *Ovali* titulo accepisse scribit. Foliorum forma à *Tsjampangam* H. M. haud multum abludit.

6. Æschynom. mitis seu Mimosa angustiore siliqua, foliis perexiguis *Ejusdem* T. 5. F. 2. Hujus in Appendice meminimus sub Tit. Æschynomenes foliis minimis *Pluk.*

7. Mimosa *Americana* pigra, siliquis longis angustis Allium olentibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 307. F. 3.

8. Herba viva arborescens *Chinensis Munting.* Herbar. Belgic.

9. —— repens *Ejusdem.*

10. Æschynomene spinosa latifolia, sive Herba viva vel Mimosa latifolia, piloso & subrotundo folio *Commelin. Hort. Amst. rar.*

Æschynomenæ spinosæ 1æ seu latifoliæ *Brasilianæ* siliquis radiatis *Breyn. Cent.* 1. subsimilis est, differt ab ea foliis latioribus, minùs acuminatis, nervísque per foliorum longitudinem discurrentibus, & non magis in dextram quàm lævam partem vergentibus.

Radix ei albicans, ligni ferè duritie prædita, fibrísque capillata. *Caulis* in tripedalem proceritatem adolescit, angulosus, multis spinis deorsum vergentibus rigens; è quo ramuli nullo ordine nascuntur, sentibus quoque armati, frondibúsque spinosis ornati, quæ in suffraginem duas expanduntur, quarum singulæ 6, 8ve foliola continent, pari semper numero sibi directè opposita, Sennæ non dissimilia, adversa parte lætè virentiâ, aversa hirsuta, unciam ferè longa, semunciam lata, nervo permeante ad extremum usque, ac multas venulas tenuiores spargente. In horto quantumvis diligenter culta ad frugem tamen non pervenit.

Siliquæ membranaceæ, unciam longæ, plures simul positæ, fimbria ad marginem quasi chorda tenui granulata cinctæ, quæ per maturitatem in 3 partes per transversum dehiscunt, quasi totidem articulis compositæ, fimbriâ manente integrâ, singulis includitur *semen* unum, latum, nigricans, durum, lucidum *Herman.*

11. Mimosa

11. Mimosa arborea non spinosa, foliis seu pinnis latissimis *Sloan. Cat. Jamaic.* **Another sort of Wild Tamarind or Sensible-tree.**

D. *Sloane.*

Vix ultra 9 pedum altitudinem assurgit, *caudice* recto, tereti, glabro, cortice è fusco rubente obducto. Ramastri plures, foliis alatis vestiti quæ ad 4 aut 6 numero, eidem communi unciali pediculo adnectuntur. Pinnæ numero pari sibi mutuo oppositæ, glabræ, obscurè virides. *Flores* ex alis foliorum egrediuntur, è plurimis longis albis filamentis compositi, capsula virente excepti, pediculi communis extremo in orbem circumpositi, capitulum sphæricum efficientes, ut in hujus Generis aliis, minimè tamen odorati: quibus succedunt *Siliquæ* rectæ, tenues, nummi coronati dimidia crassitudine, initio virides, postea fuscæ, pisa aliquot, è fusco nigricantia, oblonga, parva, viciarum æmula continentes quorum unumquodque ubi cubat protuberantiam efficit, facilè visibilem, antequam siliqua aperiatur.

Locis **Red-Hills** dictis copiosè provenit.

12. Mimosa herbacea non spinosa minima repens *Sloan. Cat. Jamaic.* **Sensible-Grass.**

D. *Sloane.*

Radicibus numerosis repentibus latè se diffundit, solum ad multas in diamentro ulnas occupans, *folia* subinde emittens in summo pediculi uncialis tenuis alata, bina semper singulis pediculis insidentia, quorum alterutrum è 3bus, 4ve pinnularum conjugationibus, h. e. 6 aut 8 pinnulis minimis, latis, subrotundis, eodem quo in reliquis congeneribus situ dispositis, glabris, obscurè viridibus componitur. Ex alis foliorum emergunt *Flores*, pediculis ejusdem cum Foliorum longitudinis innixi, rotundi, albi, è filamentorum globulo ut in aliis congeneribus constantes. Succedunt *Siliquæ* perbreves, compressæ, nigricantes, aliarum hujus Generis similes.

In pratis *Moneque* & *Maggotti Savannas* vocatis passim reperitur.

Adeò tenera & valdè sensibilis est præ aliis quibuscunque Mimosis, ut ad levem oris flatum se contrahat. Inter equitandum extrema virga nomen meum cespiti hujus plantulæ aliquoties inscripsi, quod foliis tactis se claudentibus aliquandiu duravit.

13. Mimosa siliquis longis spinosis *Herman. Adversʃ.* An Æschynomene 4ta *Breyn. Cent.*

Folia fert Acaciæ instar, sed tenuiora & graciliora, pinnata, ramulis opposita serie adnatis: *Flores* in longis petiolis villosos, albos, quos sequuntur *siliquæ* longæ, angustæ, in acutum mucronem desinentes, villis quasi spinis undique obsessæ. Delata est ex *Vera Cruce*. D. *Sherard* ex Adversʃ. D. *Herman.*

14. Tsjouanni-Manneli H. M. P. 9. T. 38. Mimosa pumila non spinosa, flore papilionaceo flavo, foliolis pinnatim ad mediam costam annexis paucis, siliquis parvis brevibus.

H. M.

Planta humilis est, surculis numerosis, in latum diffusa, aquosa amans. *Radix* albicans, fibrosa. *Surculi* tenues, ex omni parte rubro-persici, rigidiusculi. *Folia* in singulis petiolis geminata proveniunt, duobus tribúsve paribus, parva & ubi veterascit planta in minorem formam contracta, oblongo-rotunda, coloris surdi: ex a tactu clauduntur, ut & de nocte. Costa in aversa parte eminet, in qua maximè & in oris folia pilis albicantibus obsita sunt. *Flores*, qui tres quatuórve simul ad exortum petiolorum foliaceorum prodeunt, papilionacei sunt, flavi, inodori, tetrapetali. Stylus ut in aliis papilionaceis: apices crocei. Calix quadrifolius. *Capsulæ seminales* oblongæ, rotundiolæ, breviusculæ, 3, 4ve *semina* includentes, rotundiola, plana, primùm viridia, dein fuscescentia, post nigra ac nitentia, seriatim filamento viridi, quod in flore emicat, ac se extra capsulam crispatam exserit, intra capsulam annexa & adhærentia,

Vires. Unguentum ex tritis hujus foliis & recenti *butyro* secundum artem præparatum abscessus tollit phlegmonodes, quos si concomitentur febres, decoctum præscribitur ex hujus radice *Gingibere* & Pipere.

15. Waga Madras, spinosa, Mimosæ foliis, floribus parvis spicatis *Mus. Pet.* 700. Mullaowla-maraum *Malab. Petiveri* in *Actis Lond. Philosoph.* N. 271. pag. 851. 17. aut 18 pedes alta est, 7 aut 8 uncias crassa. Cortex & radix cum aqua calida lævigata, Catarrhis, Tussi & Cephalalgiæ medetur. *S. Brown.*

16. Waga *Madraspatana*, Mimosæ foliis, floribus parvis spicatis *Mus. Pet.* 699. Owla-Maraum *Malab. Petiver* in *Act. Lond.* N. 271. p. 851. Cum præcedente viribus convenit, à quo differt quod minor sit & minimè spinosa.

17. Waga globosa *Madraspat.* Mimosæ foliis, siliquâ latâ, planâ, membranaceâ Pet. *Act. Philosoph. Lond.* N. 271. p. 852. 10 aut 12 pedes alta est, 5 aut 6 uncias crassa. Pulvis corticis in aqua calida sumptus valet *adversùs* morsus Insectorum venenatorum. D. *Sam. Brown.*

18. Nela-

18. Nela-tali H. M. P. 9. T. 18. Æſchynomene flore papilionaceo, Ferri equini ſiliquis.

H. M.

Naſcitur in udis & paludoſis, & paſſim inter *Oryzam*. *Radix* fibroſa, densè capillata, carne fungoſa, denſa, molli, levi, candida, corculo pennæ haud diſſimili, ac in teneris fibris corticula flava & pilis flaveſcentibus obducta. *Caules* teretes, glabri, virides, intus carne in totum fungoſa, albicante; teneriores ex una parte rubeſcunt. *Folia* è plurimis pinnarum parvarum, oblongo-rotundarum, exteriùs in medio venâ ſtriatarum, viroris fuſci, densè ſtipatarum conjugationibus componuntur, nullo in extremo impari foliolo. Si folia hæc paulò preſſiùs ſtringantur, ſtatim ſe ſcutiformiter ad ſe invicem in duabus adverſis ſeriebus claudunt, ut & in ſurculis cum radice extractis ſeu avulſis. *Flores* ad exortum petiolorum florum in pedunculis videntur tenuibus, papilionacei, parvi, flaviuſculi, tetrapetali, exterius foliolum maximè interiùs rubeſcit, circa oras flaveſcens, duo interiora flaviuſcula ſunt, quartum viridi-albicans. *Siliquæ* oblongæ ſunt, planæ, paululum inflexæ, cortice primùm viridi, poſt ruſſo-fuſco & ſcabro. *Semina* quæ per corticem extuberant, parva ſunt, oblonga, ſaporis leguminoſi, in longitudine ſiliquarum in propriis loculis diſpoſita, futuris intermediis in cortice extuberantibus diſtincta: Color ſpadiceo-fuſcus eſt ac nitens.

Lavamentum ex hac planta conficitur antivulnerarium.

19. Todda-Vaddi H. M. P. 9. T. 19. Herba viva Acoſtæ cap. 5. Totta-Vari *Zanon.* ſeu Herba Mimoſa *Malabarenſium*, qui tamen ſuam *Totta-vari* ab Herba viva *Acoſtæ* differre exiſtimat.

Hujus Deſcriptionem accuratam videſis hoc in loco. Nos alibi de Herba viva *Acoſtæ*.

20. Herba viva latifolia *Javanica Breyn.* Prod. 2. Herba ſentiens vivens, ſive Æſchynomene foliis & floribus longis pediculis, unico thyrſo inſidentibus *Amboinica Rumphii* in *Miſcell. curioſ.*

E *Java* inſula ad D. *Breynium* tranſmiſſa fuit per Clariſſ. *Cleyerum*.

21. Mimoſa hirſuta pumila, flore purpuraſcente, quæ tacta ramulis non modo clauditur, ſed humi proſternitur. Mimoſa humilis herbacea *Ind. Orient.* ſemine vulgaris æmulo: Chaddai-lackaree *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

22. Mimoſa humilis quadripennis, glabra, procumbens guttis ſanguineis maculata, ex inſula *Ceylon. Ejuſd. ibid.* In Horto *Epiſcopali Fulhamiæ* prope *Londinum* colitur.

23. Mimoſa *Indica*, ſiliquis plurimis ſimul junctis, latis, brevibus, flore parvo globoſo: Varainchuddee *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

24. Mimoſa pumila *Ceylonenſis*, erecta, multifolia, pinnulis ſingulis maculâ purpureâ utrinque notatis *Ejuſd. ibid.*

25. Mimoſa non ſpinoſa, Coluteæ foliis, floribus ſtamineis, ſiliquâ latâ, fuſcâ, brevi, & lignoſa: Erewetamaram *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

26. Niti-Todda-Vaddi H. M. P. 9. T. 20. *Herba Coſta Zeylanica*, ſiliquis latis compreſſis minoribus *Breyn.* Cent. 1. fol. 47. ex ſententia D. *Commelin.*

Naſcitur in aquis dulcibus, aquæ cum caulibus innatans, ſemper florens, præſertim tempore pluvioſo. *Radices* ex caulibus ordinatim hinc indè prodeunt, maxima parte prope propè inflexuras, ſuntque condenſæ ac breves faſciæ, ex tenuibus fibris condenſatis ac ſibi mutùo implexis conſtante, coloris Perſici. *Caules* aquis innatantes rotundi, duriuſculi, viridiclari, aſt Soli expoſiti purpuraſcentes, fungoſi intus & albicantes, fiſtuloſi, ad corticem lignoſiores, angulis in contrarias partes alternatim inflexi, proximè circa inflexuras fungoſa, ſpongioſa, humida, albicante tunica circumveſtiti. *Folia* bina ac bina in petiolis mediis, ac ad exortum extuberantibus ac rubeſcentibus, proveniunt, forma anguſto-oblonga, non tam lata quàm illa *Todda-Vaddi*, in ſummitate rotundiola, latitudine uniformia, mollia, tenuia, plana & valde lenia, coloris hyalini, ſubtus venulam habent ſubtilem ad ſui exortum nonnihil eminentem, folium in duo inæqualia dividens latera. *Folia* in hac non in eodem plano ut illa primæ ſpeciei, ſed diverſis planis ſibi mutuo parallelis, petiolum medium obliquè fecantibus, & versùs ſummitatem nonnihil inflexis jacent, tali modo ſita ut aperta cum exteriori ſuperficie aquæ obverſa ſint; ex attactu clauduntur, ut & veſperi ac internoctu. *Flores* ſpicatim & condenſi in orbem proveniunt in ſummitate propriorum petiolorum, qui rigidi, rotundi, nonnihil inflexi, coloris Perſici diluti, & ex inflexuris caulis vel ſolitarii, vel cum caulibus prodeunt; ſuntque inferiores plurium foliorum valde oblongo-anguſtorum & criſpatorum, coloris in totum flavi, in calice nulla ſtamina vel ſiliquoſum germen edentes, ſuperiores pentapetali, virides, cuſpidati. Hi 10 habent *ſtamina* longiuſcula, albicantia, cum ſuis flavis, ſtriatis, & obliquè ſurrectis *apicibus*, inter quæ *ſtylus* eminet longus ex ſiliquoſo viridi germine in umbilico floris oriens. *Siliquæ* parvæ ſunt, ex umbilico floris ortæ, planæ, compreſſæ,

preſſæ, nonnihil falcatæ, in ſummitate ſurculorum 6, 7ve plus minùs conſpiciuntur, ad cauliculum tranſverſim ſitæ, primò virides deinde coloris hepatici rubri, tandem fuſceſcentes. *Semina*, quæ in iis 8, 9, vel pauciora pro magnitudine ſiliquæ continentur, oblongo-rotunda, plana, contracta, obliquè in latitudine ſiliquarum ſita, proximè ad ſe mutuo, nullis interſepimentis ſejuncta, coloris ſpadicei-fuſci-nitentis, ad oras fuſciora & magis nitentia.

Vires. In decocto data ſtomachum roborat, in febribus urinam provocat, & arthriticum ſedat dolorem: cum butyro apoſtemata digerit.

27. Malam-Todda-Vaddi H. M. P. 9. T. 21. An Mimoſa Jamaicenſis *Zanoni*? figurâ primâ repræſentata?

H. M.

Plantula eſt naſcens in petroſis. *Radix* ruffa eſt, fibroſa, oblonga, rectà ſe in terram demittens. *Caules* tenues, rotundi, lignoſi, ſuperno latere ubi Soli expoſiti rubeſcentes, inferiori virides. *Folia* in petiolis communibus brevibus, ad exortum nonnihil extuberantibus, ac parvo, anguſto, viridi, cuſpidato foliolo ſuccinctis emicant in duabus ſeriebus, bina oppoſita, in ſingulis 8, 9, plus minùs, parva, oblongo-anguſta, tenuiſſima, viroris ex una parte viridi, ex altera ſurdi. Coſtulam habent anteriùs eminentem, & obliquo tractu folium dividentem. Tacta ſe claudunt, ſed non tam ſubito quàm *Todda-Vaddi* folia.

Vires. Gentis ſuperſtitio plantæ huic occultas tribuit Vires, nempe (ſi credere fas ſit) ad amiſſam virginitatem reſtituendam, & mulierum amorem conciliandum, ſi ſanguiſuga intentæ Virginis pedi ſiniſtro ad ſaturitatem applicata, fruſtulatimque diſciſſa, & cum planta hac trita exhibeatur, vel etiam petitæ fœminæ eadem miſcella confricetur manu. Virenti Curcuma, Camphoràque commixta impetigini medetur.

Imperfectè deſcribitur hæc planta, nulla neque florum, neque fructuum mentione facta. At neque Flos Fructuſve iconi appingitur.

28. Man-Todda-Vaddi H. M. P. 9. T. 22. Mimoſa Malabarica, foliis piloſis, non ſpinoſa minor, flore papilionaceo luteo ſiliquis anguſtis articulatis *Commelin.* notis.

H. M.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* fibroſa albicans. *Caules* parùm lignoſi, rotundi, virides in ſurculos divaricati. *Folia* in duabus ſeriebus geminata petiolis inſident, obliquè versùs anteriora converſa, oblongo-rotunda, anguſta, ad exortum paulò ſtrictiora, tenuia, lenia, in oris tenuibus & breviſſimis pilis obſita, coſta in aversâ parte, quæ brevi cuſpide anteriùs eminet piloſa, ſtriata, viroris utrinque diluti. Ex attactu confertim ſe claudunt, & quidem ſurſum verſus, aliter quàm *Todda-Vaddi* folia, cujus latera inferiora deorſum verſus ſe claudunt, clauſa ſcutellatim ſibi mutuo accumbunt. *Flores* in propriis ſurculis proveniunt, quorum pediculi breves, tripetali, coloris pallidè flavi, ſubtiliſſimis venis ſtriati: *Stylus* in medio ruber. *Calix* cyathi-formis ac viridi-fuſcus. *Siliquæ* oblongo-anguſtæ ac compreſſæ, in cuſpidem deſinentes, maturæ coloris rubro-fuſci, parvis, rotundis granis ſeu ſeminibus refertæ, qui primum viridi-rubeſcunt, poſtea albicant.

Vires. Balneum ex hac planta præparatum lepræ ac pruriginoſo acrique ardori medetur: cum oleo *Tzit-Elu* ſeu *Sergelim* ex eadem linimentum conficitur antiſpaſmodicum. Succus cum Santalo tritus frontale eſt adverſus cephalalgiam calidam.

P. 980. Ad ſpeciem Æſchynomenes 10am ſeu Fruticem Pavoninum *Breynii* adde ſynon. ſeq.

1. Sena ſpuria arborea ſpinoſa, foliis alatis ramoſis ſeu decompoſitis, flore ex luteo & rubro ſpecioſo *Slon. Cat. Jamaic.* Erythroxylon *Indicum* minus ſpinoſum, Coluteæ foliis, ſiliquis anguſtioribus, flore ex luteo & rubro eleganter variegato *P. B. P.* Tsjetti Mandaru *H. M.* P. 6. F. 1.

2. Criſta Pavonis auriculata, non ſpinoſa, ſiliquis membranaceis è *Maderaſpatan*, *Muſ. Pet.* 635. Avaree *Malab.*

Frutex iſthic 2, 3, & interdum 4 pedes altus eſt. Siliquam producit planam, digitum circiter longam, unciam plus latam.

Pulvis ejus aut infuſum purgat, inque variolis aut febribus lentis exhibetur.

P. 982. Ad Cap. 3tii ſpeciem 1am i. e. Chamæcriſt. Pav. Braſil. ſiliqua ſingula, nigra.

1. Hæc planta ab aliis pro Sennæ ſpuriæ ſpecie habetur. *Paul. Hermanno* in *Cat. Hort. Lugd. Bat. Senna Occidentalis ſiliquâ ſingulari, foliis Herbæ mimoſæ*, dicitur; quem ſequuntur D. *Sloane* in *Cat. Jamaic.* & D. *Plukenet* in *Almag. Bot.*

2. Ad ſpeciem 2dam, i. e. Chamæcriſt. Pavon. *Americanam* ſiliquâ multiplici *Breyn.* Hæc D. *Herman.* in Cat. prædict. quem ſequuntur iidem D. *Sloane* & D. *Plukenet* in locis prædictis, *Senna Occidentalis, ſiliqua multiplici, foliis herbæ Mimoſæ* nuncupatur.

3. Chamæcriſta Pavonis major *Hort. Amſt. rar.* p. 53. deſcriptionem vide inter Sennæ ſpuriæ ſpecies.

4. Ery-

4. Erythroxylum non spinosum *Japonicum* Coronillæ folio *Commelin. Hort. Amst. rar.*

D. *Commel.*

Radix huic lignea, fibrillis capillata. *Caudex* cortice griseo tectus, in *Horto Amstelod.* 4 pedum altitudinem assecutus est, nullis spinis ramatus, qui parte superiore in multos sese spargit ramos, spinis quoque privos, quorum ramuli juniores, ut & folia in primo ortu coloris sunt ferruginei, & quasi tomento obsita, quod in nullis *Cristæ Pavonis* speciebus evenit: verùm diu durabile id non est, temporis enim progressu folia virorem induentia Cristam Pavonis *Breynii* æmulantur, paulò tamen minora, & saturatiore viriditate prædita sunt.

Frigoris patientior: ex semine *Japonia* missio enata est.

5. Corallinum lignum *P. B. P.* Erythroxylum *Americanum* Glycyrrhizæ folio, floribus ex luteo & rubro variegatis, siliquâ latissima *Commel. Hort. Amst. rar.*

Lignum Corallinum dicitur à materie solida & rubicunda, tinctoribus expetita. *Radice* fundatur lignea. *Caudex* cortice ruffo amictus, 3 pedes altus, semunciam crassus [nempe in plantâ tres ante annos in *Horto Amstel.* è semine nata] superiore parte ramosus. *Folia* ramosa in longo pediculo utrinque sita, particularia autem foliola contrariis semper inter se pediculis brevissimis, numeróque paria cohærent, sescunciam, nonnunquam quoque 2 uncias longa, in mucronem desinentia, per marginem integra, 8 aut 10 ad unam costam supernè saturatiùs, subtus dilutiùs viridia, sapore subdulci. *Flores* ramulorum fastigiis spicatim innascuntur, papilionacei, luteo-rubicundi; quibus defluxis succedunt *siliquæ* oblongæ, coloris cinerei cum Phaseolorum siliquis convenientes, sed latiores, quarum aliæ in mucronem desinunt, aliæ verò non: in hisce *semina* plana compressa, partim rotunda, partim cordiformia non apiculata.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER DECIMUS NONUS.

Herbas enangiospermas Pentapetalas complectens.

P. 991. Ad Cap. De Caryophyllo adde.

P. 990. pl. 12. Caryophyllus cœruleus *Monspelienſis J. B.* (observante D. *Sherardo*) est planta tricapsularis, adeóque hinc ad Anomalas transferenda.

P. 993. Camara flo. albo *Brasilienſis Marcgrav.* Q. Annon sit baccifera, adeóque cum reliquis cognominibus *Marcgravii* & *Pisonis* conjungenda?

1. Caryophyllus sylv. Alsines holosteæ arvensis foliis, flore unico, calice barbato *Pluk. Phytogr.* T. 81. F. 3. An Caryophyllus sylv. humilis, flore unico *C. B?* Armeriæ species, flore summo caule singulari nostras *Raii Synopſ. ſtirp. Britan. app. Pluk. Almag. Bot.* In partibus Borealibus *Angliæ* (inquit) à D. *Du-Bois* nuper inventus est.

2. Caryophyllus *Monomotapenſis*, nervosis Bupleuri foliis, intus cavis, flore cœruleo, cauliculis secundùm longitudinem alatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 275. F. 1. An *Tsjerou-Maumaravara H. M?* P. 12. Tab. 5. f. 11. Gladiolo affinis Caryophylloides, *Æthiopica*, foliis cavis, flore cœruleo, cauliculis secundùm longitudinem alatis, an Gladiolus minor gramineus, flore parvo cœruleo *Breyn. Fasc.* 24.

3. Caryophyllus Alpinus, crasso Linariæ folio, calicibus variegatis *Bocc. Musſ. plant. rar.* p. 23. Caryophyllus Alpinus linifolius, radice amplissima *H. R. P.* Lychnidis potiùs quàm Caryophylli species est. Hanc nos in summis Alpibus maximo *Carthusianorum* cœnobio imminentibus invenimus. D. *Sherard* in alveo fluvii *Arvæ* prope *Genevam* eruit.

4. Caryophyllus seu Armeria pusilla, *Marilandica*, flore minimo, è calyce oblongo, foliolis fastigiatis cincto. Inter plantas à D^r *Vernon* in *Marilandia* collectas, & à D. *Sloane* nobis communicatas invenimus.

5. Caryophyllus minimus arvensis, incarnato flore bifido *Hort. Cath.* Lychnidis potiùs quàm Caryophylli species esse videtur.

6. Caryophyllus gramineus saxatilis, floscul̃is in umbellâ candidis *Hort. Cath.* 41. Plures è radice *caules* emittit, semipedales, crebris geniculis interceptos, & ad singula geniculà binis foliis gramineis uncialibus donatis. Summus caulis in plures ramulos dividitur & subdividitur quos *flores* terminant ex oblongo striato calice in quinque petala angusta divisi.

7. Caryophyllus sylv. minimus *Hort. Messan.* incarnato flore pentapetalo crenato bifisso *Hort. Cath. Suppl. alt.* In semipedalem altitudinem assurgit, in ramulos & ramusculos innumeros ferè divisus & subdivisus. Calix floris striatus & turgidus ad modum Lychnidis, cujus verius species est.

Ad Cap. De Lychnide.

P. 993. Ad Speciem 5tam nota, Hanc, i. e. Lychnidem *Chalcedonicæ* umbellâ seu Phlomon Lychnitem alteram *Syriacam Lob.* D. *Plukenetius* in *Almag. Bot.* eandem facit cum 7ma, i. e. Lychnide umbellifera montana *Helvetica Zanoni*, ejusque fidenter Synonyma statuit Lychnidem coronariam sylv. C. B. & Lych. coronariam rure natam *Lob.*

P. 994. Add. Lychnis minima supina, fol. viridi angustissimo, floribus herbacei coloris *Schol. Bot.* 112. *Radix* subest fibrosa, cauliculi semipalmum alti: *folia* viridia, rigida, acuminata, conjugata, formâ Lychnidi Myrtifoliæ similia, sed multò minora & angustiora. *Flores* fert pentapetalos, intus albentes, extus viridantes, petalis cordiformibus, ad basin binis protuberantiis, oblongis, parvis, quasi mammillis aut papillis insignitis. E medio exeunt 3 *stamina*, alba, recurva, absque apicibus. Calix oblongus est, quinquifidus ferè ut in Caryophyllis, cui includitur capsula oblonga, semina parva, cinerea, rugosa continens. D. *Sherard.*

P. 996. Ad speciem 13am nota. Lychnis sylvestris alba, spicâ reflexa *Botan. Monsp. Magnol.* item Lychnis arvensis minor *Anglica Park. Theat.* p. 1004. item Lychnis 4ta præcedens seu sylvestris annua angustifolia, flore purpurascente nostras, una & eadem cum hac [13a] plantæ species esse videntur.

1. Lychnis *Hispanica* umbellata minima *Tournefort. Elem. Bot.* In montibus *Pyrenæis.*

2. Lych. minima saxatilis umbellata, Holostei folio, caule nudo *Ejusdem ibid.*

3. Lych. sylvestris, flore fugaci *H. R. P. Schol. Bot.*

4. Lych. *Hispanica*, Valerianæ rubræ folio, purpurascente flore *Tournefort. Elem. Bot.*

5. Lych. Alysson fruticans dicta.

6. Lych. sylv. flo. albo, *Lusitanica Munting. Herbar. Belgic.*

7. Lych. *Lusitanica*, flo. rubello, folliculo rotundo, striato *Ejusd. ibid.*

8. Lych. *Lusitana* palustris, folliculo striato *Tournef. Elem. Bot.* An eadem cum præcedente; an potiùs, palustris folliculo striato N. D. *Grisleii Virid. Lusit.* Fortè hæ tres una & eadem specie planta sunt.

9. Lych. *Lusitan.* flo. coccineo elegantissimo *Tournef. Munting. Herbar. Belgic.* An Lych. sylv. flor. rubris elegantiss. per caulem sparsis N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

10. Lych. sylv. marina, flore purpureo pulcherrimo N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

11. Lych. sylv. stellato flore *Ejusd.*

12. Lych. sylv. flore rubro, folliculis densè stipatis *Ejusd.*

13. Lych. maritima *Gadensis* angustifolia *Tournef. Elem. Bot.*

P. 1002. Post 9am speciem Lychnidis viscosæ adde.

14. Lych. viscosa, flore muscoso minor *Schol. Bot.*

15. Lych.

15. Lych. viscosa, flore muscoso capillaceo *H. R. P. Schol. Bot.* Præcedentis tantùm varietas est.

16. Lych. *Lusitana;* montana, glutinosa, fœtida *Tournef. Elem. Bot.*

17. Lych. sylv. viscosa, flore albo perennis N. D. *Grisleii Virid. Lusit.* An Muscipula altera flo. albo *Park?*

18. Lych. sylv. viscosa, flo. purpureo vivacissimo N. D. *Grisleii Virid. Lusit.*

19. Lych. sylv. viscosa, flo. rubro reflexo N. D. *Ejusd. Pluk. Almag. Bot.*

P. 1005. Ad finem Capitis adde.

20. Lychnis *Africana* minor, hirsutis subrotundis foliis, floribus copiosis, in summitate rubellis *Pluk. Almag. Bot.*

21. Lych. minima, cum floribus uno versu dispositis, vix conspicuis. An Lych. sylv. flosculo rubro vix conspicuo *Grisleii Virid. Lusit? Pluk. Almag. Bot.*

22. Lych. sylv. minima angustifolia procumbens, flore ex albido viresente. In Horto D. *Doody* ex seminibus enatam observavit D. *Plukenet Almag. Bot.*

23. Lych. elatior glabra, flosculis albidis, ad summa caulium internodia rubidum exsudans viscum, *Virginiana* D. *Banister Pluk. ibid.*

24. Lych. seu Behen album Alpinum, amplissimis & longissimis foliis, glabrum *Pluk. Almag. Bot.* Ad Speciem 1am p. 998. referend.

25. Lych. seu Pseudomelanthium *Africanum,* Agerati hirsutis foliis, flore purpureo parvo *Pluk. Almag. Bot.* T. 306. F. 1. Ad species *Lychnidis segetum* p. 999. traditas referenda.

26. Lych. *Æthiopica* parva, tenuiss. confertis foliis, nodoso caule, cui flores ex uno capitulo plures *Ejusd. ibid.* T. 304. F. 5.

27. Lych. minima foliis Laricis seu tenuissimè divisis *Moris.*

28. Lych. *Hispanica* capillaceo folio *Tournef. Elem. Bot.*

29. Lych. pumila saxatilis Juniperi folio *Ejusd. ibid.*

30. Lych. peregrina, Spicæ vel Lavendulæ folio *Schol. Bot.*

31. Lych. coronaria *Monomotapensis,* umbellata multiplex: seu Caryophyllus holosteus tomentosus *Æthiopicus,* latiori folio, flore argenteo completo; vel Lychnis umbellifera gnaphaloides, *Monomotapensis* flore argenteo completo *Pluk. Mantiss.*

32. Lych. parva, hirsutis foliis, *Æthiopica Ejusd. ibid.*

33. Lych. aizoides glaucophyllos, ad nodos caulium flosculis amœnè purpureis, *Rhodiensis Ejusd. ibid.* In Hort. Med. *Chelseiano* & in hort. D. *Du-Bois* ex seminibus enatam & enutritam vidit.

34. Lych. *Virginiana,* vermiculatis Kali longioribus foliis, caule nudo, summo fastigio floribus umbellatis *Pluk. Mantiss.*

35. Lych. viscosa humilis *Virginiana,* latiori folio, floribus albis amplissimis *Ejusd. ibid.*

36. Lych. *Virginiana* elatior, floribus parvis in summitate caulis *Ejusd. ibid*

37. Lych. Campanulæ hortensis folio, calyculis parvis, ex insula Stæ. *Helenæ Ejusd. ibid.*

38. Lych. viscosa *Lusitanica,* capsulâ subrotundâ glabrâ *Ejusd. ibid.*

39. Lych. minor Caryophylloides angustifolia *Insulæ Sanctæ Helenæ Ejusd. ibid.*

40. Lychnidem quandam umbelliferam, foliis angustis, floribus incarnatis è *Marilandia* habemus.

41. Lych. foliis Majoranæ aut Origani, circa margines ſerratis, floribus amplis purpureis in ſummo caule. E *Marilandia.* Florum ſtamina & apices in hac ſpecie præcipuè notabiles ſunt.

42. Lych. maritima procumbens, longis ſtrictiſſimis foliis *Moriſ. hiſt.* p. 545. *Moriſon.*

Hujus *Cauliculi* per terram ſunt ſtriati, quibus ſtrictiſſima innaſcuntur *folia* longa; atque in geniculis rarò diſpoſitos *flores* fert albos, minores, pentapetalos, petalis ad medium bifidis; quibus pereuntibus ſuccedunt *capſulæ* oblongæ, plurimis *ſeminibus* ſubruffis circa ſtylum nutritivum provenientibus onuſtæ.

Provenit in ſabuloſis maritimis & circa *Rupellam* hæc planta annua. Floret versùs Autumnum, & eodem tempore ſemina in capſulis cartilagineis aliarum Lychnidum more perficit.

43. Lych. longioribus foliis incanis, florum petalis quinis, non bifidis *Moriſ. hiſt. ibid.*

Hæc Lychnidis parvæ ſpecies à foliis longis incanis & florum petalis non bifidis, (quod in perpaucis contingit Lychnidum ſpeciebus) notu facillima. Reperimus nos perpulchram hanc Lychnidis ſpeciem in Ericetis ſabuloſis ſex milliaria à *Borbonum capite* diſtantibus, ſatis frequentem, nec alibi nobis conſpecta eſt. *Moriſon.*

44. Lychnis *Hiſpanica,* Kali folio, multiflora *Tournefort. Elem. Botan.* & *Inſtitut.*

Ad pedalem aut majorem altitudinem aſſurgit, *caule* firmo geniculato, geniculis à ſe invicem longiùs diſtantibus. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis profert plurimos, perexiguos, coacervatos velut in umbellas, alias etiam ex aliis enaſcentes, caliculis viridi-ſtriatis exceptos.

Hujus ſpecimen exſiccatum nobis communicavit D. *Carolus Preſton.*

45. Lychnis incana repens *C. B. Moriſ.* 207. Ocymoides Lychnites *Col.* Ad Alſinem calicis reſpectu referenda videtur. *Col.*

Foliis eſt parvis, ab radice ſtatim binis, ſingulis geniculis hærentibus, foliorum Lychnidis coronariæ æmulis, ſci. incanis, piloſis, quæ non minùs quàm Lychnidis coron. folia ad ellychnia formanda apta videntur. *Radice* tenui admodum firmatur, parùm ſub terra deſcendente atque circumreptante, plurimas fibrillas ad ſingulos nodos protrudentes, ex qua plures fruticant *viticuli,* rotundi, incani, hirſuti, bina *foliola* ſingulis geniculis hærentia habentes, quæ in imo minora ſunt, deinde majora in medio viticulo, (quod contra evenit in plantis à radice ſtatim foliatis ante caulis eruptionem, ut in *Theophraſto* legitur) hirſuta, carnoſa, incana, Lychnidi coronariæ ſimilia, ſed magnitudine & forma Polemoniæ *Belgis* dictæ æmula, cujus etiam ſicut aliarum congenerum ritu *flores* edit *Aprili* atque *Maio* menſe, candidos, pentapetalos, *ſtamina* intus 5 habentes, atque ſingula petala in ſummo, ubi latiora ſunt, dividuntur binatim, ut folliculi Thlaſpeos. *Junio* menſe in longis pericarpiis mollibus cartilagineiſque perficit ſemina, fulva, anguloſa, hirſutáque. *Pericarpium* ſeu capſula ſeminalis non ut in reliquis Lychnidum ſpeciebus omnino obducitur calice, ſed tantùm baſin 5 foliolis conſtructum habet, ut in Alſines ſpeciebus. Hujus radix vivax admodum eſt, ideóque multùm fruticat, terrámque foliis ſuis operit. Sapor plantæ dulcis eſt.

Hanc Herbarii in territorio *Neapolitano Herbam lactariam* appellant, à lactis eliciendi facultate ipſis nota: plantam ipſam, ſicut alia olera juſculis admixtis ovis diruptis, incoquunt, non ſine Piperis atque Amaraci modico; vel ut alii ſolent in placentam efformant, cujus eſu magnam lactis copiam promi experimento ſe habere aſſerunt, atque in eum uſum hodie utuntur.

Sponte & frequens oritur in monte D. *Mariæ* Virginis, locis humentibus petroſis.

46. Lychnis Ocimaſtri folio, flore viridi *Herman. Parad. Bat.* *Herman.*

Radice nititur perenni, craſſiuſcula, paucis fibris donata. *Caulem* emittit ſingularem (interdum plures) cubitalem, teretem, geniculatum, hirſutum, ramoſum. Ad ſingula geniculà bina è regione oriuntur *folia,* mollia, ſubhirſuta, Ocimaſtro perſimilia, abſque pediculis cauli adnata; inferiora nonnunquam pediculis biuncialibus appenſa ſunt, ſeſcunciam lata. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis, è foliorum alis exeuntes, pentapetali, parvi, petalis anguſtis, in medio bifidis, coloris intus ex albo herbacei, extus ex viridi flaveſcentis, cum 5 *ſtaminulis, apicibus* concoloribus coronatis. *Calix* oblongus, ſtriatus, hirſutus. Semina in capſulis turbinatis, coloris cinericei.

In *Luſitania,* ut meminit, collecta eſt. Floris colore & parvitate à cæteris ſpeciebus facillimè diſtinguitur.

47. Lychnis ſylveſtris, quæ Been album vulgò, latifolia Alpina glabra *Hort. Cathol.* Folia breviora ſunt quàm in *Been albo* vulg. D. *Sherard* ſiccam nobis communicavit.

48. Lychnis ſeu Papaver ſpumeum, flore pleno N. D. Hujus figura, monente D. *Sherard,* habetur in gazophylacio *Ruperti Beſleri.*

49. Lychnis

49. Lychnis Alpina, humi fuſa, Caryophylli folio, Saponariæ *Siculæ* flore rubro, calyce molli purpureo. *Hort. Cathol. Cupani.*

Caulis tres uncias longus eſt, uno vel altero foliolo anguſto veſtitus, in ſummitate plures *flores* geſtans, velut in umbellam diſpoſitos, è calycibus longis laxiſque atro-purpureis exeuntes, caryophyllo pumilioni *Taurico* ſimilis eſt.

50. P. 999. Saponaria concava, flore dimidiato, petalo unico. D. *Sherard* Varietatem hanc obſervavit olim in Horto Dæ. *des Flines.* Flos conſtabat unico petalo integro, medietatem floris exprimente; cætera cum *concava Anglica* conveniebant.

51. Lych. *Indica* ſpicata, Ocimaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Dentellariæ ſpecies eſt; non Lychnidis. D. *Sherard.*

Radice gaudet perenni, fibroſa, fuſca, & inſtar Pyrethri radicis dum manducatur urente. Ex radice circa æſtatis initium *caulis* nunc ſimplex, nunc geminus erigitur, ſeſquipedalis, liratus & viridis, qui in duos tréſve divaricatur ramulos. His adſtant *folia* lata, viridia & mucronata. *Caulis* in ſummitate plurimos gerit *flores* albicantes, tubuloſos, 5fidos, è perianthio prodeuntes hirſutiſſimo.

52. Cansjan-Cora *H. M.* P. 10. T. 52. Lychnis tetrapetala *Indica*, calice alato. *H. M.*

Arenoſo gaudet ſolo. *Radix* albicans, fibroſa. *Stipites* lignoſi, tenues, viridi-albicantes, geniculati, cymis inflexi. *Folia* geminata prodeunt, ramis arte inſidentia, oblongo-anguſta, texturâ tenuia, viridi-diluta. *Flores* in petiolis proveniunt tenuibus, alatis, qui ex ramorum prodeunt geniculis, ac ibi binis anguſtis parvis inveſtiuntur foliolis, folio minutiſſimo inſtructi, quod petiolum medium inſtar collaris ſuccingit; de cætero tetrapetali, difformes, albicantes, ac dilutiſſimè rubri tranſparentes, venulis ex unguiculo ſubtiliter ſtriati; calice autem excipiuntur grandiuſculo, oblongo, arcto, viridi-diluto; viridi-dilutis, venoſis, latis, tenuibus ac tranſparentibus alis ſubſtricto. *Stamina* 4, quorum, ut & ſtyli, deſcriptionem hic vide. Floribus deciduis *capſulæ ſeminales* ſuccedunt calyce folioſo inveſtitæ, quæ cùm adhuc viridi-fuſcæ & teneriores, inter alarum interſtitia, exteriùs cœruleo-viridi colore tranſparente viſui ſe offerunt, oblongo-rotundæ, tenuiter compreſſæ, ſubruffæ, folliculis inſtar Lupuli albo-rufeſcentibus. Semina in illis numeroſa, rubro-fuſca, nigricantia.

Cum *Croco* viridi trita cutis maculas, in fuſcis albas, in albis fuſcas aufert.

53. Lych. corollaria Umbellifera Alpina, flore purpureo *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 42. Lych. montana purpurea *Helvetica Zanon.*

Non modo affinitatem aliquam habet, ſed omnino eadem eſſe videtur cum Lychnide montana purpurea *Helvetica Zanon.* nec enim aliam præter hanc Lychnidis umbelliferæ ſpeciem in Horto Regio *Pariſienſi* invenio.

54. Lych. corniculata minor, ſive anguſtifolia ſaxatilis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 43.

Ad Centaurii minoris aut Lychnidis ſylveſtris habitum accedit, ſpithamam circiter alta. In campis ſterilibus *Romanis* prope monaſterium *trium fontium*, ubi effoditur *Terra Puteolana*, invenitur.

55. Lych. erecta, Vetonicæ foliis *Bocc. Muſ. Pl. rar.* T. 118. p. 170.

Folia profert glabra, anguſta, oblonga, retuſa, velut Armerius flos, aut Caryophyllus barbatus 4. *C. B.* Interdum ramoſa eſt, non tamen ſemper. *Flores* parvi ſunt, rufeſcentes, verſùs terram nonnihil inclinati. *Caulis* erectus, pedem Geometricum altus. Prope *Panormum* & alibi in *Sicilia* invenitur.

56. Lychnis viſcoſa, foliis inferioribus Bellidi minori ſimilibus, flore minimo carneo aut rubro *Hort. Monſp. Magnol.*

Radices annuæ fibratæ *folia* producunt figuræ & magnitudinis Bellidis minoris, lætè virentia, breviſſimis pilis donata. *Caules* pedales ſunt, rotundi, glabri, tenues, viſcoſi, in paucos ramulos diviſi, binis oppoſitis foliolis ad ſingulos articulos: In unoquoque cauliculo naſcitur *floſculus* minimus monopetalos, petalis bifidis, eleganter purpureus aut roſeus, ex calice oblongo, ſtriato, glabro; quem ſequitur calyculus turgidus, durus, oblongus, ſtriatus, ſemine minuto plenus, aliorum more. D. *Sherardus* è *Roma* miſit.

57. Lych. ceſpitoſa, folio anguſto carnoſo, flore albo D. *Sherard.*

Folia anguſta, ſemuncialia plus minùs, ad radicem valde crebra & conferta. *Cauliculi* ſeſquipalmares, tenues, teretes, geniculati, binis ad ſingula genicula appoſitis foliolis, ima parte rubentes, ſummâ eodem modo diviſi quo reliqua hujus Generis, nam ex angulo divaricationis

in

in ramulos flos exit in longo pediculo, albus calice exceptus figuræ ſingularis, non in anguſtum contracto ſed patulo.

58. Lychnis marina minor amplo flore rubro, folio oblongo acuto *Hort. Cath.* Plantula eſt palmaris, plures emittens *cauliculos*, *foliis* veſtitos per intervalla binis oppoſitis, *flores* duos tréſve in ſummitatibus geſtantes, è *calice* oblongo, ſtriato, purpuraſcente exeuntes. Folia ima ſubrotunda ſunt, Cauliculi in ſicca in terram reclinari videntur.

59. Lychnis ſylveſtris nocturna, piloſa, floribus unius ordinis, dilutè purpureis *Hort. Cath.* 119. ſeu floribus uno verſu pendentibus hirſutis. Florum calices longi ſunt, ſtriati, in foliorum alis ſeſſiles, hinc indè cauli aut ramulis adnexi, versùs unam tamen partem ſpectantes.

60. Lychnis Alpina hirſuta viſcoſa, incarnata, noctiflora, floribus ad umbilicum uſque inciſis, uno verſu concinnatis, pendulis *Hort. Cathol.* Trium præcedentium planturum ramulos ſiccos nobis impertivit D. *Sherardus.*

61. Lychnis anguſtifolia Lini floribus albis D. *Sherard.* Inter ſegetes circa *Mediolanum* provenit ubi eam collegit D. *Sherardus.* Vide infra *Alſine ſegetalis gramineo folio*, &c.

62. Lychnis Saponaria dicta, fruteſcens, acutis foliis *Bocc. ico. Hort. Cath.* Hujus plantæ *Caules* ſunt rotundi, cubitales, geniculati, ramoſi. *Folia* anguſta, foliis Oleæ paulò latiora & acutiora, ad Myrti maris folia accedentia, in ſingulis geniculis bina caulium extremis *flores* longis calicibus glabris inſerta inſident, 5 foliis exigui roſeo rubente colore præditi. *Radices* craſſæ, perennes, hyemis patientiſſimæ, è quibus ſingulis annis recurrentibus planta regerminat. Circa *Panormum* & *Agrigentum* inter ſaxa ubique erumpit. Hanc *Cæſalpinus* ſine icone deſcripſit; icon ejus exactiſſimè delineata eſt à *Cam.* in *hort.* ſub *Ocimoides fruticoſum.*

63. Lychnis viſcoſa *Virginiana*, flore amplo coccineo, ſeu Muſcipula Regia D. *Baniſteri Pluk. Phyt.* Tab. 203. F. 1.

64. Lychnis *Indica* Gentianæ foliis febrifuga, *Giritilla* Zeylanenſibus *Muſ. Pet.* 657. Hanc plantam hoc nomine inſignitam à celeberrimo Botanico *Paul. Hermanno* accepit D. Dr. *Lecaan*, à quo eam habuit D. *Petiver.*

Flos huic ampliſſimus eſt, ſtaminibus in medio 5, apices longos ſurrectos geſtantibus. Siccam chartis agglutinatam ab ipſo D. *Hermanno* accepit D. *Sherard.* Ad 7 aut 8 uncias altitudinem excreſcit; locis humidis.

65. Lychnis viſcoſa altiſſima, flore muſcoſo, Ocymaſtri facie *Triumfetti Nov. plantarum*, &c. *icon. & hiſtor.*

Hujus Lychnidis obliqua *radix* ac pollicaris magnitudinis, longitudine ſubit pedali Terræ penetralia, alias magnitudine ferè pares, necnon graciliores, alias intortas hinc inde emittens; omnéſque exilium fibrillarum capillitio donatas, ac in extremo inſtar fili gracileſcentes. Ejus textura ſatis elegantem inquirenti ſe prodit: quandoquidem triplici obducitur cortice, quorum exterior ſubtiliſſimus quaſi Epidermis, colore fulvus, (prominentibus lineis ab altero ſubjecto cortice elevatis) ſemicircullariter totus exaſperatur. Huic alter interior ſuccedit, valde craſſus, candidiſſimo ac molli parenchymate conſtant. Tertius denique omnium intimus, modò dicto tenuior, albicantibus fibris verè ligneis, perpendiculariter arctè unitis, componitur, in cujus medio pulpa alba carnoſa, aqueo ſucco turgens centralem radicis veluti fiſtulam replet. Harum autem partium nauſeoſus odor, neſcio quid viroſi referens palato magis quàm naribus percipitur, unà cum ſapore primùm ſubdulci, mox ingrato leni acredine fauces vellicante. Ab hac radice ad plures annos ſuperſtite tripedales & ultra (ſtatim ac erumpunt) ſpirante hyeme fruticant numeroſiſſimi *caules*, rotundi, nodoſi, ut plurimùm graciles, ſarmentoſi, ſed fractu haud contumaces, qui ad nodos multiplici aliorum ramuſculorum prole ſtipantur; & contra igneos æſtus tenaci viſciditate palleſcentem ſuum virorem obliniunt. *Folia* ad nodos bina oppoſita, quæ pediculis forma, colore & ordine latiùs creſcendi initio caulium, anguſtiùs vero circa ſummos apices, ità vulgarem Ocymoidem mentiuntur, ut niſi paulò minores, obtuſiores delicatioréſque diligentior inſpectio animadverteret, facilè æquivocationem inducerent. Iſtarum odor minùs nauſeoſus quàm radicum; ſapor autem ob amarorem ab illis valdè recedit. Circa finem Auguſti in ſummitate caulium ſeorſim ut plurimùm tenui oblongo calice viridi membrana obvoluto, pentapetali, lurido albores mœrentes concoloribus ſtaminibus cum apicibus referti, panduntur. *Flores*, quorum anguſtiſſima etſi longiuſcula petala ſciſſuram habent per medium uſque ad calicem extenſum. Hiſce brevi exareſcentibus ſuccedunt ſeminum receptacula molliore membranâ excitata, & ovali figura Lychnidi *Flos cuculi* dictæ ſimilia, ac cæterarum Lychnidum more per maturitatem dentato rictu dehiſcentia, unde *ſemen* exſilit magnitudine & formâ ſere ſeminis Hyoſcyami, coloris alioqui obſcurioris.

Circa

Circa *Brutium Carthusianorum* cœnobium (*San Bartolomæo di Trisulti* nominatum) inter rimosas crepidines vegetat, &c.

66. Lychnis maritima minor, hirsuto, crasso folio *Bocc. Mus. pl. rar.* 118.

In modum cespitis crescit, in arenis prope mare; non longè à vico *di Capaci*. *Radices* ei albæ sunt & fibrosæ; annuam plantam esse judico. *Folia* profert angusta, oblonga, nigricantia, viscosa, subrotunda, hirsuta, valde succulenta & crassa, ad modum *Kali* foliorum, tres circiter uncias Geometricas longa. *Flos* albus est aut pallidus. Tota planta humi strata ultra pedem unum non attollitur.

67. Lychnis fruticosa, angustifolia minima montana flore albo *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 71.

Provenit in *Hispania* inque monte *Cenisio Sabaudiæ*, necnon in *Corsicæ* montibus. Altitudine paulo plus spithamæ à terra attollitur.

68. Lychnis maritima pinguis, ex *Corsica Boccon. Mus. pl. rar.* T. 54.

In *Corsica* ad litus maris oritur, prope dirutum urbem *Sagonæ*, & alibi. Altitudo ei semipedalis; *Folia* subrotunda, crassa & tomentosa, ob quorum pondus sæpissime in terram sternitur resupina. Radix crassiuscula, Raphani figurâ. *Flos* pallide flavus, noctu odoratus, velut Geranii tristis *Cornuti*.

69. Lychnis maritima supina, Cepææ foliis *Boccon. Mus. pl. rar.* p. 161. T. 118.

E *radice* tenui alba surculos aliquot emittit, *foliis* obsitos tomentosis, aliquantulum viscosis, crassis, & brevibus Cepææ *Matth.* aut Paronychiæ Rutaceo folio *Lob.* integris similibus. Surculi humi strati terræ spatium occupant medii circiter palmi diametro. Florum petala profundè divisa sunt, colore Persicino: *Semen* minutissimum nigrum. Planta est annua. Inter media saxa prope littus ex adverso insulæ *Fimmini* oritur.

70. Lychnis rubra Globulariæ capitulo montana *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 62.

Monti *Cenisio* natales suos debet hæc planta. Statura ejus spithamâ minor. *Flos* conglobatus velut Bellidis Globulariæ folio: *Folia* glabra & firma seu solida.

71. Lychnis supina pumila, Bellidis foliis crassis, flore bifido purpureo, calice striato turgido D. *Sherard.*

Plurimùm accedere videtur ad Lychnidem marinam amplo flore rubro, folio oblongo acuto *Hort. Cath.* sed folia sunt rotundiora & crassiora.

72. Lychnis Caryophyllæa *Virginiana*, Gentianæ foliis glabris, quatuor ex singulis geniculis caulem amplexantibus, flore amplo fimbriato *Pluk. Phyt.* T. 43. F. 4. Lychnis plumaria alba foliis ad genicula quatuor cruciatim positis, thecis florum tumentibus, *Banist. Cat. Virgin.* Quod nomen plantæ nostræ *Marilandicæ* optimè convenit.

Hujus specimen siccatum ex *Marilandia* secum attulit D. *Vernon*. *Folia* quæ in caule sunt, absque pediculis adnata, media parte latissima sunt, inque longum & acutum mucronem producuntur, glabra, per margines æqualia, unciam aut sesquunciam longa, semunciam lata. *Caulis* tenuis teres, erectus, pedalis aut altior, in summa parte flores gestans albos, laciniatos è calicibus tumidis exeuntes.

73. Lychnoides *Marilandica* Jasmini flore quinquepartito, foliis binis oppositis, basi & auriculis caulem utrinque amplexantibus.

Folia in caule ad intervalla ex adverso bina, lata basi absque pediculis adnata, eúmque arctè amplectentia, in longum, tenuem & acutum mucronem producta, sesquunciam aut duas uncias longa, unam lata, latissimâ intellige ad basin parte, glabra, per margines æqualia. *Flores* in summo caule, & supremorum foliorum alis plures simul è calicibus tenuibus oblongis margine in 5 spinosas laciniolas secto exeunt, è tubo oblongo in 5 lata subrotunda ceu petala diviso. Semen nondum perfecerat. Caulis pars ea quam descripsi dodrantalis. E *Marilandia* D. *Krieg* attulit.

74. Lychnis *Africana* minima, foliis angustissimis, flore albo vix conspicuo, D. *Sherard*, qui in Horto D. *Vander-stell* eam collegit.

75. Lychnis maritima annua, flore (petalis ad calycem usque bifidis) luteo-purpureo *H. M. R. S.* Lych. maritima repens, flore amplo purpureo *Hort. Cathol. Suppl. alt.* *Flores* plures simul in summis caulibus & ramulis versus unum latus vergunt. Calyces

à flore evanido in ventrem insignem turgescunt. Folia angusta, sescunciam longa, Caulis ut in reliquis, in binos divaricatus ramulos.

76. Lychnoides *Marilandica*, Jasmini flore quinquepartito, calicibus lanuginosis, foliis angustis acutis. An Lychnidea umbellifera Blattariæ accedens, *Virginiana* major repens, foliis pilosis Pseudomelanthii, flore albo, pentapetaloide fistuloso *Pluk. Phyt*? T. 98. F. 1. The Trumpet-Flower.

Caulis teres hirsutus, *foliis* ad intervalla binis oppositis, angustis, oblongis, acuminatis cinctas. *Flores* plures in summo caule ramulis è supremorum foliorum alis exeuntibus, *calice* striato, hirsuto, margine in 5 longas & acutas lacinias divisо, excepti, monopetali, è tubo oblongo in 5 velut petala obtusa expansi. Fructum nondum perfecerat. Calix valde lanuginosus est & hirsutus.

E *Marilandia* in *Angliam* intulit D. *Vernon*.

77. Lychnoides *Marilandica* Jasmini flore quinquepartito tubo longissimo, foliis longis & modice latis.

Caulis tenuis, *foliis* ad intervalla mediocria binis conjugatis vestitus, 3, 4ve uncias longis, unam latis, pediculis brevissimis adnatis, ex angusto principio paulatim dilatatis. *Flores* in summo caule & ramulis indè egressis, brevibus & tenuibus pediculis insident, è parvis & brevibus calicibus exeuntes, è tubulo longissimo in 5 petala lata expansi. Fructum qualem proferat nescimus.

A D. *Petiver* habuimus.

78. Lychnidea umbellifera, Blattariæ accedens, *Virginiana*, major repens, Pseudo-melanthii foliis pilosis, flore albo pentapetaloide fistuloso *Pluk. Phytogr.* T. 98. F. 1.

79. Lychnidea Blattariæ accedens, *Virginiana* minor repens, hirsutis Camphoratæ foliis, floribus fistulosis in umbellam dispositis *Ejusd. ibid.* F. 2.

80. Lychnidea Blattariæ accedens, *Virginiana*, Camphoratæ congeneris glabris foliis, flore ad summitatem ramulorum singulari *Ejusd. ibid.* F. 3.

81. Lychnidea *Virginiana*, Blattariæ accedens, umbellata maxima, Lysimachiæ luteæ foliis amplioribus, binis ex adverso positis *Pluk. Mantiss.* p. 121.

82. Lychnidea *Virginiana*, Blattariæ accedens, Been albi *Officinar.* foliis, è regione binis, longè inter se distantibus *Pluk. Mantiss.*

83. Lychnidea *Virginiana*, Blattariæ accedens, Been albi foliis crebrioribus, floribus in umbellam positis *Ejusd. ibid.*

84. Lychnidea *Virginiana*, Blattariæ accedens, Alsines aquaticæ foliis, floribus summo caule brachiatis, sive in ramulos divaricatis *Ejusd. ibid.*

85. Lychnidea *Mariana* elatior, Alsines aquaticæ foliis, floribus in longam spicam densè stipatis *Ejusd. ibid.*

86. Lychnidea umbellata, Satureiæ duris longioribus foliis ex *Terra Mariana*, *Ejusd. ibid.*

87. Lychnidea Clinopodii *Canadensis* fistulosi foliis pubescentibus, *Marilandica*, flore albo ampliſſimo *Ejusd. ibid.*

88. Lychnidea fistulosa *Marilandica*, Clinopodii vulgaris folio, flore amplo singulari *Ejusd. ibid.*

89. Lychnoides parva Linifolia *Marilandica*, floribus in summo caule paucis, multis in medio staminibus apices oblongos gestantibus. *Caules* tenues, foliis ad intervalla binis oppositis vestiti Lini similibus, acutis. *Flores* è calicibus angustis oblongis, in 5 segmenta divisis exeunt.

90. Lychnoides *Æthiopica* angustifolia, floribus incarnatis, petalis acutis *Cap. Bæ Spei.* A sort of Trumpet-Flower.

Folia in caule bijuga ad intervalla longiora, angusta. *Flores* pentapetaloides petalis glabris crassiusculis, in acutum desinentibus, ex incarnato purpurei, perianthio quinquifido angusto & anguloso obvallati, *staminibus* quinque luteis, *apicibus* oblongis capitatis, & *pistillo* brevissimo repleti.

P. 1012. Ad Cap. de Cisto.

1. Cisto similis frutex exoticus *Park.* 662. Cisti folio arbor exotica *C. B. Ad. Lob.* Cistus exotica *Ger.* *Lob.*

Lob.

Hujus arboris extrema virgulta lignosa sunt, Cisto concoloria & similia: folia item rugosa, oblonga, Salviæ aut Menthæ: sed in summis ramulis villosos, exactè sphæricos floccos ostentant, sive lanosa capitula Platani.

Hæc Arbor hujus loci non est, sed ad quod genus pertineat ob descriptionis brevitatem nescimus.

2. Ledum parvum angustifolium *Marilandicum*, Rosmarini sylv. minoris nostratis folio.

Folia oblonga, angusta, acuta, Rorismarini, supernè virentia subtus albicantia, nullo ordine cauliculis adnexa. Cauliculi & ramuli rubent. *Flores* in foliorum divaricationibus sedent, Ledi Alpini, quantum in sicca discernere licuit, similes.

In *Marilandia* invenerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

Ledi speciem esse non ausim fidenter asserere, quia nec fructum, nec florem perfectum vidi.

3. Kurundoti H. M. P. 10. T. 18. Cistus Indicus humilis, foliis alternis, ciceris æmulis, floribus flavis *Commelin.* ob folia alternatim sita ad Cistum propriè non pertinet. *H. M.*

Nascitur in arenosis, bipedali circiter altitudine. *Radix* fibris densè obsita, cortice albicante, exteriùs fusco-terreo, ligno albo. *Rami* vetustiores cinerei. *Folia* in brevibus surculis, pedunculis parvis ac viridi-dilutis plures simul proveniunt parva, ad pedunculum striata, supernè lata, in oris crenulis incisa, mollia, lenia, in aversa parte brevi lanugine obsita. *Flores* in summitate surculorum foliaceorum videntur, vel etiam supra exortum foliorum in ramis crassiolis, pentapetali, flavi, inodori. *Stylus* flavus est, in summitate numerosis flavis staminulis penicillatim cinctus, quæ *apicibus* flavis minutis sunt dotata. *Calix* stelliformis, 5 habens cuspides, qui interstitiis foliorum sunt suppositi. Floribus deciduis in calyce succedit globulus 5 in se continens *semina* triangulata, primùm viridi-flava, dein cinerea.

Pectoris & abdominis æstus potione ex hac planta confecta mitigatur.

4. Cistus folio oblongo, integro, glabro, subtus albido, vasculis trigonis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Frutex isthic 5 aut 6 pedum altitudinem assequitur, *caudice* solido, cortice glabro, è fusco dilutè rubente tecto, versùs summitatem in multos ramos oppositos divisо, *foliis* pariter binis adversis obsitos, aliis majoribus, minoribus aliis, unciam circiter longis, dimidiam latis, media sc. latissima parte, integris, glabris, supernè pallidè viridibus, subtus albicantibus, è media costa transversos aliquot nervos ad latera emittentibus, subtus conspicuos, pediculis nullis E foliorum sinubus versùs summitates caulis & foliorum exeunt pediculi *flores* sustinentes albidos, cum multis intus *staminibus*, calice pentaphyllo exceptos, *capitula* relinquentes concoloria, pisi parvi magnitudine, subrotunda, apice tamen acuminata, magnam *seminum* oblongorum, cinereorum copiam continentia. Capitulum compressum suave olet.

In Insula *Madera* ad utrumque latus viæ quæ ab urbe *Funchall* in montem ducit copiosum inveni.

5. Ledum folio Sampsuchi *Boccon. Mus. pl. rar.* T. 13.

In insula *Corsica* oritur, & ad sesquipedalem altitudinem assurgit.

6. Cistus latifolia major trinervis, incano folio, floribus purpureis, ex insula *Pico. Pluk. Mantiss.* apud quem Synonyma conjecturalia vide.

7. Cistus humilis *Æthiopicus*, inferioribus foliis Rosmarini sylvestris punctículatis, cæteris autem Serpylli subrotundis, flore carneo *Ejusd. ibid.*

8. Cistus Chamærhododendros *Mariana*, Laurifolia, floribus expansis summo ramulo in umbellam plurimis *Ejusd. ibid.*

9. Cistus *Virginiana*, Periclymeni flore ampliori, minùs odorato *Ejusd. ibid.*

10. Cistus humilis, Chamædryos crispatis foliis *Prom. Bæ Spei. Ejusd. ibid.* Kurundoti forsan *H. M.* superiùs descripta.

11. Cistoides frutex *Æthiopicus*, parvis Coronopi foliis, ad nodos caulem radiatim ambientibus. *Ejusd. ibid.*

12. Cistus Plantaginis folio media, seu inter Tuberariam maj. *Myconi*, & eam quæ flore est macula punicante insignito. D. *Sherardo* communicavit D. *Triumfetti.*

Folia trinervia ſunt, alia longiora & acuta, alia latiora & breviora, quæ caulem veſtiunt parva, bina oppoſita.

14. Ciſtus Canarienſis latifolius hirſutus, flore carneo amplo, *Hort. Beaufort.*

D. *Sherard.*

Quinque vel ſex pedes in altum aſſurgit, ramulis ſine ordine adnatis, cortice ſcabro, è cinereo ruſſo veſtitis. His adſtant *folia* conjugata, trinervia, ex anguſto principio in latitudinem ſe laxantia, & in acutum mucronem deſinentia, 2 uncias lata, 4 aut 5 longa; pediculi ſeſcunciales, quorum pars media caulem arctè amplectitur. *Flores* è ſummis erumpunt ramulis, pentapetali, ampli, rubentes, cum denſa *ſtaminum* croceorum coma, *ſtylum* protenſum & globulo coronatum ſtipante. *Calix* è tribus latis brevibúſque foliolis conſtat. Tota planta pilis longis rigidíſque aſpera eſt, & pingui lentóque humore abundat. Capſulas nondum vidi.

15. Ciſtus Americanus, Chamænerii foliis lucentibus, ex horto D. *Morgan* Weſtmonaſterienſi. An *Tzatzcqua* Mexicenſis *Hernandez?* *Pluk. Phytogr.* T. 23. F. 3.

16. Ciſtus Chamærhododendros, foliis confertis, ferrea rubigine nitentibus, margine piloſis *Ejuſdem ibid.* F. 4.

17. Ciſtus *Curaſſavica*, Salviæ vel Halimi folio, flore luteo *P. B. P.* Capſulas habet oblongas, in 5 partes dehiſcentes.

18. Ciſt. fœmina, Scorodoniæ rotundiore folio, *Luſitanica Pluk. Almag. Bot.* An Ciſti ſpecies quædam *Hiſpanica* flore albo *J. B?*

19. Ciſti facie arbuſcula *Jamaicenſis*, foliis trinerviis, floribus & capſulis ſparſim naſcentibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 277. F. 1.

20. Ciſti genus *Americanum*, foliis longis anguſtis hirſutis *Ejuſd. ibid.* p. 106.

21. Ciſtus pumilus Alpinus, folio circinatæ rotunditatis hirſutiſſimo *Ejuſdem ibid.* p. 106.

22. Ciſt. Chamærhododendros, ſeu Ledum *Orientale* pentaneuron, foliis brevioribus, ferruginea & molli lanugine villoſis *Pluk. Phyt.* T. 161. F. 2. An Datura *Indica* foliis Malabathri *Breynii?* A D. *Tancr. Robinſon* habuit.

23. Ciſtus ſemper-virens Laurifolia, floribus elegantèr bullatis *Virginiana* D. *Baniſter Pluk. Phyt.* T. 161. F. 3.

24. Ciſtus *Virginiana*, flore & odore Periclymeni D. *Baniſter Ejuſd. ibid.* F. 4. Utramque D. *Baniſter* propria ſua manu accuratiſſimè delineavit. Hujus plantæ ramulum floribus onuſtum è *Marilandia* allatum iconi *Plukenetianæ* ſeu mavis *Baniſterianæ* exactè reſpondentem communicavit D. *Petiver.* *Flores* revera Periclymeni formâ & diſpoſitione ſunt, tubo exteriùs hirſuto, ſtaminibus longiſſimis, apicibus parvis capitatis.

25. Ciſtus Urticæ folio, flore luteo, vaſculis trigonis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caudicem emittit frutex iſthic pollicem craſſum, cortice è fuſco rubente, glabro tectum, 3, 4ve pedes altum, ſuperiore parte valde ramoſum, ramis quaquaverſum diffuſis, foliis & ſurculis tenuibus obſitis. *Folia* alia majora ſunt, alia minora. Illa ſemuncialibus pediculis inſident, ſeſcunciam longa, unciam lata, media latiſſima parte, circa margines crenata, incana, lanuginoſa, coſta media & lateralibus tranſverſis extenſa, colore luteo-viridi obſcuriore, odore Ciſti, Cannabis ſpuriæ folia aliquatenus referentia. Summis ramis & ſurculis innaſcuntur *Flores* pentapetali flavi aut Aurantiaci, perampli, Ciſtorum ſimiles; *Capitulum* poſt ſe relinquentes parvum, è tribus firmis cartilagineis membranis compoſitum, in quo *ſemina* grandia reconduntur.

Via qua versùs locum **The Angels** dictum itur, necnon in collibus **Red-Hills** dictis copiosè creſcit.

P. 1016. Ad Cap. De Chamæciſto ſeu Helianthemo addantur ſpecies ſeqq.

1. Chamæciſtus Urticæ folio, flore luteo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice nititur parva, recta, alba, brevi, fibris tenuibus albis undique exeuntibus capillata; unde exoritur *Caulis* unicus, teres, hirſutus, 2 unc. altus, ramulis oppoſitis brachiatus, ut & foliis cinctus ex adverſo binis ¼ unc. longis, ⅓am latis, ad margines profundè dentatis, & aſperis, Cannabis ſpuriæ inſtar. *Flos* ſummum caulem occupat, valdè lanuginoſus ſeu piloloſus, tribus quatuórve è foliis prædictis cinctus, coloris intus flavi ſaturatioris, pentapetalus, amplus, ſpecioſus; cui ſuccedit *Capitulum* parvum, tribus caritilagineis membranis compoſitum,

ſitum, *ſemina* aliquot majuſcula, alba, pulchrè ſtriata, malvaceorum nonnullorum ſimilia, includente.

In prato **Town-Savanna** dicto poſt pluvias provenit.

2. Chamæciſtus caule hirſuto, folio oblongo, anguſto, ſinuato, flore luteo, pediculo inſidente *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radice lignoſa, oblonga, fibras laterales emittente terræ inhæret & alimentum attrahit; *Caulem* nunc unum, nunc duos tréſve lignoſos, teretes, 3, 4ve uncias altos protrudentes, pilis ſpinuliſve rubentibus, denſis undique obſitos: Spinulæ autem quamvis viſui ſatis horridæ & feroces apparent, non tamen, quod ego unquam obſervavi, pungunt aut vulnerant. *Folia* alternatim exeunt, digitum circiter longa, ¼ dig. lata media latiſſima parte, unde verſus utrumque extremum latitudine decreſcunt, nonnihil piloſa, colore ſordidi fuſco, circa margines ſinuata. Prope ſummos caules & ramulos ex alis foliorum exeunt *flores*, ſinguli ſingulis pediculis uncialibus inſidentes, flavi, quibus ſuccedunt *capitula* ſeu vaſcula ſeminalia, præcedentium ſimilia, ſemina continentia. Cum priore.

3. Chamæciſtus foliis Myrti minoris ſubtus incanis *Schol. Bot.*

4. Cham. Thymi folio longiore humi fuſo *Ejuſdem.*

5. Cham. *Maſſilienſis* Corrudæ vel Coridis luteæ folio *Ejuſd.*

6. Cham. Majoranæ folio latifolius *Ejuſd.*

7. Ciſtus humilis, compactis in verticillos minoris Halimi foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 76. T. 64.

Planta eſt fruticoſa, ſpithamam circiter alta. In *Provincia* oritur, locis ſaxoſis, ínque *Hiſpania*, unde à D. *Barelier* delata eſt.

8. Ciſtus humilis aizoides *Africanus*, glauco folio, flore albo *Herman. Parad. Bat.*

Chamæciſto Aizoidi *Africano* maritimo flore rubello *H. Ac. L. B.* adeò affinis eſt præcedens planta, ut ex ſola nomenclatura ab illa facilè diſcriminetur, neque exactam deſcriptionem, nedum iconem exigere videatur. Nec radice nec foliis differunt hæ duæ, niſi quòd huic breviora plerunque ſint, & glauco colore undique perfuſa. *Caules* etiam vix tam altè aſſurgunt ſuſtinéntque *flores* albos, ſtaminibus luteis in medio ſtipatos, quibus ſubeſt calix biſolius virescens, plurimis nigris maculis punctatus. Cætera conveniunt. Hæc Planta perſimilis eſt Alſine *Africanæ* tenuiſſimis foliis D. *Hermanni* quoad flores umbellatos, nec folia multum abludunt, niſi quòd longiora ſint.

9. Chamæciſtus ſupinus, Hyſſopi foliis villoſis *Bocc. Muſ. plant. rar.* Tab. 10. p. 19, 20.

Spithamæ altitudine ſupra terram aſſurgit, ínque montoſis *Umbriæ* ſupra *Noceram* & *Gualdum* oritur.

10. Chamæciſtus Majoranæ folio rotundo raro lucido, ſubtus iucano *Hort. Cath.* 46. Folia in ſicca ſupernè atro-viridia ſunt, ſubtus argentea lanugine pubeſcunt, magnitudine foliorum Thymi vulgaris. Ramuli creberrimi, in pediculos longos, duos tréſve flores in ſummo geſtantes, exeunt.

11. Chamæciſtus foliis Camphoratæ affinis *Hort. Cath.* Flores in ſummis cauliculis & ramulis plures, alii ſupra alios, lutei, longis & tenuibus pediculis nixi.

12. Chamæciſtus *Americana* Portulacæ folio, flore albo *Herman. Parad. Bat.* Portulaca *Americana* ſeu *Coraſſavica* latifolia, erecta, floribus albis *P. B. P. Herman.*

Cubitali altitudine aſſurgit, *caule* inæquali, tereti glabro ſuccoſo, frequentibus inconditis ramis diſtincto. Hos veſtiunt *folia* craſſiuſcula, ex anguſto principio in obtuſam latitudinem ſe laxantia, ſativæ Portulacæ proxima aſt paulò ampliora, & ſucco aqueo inſipido plena. Caulis & ramorum ſummitates finduntur in triquetros ſeſquidigitales, quaſique alatos ramulos, & hi rurſus in alios breviores, *foliis* ut plurimum viduos, quos veluti ſpicatâ ſerie coronant *flores* candidi, pentapetali, inſidentes calyci bivalvi, herbaceo, fugaci. Hos ſubſequuntur *vaſcula* ſubrotunda, Piſo majora, quæ maturitate in bina, ut plurimum tamen terna carinata, tenuia foliola diſſiliunt, & exigua nigricantia ſemina profundunt. *Radix* fibroſa, alba & annua videbatur.

Prodiit ſeminibus ex inſula S. *Crucis* delatis, cujus incolæ plantæ hujus foliis, velut noſtrates Portulacâ veſcuntur.

13. Helianthemum Polii folio ampliore *Luſitanicum Tournef. Elem. Bot.*

14. —— Pol. fol. anguſtiore *Luſitanicum Ejuſd.*

15. —— humilius *Luſitan.* Halimi folio nigriore, magno flore luteo *Ejuſd.*

16. —— *Algarvienſe,* Halimi folio, flo. luteo, punicante macula inſignito, *Ejuſd.*

17. —— *Hiſpanicum,* Halimi folio rotundiore *Ejuſd.*

18. —— *Hiſpan.* Hal. fol. anguſtiore *Ejuſd.*

19. —— *Hiſpan.* Hal. fol. minimo *Ejuſd.*

20. —— *Luſitan.* Mari folio incano, flore luteo *Ejuſd.*

21. —— *Luſitan.* Mari folio incano, capitulis valdè hirſutis *Ejuſd.*

22. —— *Luſitan.* Majoranæ folio, flore luteo, punicante macula inſignito *Ejuſd.*

23. —— *Hiſpan.* Halimi folio ampliſſimo, incano & nervoſo *Ejuſd.*

24. —— Alpinum, Oleæ folio, ſubtus incano *Ejuſd.*

25. —— *Hiſpan.* anguſto folio, flore carneo *Ejuſd.*

26. —— *Luſitan.* Bupleuri fol. flore maculato *Ejuſd.*

27. —— *Luſitan.* Globulariæ folio *Ejuſd.*

28. —— *Luſitan.* annuum, Plantaginis folio, flore tricolore *Ejuſd.*

29. —— *Hiſpan.* folio minimo rotundiore *Ejuſd.*

30. —— *Hiſpan.* Origani folio, ſubtus incano *Ejuſd.*

31. —— *Hiſpan.* Ocimi folio incano *Ejuſd.*

32. —— pumilum, Portulacæ marinæ folio argenteo *Ejuſd.*

33. Ciſtus Alpinus humilis durior, Polii noſtratis folio candicante *Pluk. Phytogr.* T. 23. F. 6. Chamæciſtus montanus Polii folio *Synopſeos* noſtræ *Stirp. Britan.*

34. Ciſti Helianthemi foliis planta *Maderaſpatana,* floribus ex alis, An Vitis Idæa Helianthemi foliis *Maderaſpatana Pluk. Phyt.* T. 23. F. 7?

35. Ciſtus Alpinus humilis, foliis Thymi minutiſſimis *Pluk. Phyt.* T. 84. F. 5.

36. Ciſtus Helianthemos Roriſmarini foliis viridibus, flore luteo, vaſculo ſeminali trigono *Pluk. Mantiſſ.*

P. 1021. Ad Cap. De Hyperico.

1. Hypericum ericoides minimum, foliis cinereis ex *Hiſpania* D. *Tournefort. Pluk. Phyt.* T. 93. F. 5. An Hyp. tomentoſum *Luſitan.* minimum *Tournef. Elem. Bot.*

2. Hypericum *Virginianum* parvum fruticoſum, ramulis Equiſeti *Pluk. Almag. Bot.* Planta eſt (inquit) bicapſularis ex flore pentapetalo luteo. Ergo ad hoc genus propriè non pertinet.

3. Hyp. *Chalepenſe,* anguſtis Roſmarini foliis *Pluk. Almag. Bot.* T. 302. F. 2.

4. Hypericum repens, montis *Libani Munting. Herbar. Belgic.*

5. Aſcyron erectum, Salicis folio, magno flore *Tournef. Inſtitut. & Elem. Bot.* Fructu eſt 5capſulari.

6. Hypericon Alpinum magno flore, nigris punctis inſignito *Schol. Bot. Pluk. Phyt.* T. 93. F. 6. An Aſcyron magno flore C. *B*? Hypericum Alpinum humilius magno flore punctato *Tournef. Elem. Bot. & Inſtitut.*

7. Hyper

7. Hypericum incanum & tomentoſum arboreſcens *Virginianum P. B. P.*

8. Hypericum *Luſitanicum*, Linariæ folio *Tournef. Elem. Bot. & Inſtitut.*

9. Hypericum tomentoſum *Luſitanicum* minimum *Ejuſd. ibid.*

10. Hyper. *Virginianum* fruteſcens piloſiſſimum. An Hyper. fruticeſcens, flore tetrapetalo decuſſato ſeu Crux S. *Andreæ* D. *Baniſter Pluk. Phyt.* T. 245. F. 6. Diverſa videtur eſſe planta.

11. Hyper. pumilum ſemper virens, caule compreſſo ligneo, ad bina latera alato, flore luteo tetrapetalo, ſeu Crux S. *Andreæ, Baniſt. Cat. Virgin.*

Caulis tenuis, teres, rubeſcens, firmus, compreſſus, ad bina latera alatus, *foliis* veſtitus crebris, ex adverſo binis, luteo-viridibus, abſque petiolis immediatè adnatis, unciam longis, obtuſis & ſubrotundis. Summo cauli & ramulis è foliorum alis egreſſis innaſcuntur *flores*, iiſque ſuccedentes *fructus* inter duo folia conniventia triquetra aut ſubrotunda comprehenſi, qui quales fuerint in ſicca diſcernere non potui. E *Marilandia.*

12. Hyper. Aſcyron *Marilandicum*, foliis latiuſculis obtuſis, floribus in faſtigio paucis.

Caules tenues, teretes, rubentes [in ſicca quam deſcribo] *foliis* cincti binis ad intervalla oppoſitis, abſque pediculis baſi ſua cauli adnatis; *Flores* in ſummo geſtantes paucos, ternos tantùm in binis quos habemus ramulis. Tota planta rubore perfunditur.

P. 1018.

13. Hypericon 6. i. e. Alexandrinum, & 7. i. e. folio criſpo *Siculum* pro una & eadem plantæ ſpecie habet D. *Sherardus.* add. Synon. ſeqq. Hypericon criſpum triquetro & cuſpidato folio *Bocc. Muſ. plant. rar.* T. 12. p. 31. Hyp. humile procumbens, multicaule, Cupreſſiforme criſpum *Hort. Cath. Cupani.* Hyp. minus toto caule eleganter ramoſo, & criſpatis foliorum oris *Lælii Triumfetti*, obſerv. *Jo. Bapt. Triumfetti.*

14. Hyper. fruteſcens *Canarienſe* multiflorum *Hort. Amſt. rar.* P. 2. Hyp. ſeu Androſæmum magnum *Canarienſe* ramoſum, copioſis floribus fruticoſum *Pluk. Almag. Bot.* T. 302. F. 1.

Radice ſuſtentatur ligneâ, multis prædità capillaribus. *Caulem* habet tripedalem, rotundum, inæqualem, fuſcum, & ligneum, qui varios emittit ramulos, primò quadrangulares, virides, dein rotundos & ſubrubros, quibus *folia* adſtant ex adverſo bina inſtar Hyperici vulgaris, præterquam quod Soli objecta innumeris foraminibus pertuſa non videantur. Ramulorum ſummitates exornant *flores* innumeri, pentapetali, lutei, *ſtaminibus* multis unà cum *apicibus* concoloribus prædíti, quos ſequuntur *capſulæ* ſeminales, ternis, ínque totidem apices exeuntibus diſtinctæ loculamentis, quæ intus *ſemina* parva, ſed multa continent, ruffa. Floret omni anni tempore, & ſemina perficit, ſi in hypocauſtis ſervetur.

15. Androſæmum montanum minus *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 5. T. 44.

Pedalem altitudinem aſſequitur: Aliquoties unicaulis eſt. Folia ſubtus colore Perſicino perfuſa ſunt. In montibus ſupra *Maſſam* & *Canaram* invenitur, ínque Alpibus *Sabaudicis.*

16. Androſæmum ſupinum ſaxatile, Nummulariæ *folio*, averſa parte rubente *Bocc. Muſ. pl. rar.*

17. Androſæmum amplo perfoliato folio *Boccone Muſ. plant. rar.* T. 127.

Folia profert abſque pediculis cauli adnata, ampla, acuta velut *Sambac* Arabum, Phaſeoli lobis ſimilia ſed minora, è viride flavicantia. *Caulis* ei teres, pedem circiter altus: *Flores* numeroſi, Hyperici vulgaris ſimiles.
Prope monaſterium *Parci* in locis ſaxoſis oritur.

18. Hypericum Myrti acuto folio *Siculum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 91. p. 133. Hyper. latifolium *Luſitanicum Virid. Luſit. Griſleii Tournef. Inſtitut.*

19. Hypericum phryganoides umbellatum, floribus albis *Bocc. Muſ. pl. rar.*

A Pharmacopœo Conventûs S. *Honorè Pariſiis* D^o. *Boccone* cum aliis plantis ſiccis communicata eſt.

20. Hypericum minus *Arabicum*, ramoſiſſimum, anguſtis longioribus foliis, floribus parvis ex *Aleppo.* An Hypericum *Syriacum Ger. emac?* 539. *Pluk. Mantiſſ.*

21. Hyperi-

21. Hypericum *Virginianum* ramoſius, parvis foliis, floribus exiguis *Ejuſd. ibid.*

22. Hyper. latiori folio ſeu Androſæmum perforatum elegans, flore carneo *Marilandicum Pluk. Mantiſſ.* Idem eſſe videtur cum planta ſuperiùs deſcripta ſub titulo Hyperici Aſcyron dicti *Marilandici*, foliis latiuſculis obtuſis, &c.

23. Hyper. ramoſum, amplioribus ſubrotundis crenatis foliis, *Americanum*, floribus luteis *Pluk. Mantiſſ.* In Horto *Comptoniano Fulhamiæ* è ſemine ortum enutritum vidit.

24. Hypericoides ex *Terra Mariana*, floribus exiguis luteis *Ejuſd. ibid.*

25. Hyper. fruteſcens *Virginianum* tomentoſum & incanum *Herman. Parad. Bat.*

Non aliter ab Hyperico ſupino tomentoſo minori Monſpeliaco *C. B.* differre videtur, quàm quod cultura in arborem excreſcat. Ramulis terræ commiſſis facilè multiplicatur.

26. Aſcyrum paluſtre ſupinum *Cyrnæum Bocc. Muſ. pl. rar.*

Planta eſt ſupina, glabra, foliis ovatis, montana. Locis Alpinis prope aquarum rivulos oritur in inſula *Corſica*. In multos ramos ſe dilatat maximam partem per terram ſtratos; totáque planta non ultra ſpithamam unam ſupra terram attollitur.

27. Hypericon Aſcyron dictum paluſtre, oblongo-rotundis foliis, glabrum ab imis ramoſum *Hort. Cath.* Suppl. 3. In reliquis ad Aſcyrum vulgare proximè accedit. Flores tamen in ſicca majores videbantur & caules teretes.

P. 1024. Ad Cap. De Anagallide.

1. Anagallis phœnicea, foliis amplioribus, ex adverſo quaternis. Inter ſegetes, ſed rariùs. D. *Plukenet.* Luſus naturæ eſſe videtur.

2. Anagallis terreſtris flore albo. **White-flowered Pimpernel. In *Cowley*-Field in *Oxfordſhire*.** D. *Bobart.*

3. Anagallis fœmina flore ferrugineo *H. Edinburgh.*

4. Anagallis *Africana* purpurea, Burſæ paſtoris minoris folio *Muſ. Pet.* Naſturtii foliis *Africana* flore purpureo *Herman.*

Planta eſt bicapſularis, ſiliculoſa. Flores longiſſimis inſident pediculis è foliorum alis exeuntibus, calice quinquepartito. Siccam communicavit D. *Sherard.*

5. Anagallis flore cœruleo, foliis ternis latioribus *Hort. Cath.* Planta eſt erecta, foliis latis. Pediculi florum pariter reflexi ſunt ac in vulgari Anagallide, breviores tamen pro plantæ modo.

6. Anag. flore cœruleo major *Luſitanica Griſleii* D. *Herman.* Omnibus ſuis partibus multò major eſt Anagallide vulgari.

7. Anag. Monelli ſimilis Herba *Mariana.* Rubiæ *Taurinenſium* foliis & floribus luteis, ex uno exortu quaternis. Fortè Rubiæ ſpecies *Mariana Pluk. Mantiſſ.*

8. Anag. erecta ramoſa, glabris & oblongis Bugulæ foliis, fructu rotundo exotica rubello flore *Bocc. Muſ. pl. rar.* Paulò ſupra pedem unum è terram attollitur. Anno 1670. in Horto *Piſano* cultam vidit D. *Boccone.*

9. Anag. ſupina minima, Polygoni folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 108. Non ultra ſpithamam unam ſupra terram extenditur. *Folia* profert mollia, Paſſerinæ *Tragi* anguſtiora. *Flos* ei rubeus eſt. Multis *Siciliæ* in locis invenitur.

10. Anag. flore cœruleo ſeu fœmina, folio ex latiuſcula baſi anguſto *Hort. Cath.* Planta eſt puſilla.

11. Anag. *Zeylanica* minor procumbens D. *Herman*, Mugunu-Wenna *Zeylanenſibus.* Flores in communi pediculo è foliorum alis exeunt duo tréſve ſimul, præter morem Anagallidis vulgaris.

12. Anag. foliis quaternis ex adverſo naſcentibus, ſemine ampliore *Hort. Lugd. Bat.* Quær. Annon accidentarium ſit in hoc genere plura duobus ad ſingula genicula folia proferre, & opulentiæ ſeu luxuriæ plantæ debeatur.

13. Anag. *Hiſpanica* latifolia, maximo flore *Tournef. Elem. Bot.*

14. Anag. *Luſitanica* folio rotundiore *Ejuſdem.*

15. Tsjeru-Vallel *H. M.* P. 10. T. 28. Anagallidi ſimilis *Indica*, flore & fructu, folis alternis.

H. M.

Plantula repens, aquoſa amans, radiculis albicantibus, capillatis, longiuſculis, ſaporis ſubamari. *Caulículi* rotundioli, viridi-diluti, breviuſculis pilis obſiti. *Folia*, quæ breviſſimis ac planis adhærent pedunculis, oblongo-anguſta, cuſpidata, tenuia, lenia, ſubamara. *Flores* qui in petiolis brevibus foliis concomitantur, viridibus ac parvulis plures ſimul proveniunt, ſtelliformes, pentapetali, cœruleo-venuſti ac blandientes, inodori. *Capitulum* ex orificio ſe exſerit viride, quod ex vertice duo *Staminula* emittit cœrulea, quæ iterum 5 aliis albicantibus ſuccinguntur, furciformibus, albicantibus *Apicibus* nodulata. *Calix* quinquefolius eſt & piloſus. *Globuli ſeminales* parvi oblongi, ſupernè contractiores, calycis foliis in totum obtecti, numeroſa in ſe continent parva ac pæne arenoſa *ſemina.*

16. Anag. lutea erecta major *Marilandica*, foliis oblongis acuminatis.

Folia in caule ex adverſo bina, pediculis longis inſident; è lata baſi in acutum mucronem ſenſim deſinentia. E folii uniuſcujuſque majoris ſinu duo plerunque foliola parva exeunt, adeóque ad genicula in crucis formam diſponuntur. *Flores* in ſummis caulibus & ramulis plures, pediculis prælongis tenuibus inſidentes; qui quamvis conferti eſſe videntur, ſi curiosè examines è ſingulis foliorum alis ſingulos exire perſpicies pentapetali lutei Fructus ut in Anagallide luteo.

17. Anag. minima marit. *Gallo-provincialis*, folio rotundiore *Tournef. Elem. Bot.*

18. Anag. *Luſitanica* latifolia, parvo flore *Ejuſdem.*

19. Anag. *Luſit.* Linariæ folio major *Ejuſdem.*

20. Anag. *Luſit.* Linariæ folio anguſtiore *Ejuſdem.*

21. Anag. flore rubro minimo *Africana* D. *Oldenland.*

Alſines ſpecies eſt, altitudine vix palmari, in plurimos ramulos ab imo ſtatim diviſa & ſubdiviſa, figurâ ſua & creſcendi modo *Anthyllidem* quandam aut *Herniariam minimam* dictam referens. *Folia* extremis ſuis ſubrotunda ſunt, ex adverſo bina. Innumeros ferè in ſummis cauliculis & ramulis floſculos & ſemina profert.

Circa *Promont. Bæ. Spei* à D. *Oldenland* obſervata & tranſmiſſa eſt.

P. 1036. Alſines ſpecies ſequentes ſuis locis Capiti de Alſine inſerantur.

1. Alſine ſaxatilis & multiflora, capillaceo folio *Tournef. Elem. Bot.*

2. —— paluſtris, capillaceo folio minima *Ejuſd.*

3. —— Alpina ſubhirſuta, Linariæ folio *Ejuſd.*

4. —— Alpina minor, Linariæ folio glabro *Ejuſd.*

5. —— Alp. Serpylli folio, multicaulis & multiflora *Ejuſd.*

6. —— annua minima, capillaceo folio, humi fuſa *Ejuſd.*

7. —— Caryophylloides ſubhirſuta, capillaceo folio, pulchro flore albo *Ejuſd.*

8. —— maritima perennis, Nummulariæ folio *Ejuſdem.*

9. —— minima *Luſitanica* verna, capitulis echinatis *Ejuſd.*

10. Alſine caryophylloides anguſtifolia, multiflora, glabra, purpuraſcens radice Aſtragaliti *Pluk. Phyt.* T. 75. F. 2. ubi Synonyma vide.

11. Myoſotis arvenſis, Polygoni folio *Tournef. Elem. Bot.*

12. —— Alpina anguſtifolia, villoſa & viſcoſa *Ejuſdem.*

13. —— Alpina pumila, myrtifolia *Ejuſdem.*

14. —— tenui-

14. —— tenuiſſimo folio rigido *Ejuſd.*

15. —— *Luſitanica*, Linariæ folio, magno flore *Ejuſd.*

16. Alſine Alpina glabra, foliolis reflexis, an Saxifraga *Bavarica Park. Ejuſdem, ibid.*

17. Alſine Spergulæ facie *Maderaſpatenſis*, foliis latioribus, ſemine minutiſſimo, nigro *Pluk. Phytogr.* T. 118. F. 1. An fortè Alſine Spergula latifolia reptans, Becabungæ folio D. *Baniſter Cat. Virgin.* in *App. hiſt. noſt.*?

18. Alſine multifolia floribunda glabra, ex ſinu *Bengalenſi*, foliis in acumen deſinentibus, flore minore *Pluk. Phytogr.* Tab. 256. Conſule Almageſtum.

19. Alſine maritima *Maderaſpatana*, ſummo caule ramoſa, & inſtar Androſaces Matth. umbellata *Pluk. Almageſt. Botan.* T. 256.

Ad Alſinem Myoſotin hirſutam adde notam ſequentem, à D. *Sloane* communicatam.

Hujus folia compreſſa naribus indita ſternutamenta excitant non ſecus ac Betonicæ.

20. Myoſotis hirſuta erectior, folio longiori acuto, flore amplo, Sabaudica D. *Sherard.*

21. Alſine minor montana, magno flore.

Alſinæ minori multicauli ſimilis eſt, foliis nonnihil anguſtioribus fortaſſe ob locum, floribus pentapetalis lacteis, duplo majoribus. In montibus propè max. *Carthuſianorum* cœnobium in *Delphinatu Galliæ* invenimus.

22. Alſine capitulis Lini, cauliculis inflexis *C. B.* minima, Suffruticis inſtar, Linocarpos dicenda *Thal.* In pratis montoſis & ſummitate *des Buchbergs Cat. Altd.*

23. Alſine litoralis graminea *Bot. Monſp. App.* In herbidis maritimis eundo ad montem *Cetium*, ubi ſtagnum trajicitur, copioſè invenitur.

24. Alſine flore rubro-aureo *Africana* D. *Oldenland.*

Myoſotis Scorpioidis ſpecies eſt, & vulgari noſtrati adeò ſimilis, ut ego eandem eſſe ſuſpicarer, ni floris color differret.

25. Alſine paluſtris exigua, floſculis albis lanceolatis, Plantag. aquaticæ inſtar *Mentzelii Cat. Holland. Commelin.*

26. Alſine Alpina ſaxatilis minima, orbiculatis foliolis *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 138. T. 93.

Surculos emittit tenuiſſimos, imbelles, humi ſtratos, foliis minimis coloris glauci, granulatis & orbiculatis veſtitos.
In monte S. *Michaelis Corſicæ* locis ſaxoſis inter Muſcos.

27. Alſine Caryophylloides tenui folio, flore albo punctato *Pluk. Phytogr.* T. 7. F. 3. Longè autem diverſa eſt hæc planta ab *Alſine Caryophylloide tenuifolia montana, Lini flore* noſtra.

28. Alſine polygonoides, foliis tenuiſſimis, per genicula binis ad ſummum caulium polyanthes. Alſine nodoſa multiflora *Schol. Bot. Pluk. Phytogr.* T. 74. F. 3.

29. Alſine aquatica major repens, foliis acuminatis, *Virginiana Ejuſd. ibid.* F. 5. Hujus plantam ſiccam nobis communicavit D. *Sherard.*

30. Alſine Veronicæ affinis, Triſſaginis folio & facie, *Maderaſpatan, Ejuſd.* T. 125. F. 4.

31. Alſine *Indica* polyanthes tenuifolia, è *Maderaſpatan, Ejuſd. ibid.* F. 5.

32. Alſine *Maderaſpatana* Gallii foliis, floſculis communi pediculo ternis. Ab Alſine procumbente Gallii facie *Africana Cl. Hermanni* plurimùm differt. Idem T. 127. F. 3.

33. Alſine *Indica* Glaucis maritimæ folio, floſculis ex alis longo pedunculo innixis *Pluk. Phyt.* T. 130. F. 1. Ab Alſine fluviatili *Tabernamontani* foliis haud multùm abludit.

34. Alſine Veronicæ affinis, Gratiolæ foliis, *Maderaſpatana Ejuſdem ibid.* F. 2.

35. Alſine

35. Alsine holostea glabra, seu Gram. leucanthemum *Indiæ Orientalis*, Anagallidis aquat. 4tæ Lob. foliis angustioribus *Ejusdem ibid.* F. 3.

36. Alsine holostea glabra, seu Gram. leucanth. *Indiæ Orientalis*, folio brevi *Ejusd. ibid* F. 4.

37. Alsine *Indica* holostea villosa, foliis caulem ambientibus, multiflora, è *Maderaspatan. Ejusd. ibid.* F. 6.

38. Alsine Spergulæ facie *Bengalensis*, foliis angustis, ad genicula binis, flosculis autem plurimis ad caulem radiatis sem. minutissimo fulvo *Ejusdem* T. 75. F. 7.

39. Alsine *Americana* Nummulariæ foliis *Slon. Cat. Jamaic. P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 75. F. 7. D. *Sloane.*

Fibris tenuibus filamentosis albicantibus *radicatur*, *Cauliculos* undique spargens, teretes, pedem longos, humi stratos, virides; quibus extensis cortex, ut in aliis Alsinis rumpitur, medulla tenaciore irrupta. Ad intervalla plusquam digitalia exeunt *folia* bina opposita, in perbrevibus pediculis, propemodum rotunda, diametro ½tiam circiter unciæ partem longo, nervis Plantagineis à pediculo folium totum transcurrentibus. *Flores* plures simul in pediculis uncialibus è foliorum alis egressis, petalis oblongis albis compositi, ut in congeneribus. Succedunt *semina* multa minuta similia.

In ripis humidioribus fluvii *Cobre* dicti, aliisque locis umbrosis & humidis frequens occurrit. Hanc in *Parad. Bat.* sic describit D. *Hermannus.*

40. Alsine *Americana* Nummulariæ foliis *Herman. Parad. Bat.*

Nata est seminibus ex *Sirinama* delatis. *Radiculæ* prætenuibus candicantibus fibris capillantur. *Coliculi* teneri, valde ramosi, longo varióque reptatu per humum divagantur, & ad singula genicula *foliolis* subrotundis, glabris, hilarè viridantibus, minori Nummulariæ proximis conjugato ordine exornantur. Circa summitates ramorum hærent *flosculi* pusilli, ex 5 petalis integris albidis constructi; quos excipiunt *Semina* exigua fulva, in vasculis parvis unicapsularibus, quinquifido calyci insidentibus. Quanquam è delapsis seminibus copiosè pullulet, atque etiam ex singulis ramulorum geniculis, ubi terram attigerint, radices agat, seséque quasi sua sponte propaget, attamen brumam aerémque pruinosum ferre nesciens, in Hypogæis solicitè custodienda est. Nullo evidenti sapore linguam imbuit.

41. Alsine affinis, foliis Bellidis minoris, caule nudo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

E *radice* alba tortuosa, multis fibrillis filamentosis capillata, unciam circiter longo, *folia* emittit in terræ superficie in orbem strata, uncialia ferè, ab angusto principio paulatim dilatata ad finem rotundum, Bellidis minoris persimilia, non tamen usque adeò crassa aut succulenta, colore viridi. E medio foliorum exsurgit *Caulis*, 4 aut 5 uncias longus, foliis nudus, versùs summitatem ramosus, ramulis in surculos tenues divisis, quorum unusquisque capitulum sustinet parvum, 4 foliis capsularibus, albicantibus cinctum, vasculo intus latitante tenui, rotundo, albicante, *seminibus* minutissimis rotundis nigris repleto. Florentem nunquam vidi.

In prato **Town-Savanna**, locis arenosis, prope **Two Mile Wood** crescentem collegi.

42. Alsine *Indica* quadrifolia & quinquefolia flosculis longioribus pediculis insidentibus *Pluk. Phyt.* T. 130. F. 5. Spergula *Salawaccensis*, foliis inæqualibus, latioribus & subrotundis, alis foliorum floreseens *Pet. Act. Philos.* N. 276. p. 1008.

Hanc plantam prima facie nemo non è Stellatarum familia esse statueret: curiosiùs tamen examinata se diversi generis esse prodit, tum nascendi modo, tum floris fructûsque formâ.

E *Marilandia* habuimus à D. *Sloane* communicatam. Habetur & in *India Orientali.* An Kaipa Tsjira *H. M?* Vol. 10. T. 24.

43. Alsine *Marilandica* longifolia, floribus in summis caulibus & ramulis plurimis, tenellis.

Tota planta pallidè viret: Flores adeò teneri, tenues, & flaccidi sunt, ut plantam in aquosis nasci suspicer. Folia aliquam habent cum longitudine latitudinem.

44. Alsine *Marilandica*, foliis oblongis acutis, floribus in summo caule & ramulis è foliorum supremorum alis exeuntibus plurimis albis.

45. Alsinefolia *Marilandica*, flosculis tubulosis, è foliorum alis exeuntibus singuli singulis, in pedicellis tenuibus brevibus.

46. Alsineformis *Marilandica*, flosculis monopetalis è singulis foliorum alis singulis, in longis & tenuibus pedicellis.

47. Alsine saxatilis Laricis folio major, & majori flore *Tournef. Institut. rei herb.* p. 243. Alsine fortè seu Lychnis *Africana*, foliis Lariceis tenuissimè divisis, floribus fere umbellatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 304.

Radix simplex, lignosa altè in terram descendit, ex cujus capite plurimi exeunt *cauliculi* seu ramuli, denso cespite, lignosi, & ramosi, ex ima parte terræ incumbente plurimas fibrillas demittentes; superiùs foliis tenuissimis Lariceis velut agminatim exeuntibus vestiti. Cauliculi qui flores sustinent, palmares sunt, geniculati, & ad singula genicula binis foliolis cincti, *flores* in summitatibus gestantes fere umbellatim diffusos, albos, parvos.

48. Alsine Polygonoides herbacea minor, Lariceis foliis capillaceis, ex uno pediculo pluribus *Pluk. Phyt.* T. 75. Fig. 4.

Præcedente minor esse videtur.

49. Alsine segetalis, gramineo folio, glabro, multiflora D. *Sherard.*

E *radice* simplici surculosa multi exeunt *cauliculi*, tenues, semipedales aut altiores, geniculati, ramosi, *folia* ad genicula cincti binis, angustis acutis, uncialibus, Gramineorum æmulis: superiori parte ex angulis divaricationum in ramulos & surculos exeunt pediculi longissimi *flores* sustinentes mediocres, & foliis oblongis, angustis, acutis cincti. Quæ florum forma fuerit nescimus.

Inter segetes circa *Mediolanum* invenit D. *Sherardus*. Superiùs ejus meminimus sub nomine *Lychnidis*.

50. Alsine *Africana*, foliis tenuissimis hirsutis, floribus copiosis albis, pediculo longo ramoso insidentibus D. *Sherard.*

Caulis incanus est, valde ramosus. *Folia* crebra, unciam longa, angusta & ferè graminea, acuta. Pediculi è caulibus & ramulis exeunt communes, rigidi, longi, supernè in ramulos divisi & subdivisi, qui tandem flosculis terminantur.

51. Alsine *Africana* tenuissimis foliis D. *Herman.* Alsine fortè seu Lychnis *Africana*, foliis Lariceis tenuissimè divisis, floribus ferè umbellatis *Pluk. Phyt.* T. 304. F. 4.

52. Alsine peranguſto rigidulo folio, multiflora muscosa *Hort. Cath.*

53. Alsine Spergulæ facie minima, seminibus nudis *Tournef. hist. plant. Paris.* Invenitur circa lacunas quæ sunt inter *Bondy* & Arcem de *Raincy*. Perexigua est plantula. Flos ei albus; nullus circa semina circulus membranaceus.

54. Naru-Nundi *H. M.* P. 10. T. 34. Graminis leucanthemi foliis & facie *Indica*, flosculis pentapetalis in surculis è foliorum alis egressis.

H. M.

Herba est repens sine claviculis, arenoso gaudens solo. *Radix* tenuis, lignosa, intus alba, cortice lacteo tenui, qui tener, viridi-clarus, post flavescens, nonnihil capillatus, siccior, odoris aliquo modo acris, suavis & aromatici. *Caules* tenues, lactei, rubri seu spadiceo-rubri. *Folia* in petiolis brevissimis, interiùs purpureo-pallidis bina & bina proveniunt, oblonga, angusta, superiora versùs contracta in cuspidem oblongum, angustum, viridi-fusca, tempore hyberno seu pluvioso triplo ferme longiora quàm æstivo. *Flores* cum suis pedunculis in communi brevi ramulo bini, vel terni, vel quaterni videntur; gemmæ sunt apertæ, pentapetalæ, crassæ, cuspidatæ, interiùs nonnihil ex rufo rubescentes, deinde magis rufæ, in orificio ad unguiculos rubro-subcœruleæ, exteriùs viridi-flavescentes. *Capitulum* in medio se offert, ex stylo constans medio, vertice plano, albicante, & *staminulis* crassis, cuspidatis, subrufis, arcuatim versùs stylum inflexis, veluti costas capitulis referentibus instructo, odoris expertes. *Fructus* non fert, neque semina. *Potiùs dixerim, ex Autori nostro non fuisse observata: illumque fortasse Indigenis id referentibus nimis securè credidisse.*

55. Alsine seu Caryophyllus holosteus tomentosus *Marilandicus*, folio anguſtissimo acuto.

Florum petala in hac specie purpurascunt.

56. Alsine Lotoides *Sicula Boccon.* Alsine Heliotropio cognata, folio sphæroide *Hort. Cathol. Cupani*. Omnino diversa est à Planta illa *C. B.*

57. Alsinefolia per terram sparsa, flore hexapetalo purpureo *Sloan. Cat. Jamaic.*

E *radice* parva fibrosa *ramulos* emittit plures, humi stratos, rubentes, pedem circiter longos, foliis Alsines, ex adverso binis ad æqualia intervalla per totam longitudinem vestitis. *Flores* in extremis ramulis proveniunt pauci, hexapetali, colore purpureo, *capitula* post se relinquentes viridia, *semina* subrotunda, compressa, fusca continentes.

In

In pratis insulæ *Jamaicæ Savannis* dictis, locis aridioribus reperitur.

P. 1029. Ad Plantam 15tam not. Alsines hirsutæ minoris *C. B.* plenam & accuratam descriptionem vide apud D. *Tournefort. hist. plant. circa Parisios* p. 110.

58. Araka-Pada *H. M.* P. 10. T. 20. Alsine Myriophylli folio, flore carneo *Commelin.* notis.

H. M.

Planta humilis, nascens in arenosis. *Radix* tenuis & breviuscula. *Cauliculi* virides, rotundioli, haud lignosi, pilis albicantibus vestiti. *Foliorum* loco sunt Cauliculi seu surculi laterales, nonnihil crispati, pilis numerosioribus, densis, longiusculis, qui singuli gemmâ flaviusculâ sunt nodulati, obsiti. *Flores* hinc indè in suis petiolis viridibus & pilosis provenientes, parvi sunt, pentapetali, rotundi, rubro-persici seu cœrulescentes. *Stamina* in illis 5 tenuissima, flavis *apicibus* dotata, aliis 5 filamentis, quæ apicibus destituuntur, comitata, & viridi globulo circumposita. *Calix* 5 est oblongorum viridium foliorum, qui floribus deciduis arctè se circa globulum constringit, & cum eo capsulas seminales oblongas constituit, in quibus numerosa includuntur *semina* arenarum instar, primùm albicantia & subvirideſcentia, post nigricantia.

P. 1035. Post Alsinem Portulacæ aquaticæ similem add. Alsine procumbens Gallii facie *Africana Herm. H. L. B.* quæ observante D. *Sherardo*, eadem fructificatione gaudet.

59. Alsine montana minima spinosa *Hyacinthi Ambrosini* in *Cat. Hort. Bonon.*

Vix quadruncialibus assurgit *cauliculis* à *radice* unica bipartita, albicante, lignosa, capillata, compluribus teretibus, tenuibus, geniculatis: *foliolis* è singulis articulis binis, & binis spinulis; nam cuilibet foliolo tenuissimus aculeus insidet. In angulis verò cauliculorum etiam spinæ per intervalla apparent. *Folia* Alsines vulgaris minimæ similia sunt, lævia, pilis lanuginéve carentia, at pallidè virentia. *Cauliculi* circa genicula dilutè admodum quandoque subrubent. *Flosculi* in alarum summo candiduli, stellati, pediculis longiusculis innixi, pulchrè *staminibus* rufis in medio exornantur; succedentibus vasculis oblongis, in quibus *semen* minutum luteum clausum latitat.

Floret *Maio* mense potissimùm, & in summitatibus montis *Paderni* locis præruptis in agro *Bononiensi* provenit.

60. Alsine minima flore fugaci *Tourneſ. hist. plant. circa Paris.*

Radice nititur alba, fibrosa seu capillari, dimidiam lineam longa, *Folia* ima in circulum dispositа sunt, semunciam circiter longa, lineam mediam lata, glabra, polita, insipida. *Caules* tenelli sunt, ramosi, nodis parvis intercepti, per terram strati, duos pollices longi. Ex horum alis, ínque summitatibus, nascuntur pediculi valdè tenelli, qui plerunque unum duntaxat *Florem* sustinent, è 4 foliis albis compositum, ovalibus, acuminatis $\frac{3}{4}$ lineæ longis, dimidiam circiter lineam latis. *Calix* etiam è 4 foliis viridibus, in cochlearis formam excavatis componitur, floris petalis tantillo majoribus. *Stamina* valde brevia sunt, unumquodque *apice* albo coronatum. *Pistillus*, qui cruce quadam albicante terminatur, in *fructum* abit membranaceum, figuræ conicæ, $1\frac{1}{4}$ lin. longum, qui in 4 partes se aperit [interdum in 5] & plurima *semina* effundit, valde minuta, nigricantia, rotunda, placentæ cuidam adnexa. Florum petala brevissimo tempore defluunt, ut restent duntaxat calicis folia, quæ pro flore incautis imponunt.

Invenitur hæc planta in Parco *Luxemburgensi*, & circa plerosque parvos mariscos propè *Versailles* & *Bondy*.

61. Spergulæ affinis *Pearmeedorica*, foliis rotundis pubescentibus *Pet. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 701. Carvaut, Caskeree *Malab.*

D. *Petiver.*

Humi procumbit, ramulis ad pedalem aut sesquipedalem longitudinem extensis. *Folia* Alsines *Americanæ* Nummulariæ folio *P. B. P.* similia, verùm incana, præsertim juniora. *Flores* plerunque ad nodos oriuntur, 3 4ve aut plures simul. *Calices* pentapetali incani vascula seminalia penitus conteguntur *semina* plurima minutissima nigra continentia.

Hujus herbæ & *Parapatree* dictæ decoctum febribus infantium conducit.

62. Spergula Anthylloides villosa *Salawaccensis* D. *Petiv. Act. Philos.* N. 276. p. 1009. *Commen-Terrai Malab.* D. *Brown.*

Indi decocto hujus herbæ cum modico Piperis rotundi ad os colluendum utuntur, & ad appetitum excitandum bibunt; atque etiam ad vomitum sistendum. D. *Brown.*

63. Spergula *Salawaccensis* spicata ex alis foliorum florifera D. *Petiv. Act. Philos.* N. 276. p. 1015. pl. 200. *Mannalekai Malab.* S. *Brown.*

Duos trésve pedes alta est, radice digitum crassa. Ramuli cum aqua commoliti, & calidè applicati cum successu usurpantur ab *Indis* ad capitis, colli & oculorum dolores.

64. Spergula roſea multicaulis polyanthos è *Maderaſpatan* Parpauticum *Malab.* D. *Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1020. pl. 220. An Alſine *Madraſpat.* Gallii foliis, floſculis communi pediculo ternis *Pluk. Almag.* 21. 6. *Phyt.* T. 128. F. 3.

65. Ex *Indiis* miſſam D. *Petiver Act. Philoſoph. Lond.* N. 244. p. 325. ſub Titulo *Samoli Madraſpatanæ* Graminis Leucanthemi *foliis* deſcribit hunc in modum, E *radice* parva, fibroſa, lignea caulis exſurgit in plurimos minores ramulos diviſus; ad quorum unumquemque articulum exeunt folia bina adverſa, longa anguſta, glabra, Graminis Leucanthemi minoris ſimilia; è quorum ſinubus ſeu inſertionibus in caulem prodeunt una, aut duæ, rariùs plures capſulæ, aciculæ majoris capitello non ampliores; pediculo tenui, rigido, capillaceo, vix unciam longo inſidentes. Unaquæque capſula coronata videtur, plurima intus ſemina nigricantia continens, ſepto aliquo tranſverſo (quantum diſcernere licuit) minimè ſeparata.

66. Tsjeru-Jonganam-Pullu *H. M.* P. 10. T. 26. Alſine *Indica*, foliis oblongis cuſpidatis.

H M.

Naſcitur in petroſis. *Caules* tenues, viridi-diluti, angulati, parùm lignoſi, geniculati. *Folia* ad genicula oblongo-anguſta, cuſpidata ad exortum ſtrictiora, lenia, mollia. *Flores* plures congregati proveniunt, ſuntque parvi, albicantes, pentapetali, cuſpidati. *Vaſcula ſeminalia* rotunda, viridia, in quibus *ſemina* parva, arenacea, nigro-rufeſcentia.

Vires. Apozema ex tota hac planta confectum choleræ medetur; præparatur & ex illa balneum contra variolas. Succus vino permixtus tridui ſpatio bis de die aſſumptus, variolas expellit, febrem concomitantem minuit.

67. Alſinaſtrum Gratiolæ folio *Tourneſ. Hiſt. plant. circa Pariſios.*

Plantæ hujus cauliculi 5 aut 6 digitos longi ſunt; lineas duas craſſi, Equiſeti ſimiles non tantùm colore, ſed interiore etiam ſtructura, ſunt enim in cellulas à centro ad circumferentiam tendentes diviſi; incurvi inſuper, & ramoſi. Coma quadam albicante, quæ è primis nodis erumpit, ornati. Ad unumquemque nodum tria plerunque apponuntur *folia*, Gratiolæ ſimilia, pallidè viridia, glabra, 5 lineas longa, 2, 3ve circiter lata, è quorum alis naſcuntur duo tréſve flores, cauliculo proxime abſque pediculo adhærentes, 4 foliolis in circulum diſpoſitis compoſiti, albis unam circiter lineam longis, & dimidium latis. Calix ejuſdem fere eſt amplitudinis, verùm integer, & in 4 partes diſſectus, piſtillum aut globulum protrudens viridem, qui in *fructum* abit rotundiuſculum duarum circiter linearum diametro, anteriùs paullum depreſſum, in 4 partes ſe aperientem, & ſemina emittentem plurima, ruffa, valde minuta, placentulæ adnexa. Tota planta ſapore eſt herbaceo. Floret *Septembri* & *Octobri*, eodémque tempore ſemen maturat. Ad Alſinem referri non debet quia calix ejus integer eſt, at neque ad Lychnidem, quia fructus ejus in 4 partes ſe aperit. Oritur hæc planta circa Sylvam de *Bondy*.

68. Kalu-Polapen *H. M.* P. 9. T. 66. Alſine ſpuria *Malabarica*, flore monopetalo, tetrapetaloide, difformi.

H M.

Plantula humilis eſt, ſpithamam vix excedens, arenoſa amans & petroſa. *Radix* nigricans, lignoſa, fibris veſtita. *Surculi* craſſiuſculi, virides, 4drati, in ſingulo latere profundè ſtriati, brevibus albicantibus pilis obſiti. *Folia* abſque pediculis geminata prodeunt, ſe mutuò decuſſantia, parva, oblongo-anguſta, craſſiuſcula, rigida, piloſa, in averſa parte unica coſtula, ſinè ullis nervis lateralibus donata: *Flores* ubique ferme ſupra ſingulorum foliorum exortum ſurrectim prodeunt, ipſis ſurculis accumbentes, conſtántque collo albicante, viridi ac piloſo, quo è calice emicant, ac 4 candidiſſimis foliis difformibus, in tranſverſum ad collum ſitis; unum illorum breviſſimum eſt, latiuſculum, orâ rotundiuſculâ, & in medio brevi cuſpide eminens, exteriora versùs criſpatum, ſurculo cui flores adhærent obverſum; tria oblongiora, & circa adverſam partem folii breviori extenſa, oblongo-rotunda: *Calix* oblongus, viridis, ad orificium 5 fuſcorum cuſpidum; in quo prodeunt *capſulæ ſeminales* oblongæ, intra membranoſum corticem *ſemina* includentes numeroſa minuta, arenularum inſtar, ſtylulo viridi intermedio circumpoſita, cùm ſicca cœruleo-nigricantia, ac ad Perſicum vergentia.

Variat floris colore ex flavo viridi.

69. Lychnidis aut potiùs Alſines cognata diſpermos ſeu Chamæiaſme tetrapetaloides inodora, quadrato caule *Virginiana Pluk. Phyt.* T. 97. F. 9.

Cauliculi tenuiſſimi, ſemipalmares, ramoſi, *foliis* ad genicula binis cincti, anguſtis, brevibus: verum ima Alſines minimæ formam obtinent. E foliorum alis exeunt pediculi prætenues oblongi *flores* in ſummo geſtantes, pro plantulæ modo magnos, cœruleos è tubo oblongo in 4 folia expanſos, éque calice brevi tetraphyllo exeuntes.

E *Marilandia*, ubi ſponte provenit, exſiccatam attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

70. Alſine Anthylloides *Indiæ Orientalis* Commenterai *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* p. 8.

71. Alſine

71. Alſine affinis inſulæ *Johannæ*, juxta foliola barbulis donata, floſculis ſummo caule glomeratis *Ejuſd. ibid.*

72. Alſine ſeu Spergulæ marinæ noſtrati ſimilis, ex *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.* p. 9.

73. Alſ. ſeu Spergula marina major *Gaditana*, nodis caulium creberrimis *Ejuſd. ibid.*

74. Alſ. Spergulæ foliis, capitulis brevioribus duris, Arra veen ampoondo *Malabar. Ejuſd. ibid.*

75. Alſ. Spergula *Indiæ Orientalis* ſpicatis floribus, ex alis emergentibus, Maunalekai *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

76. Alſ. Spergula *Mariana*, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem inſidentibus, calyculis eleganter punctatis *Ejuſd. ibid.*

77. Alſ. holoſtea, anguſtiſſimo folio glabro, ex *Virginia Ejuſd. ibid.*

78. Alſ. holoſtii foliis antagoniſtis glabris, Ranunculi phragmitis flore ampliori, Planta *Mariana Ejuſd. ibid.*

79. Alſ. longifolia myoſotis, *Virginiana Ejuſd. ibid.*

80. Alſ. Chamædryos foliis bijugis, Spergulæ floribus, *Æthiopica Ejuſd. ibid.*

81. Alſ. Portulacæ aquaticæ folio oblongo, flore longo pedunculo inſidente ex *Prom. Comorin.* Fortè Brami *H. M. Ejuſd. ibid.*

82. Alſ. Saxifraga *Indiæ Orientalis* foliolis circa caulem radiatis, flore berbido & muſcoſo, ſeu Alſ. Spergula muſcoſa *Indiæ Orientalis* ſurrecta, cauliculis albicantibus, Perpauticum *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

83. Kaipa-Tsjira *H. M.* P. 10. T. 24. Alſine ramoſa *Indica*, Rubiæ facie, floribus candidis.

H. M.

Plantula humilis eſt, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* rotundi, virides, cymis inflexi. *Folia* caulibus ad cymas inſident, parva, oblongo-rotunda, cuſpide obtuſo, mollia, lenia, ſaporis aquei, ſubamari. *Flores* plures ſimul videntur, pentapetali, oblongo-anguſti, candidi; *ſtamina* continentes 5, tenuia albicantia, *apicibus* albicantibus dotata, in quorum medio globulus ſeminalis albicans, in quo *ſemina* arenacea, nigricantia, conferto numero ſtylum medium viridem obſidentia.

Succus cum Zinzibere, Pipere ac Sale epotus dolores ventris *Heniguimao* dictos mitigat. *Virei.*

1. Anagallis cœrulea Portulacæ aquaticæ caule & foliis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Parva iſthæc & repens plantula *cauliculos* edit teretes, glabros, virides, ſucculentos, ad genicula fibras capillares in terram agentes, quibus ſuccum alibilem haurit, *folia* pariter parva, viridia, ſucculenta, Portulacæ aquaticæ non diſſimilia, ſubrotunda, craſſa, glabra, abſque pediculis bina oppoſita: propè ſurculos extremos è foliorum alis exeunt petioli ſemunciales in calice viridi bifolio *florem* ſinguli ſuſtinentes pentapetalum, pallidè cœruleum, cum ſtaminulis intus albicantibus; cui in capſula dura, fuſcâ perianthio reſiduo obtectâ ſuccedunt *ſemina* plurima, minutiſſima, compreſſa, fuſca.

In paluſtribus maritimis prope domum D. *Delacrees*, loco *Liguanée* dicto in Inſula *Jamaica.*

P. 1036. Herbæ Lyſimachiæ dictæ incertæ ſedis.

1. Lyſimachia non pappoſa humilis *Maderaſpatana*, Clinopodii *Virginiani* lutei foliis, fructu Caryophylloide parvo *Pluk. Phytogr.* T. 203. F. 5.

2. Lyſimachiæ Ephemeron dictæ Genus *Maderaſpatenſe*, Limonii foliis ſubrotundis, caule craſſo fungoſo *Pluk. Phytogr.* T. 43. F. 5.

3. Lyſimachiæ ſpicatæ ſimilis, Perſicæ folio, Planta inſulæ *Barbadenſis*, floribus ex luteo albicantibus *Pluk. Phytogr.* T. 246. F. 1.

4. Lyſimachiæ ſpicatæ purpureæ affinis Hyſſopi folio è *Maderaſpatan Pluk. Phytogr.* T. 203. F. 6.

5. Lyſimachiæ affinis Hyſſopi folio, floribus falcatis ſeu Gratiola minor paluſtris *Malabarica Pluk. Almag. Bot.*

6. Lyſi-

6. Lysimachiæ affinis Satureiæ folio *Maderaſpatenſis*, capſulis in ſummitate ferè umbellatis *Pluk. Phyt.* T. 119. F. 4.

7. Lysimachiæ purpureæ affinis *Americana* procumbens, Anonidis vernæ fruteſcentis folio ſingulari glabro *Pluk. Phyt.* T. 98. F. 4. ubi Synonyma vide.

8. Pongati *H. M.* P. 11. T. 24. Salicaria aquatica *Indica* floribus ſpicatis pentapetalis, fructu bicapſulari.

Planta eſt aquatica, cui *Radix* valde fibroſa, albicans. *Caulis* aqueus, fungoſus, viridi-dilutus, ramoſus, larga intus cavitate, corculo viridi-fuſco, ex quo versùs corticem membranacea excurrunt interſepimenta. *Folia* pedunculis viridi-dilutis, interiùs planis, cauli appendent, oblongo-anguſta, in cuſpidem ſtricta, mollia, tenuia, lenia, viroris ſupernè ſaturi, ſubtus clari, ubi numeroſis eminentibus nervis ex coſta media ſtriantur, ſaporis ingrati. *Flores* in cacumine caulium plures congregati videntur, in capitulo oblongo; gemmæ ſunt rotundæ, quæ apertæ pentapetalæ ſunt & candidæ. Illis ſuccedunt *globuli ſeminales*, rotundi, virides, aliquo modo cuſpidati, intra florum petala fermè incluſi. *Semina* in illis numeroſa, arenacea, in ſuperficie viridis globuli, qui interſepimento medio bifidus, conſita. Inferiores florum gemmæ ſe priùs aperiunt, ſuperiores tardius.

9. Lysimachia purpurea *Marilandica*, Salicis foliis, nullo ordine poſitis, floribus & fructu in foliorum alis.

Folia anguſta oblonga, in longos & acutos mucrones excurrentia, in caule crebra, nullo ordine poſita, pediculis brevibus intercedentibus affixa. E foliorum alis exeunt *Flores*, ſummis fructibus inſidentes, brevibus & tenuibus pediculis nixi nunc ſinguli, nunc duo tréſve ſimul.

10. Lysimachiæ ſpicatæ purpureæ affinis Thymifolia, floſculis in cacumine plurimis, quaſi in nodos junctis, Anthyllis fortè *Proſperi Alpini Exot. Pluk. Phytogr.* T. 43. F. 6.

11. Lysimachiæ purpureæ adfinis fruticoſior, Anonidis ſingulari hirſuto folio *Maderaſpatenſis Pluk. Phyt.* T. 98. F. 5.

12. Lysimachia ſpicata purpurea folio ſubrotundo, Ocimi facie *Americana* repens *Munting. Herbar. Belgic.* An purpurea altera *Luſitana* N. D. *Griſleii Virid. Luſit.*

13. Lysimachia trifolia ſpicata, purpurea, anguſtifolia. In noſtro ſpecimine à D. *Sherard* communicato folia longa erant anguſta, acuta, incana. Ulnam alta eſt.

P. 1037.

Plures Caryophylli montani ſeu marini ſpecies diſtinguunt *H. R. P.* & *Schol. Bot.* viz.

1. Caryophyllus montanus flore globoſo medius, &

2. Caryophyllus montanus minimus flore globoſo *H. R. P.*

3. Statice *Luſitanica* Scorzoneræ folio *Tournef. Elem. Bot.* Caulis ſeſquipedalis.

4. Stat. *Luſit.* capillaceo folio major *Ejuſd. ibid.*

5. Stat. *Luſit.* capillaceo folio minima *Ejuſd. ibid.*

6. Stat. maritima humillima, folio capillaceo rigido *Ejuſd. ibid.*

7. Stat. *Valentina* capitulo conglomerato *Ejuſd. ibid.*

P. 1039. Ad Cap. de Portulaca add.

1. Portulaca latifol. *Americana*, lanugine obducta, longioribus aculeis horrida *Pluk. Phytogr.* T. 215. F. 6.

2. Port. ſcandens, Acetoſæ ſubrotundis foliis cæſiis, *Americana Pluk. Phytogr.* T. 248. F. 3. Acetoſa (fortè) rotundifolia, viminea *Luſitana Griſleii Virid. Luſit.*

3. Portulacæ affinis Polygonoides, Bliti foliis & facie *Maderaſpatenſis Ejuſdem* T. 120. F. 5.

4. Port. ſimilis planta *Indiæ Orientalis*, an *Brami Malabarorum H. M.* P. 10? *Ejuſdem.*

5. Port. *Æthiopica Munting. Herbar. Belgis.*

6. Por-

6. Portulaca *Americana* Capparidis folio. Hujus ramulum ad me tranſmiſit D. *Carolus Preſton* M. D. Vide inferiùs Port. *Curaſſavica* procumbens, Capparidis folio, flore muſcoſo, &c. *Herman.*

7. Port. *Curaſſ.* anguſto longo lucidóque folio erecta, flore albo *P. B. P.*

8. Port. *Curaſſ.* lanuginoſa, Kali folio, erectior & elatior, flore phœniceo dilutiùs rubente *Ejuſd. Pluk. Phyt.* T. 105. F. 4. Hæc Caaponga Braſil. & Beldroga Luſit. *Margrav.* i. e. Portulacæ ſpeciei 5tæ Hiſt. noſt. eadem cenſetur. Verùm Titulus non reſpondet Deſcriptioni *Marcgravianæ.*

9. Portulaca aizoides maritima procumbens, flore purpureo *Sloan Cat. Jamaic.* Herba innominata caule Portulacæ *Marcgr.* p. 39. Portulaca *Curaſſavica* humilior & ſupina, flore ſaturatiùs & elegantiùs rubente, capſulis in ſummo nonnihil acuminatis *P. B. P.* An eadem capſulis in ſummo concavis *Ejuſd?* Caaponga 2. *Piſonis.* An Portulaca Americana procumbens, longo lævíque folio glauco, flore purpureo pulchro Anagallidis *Breyn.* Prod. 2? An Portulaca *Curaſſavica* anguſto, longo lucidóque folio procumbens, floribus rubris *Pluk. Almag. Bot.* p. 303? **Sampier.**

D. *Sloane.*

Plures in omnem partem fundit *caules*, craſſos, ſucculentos, teretes, rubros, humi ſtratos, crebris geniculis diviſos; è geniculis autem exeunt tum ramuli, tum *folia* ſeſcuncialia, Chryſanthemi aizoidis ſimilia, triangularia, valde ſucculenta, ſapore ſalſo velut Crithmi, non injucundo. E foliorum alis exeunt *flores* pentapetali, petalis craſſis, purpurei, & interdum albi, ſtellati cum purpureis in medio ſtaminibus, pulchram ſpeciem exhibentes: quibus ſuccedunt multa ſubrotunda, compreſſa *ſemina*, in medio defectum habentia, colore purpureo ſplendenti, pyrii pulveris granis aut aliarum Portulacæ ſpecierum ſeminibus ſimilia, calice hexaphyllo, operculo luteo tecto, excepta, qui horizontaliter diffilit, ut in aliis Portulacis. Magnitudine variis in locis plurimùm variat. Caapongæ 2dæ Piſonis deſcriptionem habes *Hiſt. noſt.* p. 1337.

In ſalſis maritimis paluſtribus prope **Paſſage-Fort, Old-Harbour,** inque inſula *Cayos* prope *Portum Regalem* urbem & alibi in inſula *Jamaica* abunde oritur.

10. Portulaca *Coraſſavica* elatior & erectior, Pſyllii folio, flore dilutiùs rubente *P. B. P. Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Radix numeroſis capillata fibris, *cauliculos* promit plures, ramoſos, rotundos, lanuginoſos, pedales & altiores, ex rubro viridantes, quos inconcinno ordine à ſummo ad imum veſtiunt *folia* anguſta, ſubrotunda, digitalia & ſeſquidigitalia, in mucronem acutum deſinentia, Pſyllii foliis quoad formam reſpondentia, aſt aizoide, craſſa & ſucculenta, tenera etiam & propria gravitate ſæpe reclinata. Ad horum exortum, præcipuè verò circa ramorum ſummitates, lanugine copioſiore, & quidem in ſpecie minore magis prolixa pubeſcit. Summitates in plurima folia expanduntur, è quibus abſque pediculis emergunt *Flores* phœnicei ſeu coloris in purpura dilutè rubentis, pentapetali, petalis ſubrotundis, in parvum mucronem deſinentibus, cum ſtella lutea ex ſtaminulis conflata inſtar corollæ medium occupante. Hos excipiunt *Vaſcula* ſeminalia parva ſubrotunda, per medium horizontaliter rumpentia, quæ *ſemina* fundunt exigua, nigricantia.

11. Portulaca *Coraſſavica* procumbens, Capparidis folio, flore muſcoſo, capſula bifurcata *Herman. Parad. Bat.*

Herman.

E *radice* fibroſa albente plurimos fundit *cauliculos*, humi ſtratos, cubito longiores, Portulacæ ſativæ ſimiles, è viridi nonnihil purpuraſcentes, crebrò geniculatos ea parte qua rami & flores exeunt, depreſſos, tumidos & valdè ramoſos. *Folia* ad genicula oriuntur alterna, orbiculata, nonnihil oblonga, viridia, craſſa, Capparidi paria, limbis ſeu marginibus rubentibus, petiolis ſemuncialibus craſſis appenſa: qua quò propiùs radici adſtant majora ſunt, quæ ramulos ornant minora & anguſtiora, & in rubentem parvum mucronem deſinentia. *Floſculi* pentapetali, parvi, rubentes, cum *ſtaminibus* concoloribus, ex geniculis ſeu ramorum ſinubus, mediantibus, ſive inſidentibus parvis oblongis q. caliculis, qui faceſſunt in *vaſcula* depreſſa, oblonga, ima parte viridia, ſuccoſa, ſummâ rubentia & bifurcata, horizontaliter rumpentia, quorum pars inferior folliculum refert membranaceum, tenuem, includentem *ſemina* depreſſa, fuſco-nigricantia, quaterna aut quina. Hæc capſulæ pars juncturis ſeu ſinubus ramorum profundiùs inhæret, ut nonniſi diſruptis aut expanſis ramis eximi poſſit. Seminibus autem omnino maturis & rupto operculo folliculus inferior exareſcit, ut ſemina in quadam quaſi fovea appareant. Superior pars ſive operculum eſt craſſum, vireſcens, & ubi folliculo inferiori jungitur nonnihil rubeſcit, cujus ſummitas biſida & quodammodo bifurcata apparet.

12. Portulaca *Coraſſavica* lanuginoſa procumbens *Herman.* Parad. Bat. *Coraſſ.* lanug. Pſyllii foliis humilior & ſupina, flore ſaturatiùs rubente *P. B. P.* An Port. aizoid marit. procumbens, flo. purp. *Slon. Cat. Jamaic.* ſuperiùs deſcripta?

Herman.

Herman.

Natali ſolo vix palmarem excedit magnitudinem, & lanugine ſeu tomento craſſo & villoſo tota obducta eſt. Læto verò & bene ſubacto ſolo commiſſa ſemina *cauliculos* producunt crebros dodrantales, ramoſos, rotundos, partim humi fuſos, partim erectos, lanuginoſos, lanugine ad foliorum exortus copiosè prodeunte. *Folia* viridia, ſplendentia, craſſa, ad Sedi minoris folia accedunt, ſuperficie verò non æquè rotunda, ſed plana, vix unciam longa, acuminata, crebra & ſine ordine naſcentia. Intra folia in cymis expanduntur *Flores* elegantiſſimi, parvi, ſaturatè rubentis coloris, Portulacæ vulgaris paulò minores.

13. Portulaca aizoides maritima erecta *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Multos edit *caules* rubentes, digitum minimum craſſos, anguloſos, $\frac{1}{3}$ unciæ diſtantibus ramulis undique obſitos, ad pedalem altitudinem aſſurgentes. *Folia* propemodum triangularia, 2 uncias longa, $\frac{1}{12}$ unc. lata, pyramidalia, intenſiùs viridia, ſapore aliorum hujus generis ſimili. Flores aut ſemina non obſervavi.

In litore arenoſo prope **Paſſage-Fort** inveni.

14. Portulaca erecta Sedi minoris facie, capitulo tomentoſo *Slon. Cat. Jamaic.* Port. *Curaſſavica*, anguſto, longo, lucidóque folio, procumbens, floribus rubris *P. B. P. Hort. Med. Amſtel. rar.*

Radicibus fundatur tenuibus, albis, filamentoſis: *Caules* edit teretes, glabros, rubentes, quatuor uncias altos, *foliis* multis parvis rotundis, Sedi minoris teretifolii ſimilibus, ſemunciam circiter longis, ſaturate viridibus veſtitos, in faſtigiis ſuis 7 aut 8 folia geſtantes, parvos aliquot *flores* tomentoſa lanugine intermixtos obvallantia: quibus ſuccedunt *capſulæ* Portulacæ ſimiles ſed minores, *ſemina* parva nigra Portulaceorum pariter ſimilia continentes.

In pratis ficcioribus poſt pluvias oritur.

Planta hæc in *Hiſtoria Plantarum rariorum Horti Medici Amſtelodamenſis* deſcribitur & depingitur ſub titulo Portulacæ *Curaſſavicæ* anguſto, longo, lucidóque folio, procumbentis, floribus rubris. E qua deſcriptione adde, Caules partim erectos eſſe, partim humi ſtratos, admodum fragiles, ramoſos, & nonnihil piloſos. *Folia* incondita, ſuccoſa, amara; Flores pentapetalos, Anagallidis ſimiles, purpureos, petalis parvis ſubrotundis nonnihil mucronatis; *Stamina* numeroſa, brevia, *apicibus* luteis: *Stylum* brevem purpureum ad extremum in 4 partes reflexas diviſum. Vaſcula *ſeminalia* rotunda, quorum partem ſuperiorem ambit *flos* emarcidus, operculi ſuperioris vicem ſupplens; quo ablato verum conceptaculum ſem. apparet, Milii Indici aut fructus Lentiſcini magnitudine, per maturitatem horizontaliter in duas partes rumpens.

15. Portulacæ affinis, folio ſubrotundo ſucculento, flore pentapetalo, dilutè purpureo. **Horſe-Purſlane.** *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ramulos emittit hæc planta imbelles, ſucculentos, teretes, glabros, virides, tripedales, humi undique ſtratos circa radicis caput, articulatos, & ad articulos tumidos & velut nodoſos, ad ſeſcuncialia intervalla folioſos & ramoſos, ramulis binis oppoſitis, & *foliis* ſimiliter binis adverſis, in pediculis uncialibus, ſubrotundis, diametro circiter unciali, non uſque adeò ſuccoſis ac ſunt Portulacæ folia. *Flores* pentapetali, dilutè purpurei Malvaceos quadantenus referunt. *Simina* rotunda, paulùm compreſſa, nigra, capſulâ viridi oblongâ contenta. Poſt pluvias prope domum Regiam, & alibi circa urbem S. *Jago de la Vega* invenitur.

16. Portulaca *Americana* ſeu *Curaſſavica* latifolia erecta, floribus albis *P. B. P. Hort. Amſtel. rar.* Portulacæ affinis *Americana* tricapſularis erecta flo. albo, pediculis anguloſis *Pluk.* T. 105. F. 6.

Radix huic alba, fibroſa: *Caulis* rectus, pedem, non rarò quoque ſeſquipedem, altus, coloris herbacei, teres, ab imo ad ſummum uſque folioſus, ſplendens, glaber, ſumma parte ramoſus. *Folia* palmum longa, craſſa, ſuccoſa, hilari virore perfuſa, ex anguſto principio in ſubrotundum apicem dilatata & nonnihil cordata, nervo inſigni donata [Folia quædam, ortu prima, cordata exiſtunt, cæteris ut plurimùm apice rotundo aut acuminato præditis, *Ruyſch.*] Sapor aqueus, acido-auſterus cum adſtrictione notabili permixtus. *Rami* faſtigiantur in *flores* niveos, è quorum umbilico ſtamina emicant varia. Floribus, [qui menſe Julio perficiuntur] evanidis ſuccedunt vaſcula ſeminalia ſubrotunda & mucronata, quæ per maturitatem tranſverſim ſeu horizontaliter rumpuntur & ſemen copioſum effundunt, quod ut oriatur & proficiat, calore multo & humido ſolo indiget. Annotina eſt planta, ex ſemine deciduo ſe renovans.

Calix floris binis foliolis anguſtis acuminatis conſtat, non ut in Portulaca noſtrate capſulam ſeminalem totam obvolvens, ſed vero minimam ejus partem. *Ruyſch.*

17. Portulacæ facie, maritima fruticoſa, erecta amaricans *Slon. Cat. Jamaic.* Sempervivum marinum bacciferum *Marcgr.* p. 13.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Portulacam vulgarem per omnia referebat, major duntaxat & erectior erat, *radice* longa, altè deſcendente, fibrillas è lateribus in terram arenoſam laxam demittente. *Caulis* digitum minimum craſſus, bipedalis, rubens, ramoſus, ramulis *foliis* crebris, nullo ordine poſitis veſtitis, ſeſcunciam circiter longis $\frac{1}{4}$ unc. latis prope extremum ubi latiſſima, & rotundata, ex initio anguſto in eam latitudinem ſenſim diffuſa, ſucculenta, ſapore amaro & ingrato. Flores & ſemina non obſervavi, proinde quòd ad hunc locum pertineat non ſatis tus ſum.

In **Gun-Capos** inſula prope *Portum Regalem* urbem.

Deſcriptio hujus plantæ *Marcgraviana* habetur in *Hiſt. noſt. Append.* p. 1877.

18. Portulaca *Africana* ſemper virens, flore rubicundo *Hiſt. Amſt.* rar. P. 2.

Ex *radicibus* albicantibus *Caulis* exſurgit rotundus, in varios diviſus ramulos, humi diffuſos, cui multa adnaſcuntur *folia*, craſſa, ſucculenta, viridia, & mucronata. Ramulorum ſummitates ornant in pediculis longioribus *Flores* pentapetaloides rubri: perianthium bifidum eſt, ſucculentum & viride. Flores ſequuntur *capſulæ* ſeminales, quæ in unicâ cavitate *ſemina* continent plurima, parva & pallida. Foliorum & caulium ſapor cum ſapore *Portulacæ ſativæ latifoliæ* C. B. convenit.

1. Nummularia minima flore albo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Plantula hæc *cauliculis* repentibus & ramulis numeroſis prociduis ſe diffundit,& ſolum latè occupat. Sunt autem *ramuli* tenues, teretes, fuſci, radicibus fibroſis demiſſis terram apprehendentes; versùs extrema, *foliis* creberrimis, alternatim poſitis, rotundis, *Nummulariæ minoris flore purpuraſcente C. B.* ſimilibus, duntaxat minoribus, veſtiti. *Flores* è foliorum alis emergunt in perbrevibus pediculis, albi, pentapetali cum ſtaminulis aliquot in medio, calice viridi oblongo excepti.

Copiosè oritur in prato **Savanna** dicto prope urbem S. *Jago de la Vega*, in locis ubi poſt pluviam tempeſtatem aquæ ſtagnârant.

2. Nummularia ſaxatilis minima repens, foliis crenatis villoſis, floribus albis *Slon. Cat. Jamaic.* An Vitis Idæa paluſtris *Americana*, foliis parvis, circinatis, elegantiſſimè crenatis, ex inſula *Jamaicana Pluk. Almag. Bot?* p. 392.

D. *Sloane.*

Plantula iſthæc reptilis pro *radicibus* tenues, capillaceas fibrillas obtinet quas è geniculis emittit: *Cauliculos* tenues, teretes, piloſos, ad ſemuncialia intervalla geniculatos; è geniculis exeuntibus, in pediculis $\frac{1}{8}$ unc. longis, *foliis* parvis, rotundis, pallidè viridibus, hirſutis, diametro $\frac{1}{4}$ unc. long. circa margines inciſis. In ſummis caulibus *flores* proveniunt multi, ſimul aggeſti, perexigui, albi; verùm an ad hunc locum propriè pertineant neſcio.

Rupes tegens reperitur in montibus propè agros D. *Elletſon* in *Liguanee.*

3. Nummulariæ foliis & facie *Virginiana*, floſculis parvis tubuloſis, ſummo ramulo binatim junctis: an fortè de Rubiarum genere? tunc dici meretur, Rubeola *Virginiana*, Nummulariæ foliis binatis, floſculis in ſummo purpuro-cœruleis.

4. Nummularia mucronata Cap. Bæ Spei *Bod. à Stapel.* in *Theophraſt. Hiſt.* Plantæ papilionaceæ ſpecies eſt, cujus ſpecimen ſiccum nobis exhibuit D. *Sherard.*

P. 1045. & 1049. Ad Capita De Sedo déque Geo, *Tourn.* & Sanicula montana.

1. Sedum Pyrenaicum ſerratum minus, flore guttato *H. R. P. Schol. Bot.* Cotyledon minima *Hort. Pat.* Omnibus partibus reliquis congeneribus minus eſt.

2. Sedum ſerratum floſculis compactis immaculatis D. *Lhwyd.* montanum, bicorne, glabrum, flore candido, non guttato *Bobart. Hiſt. Oxon.* P. 3. In ſummis montibus *Arvoniæ* è rupium fiſſuris provenientem obſervavit D. *Lhwyd*, item in rupibus *Clogwyn y Garnedh Crib y Diſtilh, y Clogwyn du ymhen y Glyder. Folia* pinguiora & ſpiſſiora, latiora, glabra, mucronata, in ambitu dentata, à *radice* fibroſa Auriculæ urſi in modum humi incumbunt. Ex horum centro *caulis* aſſurgit palmaris, foliis nudus glaber, floſculis in ſummitate candidis, immaculatis, numero 6, 8 aut pluribus, petiolis brevioribus donatis, ut ſimul compacti in thyrſum appareant. D. *Bobart.*

3. Sedum montanum bicorne rotundifolium minus non ſerratum D. *Sherard.* Modo creſcendi, foliorúmque textura reliquis hujus generis ſimile eſt. In orbem digeſta promuntur folia, petiolis adnata, rotunda, parva & crenis deſtituta. Caulis gracilior ac brevior, nudus, in ſummo conſimilibus floribus punctatis onuſtus eſt. D. *Bobart.*

4. Sedum ſerratum humilius, Phyllon alterum flore ſingulari purpureo *J. B.*

5. Sedum bicorne hirſutum *Virginianum*, mucronato & dentato folio, *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus icon à D. *Baniſter* eleganter depicta radicem monſtrat *Britannici* noſtri craſſiorem, foliáque latiora, hirta & dentata. Caulis nudus in plures alas ſe ſpargit, circa quem & petiolos unciales, plurimis floſculis albis, 5 petalis acutis compoſitis, ornatur. D. *Bobart.* Sanicula *Virginienſis* alba folio oblongo mucronato *Pluk. Phyt.* T. 59. F. 1. Saxifraga alba, folio oblongo mucronato ſeu acuminato D. *Baniſt. Cat. Mſſ.*

6. Sedum Alpinum umbilicato folio, radice repente *Schol. Bot.*

7. Sedum minimum Alpinum villoſum alterum *Park.* 738.

8. Sedum *Pyrenaicum*, pallidè luteum, foliis partim integris, partim trifidis, *Schol. Bot.*

9. Sedum petræum teretifolium *Virginianum* D. *Baniſter Pluk. Phytogr.* T. 223.

10. Sed. *Pyrenaicum* pyramidale longifolium, elegantiſſimum *Schol. Bot.*

11. Sanicula montana crenato folio longiore, pediculo folioſo *Ejuſd. Pluk.* T. 222. F. 1.

12. Sanic. Alpina minima, umbilico pallido *Flor. Bat. flo. Hort. Lugd. Bat.* Herman.

13. Eadem anguloſo folio *Ejuſdem.*

14. Sanicula montana, &c. flo. gutttis nigricantibus aſperſo *Flor. Bat. flo.*

15. Sanic. Alpina, Cotyledonis folio rotundo, umbilico pallido *Ejuſdem.*

16. Geum paluſtre *Luſitanicum* minus & ramoſius *Tournef. Elem. Bot.*.

17. Sanicula *Æthiopica* anguſtif. florum petalis magis acuminatis *Pluk. Almag. Bot.* T. 313. F. 3.

18. Sedum ſeu Cotyledon parvam *Marilandicum*, floſculis in ſummo caule coacervatis albis.

Caulis ſemipalmaris eſt aut paulò altior, teres, hirſutus, nudus ad ſummitatem uſque ubi floſculi exeunt. *Folia* pediculis oblongis planis inſident, triangulata aut ſubrotunda.

19. Geum folio circinato, acutè crenato, piſtillo floris rubro *Tournefort. Elem. Bot. Magnol. Hort. Monſp.*

Tournef.

Radix fibroſa, è lateribus propagines agens, multa producit *folia*, ferè rotunda, crenata, pinguia, infernè glabra, ſupernè pilis plurimis donata, pediculis longis piloſis inhærentia. *Caules* ſemipedales ſunt, nudi, piloſi, in extremitate ramoſi, in quibus naſcuntur *flores* pentapetali, albi, ſangineis punctis notati, cum multis *ſtaminibus* albis, *apicibus* ſanguineis, & *piſtillo* pariter ſanguineo ſive rubro. *Vaſcula* & *ſemina* ſuccedunt congenerum ſimilia. In *Pyrenæis* montibus oritur.

20. Geum folio rotundo minore, piſtillo floris rubro, *Tournef. El. Bot. Magnol. Cat. Hort. Monſp.*

Tournef.

Folia plurima gerit, in varia capitula in orbem diffuſa, & humi jacentia, unciam fermè longa, ſubrotunda, craſſa, glabra, nitida, obſcurè virentia, ſubtus dilutiora, in pediculum tenuata ſemunciam longum, duáſque pænè lineas latum, cum oris villoſis. *Caules* dodrantales ſunt, nudi, villoſi, ramoſi, patulique, *floribus* onuſti pentapetalis, micis aureis & miniatis aſperſis. *Stamina* candicant, *apices* purpuraſcunt : *piſtillus* centrum tenet ruber, pyramidalis, bicornis, & mutatur in *capſulam* ejuſdem formæ, ſed ampliorem, in duo loculamenta diſtinctam, *ſeminum* minutiſſimorum & nigricantium plenam. *Calix* è 5 foliolis viridibus deorſum inflexis componitur. In montibus naſcitur apud *Cantabros.*

De Cortuſa.

D. *Hermannus* Cortuſæ 4 ſpecies proponit, 1. *Cortuſam Matth.* 2. *Cortuſam Americanam, flore ſpicato, petalis integris* i. e. Cortuſam *Indicam* & Hederam terreſtrem *Bod. à Stapel* in Theophr. hiſt. quæ noſtra quoque eſt 2da. 3. *Cortuſam Americanam, ſpicato flore, petalis fimbriatis* H. Ac. L. B. Hic duplici nomine me reprehendit, primò Quòd ex hac 3tia ſpecie tres diſtinctas fecerim. Qua in re mihi certè injurius eſt, non enim ſpeciem hanc in tres ſed in duas tantùm diſtinxi, ob nominum diverſitatem, 2do Quòd Plantam hanc, autore *Hermanno*, ad Pyrolæ claſſem referendam eſſe ſcripſerim, cùm tantum abſit ut hoc unquam docuerit, ut potiùs probaverit hanc & præcedentem eſſe plantas *angiopolyſpermas*, ſeminibus parvis

parvis oblongis nigris lucidis, conceptaculis parvis subrotundis, nonnihil depressis, leviter acuminatis, per mediam longitudinem lineolis inscriptis, nequaquam bicapsularibus, nec intergerinâ membranâ velut Thlaspi præditis, sed unicapsularibus, & dum flores defluxerunt grandescentibus, & in duas carinas dehiscentibus ; floribus minutis in 5 segmenta divisis & spicæ ordine structis ; Calyculis rotundis laxis in viridi albentibus. Hactenus *Hermannus*. Quibus respondeo, Hausisse me è Catalogo manuscripto Horti *Leydensis*, quem dictante D. *Hermanno* scripsit D. *Palmer* M. D. *Londinensis* quod tradidi de Genere hujus Cortusæ, quòd sc. autore *Hermanno* ad Pyrolam referenda esset. Quicquid autem erratum est in descriptione conceptaculi seminalis mihimet imputandum esse agnosco, qui specimen duntaxat siccum inter chartas compressum hujus plantæ vidi, & vasculum distortum prout mihi apparuit descripsi.

4ta species est *Cortusa Americana, flore squallidè purpureo, vulgò dicta*, Quo nomine quoque in H. Ac. L. B. catalogo inter Primulas veris proponitur. D. *Plukenet* Phytogr. T. 59. hujus ramulum pinxit subscripto nomine *Saniculæ* seu *Cortusæ Americanæ spicatæ, floribus squallidè purpureis*.

Radice constat multiplici, palmum longa, digitum crassa, nonnihil intorta, foris fusca, intus albida, ex multis ad latera nascentibus propaginibus, quasi totidem radicibus, cum intermixtis aliquot tenuibus fibris cohærente. In singulis harum capitibus *folia* profert, in orbem fusa, vitiginea, longis pediculis innixa, Cortusæ *Matth.* paria, ast ampliora, multò majora, minúsque rugosa, supernè saturatiùs virentia, infernè pallidiora, in ambitu crenata, & nonnunquam laciniata, crenis in brevem & inermem aculeum desinentibus. Intra hæc eriguntur *Cauliculi* sequipalmares, tenues, nunc simplices foliis vidui, nunc ex aliquot ramis compositi, & ad quemlibet ramorum ortum folio inferioribus multò minori præditi. His ferè à medio ad fastígium usque circumstant *Flosculi*, in laxiorem q. spicam digesti : Singuli autem constructi sunt è parvo quinquifido calice, & prominentibus aliquot apiculatis *staminulis* sordidè purpurascentibus. De seminibus horúmque conceptaculis nihil statuo, ea enim quamvis in hortis nostris copiosè floruerit, necdum vidisse contigit.

In quovis solo licet frigidiusculo sine ullo labore succrescit, & multiplicatur. *Sapor* inest terreus & adstrictorius, *odor* omnino nullus. *Herman.*

1. Cotyledon *Marilandica*, flosculis pluribus, albis minimis.

Folia è radice exeunt, Sedi alicujus aut Cotyledonis similia, pediculo oblongo, plano & latiusculo, oblongo-rotunda, circa margines dentibus obtusis non tamen profundè incisa, unguis humani pollicis magnitudine. *Caulis* simplex, sesquipalmaris aut etiam semipedalis, ramosus, inferiùs ad ramorum usque egressum nudus, ubi tenuissima quædam & oblonga foliola emittit. In summis caulibus & ramulis *flosculos* gestat plurimos, parvos, albos, & quantum discernere licuit pentapetalos. Fructum non perfecerat, ideóque qualis sit nescimus. E *Marilandia* ad D. *Petiver* missa est, à quo habuimus.

2. Sanicula Alpina Geranii Columbini tenuiùs dissecti foliis, floribus amplis albis D. *Sherard.*

3. Saxifraga montana pyramidalis, Sedi folio longiore *Tournef. El. Bot.*

4. Saxifr. *Pyrenaica* lutea minima, Sedi foliis densissimè congestis. *Ejusd.*

5. —— Alpina lutea, Sedi folio *Ejusd.*

6. —— *Pyrenaica* tridactylites latifolia *Ejusd.*

7. —— *Cantabrica* latifolia tridactylites, rigidior *Ejusd.*

8. —— tridactylites *Pyrenaica* pallidè lutea minima *Ejusd.*

9. —— *Pyrenaica*, foliis partim integris, partim trifidis. *Ejusd.*

10. Sanicula aizoides, foliis serratis oblongis multiflora *H. L. B.* Sedum serratum flore albo multiflorum *Dod. mem.*

11. Sanicula Alpina Alsines folio *Virginiana Pluk. Almag. Bot.* Saxifraga petræa Alsinefolia *Banisteri.*

12. Auriculæ ursi aut potiùs Cortusæ Matthioli facie Planta *Æthiopica*, foliis ad lacinias superna parte, spinis stellæ in modum diductis echinata, & ad oras pilis longioribus fimbriata *Pluk. Almag. Bot.* T. 271. F. 1.

13. Auricula ursi montana, angustis & leviter crenatis foliis, floribus purpureis, in Hort. *Patavino* collecta *Pluk. Phyt.* T. 149. F. 6.

14. Auricula urſi *Virginiana*, floribus albis, Boraginis inſtar roſtratis, Cyclamini more reflexis *Ejuſdem* T. 79. F. 6. à celeberrimo Botanico D. *Jo. Baniſter* in *Angliam* tranſmiſſa eſt è *Virginia*.

15. Sanicula aizoides, ſerratifolia minor *Cap. Bæ Spei.* Ad D. *Stoneſtreet* à fratre ſuo allata eſt. *Pluk. Mantiſſ.*

16. Sanicula Alpina, Alſines Holoſtii foliis glabris, flo. albo *Prom. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*

17. Sanicula Alpina aizoides *Africana*, folio & caule hirſutis *Ejuſd. ibid.*

18. Saniculæ ſeu Cortuſæ facie, Herba *Africana*, folio teneriori, *Ejuſd. ibid.*

19. Saniculæ facie *Æthiopica*, foliis rigidioribus. An Geranium *Æthiopicum* Saniculæ folio *Ejuſd. ibid?*

20. Sanicula Alpina aizoides, foliolis orbiculatis piloſis, Rorellæ in modum ad oras fimbriatis, flore purpureo *Pluk. Mantiſſ.* An Sedum ſaxatile hirſutum purpureum *C. B.* 284. quod 5. in *Prodr.* Plantula hæc perelegans, humi ſtrata, ceſpitis muſcique inſtar ſaxa exornat, & *Angliæ* Septentrionalium alumna eſt.

P. 1053. Ad Cap. De Viola.

1. Violæ ſurrectæ ſpecies peregrinæ è codice *Bentingiano Pluk. Phyt.* T. 234. F. 4.

2. Violæ ſurrectæ affinis, Pinguiculæ facie *Prom. Bæ Spei* ex codice *Comptoniano Ejuſd. ibid.* F. 5.

3. Viola *Pyrenaica* longiùs caudata, Teucrii folio *Tournefort. Elem. Bot.* In ſpecimine ad me tranſmiſſo ab eximio botanico D. *Carolo Preſton* M D. Folia in caule bina ex adverſo ſita erant. Flores è foliorum alis ſinguli ſeu ſolitarii exibant, pediculis longiſſimis inſidentes, ipſi etiam in cornu ſeu calcar oblongum retrorſum extenſi. Vaſcula ſeminalia longa, anguſta, in tres carinas dehiſcebant, ut in congeneribus.

4. Viola Alpina minima, Nummulariæ folio *Bocc. Muſ. plant. rar.* T. 127. p. 163.

In montibus *Corſicæ* inter ſaxa oritur hæc planta. Flores producit cœruleos, folia rotunda inter Alſinem & Nummulariam media.

5. Viola *Virginiana*, Platani ferè foliis, parvis & incanis *Pluk. Mantiſſ.*

6. Violæ ſurrectæ ſimilis Planta *Mariana*, pediculis florum hirſutie pubeſcentibus *Ejuſd. ibid.*

7. Violæ flore, foliis oblongis anguſtis dentatis, monanthes *Cap. Bæ Spei.* Altitudo palmaris aut ſeſquipalmaris. Flos in ſummo caule longo pediculo inſidet.

8. Viola petræa *Baſambarenſis*, Ocimi folio, flore majore inodoro cœruleo, *Hort. Cath.* 230. *Folia* parva ſunt, quàm Violæ Martiæ multò minora & anguſtiora, circa margines crenata. *Flores* pro plantulæ modo ampli pediculis palmaribus inſidentes.

9. Viola *Cyrnea* fruticeſcens, Satureiæ foliis D. *Sherard.*

10. Viola rubra ſtriata Eboracenſis *Park.* eſt eadem cum Viola paluſtri rotundifolia glabra *Moriſ. hiſt.*

11. Viola cœrulea Trachelii folio minori, ſubhirſuto. Cluſter-Violet vulgò.

E *radice* fibroſa exeunt *caules* biunciales, nudi, ramoſi, è quorum faſtigiis plura erumpunt *folia* acuminata, ad Violam Martiam majorem, hirſutam inodoram *Moriſ. Hiſt.* accedentia, duplo tamen vel triplo minora, minuſque hirſuta, inter quæ *flores* naſcuntur copioſi cœrulei, Violæ Martiæ floribus paulò minores. Colitur *Horto Oxon.*

12. Viola rotundifolia minor lutea *H. R. P.*

13. Vi. bicolor hortenſis repens, flo. magno ex luteo & cœruleo *Flor. Bat. flo.*

14. V. *Virginiana* tricolor, foliis multifidis, cauliculo aphyllo *Baniſt. Cat. Pluk. Phytogr.* T. 114. F. 7. An Viola Alpina, folio in plures partes diſſecto *C. B?*

15. V. ſurrecta *Maderaſpatenſis*, Lini facie, rotundioribus imis foliis *Pluk. Phytogr.* T. 120. F. 8.

16. Viola

16. Viola Alpina rotundifolia minor *H. R. P. Pluk. Phytogr.* T. 233. F. 7.

17. V. cœrulea maxima, cucumerinis foliis hirſutis, *Virginiana, Pluk. Phytogr.* T. 234. F. 2.

18. V. *Hiſpanica* fruticoſa longifolia *Tourneſ. Elem. Bot.*

19. V. *Virginiana* elatior, floribus minutiſſimis, capſulis ſeminalibus canis *Pluk. Almag. Bot.*

20. V. maxima Cucumerinis hirſutis foliis, *Virginiana*, flore luteo *Pluk. Almag. Bot.*

P. 1054. Ad Cap. de Reſeda.

1. Reſeda *Pyrenaica*, Linariæ folio glauco *Schol. Bot.*

2. Reſ. minor *Indiæ* Orient. Ptarmicæ pratenſis folio, crenis exaſperato, ſeu Seſamoides parvum *Bengalenſe* ſerratum *Pluk. Phytogr.* T. 55. F. 5.

3. Reſ. latifolia minor Alpina, flore albo flaveſcente, fortè Reſeda latifolia flo. flavo *Moriſon. Hort. Blæſ. Pluk. Phytogr.* T. 219. F. 3.

4. Luteola *Luſitanica* pumila criſpa *Tourneſ. Elem. Bot.*

5. Reſ. *Maſſilienſis* foliis latioribus ctiſpis *Pluk. Phytogr.* T. 55. F. 4. Reſ. Gallica criſpa *Boccon.*

6. Reſeda *Mariana*, Luteola dicta, foliis ſupernis integris criſpatis, infimis autem Liliaceis planis *Pluk. Mantiſſ.* p. 160.

P. 1055. & ſeqq. Capiti de Geranio ſuis locis inſerantur,

1. Geranium *Cretico* ſimile, minùs incanum, acu puſilla, ex inſulis *Fortunatis Pluk. Almag. Bot.*

2. Geranium *Africanum* Betonicæ folio folio, procumbens, floribus parvis, eleganter variegatis *Pluk. Almag.* In Horto inſtructiſſimo D. D. *Uvedale* obſervatum.

3. Ger. noctu olens *Æthiopicum*, radice tuberoſa, foliis Myrrhidis anguſtiſſimis, ciliatis, flore ſubrubente *H. Beaum.* noctu olens *Æthiop.* radice tuberoſa, foliis Myrrhidis anguſtiſſimis, vel potùs Scandicis villoſiſſimis *Breyn. Prod.* 1.

4. Ger. Pimpinellæ Saxifragæ tenuifoliæ facie, *Africanum, Plukenet Almag. Bot.* An Ger. *Æthiopicum* flo. galeato, carneo, medio, foliis Pulſatillæ ſeu Dauci ſylveſtris *Breyn. Prod.* 2 ?

5. Ger. *Virginianum*, flore pulchro ſtriato *Munting. Herbar. Belgic.*

6. Ger. *Malvaticum* odoratum *Indicum Ejuſdem ibid.*

7. Ger. *Indicum* tenuifolium *Ejuſdem ibid.*

8. Ger. *Indicum*, nocte odoratum *Ejuſdem ibid.*

9. Geranium *Africanum* humile, Adianthi foliis *Herman. Parad. Bat.*

Herman.

Palmi altitudinem vix implebat. *Radix* quaſi in bulbum rotundabatur. *Folia* in tenuia ſegmenta Adianthi acroſtichi inſtar inſecta erant. Flos ex cœruleo & albo colore pulchrè ſtriatus apparebat.

In horto *Caſparis Fagelii* apud Batavos viguit.

10. Geranium batrachoides *Americanum* maculatum, ruberrimo flore *Herman.* Parad. Bat.

Hermannus.

Foliorum ſegmenta latiora & rotundiora erant quàm in Geranio montano fuſco, & nigricantibus maculis inſignita. *Flores* ruberrimo nitebant colore. *Calix* ſatis amplus in 5 foliola expandebatur.

In codicibus D. *Beaumont* conſpexit D. *Hermannus.*

11. Geranium repens, Botryos folio *Siculum Hort. Cath. Suppl.* 3.

Flores

Flores in communi prælongo pediculo tres plerumque petiolis privatis tenuibus longis insidentes. Roſtra pro parvitate plantæ prælonga ſunt. Siccam nobis commodavit D. *Sherard.*

12. Geranium montanum rotundifolium perenne flore purpureo majore *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 72.

Invenitur in Alpibus *del Cimone, della Bania* & *Sabaudicis.* A ſpeciebus omnibus Geranii rotundifolii à *C. B.* propoſitis differt, craſſitie, rotunditate & tomento foliorum, totiúſque plantæ habitu. Altitudine eſt ſpithamiæa & florem producit amplum.

13. Geranium ſupinum, rotundo Batrachoides craſſo tomentoſo folio, radice rufeſcente, longiùs radicata, *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 128. p. 160.

Palmi longitudine, humi procumbit. *Folia* profert Ranunculi batrachioidis, verùm parva & ſubrotunda, tomentoſa. *Flores* vinoſi, quibus ſuccedunt *roſtella* parva. *Radix* craſſa eſt, internè rufeſcens, perennis. Prope *Hydruntum* urbem in Regno *Neapolitano* invenitur, non procul Caſino D. *Peppe la Gatta.*

14. Geranium æſtivum minimum ſupinum, Alpinum chamædryodes, flore albo variegato *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 128. p. 160.

Planta eſt ſupina, & alia quacunque Geranii ſpecie minor. *Folia* producit Chamædryos ſimilia, parva velut Alſine foliis Triſſaginis *Lob.* Flos albus eſt, variegatus. In monte S. *Michaelis Corſicæ* inſulæ æſtate invenitur, dimidiæ Spithamæ altitudine.

15. Geranium Cicutæ folio, erectum *Romanum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 82. p.

Altitudo huic pedalis: *Folia* numeroſa laciniata, Buphthalmi quodammodo ſimilia aut Cicutæ, cum pediculo longiſſimo. Totius plantæ forma ad erectum & pyramidalem ſitum potiùs quàm ad procumbentem accedit. Acus longæ ſunt, verum tenuiores quàm Ger. Cicutæ folio acu longiſſima *C. B. prod.* aut alterius Chryſanthemi *Cretici* folio. Duobus à Roma m. p. in colle & vinea Monaſterio S. *Pauli* vicina invenitur.

16. Geranium Chryſanthemi *Cretici* folio *Neapolitanum Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 63.

Planta eſt fruticoſa, ulnæ altitudine è terra elata. *Folia* profert villoſa, laciniata, Chryſanthemi *Cretici* in modum. Acus longiſſimæ illas *Geranii Cicuti folio* imitantur. *Flores* dilutè cœrulei ſunt. Prope *Brunduſium* urbem in Regno *Neapolitano* invenit.

17. Geranium montanum Botrys folio, acu ſurſum ſpectante. *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 145. T. 109.

Planta eſt præcox, ſpithamiæa longitudine, in terram reſupina, multis ramulis in orbem pedali diametro quaquaverſum extenſis. Acus producit dimidiam ſpithamam longas, rectas, ſurſum ſpectantes.

18. Geranium malacoides ſupinum, lato, rotundo, craſſo, rugoſo, integro folio, acu breviſſima, *Carinenſe Boccon. Muſ. pl. rar.* T. 89.

Humi ſtrata eſt, ramulis crebris in orbem ſeſquipalmaris diametri diffuſis terram occupans. *Folia* ampla, & rugoſa ſunt, velut Alni aut Ulmi: *Acus* breves; *Flores* roſacei. In loco montoſo, mille paſſ. à *Terra di Carini* diſtante, via *alle Croce* ducente, invenitur: in *Sicilia.*

19. Geranii Robertiani quodammodo ſimilis, folio magis anguloſo, Planta *Æthiopica Pluk. Mantiſſ.*

20. Geranium ſaxatile procumbens, foliis ſubtus caneſcentibus, flore majore candicante, ex Inſula *Pico Ejuſd. ibid.*

21. Geran. parvum *Æthiopicum*, flore magno candicante, Lupini foliis argento-ſericeis *Ejuſd. ibid.*

22. Geran. fruticoſum Betulæ foliis *Africanum Ejuſd. ibid.*

23. Geranium *Africanum*, foliis Adianthi nigri Officinarum *Ejuſd. ibid.*

24. Geranium marinum Althææ foliis, pulchrè laciniatis, petiolis cruentis, flore rubello, vel purpureo-rubro *Hort. Cathol. Cupani.*

Roſtra longiſſima & tenuiſſima ſunt, tria, 4ve in eodem communi pediculo. An Geranium procumbens, Althææ folio, *Siculum Catal. noſt.*

25. Geranium

25. Geranium Geranii hæmatodis folio & facie. Hoc titulo à D. *Sherard* accepi plantam Geranio hæmatodi ſimillimum, verùm floribus in communi pediculo duobus, cùm Geranium hæmatodes ſingulos tantùm in ſingulis pediculis geſtet.

26. Geranium *Syriacum* foliis lobatis ad Caryophyllatæ accedentibus, flore purpureo.

In planta ſicca, nobis à D. *Sloane* communicata, pediculi flores ſuſtinentes è radice exibant, & duos tantùm flores geſtabant, ſemipedali autem circiter altitudine erant. Folia duobus tribúſve & non rarò ſingulis tantùm pinnarum lobulorúmve paribus conſtabant, pediculis longiſſimis donata.

Gerania Africana ſunt vel majora, vel minora, & plerumque habent duo folia multò ampliora cæteris tribus.

27. Geranium *Africanum* hirſutum, Uvæ criſpæ folio laciniato, flo. duabus maculis purpureis notato.

D. *Sherard.*

E *radice* vivaci *cauliculos* emittit pedales, geniculatos, hirſutos, humi ſtratos. *Folia* quæ è radice exeunt, pediculis ſextantalibus, quæ verò è geniculis alternatim prodeunt palmaribus appenſa : ſunt autem *Uvæ criſpæ* pæne forma & magnitudine ad umbilicum uſque variè diſſecta. Ex horum alis eriguntur pediculi palmares itidem versùs ſummum in 3, 4ve petiolos unciales divaricati, *floribus* parvis pentapetalis coronati, quorum duo majora petala duabus maculis ſaturatè purpureis notantur, tria minora purpuraſcunt. Sequuntur quina *ſemina* parva coloris citrini.

28. Geranium *Africanum*, foliis tenuiſſimè diſſectis, ſubtus argenteis, floribus albis, binis uni pediculo inſidentibus.

Plures fundit *caules*, anguloſos, pedales, humi ſtratos. Folia à quinquefolio folio argenteo *C. B.* non multùm diverſa, ſed majora & tenuiùs laciniata, ſupernè viridia, ſubtus argentea, pediculis longiſſimis inſidentia, ad quorum exortus adſtat utrinque foliolum in duo capillamenta diviſum. Pediculi florum è foliorum alis exeunt, ſunt autem ferè dodrantales, verſus ſummitatem bifidi, ſuſtinentes duos flores ſatis amplos, albos, lineis carneis ſtriatos, ex quinque petalis æqualibus conflatos. *Calix* floris quinquepartitus, argenteus. *Muſ. Pet.* 646. nominatur Geranium *Africanum* quinquefolii Tormentillæ facie. *Hort. Beauf.* floruit.

29. Geranium *Africanum*, foliis Robertiani ferè diviſurâ, ſubtus glaucis, pediculis longis inſidentibus, floribus albis D. *Sherard.* Folia parva ſunt, non ad mediam uſque coſtum diſſecta ut in *Ger. Robert.*

30. Geranium *Africanum* humile, radice Rapacea, foliis integris, & tenuiter diſſectis, glabris ; floribus in umbellam diſpoſitis, carneis ſtriatis. In hujus plantæ foliis natura mirè ludit, alias enim integra oblonga, acuta ſunt, aliàs minutiſſime diſſecta Chamæmeli inſtar. Dupliciter ut ita dicam umbellata eſt. Caulis enim primo in multos radios dividitur, quorum ſinguli umbellam geſtant.

31. Geranium *Africanum* humile, radice Rapacea, foliis hirſutis integris & diſſectis, floribus in umbellam diſpoſitis, copioſis, ex purpura nigricantibus D. *Sherard.*

In hujus plantæ quemadmodum in præcedentis foliis natura mira varietate ludit, alia enim integra ſunt, alia variè diſſecta. *Flores* in umbellis copioſiſſimi.

32. Geranium *Africanum* umbellatis floribus carneis, duabus maculis nigricantibus inſignitis, foliis tenuiſſimis, radice Rapacea D. *Sherard.*

Differt hoc Genus, notante D. *Sherard*, à Geranio Myrrhidis folio *Hort. Amſt.* P. 2.

33. Geranium *Africanum* fruteſcens, Chamædryos folio glauco, floribus ſtriatis rubris D. *Sherard.*

Flores in ſummitate communis pediculi plures ſimul velut umbellatim digeſti.

34. Geranium *Africanum* hirſutum, Ribis folio, floribus umbellatis purpureis D. *Sherard.*

Flores in umbellis petiolis inſident breviſſimis & ferè nullis, densè ſtipati. Roſtra quoque breviſſima eſſe videbantur.

35. Geranium *Africanum* umbelliferum, Betonicæ folio, tenuiter diſſecto & hirſuto, flore magno carneo D. *Sherard.*

Tota

Tota planta valde hirſuta eſt ſeu lanuginoſa: radix craſſa ſcabra, longa. Planta quam nobis impertivit D. *Sherard* ſeſquipalmarem altitudinem non excedebat.

36. Geranium *Africanum* tenuifolium, Robertiani diviſuris, flore magno ſtriato ex codice *Comptoniano Pluk. Tab.* 186. F. 4.

Folia plantæ quam pro hac ſpecie nobis exhibuit D. *Sherard* circumſcriptione extrema rotundiora erant quàm Geranii Robertiani foliorum partes utrinque in anguſtas & acutas lacinias diſſectæ. Flores in ſingulis pediculis ſinguli, roſtra brevia.

37. Geranium *Africanum*, floribus rubellis, foliis glabris cordiformibus ſerratis, circulo purpureo inſcriptis D. *Sherard*.

38. Geranium *Africanum* hederæ arboreæ folio, floribus purpureis.

Elegantiſſima hæc Geranii ſpecies ex ſeminibus è *Prom. Bæ Spei* tranſmiſſis, enata in Horto illuſtriſſimi Principis Ducis de *Beaufort* hoc *Anno* [1701] floruit.

Caules promit pedales & altiores, ramoſos, craſſos, foliis veſtitos, figura & ſubſtantia carnoſa, hederæ arboreæ foliis ſimillimis, craſſis, viridibus, ſubinde circulo purpureo inſcriptis, pediculis ſeſcuncialibus & biuncialibus adnatis. Pediculi florum è foliorum alis exeunt, triunciales, craſſi, ſuſtinentes umbellam *florum* amplorum è quinque petalis difformibus conſtantium, coloris è carneo ad purpureum vergentis, duobus petalis majoribus, lineis obſcurè purpureis ſtriatis, ſemen nondum perfecit, videtur planta perennis.

39. Geranium *Africanum*, foliis plerunque auritis, floribus ex rubro purpuraſcentibus *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Ex *radice* quam exhibet hoc Geranium albicante & fibroſa plurimi ſimul exoriuntur *pediculi* duas tréſve uncias longi, quæ in *folia* exeunt oblonga, rotunda, viridia, nervo unico per longitudinem producto prædita, quorum principio duo plerunque alia adſtant alarum inſtar *foliola*. Statim etiam ex ipſa radice exeunt pediculi pedales & altiores, rotundi, tenues, quorum ſummitates ex perianthio quinquifido & hirſuto *Flores* exornant, in umbellæ formam diſpoſiti, propriiſque pediculis ſuſtenti, pentapetali, ex rubro purpuraſcentes. Præter ipſa *ſtamina* albicantia *ſtylus* è floris medio exit, in ſummitate quinquifidus, purpuraſcens & reflexus. Flores evanidos inſtar congenerum quinæ ſequuntur *capſulæ* ſeminales, in apicem Ciconiæ roſtrum referentem exeuntes, quæ totidem includunt *ſemina*, & ubi maturuerint ſponte ab invicem ſejunguntur. Floret Auguſto, & Septembris initio ſemina perficit.

40. Geranium *Africanum* noctu olens tuberoſum, Vitis foliis, hirſutum *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radicem habet craſſam, tuberoſam, inæqualem, caſtanei coloris, pauciſſimas emittentem fibras; ex qua ſtatim unà cum caule flores producturo pediculi exoriuntur ſpithamiæi, hirſuti & virides, qui *folia* ſuſtinent ampla, viridia, hirſuta in 3, 4ve profundas lacinias diviſa, crenata, quorum quædam alarum inſtar aliis duobus foliis, quaſi totidem forent folia diſtincta, circa foliorum exortum ipſi pediculo annexis, prædita ſunt. *Caulis* florifer pedalis & altior, rotundus, viridis & hirſutus, quam cùm nactus ſit altitudinem capitulum rotundum hirſutum in cacumine ſuſtentatum explicatur & in 3,4ve dividitur pediculos digito longiores, hirſutos etiam & ſubrotundos, quorum ſummitates ex pediculis parvis in umbellam diſpoſitis *flores* ornant pentapetali, ad purpureum colorem inclinantes, & limbis ſulphureis prædiți: Hi noctu, vel ipſo etiam Sole abſente odorem ſpirant non ingratum, Sole autem præſente odor percipitur nullus. Perianthium, quo flos ante ſui explicationem obtegitur hirſutum & quinquifidum eſt. Fructus & ſemina ut in reliquis.

41. Geranium *Africanum* Myrrhidis folio, flore albicante, radice rapacea *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radix hujus in ventrem amplum, pugno ferme æqualem extuberat, inſtar radicis Rapæ ſativæ rotundæ C. B. fuſca; quæ varia è longiore & hirſuto pediculo producit folia longiora, inſtar Myrrhidis inciſa, hirſuta. Ex ipſa etiam radice pediculi exeunt pedales & longiores, rotundi & hirſuti, quorum cacumina in alios minores, umbellatim diſpoſitos dividuntur, quorum quiſque in perianthio quinquifido *Florem* ſuſtinet pentapetalum & albicantem, cujus tria petala eriguntur, reliqua duo deorſum flectuntur (quaſi galeatus & labiatus eſſet) quæ duo petala maculis purpuraſcentibus in ipſa flexura notantur; è quorum medio ſtylus erigitur, in ſummitate purpuraſcens, quinquifidus & reflexus, quem 4 circumſtant *ſtamina* albicantia. *Fructus* ut in reliquis congeneribus.

42. Geranium Hæmatodis facie, tenui radice, annuum *Hort. Cath. Suppl.* 3.

Folia huic profundè & tenuiter diſſecta ſunt ad modum ferè Geranii hæmatodis, aut Columbini foliis magis diſſectis. *Flores* nunc ſinguli, nunc bini in eodem communi pediculo. Roſtra brevia ſunt. Caules & florum pediculi hirſuti admodum. 43. Gera-

43. Geranium perpetuum, rotundo folio Malvæ, flore & folio majori *Hort. Cath. Suppl.* 3. an Ger. montanum rotundifolium perenne, flo. purpureo majore *Bocc. Muſ.*

Folia Malvaceorum circumſcriptione ſunt, profundè tamen diviſa (ſed non ad pediculum uſque) in plures inſigniores lacinias [5 vel 7] quæ & ipſæ iterum inciſæ ſunt in aliquot ſegmenta. *Flores* in ramulis ſuperiora versùs nunc ſinguli, nunc in eodem communi pediculo bini. Roſtella brevia. D. *Sherard* hanc & præcedentem ſpeciem à *Principe Catholicæ* acceptam ad nos tranſmiſit.

44. Geranium *Hiſpanicum* magna radice, Cicutæ folio craſſiore *Schol. Bot.*

45. Geranium ſaxatile, Robertiano ſimile, *Anglicum. Ejuſd.* An Geranii Robertiani laciniis, ex virore lucidum, brevioribus roſtris *Pluk. Almag. Bot.*

46. Geranium *Pyrenaicum*, foliis cineraceis, radice craſſa, magno flore variegato *Tournefort. Elem. Bot. Pluk. Mantiſſ.*

47. Geranium maritimum laciniatum annuum acu longiſſima *Tournefort. Elem. Bot.*

P. 1100. Ad Cap. De Rore Solis.

1. Ros ſolis *Africanus*, Ciſti flore albo, caule folioſo D. *Sherard*, An Rorella major, oblongo folio, *Monomotapenſis* flore albo, caule folioſo *Pluk. Mantiſſ.* p. 163.

Quam nobis exhibuit Planta D. *Sherard* altitudine erat pedali, cauliculo tenui ab imo ad ſummum uſque foliis veſtito ſatis crebris, unciam aut ſeſcunciam longis, anguſtis, circa margines piloſis, acutis, *florem* in faſtigio geſtante ſingularem, amplum.

2. Ros Solis *Africanus*, foliis prælongis, caule nudo altiſſimo D. *Sherard.*

Folia palmum ferè longa ſunt, ſemunciam lata, obtuſa, tota ſuperficie, præſertim ad margines crebris pilis hirta. *Caulis* dodrantalis, nudus, ad ſummum ferè, ubi duos, treſve flores edit, quorum nec figuram nec colorem in ſicca diſcernere licuit.

3. Ros Solis *Capenſis*, noſtrati longifolio ſimilis, fructu tamen, ut videtur, craſſiore.

P. 1065. Ad Cap. de Goſſipio.

1. Goſſipium ſeu Xylon arbor Occidentale, foliis digitatis, per margines crenatis, fructu conoide quinquecapſulari, lanugine leucophæa referto *Pluk. Phytogr.* T. 189. F. 1.

2. Goſſip. ſeu Xylon arboreum *Ἰουδαϊκὸν* ritè dictum, è *monte Serrato Americanum*, quinquecapſulari fructu cylindroide, leucophæa lanugine farcto *Ejuſdem ibid.* F. 2.

3. Goſſip. fruteſcens annuum, folio Vitis ampliori quinquefido Inſulæ *Providentiæ*: An Bambagia arborea di Pernambuco *Zanoni Pluk. Phytogr.* T. 188. F. 2.

4. Goſſipium herbaceum ſeu Xylon *Maderaſpatenſe* rubicundo flore, pentaphyllæum *Ejuſd. ibid.* F. 3.

5. Goſſipium arboreum flore atro-purpureo *P. B. P.*

6. Goſſipium ſericeum *Ejuſd.*

P. 1070. Ad Cap. De Alcea *Indica.*

1. Alcea veſicariæ ſimilis *Æthiopica*, moſchum redolens, ſummo tantùm folio circa margines crenato. *Pluk. Almageſt. Phytogr.* T. 204. F. 2.

2. Alcea procerior Ricini folio *Virginiana*, quintuplici parva capſula, flore albo tubulato *Pluk. Almageſt. Botan.* Ricini folio *Virginiana* flore albo parvo *Breyn. Prod.* 2.

3. Alcea fruticoſa *Malabarienſis*, anguſtioribus foliis rigidiuſculis, floribus amœnè rubellis, ſemine pappoſo *Pluk. Almageſt. Botan.* T. 254. F. 3.

4. Alcea *Americana* Morifolia, quinque capſularis *Hiſpaniolenſibus Moho* dicta, fructu magno, lignoſo, pyramidali, plano, ſemine alato *Pluk. Almag. Botan.*

5. Alcea *Indica* Ulmi-folia prægrandis, ſubtus incana, flore amplo purpureo *Pluk. Phytogr.* T. 6. F. 3. Althæa magna, quinquecapſularis, foliis integris, ſubtus albicantibus,

floribus magnis *Baniſter Cat. Stirp. Virgin.* ad finem *Hiſt. noſt.* Inferiora hujus folia ſunt prorſus integra, ſuperiora tamen in lacinias ternas leviter inciſa, & averſa parte albicantia.

6. Alcea *Indica* arborea, folio molli, flore amplo, eleganter coccineo *Pluk. Almag. Bot.* T. 255.

7. Alcea arborea *Indica*, villoſa, quinis foliorum lobis, flore amplo ſulphureo *Ejuſd. ibid.*

8. Alcea acetoſa *Indica*, Goſſipii folio, pericarpio coccinei coloris, Capſici ſiliquam æmulante, Ex Inſula *Antegoana*, *Pluk. Almag. Bot.*

9. Alcea *Ægyptia* foliis acutioribus cum nervis purpuraſcentibus *Schol. Bot.*

10. Alcea Mori folio *Virginiana* major & minor *Ejuſdem.*

11. Alc. *Indica* fruteſcens, foliis ad margines exaſperatis, Bryoniæ albæ diviſurâ : E ſinu *Bengalenſi Pluk. Phytogr.* T. 5. F. 3.

12. Alc. ſpinoſa *Maderaſpatana*, foliis profundè laciniatis, Cannabis in modum pentaphyllæa, ſaporis acidi. An Acetoſa Indica *Bontii ? Ejuſd. ibid.* F. 4. Hujus meminit Cl. Vir, & ſedulus plantarum exoticarum explorator D. *Herman.* in *Cat. Hort. Ac. Lugd. Bat.* p. 27. Vide infra Alcea *Bengalenſis* ſpinoſiſſima, &c. *Hort. Med. Amſt. rar.*

13. Alc. ſeu Bamia *Americana*, parvo flore, petalis rotundioribus *Pluk. Phytogr.* T. 6. F. 4.

14. Alc. *Ind.* folio haſtato, flo. parvo purpureo, longo pediculo inſidente, pericarpio compacto duro, in 5 cellulas totidem ſemina includentes diſpertito *Ejuſdem.* T. 7. F. 1.

15. Alc. *Ind.* fruteſcens, foliis in lacinias variè diſſectis. An Alcea arboreſcens *Japanica*, folio Quereûs, flore pleno carneo, in medio roſeo Clar. *Breynii* Prod. 2. *Sanſanqua Japonenſibus Ejuſd.* T. 74. F. 1.

16. Alcea pentacoccos, Ranunculi auricomi folio & facie, *Maderaſpatenſis Ejuſd.* T. 125. F. 3.

17. Alc. fruticoſa Pentaphylloidis æmula, floribus amœniſſimè rubellis, calyce productiore è *Maderaſpatan. Ejuſd.* T. 126. F. 4. An Malva *Afric.* fruteſcens flo. rubro, *Hort. Amſt.* P. 2.

18. Alceæ affinis *Indica*, Abutilon dicta, flore flavo, foliis mollibus profundè venoſis, ſiliculis lanuginoſis. An Althæa Abutilon dicta *Indica*, flore luteo minore *Hort. Lugd. Bat.* Anoda *Zeylanenſium. Ejuſdem ibid.* F. 5 ? Abutilon *Indicum* J. B. & Camerarii ?

19. Alcea cibariæ ſeu Corchoro affinis, *Maderaſpatana*, flore flavo, oblongis glabris & nigrioribus foliis, capſula Caryophylloide brevi *Pluk. Almag. Bot.* Hæc planta in *Phytographia Pluknetiana* Tab. 44. F. 1. Lyſimachia non pappoſa Meliſſophylla *Maderaſpatana* inſcribitur.

20. Alcea olitoria ſeu Corchorus *Americana* prælongis foliis, capſula ſtriata, ſubrotunda brevi *Almag. Botan. Pluk.* T. 255. F. 1.

21. Alceæ cibariæ affinis *Orientalis*, brevioribus foliis, flore flavo, fructu Caryophylloide longiore, *Pluk. Almag. Bot.*

22. Corchoro affinis, Chamædryos foliis, flore ſtamineo, ſeminibus atris, quadrangulis, duplici ſerie diſpoſitis *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

E *radice* ſubnigra, altè in terram deſcendente *caulem* exſerit teretem, fuſcum, lignoſum, 3, 4ve pedes altum, in ramos quaquaverſum fuſos diviſum. *Folia* exeunt plura ſimul, quædam majora, alia minora, ſemuncialibus intervallis, pediculis pariter ſemuncialibus nixa, ipſa denique ſemunciam longa, ¼ unciæ lata, ad baſin ſci. ubi latiſſima, graminei viroris, circa margines denticulata, lævia : quibus appoſiti *flores* ſtaminei : Succedit *ſiliqua*, duas uncias longa, obſcurè fuſca, Seſami nonnihil ſimilis, duabus duntaxat valvulis ſubrotundis compoſita, in duas cellas membranâ intergerinâ diviſa, binos ſeminum nigrorum minutorum quadrangularium ordines continens, per maturitatem ſumma parte dehiſcens, & ſemen effundens.

Locis ſaxeis in *Guanaboa* & prope **Colonel Fullers Plantation** frequenter naſcitur.

23. Alcea

23. Alcea Abutilon dicta foliis lobatis, minima *Ind. Orient. Pluk. Almageſt. Bot.* Floribus parvis luteis ex alis foliorum longis pedunculis inſidentibus ab Althæa morifolia *Indiæ* Orientalis *Phytogr.* plurimùm differt.

24. Alcea moſchata villoſiſſima, foliis craſſis trilobatis in profundiores lacinias inciſis *Pluk. Phytogr.* T. 127. F. 1.

25. Alc. *Maderaſpatana*, haſtatis foliis glabris, pericarpio tantùm villoſa *Ejuſd. ibid.* F. 2.

26. Alc. cibaria ſeu Corchorus *Americana*, Carpini folio, ſextuplici capſulâ longiore ornata, an Corchorus *Americanus* minor, Carpini folio, ſiliquâ anguſtiſſimâ è lateribus ramulorum proveniente *Breyn. Prod.* 2 ? *Ejuſdem ibid.* F. 3.

27. Alc. olitoria ſeu Corchorus *Americana*, anguſto barbato folio, capſulâ ſtrictiori, *Ejuſdem ibid.* F. 4.

28. Alcea *Bengalenſis*, Sabdariffæ ſimilis, è Cod. *Bentingiano Pluk. Phytogr.* T. 240. F. 1.

29. Althæa *Americana* fruteſcens Populi albæ foliis *P. B. P. app.*

30. Althæa arborea *Indica*, flore luteo, folio triparito *P. B. P.*

31. Althæa roſea peregrina, fortè Roſa moſcheutos Plinii *Cornut. Ejuſd.*

32. Althæa humilis *Curaſſavica* floribus exalbidis *Ejuſd.*

33. Althæa *Americana* incana fruteſcens, flore coccineo *Ejuſd.*

34. Alth. *Braſiliana* fruteſcens, incarnato flore, Fegopyri ſemine, Planta innominata prima *Marcgrav.* l. 1. c. 22. *Ejuſdem.*

35. Althæa veſicaria maxima ſpinoſa *Bengalenſis Ejuſd.*

36. Alth. Abutilon dicta, folio lobato *Ejuſd.*

37. Alth. Scammonii folio, floſculis albis *Zeylanica, (Wiſſaduli) Ejuſd.*

38. Eadem floribus luteis *Curaſſavica, Ejuſdem.*

39. Alcea Bengalenſis ſpinoſiſſima, Acetoſæ ſapore, flore luteo pallido, umbone purpuraſcente *Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Althæa veſicaria max. ſpinoſa Bengalenſis *P. B. P.*?

D. *Commelin.*

Radix nivea, lignea, numeroſis fibris capillata. *Caulis* anguloſus, cortice herbido amictus, ſentibus undique horrens, hominis proceritatem aſſequitur. *Rami* inordinatè poſiti, ſpinis quoque armati, *foliis* ornantur digitatis, in 5 lacinias profundiſſimas diviſis, digitum longas, mucronatas, nonnihil piloſas, ſerratas, guſtu Acetoſæ noſtratis æmulas. *Flores* ex alis foliorum emergunt, peculiari pediculo longiori fulti, pentapetali, amœno colore luteo-pallido, formâ Alceæ veſicariæ *C. Bæ Spei* ſimiles, quorum Calix in 10 ſegmenta diviſus. *Petala* magna, ad utrumque extremum lata, oris inæqualia, unguibus purpuraſcentibus, umbonem repræſentantibus prædita, quorum medium conus occupat floridus, concolor, multis *ſtaminibus* veluti ramulis præditus. Floribus emarcidis ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* in 5 partes dehiſcentia, in quibus *ſemina* hoſpitantur reniformia, oblonga, exteriùs gibboſa, interiùs ad medium concava, colore ſubfuſco.

Tenera admodum eſt planta, ſingulis annis è ſemine renovanda. Majorem affinitatem habet cum Acetoſa *Indica Bontii* quàm cum Narimam-poulli *H. M.* P. 6. cujus folia in 3 ſegmenta dividuntur.

Ex corticibus caulium exſiccatorum atque excoriatorum funes conficiuntur, Cannabe tamen infirmiores. Hoc reſpectu cum Plantis ſequentibus *Mahot* dictis & à D. *Sloane* deſcriptis convenit.

Plantam hanc D. *Petiver* pro *Narimam-poulli H. M.* P. 6. T. 44. habet, quam *Jo. Commelinus* Alcea Indicam ſpinoſam, magno flore ex albo flaveſcente vocat. D. *Plukenet* Alceam ſpin. Maderaſpatanam, foliis profundè laciniatis Cannabis in modum, pentaphylleam, ſaporis acidi T. 5. F. 4. dicitur Acetoſa Indica ſpinoſa, foliis profundè laciniatis, flore ſubluteo amplo *Breyn. Prod.* 2. Althæa Indica ſpinoſa, Acetoſæ ſapore, flore flavo pendente *P. B. P. Zeylan.* foliis aſperis, profundè laciniatis foliorum Cannabis inſtar, ſaporis acidi *Hort. Leyd.*

40. Katu-Uren H. M. P. 10. T. 54. Alcea *Malabarica* cordato folio, flore luteo.

Arenosa amat, 3ium 4ve pedum altitudine. *Radix* albicans, fibrosa. *Stipes* pilis ad tactum valdè lenibus obsitus. *Folia* in petiolis striatis ac pilosis cordata in oris serrata, pilosa, crassiola, mollia ac lenia, saporis subacris. *Flores* in tenuibus, parvis ac pilosis videntur petiolis vel solitarii, vel bini, ternive aut etiam plures, albicantes & subflavi seu lutei, pentapetali, oblongo-rotundi, membranaceæ tenuitatis, pellucidi, venulis in longum oblique striati, ad unguiculos viridiusculi. *Stylus* & *stamina* ut in congeneribus, albicantia, *apicibus* flavis. *Calix* pilosus, quinquefolius, striatus, in angulis inter cuspides nervo eminente striatus. *Vascula seminalia* calycibus fermè comprehensa, pilosa, in superiori ora numerosis rigidis, surrectis, ac in orbem pectinatim dispositis *staminulis* munita, primùm viridia, dein rufescentia, per siccitatem in vertice hiantia. *Semina* in illis 8, 9, aut 10, in orbem ad se mutuo consita, tribus lateribus circumscripta, uno rotundo, duobus planis, lacunulis striata, in vertice duobus spicatis staminulis dotata, coloris cinereo-fusci.

Vires. Integra planta aquæ incocta, in totum diuretica est. Radix in pulverem redacta, & cum Pipere assumpta, algidam deprimit febrem. Ex eadem & oleum exprimitur.

41. Niuren *H. M.* P. 10. T. 55. Alceæ *Indicæ* species, floribus minoribus, capsulis in 5 cellulas, singulas binos seminum ordines continentes divisis.

H. M.

Radix ut in priore. Stipites ac rami teretes, rubescentes, pilis minutis raris obsiti, ut & *Folia*, quæ in petiolis pilosis interiùs planis ac spadiceo-fuscis proveniunt, præcedentis similia, viroris fusci & nitentis saporis subamari. *Flores* parvi, pentapetali, oblongo-anguſti, coloris in totum flavi. *Stamina*, *stylus*, *calyx* à præcedente non multùm abludunt. *Capsulæ seminales* oblongo-anguſtæ, 5angulares, in vertice tribus bifidis cuspidibus dotatæ, virides seu ex parte spadiceo-fuscæ. *Semina* intra singula latera numerosa, in duabus seriebus consita, angulosa, albicantia.

Vires. *Folia* unà cum seminibus lacti muliebri admixta succum stillant, cujus binæ guttæ naribus injectæ utili sternutamento catarrhos solvunt. *Radix* oleo incocta, capitique illita cephalæam tollit.

42. Naga-Pu. H. M. P. 10. T. 56. Alceæ accedens *Indica*, flore roseo amplo pentapetalo, fructu globoso quadrangulo, foliis longis, anguſtis crenatis.

H. M.

Arenosa amat. *Folia* oblongo-anguſta, in oris serrata, rigida, glabra, polita, supernè viridi-fusca, subtus cinerea, saporis adstringentis. *Flores* in petiolis proveniunt brevibus, pentapetali, rotundi, in oris crispatim plicati, coloris inter-rosacei ac violacei, in medio *flocculo* flavo exornati, ut nostratium Rosæ sylvestres, quibus consimiles. *Fructus* rotundi & globosi futuris eminentibus quadrangulati. *Capsulæ seminales* identidem in vertice spiculati ac cuspidati.

43. Alcea maxima, Malvæ roseæ folio, fructu decagono, recto, crassiore, breviore esculento *Sloan. Cat. Jamaic. Okra.* Alcea Americana annua, flore albo maximo, fructu maximo pyramidali sulcato *Commelin. Hort. Med. Amst. rar. Okkoro Surinamensibus.*

D. *Commelin.*

E *radice* alba fibrosa stipes protruditur bipedalis, diametro unciali, libro saturatè viridi præditus. *Folia* longis petiolis suffulta, Vitis aut Ricini haud dissimilia, 3, 5, 7ve mucronatis & circa margines crenatis lobis profundè dissecta, sapore fatuo. Hisce deciduis vestigia remanent protuberantia, unde Caulis quasi nodosus apparet. *Flores* ad alas foliorum singulares prodeunt, pediculis crassioribus nixi, inodori, pentapetali, petalis albicantibus, unguibus purpurascentibus, medium occupante columella flava apice purpureo donata. Floribus emarcidis succedunt *vascula seminalia*, profundè sulcata, longa, crassa, erecta, in apicem acuminata, in quinas denásve carinas per maturitatem dehiscentia, colore griseo, in quibus more congenerum *Semina* continentur numerosa, subrotunda, coloris ex griseo nigricantis, quorum medulla alba, farinacea ac fatua.

Planta est annotina, quotannis semine renovanda.

Ob florum elegantiam coli meretur.

Hanc D. *Sloane* ità describit. In paucis à sequente differt, quòd sci. caules non adeò virides sint, sed rubescant nonnihil, quòd siliqua 2 uncias longitudine non excedat, quòd figuræ pyramidalis sit & unciali ad basin diametro, quódque decem in superficie sulcis exarata.

Eadem est cum *Quingombo* Lusitanis, Congensibus & Angolensibus *Quilloho Marcgr.* p. 31. cujus descriptionem habes Hist. nost. p. 1068. Bamiâ Ægyptiacâ siliqua decagona *Clus. hist. app. alt.* Althæâ humili annua, fructu maximo pyramidali sulcato *Herm. P. B. P.*

Hujus ut & sequentis siliquæ ante maturitatem collectæ dum adhuc virides sunt, & in taleolas tenues dissectæ in jusculis coquuntur aut in ollis Piperaceis, & admodum nutritivæ censentur ac venereæ, ut quæ valdè viscosæ sunt seu mucilaginosæ; proinde magno studio in hortis coluntur tum ab *Æthiopibus*, tum etiam ab *Europæis.*

Ketmia *Americana* annua, flore albo, fructu non sulcato longissimo *Hort. Amst.* rar. P. 2. fructûs formâ solâ à præcedente differt.

44. Alcea

44. Alcea maxima, Malvæ rosæ folio, fructu pentagono recurvo, esculento, graciliore & longiore *Slon. Cat. Jamaic.* Alc. Indica *Quigombo* & *Ochroa* dicta, siliquis prælongis, planis, 5fariam divisis, ex insula *Barbadensi Pluk. Almag. Bot.* p. 16. An Lubie Endigi *Rauwolf.* lib. 2. cap. 5? Trionium *Theophrasti Ejusd?* Lugd. ap. p. 31. Alcea *Ægyptia Clus. hist.* lib. 4. p. 27? Alcea *Indica* parvo flore *C. B?* **Long-Okra.** Reliqua Synonyma conjectanea vide apud D. *Sloane* hoc in loco.

D. *Sloane.*

Stipite tereti, viridi, recto ad 10 aut 12 pedum altitudinem assurgit, hic illic in ramos divisus, *foliis* nullo ordine positis ad intervalla digitalia obsitos, pediculis 7 uncias longis insistentibus, profundis laciniis in 5 segmenta seu partes divisis, 6 uncias longis à summo pediculo ad mediæ laciniæ ei oppositæ extremum, & ad basin ab auricula ad auriculam 4 latis nonnihil hirsutis, colore obscurè viridi, spinulis brevibus obsitis, 5 costis seu nervis eminentibus, à summo pediculo ortum sumentibus, 5 segmenta seu lacinias medias percurrentibus, pro laciniarum magnitudine proportionatis. Folia tota Malvæ hortensis seu rosæ folia referunt: Ex eorum sinubus seu angulis quos cum caule efficiunt egrediuntur *Flores* pediculo $\frac{1}{8}$ unc. longo insidentes, foliis angustis incanis, $9\frac{1}{2}$ uncias longis obvallati, unóque præterea amplo, viridi, rotundum, glabrum viride tuberculum amplectente. Petala numero 5 sunt, ampla velut Rosarum, lutea, fundo purpureo; in quorum medio stylus $\frac{1}{2}$ unc. longus, ejusdem coloris, hirsutus, purpureâ in apice maculâ; cui succedit *Siliqua* pyramidalis, viridis, incurva, 3 unc. longa, vix pollicari ad imum crassitudine, 5 sulcis versùs apicem exarata, subhirsuta, maturitate fuscescens, in decem cellulis totidem seminum ordines continens, malvaceis multò majorum, alias similium.

45. Althæa *Indica* flore magno, purpureo pendente D. *Sherard. Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.*

D. *Sherard.*

Radice nititur perenni, ex aliquot fibris, crassis, candidis constante, *caules* inde emergunt 3 vel 4, foliis alternatim per intervalla digitalia vestiti, rotundi, bipedales, ima parte digitum minimum crassi, glabri. *Folia* digitalibus adhærent pediculis, trilobata, in ambitu crenata, nonnunquam absque lobis. Circa summitates caulium ex foliorum alis oriuntur *flores*, pediculis semidigitalibus innixi: sunt autem pentapetaloides, purpurei, floribus Malvæ paulo majores, Campanulæ instar propendentes, cum pistillo aceroso flavo seu aureo in medio. Segmenta florum tam strictè juncta sunt, ut flos integer & quasi campanulatus appareat. Flori subjicitur *calix* ex 5 foliolis viridibus constans, qui cùm collectus sit aut conniveat, figuram pentagonam efformat. Hujus basi subsunt 12 aut 14 villi, semiunciales, in orbem expansi, virides. Sapor plantæ viscosus est.

46. Althæa vesicaria *Cap. Bæ Spei* frutescens, flore albo D. *Sherard.*

Folia quàm Alceæ vulgaris *Cap. Bæ Spei* multò minora sunt. Calices in vesicas similes striatas extumescunt.

47. Althæa *Africana* Ibisci folio minori acuminato, flore coccineo D. *Sherard.*

Planta est fruticosa. Ad uniuscujusque folii exortum, ut in multis aliis, apponuntur foliola duo, appendices vel ligulæ vel auriculæ dicenda oblonga, acuminata.

48. Alcea fruticosa aquatica, folio cordato scabro, flore pallidè luteo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radices hujus è variis longis candidis fibrillis, filamentorum lineorum æmulis, in terram aut aquam dependentibus, componuntur. *Caules* seu virgæ multæ indè exeunt, digiti circiter crassitudine, 5 pedes altæ, cortice albo glabro tectæ, in surculos plurimos divisæ; versùs summitates *foliis* cordiformibus obsitæ, pediculis sesquncialibus subnixis, ipsis duas uncias longis, sesquinciam prope basin subrotundam latis, in acutum desinentibus, circa margines rariùs dentatis, luteo-viridibus, scabris, venisque à pediculo, veluti tot radiis à centro, media percurrentibus, instructis. *Flores* spicatim digesti in summis ramulis ad 4 unciarum longitudinem, semuncialibus à se invicem intervallis distantes, pediculis $\frac{1}{2}$ unc. longis insident, 5 pallidè luteis, semunciam longis petalis compositi, purpureis intus lineis venosi, *stylo* medium occupante pistilliformi, *staminibus* multis comoso, foliis 5 viridibus septi, & duplo pluribus, perangustis, ejusdem figuræ, inferiùs obvallati. *Semina* succedunt 5, sua quæque cellula inclusa. *Capsula* integra, ampla est, pentagona, subrotunda, obtuso ad unumquemangulum apice extante, ut in aliis nonnullis hujus generis.

Ad ripam utramque fluvii salsi, loco **Cabbage-Tree-bottom** dicto copiosè provenit, necnon ad ripam fluvii via quà Lacunam itur sed rariùs.

49. Alcea Populi folio incano integro *Slon. Cat. Jamaic.* Alc. *Jamaicensis*, Abutili facie, floribus exiguis flavis, folio vix crenato, prona parte molli & tenuissima lanugine canescente *Pluk. Almag. Bot.* T. 254. F. 5. An Althæa arborescens *Americana*,

Americana, Viburni foliis, fructu quinque capsulari corniculato *Hort. Beaum.* p. 7. An Alcea *Americana*, Abutili vel Populi nigræ foliis longiùs mucronatis, incanis, flore luteo *Abutili Breyn. Prod.* 2.

D. *Sloane.*

Radice firmatur fusca, lignea ramosa: *Caulem* erigit teretem, fuscum, glabrum, tripedalem, in varios ramos brachiatum, versùs summitates foliis & floribus ornatos. *Folia* pediculis ¼ unc. longis insident, ipsa sesquunciam longa, dimidiam lata latissima ad basin subrotundam parte, unde paulatim minuuntur donec in punctum desinant. *Flores* semuncialibus pediculis insident, pentapetali, colore Aurantiaco. Succedunt singulis *Capsulæ* seminales seu potiùs *siliquæ* quinque, Fraxinellæ similes, in quorum singulis continentur *semina* vinaceis persimilia, è capsulis solis calore apertis exsilientia.

In pratis *Savannis* dictis ubique oritur.

Datur hujus varietas folio longiore, ad basin latiore, supernè minùs lanuginoso, floribus paucioribus, quæ promiscuè cum priore crescit.

50. Alcea Populi folio villoso, leviter serrato *Sloan. Cat. Jamaic.* An Abutilon *Indicum* flore luteo *Breyn. Prod.* 1? An *Abutilon* Ind. flore luteo minore *Ejusd. Prod.* 2.

D. *Sloane.*

Rotundis aliquot virentibus *stolonibus* ad 2, 3ve pedum altitudinem assurgit. Summis surculis, in quos cauliculi dividuntur, duo triáve *folia* innascuntur, pediculis unciam ferè longis viridibus subnixa, ipsa pariter unciam propemodum longa, dimidiam lata latissima ad basin subrotundam parte, viridia, mollia, incana, sinuata, & circa margines dentata, in punctum desinentia, nervis variis à pediculi apice tanquam centro media percurrentibus, nonnullis etiam à costa media extensis. Ex alis foliorum emergit *Flos* pediculo ¼ unc. longo sustentatus, calice pentaphyllo munitus, pentapetalos, colore Aurantiaco. Succedit vasculum *seminale* pentagonum, primò viride, deinde fuscum, vel potius 5 folliculi seu siliquæ sibi mutuò adjacentes & ferè contiguæ, *semina* claudentes reliquorum Abutilorum similia.

In Insula *Jamaica* collegi, sed an specie à præcedente differat dubito.

51. Alcea parva fruticosa, Trifaginis folio erecta, ex oris *Coromandel Pluk. Mantiss.*

52. Alcea arborea Populi nigræ foliis, prona parte albicantibus, flore ampliſſimo rubicundo ex Insula S. *Helenæ*, ubi **Redwood**, id est Lignum rubrum nostratibus nuncupatur.

53. Alcea arbor, Populnea fronde, tota argentea, quinquecapsularis, seu Ebenus viridis ex Insula S. *Helenæ*, ubi ab *Anglis* illic degentibus **Blackwood** & **Ebony**, i. e. Lignum nigrum & Ebenus nominatur. Et revera est Ebenus genuina *Indorum*, ut ex aliorum fide dignorum relatu nobis serio affirmabat insignis ille Botanicus & veritatis studiosus D. *Carolus Du Bois*, *Pluk. Mantiss.*

54. Alcea minor Abutili facie ex *Coromandel. Ejusd. ibid.*

55. Althæa *Africana* frutescens, floribus aureis cochleatis pendulis minoribus *Volckamer. Flora Norimberg.*

Volck.

E *radice* fibrosa *caules* eriguntur subrotundi, lignosi, virides, cubitales & altiores, si adultior præsertim fuerit planta, *foliolis* hinc indè oblongiusculis, obscuro virore nitentibus, ac rigidulis, subhirsutis, per ambitum inæqualiter serratis, circundati. Horum summitates spicata quasi serie exornant *flosculi* (quódque singulare est, & nulli aliàs, quod sciam, ex Malvaceo & Althæarum genere commune) ex 5 petalis aureis, revera ab invicem disjunctis, ac in cochleam retortis constructi, penduli è calice quinquepartito *Flores* decussos sequuntur capsulæ pentagonæ parvæ, 5 loculis divisæ, quibus singulis foventur *semina* fusca, reniformia, rugosa.

Tota planta perennat & semper viret, modò per hyemem defendatur in hybernaculo communi.

Sponte nascitur ad Promontorium *Cap. Bæ Spei* dictum.

56. Althæa hirsuta folio trilobato majore crenato *Americana*, semine moschum olente *Herman.* An Alcea moschata villosissima, foliis in profundiores lacinias incisis *Pluk. Phyt.* Tab. 127. F. 1? D. *Sherard. Flos* in ramulo sicco nobis à D. *Sherard* accepto ampliſſimus erat. In *Sirinama* collecta erat.

57. Althæa arborea *Americana*, Tiliæ folio ampliſſimo, subtus incano, flore luteo maximo, umbone purpureo D. *Hermanni* D. *Sherard.* In *Sirinama* collecta.

58. Abutilon arboreum spicatum, Betonicæ folio incano, flore minore purpureo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Alth. *Jamaicensis*, oblongo mucronato glauco folio, profundè venoso, margine undulato crispo *Pluk. Almag. Bot.* T. 259. F. 6. vel Ricinus (fortè) Althææ folio *Jamaicensis* glauco, profundè venoso, margine undulato crispo *Ejusdem Almag.* p. 321.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

In 10 pedum altitudinem excrescit Arbor isthæc, crassitudine cruris humani, cortice propemodum glabro, rubente vestita, propè fastigium in varios ramos æqualiter in omnem partem extensos divisa, quorum surculi extremis suis, *foliis* pluribus ornantur, pediculis $\frac{1}{8}$ unc. longis subnixis, ipsis $\frac{1}{4}$tas unc. longis, $\frac{1}{4}$ latis latissima prope basin subrotundam parte, circum oras crenatis, albicantibus, aut pallidè admodum virentibus, acuminatis. E foliorum sinubus exeunt, summósve ramulos terminant *Flores* aliquot pentapetali, purpurei, racematim seu spicatim congesti, staminibus intus luteis, foliolis extus viridibus calicis loco obvallati; quibus præteritis succedunt *semina* in capitulis Alceæ arboreæ persimilibus, unoquoque cellulâ privatâ seu peculiari incluso; harum quinque vasculum seminale integrum componunt, singulæ autem cuspidatæ sunt, & binas alas extantes obtinent.

In sylvis & frutetis campestribus circa urbem S. *Jago de la Vega* reperitur, ubi magnitudine & canitie foliorum variat.

59. Abutilon fruticosum, foliis subrotundis serratis, floribus albis pentapetalis, ad alas foliorum conglomeratis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad 5 circiter pedum altitudinem assurgit frutex isthic, *caudice* tereti, cortice fusco glabro vestito, in varios ramos longos diducto; *Foliis* ad intervalla inæqualia exeuntibus alternatim è lateribus oppositis, pediculis trientem unciæ longis insidentibus, ipsis sescunciam longis, semunciam latis, ad exortum seu initium subrotundis, ubi & latissima sunt, exinde paulatim latitudine decrescentibus ad apicem usque; tenuibus, saturè viridibus, nervis conspicuis tota percurrentibus, glabris & circa margines incisis Urticeorum in modum. E foliorum sinubus seu angulis quos cum caule efficiunt emergunt *Flores*, caules ad intervalla Verticillatarum in modum ambientes pediculis destituti, calice rubro excepti, pentapetali, albicantes; *capitula* varia subrotunda post se relinquentes, quorum unumquodque 5 folliculis seu cellulis componitur, sibi invicem proximè adstantibus, unico in singulis latitante *semine*, parvo, irregulari, triangulo, nigro.

In *Jamaica* cum priore, invenitur, atque etiam in insulis *Caribbeis.*

60. Abutilon herbaceum procumbens, Betonicæ folio, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caules huic lignosi, lenti, teretes, rubentes, bipedales, in terræ superficie jacentes, undique sparsi, in multos ramulos divisi, *foliis* paucis obsitos in pediculis $\frac{1}{4}$ unc. longis, ipsis uncialibus, quadrantem unciæ latis latissima ad basin subrotundam parte, exinde sensim imminuta latitudine donec in punctum desinant, glabris, circa margines obiter dentatis, nervis aliquot in aversa parte eminentibus, Betonicæ folia nonnihil referentibus. *Flores* in extremis ramulis purpurei, cum staminibus in medio luteis, aliarum Malvarum similes; quibus *capsulæ* pyramidales in 5 apices terminatæ, & in totidem cellas divisæ, succedunt, in quarum unaquâque *semen* unicum, parvum, angulosum, fuscum hospitatur.

In insula *Jamaica* propè domum D. *Batchelour* locis glareosis depressis collegit D. *Sloane.*

60. Abutilo affinis arbor Althææ folio, cujus fructus est styli apex auctus, quatuor vel quinque siliquis hirsutis, funis ad instar in spiram convolutis constans *Slon. Cat. Jamaic.* An Isora-Murri *H. M.* P. 6? seu Frutex fructu è styli apice egresso, sextuplici funiculo in spiram convoluto constante? An Helicteres arbor Ind. Orient. siliquâ varicosa & funiculi in modum contortuplicata *Pluk.* T. 245. F. 2. vel Helicteres arbor Ind. Occid. fructu majore *Ejusd.* T. 245. F. 3.

D. *Sloane.*

Arbor isthæc 15 pedes alta est, crus humanum crassa, cortice lævi albicante tecta, terram versùs perpetuò nutans seu inclinans: *Foliis* vestita $2\frac{1}{2}$ uncias longis, $1\frac{1}{4}$ latis, à lata & subrotunda basi in acutum apicem sensim angustatis, circa margines serratis, nervis variis paulum elatis in aversa parte apparentibus, colore luteo-viridi, lanuginosis mollibus & Althææ similibus. *Flores* in summis ramulis proveniunt calice viridi hirsuto excepti, albi, Digitalis florum in modum siti iisque similes, duntaxat minores, è quorum centro exit stylus ceu funiculus oblongus, rotundo hirsuto globulo terminatus, qui augescens fit *Fructus* è 4 vel 5 parvis fuscis rotundis siliquis seu funiculis folliculisve constans, duris admodum contortis seu spiraliter convolutis magnam copiam continentibus *seminum* rotundorum, fuscorum, è siliquarum seu funiculorum extremis per maturitatem sponte dehiscentibus excidentium.

In sylvosis collibus **Red-Hills** dictis, ubique reperitur.

Folia in decoctionibus pro clysteribus usurpantur.

D. *Plukenet* in *Mantissa* ad *Almagestum* has duas Helicteres (ut vocat) *Occidentalem* sci. & Orientalem, specie plurimum inter se distingui asserit.

62. Alcea arborea, Althææ folio, florum petalis luteis, deorsum reflexis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Hic Frutex dicam an Arbor ad 7, 8ve pedum altitudinem assurgit, *caulibus* albicante cortice tectis *foliis* vestitis pediculis 2 unc. longis innitentibus, ipsis sescunciam longis, unciam

am latis latiſſima ad baſin ſubrotundam parte, nervis à pediculo velut centro media percurrentibus, mollibus, colore è fuſco albicante, ſubtus quàm ſupernè multò albidioribus, foliis Althææ perſimilibus. Ramorum ſummitates in varios dividuntur ſurculos, quorum ſinguli ſingulos *flores* ſuſtinent, pentapetalos, petalis retro-flexis, minimè diviſis, 5 mollibus calicis foliis obvallatos. Succedunt *ſemina* plura in planis, latis compreſſis folliculis in acutum deſinentibus, arctè ſibi invicem adjunctis, capitulum rotundum in multas cellulas diviſum componentibus, reliquis hujus Generis per omnia exactè ſimilibus, contenta. In unaquaque cellula *ſemina* aliquot majuſcula, lanuginoſa, incana latitant.

63. Uren, H. M. P. 10. T. 2. Alcea *Malabarica*, folio Vitis, flore minore, roſaceo colore, fructu lappaceo, ſemine roſtrato. *Commelin.* notis.

H. M.

In arenoſis naſcitur, altitudine trium quatuórve pedum. *Radix* lignoſa, in latum ſe ſpargens, cortice ſubflavo. *Stipites* ac *rami* cortice viridi, ac longiuſculis albicantibus pilis obſiti. *Folia* petiolis inſident rotundis, longiuſculis, piloſis, ſurculis novellis comitatis (qui teneris foliis veſtiuntur) in tres vel 5 lacinias inciſa ſunt, in oris crenata, piloſa & ſubaſpera, contexturâ craſſiolâ, viroris fuſci, ſaporis ſubacris. *Flores* in brevibus proveniunt petiolis è foliorum alis, coloris roſacei, ad unguiculos intenſioris, præ tenuitate tranſparentes, venulis in longum ſtriati. *Stylus* craſſiolus, rotundus, roſaceo dilutus ac parùm inflexus, in ipſo vertice in plura tenuia ac brevia albicantia filamenta fiſſus, & ſub vertice nodulis gemmeis rubris hinc indè cinctus, ex unguiculis foliorum pede craſſo erumpens. *Calix* 5 foliis anguſtioribus viridi-fuſcis in orbem amictus, ipſe quinquefolius viridi-dilutus. In fundo *capitulum* reſidet viride, primordium fructûs, in vertice gemma albicante, in quam 5 ſtriæ incurrunt, inſtructus, filamentum ejiciens albicans, quod per ſtylum tanquam thecam tranſmittitur. *Fructus* capitula ſunt plano-rotunda, in 5 rotunda latera per intermedias ſtrias diſtincta, ſpiculis longiuſculis obducta, qui poſtea rigeſcunt & aculeata ſunt. *Semen* in ſingulis lateribus continetur unicum, triangulare, duobus lateribus planis & uno rotundo; ad maturitatem perductum nigricat.

Radix in confectione olei adhibetur.

64. Ketmia *Americana* urens, annua, flore luteo, fructu pyramidali ſulcato *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radicem habet albam & fibroſam; *Caulem* ſeſquipedalem, undique *foliis* ornatum, ut plurimùm quinquifidis, (vetuſtiora intellige,) at nonnunquam trifidis & 4drifidis [juniora & altiora in caule] E foliorum alis exit pediculus, digitum longus, ſuſtinens è perianthio monophyllo, quod undique cingunt 9, 10ve foliola ſtellatim poſita, *florem* magnum luteum, pentapetalum unguibus purpureis præditum, è cujus medio exit *piſtillum* albicans, à baſi ad apicem uſque eminentiis luteis præditum. Hujus piſtilli ſummitatem *ſtamina* occupant 5, atro-purpurea. Florem *capſula* ſequitur ſeminalis, per maturitatem cineracea, 5 ſulcis & angulis prædita, totidem intus cavitates deſignantes, quæ per maturitatem à ſe invicem dehiſcunt, & intus duplici ſerie *ſemina* continent, parva, fuſca, reniformia, omni odore & ſapore deſtituta. Floret Junio & Julio. Semina Auguſto & Septembri perficiuntur.

65. Ketmia *Africana* veſicaria, fruticans & erecta, Alni foliis latioribus & majoribus, flore ſpirali ſulphureo *Hort. Amſt.* P. 2.

Lignoſam ſed tenuem & rufam agit *radicem*, è qua *Caulis* exſurgit ſeſquipedalis & altior, rotundus, primò viridis, dein rufus, & minutiſſimis pilis obſitus. E caule ramuli producuntur, caule piloſiores, quibus adſtant *Folia* ſubrotunda nonnihil ſerrata, viridia, nervoſa, inſtar foliorum Alni, ſed minora. Ipſi ramulorum foliorúmque exortui bina adhærent foliola, ſeu potiùs integumenta, quibus ante ſui productionem folia & ramuli conduntur, & ab omni externa injuria liberantur. Ramulorum ſummitates, è parvis piloſíſque pediculis dependentes, & perianthio 5fido involuti *flores* exornant ſulphurei, pentapetali & versùs extremitatem in ſpiram contorti, & poſt horum exantheſin perianthium in veſicam intumeſcit, *conceptaculum* tegentem & occultantem ſeminale, quod 5 cavitatibus *ſemina* parva duplici ſerie continet.

Quatuor hujus fruticis ſpecies obtinet Hortus medicus *Amſtelodamenſis*.

1. Erectam foliis latioribus & majoribus, jam deſcriptam.

2. Erectam foliis anguſtioribus.

3. Erectam foliis triplo minoribus.

4. Fruticantem, ſed ramulis ni ſuſtentetur humi fuſis.

66. Ketima *Africana* fruteſcens, foliis mollibus & incanis, flore ſpirali ſulphureo *Hort. Amſt.* rar. P. 2.

Radices huic ligneæ, è quibus *caulis* erigitur ſeſquipedalis, in varios diviſus ramulos tenues, rotundos, mollíque lanugine incanos. His *folia* adſtant plurima inſtar foliorum Althææ vulgaris,

vulgaris, ſed plus duplo minora, ſerrata, ſinuoſa, tomentóque molliuſculo incana. In ramulorum ſummitate & è foliorum alis pediculi oriuntur parvi, tomentoſi, in 2, 3ve alios diviſi, è quorum ſingulis *flores* dependent, ſulphurei, ſpiræ modo intorti, pentapetali; flores è perianthio tumente prodeunt. Flores ſingulos ſequitur *capſula* ſeminalis in eodem perianthio magis expanſo concluſa, quæ in 5 loculos, ſeu cavitates, *ſemina* parva continentes dividitur. Tota floret æſtate, & *Septembri* ſemina perficit.

Hæc unà cum præcedente avulſis ramulis multiplicatur.

67. Nela-Vaga H. M. P. 10. T. 69. Alcea Indica foliis ſerratis, capſulis pentagonis, pentaſpermis.

H. M.

Surculis numeroſis, undiquaque in orbem diffuſis & radices hinc inde emittentibus repit. *Radix* craſſa & lignoſa, cortice albicante, fibris veſtita. *Surculi* rotundi, tenues, virides, vetuſtiores cinerei, pilis albicantibus inſtructi, intus lignoſi. *Folia* in petiolis videntur. piloſis, in oris ſerrata, pilis albicantibus utrinque obſita, tenuia, mollia, quorum coſtæ utrinque eminent. *Flores* tenuiſſimis appendent petiolis, pentapetali, nonnihil tranſparentes, inciſi, unguiculis ſtricti, venis candicantibus & nitentibus ſtriati. *Stylus* & *ſtamina* ut in congeneribus, apicibus croceis. Calix 5 conſtat cuſpidibus, viridi-dilutis ac valde piloſis, qui 5 viridi-fuſcis ſtriantur nervis, cuſpidum oras fimbriatim obducentibus. *Capſulæ ſeminales* rotundæ, 5laterales, albeſcentes. *Semina* in illis 5, in ſingulis lateribus unum, tenui membrana à ſe invicem diſtincta, trilatera, ſpadicea, nullius ſaporis.

Balneum ex hac planta præparatur anticephalicum.

68. Blattaria *Ceylanica*, flore amplo coccineo Cat. Hort. *Med. Amſt. Commelin.* & *Rar. Ejuſd.* Alcea *Indica* lucido haſtato folio, flore coccineo *Breyn.*

D. *Commelin.*

Plantis accenſetur bicapſularibus. *Radix* ei alba, multis fibris capillata, graveolens. *Caulis* anguloſus, duos circiter pedes altus, circa imum ramoſus. *Folia* ad caules inordinatè diſpoſita, atro-virentia, longa, acuminata, Blattariæ foliis ſimilia, anguſtiora tamen breviora, ſerrata, & ad baſin profundè ſecta: circa foliorum axillas duo ut plurimum foliola emergunt. Singuli *Flores* in ſummo caule inter folia prodeuntes pediculo innituntur longiori, ſuntque 5petali petalis ad unguem junctis, inter quæ ſtamina 5 concoloria emicant. Ubi vaſcula ſeminalia perianthio tecta incrementum ſumunt & tumeſiunt decidunt *flores*. Vaſc. ſeminalibus per maturitatem dehiſcentibus effunditur *ſemen* ſubrotundum fuſcum, cuſpide exiguo prominulo donatum.

Junio menſe floruit, & ſub initium *Octobris* ſemen perfecit.

Planta eſt annua & frigoris impatientiſſima.

Ad plantam præcedentem accedit.

Si Planta hæc à D. *Commelino* Bicapſularibus rectè accenſetur, & ſtamina in flore duntaxat quina habet, à reliquis Alceis *Indicis* inſigniter differt, & neſcio annon potiùs Blattariæ ut videtur, revera ſpecies ſit, quà Alceæ *Indicæ*.

69. Sjamin *H. M.* P. 10. T. 1. Blattaria *Indica*, Urticæ folio piloſo, flore amplo miniato *Commelin.* notis. Propiùs accedere videtur ad Alceam *Indicam.* & pro Blattaria *Indica* Alcea *Indica* Urticæ folio dicenda.

H. M.

Hujus plantæ *Rami* teretes, viridi-fuſci, piloſi, lignoſi, corculo viridi, humido in medio inſtructi. *Folia* in pedunculis brevibus rotundis, viridi-fuſcis proveniunt, formâ oblongi cuſpidati cordis, ſerrata, tenuibus pilis ſubaſpera, ſupernè viridi-ſatura & nitentia, ſubtus dilutiora, ſaporis ac odoris nullius. *Flores* in petiolis oblongis, rotundis, valdè piloſis, viridibus è foliorum alis erumpunt bini, terni aut etiam plures ſimul, pentapetali, in planum expanſi, incarnati ſaturi, ad miniatum vergentes, interiùs ad umbilicum, & exteriori petalorum ſuperficie nitentes. *Stylus* è medio umbilico exſurgens incarnatus eſt, in diſtinctis intervallis, ſtamunculis brevibus tenuiſſimis rubris, quorum *apices* flavi, circundatus, ſupernè penecillo 5 rubrorum filamentorum, quæ rubro-purpureis gemmulis dotata ſunt, exornatus. *Calice* excipiuntur piloſo, 5 oblongorum cuſpidatorum foliorum quæ florem proximè cingunt, & 5 vel 7 anguſtiorum viridi-fuſcorum, & minùs oblongorum, ſine ullo odore. *Gemmæ* conicæ ſunt ac rubeſcentes. Floribus ſuccedunt *globuli* virides, breviſſimis pilis obſiti, 5 futuris ad verticem ſtriati. *Semina* in illis plus minus 15, interſepimentis, quæ ex partibus inter futuras intermediis, ubi globuli fuſciores excurrunt, à ſe mutuo ſejuncta; in unoquoque loculo duo continentur, quorum unum inferiùs ſitum eſt, oblonga, trilatera, exteriori latere convexo, interioribus planis, primùm albicantia & argentea lanugine obſita; exin inſtar atramenti nigricantia, & albâ oblongiuſculâ lanugine veſtita.

P. 1076. Ad Cap. de Lino adjiciantur

1. Linum arboreſcens *Munting. Herbar. Belgic.* fortè arboreum *Alpin. exot.*

2. Linum Orientale *Ejuſdem.*

3. Linum ſylv. ſupinum, flore luteo amplo & exiguo N. D. *Griſl. Virid. Luſit.*

4. Lin. ſylv. ſupinum alterum, flo. luteo exiguo N.D. *Ejuſd.*

5. Lin. ſylv. *Luſitanicum*, flo. albo umbilicatum, *Ejuſd.* Cynogloſſæ ſpecies eſt. Omphalodes *Tournefortio* Linum umbilicatum *Park.*

6. Lin. ſylv. aſperius, flore luteo ſpicato *Griſl. Virid. Luſit.*

7. Lin. ſylv. aſp. flo. luteo umbellato *Ejuſd.*

8. Lin. ſylv. aſp. virgatum, ſparſis ramulis majus *Ejuſd.*

9. Lin. ſylv. aſp. virgat. ſparſis ramulis minus *Ejuſd.*

10. Lin. anguſtifolium *Valentinum*, foliis rigidis & aculeatis *Tournef. Elem. Bot.*

11. Lin. *Luſitanicum* capillaceo folio *Ejuſd. ibid.*

12. Lin. Alpinum Laricis folio *Ejuſd.*

13. Lin. *Luſitanicum* luteum, floribus ſpicatim diſpoſitis *Ejuſd. ibid.* An

14. Linum ſylv. aſperius flo. luteo ſpicato *Griſl. Virid. Luſit.*

15. Linum oxyphyllum multicaule *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 125.

E *radice* lignoſa numeroſos emittit *caules*, tenues, *foliis* brevibus, anguſtis, mollibus & acuminatis cinctos, qui unà ceſpitem parvum efformant. *Flos* grandis eſt, coloris roſacei, ut in Lino.

In *Umbria* oritur & in *Marca Anconitana*, locis montanis, & ſterilibus, ad palmi altitudinem excreſcens.

16. Linum ſylveſtre, flore cœſio, foliis verticillatis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 42.

Hæc planta pedis unius altitudinem non excedit; Eam autem D. *Barelier* acceptam refero.

17. Linum ſylveſtre fruticans trichodes, Thymi folio polyanthes *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 47.

Planta eſt pedalis & altior. In montibus *Nurſiæ*, *Piceni* & *Liguriæ* invenitur. D°. *Barelier* hanc debet.

18. Linum ſcandens flore dilutè purpureo, ſemine triangulo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Linum ſarmentoſum ſeu Volubile *Jamaicanum* flore cœruleo *Pluk. Almag.* p. 224? D. *Sloane.*

Caule tenui, tereti, incano, plantæ cuivis vicinæ ſe circumvolventi, ad 3, 4ve pedum altitudinem ſcandit; *foliis* ad intervalla uncialia ornatur pediculis ⅛ unciæ longis inſidentibus, ¼tas unciæ longis, ſemunciam latis, prope baſin ubi latiſſima; unde enſim anguſtantur in cuſpidem acutum, parùm pilofis, obſcurè viridibus. Ex alis foliorum exeunt *flores* aliquammulti, pediculis perbrevibus incurvis inſidentes, pentapetali, ſtellati, pallidè purpurei, quibus ſuccedit *capitulum* parvum, fuſcum, ſubrotundum, Lini ſimile in plures cellulas diviſum, *ſemina* continentes propemodum triangularia, uno latere rotundo, reliquis duobus planis, coloris fuſci lucidioris.

Datur hujus alia ſpecies ſeu potiùs varietas, omnibus ſuis partibus multò major, floribus albis.

In frutetis prati Town-Savanna creſcit, ſed rariùs; copioſè verò reperitur frutices ſcandens viâ qua *Guanaboa* itur ad urbem S. *Jago de la Vega.*

19. Linum ſylveſtre *Marilandicum* cathartico ſimile, erectum, ſumma parte in plures ramulos floriferos diviſa.

Caulis tenuis eſt verùm rigidus & erectus, *foliis* veſtitus parvis brevibus latiuſculis inſtar Lini cathartici. Ramuli floriferi longi ſunt. *Floſculi* eiſque ſuccedentes fructus ad intervalla longa brevibus pediculis inſident.

In *Marilandia* collegit D. *Krieg.*

20. Linifolia *Marilandica* erecta, floribus in ſummitate albis, pentapetalis.

Caulis tenuis, teres, dodrantalis aut altior, *foliis* veſtitus Lini æmulis, ſatis crebris, nullo ordine poſitis; Summa parte (in ſicca quam habemus) in tres dividitur ramos ſeu pediculos oblongos, floſculorum velut umbellas geſtantes, ſeu potiùs unuſquiſque pediculus in tres minores dividitur, ubi terna apponuntur *folia*, & hi denuo in binos ternóſve ſubdividuntur, donec ad *flores* ventum ſit, qui *Lini cathartici* æquales, candidi, & quantum in ſicca diſcerneré licuit, pentapetali, petalis obtuſis,

21. Lin-

21. Linum *Æthiopicum*, angusto rigido folio elatius & lignosum, floribus cœruleis parvis *Pluk. Mantiss.*

22. Lini *Æthiopici* similis planta *Africana*, Saniculæ Alpinæ flosculis albis summo caule fastigiatis *Pluk. Mantiss.*

23. Linum parvum *Virginianum*, Cathartici floribus albis, ad nodos caulium velut in spicam emergentibus *Ejusd. ibid.*

24. Lini facie multicapsularis, Linariæ modo, summo caule folliculis ad intervalla quasi in spicam dispositis *Ejusd. ibid.*

25. Linum *Africanum* multicaule, Arenariæ facie D. *Sherard.* *Folia* huic tenuissima & ferè capillacea, vix semunciam longa, bina in caule adversa. *Flores* summos caules occupant; albi ex oblongo tubo in 4 aut 5 (nam in sicca clarè discernere non potui) segmenta, velut totidem folia expansi. Flores in ipsis foliorum alis sedere videntur; iisque succedunt capsulæ seminales, quarum structura ob parvitatem nobis inconspicua.

26. Linum *Africanum* fruticescens angustifolium luteum D. *Sherard.* Folia acutissima sunt, rigida & pungentia. Flores in summis ramulis alii supra alios è foliorum alis exeuntes.

27. Linum *Africanum* Rubiæ foliis quaternis stellatis D. *Sherard.* Cognata videtur Alsine saxatili *Indiæ Orient.* foliolis circa caulem radiatis *Pluk. Phyt.* T. 332. E radice crassa lignosa plurimos emittit *caules* semipedales aut altiores, tenues, erectos, foliis ad intervalla quaternis cruciatis, ad modum Stellatarum cinctos, superiore parte in ramulos divisos, *flores* sustinentes pentapetalos, satis amplos, (quantum in sicca discernere licuit) cœruleos.

1. Nigella flore simplici pallescente, petalorum basi longissima *Herman. Parad. Bat. Herman.*

Ex *radice* recta, fibras ad latera emittente surgit *Caulis* striatus, glaber, viridis, in plures ramulos divaricatus, & hi rursus in alios, quorum unicuique insidet *Flos* sat amplus, è cœruleo pallescens, petalis ex angusto principio & q. longo petiolo in latitudinem ferè circularem se laxantibus, & in mucronem turbinatis, nullo perianthio seu foliorum barbâ suffultus. A medio floris exit vasculum seminale angustum, quinquifidum, in summo corniculatum, cui adstant 8 alia foliola bifida, super ipsis petalis expansa, uti in Nigella Cretica *C. B.* quorum unumquodque tribus staminibus apiculatis stipatur. Folia sunt tenuia, latiuscula, viridia, absque pediculis ad ramulorum exortus cauli adnata.

Petalis angusta & longiore basi donatis, longiúsque à se invicem remotis à congeneribus præcipuè discriminatur hæc species.

2. Nigellastrum raris & fœniculaceis foliis, *Magnol. Hort. Monsp.* Garidella *Tournef. Inst. rar. herb.*

Radix fibrosa annua *caulem* emittit sesquipedalem, viridem, junceum sed angulosum, in multos ramulos divisum. Ad ramulorum nodos oriuntur *Folia* longa, angusta & fœniculacea, in medio parùm sulcata, rara admodum, ut primo aspectu aphyllos videatur. In ramulorum extremis oritur *Flos* singularis structuræ: illi supposita sunt 5 *foliola* longa, angusta, acuta, æquali spatio distantia, ferrugineo-rubra; unicuique in parte interiori adnascitur aliud folium, primò cœruleum, teres, quod in extremo latum est; ex albo & cœruleo ità affabrè permixtum, ut Aulæi portionem elegantem repræsentet; cum plurimis pilis, qui ope microscopii detegúntur. Unumquodque folium *stamen* habet viride cum suo apice. In floris medio apparet *capsulæ* rudimentum, quæ deinde fit bicapsularis, aliquando tricapsularis, rubescens, oblonga, tuberculis exasperata cum apice acuto; quæ continet semina nigra, rugosa, pulpâ albâ plena, Nigellæ Romanæ seminibus similia, & ejusdem saporis.

3. Nigella *Chalepensis* lutea, corniculis longioribus *Morif. hist.* P. 3. D. *Bobart.*

Caule exit cubitali, recto, in pauciores & longiores alas diviso, *foliisque* plurifariam dissectis, angustis, pro Nigellarum modulo sat latis, ornato. Summis caulibus *flores* præcedentium conformes, ampli, simplices, luteo colore tincti, in meditullio staminum congerie stipati, insident. Capitulo, non minùs quàm floris colore à cæteris dissidet; hoc enim 5angulare aut 6angulare, totidem quasi ex siliquis, in intimi marginis fundo junctis, & superiùs distinctis, in cornicula longiora paulatim reflexa desinentibus componitur: Inque ejus loculamentis alveolisve discriminatis *semina* lata, compressa sublutea, *Fritillariæ* ad instar suffarcinata sunt.

Ruta sylvestris non ramosa, tenuiori caule minori folio & flore, seu angustifolia *Hort. Cath.* 194. In ramulo sicco nobis à D. *Sherard.* oblato folia tenuiùs dissecta erant minora & angustiora quàm in Ruta sylvestri vulgari. *Flores* circa margines fimbriati videbantur.

P. 1023.

Lyſimachia lutea, non pappoſa erecta minor, flore luteo pentapetalo, fructu Caryophylloide *Slon. Cat. Jamaic.* An Nir-Carambu *H. M.* Part. 2. p. 99. D. *Sloane.*

Ad 10 circiter digitorum altitudinem aſſurgit, è parvis fibris inter reptandum è geniculis in limum demiſſis, quibus alimentum attrahit. *Caulis* viridis eſt, teres, ſucculentus, lævis, fragilis; *foliis* aliquot veſtitus, pediculis ½ unciæ longis rubris intercedentibus annexis, unciam longis, dimidiam latis, media latiſſima parte, glabris & ſplendentibus. Ex alis foliorum exeunt *flores*, pentapetali, ampli, flavi, pulchram ſpeciem exhibentes. *Semina* non obſervavi, quamvis ex ſpecie & habitu externo, caulibus & flore, ſi non Portulacæ ſpecies genuina, ei certe cognata eſſe videbatur.

In paluſtribus prope **Black-River-Bridge** oritur, ubi aquæ maximam anni partem vadoſæ ſunt, in limum fibroſas ſuas radices agens.

P. 862. Ad Plantam Lyſimachia lutea fruticeſcens dictam, ſeu Camarabayo *Braſilienſibus Marcgrav.* nota.

Hæc ſpecies *Lyſimachia lutea non pappoſa erecta major foliis hirſutis, fructu Caryophylloide* D. *Sloane* in Hiſtoria Stirpium *Jamaicenſium* dicitur. Ex cujus deſcriptione accurata adde, *Folia* nervoſa eſſe, plura ſimul è caule exire, alia majora, alia minora, majora 3 uncias longa eſſe, unam vix lata, etiam in media latiſſima parte, dilutè viridia, lanuginoſa, & holoſerici inſtar ad tactum mollia: *Flores* ex alis foliorum exire, amplos, pentapetalos, flavos, patulos, cum *ſtaminibus* intus luteis, *calice* pentaphyllo parvo ſuſtentatos, pediculo ſemunciali intercedente *capſulæ* oblongæ ſeu ſiliquæ 4drangulari aut 5angulari inſidere.

Ad ripas depreſſas & humidiores fluvii *Rio Cobre* dicti, aliiſque locis humidioribus Inſulæ *Jamaicæ* oritur.

P. 1055.

Gratiolæ affinis Hyſſopifolia major *Luſitanica Flor. Bat.* Caules vireſcunt: *Folia* latiora parùm vulgari: Flos ſextuplo major, coloris carnei D. *Sherard.*

Pentapetalæ anomalæ *Indicæ* & *Americanæ.*

1. Alnifolia *Americana* ſerrata, floribus pentapetalis, albis, in ſpicam diſpoſitis *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 1.

Folia, me judice, ad Pruni potiùs quàm ad Alni accedunt, ſunt enim circa margines pariter ſerrata & acuta. *Spica* florum palmaris eſt aut major, è plurimis *floſculis* pentapetalis, albis, ſtylum longum exſerentibus compoſita.

2. Pee-Coipa *H. M.* P. 10. T. 67. Herba *Indica* foliis binis adverſis, floribus pentapetalis in capitula congeſtis, capſulis monoſpermis. *H. M.*

Arenoſo gaudet ſolo. *Radix* albicans, fibroſa: *Caules* rubeſcentes. *Folia* caulibus inſident oblongo-anguſta, alia viridia, alia ex parte, vel in totum rubeſcentia, craſſa, ſpiſſa. *Coſta* utrinque eminet. *Flores* ſpicæ ſunt, pentapetalæ, cuſpidatæ, albicantes aut ſubrubeſcentes, nitentes, nonnihil rigidæ, in medio venâ rubrâ ſtriatæ. *Stamina* in illis albicantia, ſurrecta 5 rubro-purpureis gemmulis nodulata; in medio *Stylum* habent. In ſingulis *capſula* videtur *ſeminalis*, viridi-albicans, unico *ſemine* nigerrimo nitente, duûm convexorum laterum, repleta.

Delirium ex Endemio malo [*Pitao*] oriundum ceſſat, ubi tempora hac planta in *vaccino lacte* & *butyro* cum Sandalo trita illinuntur.

3. Pee-Tardavel, *H. M.* P. 9. T. 79. *Herba* Indica *capitulis globoſis, floſculis pentapetalis quorum ſingulis in capſula membranacea ſingula ſuccedunt ſemina.*

Planta hæc arenoſa amat. *Radix* albicans, fibroſa, ſubflaveſcens, intus lignoſa. *Stipites* nonnihil tortuoſi ac cymis inflexi, viridi & hinc indè ſubrubeſcente cortice; ſuperiores rami virides, ſpiculis brevibus aſperis ſparſim obſiti, ad cymas turgeſcentes, veniſque ſtriati. *Folia*, cum ſuis brevibus interiùs planis petiolis, in ramis proveniunt, rotundiola, parùm oblonga, tenuia, mollia, lenia; coſtula media etiam in vertice eminet. *Flores* in capitulis globoſis ſpicatis faſtigiis ramorum inſident, vel etiam ad latera hinc indè adhærent, ſuntque oblongæ cuſpidatæ ſpicæ, pentapetali, candicantes, tranſparentes, ſemi-virides, in medio cuſpidum viridi-fuſcâ venâ ſtriati. *Stamina* in illis 5, oblonga, candicantia, ſurrecta, purpureo-rubris gemmulis nodulata. *Stylus* ſupernè purpureo-ruber, ex gemmula viridi albicante emergens. Florum ſpicæ tribus cuſpicatis viridiuſculis foliolis, quæ in filamenta oblonga & criſpata deſinunt, ſuccinguntur, odoris expertes. Floribus excuſſis ſpicæ apertæ ſe claudunt, capſulam oblongam ſeminalem intra ſe recondentes, quæ in vertice filamento oblongo eſt dotata: in ſingulis ſpicis intra propriam capſulam membranaceam *ſemen* unicum includitur parvum, lateribus utrinque convexis, quæ in oram angulatam coeant, coloris atri & nitentis.

Incantatis opitulatur hæc planta.

5. Tetra-

5. Tetragonocarpos *Africana*, radice magna, craſſa & carnoſa *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice gaudet perenni, ſubflava, craſſa, ſpithamam longa & ſapore dulci prædita; ex quâ *cauliculi* aliquot proveniunt humi fuſi. His *Folia* adſtant, craſſa, ſucculenta, ex anguſto principio in mucronem latum exeuntia, per margines æqualia, & ſapore ſubacido inſtar foliorum Portulacæ ſativæ prædita. In cauliculorum ſummitatibus *Flores* apparent longi, ſuſtentati pediculis, pentapetali, lutei, ſtylum habentes viridem, cui multa circumſtant *ſtamina* lutea.

Menſibus floret æſtivis, ſemina in hiſce regionibus rariſſimè perficit.

6. Tetragonocarpos *Africana* fruticans, foliis longis & anguſtis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Ex *radicibus* fibroſis & albicantibus *caulis* erigitur pedalis, cortice exteriore fuſco, interiore viridi amictus. *Caulis* in varios divaricatur ramulos, primò virides, dein fuſcos: his *folia* adſtant longa, anguſta, viridia & ſucculenta. Ramulorum ſummitates ornant *flores*, parvis ſuſtentati pediculis, lutei, pentapetali & tetrapetali, inſtar præcedentis, ſed duplo minores. Flores ſequuntur *Fructus* 4drangulares & alati ut in præcedente.

Floret etiam menſibus æſtivis, & ſemina rariſſimè perficit. Inter *Africanas* plantas frigoris eſt patientiſſima. Ramulis avulſis facile propagari poteſt.

7. Nela-Naregam *H. M.* P. 10. T. 22. Trifolium *Indicum* fruticeſcens, folii pediculo alato, flore pentapetalo candidiſſimo, fructu triangulato.

Plantula eſt unius aut ſeſquicubiti. *Radix* odore valde aromatico, colore flavo-rubicundo, ſapore amaro & ſubacri. *Folia* in eodem pediculo terna alatim proveniunt, parva, oblongo-rotunda, leniter cuſpidata, craſſiola, mollia, lenia, glabra, viroris fuſci & nitentis ſaporis ſubacris & aromatici; *Coſta* media utrinque eminet, ſubtus viridi-albicans, ſupernè viridi-fuſcior. *Flores* pentapetali, oblongo-rotundi, candidiſſimi; in quorum medio *Stylus* emicat oblongus, ſurrectus, candidus, capitulo craſſiore, ac in vertice, ubi floſculis breviſſimis coronatur, flavus. *Fructus* parvi, virides, trilaterales, parùm convexi, tria in ſe 4ve continent *Semina*, interſepimentis ſejuncta, oblonga, aliquantulum incurva, albicantia, ſupernè extenuata, ſaporis, ut & fructus, ſubaſtringentis & ſubacris.

Succus ex ſingulis hujus plantæ partibus extractus, cum oleo *Nucis Indicæ* illitus Pſoram delet. Ex radice affuſâ aquâ potiuncula adversùs febres Epilepſiam concomitantes, præparatur. Pulveriſata antidotum eſt contra notum illum morbum *Pitao* dictum. *Virei.*

8. Katu-Mailoſina *H. M.* P. 10. T. 66. Herba *Indica*, foliis ad genicula pluribus, Floribus pentapetalis, in ſummis caulibus ſpicatim congeſtis, capſulis tripartitis polyſpermis.

Arenoſa amat. *Radix* lignoſa, flaviuſcula. *Surculi* rotundi, geniculati, villoſa lanugine, quæ manu facilè deteritur, veſtiti, viridi ſeu etiam rubeſcente cortice, qui deinde è lanugineo ruber evadit, & villoſa lanugine deſtituitur, in geniculis rubris annulis interſtincti. *Folia* ſurculos in geniculis inveſtiunt, valde oblongo-anguſta, parùm piloſa, craſſa, denſa, venulis parùm in recta parte eminentibus ſtriata, ſaporis adſtringentis. *Flores* faſciculatim proveniunt, ſúntque parvæ ſpicæ cuſpidatæ, pentapetalæ, argenteæ. In ſingulis intra hians orificium, circa fundum *capſula* conſpicitur *ſeminalis*, nonnihil angulata & cuſpidata, quæ primùm viridis, ſed ſeminibus maturis in tria latera ſeu foliola relaxata, cum nitore rubeſcens, rubore per argentea ſpicarum petala tranſparente, in 3 partes diſtincta; in quibus *ſemina* continentur minutiſſima, per maturitatem nigricantia.

Cum *Nucis Indicæ* ſucco lævigata Alexipharmacâ in morſu Serpentis virtute præſtat: Præparatur & ex illa Apozema antihypochondriacum. *Virei.*

9. Cupa-Vela *H. M.* P. 9. T. 33. Herba ſiliquoſa *Indica*, pentapetala, foliis adverſis, ſiliquis longis anguſtis, in foliorum alis, ſeminibus oblongis.

H. M.

Altitudine eſt duorum triúmve pedum, naſcens in arenoſis. *Radix* albicans, fibroſa. *Rami* 4dranguli, viridi-diluti, geniculati. *Folia* ad genicula geminata, & ordine decuſſato, pedunculis proveniunt brevibus, oblongo-anguſta, in cuſpidem ſtricta, viroris communis. *Coſta* media cum lateralibus in averſa parte eminent, rectam ſtriant, quod & ſequenti plantæ commune eſt. *Flores* in ſurculis ad exortum foliorum 2, 3ve ſimul ſpectantur, parvi, pentapetali, albi, rotundi, ſtelliformiter expanſi, cuſpidibus minutiſſimis eminentes, collo oblongo, craſſiolo, viridi-albicante, ex *calice* arcto, viridi-diluto, 5 foliis cuſpidatis exſtructo, eminentes. Quibus deciduis *ſiliquæ* ſuccedunt oblongæ, tenues, rotundæ, in cuſpidem ſtrictæ, leviter intortæ, primò virides, deinde purpureo-fuſco-rubræ, tandem cineraſcentes. *Semina* in iis continentur oblonga, ſulculis ſtriata, lacunam habentia unicam oblongam, profundam, atram.

Folia indigenæ adhibent in concoctione *Caril.*

10. Tsjeru-Parua, *H. M.* P. 10. T. 53. An Gratiolæ affinis fruteſcens *Americana*, foliis Agerati vel Veronicæ erectæ majoris *Breyn. Prod.* 2?

Naſcitur

Naſcitur in arenoſis. *Radix* fibroſa albicans. *Stipites* rotundi, virides, glabri. *Folia* oblongo-anguſta, cuſpidata, ſerrata; minora verò glabra, lenia, formâ foliis *Uren* æmula. *Flores* plures ſimul proveniunt, flavi, pentapetali, tranſparentes, nonnihil nitentes, diformes: *Stylus* theciformis, flavus, craſſiuſculus, cui petalorum unguiculi annexi, ſuperiori parte plurimis *ſtaminulis* penecillatim in orbem expanſis circundatus, quorum *apices* flavi filamentum tranſmittens tenue ex globulo in orificio calicis, in 5 ſtaminula, flavo nodulo dotata, fiſſum. *Calix* cyathi-formis, viridi-dilutus, 5 cuſpidum, 5 viridibus nervulis ſtriatus. *Capſulæ ſeminales* plano-rotundæ, & in vertice mucronatæ. *Semina* in illis 6, 7, 8, aut 9, trilatera, uno rotundiore, duobus planis, Coloris cinerei.

Virei. Foliorum ſuccus cum lacteo *Nucis Indicæ* coagulo mixtus, in potiunculæ, vel linimenti formam redactus, dolores mitigat nephriticos. *Radix* cum aqua communi trita Eryſipelati reſiſtit.

11. Pola-Tsjira *H. M.* P. 9. T. 78. Herba verticillata aquatica, foliis integris ſerratis floſculis pentapetalis, capſulis 5 ſuturis ſtriatis.

Planta eſt aquatica. *Radix* plurimis albis fibris conſtat, pedes caulium quibus ſuper terram repit, in geniculis circumveſtientes. *Caules* rotundi, craſſioli, versùs cuſpidem ſenſim ſtrictiores, viridi-clari, nitentes, aquei, fungoſi, venis tranſparentibus & parallelis ſtriati, geniculati, internodiis ſenſim ſe versùs apicem minuentibus, ex pedibus novos caules ejicientes, intus interſepimentis, quæ ex ſtylo medio, tenui, plano, ſubruffo exeunt, & cortici exteriori ſe affigunt, in fiſtulaceos tubulos diſtincti. *Folia* caules alatim in geniculis gemina-ta circumveſtiunt, oblongo-anguſta, cuſpidatis acutis denticulis ordinatè ſerrata, lenia, glabra, viridi-nitentia. *Flores* plures congregati in geniculis ſupra exortum foliorum prodeunt, caulibus arctè inſidentes, parvi, pentapetali, albo-aquei, ſtelliformes, 5 viridibus foliis cuſpidatis ſuccincti. Stamina 10 albicantia, gemmulis flaviuſculis nodulata, globulum medium viridem amplectentia. *Globuli ſeminales* ſubrubri, 5 ſuturis ſtriati: *Semina* in illis numeroſa, parva, primùm albicantia, dein ex albicante rubentia.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS,

Herbas enangioſpermas flore pentapetaloide ſeu monopetalo pentapetalum ſimulante complectens.

P. 1086. Ad Cap. De Auricula Urſi.

1. Auricula Urſi omnium maxima *Alexandri Balaam Cat. Horti Piſani.* Urſi, folio majori *Cat. Hort. Patavini Georgii à Turre.*

2. Auriculæ Urſi aut potiùs Cortuſæ *Matth.* facie, planta Æthiopica, foliis ad lacinias ſuperna parte ſpinis ſtellæ in modum diductis echinata, & ad oras pilis longioribus fimbriata *Pluk. Phyt.* Tab. 271. F. 1.

Caules habet tenues, valde ramoſos, in *flores* parvos muſcoſos deſinentes. *Semina* ſeu potiùs vaſcula ſeminalia ſpinis validis armantur Tribuli terreſtris fere in modum. D. *Plukenet* in *Mantiſſa* ad Valerianoidem eam refert. D. *Sherard.*

P. 1091. Ad Cap. De Centaurio minore.

1. Centaurium minus supinum maritimum *Lusitanicum* Linariæ folio, floribus glomeratis *Tournef. Institut.*

2. Cent. min. luteum perfoliatum, caule pœne alato *Ejusd.*

3. Cent. min. *Africanum*, Caryophylli folio, flo. suave-rubente *Ejusd.*

4. Cent. luteum triphyllum *Ambrosini Ejusd.*
Ambrosin.
Ex *radice* alba, tenui, perquam exigua lignosa parùm capillata *cauliculus* prodit unicus, palmaris, rotundus, rufescensque. *Foliola* habet parva, terna, alterno ordine contra se posita, Centaurii lutei non perfoliati satis similia, non prælonga sed rotunda veluti sunt Hyperici, caulem circum ambientia, alternatim per intervalla dispositа. In summo verò *flores* ternos, calycibus pro basi insidentes colore luteo, quibus succedunt minuta *semina* nigra, ut in lutea vulgari Centaurea. Sapor amarus, sed non tam intensus quàm in vulgari.
Maio mense floret. Nascitur ad ripas *Sapinæ* fluvii in agri *Bononiensis* locis montosis.
Descriptio est *Hyacinthi Ambrosini* in *Catal. Hort. Bonon.* 1657.

5. Centaurium minus, caule longissimo *Tournef. Institut.* Cent. minus, longitudine duarum ulnarum *Mentzel. pugil.*

6. Centaurium minus ramosum *Barr. Icon. Tournef. Institut.*

7. Cent. minus, Linariæ folio brevissimo *Ejusd. ibid. Barr. Icon.*

8. Cent. minus, Linariæ folio longiori *Tournef. Institut.* Cent. minus, angusto prælongóque folio, flore rubello *Barr. icon.*

9. Cent. minus ab imo ad summum ramosum, eleganti flore majori, patulo, è punicante vegetè rubro *Hort. Cathol. Cupani.* *Folia* angusta sunt & acuta, bina opposita. *Flores* in summo caule & ramulis velut umbellatim digesti, è tubo oblongo in 5 lacinias seu petala expanduntur,

10. *Centaurium minus, foliis oblongis, acutis, flore patulo puniceo majori.* Flores in summis caulibus & ramulis velut umbellatim digesti, è tubo oblongo in 5 segmenta, oblonga, acuta expansi. A D. *Sherard* habui, qui *Centaurium minus Africanum elatius, flore Lychnidis amplo purpureo eam vocat.*

11. Centaurium luteum perfoliatum, Aphacæ *Dod.* foliis *Hort. Cath.* 43. adde paucioribus ramis. Sicca à D. *Sherard* communicata ramosior esse videtur. Luteo vulgari Centaurio persimile est, imò planè idem esse videtur.

12. Cent. minus luteum, angustifolium, non perfoliatum *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 76.

In *Corsicæ* montosis reperitur hæc planta, & ad pedalem altitudinem excrescit.

13. Cent. minus leptophyllon polyanthes, accenso acutóque folio *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 43.

Pedali altitudine à terra attollitur, & in montibus *Sabaudiæ* invenitur.

14. Cent. minus aureum, flosculis numerosis *Æthiopicum Pluk. Almag. Bot.* T. 275. F. 3.

15. Cent. perfoliatum *Æthiopicum*, flosculis exiguis, flavescentibus, ex caliculis magnis quadripinnatis erumpentibus *Ejusd. ibid.* F. 4.

16. Cent. minus *Æthiopicum*, foliis cordiformibus D. *Oldenland.*

Altitudine est palmari, *foliis* ex adverso per intervalla, binis. Summus caulis in plures ramulos dividitur, *flosculos* majusculos, pentapetaloides, luteos, velut in umbella gestans, ex utriculis, membranis foliaceis velut alatis, emergentes. D. *Oldenland* circa *Promont. Bæ. Spei* collectum ad D. *Petiver* transmisit, cui acceptum refero.

17. Cent. minus Caryophylloides *Africanum* semper virens *P. B. P.* Rapuntio affinis Lini facie *Prom. Bæ. Spei Breyn. Cent.* 1. *Hist. nost.* p. 747.

Quem è *Marilandica* hujus generis plantæ ramulum nacti sumus foliis & florum situ umbelliformi Asyron referebat; verùm florum magnitudine & colore rubente ab eo differebat. Hujus plantæ ramulus quem postea à D. *Sherard* nacti sumus à *Marilandico* species diversa erat.

18. Cent.

18. Cent. minus luteum, floribus in ſummo caule velut umbellatis *Cap. Bæ. Spei.*

Altitudine eſt ſeſquipalmari; foliis binis oppoſitis, abſque pediculis adnatis, lata baſi, mucrone acuto. Florum calices utriculi laxi ſunt, baſi lata, collo anguſto. Siccam à D. *Sherard* habuimus.

19. Cent. luteum humillimum, ramoſum, foliis pauciſſimis, floribus plurimis *Cap. Bæ. Spei.*

Ramuli incurvi, huc illuc reflexi, breves.

20. Cent. Caryophylloides, flore amplo, foliis oblongis anguſtiſſimis *P. Bæ. Spei.* D. *Sherard.*

Cauliculi ſimplices ſupernè in 2 ramulos diviſi, quorum ſinguli ſingulos geſtant flores amplos.

21. Cent Caryophylloides ramoſius, floribus minùs ſpecioſis, magiſque ſparſis *Promont. Bæ. Spei.*

Folia anguſta, ſemuncialia, ex adverſo bina. Flores in ſummis virgis & ramulis.

22. Cent. album ramoſiſſimum, potiùs Alſines ſpecies *Prom. Bæ. Spei.*

Hæc plantula vix palmum alba, ramulorum diviſione Herniariam ſeu Millegranam minimam imitatur. E ramulorum divortio exit floſculus ut in Alſine. Ramuli ſecundarii pariter bifariam dividuntur, éque dichotomias angulo exit floſculus ut in illa. Folia Alſines, nec vaſculum ſeminale diſpar.

23. Cent. minus *Arabicum* longiori folio, flore purpureo *Pluk. Mantiſſ.* Variat etiam flore albo.

24. Cent. minus luteum folio ſubrotundo membranaceo, tranſparenti *Cap. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

25. Cent. minus Hypericoides, flore luteo, Lini capitulis, *Narre-comptee Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

26. Cent. minus ſpicatum anguſtiſſimo folio ſive Scoparium *Marilandicum* novum *Ejuſd. ibid.*

27. Cent. minus verticillatis floribus *Madraſpatanum Muſ. Pet.* 369. item *Ejuſd. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1017. Valerhu *Malab.* D. *Brown.*

P. 1089. Ad Cap. De Apocyno.

Apocyna, quibus & *Aſclepiades* & *Neria* accenſet D. *Hermannus*, (quamvis Aſclepiades & Neria notis ſufficientibus ab Apocynis diſtinguuntur) eodem definiente, ſunt ſtirpes ſiliquas producentes unicapſulares, univalves, per longitudinem dehiſcentes, & in his ſemina cum propendente promiſſa lanugine imbricum modo ſtylo nutritivo incumbentia.

Apocyna autem cùm numeroſiſſima ſint, clarioris intelligentiæ & memoriæ cauſâ in duo Genera dividit, nimirum *Erectorum* & *Scandentium*. Utriuſque ſpecies omnes quæ vel ab aliis, vel à ſeipſo tum detectæ fuere, in gratiam Rei herbariæ ſtudioſorum enumerat, quem & nos equemur.

Apocyna erecta.

1. *Apocynum Americ. erectum, tuberoſa radice, non incanum, foliis rigidioribus, latis, ſubrotundis, floribus albis, intus purpureis, ſummo caule corymbum magnum efformantibus* Pluk. Phyt. T. 77. F. 1. Fortè *Apocynum rectum, non ramoſum, latiore folio, umbellis florum albicantibus Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.*

Num ſit *Apoc. Americ. arboreſcens, foliis rigidis ſubrotundis ampliſſimis P. B. P.* ipſe cum *Plukenetio* dubito (inquit *Paul. Hermannus* in *Paradiſ. Bat.*) Hoc enim antequam flores conceperat Brumæ rigore periit. *Radix* lignoſa quidem ſed tuberoſa non erat. Folia cum *Pluknetiano* conveniebant. Conſpeximus in Horto *Fageliano* è ſemine educatum.

2. *Apocynum Americanum arboreſcens, fructu omnium maximo P. B. P. Herman. Parad. Bat.*

Natum in Horto *Beverningiano*, altero à ſatu anno, antequam quicquam præter caulem & folia exhiberet, denatum eſt. Illud altitudinem pedalem craſſitiémque digiti adimpleverat: Hoc caulem acquiſiverat lignoſum, bipedalem. *Folia* lætè viridia, palmum ampla, ſubrotunda,

tunda, in basi cordata, conjugato ordine ex triuncialibus petiolis hærentia. *Semina* erant depressa congenerum more, lanuginosa, candida cæsarie donata. *Siliquæ* magnitudine ovum anserinum longè superabant, constabantque cortice coriaceo, crasso, glabro, in fusco viridante, parte superiore per longitudinem hiulco.

3. *Apocynum erectum* Africanum, *villoso fructu, Salicis folio lato, glabro* Herman. *Parad. Bat.* Hort. Amst. *rar.* P. 2. p. 49.

Insigni fibrosarum pallidarúmque radicum contextu luxuriat Apocynum hoc ornatissimum. *Caule* assurgit ut plurimum unico, 4 aut 5 cubitos alto, glabro, viridi, inferiùs purpurascente, in multas alas diviso. Hunc adornant *Folia* Salici quadantenus accedentia, glabra, ad ambitum integra, bina ex adverso brevissimis petiolis hærentia: quæ parti caulis inferiori adstant latitudine pollicem, longitudine digitum cum semisse superant, cætera sensim angustantur, abbreviantúrque. Ad quamcunque foliorum conjugationem à medio ad fastigium caulis usque exit pediculus digitalis, in 7, 10, pluréve radios in corymbum seu umbellam actos divisus. Singuli sustinent in caliculo parvo quinquifido *Capitulum* pentagonum, futuri floris rudimentum quod radiis incurvescentibus deorsúmque nutantibus in 5 candidissima segmenta, ad ambitum rara lanugine pubescentia se laxat, medium occupante rigidiusculo concolore capitulo ex 5 concavis, quasique bifidis costulis, melleo punicante succo turgidis constructo; qui nisi formicis, muscis, apibúsve absumatur, sæpe in subjectis foliis lachrymarum instar deciduus apparet. Floribus marcescentibus succedunt *folliculi*, nunc in singulis radiis & calycibus singuli, nunc gemini, in extremitate acuminati, vesicæ instar inflati, ex duabus tenuibus membranis conflati, quarum exterior gallinacei ovi magnitudine, mucronati, obliquè sursum tendentes, longis viridantibus villis quasi inermibus aculeis præditi. Hi maturitatem adepti summa parte per longitudinem se aperiunt, ostendúntque *semina* parva oblonga, compressa, pyriformia, fusca, plumosa, imbricata serie intermedio nutritivo stylo incumbentia, & candidissima splendentéque lanugine donata.

Perennat & in hypocausto facilè asservatur.

4. *Apocynum erectum* Africanum, *villoso fructu, Salicis folio lato, subhirsuto* Herman. *Parad. Bat.* p. 23.

5. *Apocynum erectum* Africanum, *villoso fructu Salicis folio glabro angusto* Ejusd. ibid.

Utrumque præcedenti conforme est. Prius autem *folia* profert mollia lenitérque hirsuta; Posterius *folia* angustissima, glabra atro-virentia, & *Flores* paulò minores, in viridi pallentes; Folliculos quoque minores, villis crebrioribus & tenuioribus exasperatos. Triplex hoc Apocynum debetur D. *Henrico Benhardo Oldenlandio.* Radicibus est perrenantibus, nec brumam multum reformidantibus. De facili propagatur quovis modo. Lac quod fundit sauciatum sub nostro climate minùs acre & ferme insipidum deprehenditur.

6. *Apocynum erectum* Africanum *subhirsutum, foliis undulatis* Herman. *Parad. Bat.* (floribus luteis in umbellam congestis.)

Hujus ramulum siccum ex monte petroso, vulgò *Steenberg* ad *Promont. Bæ. Spei* collectum transmisit idem *Oldenlandius.* Totus rubra quadam lanugine pubescebat. Color erat in viridi puniceus, crassities calami Anserini, longitudo cubiti. *Folia* digitum longa, ad basin pollicem lata, sensim in mucronem abeuntia, ad margines eleganter sinuata undulatáque bina ex adverso situ. Cacumen ornabat venusta *florum* corona, effigie umbellæ; singulis floribus ex quinis segmentis deorsum flexis, & intermedio prominente umbone compositis, coloris prout ex sicco exemplari conjicere licuit, in viridi flavescentis. *Semina* congeneribus paria erant, plana, nigricantia, & ob forsan imperfectam maturitatem nonnihil corrugata: Telluri enim commissa non pullulárunt.

7. *Apocynum erectum* Africanum, *subincanum, foliis Telephii* Herman. *Parad. Bat.*

Acceptum & hoc debemus D. *Oldenlandio.* Secundo à satu anno adolevit in caulem $2\frac{1}{2}$ pedum, crassitie digiti, teretem parte inferiori juxta radicem, ubi in aliquot ramos dividebatur, nodosum; inæqualem, incana lanugine pubescentem. Hunc conjugata cruciatáque serie cingebant folia subrotunda, crassa, densa, formâ Telephio, consistentiâ verò & colore Apocyno *Syriaco Cornutiano* nonnihil similia: carinata, è basi lata in acutum brevémque cuspidem desinentia, pallidè virentia, quasi incana, multísque venulis insignita, quorum inferiora pollicis amplitudinem æquabant, superiora verò horum latitudinem & longitudinem duplo triplóve excedebant. E supremo ramorum apice, & ipsorum etiam foliorum conjugationibus, medio *Novembre*, apparebant parvi *florum* corymbi, qui antequam se explicare & perficere poterant, ob aeris rigidioris inclementiam peribant. Videbantur autem floribus *Telephii* vix majores, ex 5 segmentis & intermedio parvo umbilico, aliquot staminibus circundato constructi, coloris ex puniceo & violaceo obsoleti. Singulis subjiciebatur *calyx*, in 5 foliola, velut foret Flos ipse, expansus, quem & magnitudine omnino æquabat. *Radix* multâ fibrarum pallidarum copiâ densè contexta numerosæ sobolis ferax est. *Semina* è quibus Apocynum hoc enatum, plana erant, depressa, nitidi Castanei coloris, candidissima promissa lanugine prædita. Succo gaudet viscoso, lacteo, acri, amaricante & nauseoso. In fictili loco calido coli desiderat.

8. *Apocynum erectum incanum latifolium Ægyptiacum, floribus croceis* Herman. *Parad. Bat. Ægyptiacum lacteſcens ſiliquâ Aſclepiadis C. B. erectum majus latifolium Ægyptiacum, flore luteo ſpicato Breyn. Prod.* 2. Beidelſar Alpini ſive Apocynum *Syriacum J. B.*

Hoc genus pro Apocyno Syriaco *Cluſ.* in Hiſtoria habuimus nec differre ab Apocyno Americano *Cornuti* putavimus, verùm erroneè, à *Veſlingio* decepti.

9. *Apocynum erectum incanum latifolium Malabaricum, floribus ex albo ſuave-purpuraſcentibus* Herman. *Parad. Bat. latifolium Ægyptiacum, incanum erectum, floribus magnis pallidè violaceis* P. B.P. Ericu *H. M.* p. 2. Waraghaha *Zeyl.*

A præcedente ſolo floris colore differt. *Herman.*

10. *Apocynum erectum incanum latifolium Malabaricum floribus omnino albis* Herman. *Parad. Bat.* Bel-ericu *H. M.* part. 2.

In arenoſis inſulæ *Zeylan* & regionis *Malabaricæ* D. *Hermanno* copiosè occurrit.
Ex *Surinama* folio ſubrotundo rigido lucido habetur. D. *Sherard.*

11. Apocynum *Portoricenſe* fruticoſum, foliis craſſis, haſtæ cuſpidi ſimilibus *Hort. Beaum.* Tithymalus *Portoricenſis* folio craſſo, haſtæ cuſpidi ſimili *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 137. F. 5. Apocyno affinis Portoricenſis, folio haſtæ cuſpidi ſimili *Commel. Hort. Amſt. rar.* D. *Commel.*

Caudex in nullos divaricatur ramos [*Aſt caudex ramis orbus dici non meretur*, adnotante D. *Ruyſch* & *icon* D. *Plukenetii ramoſum repræſentat, qui ſculptus eſt ad ramulum in Horto Regio Hamptonienſi collectum*] materiâ ligneâ molli præditus [D. *Ruyſch.* fungoſam potiùs quàm ligneam eſſe obſervavit] qui in duorum pedum altitudinem attollitur, pollicem craſſus, cortice griſeo-albo amictus, ſucco lacteo non admodum acri turgens. Caudicis apici innaſcuntur *Folia*, ſupernè obſcuriùs, ſubtus hilariùs virentia, ex anguſto principio lata, cuſpidata, nervo craſſo ſecundùm longitudinem decurrente, haſtæ cuſpidem referentia, ſapore maſticanti primò dulci, poſtea nonnihil acri.

Planta eſt admodum tenera. *Folia* certo quodam tempore decidunt, novis renaſcentibus. Semina plana & lanuginoſa ſunt, unde rectiùs ad Apocynum quàm ad Tithymalum refertur.

12. *Apocynum erectum incanum latifolium Americanum, floribus ex incarnato ſuave-violaceis* Herm. *Parad. Bat. erectum majus latifolium Indicum, flore concavo amplo carneo ſuave-purpuraſcente* Breyn. *Prod.* 2.

Apocynum hoc ex vulgi errore pro *Ericu* H. M. habetur, à quo tamen ſpecie diſtinctum eſt. *Ericu* enim incola eſt *Indiæ Orientalis* flores proferens ad caulium ſummitates, ſparſim congeſtos, multò majores & pulchriores quàm *Americanum*, coloris ex albo intenſiùs purpuraſcentis. Hoc verò *Americanum* in *Sirinama* provenit, éſtque partibus omnibus *Ericu* minus, floribus ex incarnato dilutiùs violaceis, pluribus ſimul velut in umbella cumulatis, quamvis nonnunquam unus, duo tréſve circa ramorum extrema conſpiciantur.

Aeris inclementiæ impatientiſſimum eſt.

13. *Apocynum erectum latifolium Americanum glabrum, floribus longiſſimis tubuloſis* Herman. *Parad. Bat.*

Ramulus hujus ſiccus, quem deſcripſit *Hermannus*, longitudinem dodrantis cum ſemiſſe, craſſitiem calami habebat. *Folia* ad genicula bina ex adverſo, glabra, rigida, nervoſa, 4 dig. longa, palmum lata, in mucronem deſinentia. Circa extremum findebatur in breves aliquot petiolos (13 numeravi) ſuſtinentes quinquifidos oblongos calices, è quorum medio prodibat tubus tenuis, 7 uncias longus, qui in 5 ſegmenta, tanquam petala ſe laxabat, coloris purpuraſcentis: medium occupabant totidem apices longiuſculi flaveſcentes. Cætera nobis incomperta ſunt.

14. *Apocynum erectum latifolium incanum Syriacum, floribus parvis, obſoletè purpuraſcentibus* Herm. *Parad. Bat. latif. Syriac. incanum, floribus umbellatis minoribus, obſoletè purpuraſcentibus ſiliquis folliculatis rugoſis* Hort. Lugd. Bat. Herman. *majus Syriacum rectum* Corn. *Syriacum fortè* Cluſ. *rectum latifolium Americanum, ſive majus* Park. Beidelſar *Veſlingii.*

Plantam hanc à *Beid el oſſar* Alpin. ſive *Oſſar* Belli multùm differre agnoſco quicquid in contrarium ſcripſerim *Veſlingii* autoritate perſuaſus. Quin & Apocynum rectum latifolium *Americanum Park.* ſpecie diverſum non eſſe ab Apocyno hoc *Syriaco* concedo. Variat autem pro varietate climatis à quo defertur, caulium, foliorum, florum colore: Hinc

Apocynum rectum Syriacum, *caule viridi, flore exalbido Hort. Reg. Pariſ.*

Apocynum erectum Virginianum, *caulibus & nervis foliorum puniceis* P. B. P.

Apocynum erectum Noveboracenſe, foliis minùs incanis, flore ex obſoleto dilutè purpuraſcente Herm. *Parad. Bat.* An *erectum medium latifolium peregrinum, flore umbellato, ex obſoleto dilutè purpuraſcente* Breyn. prod. 2?

Apocynum erectum acutiore folio, flo. purpuraſcente ex *Aleppo* D. *Bobart.*

15. *Apocynum erectum Canadenſe anguſtifolium* Herman. *Parad. Bat.* i. e. *minus rectum Canadenſe* Cornuti ſeu 12um *Hiſt. noſt.* p. 1089.

16. *Apocynum erectum Canadenſe latifolium* Herman. *Parad. Bat.*

Folia quàm præcedentis multò longiora ſunt latioráque, coloris in viridi pallidioris. *Flores* rubent ſaturatiùs quàm in Apocyno Syriaco *Cornutiano* ſeu ſi mavis dilutiùs quàm in præcedente. Stolones ex nigro nunc purpuraſcunt, nunc vireſcunt. Aſt parilis coloris in caule luſus Apocyno quoque præcedenti familiaris eſt. *Flores* ſub noſtro climate exhibet ſerius; *ſemina* rarò aut nunquam perficit. Amat quodvis ſolum, & multiplicatur propaginibus à radice reſectis.

Apocynum erectum Virginianum Wiſanck ſeu *Vincetoxicum Indicum* dictum *Ger. hnc refert* Paul. Hermannus.

17. *Apocynum erectum Canadenſe humilius, anguſtiſſimo folio* Hort. Lugd. Bat. Herman. Parad. Bat.

Ab Apocyno erecto Canadenſi anguſtifolio ſola foliorum anguſtia, cauliúmque brevitate deflectit.

18. *Apocynum Novæ Angliæ ſubhirſutum, radice tuberoſa, floribus Aurantiis* Hort. Lugd. Bat. App. *erectum minus latifolium Americanum, flore umbellato aurantio, petalis reflexis, radice tuberoſa* Breyn. Prod. 2.

Hujus deſcriptionem *Herman.* videſis in Appendice *Hiſt. noſt.*

19. *Apocynum Coraſſavicum ſeu Americanum, fibroſa radice, floribus Aurantiis, Chamænerii foliis anguſtioribus* P. B. P. & Pluk. Phyt. T. 76. F. 6. *erectum minimum anguſtifol. Americanum, flore umbellato Aurantio, petalis reflexis* Breyn. Prod. 2.

At in noſtra florum petala non reflectuntur (inquit D. *Plukenet*) ſed ità diſponuntur ut florem concavum efforment.

20. Apocynum Coraſſ. ſeu *Americ.* fibroſa radice, Chamænerii foliis latioribus *P. B. P*

Utriuſque Apocyni *Curaſſavici flores* ſtructura & magnitudine adeò ſimiles ſunt Apocyno *Novæ Angliæ* tuberoſa radice, ut in ſolo colore differentia animadvertatur. Apocyni *Noveboracenſis* flores unicolores ſunt, petalis ſeu ſegmentis ſingulis intenſo Aurantiaco colore tinctis; *Coraſſavici* verò bicolores ſunt, intermediis petalis erectis dilutè croceo ſeu Aurantiaco flaventibus, externis verò deorſum inflexis fulgenti cocco ſplendentibus. *Caules* mox ab radice in multas alas diviſi, ad pedis altitudinem attolluntur, ornati ad ſingulos nodos foliis ex adverſo binis, ad *Chamænerium* quadantenus accedentibus, attamen glabris, gracilibus, magis mucronatis, coloríſque in viridi dilutioris. Speciei poſteriori latiora ſunt & longiora, priori verò anguſtiora & breviora. Ex ſingulis foliorum conjugationibus ſurgit petiolus biuncialis, cui *flores* velut in umbellam ſparſi inſident, in ſingulis radiis in quos petiolus finditur ſinguli. Floribus marceſcentibus ſuccedunt *ſiliquæ*, ut plurimum ſingulares, rarò geminatæ, erectæ, ſiliquis Aſclepiadis craſſiores & breviores *ſeminibus* lanigeris, velut in congeneribus refertæ. *Radix* numeroſis fibris ab uno ceſpite prodeuntibus capillatur, novas ſubinde ſoboles emittens, quæ ſi tranſplantantur promptè adoleſcunt. Flores perficit Autumno, ſemina *Septembri*. Amat ſolum fervidius, Solis radiis colluſtratum, frigoris impatiens. Succum fundit lacteum, guſtanti inſipidum.

21. *Apocynum erectum fruticoſum, folio ſubrotundo glauco* Herman. Parad. Bat. Apoc. ſubrotundo folio *C. B.* id eſt 3tia Hiſt. noſt. p. 1087.

22. *Apocynum erectum fruticoſum, folio ſubrotundo viridante* Herman. Parad. Bat.

Varietas eſt Apocyni præcedentis, à quo ſolo foliorum colore differt.

23. *Apocynum Indicum minus Nummulariæ folio Breyn. Ephem. Germ.* 11um *Hiſt. noſt.* in inſula *Zeylan.* oritur, Autore *Breynio.*

24. *Apocynum Virginianum flore herbaceo, siliquâ longissimâ Morisi. prælud. Bot Canadense maximum flore minimo herbaceo* Hort. Reg. *Blæs.* & *Par.* Pluk. Phyt. 10um Hist. nost.

25. *Apoc. maritimum erectum Venetum, flore purpureo Hort. Lugd. Bat. Tithymalus maritimus, purpurascentibus floribus C. B. Esula rara è Lio Venetorum insula* Lob. In Hist. nost. pro Tithymali 17a specie describitur.

26. *Apocynum marit. erectum, flore albo* Hort. Lugd. Bat. *Tithymalus maritimus, seu Esula rara è Lio Venetorum insula, flore albo* Hort. Reg. Par.

Ambas hasce plantas non Esulis, sed Apocynis adscribendas esse evincunt *Semina* lanigera in siliquis univalvibus angustis, summa parte per longitudinem dehiscentibus.

27. *Apocynum Americanum, foliis Androsæmi majoris, floribus Lilii convallium suavè-rubentibus* Cat. Hort. Reg. Paris. *Canadense, foliis Androsæmi majoris Bocc.* Ic. & Descr. Apoc. 13um *Hist. nost.* p. 1089.

28. *Apocynum Zeylanicum Indicum fruteſcens, Nerii flore candidissimo* Herman. *Parad. Bat.*

In solo *Zeylanico* fabuloso provenit hoc fruticosum *Apocyni* genus, quod flexilibus suis & obsequiosis virgulis tam latè variéque diffunditur, ut inter Apocyna *erecta* & *scandentia* medium locum obtinere posse videatur. Adolescit caudice crassitudinis pollicaris, nunc 4, nunc plurium cubitorum altitudine, ligno molli, consimilique medullâ repleto, cortice glabro, in fusco rubente, cinereis lituris anguineo more maculato. *Radix* subest albida, lignosa, surculosa, longo ductu summam tellurem perreptans. Ramulos undique luxuriantes ornant *folia* utrinque adversa, Periplocæ scandenti folio longo, purpurante flore, non multùm absimilia, glabra, pinguia, parte superna saturatè virentia, inferna pallidula, numerosis venulis pulchrè cancellata, mucrone acuto, deorsum flexo, magnitudinis valdè inæqualis, sed quæ maxima sunt nec digitum longitudine, nec duos transversos latitudine excedunt. In ramorum apicibus laxior apparet corymbus, ex 8, nonnunquam pluribus aut paucioribus, oblongis acuminatis, in viridi pallentibus capitulis congestus, quæ sensim & successivè in flores forma & magnitudine Nerio æquales expanduntur. Odorem quidem singularem nullum præ se ferunt, sed structuræ & immaculati candoris pulchritudinem tam eximiam, ut à *Zeylanensibus* nomen *Iddaghar* quod *florem arboris* denotat Apocynum hoc meruerit.

Oblongi & tubulosi sunt *Flores*, summa parte quinquepartiti, è medio prominentibus 5 flavescentibus staminulis in conum coalescentibus cum 15 parvis albentibus foliolis trilobatis, lobis singulis laciniatis quasique fimbriatis stamina ista coronæ instar ambientibus. Ex singulis demum florum caliculis demittuntur *siliquæ* geminæ, digitum longæ, glabræ, ab Apocyno *Americano* Androsæmi foliis *Bocc.* sola magnitudine deflectentibus. In his *semina* continentur depressa, membranacea, flava, lanuginosa velut in cæteris hujus sortis. Lacteo succo viscoso acris mordacisque saporis quovis anni tempore ferax est.

29. *Apocynum Malabaricum erectum, flore tetrapetaloide* Herman. *Parad. Bat.* Parparam *H. M.* P. 9. T. 17.

H. M.

Plantula est nascens in locis humidis & petrosis. *Caules* ei graciles, rotundi, geniculati, virides. *Folia* in geniculis pedunculis brevibus, albicantibus, interiùs parùm pilosis insident, parva, oblongo-angusta, cuspidata, ad petiolum latiora, rotundo ambitu, texturâ crassiusculâ, mollia, superficie lenia, viroris supernè saturi, costa media albicante. *Flores* plures simul prodeunt in petiolis è foliorum sinubus egressis, parvi, tetrapetali, cuspidati, coloris purpureo-rubri, calice 4 minutorum foliorum excepti. *Capsulæ* seminales siliquosæ, oblongo-rotundæ, anteriùs in cuspidem strictæ; duo latera convexa sunt, quorum unum planius cum cuspide versùs latus convexius inflexa. *Semina* continent oblonga, tenuia, complanata, uno latere cavo, ità disposita ut superiora inferiora scutellatim obtegant, in ora inferiore cuspidibus crenata, anteriùs strictiora, ac in illa parte filis penicillatis candidis filamento medio communi, crassiusculo, carnoso, albicanti annexa, primùm albicantia, exin rufescentia.

Vires. Foliorum succus cum succo Limonis infantibus ventre dolentibus, aliisque spasmodica febre ægrotantibus exhibetur. Oleo mixtus atque extrinsecè adhibitus oculorum vitia corrigit, efficaciùs autem siquando decoctum ex eodem succo præparatum assumatur.

30. *Apocynum Malabaricum arboreſcens, foliis quinis in orbem congestis* Pala *H. M.* part. 1. Fig. 45.

Hujus descriptionem vide *Hist. nost.* lib. 31. cap. 10. pag. 1749. sub titulo *Arbor Malabarica Pentaphylla lacteſcens, siliquis angustis longissimis* D. *Syen.*

31. *Apocynum erectum Malabaricum fruteſcens, Jasmini flore candido* Herman. *Parad. Bat.* Codaga Pala *H. M.*

Hujus descriptio habetur *Hist. Nost.* lib. 31. cap. 19. titulo *Arboris Malabaricæ lacteſcentis Jasmini flore odoro, siliquis oblongis* D. Syen.

32. *Apocy-*

32. *Apocynum rectum elatius, Salicis angusto folio, immaculatis floſculis in umbella, folliculis piloſis Pluk. Phyt.* T. 138. F. 2. Q. Annon idem ſit cum 4to. Idem eſſe ſuſpicor, quia à D. *Uvedale* habuit.

33. *Apocynum erectum, Salicis latiore folio, umbellatum floribus Aurantiis. An Apoc. Hyſſcanenſe erectum, Salicis foliis latioribus Hort. Beaum. Pluk. Phyt.* T. 138. F. 3. Q. Annon idem ſit cum 19.

34. *Apocynum Curaſſavicum triphyllum floſculis albis P. B. P. Hort. Reg. Hampt. Pluk. Phyt.* T. 139.

Idem tetraphyllum.

35. Apocynum arboreum ad Elæagni faciem accedens, *Canarienſe*, ſiliquis binis, Nerii æmulis (*Cornicar* Inſulanis vulgo) apicibus recurvis *Pluk. Almag. Bot.* T. 260. F. 3. An Nelempala *H. M?*

36. Apocynum erectum *Virginianum* ramoſum, caule ſubrubente, Eſulæ raræ foliis, ſiliquis (ex floſculis albis) tenuiſſimis, binatim ad extremitates conjunctis *Ejuſd. ibid.* F. 4. Floſculis evanidis ſiliquæ ſuccedunt binæ, una arcûs inſtar incurvata, altera nervum conſtituens.

37. Apocynum *Virginianum* folio plicis undulatis intorto D. *Baniſter Cat. MSS.*

38. Apocynum petræum ramoſum, Salicis folio venoſo, ſiliqua medio tumente *Virginianum Pluk. Almag. Bot.* T. 261. F. 3.

39. Apoc. ſerrato Salicis folio *Americanum* ex cod. *Bentingiano Pluk.* T. 241. F. 2. Huic proximè accedit

Apocynum *Americanum*, floribus umbellatis carneis ſeu Yocolxochitl *Novæ Hiſpaniæ Terrentii* apud *Recchum* p. 445.

40. Apocynum rectum, non ramoſum, Roſmarini foliis, umbellis florum candidis D. *Baniſter Cat. Stirp. Virgin.* In Horto *Chelſeiano* colitur.

Apocyna erecta ex *Antonii Rechii* Hiſtoria *Mexicana.*

41. *Apocynum rectum Tezcoquenſe, Verbaſci foliis, floribus variis* Herman. *Parad. Bat.* Cenanam *Tezcoquenſis ſeu mater ſpicæ Maizii* Rech.

Coloris in flore varietatem probat *Columna* notis in *Rechium*, inquiens, In *Rechii* exemplari flores pinguntur coccineo colore, ex calycibus virentibus, altero verò ramulo baſis coccinea & flos inſidens luteus. *Rechius* autem flores candentes adſcripſit. Idem *Columna* ad *Nerium* vel ejus ſpeciem referri poſſe cenſet, folia *Lyſimachiæ ſiliquoſæ* dictæ comparans. *Terentius* inter *Periplocas* ſeu *Apocyna* reponendum eſſe rectiſſimè conjicit. Rationes vide in ejuſdem commentario. An planta ſit erecta, an ſcandens à *Rechio*, eodem monente *Terentio*, prætermittitum eſt. Siquæ conjectura ex icone ſit facienda potius erecta cenſenda eſt.

42. *Apocynum erectum Tezcoquenſe, Periplocæ anguſtifoliæ foliis* Herman. *Parad. Bat.* Cenanam *Tezcoquenſis Recch.* Terent.

Præcedenti ſimile fecit *Columna*, notis ad *Rech.* Cenanam autem de *Quahuna-hoac* quam idem *Columna* Apocynis congenerem fecit ad plantas bacciferas ſpectare videtur, ei enim aſſignavit *Terentius* baccas in unum congeſtas virides ut in Solano.

43. *Apocynum erectum Mexicanum, tuberoſa radice, fructu ſpinifero* Herman. *Parad. Bat.* Quahutzontic *ſeu Truncus ſectus.* Quaquauhton *Rech. ſeu Truncus parvus.* Coatzontecomatl *ſeu Radix rotunda.* Huchueli caton Yztacpatli *Hoitzocenſibus, ſeu candida medicina* Rech.

44. *Apocynum erectum Mexicanum nodoſum, tuberoſa radice, folio Salicis,* Yztacpatli *Rech. Terent.*

Ambo hæc Apocyna ob ſpinoſi fructus ſimilitudinem fortè ſubjicienda ſunt Apocynis *Afrisanis* fructu villoſo *Herm.*

45. *Apocynum erectum Mexicanum, Limonis folio purpuraſcente,* Tepezentli *Spica Maizii montani* Rech.

Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1089. in capite de *Apocyno.*

46. *Apocynum*

46. *Apocynum Virginianum Aſclepiadis folio erectum, floribus pallidè cæruleis, radice craſſa, An* Moyotliayacatli *Rech? Pluk. Phyt.* T. 115. F. 3.

Herman.

Terentius folia hujus plantæ *Lilach*, ſeu Periplocæ latifoliæ ſimilia, & floribus colorem rubrum affignavit. Radicis formam nec in icone, nec deſcriptione expreſſit. Cæterùm icon *Rechii* cum icone *Plukenetii* convenit.

Apocyna erecta Aſclepiades dicta.

47. *Aſclepias flore albo C. B. Aſclep. ſeu Vincetoxicum cum multis floribus albicantibus J. B.*

Herman.

Aſclepiadis hujus varietates duas in horto colui, quarum prima eſt cauliculis infirmioribus, tenuioribus, lentis & deorſum flexis niſi baculo alligentur; altera robuſtioribus, rectà aſſurgentibus, nullo adminiculo egentibus.

48. *Aſclepias anguſtifolia, flore flaveſcente* Cat. Hort. Reg. Par.

49. *Aſclepias ſiliqua bifido mucrone C. B. Aſclepias Cretica Cluſii J. B. Park.*

50. Nelem-pala *H. M.* P. 9. T. 3, 4. Apocynum *Malabaricum* arboreſcens, Limonii folio, flore ex flavo rubeſcente ſiliquis maximis *Commelin.* in notis, V. Apocynum arboreum ad Elæagni faciem accedens *Canarienſe* &c. *Pluk. Phyt.* T. 260. F. 3.

H. M.

Planta eſt in arenoſis naſcens ad altitudinem fere trium hominum, craſſitiem unius. *Flores* petiolis craſſis villoſis in vertice ſurculorum plures ſimul proveniunt, pentapetali, oblongi, craſſioli, cuſpidibus verſùs unam partem inflexi, exteriora verſùs criſpati, intus flavo-rubeſcentes, exteriùs virideſcentes: umbilicus in medio eminet cavus, rotundus, rubeſcens, in ipſa ora folioſa lacinia annulari rubra, quæ ad interſtitia foliorum cuſpides erectos protendit, velut collari ſurrecto, circundatus, quod ſupernè fuſceſcit. Ex hujus meditullio *Stylus* ſeſe erigit oblongus, conicus, lignoſus, albicans, parùm piloſus, theciformis, conſtans ex 5 ſtamunculis columnaribus unitis, intus globulum recondens viridem, rudimentum fructûs. *Calix* viridis, ex 5 rotundiolis conſtat foliolis. *Gemmæ* conicæ ſunt, in quibus florum petala ſpiratim ad verticem convolvuntur lacte turgentia. Folia non deſcribit Autor, verum Pictura ea repræſentat crebris nervis tranſverſis radiata, *Beidelſar* foliorum ad inſtar, quibus & forma nonnihil ſimilia ſunt, niſi quod breviora. Siliquas etiam exhibet longiſſimas & ſatis craſſas.

Balneo ex foliis & cortice Arthriticæ curantur febres, algidæ verò pilulis ex fructibus formatis: linimento ex radice & virente *Curcuma* in Oryzæ lotura & ſero lactis contritâ calida
Vires. depellitur Arthritis: ex cortice radicis lævigato fit globulus ad magnitudinem *Arekæ*, qui devoratus præſentaneum in morſu Serpentis remedium eſt. Quærit D. *Plukenet*, An Apocynum ſuum arboreum *Ind. Orient.* Laurinis foliis, roſtrato Boraginis flore, prægrandi ſiliqua ſeminibus longis gracilibus, ſericeis pappis involutis *Mantiſſ.* p. 16. Huic plantæ idem ſit.

51. Apocynum erectum fruticoſum, flore luteo maximo & ſpecioſiſſimo *Slon. Cat. Jamaic.* **Savanna-Flower.**

D. *Sloane.*

Ad 3, 4ve pedum altitudinem aſſurgit *caule* lignoſo & ramoſo, prope radicem cortice lævi, colore fuſco, ſurculorum Betulinorum ſimili, obducto: ſummæ virgulæ cortice viridi teguntur, *foliiſque* ex adverſo binis cinguntur, pediculis trientem unciæ longis inſidentibus, ovalibus, luteo-viridibus, glabris, 2 uncias longis ¾tas unciæ latis. Ex alis foliorum verſùs ſummos ramulos exeunt pediculi aliquot longi, lignoſi, ſinguli ſingulos *flores* ſuſtinentes, flavos, monopetalos quidem, verùm margine 5 inciſuris profundè diviſo; quibus ſuccedunt *ſiliquæ* geminæ, cornuum bovinorum in modum ſitæ, tenues admodum aliarum hujus generis reſpectu, multa *ſemina* fuſca continentes cum plurima lanugine, aliarum hujus Generis per omnia ſimili. Tota planta lacte copioſo turget.

In pratis *Savannis* dictis, ubique fere provenit, & per maximam anni partem floret, pulchrum & jucundum ſpectaculum exhibens.

52. Apocynum arboreum Lauri folio, Dulcamaræ flore *Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 267. p. 699. Addeweepaula *Gent.* Bupaulemaraum *Malab.* An Nelempala *H. M?*

Arbor iſthæc 25 aut 30 pedum altitudinem aſſequitur, humani corporis craſſitudinem. *Folia* bina oppoſita oriuntur, & juniorum inter lucem & oculum ſuſpenſorum venæ valde ſunt perſpicuæ ſeu diaphanæ. *Flores* Dulcamaræ valde ſimiles, plures ſimul agminatim proveniunt, habentque luteum in medio umbonem illorum in modum, quibus arbor hæc ab aliis congeneribus facilè diſtinguitur. *Siliquæ* pedem propemodum longæ; cúmque expanduntur ¾tas unciæ latæ, ſingulis floribus binæ ſuccedunt, lanugine ſericea repletæ. *Semina* longa ſunt & ovata, Nucis Pineæ ſimilia.

Folia decocta thoracica cenſentur.

(52.) Apocynum erectum, folio oblongo, flore umbellato, petalis coccineis reflexis *Sloan. Cat. Jamaic.* An Ap. *Curaſſavicum*, fibroſa radice, floribus Aurantiis, Chamænerii foliis latioribus *P. B. P?* An Idem foliis anguſtioribus *Ejuſd. ibid. Pluk.* T. 76. F. 6? An Ap. petræum ramoſum ſalicis folio venoſo, ſiliqua medio tumente, *Virginianum Ejuſd. Almag. Bot? Phyt.* T. 261. F. 3. An Ap. rectum minimum *Americanum*, flore umbellato Aurantio, petalis reflexis *Breyn. Prod.* 2? An Tepezentli, ſeu ſpica Maizii montani Hernandez p. 223? D. *Sloane.*

Radicibus firmis, profundè in terram deſcendentibus, uncias aliquot longis, plurimis fibris appenſis, copioſum alimentum toti plantæ nutriendæ ſufficiens haurientibus, inſtruitur. *Caules* indè emergunt plures, recti, 3, 4ve pedes alti, quadrati, ad uncialia intervalla geniculati, *folia* è geniculis emittentes bina oppoſita, longa, obſcurè viridia. Prope ſummitatem caulis exit pediculus multos *flores* velut umbellatim diſpoſitos ſuſtinens, pentapetalos, petalis reflexis, (ſtylo in medio erecto, luteo) colore coccineo eleganti. Flores ſequuntur *ſiliquæ*, 3 uncias longæ, teretiuſculæ, craſſitie in medio digitali, versùs utrumque extremum gracileſcentes, initio virides, poſtea fuſcæ, plurima *ſemina* continentes, rotunda, compreſſa tenuia, ſericea lanugine copioſa extremis adhærente in qua molliter cubant, membranæ tenui, albæ, molli, ſiliquam mediam dividenti adnaſcentia.

Omnes hujus plantæ partes lacte plurimo ſcatent.

Viâ qua ab urbe S. *Jago de la Vega* versùs **Paſſage-Fort** itur copioſiſſimè provenit, necnon in foſſis & ad ſepes circa loca prædicta ubique.

53. Apocynum rectum non ramoſum, caule florum candidorum corymbo terminato. An Apoc. erectum minus, umbellâ florum candidâ *Baniſt. Cat. Virgin?*

Folia valde lata ſunt, & ferè ovata, in apicem tamen acutum deſinunt, luteo-viridia, plurimis nervis tranſverſis & propemodum parallelis intertexta, bina ex adverſo, pediculis ſemuncialibus inſidentia, ſatis crebra in caule. *Flores* in ſummo caule candidi, in corymbum circumacti: Caulis autem non multo ſupra ſupremum foliorum par in altum aſcendit.

Ex *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

Apocynum rectum *Marianum*, foliis amplioribus, binis ex adverſo ſitis, floribus umbellatis albis *Pluk. Mantiſſ.* huic eadem planta eſſe videtur.

54. Apocynum rectum non ramoſum, folio latiore, umbellis florum albicantibus D. *Baniſt. Cat. Virg. Amer.* tuberoſa radice, non incanum, fol. rigidioribus latis, ſubrotundis flor. albis, intus purpur. ſummo caule corymbum magnum efformantibus. *Pluk.* 77.

Apocyni ſpeciem habemus, ex *Marilandia* à D. *Vernon* allatam, *foliis* 4 aut 5 uncias interdum longis, tres plus minus latis, pediculis ſemuncialibus inſidentibus, texturâ & colore *Apocyni Syriaci* vulgo dicti: *caule* ſubhirſuto, rubente, ſatis rigido, non ramoſo, in faſtigio umbellam geſtante florum albicantium, verùm in ſicco petala erecta diluto rubore perfuſa videntur. Caulis ſupra folia vix ultra digitum aſſurgit, ut umbellæ pediculus perbrevis ſit. Notæ à D. *Plukenet* allatæ huic noſtro bene conveniunt, niſi quòd plantam minimè incanam faciat.

55. Apocynum *Marilandicum* anguſto Salicis folio, floribus in ſummo caule purpuraſcentibus, in umbellæ formam diffuſis. An Ap. rectum umbellatum longiſſimo Salicis folio glabro *Marilandicum Pluk. Mantiſſ.*

Folia 3, 4ve digitos longa ſunt, vix unum lata, per margines integra & æqualia, in acutos mucrones deſinentia, bina in caule ex adverſo ſita, pediculis brevibus. *Flores* in caulis faſtigio velut in umbellam coacervati, è pluribus umbellulis genuinis compoſitam. Summus quippe caulis in plures ramulos ſeu pediculos dividitur, ſingulos umbellam floſculorum geſtantes. E ſummo quippe pediculo plurimi tenuiſſimi petioli exeunt, in umbellam diffuſi ſinguli ſingulos floſculos ſuſtinentes, colore purpuraſcentes, quorum formam & ſtructuram in ſicca diſcernere non licuit.

In *Angliam* ex *Marilandia* reduces ſecum attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

56. Apocynum *Marilandicum* foliis Salignis, in caule crebris, inordinatis, floribus umbellatis Aurantiacis.

Caulis huic ſatis craſſus & firmus eſt, hirſutus, rubeſcens, cùm præcedentis caulis colore herbaceo ſit. *Folia* Salicis, paulò breviora & latiora quàm prioris, in caule creberrima, nullo ordine poſita; quòd præcipuè notabile eſt cùm pleraque omnia Apocyna foliis ſint binis adverſis, hirſuta & per margines æqualia. *Flores* ut in præcedente caulem terminant, umbellatim diſpoſiti. Umbella pariter totalis è pluribus umbellis partialibus conficitur. Color florum aurantiacus; formam & ſtructuram in ſiccâ diſcernere non potui. Siliquas nondum protulerat. Species 19a minima eſſe dicitur, cùm hæc ſatis grandis & robuſta planta ſit: præterea illi folia bina adverſa cauli appinguntur, cùm huic incondita ſint.

E *Marilandia* iidem D. *Vernon* & D. *Krieg* attulerunt. A reliquis Apocynis foliorum ſitu abludit, ut dubitem an genuina Apocyni ſpecies ſit, nécne.

57. Apocynum erectum umbellatum latifolium minus, *Marilandicum*, floribus purpuraſcentibus.

Folia duas tréſve uncias longa, unam lata, in longos & acutos mucrones producta, nervis averſa parte valdè conſpicuis, & circa marginem folii ſe mutuo incurrentibus. Umbella in ſummo caule ſimplex florum purpuraſcentium, ſupra folia altiùs elata. A D. *Petiver* habuimus. Apocynum non ramoſum, folio ſubrotundo, umbellis florum rubris *Baniſt. Cat. Virgin.* ab hoc non multum abludit.

58. Apocynum erectum ramoſum foliis tenuiſſimis *Marilandicum*. An Apoc. erect. ramoſ. caule rubente, foliis oblongis parvis, ſiliquis [ex floſculis albis] tenuiſſimis, binatim ad extremitates conjunctis *Baniſt. Cat. Virgin?* An Ap. *Marianum* erectum, Linariæ anguſtiſſ. foliis, umbellatum *Pluk. Mantiſſ.*

In planta ſicca quam præ manibus habeo *caulis* teres eſt, rigidus, foliorum fili inſtar tenuium oblongorum circulis ad intervalla Equiſeti ferè in modum cinctus eſt, ſuperiore parte in ramos diviſus; in quibus ut & in caule medio è foliorum alis exeunt *florum* umbellæ in pediculis oblongis, è quorum faſtigiis emicant petioli plurimi, tenuiſſimi, ſinguli ſingulos floſculos albos ſuſtinentes, ut in Alliis umbelliferis. Fructum non vidimus, nondum enim eum protulerat, nec qualis ſit ſcimus, ideóque plantam ipſam Apocynum eſſe tantùm conjectamur.
In *Marilandia* collegit D. *Vernon.*

59. Apocynum umbellatum album, latiore folio tetraphyllum, ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.*

60. Apocynum rectum *Marianum* longioribus ſubrotundis foliis intervallatis, floribus purpureis *Ejuſd. ibid.*

61. Apocynum rectum *Marianum*, foliis longis mucronatis, floribus in umbella, obſoleti coloris *Ejuſd. ibid.* Idem forte 55ta.

62. Apoc. *Marianum* erectum, lanuginoſo Salicis folio, floſculis ex albo vireſcentibus, in umbellam ſitis *Ejuſd. ibid.*

63. Apocynum *Americanum* triphyllum, floribus ampliſſimis D. *Herman.* Hujus ramulum inter ſiccas D. *Sherard* vidimus. Flores tubum etiam oblongum obtinent. V. ſupra.

64. Apocynum fruteſcens *Zeylanicum* Jaſmini flore & odore, *Walidda* Zeylanenſibus D. *Herman* Præcipuè notabile eſt in hoc Genere, quòd quanquam folia ſubrotunda ſint, in apicem tamen oblongum exeunt. *Siliquæ* longæ anguſtæ apicibus ſunt connexis, Hanc etiam ſpeciem nobis impertivit D. *Sherard.*

65. Apocyni facie fruticeſcens *Zeylanica.* Ramulum ſiccum hoc titulo D. *Hermanni* manu inſcriptum à D. *Sherardo* accepimus foliis ad formam ellipticam accedentibus, niſi quòd in acutum mucronem deſinerent, ſeſcunciam aut duas uncias longis, unam plus latis, circa margines æqualibus, binis oppoſitis, è quorum alis exeunt ſurculi floriferi ut & è ſummo caule ramoſi, plures flores ſuſtinentes parvos. Fructum non vidimus.

66. Apocynum erectum, Salicis anguſto folio ramoſum, floribus copioſis albis, *Marilandicum* D. *Sherard.* Folia in hac ſpecie alternatim poſita ſunt, pediculis nullis aut breviſſimis. *Caulis* ſuperiore parte è foliorum alis plures emittit ramulos ſeu ſurculos floriferos, [è ſingulis alis ſingulos.]

67. Apocynum erectum *Marilandicum*, folio lato, in longiſſimum mucronem producto D. *Sherard.* In planta noſtra ſicca caulis erat ſuprema parte in duos ramos diviſus quorum uterque umbellam florum ſuſtinebat, ut in ſicca videbatur, luteorum.

68. Apocynum erectum *Marilandicum*, folio lato, ſubrotundo glabro, eleganter variegato D. *Sherard.* Caulis infra florum umbellam folium unum vel alterum emittebat.

69. Apocynum *Africanum* fruteſcens, longiſſimo folio, flore albo odorato *Hort. Amſt.* 2. P. 2. Nerium Americanum lacteſcens, longiſſimo folio, flo. albo odorato *Hort. Beaum.*

Radicem habet fibroſam; *caulem* ſeſquipedalem, rotundum, viridem, duos pollices craſſum. *Folia* gerit in ſummitate plurima, nullo habito ordine pediculis uncialibus cauli adnaſcentia 2, 3ve uncias lata, ſeptem 8ve longa, mucronata, quorum medium nervus occupat craſſus, alios minores versùs latera emittens. Si folium aliquod avellatur, ex allato vulnere lac illi- *Her-* co exſtillat copioſum & acre, & in ipſo caule ejus ſtigma remanet.

Hernandez hunc fruticem proponit ſub nomine *Quauhtlepatli* ſeu Arboris igneæ, ſed deſcriptionem exhibet inperfectam.

Apocyna ſcandentia ſeu volubilia.

1. *Apocynum ſeu Periploca ſcandens, oblongo flore purpurante* J. B. *folio oblongo* C. B. *Hiſt. noſt.* 1um p. 1087.

2. *Apocynum anguſto Salicis folio* C. B. *Apocyni* 2di *ſpecies altera* Cluſ. Hiſt. noſt. 2dum p. 1087.

3. *Apocynum ſcandens Ægyptiacum, Seſelios Æthiopici foliis anguſtioribus* Herman. *Parad. Bat.* Secamone Alpin. lib. De pl. Ægypt. *Phaſeolus Indicus* 4tus *Bontii.*v. Hiſt. noſt. p. 1087.

4. *Apocynum ſcandens fruticoſum, fungoſo cortice, Braſilianum* Herman. *Parad. Bat.* Hiſt. noſt. 7um p. 1088.

5. *Apoc. ſcand. frut. fungoſo cortice, Sirinamenſe, fructu magno pentagono,* Pipu Simeron *Sirinam.* Armen Duyvel *vulgò.*

Herman.
Hoc à *Braſiliano* diſcrepat potiſſimùm fructu. Quem ex *Sirinama* habeo fructus totus glaber eſt, magnitudine & formâ ovi gallinacei, coloris in flavo viridantis, 5 membranaceis rigidis alis per longitudinem excurrentibus, & in extremitate in parvum obtuſúmque mucronem coeuntibus donatus, quibus caret *Apocynum Braſilianum*, earúmque vice multis prominentiis inſtar aculeorum præditus eſt, referente *Marcgravio.*

6. *Apocynum ſcandens, Scammonii foliis latioribus & acutioribus* Herman. *Parad. Bat. Scammoneæ Monſpeliacæ affinis foliis acutioribus* C. B. Hiſt. noſt. 4tum p. 1087.

7. *Apocynum ſcandens, foliis latioribus & acutioribus viridantibus* Fl. Bat. Prioris varietas eſt.

8. *Apocynum ſcandens Monſpeliacum, Scammoniæ foliis rotundioribus* Herman. *Parad. Bat.* Scammonia Monſpeliaca foliis rotundioribus. C. B. *Hiſt. noſt.* 5tum p. 1088.

9. *Apocynum Aſclepias dictum flore nigro. Aſclepias nigro flore* C. B. *flore nigro quorundam* J. B. *Aſclep* 3. Hiſt. noſt. p. 1090.

10. *Apocynum ſcandens Zeylanicum, radice Aſclepiadis* Herman. *Parad. Bat.* Scandens foliis Laurinis *P. B. P.* Manughawæl *Zeyl.*

Locis aridis incultis inſulæ *Zeylan* obvium & incolis ob inſignes radicum virtutes expetitiſſimum eſt. Hæ albidæ ſunt, oblongæ, tenues, fibroſæ, colore Vincetoxicum æmulantes, ſapore ſubdulci, moderatè acri, & ſub finem nonnihil nauſeo, ut proinde purgando pectori tota proprietate dicatæ ſint, tuſsique quam ſtomachalem vulgus vocat in ſpecie medeantur. Tenacem pulmonum mucum attenuant, acrem mitigant, & ad excretionem promovent. Decoctum & ſyrupus puerorum alvum blande ſubducit, & nonnunquam vomitum concitat. Cauliculos emittunt ramoſos, teneros, longitudinem duorum triúmve cubitorum ſuperantes, nunc humi procidentes, nunc vicina fulcra ſcandentes. Obducti ſunt membrana duplici, quarum exterior tomentoſa eſt, interior, quæ medullæ incumbit velut Cannabis in fila ductilis. Singulis nodis adnaſcuntur *Folia* bina ex oppoſito, duos pollices longa, unum lata, denſa, raris brevibus & lanuginoſis villis quaſi pube obſita, in ſummo obtuſa, medio nervo nonnihil prominente, Ad horum ſedes apparent *floſculi*, in umbellam congeſti, parvi, flaveſcentes, medio dilutè purpuraſcentes, in 5 ſegmenta diſſecti: Tabeſcentibus ſuccedunt *ſiliquæ* lanigeræ longæ anguſtæ, ut plurimùm geminæ, quæ ex calycibus quinquifidis, velut in Aſclepiade propendent. Frigoris impatientiſſimum eſt hoc Genus.

11. *Apocynum ſcandens Zeylanicum, Scammonii foliis, hirſutum* Herman. *Parad. Bat.*

Iiſdem natalibus quibus antecedens gaudet hoc Apocynum. *Radicem* habet vivacem pallidè flaveſcentem, fibroſam; *Coliculos* longos, ramoſos, lentos, volubiles, craſſitie calami, velut cannabis in fila ductiles. In ſingulis nodis folia ex adverſo bina cordiformia, Scammoniæ Monſpeliacæ foliis rotundioribus ſimilia, ſed minora: *Floſculos* 7 aut 10, umbellæ effigie, tenui digitali ramulo dependentes, parvos, è 5 ſegmentis pallidè virentibus, villoſis, craſſiuſculis, & intermedio umbilico pentagono, candicante, lucido, in mucronem faſtigiato conſtructos. *Siliquæ* ex calyce quinquifido nunc ſolitariæ, nunc geminatæ, pilis hirſutæ, mucronatæ, deorſum ſpectantes, longitudine uncias $3\frac{1}{2}$, craſſitie unam, præcipuè in medio ubi craſſiſſimæ, adæquantes, in his continentur de more cæterarum hujus familiæ ſpecierum. Tota planta villoſa hirſutie obducta eſt, lactéque acri ſcatet.

12. *Apocynum ſcandens Africanum foliis Laurinis lucidis glabris* P. B. P. *Herman.* Parad. Bat.

Hoc conſpexi floribus viduum in Horto D. *Joannis Van Riedt*, in quem illatum erat ex *Promont. Bonæ Spei. Cauliculos* habuit cubitales, graciles, lentos, glabros; & ad ſingula genicula *folia* conjugata, digitum longa, ſeſquipollicem lata, rigidiuſcula, Lauri foliis quadantenus ſimilia, in extremitate verò obtuſa, parte ſuperna coloris in viridi nitentis, infernà palliduli, multis tranſverſis venulis inſignita. *Radix* erat prælonga, albicans, fibroſa. Lac fundebat paucum, fere inſipidum.

13. *Apocynum ſcandens, Vincæ-pervincæ foliis, viride, fructu villoſo* Herman. *Parad. Bat.*

Abſque ulla difficultate adolevit ſeminibus à D. *Oldenlandio* ex *Prom. Bonæ Spei* tranſmiſſis. *Radicibus* eſt tenuibus, albis, longis, reptatricibus, fibroſis; viticulis lentis, ſubhirſutis, calamo tenuioribus, valde ramoſis, 3, 4ve uncias longis, pedamenta quævis multiplici circumvolutione amplectentibus: *Foliis* ad ſingula genicula binis ex adverſo, *Clematidis Daphnoidis* majoris facie, pollicem & ampliùs latis, 1½ longis, è baſi ſinuata in obtuſum ambitum tendentibus, cum prominulo breviſſimo mucrone, craſſiuſculis, lucidis, ſupina parte in viridi pallentibus, multiſque cancellatis venulis inſcriptis; *Floribus* parvis albidis, 7, 9, aut 11 in uno communi petiolo, ex foliorum alis emergente in umbellam congeſtis, unico petalo in 5 profundas crenas diſſecto, & intermedio pentagono concolori umbilico conſtantibus. *Calycibus* quinquifidis viridantibus magnitudine ipſos *flores* excedentibus, ut hos potiùs umbilicum iſtos flores dixeris. *Seminibus* nigricantibus, de more lanuginoſis, in ſiliquis villis aculeorum inſtar armatis, nunc ſingularibus, nunc geminatis ex uno calyce. Lacte ſcatet acri, amaricante & nauſeoſo. Floruit *Octobri* menſe ſecundo à ſatione anno.

14. *Apocynum ſcandens Africanum, Vincæ-pervincæ foliis, ſubincanum* Herman. Parad. Bat. *ſcandens Africanum hirſutum* P. B. P.

A præcedente diſtinguitur, quòd utriculi & folia mox à tenera adoleſcentia lanuginoſa rara quaſique lanuginoſa canitie albeſcant. Cætera conveniunt. Auguſto menſe floruit in horto D. *de Block.*

Hujus alia ſpecies habetur foliis longioribus, fructu glabro, floribus longioribus pediculis inſidentibus, cujus ſpecimen à D. *Sherard* habuimus.

15. *Apocynum ſcandens Africanum, Aſphodeli radice, anguſtiſſimo folio* D. Oldenlandii Herman. *Parad. Bat.*

Hujus radices ab uno capite numeroſæ, ceu glandes, circiter 8 aut 7 Aſphodeli modo coacervatæ deſcendunt, digitum craſſitudine, longitudine palmum excedentes, carnoſæ, ſucco plenæ, in fibras inæquales exeuntes, guſtûs primùm ſubdulcis poſtea pungentis nauſeoſi, odoris vehementis hircini. Virgulas emittunt 3, 4ve, prælongas, lignoſas, ramoſas, tenues, multiplicibus gyris vicina ſtatumina involventes. Ad ſingulos nodos, quadruplici digito intervallatos erumpunt *folia* bina ex oppoſito, anguſta, *Pulegio cervino* aut *Satureiæ Virginianæ* H. L. B. non diſſimilia, rigidiuſcula, leviter mucronata, altera parte pulchrè viridia, alterâ candidula, nervo in longum porrecto inſignita. Ex horum ſede exit pediculus brevis, qui ubi in radios finditur, 5, 6ve parvis foliolis in orbem fuſis circumvallatur. Singuli radii florem ſuſtinent monopetalum, tubuloſum, urceolatum in 5 inciſuras ſectum, coloris intenſiſſimè miniati; quem delapſum excipit *ſiliqua* Aſclepiadis effigie incurva, fuſcis lanuginoſis ſeminibus plena, è parvo quinquifido calyce propendens. *Oldenland.*

16. *Apocynum ſcandens Coraſſavicum, Satureiæ foliis* Herman. *Parad. Bat.*

Inter plantas ſiccas ſumptibus & cura D. *Beaumontii* ex *Coraſſavia* delatas conſpexit D. *Hermannus.* Foliis priori Apocyno brevioribus eſt, *ſiliquis* quoque anguſtioribus & brevioribus. Radice pro plantæ magnitudine ſatis craſſa.

17. *Apocynum Guineenſe, merè aphyllum, flore albo tetrapetalo odoratiſſimo Hort. Beaum.* Herman. *Parard. Bat. Herman.*

Cauliculos fert glabros, teretes, viridantes, lacte turgidos, prælongos, odoratos. Foliorum vice (in quantum hactenus apparuit) ramulos ad ſingulos articulos ex oppoſito binos, & ex his alios atque alios, quibus vicina ſtatumina ſcandit. *Flores*, mihi hactenus non viſi, perhibentur tetrapetali, albi, odoratiſſimi, *Jaſmini* æmuli. *Semina* lanuginoſa in ſiliquis longis anguſtis ex *Guinea* delata oſtendit D. *Kiggelarius.*

18. *Apocynum humile aizoides aphyllon Africanum* Herman. *Parad. Bat. Fritillaria craſſa* Prom. Bæ Spei Stapelii. Deſcriptionem hujus vide in *Append. Hiſt. noſt.*

19. Apocynum hirſutum ſcandens Americanum, flore amplo purpureo *Pluk. Phytogr.* T. 76. F. 5. An Apocynum ſcandens Africanum hirſutum *P. B. P.*? *Hermannus* negativ e reſpondet.

20. *Apocy-*

20. *Apocynum ſcandens Scammoneæ Monſpeliacæ foliis Curaſſavicum* ex horto Regio *Hampt.* An Wattou-Valli *H. M?* P. 7. T. 32. *Pluk. Phyt.* T. 137. F. 2.

21. *Apoc. incanum ſcandens Violæ Martiæ foliis, floribus purpureis, Maderaſpatanum* Ejuſd. ibid. F. 3.

22. *Apoc. ſcandens Americanum, Convolvuli minoris folio, caule hirſuto. Ap. Americ Nummulariæ foliis quibuſdam* Ejuſd. ibid. F. 4. Q. Annon eadem ſit planta Apocyno 11. *Hiſt. noſt.* quam inter Apoc. erecta, autoritate Paul. *Hermanni* diſpoſui.

23. *Apoc. ſcandens anguſto Roriſmarini folio, ex Inſulis Fortunatis,* Henoio *Hiſpanis vulgò, fortè* Narun-Indi *H. M.* P. 10. T. 34. *Pluk. Almag. Bot.* T. 261. F. 1.

Hujus ſpecimen in Horto Illuſtriſſimi *Ducis* de *Beaufort* collectum ad me miſit D. *Sherardus*, foliis latis acuminatis, à ſemine eodem ortum cum anguſtifolio, quod latifolium eſſe perſeverat. Folia non multò anguſtiora ſunt quàm *Vincæ pervincæ.*

24. Apocynum fruticoſum ſcandens, Geniſtæ *Hiſpanicæ* facie, floribus lacteis odoratis *Slon Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis hujus prope radicem digiti minimi craſſitudinem adæquat, cortice cinereo tectus ſulcis nigris ſuperficialibus exaratus, in plurimos ramos virides diviſus, Geniſtæ Hiſpanicæ ad inſtar; qui plantis ridicíſve vicinis vel innitentes, vel ſemet implicantes, ad 30 interdum pedum altitudinem enituntur; versùs ſummitatem ad duorum triúmve digitorum diſtantiam duos graciles, binarum unciarum ſurculos ſibi mutuo oppoſitos emittentes, ad articulum quendam parvum, quorum uterlibet binis pariter foliis oppoſitis, $\frac{1}{8}$ unciæ longis pediculis inſidentibus, ipſis pariter unciam longis, dimidiam latis, ovatis, nonnihil piloſis ſeu lanuginoſis, colore viridi gramineo, amicitur. Flores 6, 7ve velut umbellatim pediculis unciam longis, è ſummis virgis tanquàm è communi centro egreſſis, inſident, pentapetali, petalorum marginibus piloſis, ſtamina totidem in medio erecta, apicibus introrſum reflexis capitata continentes, colore lacteo, odorati, aſpectu pulchri & ſpecioſi. *Semina* plurima, fuſca, tomento ſericeo appenſo ſeu adnato latitantia, aliorum Apocynorum inſtar, ſiliqua ſeu folliculo unciali pyramidali includuntur, quæ ex uno latere aperitur & ſemina effundit vel elabi permittit. *Siliquæ* uni flori binæ plerunque ſuccedunt, ſibi mutuò oppoſitæ, cornuum inſtar, ut in reliquis hujus generis. Tota planta lacteſcit more cæterorum.

25. Apocynum fruticoſum, folio oblongo acuminato, floribus lanuginoſis.

D. *Sloane.*

Caules lignoſi teretes, pennæ Gallinaceæ craſſitudine, cortice fuſco-rubente tecti; ligno ſolido, albo; *foliis* ad intervalla uncialia ex adverſo binis cincti, $\frac{5}{8}$ unc. longis pediculis inſidentibus, ipſis duas uncias longis, $\frac{3}{4}$tas unciæ plus minus latis, media baſi propiore parte, ubi latiſſima, exinde ſenſim contractis donec in cuſpidem non tamen valde acutum deſinant, coſta medium percurrente nervos tranſverſos totum folium ſtriantes è lateribus emittente, glabris, individuis, colore luteo-viridi, amœno. Ex alis foliorum versùs ſummitates exeunt petioli 3, 4ve, unciales, ramoſi, floſculos aliquot perexiguos ſuſtinentes.

Locum ubi collegi non bene memini.

26. Apocynum minus ſcandens, flore albo, ſingulis petalis viridi ſtria notatis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis teres prope radicem pennæ Gallinaceæ craſſitudine eſt, colore cinereo; arbori aut frutici cuivis vicinæ ſe circumvolvens ad 4 aut 5 pedum altitudinem enititur: Versùs ſummitatem ramulis appendent *Folia* multa conferta, in oppoſitis lateribus, pediculis $\frac{1}{4}$ unc. longis, intercedentibus, unciam longa, quadrantem lata, figurâ elliptica, verùm acuminata, colore viridi ſaturo, glabra. *Flores* ex alis foliorum exeunt multi ſimul ex eodem pediculo communi, non plus $\frac{1}{4}$ unciæ longo velut centro communi exeuntes, pentapetali, longi, parvi, albicantes, ſtriâ viridi petalon unumquodque medium percurrentes cum ſtaminibus in medio flavicantibus. Succedunt in ſiliqua pyramidali, unicâ membranâ conſtante *ſemina* multa lanugine ſericea involuta. Tum ſiliquæ tum ſemina incluſa aliorum Apocynorum exactè ſimilia ſunt, duntaxat minora. Omnes plantæ partes pariter lacteſcunt.

In prato **Cotton-Savanna** frutices ſcandens invenitur.

27. Apocyno affine Gelſeminum Indicum hederaceum tetraphyllum, folio ſubrotundo acuminato *Slon. Cat. Jamaic.* Clematis quadrifolia, flore Digitalis luteo, claviculis aduncis *Plumier* P. 80. Fig. 94. Clematis Myrſinites amplioribus foliis Americana, fortè Tetepoteiba Braſilienſibus ſeu Vitis arbuſtiva *Piſ.* p. 250. An Clematis tetraphylla alia pulcherrima ex Guyana *Breyn.* prod. 1. p. 30?

D. *Sloane.*

Hujus Plantæ deſcriptionem Plumierianam vide inter Clematides. In pleriſque cum Zanonia Clematide tetraphylla Americana convenit, cui ille florem pentapetalum attribuit, & plantam ipſam *Gelſemino Indico hederaceo* Cornuti congenerem facit.

Folia ad 3ium 4ve unciarum intervalla exeunt in ſemuncialibus pediculis binis ex adverſo ſitis gemina, ſubrotunda, ſplendentia, ſeſcunciam longa & in media parte prope tantundem lata, interdum ſed rariùs dentata. Ad pediculorum extrema exeunt capreoli tenues, quibus obvia quæque arripit & implicat.

Florem & fructum non vidit, ideóque an huc pertineat incertus eſt D. *Sloane*, qui in inſula *Barbados* ubique copiosè naſcentem obſervavit.

28. Belutta-Kaka-Codi H. M. P. 9. T. 5, 6. Apocynum Indicum maximum, folio amplo rotundo, flore candido, ſiliquis longis. *Commelin.* in notis. An Ap. majus ſcandens folio ſubrotundo *Slon. Cat. Jamaic.*

Planta repens eſt; *Rami* craſſioli, rotundi, geniculati & ad genicula nodoſi, ligno albo, medullâ craſſâ, viridiuſculâ, cortice viridi, & luteſcente, lignoſo, lactifluo. *Folia* ad genicula geminata, ordine decuſſato ſeu alterno, petiolis oblongis, teretibus, craſſis, viridiluteſcentibus & lanuginoſis inſident, ampla, parùm oblonga, nervis crebris, cuſpide anguſto, texturâ craſſa, ſubtus valde lanuginoſa, leniſſima, viridi-albicantia; ſupernè virore fuſco nitentia, pilis minutis ſparſim obſita, ac ob conum hirſutum ſemi-aſpera. *Flores* plures ſimul in ſurculorum cacumine, quorum pediculi craſſioli, rotundi, virides ac rubeſcentes, ad exortum parvis, cuſpidatis, rubeſcentibus foliolis ſuccincti; pentapetali petalis oblongis, ad ungues ſtrictis, anteriùs latioribus ac rotundâ orâ, ad unam partem incurvatâ, ubi dilutè ex croceo flaveſcunt, aliàs candidiſſima. Illorum collum oblongo-rotundum eſt ac lacte turgens, ad calicem ſtrictius, ac velut 5 coſtulis extuberans, exteriùs nitens ac ex albo flaveſcens, interiùs flava lanugine obſitum. *Calix* collum arctè excipit, coloris ſanguineo-rubri, conſtans ex 5 rotundè-cuſpidatis foliis. Odor fragrantiſſimus eſt ipſos Caryophyllos, & cùm flaveſcunt flores, Melones maturos ſpirans. *Styli* & *Gemmarum* deſcriptiones videſis hoc in loco; non multùm differunt ab eiſdem partibus in præcedente planta. *Fructus* geminati prodeunt, longi, rotundi, anguſti, in cuſpidem deſinentes, ex una parte virides, ex altera qua Soli oppoſiti rubeſcentes, ſulco ſtriati, cortice valde lacteo, congeriem numeroſorum in ſe continentes *ſeminum*, quæ plana ſunt, ruffa, & ſcutellatim ſe mutuò obtegentia, penecillo argenteorum inſtructa ſtaminum, quæ ſe tandem in orbem diffundunt. Vires ignorantur.

Apocynum majus ſcandens folio ſubrotundo D. Sloane, *Radicem* habet rotundam, fuſcam, altè deſcendentem. *Caules* plantis vicinis ſe circumvolventes ad 6 pedum altitudinem aſſurgunt. Genicula 3, 4ve uncias diſtant, ad quæ *folia* & interdum ramuli bini adverſi. *Folia* propemodum rotunda, 2 unc. diametro, parum criſpa, hilarè viridia, glabra; è quorum ſinubus exeunt pediculi ſemunciales *flores* ſuſtinentes multos, albos, pentapetalis non contiguis ſed aliquantulum diſtantibus, principio anguſto, extremo lato & ſubrotundo; calice contorto vireſcente, oblongo, quinquepartîto excepti. *Siliquæ* grandes, pyramidales cornuum in modum ſitæ. In frutetis prati circa urbem S. *Jago de la Vega* & alibi.

29. Ada-Kodien H. M. P. 9. T. 6, 7. Apocynum ſcandens flore variegato, ſiliquis *Ericu* ſimilibus, *Commelin.* in notis, flore vario, folliculis triplici coſta inſignitis *Herman. Parad. Bat.*

Planta eſt ramis ſe vinciens ſinuoſis; *Radice* fibroſa albicante, filamento intus lignoſo. *Folia* bina & bina, ordine ſe mutuò decuſſantia in rotundis, longis, tortuoſis petiolis proveniunt, oblongo-rotunda, inferiùs latiora, anteriùs rotundis oris in cuſpidem contracta mollia, lactea, lenia in averſa parte plurimis coſtis, quæ rectam ſtriant cancellatim obducta, viroris ſubtus fuſci, ſupernè clari, ſaporis ſylveſtris. *Flores* plures ſimul ex origine foliorum exeunt, inodori, pentapetali, cyathi-formis cuſpidati, rigidi, ſurrecti, interiùs nonnihil cochleato-cavi, viridi-flaveſcentes & albeſcentes, oblonga, purpureo-rubrâ ſtriâ in medio versùs cuſpidem notati, exteriùs magis albicantes & ab utraque velut rubro limbulo circundati. *Styli, Calicis & Gemmarum* deſcriptiones videſis hoc in loco. *Fructus* oblongi, anteriùs cuſpidati, tres eminentes habent coſtulas, ac in ſe congeriem oblongo-rotundorum ac planorum continent ſeminum, quæ mutuò ſe invicem obtegunt, & anteriùs ex ſtricto orificio penicillum oblongorum argenteorum filamentorum emittunt, ſúntque primò viridi-flava, dein rubeſcentia. In totum hi fructus ſimiles ſunt fructibus *Ericu*.

Radix pulveriſata & oculis inſperſa nubeculas aufert, vel cum *butyro* cocta & epota. Bulbus cum radice *Palmæ* agreſtis & *Scelengu* tritus, & cum pulvere *Ada-Kodien* in panno conſutus, adjecto modico *Sandali Jeribili* nigræ, & recenti butyro, lento igne ad ceræ conſiſtentiam redactus, pro quovis oculorum vitio mane ac veſperi ſumitur. Idem citrino *Sandalo* ac *ſaccharo* mixtus, in pulverem redactus, & in pilulas formatus, oculorum pathemata ex bile ſanat: vel denique ſi cum foliis *Ficuum Inferni*, radice *Talu-Dama*, primùm in aqua, deinde in vaccino lacte decoquatur, & ſaccharo miſceatur, quovis oculorum morbo opitulatur: Vires enim hujus plantæ planè ophthalmicæ ſunt. *Vires.*

30. Kaka-Kodi H. M. P. 9. T. 8. Apocynum *Indicum* arboreſcens (ſeu Periploca) ſcandens, floribus parvis flaveſcentibus umbellatim diſpoſitis, ſiliquis nigricantibus, per longum ſtriatis, *Commelin.* notis.

Planta eſt naſcens in arenoſis, ſcandens & ſinuoſis ramis arboribus ſe circumvinciens; *Radice* fibroſa, *ſtipite* pedem craſſo, cinereo cortice, qui in filamenta ducitur, unà cum vetuſtio-

ribus

ribus ramis obtecto. *Folia* in petiolis nigricantibus è ramorum nodis ortis gemina se mutuò decussant, oblongo-angusta, ad pediculum rotundiola, cum cuspide brevi in vertice, texturâ crassa, spissa, densa, glabra, viroris supernè viridi, fuscioris ac valdè nitentis; saporis subastringentis subacidi & vinosi. *Costa* media cum lateralibus utrinque eminet. *Flores* in umbellis proveniunt, vel ex cacumine surculorum foliaceorum, & tum sunt longiores, vel ex illorum latere, & tum breviores sunt, sùntque parvæ flavescentes gemmulæ, constantes 5 foliis oblongis, angustis ac flavescentibus, interiùs pilis candidis, lanuginosis vestitæ, maximè in orificio superioris colli, tenuiùs ac rariùs in foliis: collum flavum est & superiori parte strictius. *Fructus* ex uno flore bini eduntur, oblongo-rotundi, anteriùs strictiores, in prima parte arctè uniti, & mutuo obversi, cortice viridi, glabro & crasso, qui per siccitatem lignosus evadit, exteriùs nigricans & rugis in longitudine striatus. Semina versus partem inferiorem vel crassiorem continent plurima, quæ in strictiore parte vel cuspide penecillum emittunt oblongorum argenteorum filamentorum, sùntque plana, valde compressa & tenuia, oblongo-rotunda, scutellatim disposita, per maturitatem rubro-fusca, oculo albicante instructa.

Folia in suppressis lochiis usu veniunt: Eadem cum lacte Nucis Indicæ contrita & pectori illita dolorosam cordis palpitationem, atque hinc promanantem præfocationem spasmúmque corrigunt. *Radix* cum teneris *Arequeiræ*, *Palmæ* sylvestris ac *Toddeli* radicibus in *ebutyrato* lacte ac *vaccæ lotio* decocta, affectæque parti illita renum doloribus ac *Ischiadicæ*; vel etiam cum *Tondo Uliuja*, aliisque radicibus in lactis sero, & oleo *Foliorum de Inferno* cocta gonagræ vel denique cum radice *Talu-Dama*, primò in aqua, dein in oleis *Sergelim*, *Bepa-Meis-Elu*, ac postea in ebutyrato lacte, *Tamarindorum & Maringu* succis ad ceræ consistentiam cocta, in universum Arthriticli medentur, cujus 80 species incolæ numerant. *Virer.*

31. Kudici-Kodi H. M. P. 9. T. 9. Apocynum *Indicum* folio oblongo glabro, flore ex albo flavescente. *Commelin.* notis.

Planta est repens, in petrosis nascens. *Caules* ei teretes, tortuosi, geniculati, super se invicem convoluti, parùm lignosi & virides, cum medullâ viridi-aquea. *Folia* pediculis crassis, viridibus, interiùs planis, geminata proveniunt, oblonga, rotundo ad pediculum ambitu, in cuspidem stricta, texturâ spissa, crassa, superficie plana & glabra, viroris in recta parte saturi, in aversa diluti, saporis sylvestris. *Flores* in fasciis umbellatis, oblongo-rotundo petiolo, in geniculis ad exortum foliorum proveniunt, stelliformes, pentapetali, oblongi, cuspidati, viridi-diluti, ex albo flavescentes, in mediis petalis venâ viridiusculâ striati, collo crasso, orificio rotundo ac profundo, exteriùs in collo venis rubescentibus instructi, odoris expertes. *Styli* descriptionem hic vide. Sedes cui stylus insidet stellata est, 5 radiorum, qui collo ad interstitia petalorum sunt assuti. *Calicis* & *Gemmarum* descriptiones omittimus hinc petendas.

Linimentum ex hac planta cum vaccino lacte, oleo Sergelim paratum, temporibúsque applicatum narium sistit hæmorrhagiam. Descriptio hæc imperfecta est, deficit enim succi color, & siliquarum forma, quas icon longas & angustas repræsentat. *Virer.*

32. Wallia-Pal-Valli H. M. P. 9. T. 10. Apocynum scandens siliquis angustis longissimis, floribus staminibus carentibus, flavis, stellatis.

Eadem est planta cum præcedente, in eo tantùm differens, quòd *Flores* stamunculis careant. Fructus oblongi, cuspidati, seminibus repleti, quæ anteriùs filamentis argenteis q. barbati sunt.

Folia recentis butyro commixta pro linimento adversùs exiles adhibentur carbunculos. Descriptio imperfecta est. Icon hanc & præcedentem in aliis adhuc inter se differre arguit.

33. Katu-Pal-Valli H. M. P. 9. T. 11. Apocynum *Indicum* scandens, latifolium, flore viridi-diluto, siliquis oblongis binis ad basin junctis, cuspidatis.

Planta est ramis se vinciens, absque ullis claviculis. *Surculi* rotundi, glabro-viridi *cortice*, geniculis extuberantibus interstincti, medulla lactea & viscosa est, sicut & cortex. *Folia* petiolis flaccidis, crassis, interiùs sulco striatis ac viridi-dilutis gemina se invicem decussant, oblongo-rotunda, in vertice cuspidata, oris exteriora versùs crispatis, textura crassiuscula, spissa, solida ac maximè mollia, superficie plana & glabra, viroris supernè umbrosi & nitentis, subtus surdi & viridi-albicantis, odoris agrestis. Costa media aversa parte altum eminet. *Flores* plures congregati quasi fascia videntur, hinc indè brevibus succincti foliolis cuspidatis, pentapetali, oblongi, angusti, cuspidati, viridi-diluti, parùm versùs exteriora crispati. Styli, Calicis & Floris gemmæ descriptiones videsis apud Autorem. *Fructus* ex uno flore in communi calice proveniunt bini, oblongi, recti, in cuspidem desinentes, ad basin juncti, quorum medium longo striatur sulco, cortice exteriori valdè lacteo & viridi, interiori cuticula viridi flavescente, cartilaginosa carne viridi, corticis exterioris obstipata. *Semina* intus contenta oblongo-rotunda, plana, ruffa, scutellatim disposita; in superiori parte penecillo argenteo minutissimorum filamentorum instar serici lenium instructa, in medio interioris superficiei futuram habent albicantem & flavescentem: intra corticem nucleus absconditur candidus, admodum tenuis, sùntque *semina* hæc primò viridia, dein rubro-ruffescentia. Planta hæc oleo incocta oculorum vitia emendat; pedum tumores, quos ab incantamenti occultis viribus derivat populi hujus superstitio, evanescere facit, ubi trita hujus plantæ folia affectis partibus applicantur. *Virer.*

In

In deſcriptione *Fructus ex uno flore in communi calice quinque provenire* dicuntur. At cùm hoc in Apocynis nunquam contingat, locum iſtum ità corrigendum cenſeo, Unum florem ſequuntur ſiliquæ gemellæ, (ſeu unicum par ſiliquarum in uno calice) 2bus, 3bus aut 5 partibus in communi pediculo dependentibus.

34. Pal-Valli H. M. P. 9. T. 12. Apocynum Malabaricum ſcandens, latifolium, flore rubeſcente, ſiliquis longiſſimis & anguſtiſſimis *Commelin.* notis.

Planta ſcandens eſt, cujus caules teretes, lignoſi, geniculati, cortice ſpadiceo. *Folia* in geniculis geminata proveniunt, oblongo-rotunda, anteriùs acuto cuſpide, craſſa, viroris in una parte umbroſi & nitentis, in altera clari. *Flores* ad exortum foliorum racemati, nonnihil villoſi videntur, pentapetali, anguſti, interiùs viridi-diluti, exteriùs rubeſcentes, collulo albicante, in cujus inferiori orificio globulus, in vertice *ſtylo* inſtructus parvo. *Fructus* ex ſingulis floribus gemini eduntur, rigidi, oblongi, anguſti, parum complanati, ſpadiceo-rubeſcentes, ex una parte nonnihil virides; intra corticem tenuem & cartilagineum *ſemina* includuntur anguſta, oblonga, albicantia, ſulco ſtriata, ac ibi carne viridi repleta, anteriùs penecillo argenteorum ſtaminum dotata.

Vires. *Folia* cum *Oryzæ* lotura trita carbunculos exiccant exiles. *Radix* antifebrilis eſt, ſumpta cum *Coriandro* & *Zingibere*.

35. Nantsjera-Patsja H. M. P. 9. T. 13. Apocynum *Indicum* ſcandens, ſiliquis ad ſingulos flores binis, ſucco limpido turgens.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* albicans fibroſa, intus filamento lignoſo, odoris debilis, ingrati. *Caules* teretes, viridi-diluti, glabri, geniculati, teneriores, ſpadiceo-diluti & villoſi. *Folia* in geniculis, quorum pediculi craſſi, geminata erumpunt, oblongo, in cuſpidem ſtricta, craſſiola, ſpiſſa, mollia, glabra, viroris ſupernè diluti & nitentis, ſubtus clari, ſucco limpido repleta. *Flores* faſciatim geniculis caulium adhærent, pentapetali, oblongi, cuſpidati, viridi-diluti, qui ad geniculos roſaceo rubeſcunt. In medio capitulum apparet rotundum, feneſtratum, ex ſtylo conflatum, quem quinque cuſpidata nervoſa, craſſa, roſaceo-rubeſcentia, versùs ſtyli verticem rigidè inflexa foliola, cuſpidibus arripiunt. *Fructus* ex ſingulis floribus prodeunt gemini, anguſti, in cuſpidem deſinentes, virides, ad pedem tranſverſim ſiti. *Semina* in ſe continent numeroſa, plana, ſcutellatim diſpoſita, penecillum argenteum anteriùs includentia.

Vires. Integra plantam cum aqua *Lanjæ* venenum per vomitum expellit: idem præſtat, ſi cum Sandalo vero, ovo ac muliebri lacte temporibus & pectori inungatur. Trita cum radice *Car-Elu-regon atque Oryzæ* incocta radix, ac læſæ parti illita, rabidi Felis morſum fruſtra facit. Succus cum *Codagen Manga-Nari, Carinta-Tali* & *Sandalo* mixtus, ac temporibus illitus toxici vires infringit. Cum floribus *Palmæ* agreſtis, *Coluppæ & Samſtru-vari*, cum muliebri lacte ſumptus planè medicamentum eſt Alexipharmacon. Cum radice *Angolam, Tiratali, & Amel-Podi* vaccino lacti ſi incoquatur, capitique ac pectori illinatur, omne virus internum, & inde ortam ſyncopen ac præcordiorum æſtum tollit; ita ut hujus plantæ energia in totum ſit alexicaca.

36. Kametti-Valli H. M. P. 9. T. 14. Apocynum *Indicum* latifolium ſcandens, flore rubeſcente, interiùs candido, ſiliquis longis anguſtis, binis ad baſin junctis, venis per longum ſtriatis.

H. M.

Planta eſt in arenoſis naſcens, ac ſinuoſis ramis ſe arboribus circumvolvens. *Radix* brevis, craſſiuſcula, intus lignoſa, fibras quamplurimas laterales ſpargens. Stipites ad radicem craſſi, cortice cinereo, rami tenues, geniculati, cortice ſpadiceo fuſco-rubente, ſuntque ſublactei. *Folia* ad genicula bina ternave ſimul, oblongo-rotunda, cuſpide oblongo anguſto, extrorſum reflexo, denſa, craſſiuſcula, mollia, lactea, plana, glabra, viroris in recta parte nitentis. *Coſta* media in averſa parte eminet ſaturè-rubeſcens, in recta tenuiter extat viridi-albicans. *Flores* umbellatim in apice ſurculorum pediculis rubris videntur pentapetali, oblongo-anguſti, cuſpidati, interiùs candidi, exteriùs rubeſcentes, collulo oblongo, rubro, circa medium turgeſcenti. *Stamina* breviſſima apicibus flavis longis ſurrectis dotata: *Stylus* tenuis, viridi-albicans. *Calix* 5 cuſpidibus florem arcte arripit. *Siliquæ* ſingulis floribus ſuccedunt binæ, poſteriori parte invicem annexæ, oblongo-anguſtæ, anteriùs ſtrictiores, venis ſecundùm longitudinem ſtriatæ; primùm rotundiolæ ac ſurrectæ, dein ad latera compreſſæ, cortice exteriore fuſcè rubeſcentes, interiori albo ſubruſſo. *Filamentum* in hiſce continetur craſſum, cortice cartilagineo; corculo viridi, humido, fuſceſcente; exteriùs tenui, fuſcè rubeſcente membranula veſtitum. *Semina* in illo reperiuntur valdè plana, tenuia, oblongo-rotunda, tenui, membranoſa, ac tranſparenti lacinia ſuccincta, in unaquaque ſiliqua numero ſex, primùm viridia laciniis albicantibus, deinde cum laciniis ruffeſcentia.

Vires. Succus cum ſucco Limonis naribus injectus ſpaſmo & epilepticis medetur. Planta cum fructibus *Sabac* contrita ac vivario injecta Piſcibus anodynum eſt toxicum.

37. Watta-Kaka-Codi H. M. P. 9. T. 15. Apocynum *Malab.* ſcandens, folio cordis humani figurâ, flore viridi-diluto, umbellatim diſpoſito, ſiliquis oblongis latis obtuſis *Commelin.* notis.

H. M.

H. M.

Planta eſt Arboribus ſe vinciens, & arenoſis gaudens. *Radicis* cortex interior albicat, exterior flaveſcit, ſaporis peramari. *Caules* nodulis extuberantes, primò virides ſunt, ac deinde cinerei. *Folia* bina & bina è nodulis erumpunt in petiolis rotundis viridi-dilutis, interiùs ſtriatis, oblongo-rotunda, ad petiolum quàm maximè curvata, texturâ mollia, ſuperficie plana, glabra, viridi-fuſca, ſaporis ſubamari. *Flores* umbellatim in petiolo communi, viridi-diluto proveniunt, ex caulium nodis ſupra originem foliorum erumpunt, pedunculis tenuibus viridi-dilutis appenſi, pentapetali, viridi-diluti, anteriùs nonnihil contracti, inodori. Stella in medio videtur quinquangularis, viridi-diluta, plana, ex 5 ſtylis columnæ mediæ circumpoſitis conformata. *Gemmæ* planæ, viridi-fuſcæ, foliis ſuperiori parte ſuper ſe convolutis, & circa medium contractis. *Fructus* ſurculis ſeu petiolis appendent lacteis, oblongo-rotundi, versùs ſummitatem contracti, bini in inferiori parte ſibi invicem juncti, ſecundùm longitudinem profundis liris ſtriati, viridi-flaveſcentes, in liris flavo rore aſperſi. *Cortex* craſſiuſculus eſt & lacteus: *caro* parùm fungoſa, albicans; interior membrana cartilaginoſa, albicans, ſubflava. *Semina* intus continentur valdè plana, oblongo-rotunda, ex viridi flavo diluta, limbo flaveſcente circundata, ſcutiformiter arctè ſibi mutuo juncta in anteriore parte oculum habent, qui penecillum emittit cujus filamenta argentea ſunt.

Radix cum aqua *Oryzæ* ictum Colubri *Cobra-cabella* dicti parti appoſita fruſtra facit. Cortex radicis tritus ac cum aqua ſumptus dolori capitis inſervit, cui mulieres poſt partum ſunt obnoxiæ.

(36.) Periploca Madraſpatana Smilacis folio *Petiver Act. Philoſoph.* N. 244. p. 320. *Serrufaulee* Malab.

Folia Convolvuli majoris albi ſimilia ſunt, tantillo minora; bina ad nodos adverſa, duobus minoribus foliis, breviſſimis pediculis innixis plerunque comitata. E nodis ſeu articulis *floſculorum* agminula Aſclepiadis ſimilium exeunt, quorum unicuique ſuccedit *ſiliqua* duplex, tenuis, 2½ circiter uncias longa, unam lata ſeu craſſa. Semen partem pediculo proximam occupat, eſtque rotundum, compreſſium, membranaceum, coloris fuſci, limbo ferrugineo cincti. Lanugo ſericea ſemini ſummo innaſcens candidiſſima eſt, & holoſerici inſtar mollis. Singulæ plumulæ 1¼ unciæ longæ ſunt. Plantam præcedentem refert facultate ſcandente, à qua tamen differt foliis acutioribus, floribus minoribus, & ab eodem fundo non exeuntibus.

(37.) Periploca *Malabarica* folio anguſtiſſimo D. *Petiver Act. Philoſ. Lond.* N. 26. p. 593. *Nanna-ree-chedde* Malab. D. *Brown. Naru-Nindi* H. M. Vol. 10. T. 434. p. 67.

Plantam hanc totam, folia, caules & radicem cum Pipere longo Indi decoquunt, & decoctum in febribus continuis propinant. Radix valde odorata eſt. D. *S. Brown.*

38. Niota-Niodem-Valli H. M. P. 9. T. 16. Apocynum *Indicum* ſcandens, ſeu Periploca, ſucco limpido, floribus multis in communis pediculi ſummitate coronæ forma diſpoſitis, reflexis, matracii figura, ſiliquis longis anguſtis.

H. M.

Planta eſt *Cauliculis* ſinuoſis, tenuibus, rotundis, viridibus, ex parte rubeſcentibus geniculatis, arboribus ſe vinciens. *Folia* ad genicula gemina proveniunt, oblongo-anguſta, ad petiolum rotunda, in cuſpidem contracta, texturâ denſa, ſolida, mollia, ſuperficie utraque plana, glabra. *Flores* plures ſimul in communi viridi petiolo proveniunt, inſtar coronæ, collo oblongo, rubro-purpureo, fuſco & nitente, inferiùs ad calicem ventre inflato, veſiculato, albicante, venis rubro-purpureo-fuſcis in ventre & collo ſecundùm longitudinem ſtriati, pentapetali, ex flavo viridi-diluti, cum oris exteriora versùs criſpati, cuſpidati, qui cuſpides, oblongi, rubro-fuſco-purpurei ac piloſi mutuo in vertice junguntur, inter folia eorumque cuſpides feneſtrati, interiùs pilis oblongis raris ſparſim obſiti, inodori. *Capitulum* in medio ventre habent flavum, pentagonum, ſtellæ inſtar expanſum, è cujus vertice *ſtylus* ſeſe erigit oblongus, flavus, theciformis, qui in 5 *ſtamina* reſolvitur. Veſiculato florum ventre ex compreſſione rupto aer cum ſonitu eliditur. *Fructus* oblongo-anguſtæ *ſiliquæ*, *ſemina* continentes oblonga, in una ſerie diſpoſita, in vertice filamentis candidis argenteis penicillata.

Hujus & *Kari-Bepu*, *Ela-Calli*, *Bala*, & *Myrobalani* folia trita in nodulo colligantur, qui in aqua *Oryzæ* calefactus & affecto loco applicatus, ventris ex flatibus tumorem minuit, vel ſi cum foliorum Tamarindorum fibris & *Muringu* cortice in muria excoquatur linimentum contra articularem exhibent morbum. *Virei.*

39. Apocynum ſcandens flore Nerii albo *Plumier.*

Multa *ſarmenta* ſuper arbores & ſepes extendit, calami ſcriptorii magnitudine, lævia, lenta, è viridi cinerea. Nodi à ſe invicem valdè diſtant; ad unumquemque autem bina *folia* oppoſita egrediuntur, 3 circiter pollices longa 1½ um lata, ovalia ferè, versùs pediculum paulò anguſtiora, ad extremum ſubrotunda, cum parvo tamen apice, lævia, ſolida Pergamenæ inſtar, ſpiſſa, ſubtus dilutiùs viridia, coſtâ mediâ nervos utrinque parallelos, ad oram folii incurvos, emittente, deſuper ſaturatiùs viridia, pediculo pollicem longo inſidentia: rupta aut avulſa ſuccum fundunt album guſtu adſtringente.

Flores

Flores è foliorum ſinubus exeunt, tres non rarò aut quatuor ſimul, ſæpius tamen duntaxat unus, pediculis 3, 4ve lineas longis inſidentes, calice parvo viridi, longitudine cum pediculo pari, fundo valde anguſto, ſupernè in 5 ſegmenta acuta diviſo excepti, candidiſſimi, inodori, Nerii florum figura, paulò majores; fundus interior tubi pallidè flavus eſt, verùm pars exterior ejuſdem nonnihil rubet. Præterea ejus ſegmenta ſeu laciniæ unum latus ſubrotundum habent, alterum in modum roſtri acuti ſectum.

Fructus ſiliquæ geminæ ſunt, figura cornuum parvorum, acutæ, rectæ, ſemipedali circiter longitudine, lineam & dimidiam craſſæ, binæ eidem pediculo adnexæ, & inter ſe ferè parallelæ, valdè læves & æquales, colore viridante, *ſeminibus* multis parvis cum filamentis tenuibus & delicatis ſericeorum ærpulis repletæ, colore caſtaneo.

Paluſtribus maritimis præcipuè gaudet, & multis Anni menſibus floret, in inſulis *Martinique* & *Dominici*.

Apocyna Scandentia ex Hiſt. Mexic. Rechii.

40. *Apocynum ſcandens Michuacanicum diureticum, Solani foliis, mas* 1. Tlallantla cuacuit lapilli *ſeu cauda parvi* Tlacuatzin *Rech.*

41. *Apocynum diureticum ſcandens Michuacanicum mas* 2um Rech.

42. *Apoc. Michuacanicum diureticum mas* 3tium Rech.

Hoc erectis Apocynis interſerendum eſſe judicare licet, tum ex imagine à *Rechio* propoſita, tum etiam ex notis *Terentii*, qui craſſiori è caudice erectum magis eſſe aſſerit. *Herman.*

43. *Apoc. ſcandens* Michuacanicum diureticum fœmina, fructu parvo Peponi ſimili Rech.

Tres priores ſpecies, quarum florum fructuumque ſtructura licet ex *Rechio* non conſtet, conjungendas eſſe cum ſpecie poſtrema, nempe *Fœmina*, vel ex eo liquet, quòd ſingulis unam eandémque naturam tribuerit *Rechius*, & ipſe *Terentius*, qui authenticum *Rechii* exemplar vidit, in notis ſuis fructum, quem *Rechius* fœminæ adſcripſit, tribus prioribus ſpeciebus communem feciſſe videtur.

Cui verò plantarum generi quatuor iſtæ ſpecies annumerari debeant, ipſe *Terentius* ambigit. Nam in notis ad *Tachuache-Tlallantlacuacuitlapilli* Convolvulis miſcuiſſe videtur; in notis ad *Tlallantlacuacuitlapilli* dubitanter proponit, Annon mediæ inter Cucumeraceam & Apocyni familias ſtatuendæ ſint; inquit enim, *Lanugo illa argentea (quæ inſtar filamentorum ſericeorum ſeminibus appendet) foliáque bina Apocynum petunt, cum in nullo alio volubilium genere reperiantur; at Peponi ſimilis in Apocyno fructus nunquam, ſed ſiliquæ duæ ex uno flore exortæ.* Itaque ſubjungit; *Quid ſi medias inter Cucumeraceam & Apocyni familias ſtatueris?* Ego verò non obſtante fructu ſingulari, haud gemino, parvo *Peponi* ſimili, 4 illas ſpecies Apocynis annumerari debere nullus dubito. Primò enim diſpoſitio ſeminum in fructu Apocynis eſt quàm ſimillima Deinde *Apocyna* quandoque ſiliquas ſingulares, quandoque geminas proferunt. Poſtremò, Fructûs externa facies (ſive illa ſit Penniformis, ſive folliculata, glabra, villoſa, ſiliquata alióve quovis modo conſtituta) *Apocyna* deſignant, ſed ſola ſemina lanigera imbricatim in ſiliquis univalvibus diſpoſita. *Herman. Parad. Bat.* apud quem plura ſi placet vide.

44. *Apocynum ſcandens, foliis Scammonii, Neicotlapali.*

Hujus fructificationem *Rechius* non prodidit; Terentius tamen inter Apocyni genera reponendum eſſe judicat. *Herman.*

45. *Apocynum Mexicanum Pyri folio, Tepecuitlacotl ſeu* Cuitlacotl *montana Rech.*

Neque hujus plantæ fructum deſcripſit *Rechius*. E foliis binis ex adverſo poſitis & ſapore acri Apocyno fortè adjungi poſſe ſuſpicatur *Terentius? Herman.*

46. *Apocynum Mexicanum procumbens, foliis obrotundis, flore candente,* Tlatzilocayotli *ſeu* Tzilacayotli *humile. Siliquaſtrum Mexicanum* Rech.

An hæc planta inter *Apocyni* ſpecies referenda ſit, incertum eſt. *Rechius* enim nec florum, nec fructuum ſtructuram expreſſit. *Terentius* inclinat parti affirmanti, aſt ficulneis utitur rationibus quæ hìc adſcribi vix merentur. *Herman.*

47. Apocynum *Americanum,* Viticis folio *Tourneſ. Elem. Bot.*

48. Apoc. *Hiſpanicum* fruteſcens, Linariæ folio, &c. *Ejuſdem ibid.*

An erecta ſint, an ſcandentia nec Autor dixit, nec aliunde nobis innotuit.

49. Apocynum *Americanum* Aſclepiadeum *Munting.* Herbar. Belgic.

50. Apocyno ſimilis anguſtiſſimo folio *Curaſſavica*, tuberoſa radice, caule geniculato nodoſo *P. B. P.*

51. Apocynum anguſtifolium ſcandens *Ind. Or.* breviori folio, cauliculis punicantibus. Segunda-pala *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

52. Apocyni genus ſcandens ex *India Orientali* Paulecooddee *Malabarorum*, an fortè Vensjerapatha *H. M.* P. 9. T. 13. *Pluk. Mantiſſ.*

53. Apocynum ſcandens Pervincæ majoris folio ex Provincia *Carolina Ejuſd. ibid.*

54. Apocynum ſcandens incanum, foliis parvis, ferè triangulis, ſiliquis binis anguſtis in directum jacentibus. Ex *India Orientali*, inter collectaneas D. *Petiver.*

55. Apocynum ſcandens, foliis parvis è triangulari figura oblongis, ſiliquis longis rectis, paulum reflexis. Ex *India Orientali* ad D. *Petiver* miſſa.

56. Apocynum *Americanum* ſcandens hirſutum, flore luteo. *Flores* ex alis foliorum 3, 4ve ex eodem pediculo in 5 ſegmenta rotunda diviſi, coloris ex luteo vireſcentis, Umbo aurantiacus eſt aut croceus, cum macula viridi in medio. Apocyno, hirſuto, ſcandenti *Amer.* flore amplo purpureo *Pluk. Phyt.* Tab. 76. perſimile eſt; flores duntaxat multò ſunt minores & coloris diverſi, *folia* non adeò hirſuta. *Badmingtonii* in Horto Illuſtriſſ. Ducis *de Beaufort.* cultam D. *Sherardus* deſcripſit, ejúſque ſpecimen ad me miſit.

Pſeudo-apocyna D. *Bobarto Hiſt. Oxon.* P. 3. p. 612. dicta.

Semine compreſſo & alato, erectum,

1. *Barbadienſe*, Lignum album *Barbadienſe* dictum. Siliquæ tenues ſunt, dodrantem longæ, ſeminibus membranulis albis alatis refertæ.

2. *Jamaicenſe*, ſeminibus minoribus alatis albis *Jacobi Harlow.*

3. Arboreſcens, non lanigerum, lacte dulci prægnans, obtuſis integris foliis, *Zeylanicum*, *Kirindi Walli Hermanni.*

4. *Indicum* latifolium, flore rubeſcente interiùs candido, ſiliquis longis anguſtis, venis in longitudinem ſtriatis; *Kametti-valli H. M.* P. 9. 23.

5. *Virginianum*, alternis Aſclepiadis foliis, flo. pallidè cœruleo, radice craſſa *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 3.

Semine non compreſſo,

1. Scandens, anguſto Roſmarini folio, ſemine oblongo-rubente *Henoio* ab incolis nominatum. Ex inſulis *Fortunatis* accepit D. *Bobart.* Succus ei limpidus. Nondum floruit apud nos. *Pluk.* Tab. 261. F. 2.

2. *Indicum* Myrtifolium floribus parvis, tetrapetalis, purpuro-rubris, ſeminibus oblongis in ora exteriore cuſpidibus crenatis. *Parparam H. M.* Part. 9. p. 29.

3. Cylindraceo, articulatim conjuncto, non pappoſo D. *Baniſt.*

1. Pſeudapocynum *Sirinamenſe*, floribus amplis albis, foliis Laurinis latis, capreolis donatum D. *Sherard.*

Naſcitur in paludoſis; flore eſt ampliſſimo, longo concavo in 5 ſegmenta obtuſa expanſo.

P. 1091. Ad Caput de Clematide Daphnoide.

In *Schol. Bot. Tournef.* invenio pro tribus non deſcriptis Clematis Daphnoidis ſpeciebus.

1. Clemat. Daphnoid. latifoliam variegatam.

2. Clemat. Daphnoid. anguſtifoliam variegatam.

3. Clemat. Daphnoid. anguſtifoliam minorem.

Clematis Daphnoides *Carolinienſis* Horti *Comptoniani Pluk. Mantiſſ.*

P. 1096. Ad Caput de Verbaſco.

In *Schol. Bot.* Verbaſci ſpecies non deſcriptas invenio ſequentes.

1. Verbaſcum mas latifolium luteum ramoſum.

2. Verbaſcum ramoſum perenne *Pariſienſium.*

3. Verb. fruticoſum latifolium alterum.

4. Verbaſcum majus album, atro-caneſcenti folio minore *Hort. Cath. Suppl.* 3. *Folia* longa ſunt, & ut in hoc genere anguſta, acuminata. *Flores* in ſummo caule ſpicam laxam efficiant.

5. Verbaſcum *Arturus* dictum, meliùs Blattaria Braſſicæ folio, *floribus* ſtrictè hærentibus *Hort. Cath. Suppl.* 3. Summi caules in ſpicas prælongas excurrunt, è floribus rarioribus compoſitas. *Folia* latiora, breviora & acutiora ſunt quàm in Blattaria vulgari.

6. Verbaſcum pyramidatum ab imo ad ſummum ramoſum *Hort. Cath. Suppl.* 3. Planta eſt procera, *foliis* in caule creberrimis, lata baſi eum amplexantibus & occultantibus, in acumen productis.

Blattaria *Zeylanica* flore amplo coccineo *P. B. P. Cat. Hort. Med. Amſt.* vide ſupra in Alcea *Indica.*

P. 1098. Ad Caput de Trifolio acetoſo.

1. Oxys purpurea *Virginiana*, radice Lilii more nucleata, capitulis, poſtquam defloruerit, è bulbillis ut in Allio corvino conflatis *Pluk. Phyt.* T. 102. F. 4. Trifolium acetoſiſſimum radice parva rotunda, Lilii more imbricata *Baniſt. Cat. Mſſ.*

2. Oxys ſeu Trifolium acetoſiſſimum rubrum, caule parvo ἀφύλλῳ, foliis craſſis & ſucculentis *Baniſter Cat. Mſſ. Pluk. Almag. Bot.*

3. Oxys bulboſa *Africana* anguſtifolia, flo. rubro obſoleto amplo *Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Almag.*

4. Oxys bulboſa *Africana*, folio cordato parvo, luteo, umbellato flore *Breyn. Prod.* 2. Hujus folia ſunt inſigniter piloſa.

5. Oxys ſeu Trifolium acetoſum corniculatum ſurrectum rubrum ſeu *Americanum.* Xoxocoyol-Hoihoilan *Novæ Hiſpan. Terent.* apud *Recch. Pluk. Almageſt.*

6. Oxys bulboſa *Æthiopica* minor, folio cordato, flore ex albido purpuraſcente *Commel. Hort. Amſt. rar.* 4tæ noſtræ ſpeciei fortè eadem.

Commel.

Ex hujus *radicibus*, extrinſecus pullis, ſquamoſis & duris, 3tiæ noſtræ ſpeciei non diſſimilibus, cauliculis autem altioribus, tenuibus, è viridi purpuraſcentibus, ſuprema parte ramoſis, exeunt *folia* tricompoſita, Trifolii vulgaris æmula, cordata, ſuperiore parte vireſcentia, inferiore purpuraſcentia, ſapore acido. *Flores* ex perianthio quinque-partito producuntur pentapetali, convoluti quemadmodum præcedentes, ex albo languidè purpuraſcentes, ferè inodori, longis pediculis inſidentes. *Semen* Violarum ſemini haud diſſimile, præter commune involucrum pentagonum, unumquodque includitur peculiari membranæ niveæ, quâ levi attactu dehiſcente, celeriter in ſe contrahitur & criſpatur, ſeménque cum impetu erumpit,

Viget florétque per totam ferè æſtatem.

7. Oxys corniculata minima villoſa ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.* Hæc (inquit) revera eſt Herba *Joannis* infantis *Monardis.*

8. Oxys lutea fruteſcens *Americana*, Trifolii bituminoſi facie *Plumier inedit.*

9. Oxys *Africana*, foliis tenuiſſimis in ſummitate caulis D. *Sherard.*

Caulis huic tenuiſſimus, ſemipedalis, ſimplex, interdum tamen in duos ramos divaricatus, in ſummitate plurima geſtans *folia* velut umbellatim congeſta, in eodem pedicello prælongo & tenuiſſimo terna, anguſtiſſima in ſummitate (quantum diſcernere licuit) bifurca. Inter folia ex ipſo apice cauliculi exeunt pediculi ſemunciales & longiores, *flores* ſuſtinentes oblongos in lacinias aliquot petala imitantes diviſos, albicantes, atrovirente linea in margine cinctos. E medio umbellæ foliorum interdum exit pediculus aliam in ſummitate umbellam geſtans.

10. Oxys

10. Oxys *Africana* bulbosa, floribus amplis luteis, foliis minimis hirsutis D. *Sherard.*

Plantula est perexigua, flore tamen ampliſſimo, campaniformi.

11. Trifolium acetosum flore Convolvuli minoris, *Ambrosini Cat. Hort. Bonon. Novarum stirpium nondum sculpt. Historiâ.*

Cauliculis exit palmaribus, ut in vulgari Oxytriphyllo, ab una radice pluribus, exiguis, rotundis ac tenuibus, rubentibus, nodosis in terram prociduis, quorum singulis germinationibus terna in summitate sunt folia, cordis figurâ, mollia, acido gustu, ex pallido virentia, quæ sub vesperam, aut ingruente imbre complicantur. *Flores* edit singulares, albos, Campanulæ vel Calicis formam præ se ferentes, ut in Convolvulo minori, longiori pediculo annexos. *Semen* gerit in corniculis exile & rufum. *Radicem* habet gracilem longiusculam capillatam & subrufam.

Mense *Maio* floret: in Alpibus *Mutinensium* inter lacum *Baccium* & lacum *Sanctum* copiosè provenit. Annua est planta, ex semine deciduo, siquidem *Julio* & *Augusto* maturo, se conservat.

12. Oxys *Americana*, flore rubro, fibrosa radice *Tournef. Institut.* Trifolium acetosum *Americanum* rubro flore *Barrel. icon. Bocc. Musc. Plant. rar.* P. 63. T. 51.

Ad pedis Geometrici altitudinem assurgit.

13. Oxys bulbosa *Africana* rotundifolia, caulibus & floribus purpureis amplis *Hort. Amstel.* 41.

14. Oxys *Africana* bulbosa, flore purpureo, caule folioso D. *Sherard.*

Planta isthæc excauleſcit, *caule* ad palmarem aut sesquipalmarem altitudinem assurgente, *foliis* vestito in pediculo brevi ad intervalla ternis. E foliorum alis egrediuntur *flores* in pediculis longissimis singulares, longi, purpurei. Folia & flores in summis caulibus adeò conferti sunt, ut spicam mentiantur.

15. Oxys *Africana*, foliis tenuissimis, flore amplo D. *Sherard.*

Cauliculum emittit tenuem, palmarem, in summitate foliolorum minutissimorum congeriem gestantem, inter quæ exsurgunt pediculi plures, sescunciales & longiores, flores singuli singulos sustinentes amplos, & ut in sicca videtur flavos.

16. Oxys *Africana* foliis cordatis hirsutis, floribus luteis umbellatis amplis D. *Sherard.* Quartæ eadem esse videtur.

Folia in medio insigniter crenata sunt, *Cauliculi* flores sustinentes tenues sunt, palmares, in summitate 3, 4ve emittentes *flores* luteos, pediculis uncialibus nixos in 4 vel 5 segmenta, totidem petala imitantia profundè divisos.

17. Oxys *Africana*, bulbulis supra terram radici adnatis, foliis cordatis glabris, floribus umbellatis magnis.

Folia profundè crenata, seu bifida sunt, *caules* semipedales aut altiores, in summitate plures gestantes *flosculos*, umbellatim digestos, minores quam in præcedente.

18. Trifolium acetosum *Africanum* cauliferum, floribus parvis umbellatis luteis, *C. Bæ. Spec.* D. *Sherard.*

Folia cordata longis & tenuibus pediculis insident. E foliorum alis secundùm caules exeunt pediculi palmum longi, in fastigio flores plures gestantes privatis petiolis insidentes, velut umbellatim diffusos, parvos, luteos.

19. Oxys *Africana* erecta ramosa, caulibus foliosis, floribus amplis cœruleis D. *Sherard.*

Caules erecti, firmi, lanuginosi, uti est & tota planta, in sicca nobis communicata, bipalmares seu semipedales, ab imo statim ramosi, ramis longis, & ipsi cauli ferè æqualibus, *foliis* vestitis in eodem pediculo breviſſimo ternis parvis, angustis, è quorum alis exeunt pediculi prælongi, binis plerunque foliolis oppositis donati, singulos gestantes *flores* amplos cœruleos.

1. Upu-Dali *H. M.* P. 9. T. 64. Bicapsularis *Indica*, Solani foliis & flore, Convolvuli instar repens.

H. M.

Plantula humilis eſt, ſurculis tortuoſis procumbens, ac Convolvuli inſtar repens. *Radix* lignoſa, fibroſa, albicans. *Caules* tenues, viridi-fuſci, quadranguli, durioli, geniculati, ſupra geniculos intumeſcentes, cymis inflexi, pilis albicantibus, (ut & folia eorúmque pediculi) tenuiùs obſiti. *Folia* ad genicula, in longis, viridi-dilutis, interiùs planis petiolis bina & bina proveniunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, tenuia, mollia, ſubaſpera, viridi-fuſca. *Flores* ex alis foliorum exeunt, monopetali, quinque-partiti, nervis per collum exteriùs ſtriati, ex albo cœrulei dilutiſſimi, *ſtamina* habent 4 albicantia, quorum duo altiùs eminent, ſurrectis ac albicantibus *apicibus* dotata. *Stylus* albicat, in vertice intortus. *Calix* 5 anguſtiſſimis oblongis foliis florum collum excipit, qui ad calicis exortum duobus foliis minoribus comitati, ſine odore. *Capſulæ* ſeminales oblongæ, ſuturis ſtriatæ, in medio laterum ubi ſe relaxant tenuiore ſutura exaratæ, per ſiccitatem albicantes & lignoſæ. *Semina* valdè compreſſa, tenuia, orbiculata, cinerea, in oris limbulo parùm extuberante & ſubrufo circundata, in ſingulis capſulis paſſim 4, ſcutellatim conſita, interſepimento medio accumbentia.

Vires. Foliorum ſuccus (ut & folia) in concoctione ſalis adhibetur. *Folia* in ſale cocta, & in ſuccum compreſſa humorum cachexiam corrigunt.

2. Min-angana *H. M.* P. 9. T. 72. Sideritis folio, caule piloſo, capitulo globoſo, floſculis monopetalis quinquepartitis candidis, *Commelin.* notis.

H. M.

Plantula eſt ſeſqui-cubitalis, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* fibroſa, capillata, lignoſa, nigricans. *Caules* quadranguli, geniculati, lignoſi, longiuſculis albicantibus pilis obſiti, ramulis ad genicula binis alterno ſitu exeuntibus. *Folia* pariter ad genicula ſingula bina adverſa, parva, oblongo-anguſta, in oris tenuiter crenata, tenuia, mollia, pilis raris veſtita: *Flores* numeroſi & congregati in capitulis oblongo-rotundis, quæ caulibus inſident, ac foliis ſuccincta ſunt, proveniunt, in ſurculis folioſis & piloſis erumpentes, ſúntque minùs piloſi, monopetali, quinque-cuſpidati, candidi, dein cœruleſcentes. *Stylus* in medio adeſt, in quo 5 *ſtaminula* conſpiciuntur, minutiſſima, collulo interiori florum inſerta, *apicibus* primò albicantibus, flaviuſculis, exin nigricantibus dotata. In ipſis gemmis *flores* clauſi ſunt, cuſpidati, viridiuſculi: illorum odor gravis & ingratus. In ſingulis 3, 4ve continentur *ſemina* parva, ex albo nigricantia.

Vires. In butyro cum aliis antinephriticis concoquitur, & mente alienatis pro potu exhibetur.

3. Tsjeru-Uren *H. M.* P. 9. T. 73. Sideritis folio inſipido, flore pentapetaloide roſacei coloris, fructu rotundo quinque-partito ſemine triangulati, *Commelin* notis.

H. M.

Tripedali eſt altitudine, in arenoſis naſcens. *Radix* fibroſa, albicans. *Rami* ex parte virides, ex parte rubeſcentes. *Folia* in ramis hinc indè proveniunt, oblonga, acutè crenata. *Flores* plures congregati cacumini ramorum inſident, cyathi-formes, monopetali, quinquepartiti, venis in longum ſtriati, in quarum tractu roſacei ſunt coloris, inferiùs ad unguiculos flavi. *Stamina* in illis 9 ſurrecta, flavis *apicibus* dotata cum breviori *ſtylo*. *Globuli ſeminales* virides, piloſi, dein rufo-rubeſcentes, in vertice parùm cuſpidati, 5 lacunoſis ſuturis, in quibus ſe relaxant, ſtriati. *Semina* in hiſce continentur 5, ad ſingula latera, inter ſuturas unum, interſepimentis ſejuncta: trilateralia ſunt, uno exteriore rotundo, reliquis duobus planis.

4. Tumba-Codiveli *H. M.* P. 10. T. 8. Herba *Indica* ſequenti ſimilis florum petalis anguſtioribus candidis.

H. M.

Plantula eſt duûm triúmve pedum, naſcens in arenoſis. *Radix* flavo-fuſca, ex fibris conſtans capillatis, linguam pungens ac lancinans, minùs tamen quàm *Schetti-Codiveli*. *Caules* & ſurculi virides, angulati, venulis ſtriati, in nodulos diſtincti. *Folia* è nodulis oriuntur, oblonga, tenuia. *Flores* ut illi *Schetti-Codiveli*, excepto quòd hujus petala nonnihil anguſtiora ſunt, & coloris in totum candidi. *Calix* oblongus & *ſtaminulis* parvis, quæ rubras gemmas in vertice gerunt, circundatus, coloris viridis, ad inferiorem partem folio viridi-fuſco, cuſpidato ſuccinctus; in averſa parte pilis parvis, ſurrectis & gemmulatis obſitus. *Semina* ut *Schetti-Codiveli*. Floret toto anno, maximè tempore pluvioſo.

Vire *Radix* in aqua decocta in fotum adhibetur pro veſiculis ac puſtulis aqueis quæ ſub pedibus naſcuntur.

5. Schetti-Codiveli *H. M.* P. 10. T. 9. Herba *Indica* flore è tubo oblongo in 5 folia expanſo, calyce hiſpido, vaſculo ſeminali monoſpermo.

H. M.

Naſcitur in arenoſis, altitudine 4 vel 5 pedum. *Radix* fibroſa, flavo-fuſca, linguam acerrimè pungens & lancinans. *Caules* ſurculíque rotundi, virides, venulis in longum ſtriati, *Foliis* hinc indè petiolis brevibus, interiùs ſtriatis & rubeſcentibus appenſis veſtiti, oblongo-rotundis, in anguſtum cuſpidem deſinentibus, valde tenuibus, ſuperficie plana, viroris ſupernè fuſci, ſubtus clari. Coſta & nervi inde egreſſi utrinque eminent. *Folia* & caules linguam pungunt, minùs verò quàm *Radix*. *Flores* ſurculorum ſuperiori parti hinc indè ad unius ſpithamæ intervallum, vel ex tranſverſo, vel ſurrectim, vel pandi inſident, pentapetali, miniato-rubri, oblongo-rotundi, in inferiori parte contractiores, tenues, in averſa parte unica nitente coſta quæ cum cuſpide extra oras nonnihil emicat, ſtriati, pediculo oblongo, nonnihil ſtriato, & miniato-rubro, *calyci* inſidentes oblongo, arcto, aliquantulum rubro, qui parvis

parvis ſtaminulis tranſverſis, quæ gemmas minutiores rubras & albicantes gerunt, circundatur, & circa originem tribus parvis, cuſpidatis, glabris foliolis ſuccingitur, odoris expertes. *Stamina* 5 tenuia, ex rubro albicantia, *apicibus* ſurrectis cœruleo-purpureis dotata. *Stylus* tenuis, albicans in 5 parva filamenta ſupernè diviſus. *Semina* in ſpicis ſeu thecis latitant oblongo-rotundis, 5 coſtulis, in longum ſtriatis, & in calycibus ubi flores decidunt contentis, in ſingulis unum, quorum forma oblongo-rotunda, per maturitatem nigra. Floret toto anno maximè tempore pluvioſo.

Radix trita & in aqua calida exhibita, confert in febre frigida, ut & ſi arteriæ ſuperimponatur: in lacte acido ſumpta conducit in dyſenteria. *Vires.*

6. Brami *H. M.* P. 10. T. 14. Glaux *Indica* Portulacæ folio, flore majore dilutè cœruleo, albicante colore, *Commelin.* notis.

H. M.

Naſcitur in aquoſis, radiculis albicantibus, capillaribus, è caulium geniculis demiſſis repens. *Cauliculi* aquei, viridi-diluti, craſſioli, geniculati, teneriores rubeſcentes, ſaporis ſubamari. *Folia* bina, in geniculis ſe mutuò decuſſantia caules veſtiunt, ac frequenter teneris, novellis folioſis ſtipantur cauliculis, parva, oblonga, craſſiola, denſa, exteriùs unicâ venâ inſtructa, viroris diluti, ſaporis amari & aquei. *Flores* pentapetali, venis interiùs in longum ſtriati, exteriùs versùs ſe invicem reflexi, cœruleo-diluti, collulo latiori ex calice 5folio proſilientes. *Stamina* in illis 4 albicantia, collo inſerta, *apicibus* ſemilunaribus nigricantibus dotata, duo altiùs emicant. Stylus ex viridi albicat. *Capſulæ ſeminales* conicæ, calycibus obtectæ, parvulorum ſeminum arenularum inſtar, quæ ſtylo medio circumponuntur congeriem in ſe complectentes; quæ ſemina primùm viridia, dein ex albicante flaveſcunt, tandem nigricant.

Ex frequenti uſu hujus vaccarum ubera lacte turgent: fit & decoctum ex illa in lacte vaccino & recenti butyro contra delirium, temporibus inungendum. *Pipere, Calamo aromatico, Myrobalanis* & *aqua Orizæ* trita & aſſumpta vocem reddit ſonoram. *Vires.*

7. Acatsja-Valli ſeu Mudila-tali *H. M.* P. 7. T. 44. Cuſcuta *Indica* rariùs folioſa, floſculis ſpicatis hexapetalis, fructu coronato rotundo monoſpermo.

H. M.

Caulicüli teretes, tortuoſi, valde tenues, lenti, ſuper plantas lato tractu excurrentes, ramóſque quos arripiunt ita obſidentes & adhærentes, ut viſum ac acceſſum impediant. *Folia* in tenerioribus viridibus cauliculis rara ac ſparſa, valde parva, ex viridi flaveſcentia, plura ſimul juncta, inſident. *Flores* in viridibus, rotundis, nonnihil tortuoſis ac ſtriatis petiolis congregati, ſeu ſpicati videntur, ad exortum brevibus foliolis ſuccincti, hexapetali ſunt, albicantes, quorum tres exteriores lati & cuſpidati, interiores bicuſpidati, odoris nullius. In medio *ſtylus* craſſior, oblongus, cuſpidatus; *ſtamina* ſex quæ ſtylum circumſtant, & interiorem complectuntur. *Fructus* baccæ rotundæ, primùm virides, exin albicantes, umbilico latiori, ſex foliolis coronatæ, primò viridibus, poſt nigricantibus, ſub tunica craſſa exteriore globulum continentes ſeu oſſiculum rotundum, cortice tenuiſſimo viridi, poſt nigricante, intus nucleo albo repletum.

Natale ſolum eſt *Cochien* &c. Amat denſa nemora.

Integra planta cum *Zinzibere* exſiccata, & *Nirvúla Pullu* toſta, pulveriſata & butyro mixta inveterata ulcera mundificat. Cum oleo *Sergalin* capiti illita capillorum radices firmat cum cortice *Arekeræ* & *Tsjangelam-Parendi* toſta pulveriſata & oleo mixta capitis ulceribus medetur. Cum Cardamomo lacte & oleo *Sergelim* ad liquidam conſiſtentiam redacta capitis æſtum tollit. Succus cum Saccharo oculorum ardorem & ſuffuſionem amovet, per ſe loco balnei adhibitus hemicranium mitigat. *Vires.*

P. 1101. Ad Cap. De Samolo, ſeu Anagallide aquatica tertia *Lobel.*

1. Samolus *Maderaſpat.* Graminis leucanthemi foliis D. *Petiver. Act. Philoſ.* N. 244. p. 325. F. 25.

2. Samolus *Maderaſpat.* floribunda, verticillis plurimis denſè ſtipatis, Kalureevee *Malab.* D. *Petiv. Act. Philoſ.* N. 264. p. 591.

P. 1102. Ad Cap. de Glauce.

1. Glaux ſupina *Luſitanica Griſleii Virid. Luſit.* N. D. *Munting. Herbar. Belgic.* 607.

2. Glaux ſupina viminoſa *Luſitan.* N. D. *Ejuſd. ibid.*

P. 1100. Ad Cap. De Rore Solis.

1. Ros Solis *Luſitanicus*, foliis Aſphodeli minoris *Tournef. El. Bot.* Chamæleontoides *Griſleii*. *Folia* habet dodrantem longa, Aſphodelina, ſupina parte ſulcata, & Rorellæ in modum piloſa, ac prona parte convexa. *Flores* caulium ſummitatibus inſidentes, aliis hujus familiæ majores ſunt.

D. *Tournefort* in *Luſitania* collegit, & D. *Sherardo* communicavit, à quo D. *Bobart* habuit. Ad hunc locum non pertinet, cum *Roris Solis* flos propriè pentapetalos ſit; non pentapetaloides.

HISTORIA

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS PRIMUS,

Bulboſæ, iiſque affines complectens.

P. 1105. Ad Cap. De Corona Imperiali.

Præter ſpecies ſeu varietates Coronæ Imper. hoc Capite recenſitas in *Flor. Bat. flor.* invenio ſequentes.

1. Lilium ſive Coronam Imper. foliis variegatis, an *Chinenſis* fol. variegatis *Munt?*

2. Lilium ſeu Coron. Imper. flore rubeſcente, aut Sandaracæ Sandycíſve colorem referente, inſtar Aſtaci chelarum feré *Moriſ.*

3. Lilium ſeu Coron. Imper. flore luteo.

P. 1109. Ad Cap. De Fritillaria.

E *Flor. Bat. flor.* Has adde varietates.

1. Fritillaria *Iſabella* dicta, floribus è pallidè virenti rubentibus *Hort. Lugd. Bat.*

2. Fritillaria flore ſulcato & anguloſo, obſoletè puniceo *Ejuſdem.*

P. 1111. Ad Caput de Lilio adde

1. Lilium *Canadenſe* imperfectis floribus & irregularibus multis albis *Moriſ. hiſt.* 410.

2. Lilium album vulgare, foliis ad limbos flaveſcentibus *Hort. Lugd. Bat.* Varietas eſt occidentalis, non ſpecies diſtincta, ut & ſequens.

3. Lilium album, foliis flaveſcentibus maculis inſcriptis *Ejuſdem.*

4. Lilium album max. umbellatum *Javanicum*, radice tuberoſa, foliis repandis *P. B. P.* Idem foliis erectis & craſſioribus *P. B. P.*

5. Lilium *Africanum* Sphæricum floribus phœniceis majoribus, bulbo rotundo *P. B. P.*

6. Lilium *Afric.* ſphæricum, floribus minoribus, obſoletè puniceis, foliis guttatis, ad margines cilii inſtar piloſis, bulbo oblongo *Ejuſdem.*

7. Lilium *Africanum* humile, longiſſimis foliis polyanthos, ſaturato colore purpuraſcente *H. L. B.* App. *Herman. Parad. Bat.*

Herman.
Differt à Narciſſo *Indico* pumilo polyantho *Cornuti foliis* (quæ in illo palmum longa, pollicem lata ſunt) latioribus & multò longioribus, *caule* altiore, & *floribus* paucioribus, 19 vel 20 numerat *Cornutus*, cùm rarò dimidia pars in hac ſpecie obſervetur.

P. 1115. Ad Capp. De Allio & de Moly.

1. Allium ſaxatile, Acori radice, flore purpureo *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 84. T. 79.

In altis *Corſicæ* inſulæ montibus reperitur, inque monte *Ceniſio*, è petrarum fiſſuris exiens; & ad altitudinem ſpithamiæam attollitur.

2. Allium ſive Moly paluſtre, caule triangulo, flore amplo, pendulo, candido, linea viridi diſtincto *Schol. Bot.*

3. Al-

3. Allium *Amboinenſe* folio rotundo, Cæpa ſylveſtris *Amboinenſis Rumphii*, vide Narciſſus *Amboinenſis* folio latiſſimo rotundo, floribus niveis inodoris *Commelin.* paulò inferius.

4. Moly minimum vernale *Hort. Cath. Suppl.* 3.

5. Allium ſylveſtre bicorne majus floribus Sandarachatè æneis *Hort. Cath.* *Flores* longis petiolis inſident, & velut in umbellam diffuſi ſunt. *Caulis* procerus, ima parte foliis aliquot cinctus.

P. 1143. Ad Cap. De Lilio-Narciſſo.

1. Lilio-narciſſus *Indicus* ſeu Narciſſus Liliflorus aureus, ſtriis argenteis pictus, floribus amplis cernuis gemellis, caule magno Cepæ fiſtuloſo *Pluk. Phyt.* T. 246. F. 3.

2. Lilio-narciſſus ſphæricus *Æthiopicus*, foliis guttatis & cilii inſtar piloſis *Pluk. Almag. Bot.* Lilium *Africanum* ſphæricum, floribus phœniceis majoribus, bulbo rotundo *Hort. Lugd. Bat Herman.* Bulbus oblongus *Æthiopicus*, foliis guttatis, & cilii inſtar piloſis *Breyn. Cent.* 1. *Hiſt. noſt.*

3. Lilio-narciſſus *Indicus* umbelliferus, flo. extus rubro, intus albo, inodoro, Rapacea radice, *Narre vilan calunga* Malabarorum *Pluk. Mantiſſ.* p. 117.

4. Lilio-narciſſus *Africanus*, platycaulis, humilis, flore purpuraſcente odorato *Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Narciſſus major *Indicus* ſerotinus *Cornuti*?

Radice nititur magna, oblongo-rotunda, bulboſa, ad baſin, ubi carnoſæ habitioréſque fibræ albicantes prodeunt, planâ, colore poſt exſiccationem obſoletè flavo. *Folia* humi diſperſa, obliquè prodeuntia, ſena, aut octona, duas ſpithamas longa, ſeſcunciam lata, in apicem definentia, craſſa, glaucè virentia, ſtriata. *Caulis* ſemiſpithamam longus aut procerior, planus, latus, ex viridi purpuraſcens, à latere foliorum exſurgit, in cujus cacumine membrana vaginalis emergit; quâ expansâ umbella *florum* hexapetalorum odoratorum apparet, numero 24 & majore pro ratione magnitudinis bulbi: flores autem partiales pediculis nituntur tenuibus, digitalibus & brevioribus, formâ Lilii albi; color autem primò dilutè purpuraſcens, non ſine mixtura albicante, poſtea in ſaturatiorem purpuram degenerat. *Stamina* ſena florum umbilicum occupant, *apicibus* purpureis donata, inter quæ *ſtylus* protractus emergit. Flores, qui in fine menſis *Auguſti* & *Septembris* initio non ſimul ſed alternatim panduntur ſuave-olent, quibus præteritis perficiuntur *capſulæ ſeminales*, breviores, triquetræ, ſeminibus rotundis præditæ, quæ ſub climate noſtro duriore rarò aut nunquam ad perfectam maturitatem perducuntur.

Locus natalis *Promont. B. Spei.*

5. Lilio-narciſſus, ſeu Narciſſus Liliflorus *Carolinianus*, flore albo ſingulari cum rubedine diluto *Pluk. Phyt.* T. 42. F. 3.

6. Lilio-narciſſus max. *Javanicus*, umbellatis floribus, foliis repandis *Pluk. Almag. Bot.* Lilium *Javanicum* max. umbellatum album, radice tuberoſa, foliis repandis *P. B. P.* 347. Idem fol. erectis & craſſioribus.

7. Lilio-narciſſus longifolius polyanthos *Africanus* pumilus, ſaturato colore purpuraſcens *Pluk. Almag. Bot.* Lilium *Africanum* humile, longiſſimis foliis, polyanthos, ſaturato colore purpuraſcens *H. Leyd.*

8. Idem diluto colore purpuraſcens *H. Leyd. app.*

9. Lilio-narciſſus pumilus, flore luteo, *Africanus*, anguſtiſſimo Croci folio D. *Sherard.* Colchico-narciſſum æmulatur.

10. Sjovanna-Pola-Tali *H. M.* P. 11. T. 39. Lilio-Narciſſus *Indicus* maximus. *H. M.*

Planta eſt trium pedum altitudine, arenoſa amans loca, etiam ripas aquarum. *Radix* bulboſa eſt & albicans, ſubtus plurimas albas, fungoſas, humidas emittens fibras, ſaporis aquei & ſubamari. *Folia* Liliacea ex ſe invicem prodeunt, ad radicem combinata, lata, craſſa, in marginem acutum extenuata, minutis ac raris cuſpidibus in oris inæqualia, venis in longum ſtriata, plurimis magnis fiſtulis ſeu tubulis (quæ ſimplici ordine ac ſerie ad ſe invicem ſunt conſitæ) ac mediis membranaceis parietibus ordinatè intercluſæ) intus in longitudine pervia. E medio foliorum *Caulis* viridis, planus, compreſſus, intus albicans, fungoſus, fiſtuloſus ex radice exſurgit, in cujus ſummitate *Flores* plures ſimul, [5 vel 6] ſinguli propriis, rotundiolis, viridi-flavis petiolis, qui ex nodulo ſuperiori caulis erumpunt, proveniunt, monopetali, oblongo-anguſti, cuſpidati, candidi, 4 aut 5 ferè pollices longi, unum lati, in longum ſtriati, oris nonnihil interiora versùs clauſi, odoris debilis ſed grati. *Stamina* in illis ſex, longiuſcula, maxima ex parte petalis inſerta, purpureo-rubra, nitentia, inferiora ver-

sùs

sùs albicantia, *apicibus* grandiuſculis, lunulatis, nutantibus, flavo rore conſperſis, dotata: *ſtylus* cum hiſce conſpicitur tenuis, in totum purpureo-ruber, qui per petiolum tranſmittitur, & ibi ex parte albicat. Deciduis floribus majorem petioli contrahunt virorem, & in inferiori parte, quæ circa nodulum eſt, & craſſior, in capſulas ſeminales extuberant, adeò ut plures congregatim nodulo caulis inſideant, ſuntque hæ ad petioli figuram, primùm oblongo-rotundæ, craſſitie tantum à reliqua petioli parte differentes, deinde cùm ad juſtam pervenerint magnitudinem, caule ſuperiori deciduo rotundæ vel rotundo-planæ, cortice viridi-diluto flaveſcente, venuliſque in longum ſtriato, cujus caro intus albicat & fungoſa eſt, tenuiter obductæ. *Semina* pro ratione magnitudinis in illis tria, quinque, ſeptem continentur, totam capacitatem ſub cortice replentia, filamentis quibuſdam fungoſis, albicantibus hinc indè tenuiter interſepta, variæ figuræ, uno latere quod cortici proximum, rotundo, aliis planis, coloris albicantis & ſubviridis; illorum caro albicat & aquea eſt. Semel quotannis floret, tempore nempe pluvioſo.

Radix bulboſa trita & toſta hæmorrhoidibus imponitur, conducitque apoſtematibus aperiendis & maturandis; eadem toſta & cani data dentes iſtius excidere facit; *Folia* toſta carbunculis applicata dolorem ex illis obortum mitigant, ungues excarnificatos ſanant. *Vires.*

11. Lilium *Javanicum* maximum umbellatum, radice tuberoſa, foliis erectis & craſſioribus *P. B. P.*

Sherard.

Caulis ſeorſim ad radicem prodit, pedalis, depreſſus, è cujus ſummo prominent *Flores* viginti, involucro ſeu calyce bifolio, pallidè purpuraſcente incluſi, ſunt autem hexapetali, albi, petalis anguſtiſſimis, longis, reflexis, cum 6 *ſtaminibus*, *apicibus* tranſverſis aureis coronatis, & *ſtylo* puniceo abſque capitulo. Inter pediculos florum conſpiciuntur quædam alba filamenta inſtar capillorum propendentia. *Folia* longiſſima, rigidiuſcula, carinata.

12. Lilio-Narciſſus polyanthos, flore incarnato, fundo ex luteo albeſcente *Sloan. Cat. Jamaic. Americanus*, puniceo flore, *Bella donna* dictus *Pluk. Almag. Bot.* p. 220. Lilium *Americanum* puniceo flore, *Bella Donna* dictum *Herm. P. B. P.*

D. *Sloane.*

Hujus bulbus pugni dimidii ſeu Cepæ majoris magnitudinem non excedit, oblongiuſcula, è tunicis multis albis ſe mutuò amplexantibus Cepæ in modum compoſita, fibras plurimas albicantes è baſi emittens alimento hauriendo. *Folia* pedem longa, ſeſcunciam lata, hilarè viridia, ſucculenta, extremitatibus obtuſis, parte interiore ſeu caulem reſpiciente canaliculata ſeu ſulcata. *Caulis* è mediis foliis emergit, ſeſquipedali altitudine, concavus, diametro ¼ unc. in faſtigio *flores* plures ſuſtinens, è folliculo membranaceo erumpentes, reflexos ſeu dependentes è pediculis 2 unciarum, quorum unuſquiſque in latum expanſus, colore eſt albo luteſcenti, medio incarnato; circa centrum *ſtamina* aliquot rubeſcentia & flava cernuntur.

In inſula *Barbados* copioſiſſimè creſcentem collegit D. *Sloane*. Circa margines ambulacrorum & areolarum ornamenti causâ in hortis ſeritur.

P. 1141. Ad Cap. De Narciſſo.

1. Narciſſus *Zeylanicus* flore albo hexagono odorato *Herman* Flos Lilio-narciſſi, potiùs eſſe videtur, in ſicca quam nobis exhibuit D. *Sherard*. Folia longa anguſta nervis per longitudinem creberrimis ſtriata.

3. Narciſſus Amboinenſis folio latiſſimo rotundo, floribus niveis inodoris *Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Allium vel Cepa ſylveſtris folio rotundo *Rumphii*?

Bulbus oblongo-rotundus albicans Narciſſinis bulbis undique ſimilis eſt, fibris craſſioribus ditatus, omniſque odoris expers. *Folia* emittit 4 aut 5 pediculis longioribus craſsiſque innitentia, magna, lata, ſubrotunda, & in apicem quendam terminantia, utraque parte dilutè viridia, & ferè inſipida, diverſis nervis per longitudinem eorum diſcurrentibus diſtincta, qui nervi in prominulum & dictum apicem omnes coeunt. Inter folia *caulem* ſeſquipedalem & altiorem emittit, rotundum, lævem, cujus faſtigium ornant *flores* inodori 10, 12 aut plures, nivei, è membranaceo involucro erumpentes, pediculis longioribus & glabris fulti, quorum ſinguli ſenis conſtant petalis oblongis, in mucronem exeuntibus: medium horum occupat *calix*, ſex crenis inciſus, è quo *ſtylus* niveus producitur, quem ſex *ſtamina* cingunt concoloria, quorum *apices* lutei.

Flores menſe *Julio* protulit. Bulbus ejus *Batavia* urbe miſſus eſt.

4. Narciſſus totus albus polyanthos major odoratus, ſtaminibus ſex è tubi ampli margine extantibus *Sloan. Cat. Jamaic.* **White Lily of Ligon.** Flore multiplici, albo, hexagono odorato *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

D. *Sloane.*

Radice eſt bulboſa, tunicata, pugnum craſſa, è multis corticibus ſeu tunicis, albis, craſſis, exteriore interiorem in orbem amplexante coagmentata, multáſque fibras albas è baſi emittente. *Folia* duos pedes longitudine æquant, latitudine 3 uncias, canaliculata, ſeu interiore latere paullum concava, intenſiùs viridia, ſucculenta, glabra: in quorum medio exſurgit *Caulis* compreſſus, 4 pedes altus, minimè concavus ſed fungosâ ſubſtantiâ repletus, inciſione facta aquam ſtillans, ⅓ circiter unciæ craſſus, marginibus acutis: Faſtigium occupant 6, 7ve aut

aut etiam plures *flores* albi, quorum unusquisque pediculo 6 uncias longo insidet, tubóque albo constat, amplo, sex costarum, cum prælongis *staminibus* seu lingulis, *apicibus* longis dotatis, inque totidem partes florem dividentibus & supra florem in ejus margine eminentibus, 2 unciarum longitudine, ibidémque coloris viridis: in medio *stylus* iisdem coloribus præditus. Sex alba, quincuncialia *petala* lingulas prædictas interjacent. Florum odor fragrans & jucundus.

In pratis & sylvis campestribus *Jamaicæ* S. *Christophori & Caribbearum* insularum ubique invenitur.

Radices Insulanis eosdem usus præstant, quos nobis Liliorum alborum pro cataplasmatis maturantibus.

P. 1144. Ad Cap. De Leucoio bulboso.

1. Leucoium bulbosum *Africanum*, foliis Narcissi; flore intus luteo, extus ex rubro croceo D. *Sherard.*

2. Leucoium bulbosum *Africanum*, foliis latioribus, flore majore, petalis maculâ nigrâ ad unguem notatis, *Ejusdem.*

3. Leucoium bulbosum *Africanum*, foliis Croci, flore violaceo, *Ejusdem.*

4. Leucoium bulbosum *Africanum*, foliis angustissimis, *Ejusdem.*

5. Leucoium bulbosum *Africanum* minimum *Ejusd.* Bulbus exteriùs scaber est.

P. 1164. Ad Cap. De Scilla.

1. Squilla Hyacinthus Officinarum bipedalis *Mentzel. Corollar.* ad *Indicem Plant.* ejúsque *Pugillum.*

2. Squilla Narcissus bifolius, flore sanguineo Ferrarii similis, sesquipedalis *C. B. Sp. Ruck. Ejusd. ibid.*

3. Squilla Ornithogalum, in flore post folia, quinquepedalis *Cap. Bæ. Spei Ruck. Ejusd. ib.*

4. Squilla Ornithogalum rectum, in foliis ante florem *Cap. Bæ. Spei Ruck. Ejusd. ibid.*

5. Squilla Ornithogalum rectum, duobus caulibus, in flore post folia *Cap. Bæ. Spei* quinquepedalis *Ejusd. ibid.*

6. Squilla tuberosa, Hyacinthus botryoides, flore sanguineo septempedalis *Cap. Bæ. Spei Ruck. Ejusdem ibid.*

Has plantas cum aliis nonnullis à *Joh. Frederico Ruckero* Pharmacopœo circa *Prom. Bæ. Spei* inventas, æri incisas exhibet *Cl. Mentzelius* in *Corollario* ad *Indicem* universalem Plantarum ejúsque *pugillum.*

7. Scilla *Africana* flore viridi parvo, bulbo ampliſſimo lanuginoso *Hort. Lugd. Bat. Schol. Bot. Hort. Amst. rar.* P. 2.

Bulbus quàm Scillæ vulgaris triplo major est & subflavus. *Augusto* mense *Caulis* erigitur tripedalis & altior rotundus, in cujus summitate *flosculi* apparent innumeri, successivè se aperientes, viridi-albicantes, monopetali, in 6 profundas lacinias divisi, è quibus stamina præter stylum prodeunt sex, apicibus luteolis prædita. Quum floret hæc Scilla *folia* apparent nulla, Bulbi autem qui nullos producunt flores 7 vel 8 proferunt folia, spithamam vel sesqui longa, duas uncias lata, viridia, mucronata.

Ad Cap. De Hyacintho, P. 1164.

1. Hyacinthus stellaris *Africanus* latifolius, floribus cœruleis parvis umbellatis *Mus. Cortenian. Pluk. Almag. Bct.*

2. Hyacinthus *Africanus* foliis Colchici, floribus coccineis major, ex codice *Bentingiano Pluk. Phyt.* T. 195. F. 2.

3. Hyacinthus coccineus *Africanus* minor, flore longo cernuo, Ex eodem. *Pluk. Phyt.* T. 195. F. 3. Hanc siccam nobis commodavit D. *Sherard.*

4. Hyacinthus *Virginianus* albus odoratus major, item minor, necnon flore cœruleo *Munting. Herbar.* 643.

5. Hyacinthus *Marilandicus* albus, ſpicâ florum longiſſimâ. Flores erecti ſunt, tubuloſi, pediculis longiſſimis inſidentes.

6. Hyacintho affinis *Africana*, cauleſcens, Polygonati plicatis foliis, ex medio caule pediculum floribus cœruleis, peramplis, odoratis, prælongo collo gracili, ſingulis inter bina foliola exeuntibus ſpicatum lateraliter emittens *Pluk. Mantiſſ.* p. 104. Hanc pervenuſtam, raram & prorſus novam plantam D. *Plukenetio* oſtendit D. *Jacobus Ayrey* floribus ſuperbientem. Bulbus ejus à *Promont. Bæ. Spei* allatus eſt.

7. Hyacinthus *Africanus* tuberoſus, flore cœruleo umbellato *Breyn. Prod.* 2.

Radicem habet tuberoſam, inæqualem, rotundam, pollice craſſiorem, unciam longam & ſubflavam, quæ è parte ſuperiori plurimas, rotundas & albicantes emittit fibras, craſſitie calamo ſcriptorio pares, ſpithamam longas, & in fibras minores & tenuiores diviſas. *Folia* ex ipſa radice oriuntur plurima, in orbem expanſa, longa, anguſta, acuta & mucronata. *Flores* in caule rotundo, nudo, & bipedali umbellatim diſponuntur, tubuloſi, in 6 profundas lacinias diviſi, cœrulei, quorum quiſque præter ſtylum albicantem 6 poſſidet ſtamina ejuſdem cum ſtylo coloris, in apices luteos exeuntia. Flores *capſulæ* ſequuntur ſeminales tribus loculis duplici ſerie ſemina plurima continentibus diviſæ. Floret *Auguſto*, & *Septembri ſemina* maturat.

8. Hyacinthus ſtellaris anguſtifolius vernus minor. Hunc D. *Lhwyd* alicubi in *Anglia* invenit. An ſtellaris vernus parvulus, &c. *J. B.* ut opinatur D. *Sherardus*?

9. Hyacinthus *Africanus*, foliis anguſtiſſimis convolutis D. *Sherard.* Caulis ad ipſam uſque florum ſpicam folioſus eſt.

10. Hyacinthus Orchioides *Afric.* majorbifoli us maculatus, flore ſulphureo *Breyn. Prod.* 2. Caule maculato eſt floribus erectioribus.

11. Hyacinthus Orchioides *Africanus* bifolius minor, flore rubro D. *Sherard.* Flores Hyacinthi *Anglici* flores referunt, paritérque reflectuntur deorſum.

12. Hyacinthus Orchioides *Africanus* major bifolius, flore cœruleo majore *Breyn. Prod.* 2. Flos in Planta *Sherardina* nobis communicata ruber potiùs quàm cœruleus eſſe videtur.

13. Hyacinthus Orchioides non maculatus, parvis floribus, foliis anguſtis D. *Sherard.* Folia lata baſi caulem amplectuntur.

14. Hyacinthus ſpicatus altiſſimus, floribus parvis albis *Marilandicus.* Flores in hac ſpecie deorſum reflectuntur, & breviſſimis pediculis inſident. Spica autem longiſſima eſt, & ferè pedalis.

15. Hyacinthus ſpicatus altiſſimus, floribus minimis luteis, uno verſu diſpoſitis, *Marilandicus.* Hanc & præcedentem ſpeciem D. *Sherardus* communicavit.

P. 1151. Ad Cap. De Ornithogalo.

1. Ornithogalum *Virginianum* parvum umbellatum, floſculis ex albido viridiuſculis *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

2. Ornithog. affinis *Virginiana* flo. purpureo pentapetaloide *Baniſteri Pluk. Phytogr.* T. 102. F. 3.

3. Ornithog. majus *Æthiopicum*, flore albo *Cap. Bæ. Spei Munting. Herbar. Belgic.*

4. Ornithog. *Æthiop.* parvum *Cap. Bæ. Spei Ejuſd.*

5. Ornithogalo affinis, radice rubicundiſſima, flore aureo D. *Oldenland.*

Gladiolo potiùs affinis eſſe videtur quàm Ornithogalo. *Folia* etenim tum figurâ, tum ſitu *Irina* referunt. *Caules* teretes ſunt, *Foliis* raris, brevibus, latiuſculis, hirſutis, ima parte eos obvolventibus, amicti, *Flores* in ſummo umbellatim congeſtos ſuſtinentes, quorum formam in ſicca diſcernere non licuit.

A Promont. Bæ. Spei tranſmiſit D. *Oldenland* ad D. *Petiver*, à quo habui.

6. Ornithog. altiſſimum, ſpicâ longa gracili, floribus ochroleucis *Pluk. Almag. Bot.*

7. Ornithog. ſpicatum minus album, foliis nervoſis *Africanum Pluk. Almag. Bot.* T. 310. F. 1.

8. Orni-

8. Ornithog. ſpicatum album planifolium majus *Africanum Pluk. ibid.*

9. Ornithog. ſpicatum unifolium, flore niveo odorato *Virid. Luſit. Tournef.*

10. Ornithog. *Luſitanicum* capillaceo folio luteum *Tournef. El. Bot.*

(10.) Ornithog. *Africanum*, Plantaginis roſeæ folio, radice tuberoſa *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Hujus bulbus pugni eſt magnitudine, fuſcus, & variis donatus fibris, duo plerunque *folia* in longis pediculis atro-viridibus producens, lata, nervoſa, & omnibus numeris Plantaginis roſeæ foliis ſimillima. Ex ipſo etiam tubere *caulis* erigitur ſeſquipedalis, nudus, rotundus & viridis, circa cujus ſummitatem in pediculis rotundis & digito longioribus *flores* apparent hexapetali, virides primò, dein candidi, quos capſula ſequitur trigona, tribus diſtincta loculamentis, quæ *ſemina* continent ſubrotunda.

11. Ornithog. luteum parvum *Virginianum*, foliis gramineis hirſutis *Baniſter Plnk. Almag. Bot.*

Titulus optimè convenit plantulæ quam ex *Marilandia* attulit D. *Krieg.* Folia 4 aut plura ex eadem radice oriuntur, anguſta, graminea, hirſuta & ferè palmaria. Flores in cauliculo, duas uncias longo è radice exeunte bini plerunque ſimul, parvi, lutei.

12. Ornithogalum *Africanum*, flore viridi, altero alteri innato *P. B. P. Herman. Parad. Bat.*

Herman.

Ab Ornithogalo luteo-vireſcente Indico Cornuti differt *radice* minore magiſque rotunda, *foliis* duplo anguſtioribus, magis flexuoſis, & in tenuiorem apicem exeuntibus. *Caules* etiam erigit graciliores, *floribus* minoribus onuſtos. *Flores* rariùs diſpoſiti, pauciores, è petalis minoribus & anguſtioribus conflati, uti etiam foliola è quorum cavitatibus emergunt. Cæteris, colore ſcilicet & formâ conveniunt. Omnium partium parvitate præcipuè à prædicto *Cornutiano* differt.

13. Ornithog. luteum hirſutum *Marilandicum*, multicaule, cauliculis ſingulis tres quatuórve flores geſtantibus.

Folia in hac ſpecie longa ſunt & hirſuta. Cauliculi floriferi ſed præcipuè *Flores* exteriùs antequam aperiuntur valde tomentoſi ſunt & incani. Nulla in cauliculis folia quemadmodum in *Ornithogalo luteo vulgari.*

D. *Petiver* inter alia rariora hanc plantam probè exſiccatam nobis communicavit.

14. Ornithog. ſpicatum, flo. albo ſtellato *Prom. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

15. Ornithog. ſpicatum minus *Marilandicum*, ſi non ſit Phalangii genus *Ejuſd. ibid.*

16. Ornithog. minus *Æthiopicum*, anguſtiſſ. nervoſis foliis, floribus albis, ſpica florum breviſſ. *Ejuſd. ibid.*

17. Ornithog. ſpicatum rubrum, nervoſis foliis, caule fiſtuloſo è *Mariland. Ejuſd. ibid.*

18. Ornithog. magnum, umbellatum *Goenſe*, floribus totis albis, pericarpio ſplendente nigro, medium florem occupante *Pluk. Mantiſſ.* An Ornithog. umbellatum max. *C. B?*

19. Ornithog. *Virginianum*, flor. luteis, atrâ maculâ inſignitis, ſummo caule velut in umbellam diffuſis.

1. Belam-Canda-Schularmani *H. M.* P. 11. T. 37. Flos Tigridis *Indicus* ramoſus, floribus flavis, rubris maculis variis.

H. M.

Ad altitudinem hominis aſſurgit, arenoſo gaudens ſolo. *Radix* glanduloſa, craſſa, albicans, intus denſa, ſubflava, amara, longas albicantes, & tenuiter capillatas ejiciens fibras, 3, 4ve oculos ex ſe promens. *Caulis* è radice exſurgit unicus, pollicem craſſus, nodulatus, intus albicans & fungoſus, foliis ad nodulos circumveſtitus. *Folia* oblongo-anguſta, tripedalia, pollicem, & interdum duos, lata, acinacea, venis in longum ſtriata, ex una parte oræ, quæ inferiùs eſt profundior, hiantia, caulem excipientia, & labris arctiſſimè circumplectentia, viroris exteriùs communis & nitentis, interiori parte, ubi hiant, membrana albicante obducta. *Flores* in faſtigio ipſius caulis, vel ramulorum tranſverſorum, qui ex caulis nodis hinc indè exſurgunt, petiolis teneris, viridi-flaveſcentibus, pandis, ex uno eodémque nodulo plures, 4 ſci. vel 5, congregatim erumpunt, hexapetali, oblongo-rotundi, ad petiolum ſtricti, anteriora versùs rotundâ orâ in cuſpidem contracti, in flavo colore notis intenſè rubris interiùs variegati: tria petala, quæ breviora & minùs lata, tota ſuperficie interiùs

riùs ſunt variegata, reliqua tria, quæ paulò longiora & latiora, & prioribus ſingulis interpoſita, ex unguiculis ad medium uſque variegantur, anteriùs colore rubro dilutiori: in averſa parte petala flaveſcunt, ad oras tantùm rubris notis tranſparentibus, ac coſta eminente in medio ſtriata, nullius odoris. *Stamina* in illis rubicunda & ſurrecta conſpiciuntur tria, lingulis flavis ſurrectis dotata. *Stylus* craſſior eſt, rotundus, triangulatus: calice deſtituuntur. Petioli proximè ad flores craſſiores ſunt & extuberantes, tribus lateribus planis, in medio ſtriatis circumſcripti, ſeminum capſulas efficientes, quæ floribus deciduis ampliantur & ex viridi ſubflavo viridiores evadunt, & in tria ſeminalia loculamenta mediis diſtinguuntur
Vires. interſepimentis. Planta integra cocta & pro lotione corporis adhibita antidotum eſt contra omne venenum. *Radix* trita & applicata morſui Serpentis *Cobra Capella* dicti medetur. Folia cum oleo *Schirgelim* ab indigenis adhibentur ad vaccas & jumenta eduliis venenoſis infecta, vel Animalibus venenatis læſa, tum intus, tum foras ſumpta & applicata curanda.

P. 1168. Ad Cap. De Siſyrhynchio.

1. Siſyrhynchium *Æthiopicum* floribus parvis flaveſcentibus *P. B. P. vid.* infra Phalangoides polyanthemum.

2. Siſyrhynchium *Æthiopicum* flore pentapetalo albo *Ejuſd.*

3. Siſyrhynch. *Æthiop.* flo. obſoleto *Ejuſd.*

4. Siſyrhynchium, flo. parvo flaveſcente *Ejuſd.*

5. Siſyrhynchium *Æthiopicum*, petalis tribus exterioribus majoribus, & tribus interioribus minoribus *Ejuſd.*

6. Siſyrhynchium *Æthiopicum* pumilum ſpicatum *Ejuſd.*

7. Siſyrhynch. *Æthiop.* ramoſum, flo. intus albo, foris purpuro-violaceo *Ejuſd.* potiùs Phalangoides, &c. *Ejuſd.*

8. Siſyrhynchium *Zeylanicum*, flore pallidè cœruleo, foliis gramineis carinatis longis D. *Herman.* Hanc plantam eſſe quam ſculpſit D. *Plukenet* Phyt. Tab. 224. F. 6. ſub titulo, Siſyrhynchii *Zeylanici* flore cœruleo parvo; gramineis foliis *P. B. P.* mihimet planè perſuadeo; nam & Locus & florum color, & foliorum figura conveniunt: Verùm unum tantùm florem in ſummo caule pingit, cùm noſtra plures obtineat. Folia etiam in caule plura habet, cùm noſtra duo tantùm, quamvis Caulis ſatis procerus ſit, nimirum pedali altitudine.

9. Siſyrhinchium *Africanum* flore albo *Hort. Ac. Lugd. Bat.* Potiùs (inquit D. *Sherard*) Phalangoides *Afric.* ramoſum flo. albo. Datur idem flore rubro & flo. luteo.

10. Siſyrhynchium *Æthiopicum*, foliis Gladioli parvis, palleſcente flore H. A. L. B. potiùs Phalangoides, &c.

11. Siſyrhynchium cœruleum parvum, gladiato caule *Virginianum*: *vide* infra Gladiolus cœruleus hexapetalos, caule etiam gladiato *Baniſt. Cat.* Mſſ. *Pluk. Phytogr.* T. 61. F. 1.

12. Siſyrhynchium *Bermudenſe*, floribus parvis ex cœruleo & aureo mixtis, Iris phalangoides quibuſdam *Ejuſd. ib.* F. 2.

13. Siſyrhynchium *Africanum*, flore amplo Aurantiaco, fortè Siſyrhynchium flore aureo *Æthiopicum*, *P. B. P. Ejuſd.* Tab. 224. F. 4. Potiùs Phalangoides, &c.

14. Siſyrhynchium *Africanum*, flore pentapetalo obſoleti coloris, fortè Siſ. *Ætpiop.* flo. pentap. obſoleto *P. B. P.*

15. Siſyrhynchium *Zeylanicum*, flore cœruleo parvo, gramineis foliis *P. B. P. Ejuſd. ibid.* F. 6. vide paulò ſupra.

16. Siſyrhynchium *Æthiopicum*, parvum, non ramoſum, plicatis & nervoſis foliis glabrum *Pluk. Almag. Bot.* T. 315. F. 5. an Siſyrhynchium *Æthiopicum* pumilum ſpicatum *P. B. P.*

17. Siſyrhynchium flore aureo pulchro, *Æthiopicum Ejuſd. ibidem* T. 315. F. 6.

18. Siſyrhynchium minus polyanthemum, flore parvo luteo, radiis Aurantiis ſeu Phœniceo-aureis elegantiſſimè ſtriato *Cap. Bæ Spei. Breyn. Prod.* 2. *Pluk. Phytogr.* T. 225. F. 2. An Siſ. *Æthiopicum* floribus parvis flaveſcentibus *P. B. P?* In Horto D. *Doody* florentem vidit D. *Plukenet*. Phalangoides polyanthemum, foliis anguſtis nervoſis, floribus Aurantiaçis parvis D. *Sherard.*

19. Siſyr-

19. Sisyrhynchium *Æthiopicum* majus latifolium, floribus albis, hexapetalis, lineis purpureis striatis *Commelin. Hort. Amst. rar.*

Radice est bulbosa, substantiâ compactâ & carnosâ, Croci effigie, *folia* emittente graminea, sesquipalmaria, semunciam lata; inter quæ *caulis* exsurgit articulatus, teres, longitudine pedem superans, è cujus articulis bina ac bina exeunt *folia* ex adverso sita, articulumque quasi amplectentia. *Flores* inodori è summo caule exeuntes, & singuli singulari suo pediculo fulti, Mense Maio sese proferunt, qui per aliquot dies superstites manent, suntque hexapetali, Narcissi orientalis magnitudine. Horum petala mucronata intus candida, extus striis suave-purpurascentibus notata. A florum cavo aliquot fluunt *stamina*, succedentibus capsulis seminalibus triquetris, in quibus semina rotunda glabra, rufa.
Radicibus Hottentoti in cibo utuntur.

20. Sisyrhynchium *Æthiopicum* majus, angustifolium, floribus albis *Commelin. Hort. Amst. rar.*

Præcedenti quidem simile est hoc Sisyrhynchium, *Flos* autem minor, ut & *Radix*. *Foliis* gaudet angustis, gramineis, inter quæ *Caulis* emergit glaber, teres, foliis privus, spithamiæus, qui mense *Maio* in 5 aut 6 fastigiatur *flores*, hexapetalos, præcedentibus minores, alternatim prodeuntes, quorum singuli pediculo nituntur longiori. Petala angustiora, parte interiore alba, exteriore purpureo-rubicunda. Hisce succedunt vascula seminalia trigona, brevia, *semina* exilia, rotunda continentia. *Radix* bulbosa quoque & edulis.

21. Sisyrhynchium *Æthiopicum* minus latifolium, flore hexapetalo albo *Commelin. Hort. Amst. rar.*

Præcedentium radicibus tuberosis similis est hujus *radix*, quæ carnosa, magnitudine tamen Nucem Avellanam non excedit. *Folia* crassiuscula, semunciam ferè lata, palmum longa, mucronata, erecta. *Caulis* teres, non foliosus, æqualis, glaber, spithamiæus, è cujus cacumine, Mense Martio *flores* emergunt 7, 8ve, non rarò quoque pauciores, uno versu dispositi, pedicellis longiusculis fulti, inodori, hexapetali, intus nivei, striis purpureis extus eleganter variegati per biduum superstites. Hisce succedunt *capitula* triangularia, *semina* continentia subrotunda, mucrone exili prædita, quæ ad maturitatem perducuntur exeunte æstate. Non minùs ac præcedentium edulis est radix.
Locus *Promontorium Bæ Spei.*

22. Sisyrhynchium *Africanum*, folio angustissimo plicatili villoso, flore longissimo tubo donato D. *Sherard.*

23. Sisyrhynchium *Æthiopicum*, ramosum, folio plicatili villoso, floribus cœruleis *Ejusd.* Hujus folia multò latiora sunt & breviora quàm præcedentis.

24. Hexapetalos spicata, Sisyrhynchii foliis, floribus in longiorem spicam dispositis, Ullarehan *Malabarorum*. Hyacinthi fortè species *Indiana Pluk. Mantiss.*

25. Planta *Zeylanica* aquatica, lato & brevi gramineo folio, floribus cœruleis minimis, capsulis ventricosis, An Sisyrhynchii species? Summus caulis in duo velut cornua florifera & seminifera dividitur, quæ ad se invicem incurvantur. Fructus seu siliquæ ad interiorem cornu partem vergunt simplici ordine. D. *Sherard* communicavit.

26. Sisyrhynchium folio nervoso plicatili, flore flavo D. *Sherard.* Novum huic nomen imponit D. *Tournefort* Bermudianæ Palmæ foliis, floribus flavis ramosæ. Planta est inter Bulbosas eximiæ magnitudinis, folio pedali & longiori, caule firmo & robusto, spica florum in summo ex pluribus ramulis floribus onustis composita.

27. Sisyrhynchium angustifolium flore cœruleo, fortè idem cum minore Clusii D. *Sherard.*

P. 1170. Ad Cap. de Gladiolo.

1. Gladiolus *Æthiopicus* flore miniato *H. R. P. Schol. Bot.*

Gladioli *Africani* seu Æthiopici tres species iconibus expressas, è codicibus *Bentingiano* & *Comptoniano* exhibet D. *Plukenetius*; quas, quia mihi suspectæ sunt, omitto.

2. Gladiolus *Africanus* coccineus maximus *P. B. P.*

Idem albus *Ejusdem.*

3. Gladiolus *Africanus* flore incarnato, nervis foliorum albentibus *Ejusd. Mantiss.*

4. Idem flore niveo *Ejusd.*

5. Gladiolus

5. Gladiolus pumilus *Africanus* anguſtiſſimo folio *Ejuſd.* Flos parvus hexapetalos, incarnatus, ſpicatim congeſtus: Folia rigida, anguſtiſſima & pæne graminea, nervis duris, ſetarum more albentibus donata.

6. Gladiolus cœruleus hexapetalos, caule etiam gladiato *Baniſt. Cat. Mſſ.* Siſyrhynichium cœruleum parvum gladiato caule *Virginianum Pluk. Phyt.* T. 61. F. 1.

Folia non florifera palmaria & ſequipalmaria ſunt, anguſta, acuta, graminea: Florifera, ſeu caules, reliquis longiora ſunt, compreſſa, anguſta, nervo medio albo utrinque eminente, ut gladii ancipitis figuram referant. *Flores* è caulis ſinu junceorum in modum exeunt, 3, 4ve ſimul in pedicellis tenuibus.
In *Marilandia* collegit Dom. *Krieg* M. D. *Germanus.*
Caulis pars illa quæ dilatatur & florum vaginam conſtituit, ut in Juncis, purpuraſcit.

7. Gladiolus *Africanus* foliis convolutis, anguſtiſſimis, floribus ſaturatè purpureis parvis D. *Sherard.*

Flores in hoc genere in ſpicam denſiorem coacti ſunt.

8. Gladiolus maximus ramoſus, floribus argenteis *Promont. Bæ Spei Pluk. Mantiſſ.*

9. Gladiolus parvus *Æthiopicus*, flore purpureo pendulo. An Glad. *Africanus* flo. pendulo *Breyn. faſcic ? Pluk. Mantiſſ.*

10. Gladiolo affinis Caryophylloides, *Æthiopica*, foliis cavis, flo. cœruleo, cauliculis ſecundùm longitudinem alatis *Pluk. Mantiſſ.* p. 91. *vide* Caryophyllus.

11. Gladiolus luteus, tripetalos, ex *Terra-Mariana*, capitulo clavato gracili *Ejuſd. ibid.*

12. Gladiolus lacuſtris *Marianus*, capitulo ſquamoſo, orbiculari parvo *Ejuſd. ibid.*

13. Gladiolus Hyacinthoides, flore ſanguineo, radice Satyrionis, bipedalis *C. B. Sp. Ruck.* Mentzel. *Corollar.* ad *Indicem Plantar.* ejúſque *Pugillum.*

14. Gladiolo affinis *Cap. Bæ Spei* floribus minimis, cœruleis, denſè ſpicatis D. *Sherard.*

Ad pedalem altitudinem aſſurgit. Spica in ſummo caule nunc una, nunc duæ tréſve quarum media longiſſima, ſeſquipalmaris aut major, inferiores, quæ velut rami ſunt minores & breviores, omnes graciles, & minùs curiosè intuenti Plantagineis ſimiles videntur.

15. Gladiolus major ramoſus, floribus cœruleis amplis *Breyn.* Cent. 1. App. p. 24.

Deſcriptionem *vide* loco citato.

16. Gladiolo *Æthiopico* ſimilis planta anguſtifolia, caule hirſuto, flore rubicundiſſimo *Hort. Amſter.* rar. tom. 1. 81.

17. Gladiolo affinis radice villoſa, foliis junceis, floribus ex luteo & purpureo mixtis D. *Sherard.* Spica florum Orchidis ſpicam refert.

18. Bela-Pola H. M. P. 11. T. 35. Gladiolus *Indicus* paluſtris latiſolius, flore albicante *Commelin.* notis.

H. M.

Planta itidem aquatica. *Radix* bulboſa, bulbo rotundo, carne ſucculenta, viſcida, albicante, viridi; ità ſe propagans ut bulbi interdum 3, 4ve ſimul juncti, conſpiciantur, fibras oblongas, craſſiuſculas, fibrillis capillatas primùm albicantes, deinde rufeſcentes emittens. *Caules* teretes, ſimplices, interiùs albicantes, ſucculenti & viſcidi, *Foliis* veſtiti, ſupra ſe mutuo pedibus cavis circumvolutis, oblongo-anguſtis, in cuſpidem ſtrictis, cubitum longis, 4 dig. ſed in medio plures, latis, venis ſubtilioribus in longùm ſtriatis, lateribus versùs inferiora parùm clauſis, viroris in utraque parte ſaturi. *Coſta* media ſubtus eminet, craſſiola, viridi-albicans, à cujus lateribus duæ tréſve minores conſpiciuntur, rectam partem q. ſulcis ſtriantes, odore gravi, ſapore nonnihil porraceo. *Flores* in ſummis caulibus faſciati proveniunt, pedunculis viridibus, nitentibus, ſurrectis, ſtriatis, craſſis, & ſuperiori parte magis exturgeſcentibus, ac leviter incurvatis, oblongo, anguſto, viridi folio inferiùs ſuccinctis, hexapetali, illorum [petalorum] 5que oblongo-anguſta ſunt, uniformia, in rotum candida, ſed tria exteriora anguſtiora, exteriùs nitentia, minùs candida, ſextum latius eſt, & cochleato-cavum, oblongum, ad ventrem petioli ſitum, folio exteriori medio, quod ex dorſo prodit, oppoſitum, exteriùs in totum candidum, anteriori ora albicans, infra oram in medio duabus oblongis latis flaviuſculis ſtriis ſignatum, ad ſtrias roſaceo-rubeſcens, inferiùs ex medio venis tenuiter rubeſcentibus obliquè versùs oram ſtriatum. Ex inferiori orificio lingula exſurgit obliquè ſurrecta, candida, craſſiola, aliquantulum cuſpidata, cujus pla-

na

na pars petalo cochleato-cavo est obversa, infra cuspidem gemmulâ crassâ, flaviuscula dotata. Flores in totum malè olent, saponis odorem æmulantes. *Fructus* oblongi, trigoni, in medio laterum crassâ ac altum eminente costâ obducti, cortice crasso, aqueo, viridi-saturo, nitente, saporis fabacei, sylvestris ac viscidi, in medio farinaceo ac russo pulvere repleti. Animadvertendum porro, quòd florum petala ipsa germina ac primordia sunt fructuum, qui illis *Marabara* admodum similes. *Hoc quomodo fiat ego non capio.*

Bulbus cum aqua Oryzæ in linimentum præparatur adversùs phlegmonodes tumores & abscessus.

22. Gladiolus minimus, flore purpurascente D. *Oldenland.* Ornithogalum spicatum, minus album, foliis nervosis *Africanum Pluk. Phytogr.* T. 310. F. 1.

Plantam siccam à D. *Oldenland* ad se transmissam à *From. Bonæ Spei*, mihi communicavit D. *Petiver.* Variat, ut videtur, floris colore. Asphodeli potiùs aut Phalangii quàm Gladioli species mihi visa est.

23. Gladiolo affinis, flore saturatè cæruleo D. *Oldenland.*

Hujus icon habetur in *Almagesto Botanico* D. *Plukenet.* T. 275. F. 1. Planta aquatica esse videtur, singularis & sui generis, radice è squamis orbicularibus, aliis aliis incumbentibus, compositâ.

24. Ela-Pola H. M. P. II. T. 36. Gladiolo affinis latifolia, flore campanulato *Commelin.* notis. *H. M.*

Radix bulbosa, fibris subtus candidis, carne densa humida viscida, durioribus carnosis fibris pertexta, odoris gravis. *Folia* plura ex radice, pedibus oblongis, rotundis, theciformibus, in quibus alia teneriora includuntur, exsurgunt, oblonga, in cuspidem stricta, nitentia, intus venis subtilibus in longum striata, quinque nervis lignosis in aversa parte eminentibus, quorum medius crassior, instructa, odoris gravis. *Flores* in caulibus proveniunt simplicibus, rotundis, glabris, viridibus, geniculatis, foliis oblongo-angustis, cuspidatis circa genicula vestitis, intus carnosis, fibris densis, lignosis, intra carnem humidam pertextis, superiori parte ubi caules minùs lignosi, hærentes, ad exortum foliolo parvo, oblongo, angusto, cuspidato, viridi, succincti; oblongi, campaniformes, exteriùs tribus eminentibus futuris in longum perducti; interiùs ab orificio ad medium usque cœrulescentes, exteriùs albicantes. *Stylus* in medio eminet nigricans, extra orificium nodulo flavo dotatus. *Fructus* qui cacumini caulium omni ex parte insident, oblongi, triangulati, quorum latera plana, supernè ac infernè strictiores, viridi-fusci, glabri, in medio laterum futurâ crassâ, rotundâ, viridi, altè extuberante obducti, in vertici umbilico eminente russo instructi; membrana quâ obducuntur carnosa est & crassa, interiori parte viridi-flava; nullis seminibus, sed intus glomulis lanuginosis albicantibus, qui deinde rufescunt, maximè ad angulos repleti. Etiam florum petala in fructus excrescunt. *Quomodo hoc fiat diligentiùs inquirendum.* Nascitur in arenosis.

Ex foliis, radice & virente *Curcuma* linimentum præparatur, temporibus pro Cephalæa *Virei* applicandum.

P. 1171. Ad Cap. De Colchico adde:

1. Colchicum *Agrippinum Munting. Herbar. Belgic.*

2. Colchicum *Zeylanicum*, flore Violæ odore & colore, ephemerum *P. B. P.*

Colchici radicem seu bulbum recentem collo adalligatam, ita ut supra pectus penderet & carnem nudam tangeret efficax ac salutare remedium esse adversùs Pestem Anno 1680. in *Germania* sævientem multorum commodo expertum est. *Boccon. Observation.*

P. 1177. Ad Cap. De Croco:

1. Crocus *Persicus* odoratus, flore pleno albo & rubro variegato *Munting. Herbar. Belgic.* p. 519.

2. Croco affinis vel Colchico, flore obsoletè rubro D. *Oldenland.*

Planta singularis esse videtur nec Croco aut Colchico affinis, siquidem plures in eodem cauliculo flores gestat, è foliorum alis egressos.

3. Crocus flore ex cœruleo & albo variegato D. *Oldenland.*

Ex angustifoliis est. Florum autem petala longa, angusta & acuta sunt, interiora in sica tota alba apparent. Flos præter normam nostratium longo insidet pediculo in calicem bifolium desinente. A *Prom. Bæ Spei* à D. *Oldenland* ad D. *Petiver* missa est.

HISTORIÆ

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBRI VIGESIMI PRIMI PARS SECUNDA,

Herbis Bulboſis affines.

P. 1190. Ad Cap. de Iride.

1. IRis *Virginiana* pumila, ſeu Chamæiris verna anguſtifolia, flore purpuro-cœruleo odorato D. *Baniſter. Pluk. Phyt.* T. 196. F. 6.

2. Iris *Virginiana* pumila, ſeu Chamæiris verna odoratiſſima, latifolia, cœrulea repens D. *Baniſter Catal. Virgin.* in fine *Hiſt. noſt.*

3. Iris phalangoides *Bermudiana*, flo. parvo, ex cœruleo & aureo verſicolore *Pluk. Almag. Bot.* De Siſyrynchiorum (inquit) fortè genere eſt. Bermudiana Iridis folio, fibroſa radice *Tournef. Inſtitut. Rei Herb.* Flos hexapetalos cœruleus, fundo luteo ſeu unguibus luteis. Flores in ſummo caule plures ſimul è foliorum concavorum ſinu velut è calice exeunt.

4. Iris *Africana* verſicolor, pumila, plicatis & hirſutis foliis, radice bulboſa. Siſyrhynchii fortè genus *Pluk. Mantiſſ.*

P. 1191. Ad Cap. De Aſphodelo.

1. Aſphodelus ramoſus *Africanus*, longis hiſpidis rigidiſque foliis *P. B. P.*

2. Aſphodelus luteus Autumnalis elatior, ſpicâ florum prælongâ gracili *Pluk. Almag. Bot.* An Aſphodelus Autumnalis ſeu major *Cam. hort?* Aſphodelus Autumnalis *P. B. P.*

3. Aſphodelus albus minor *Æthiopicus*, ex Promont. *Bæ Spei Pluk. Mantiſſ.* p. 30.

4. Aſphodelus minor albus ex Provincia *Mariana Ejuſd. ibid.*

5. Aſphodelus *Africanus*, floribus luteis ſpicatis minimis, foliis capillaceis D. *Sherard.* Spica ex plurimis floſculis arctè ſtipatis, velut Orchidis cujuſdam, componitur.

6. Aſphodelus *Afric.* humilis, floribus ſpicatis luteis D. *Sherard.* Hujus datur alia ſpecies omnibus partibus [caule, foliis, floribus] minor.

7. Erythrobulbus Hellebori albi plicatis foliis; **Red-Bulb**, i. e. Bulbus rubeus noſtratibus dictus Hort. D. *UVedale.* An fortè *Ocoloxochitl Mexicenſium*, ſeu Flos Tigridis *Hernandez* apud *Recchum* 276.

8. Aſphodelus *Africanus* ramoſus, floribus albis, foliis latiſſimis aſperis D. *Sherard.*

1. Phalangoides *Africanum*, foliis undulatis, floribus amplis, tubo longiſſimo donatis D. *Sherard.*

Radix ſupernè comoſa eſt. *Folia* in caule plura, ſeſquipalmari longitudine; latitudine ſemunciali, per margines undata. *Flores* in ſummo caule plures.

2. Phalangoides *Africanum* ramoſum, foliis undulatis rigidis, floribus minimis, *Ejuſdem.*

Bulbum habet ampliſſimum: caulem ramoſum & ad ramulos reflexum.

3. Phalangoides ramoſum, floribus luteis, foliis longiſſimis & anguſtiſſimis *Ejuſd.*

4. Phalangoides *Africanum*, Gladioli foliis anguſtis, floribus cœruleis *Ejuſd.*

Florum

Florum petala latiora, breviora & obtuſiora ſunt quam reliquis hujus generis pleriſque. Fibres tres quatuórve ſummos caules occupant, qui tenues ſunt. Folia brevia.

5. Phalangoides polyanthemum, foliis anguſtis, nervoſis, longiſſimis, floribus parvis flaveſcentibus *Ejuſd.* Siſyrhynchium *Æthiopicum* floribus parvis flaveſcentibus *P. B. P.*

Hujus etiam florum petala obtuſa ſunt, caules tenues plures in ſummitate flores geſtantes.

P. 1193. 1. Katu-Kapel ſeu Kadenago H. M. P. 11. T. 42. Nucleifera *Salawaccenſis* Piſiformis, Yuccæ folio *Muſ. Pet.* 661. Aſphodelo [potiùs Phalangio] affinis *Indica*, floribus ſpicatis.

H. M.

Naſcitur in arenoſis. Radix fibroſa, carne intus albicante, filamentis lignoſis pertexta, cortice ruffo, ſaporis aquei. *Folia* ex radice oblonga ad duos exſurgunt cubitos, inferius foliis minoribus inveſtita, exteriùs convexa, interiùs cava, virida, rigidia, venis lanuginoſis iſi longum ſtriata, valde craſſa & carnoſa, carne intus denſa, albicante, aquea. *Flores* in propriis proveniunt caulibus, ex radice ortis, rotundis, petalis oblongis, tenuibus, extus aqueo-rubeſcentibus, intus aqueo-viridibus cinctis, ſuperiori illorum parti undique inſidentes, bini vel terni ſimul in uno communi pediculo, hexapetali, oblongo-rotundi, anguſti, nitentes, in medio venâ ſtriati, collo oblongiuſculo & candido. *Stamina* in illis ſex, oblonga, candida, oblongis, flavis, nutantibus *apicibus* dotata. *Stylus* etiam oblongus eſt & candidus, ex globulo prodiens albicante inferiùs in collo ſito. *Fructus* rotundi ſunt, ſimplices, vel etiam bini juncti, viridi-diluti, quorum duo latera globoſa; in quibus unum aut duo reconduntur *ſemina*, quæ tenera, ſaporis Fabacei.

Folia trita & in formam boli redacta adversùs ophthalmiam & oculorum ſuffuſionem aſſumuntur: cum radice, addito Allio ac Auripigmento in oleo *Sergelin* decocta, gonorrhœam ſanant, ſi nempe caput oleo illo illinatur. Bulbus cum Sandalo citrino & butyro bubilino tritus linimentum exhibet, in nervorum contractionibus & ardoribus adhibendum. Tota denique planta oleo butyróque incocta omni oculorum vitia emendat. *Virei.*

2. Liliaſphodelus *Africanus* flore luteo ampliſſimo, polyanthemus.

Ad Cap. De Phalangio.

1. Dens cannius flore luteo *Virginianus Pluk. Almag. Bot.*

2. Phalangium Liliflorum *Africanum*, maximum, floribus albis prælongis tubulis donatum *Pluk. Mantiſſ.*

3. Phal. minus Liliflorum floribus aureis *Prom. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*

4. Phal. *Africanum* ramoſius, floribus albis *Promont. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*

5. Phalangium *Americanum* ramoſum floribus rubris & cœruleis D. *Baniſter Cat. Virgin. Pluk. Almageſt. Bot.*

6. Phal. ramoſum, floribus albis, ad fundum viridibus *Baniſt. Ejuſd. ibid.*

7. Phalangoides ramoſum, foliis Gladioli brevibus floribus parvis ſpicatis D. *Sherard.* Planta noſtra dodrantali fermè altitudine erat; ſpica florum vix palmaris.

8. Phal. parvum non ramoſum, floribus albis, ad caulem ſpicatim ſeſſilibus *Baniſt. Ejuſd. ibid.*

9. Phal. album ramoſum minimum, gramineis foliis ex *Arabia fælice Pluk. Almag. Bot.* T. 311. F. 1.

10. Phalangium *Æthiopicum* ramoſum, floribus albis, petalis reflexis *Commelin. Hort. Amſter. rar.*

E *radice* vivaci, fibroſa *caules* emittit numeroſos, ſeſquipedales, ramoſos, craſſos, glabros, nitentes, *foliis* parvis, non admodum crebris obſitos. Quæ è radice exeunt folia longa ſunt, craſſa, anguſta, Porri æmula. *Flores* ſparſim diſpoſiti, albidi, hexapetali, intus 5, 6ve ſtaminibus compoſiti, quorum *apices* lutei, petala autem extrorſum ſunt reflexa, oblonga. Floribus ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* oblonga, triangula, & in 3 partes dehiſcentia, in quibus *ſemina* fuſca, trigona, ſuperficie inæquali; microſcopio inſpecta tribus minutiſſimis foraminibus pertuſa apparent.

Floret ineunte æſtate. Frigoris impatiens. Locus *Promont. Bæ Spei.*

11. Phalangium *Æthiopicum* ramoſiſſ. caule fiſtuloſo glabro, floribus albis, lineis fuſcis externè ſtriatis *Pluk. Mantiſſ.*

12. Phalang. fortè *Æthiopicum* ramoſiſſ. caule fiſtuloſo, fungoſo, & hirſutie ferruginea villoſo, floribus amœnè purpureis. Orobanche ſimilis *Æthiopica*, ramoſo caule, floribus amœnè purpureis. Epidendron fortè *Æthiopicum Pluk. Mantiſſ.*

13. Phalang. *Africanum* ramoſum, floribus purpureis cum petalis reflexis *Ejuſd. ibid.*

14. Phalang. *Marianum* non ramoſum, flo. albo minimo, ſtriis viridibus, ſpicâ longâ gracili *Ejuſd. ibid.*

15. Phalangium ramoſum *Africanum*, floribus albis, fuſcis lineis inſignitis *P. B. Pr.* Foliis eſt vulgari Phalangio latioribus & prolixioribus D. *Sherard.*

16. Phalangium *Africanum* flo. luteis parvis.

E *radice* nigricante fibroſa, plurima promit *folia* ſucculenta, anguſta, & quaſi graminea, ſex circiter uncias longa. *Caulis* pedalis eſt & erectus; à medio ad ſummum exeunt pediculi rariores, unciales; ad quorum exortus adſtant foliola quaſi membranacea, brevia, in acumen deſinentia. Singulis pediculis ſinguli innaſcuntur flores, ſtellati, lutei, parvi, quibus ſuccedunt capſulæ ſubrotundæ, *ſeminibus* angulosis refertæ. Floruit *Horto Beaufort.* ex ſeminibus è *Prom. Bæ Spei* delatis.

P. 1294. Ad Cap. De Phalangio *Virgin.*

1. Tali-Pullu H. M. P. 9. T. 63. Ephemeri ſeu Phalangii *Virginiani* ſpecies, floribus ſparſis. Eph. tripetalon non repens *Malab.* porraceis foliis, purpuro-cœruleum *Moriſ. hiſt.* P. 3.

H. M.

Arenoſo gaudet ſolo. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* virides teretes, geniculati, aquei, *Foliis* gramineis, è geniculis exeuntibus veſtiti. *Flores* tripetali ſunt, rotundioli, cuſpidati, cœruleo-purpurei, ſcintillantes: Stamina 5, ex albo cœruleſcentia, oblongis cœruleis pilis barbata, tria tenuiora, flavis *apicibus* nodulata, reliqua duo craſſiora croceis. *Calix* trifolius eſt. *Gemmæ ſeminules* viridi-dilutæ nitentes; in vertice cuſpis eminet nigricans, de cætero convexi, trilateri, in laterum medio leviter extuberantes, atque ibi ſe aperientes ac laxantes. *Semina* in illis continentur ſex, interſepimentis diſtincta, trilaterales, uno latere convexo, duobus planis, ſuperficie cinerea ac ſcabra.

2. Nelam-Pullu H. M. P. 10. T. 19. Phalangio *Virginiano Tradeſcanti* affinis, flore cœruleo pallido, per ramulos ſparſo. Phalangium tripetalon, non repens, anguſtif. ramoſius, floribus è Perſico colore cœruleis, extus albeſcentibus *Moriſ. hiſt.* P. 3.

H. M.

Plantula naſcens in arenoſis. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* tenues, teretes, virides, geniculati, in geniculis parùm rubeſcentes, *foliis* gramineis veſtiti. *Flores*, qui in faſtigiis cauliculorum plures proveniunt, tripetali ſunt & rotundi, anteriùs verò cuſpide anguſto emicant, coloris perſico-cœrulei, exteriùs in medio cœruleo-albi. *Stamina* in illis ſex cœrulea, tria exteriora *apicibus* albicantibus ſurrectis, in averſa parte nigricantibus, nodulata, tria interiora *apicibus* albicantibus trifidis, decumbentibus dotata, nullius odoris; ſuntque tribus foliis parvis oblongis viridibus ſuccincti, quæ florum petalis decuſſatim interponuntur. *Capſulæ ſeminales* oblongæ, virides, in quibus *ſemina* continentur parva, per maturitatem rubeſcentia.

P. 1332. Cap. 3.

Ad plantæ ibi deſcriptæ titulum adde Synonym. ſeq.

1. Ephemerum *Bengalenſe* ſerpens, folio ſubrotundo brevi, Phalangoides *Pluk. Phytogr.* T. 27. F. 3. An Ephemerum *Africanum* annuum flore dipetalo *Cat. Hort. Ac. Lugd. Bat. Africanum* Ephemerum, &c. convenire cum Dipetala *Virginiana*, à *Bengalenſi* verò diverſiſſimum eſſe affirmat *Paulus Hermannus* in *Parad. Bat.*

Adde inſuper ſpecies ſequentes.

2. Ephemerum Phalangoides *Maderaſpatenſe* minimum, foliis peranguſtis, perfoliatum; forſan *Acacaxan* ſeu Potamogiton *Mexicanum Hernandez*, planta paluſtris & lenta, quæ ſtatim comprimentibus cedat digitis. Huc etiam pertinet *Tali-pullu* H. M. P. 9. T. 63. *Pluk. Phytogr.* T. 27. F. 4. Tali-pullu ab hoc differt, quod non repat.

3. Ephem. Phalangoides *Maderaſpatanum*, minimum, ſecundùm caulem q. ex utriculis floridum *Pluk. Phyt.* T. 174. F. 3. D. *Herman.* in *Parad. Bat.* Hanc ſpeciem refert ad Nir-pulli *H. M.*

4. Ephem. Phalangoides ſpicatum alterum, floſculo argenteo bullato *Pluk. Almag. Bot.* Contrayerva *Hiſpanorum*, & fortè (ut arbitratur *Baniſterus*) non ineptè putatum.

5. Ephem.

5. Ephem. Phal. tripetalon, non repens, *Virginianum*, gramineum, flore ampliore, cœruleo, rubro & albo *H. R. P.* Nos è *Marilandia* ejuſmodi ſpeciem habemus foliis longis anguſtis.

De Ephemero Phalangoide.

Quæ habet D. Hermannus *in* Paradiſo ſuo Batavo *huc transferemus, quoniam Hiſtoriam ejus valde illuſtrant.*

Herbarii moderni *Ephemeri* nomine deſignant plantas quaſdam *Bulboſis* affines, tricapſulares, floribus fugacibus tripetalis, & in paucis ſpeciebus in duo tantùm ſegmenta ſeparatis (rectiùs *Hemerocallides* vocari poſſent) eo quo naſcuntur die denaſcentibus; Foliis ad ſingulos caulium ramorúmque nodos ſingulis, radicibus reptatricibus.

Hæ à florum præcipuè diſpoſitione in duas claſſes diſtribui poſſunt.

Primæ claſſis *flores* trifoliato tantùm calici abſque foliacea theca inhærent, ſúntque vel *majores*, qui ſummo cauli numeroſa ſerie velut in umbella inſident; vel *minores* qui ex ſingulis foliorum ſinubus nunc ſingulatim, nunc plures ſimul juncti egrediuntur.

Flores majores ferunt,

Ephemerum *Virginianum* erectum flore cœruleo *H. L. B. Hermanni.* Phalangium ephemerum Virginianum Tradeſcanti *Park.* cujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1332. Variat floris colore purpureo, albo. candido, mox cœruleſcente, ex albo, & violaceo vario.

Flores minores edunt,

1. Ephemerum *Malabaricum aquaticum procumbens, tricoccum, ad ſingulos foliorum ſinus floridum* Herman. Parad. Bat. *Phalangoides Madraſpatenſe, minimum, ſecundum caules quaſi ex utriculis floridum* Pluk. Phyt. T. 174. Nir-pulli *Hort. Mal.* p. 10. T. 13. cujus deſcriptionem vide paulò infra.

2. *Ephemerum Coraſſavicum procumbens anguſto longóque folio* P. B. B. Herman. *Parad. Bat.*

Ea huic eſt ſimilitudo cum proximè præcedente *Malabarico* aquatico ut niſi *folia* produxiſſet longiora, glabra abſque pilis, idem pronunciarem. Enatum eſt ſeminibus *Coraſſavicis, caulibus* cubitalibus, humi ſparſis, & mox ab exortu ramoſis; *foliis* ſeſquidigitum & ampliùs longis, nonnihil ſtriatis, ad baſin latis & ſinuoſis, in anguſtum deſinentibus. *Floribus* ex horum ſinu tripetalis, cœruleis, parvis. *Semina* videre non contigit: nam poſtquam flores ediderat totum exaruit.

3. Ephemerum *Malabaricum pumilum erectum, gramineis foliis* Herman. *Parad. Bat.* Nelam-pulli *H. M.* p. 10. ſuperiùs deſcriptum.

Secundæ Claſſis *flores* præterquam quòd caliculo ut plurimum trifoliato cohæreant, involvuntur complicato viridanti foliolo, univalvem compreſſam & hiantem veluti thecam mentiente, è quo duo, tres, pluréſve flores uni petiolo inſidentes ſeſe exſerunt.

Ad hanc pertinent

1. Ephemerum *Virginianum ramoſum procumbens tripetalon, foliis rigidis* Herman. *Parad. Bat. Virginian. procumbens ramoſum foliis amplis* Zanoni *V.* deſcriptionem *Hiſt. noſt.* p. 1193. Nir-valli-pullu *H. M.* P. 3. *Tab.* 12. Hujus deſcriptionem quære inter *Potamogitones.*

2. Ephemerum *Braſilianum ramoſum procumb. bipetalon, foliis mollioribus* Herman. *Parad Bat. Africanum annuum flore bipetalo* H. Ac. L. B. Planta innominata, *Dipetalos Braſiliana foliis Gentianæ aut Plantaginis Marck.* Hiſt. noſt. *Phalangium Africanum, Helleborines folio non deſcript.* H. Ac. L. B. *Hiſt. noſt.* Hujus Deſcriptionem *Marckgravianam* vide *Hiſt. noſt.* p. 1332.

Hujùs Folia multò minora & molliora quàm Ephemeri *Virginiani Zanoni*, cum reliqua conveniunt. Sed radix annua eſt, & ſapore dulci & mordicante, quem in *Virginiano* deprehendit *Zanoni*, caret.

3. Ephemeron *Coraſſavicum procumbens, amphicarpon* Herman. *Parad. Bat. Herman.*

Cauliculos per terram ſpargit dodrantales, & in lætiori ſolo nonnunquam cubitales, viridantes & nonnihil rufeſcentes, nodoſos, ramoſos, & ex ſingulis geniculis quæ terram attingunt pallidas radicoſas fibras demittentes. *Folia* oblongo-rotunda, duos ungues lata, in parvum mucronem exeuntia, nunc albis lineis, aut maculis aſperſa, nunc prorſus alba, ſupernè glabra, infernè pallidula, & rara vix conſpicua pube, quæ in caulibus apparet obducta, ad margines criſpa & undulata, quorum pediculus in latiuſculam membranam laxatus caulem

& genicula aliquo usque involvit. Extremis ramis innascuntur *Foliola* viridia, glabra, complicata, hemisphærii figuram referentia, è quibus tanquam involucris egrediuntur *Flores* 3, 4ve uni petiolo hærentes; parvi, pallidi, tubulosi, qui in duo subcœrulea segmenta, & terna pallida concava foliola calicem mentientia solvuntur. Singulos flosculos excipiunt *vascula* parva, oblongo-rotunda, trigona, in quibus terna spadicea *semina* continentur, in singulis loculis unum, nonnunquam in universum duo tantùm imo & quaterna, continentur. Flores & semina quoque intra terram crassioribus radicis fibris adnascuntur, unde amphicarpon cognominatum. Sed Fibræ isthæc potiùs rami è caulium nodis in terram descendentes videntur. Plantæ herbaceus sapor, *odor* nullus.

In hypocaustis nisi asservetur hyeme perit, ineunte tamen æstate è seminibus sub terra latentibus repullulans.

4. Ephemerum *Malabaricum procumbens subrotundis foliis* Herman. *Parad. Bat.* Veetla-Caitu *H. M.* P. 7. descriptionem vide paulò infra.

5. Ephemerum *Zeylanicum procumbens, Cristatum.* Bolhinda *Zeyl.* Herman. *Parad. Bat.*

Pulchellum hoc Ephemerum frequens mihi occurrit in arborum senio confectarum truncis, lignis putridis aliisque udis & opacis locis insulæ *Zeylan*, ut & *Malabaræ*. A proximè præcedente nihil differre videtur, nisi quòd complicata foliola quæ *florum* involucra sunt, in cristam congesta sint.

6. Ephemerum *Indicum bipetalum procumbens, obtuso folio, pediculo alato* Herman. *Parad. Bat. Benghalense serpens, folio subrotundo brevi, phalangoides* Pluk. Phyt. T. 27.

Africanum Ephemerum convenit cum Dipetala *Virginiana*, à *Bengalensi* verò diversissimum est. Hoc in *Zeylan* & *Malabar* locis umbrosis frequenter legimus.

7. Ephemerum *Mexicanum erectum, serrato folio Matlalytztic* Tetzocana, *Triorchis Mexicana* Rech. *Herman.* Parad. Bat. Huic non multùm absimile, si non idem est

8. Ephemerum *Phalangoides Virginianum majus erectum* Herman. *Parad. Bat. Pseudophalangium ramosum majus erectum D.* Banister *Cat. Stirp. Virgin.* Pluk. T. 174.

Hanc speciem è *Marilandia* habemus, ut & aliam multò minorem, foliis angustis, æque tamen longis pro magnitudine plantæ.

Ad Ephemera quoque pertinere videtur Planta è seminibus *Noveboracensibus* nobis nata & denominata.

9. Ephemerum *erectum Noveboracense, Cardamomi foliis* Herman. *Parad. Bat.*

Radice constat perenni, reptante, multísque albentibus surculosis fibris cohærente *Caulibus* geniculatis, pedalibus, digitum crassis; *Foliis* alternis, Cardamomo majori paribus, subtus pallentibus. De *Floribus* nihil habeo compertum, quamvis in Horto per aliquot annos luxuriosè viguerit.

Ephemeris forsan annumerandæ veniunt plantæ quædam à *Rechio* & *Hernandez* propositæ. viz.

Coapatli *Asphodelina* Recchii.

Acaxaxan, *seu Planta palustris & lenta, quæ statim comprimentibus cedat digitis, Potamogiton Mexicanum* 1. *Recchii.*

Acaxaxan, *Potamogetum Mexicanum* 2. Recch.

Acaxaxan *Hernandez* Terent.

Ephemeri quoque nomine exhibuit D. *Plukenetius* T. 174. quatuor sequentes species.

1. Ephemerum Phalangoides *Virginianum*, flosculis arbuteis bullatis aureis, in spicam dispositis *Herman. Parad. Bat.* Phalangium spicatum flosculo arbuteo bullato aureo D. *Banister.*

Hoc in numerum potiùs Phalangiorum, quàm Ephemerorum inscribi meretur. Folia ei latiuscula è radice fibrata exeunt, mucronata, pallide virentia, rami radiatim procumbentia unde ab incolis **Star-Grass** appellatur.

2. Ephemerum Phalangoides erectum foliis Liliaceis, flore flavescente *Cap. Bon. Sp.* ex *codice Comptoniano.*

E semine natum floruit in Horto Medico *Amstelodamensi*, & *Sisyrhynchium Africanum flore luteo tetrapetalo* vocatum est.

3. Epheme-

3. Ephemerum Lychnidis flore *Africanum*, ex *codice Comptoniano*.

Herm.

Ab Ephemeris, toto cœlo differens ſuccrevit mihi ſeminibus à D. *Henrico Bernardo Oldenlandio* è *Promontorio* tranſmiſſis. Ea erant nigricantia depreſſa, membranacea Tuliparum ſeu Liliorum inſtar. Capſulæ oblongæ, Papaveri erratico *Pyrenaico* flore luteo *C. B. prod.* ſimiles, ſed glabræ, utroque extremo anguſtæ, medio turgidæ, ſumma parvo umbilico præditæ, intus duobus loculis inſtructæ, quos diſtinguebat membrana nigricans, pinguis, ſaporis acris, Caryophyllaceum quid redolentis. Poſtquam duo foliola ſubrotunda in cœruleo pallentia prodiiſſent, paulò infra hæc (neutiquam ex horum ſinu, ut communiter uſu venit) pullulabant aliquot cauliculi, tenues, nodoſi, & in progreſſu nonnihil lignoſi, & ad ſingula genicula foliis oblongis glabris craſſiuſculis obtuſis glaucis, alterno ordine ſed binis ſæpe uno verſu obſitis. *Flores* 4petali fructubus inſidere videbantur, ob inclementiam verò noſtri cœli integros & perfectos hactenus obſervare nondum contigit. Amandanda eſt ad bicapſulares 4 petalas hæc planta.

4. Ephemerum *Zeylanicum*, Alſinæ mediæ folio procumbens.

Quod Compilator *Parad. Bat. Prod.* hoc nomine propoſuit & D. *Plukenetius* Tab. 174. ad exemplar ſiccum à me [D. *Sherardo*] communicatum pinxit, *Graminis Dactyli*, non *Ephemeri* ſpecies eſt. *Herman. Parad. Bat.*

5. Ephemerum Phalangoides, Lilii convallium foliis ſcabris; ex *Terra Mariana Pluk. Mantiſſ.*

6. Ephem. Phalangoides, Perſicariæ minoris folio, *Virginianum Ejuſd. ibid.*

7. Ephem. Phalangoides Perſicariæ puſillæ folio, *Gaditanum Ejuſd. ibid.*

8. Nir-Pulli H. M. P. 10. T. 13. Ephemerum Malabaricum flore tripetalo, in foliorum alis ſeſſili. Eph. 3petalon, repens, *Madraſpatanum* minimum, ſecundùm caulem quaſi ex utriculis floridum *Moriſ. hiſt.* P. 3. 606. *Pluk. Phyt.* T. 174. F. 3.

H. M.

In aquoſis & ipſis aquis naſcitur, *radiculis* capillaribus albicantibus repens. *Caules* teretes, geniculati, in geniculis extuberantes, aquei, virides, tandem purpureo-rubeſcentes. *Folia* in geniculis cum florum partu proveniunt, oblongo-anguſta, ima parte convoluta, florum principium cum novellis foliis includentia, craſſa, venis in longum ſtriata, in oris interiùs rubeſcentia, inferiori parte longiuſculis albicantibus raris pilis ſparſim obſita, maximè in oris. *Flores* parvi, tripetali, rotundioli, coloris cœrulei-purpuraſcentis. Stamina 6 cœrulea, capillis longis, denſis, cœruleis barbata & obtecta, *apicibus* croceis. *Stylus* cœruleus in albicantem deſinit apicem, *Capſulæ* ſeminales parvæ, trilateræ, in lateribus lirâ ſtriatæ, ſuperiori parte purpureo-rubræ, ima viridi albicantes. *Calix* parvus, trifolius, tranſparens, florum pedem arctè arripiens. *Semina* in illis continentur tria, interſepimentis à ſe mutuo diſtincta, parva, oblonga, vel etiam rotunda, in ſuperficie ordinatè lacunulis extenuata, nigricantia.

Decoctum hujus plantæ tympanitidem minuit.

9. Veetla-Caitu H. M. Part. 7. T. 58. Nervifolia *Indica* repens, Ephemeri Phalangoidis folio, flore hexapetalo cœruleo, vaſculo tricapſulari.

H. M.

Radix fibroſa, tenuis, albicans. *Caules* in nodulos ſeu geniculos diviſi, rotundi, virides, rubeſcentes, piloſi, venoſi, è nodulis cauliculos ejicientes. *Folia*, quæ Caules in nodis inveſtiunt, oblongo-rotunda, inferiùs lata, anteriùs in cuſpidem deſinentia, viroris in recta parte fuſci, in averſa coſta eminet, nullius ſaporis. *Floris* ſimul in cacumine caulium proveniunt, parvi, cœrulei, hexapetali, quorum tres oblongo-rotundi, intus concavi, ex petiolo tranſverſim exeuntes. Stamina habent ſex flava, quorum duo *apicibus* cœruleis, reliqui ſubflavis ſunt dotati: *ſtylus* in illorum medio emicat, viridi-dilutus globulo inſtructus. Poſt flores *gemmæ ſeminales* oblongæ viſuntur, trilaterales & rotundæ, in unoquoque latere in longum ſtriatæ, primò albicantes & nitentes, exin flaveſcentes. *Semina* continent ſex, duo intra ſingula, in longum jacentia, parva, oblonga, in principio viridia, tum candida, tandem ex rubro fuſca, ſaporis nullius.

Natale ſolum eſt *Cochien*, &c. ſemper-virens, & per terram rependo cum flore & fructu ulteriùs ſe extendens.

P. 1194. Ad Cap. De Pſeudo-aſphodelo.

1. Pſeudo-aſphodelus *Marilandicus* elatior, florum albicantium ſpica oblonga anguſta.

Caulis tenuis pedalis ſpicam in ſummo geſtat, è rariùs ſitis floſculis, quantum in ſicca diſcernere licuit albentibus, compoſitam. Folia irina. Invenit D. *Krieg* & in Angliam intulit.

2. Pſeudo-

2. Pseudo-asphodelus Acorifolius luteus *Marilandicus*. Hujus exemplar exsiccatum nobis exhibuit D. *Sherard*.

P. 1200. Ad Cap. De Aloe.

Aloe *Americana* Yuccæ foliis D. *Sloane*. Henequen *Oviedo* Coron. lib. 7. cap. 10. Summary Eden p. 211. Huc refert D. *Sloane*. sed dubitanter. Toucon *Lerii*, vel Muscum terrestrem repentem 3. *C. B.* 360. Toccon herbam *Brasilianam*, cortice cannabino *J. B.* t. 3. l. 3. p. 450. Tacori *Clus.* exot. p. 48. i. e. Draconi arbori affinem *Americanam C. B.* p. 506. Tacori folia Draconis arbori similia *J. B.* t. 1. p. 405. Pita *Laet* 340, 394. Cannabis sive Lini speciem admodum elegantem & tenuem, ità ut Byssum æmuletur *Laet* p. 644. Pis. *Mantiss. Aromat.* p. 171. Pati seu Metl lenissimum *Hernandez*. Aloem purpuream lævem *Munting*. Aloed. p. 15. Aloem *Americanam* foliis angustioribus ac minoribus seu tenuioribus, absque spinis *Moris.* p. 418. Juccam *Americanam* filamentosam *Munting*. pl. cult. p. 467. *Americ.* foliis filamentosis *Moris.* p. 419. Aloe *Americ.* Juccæ foliis arboreseent. *Hort. Beaum.* Yuccæ foliis caulescent. ex *Vera Cruce P. B. P. Herman.* Yuccæ-folia, folio in longissimum aculeum abeunte *P. B. P.* 386. Silk-Grass. Yuccam *Virginianam* foliis per ambitum apprimè filatis *Pluk. Almag. Bot.* p. 396. Yuccæfoliam filamentosam & bulbosam *Ejusd.* Aloem *Americanam* non spiniferam, Yuccæ foliis D. *Bobart. Ejusd.*

1. Aloe visci in modum arboribus innascens *Slon. Cat. Jamaic.* Caraguata planta crescens in arboribus & putridis arborum caudicibus *Marcgrav.* p. 86.

Hujus folia perampla sunt, Aloes similia, aquæ continendæ semper parata & idoneæ.

2. Aloe *Africana*, vulgari similis floribus rubris & paucioribus *Pluk. Phyt.* T. 129. F. 1.

3. Aloe *Africana*, foliis erectis, superficie spinosis *Ejusd. ib.* F. 2.

4. Aloe caulescens, foliis reflexis, margine spinosis *Africana Ejusd. ib.*

5. Aloe spinosa arboreseens ramosa *Ejusd. ibid.*

Hæ species Aloes ex imaginibus pictis desumptæ, mihi suspectæ sunt.

6. Aloe *Americana* Ananæ foliis, floribus suave-rubentibus ex codice *Bentingiano Pluk. Phyt.* T. 240. F. 4.

7. Aloe *Americana*, folio in oblongum aculeum abeunte minor *Ejusd.*

8. —— sobolifera, foliis eleganter variegatis *Ejusd.*

9. —— spermophora. *Ejusd.* Curassavica spermophora Cukka dicta. Loco sobolum fert semina perfecta, de cætero ab Aloe sobolifera *Hort. Lugd. Bat.* nihil differt.

10. —— serrata, floribus coccineis *Ejusd.*

11. —— foliis erectis, aculeis robustissimis armatis *Ejusd.*

12. —— Eadem minor non spinosa *Ejusd.*

13. —— Eadem radice tuberosa non fœtida, *Portoricensis.*

14. Aloe *Zeylanica* pumila, foliis variegatis, *Ejusd.* pumila serpentaria *Zeylanica Breyn. Prod.* 2.

15. Aloe *Americana* non spinifera Yuccæ foliis D. *Bobart.* Folia hyberno tempore decidua sunt, monente D. *Bobart.*

16. Aloe *Americana* sobolifera, spinis paucioribus *P. B. P.*

17. —— *Americana* lævis, latissimo folio splendente *Hort. Amstelod.*

18. *Americana Surinamensis*, foliis latioribus, lucidis serratis *Hort. Beaum.*

19. *Indiæ Orientalis* serrata, seu Succotrina vera, floribus phœniceis *Hort. Beaum.*

20. Aloes Serpentariæ foliis, floribus hexapetalis spicatis, Maurelchedde *Malabarorum Pluk. Mantiss.*

21. Aloe

23. Aloe *Americana* Ananæ foliis, flor. ſuaverubentibus *Pluk.* T. 14. F. 4.

24. Aloe *Succotrina* anguſtifolia ſpinoſa, flore purpureo *Breyn. Prod.* 2. *Commel. Hort. Amſt. rar.* Aloe vera minor *Munting. Hiſt. noſt.* p. 1196. *Commelin.*

Radix ei tuberoſa, cortice cinereo obducta *Folia* emittit ſaturatè vireſcentia, in ſeſquipedalem longitudinem producta, anguſta, craſſa, ſucculenta, extremo in mucronem deſinentia, ſentibúſque exiguis pallidis, densè ſtipatis, mollioribus armata. Ex horum medio thyrſus ſeu *caulis* emittitur ſeſquipedalis & altior, teres, lævis, parte ſuperiore foliolis amictus, colore fuſco, cujus cacumen *floribus* ornatur denſiſſimè ſtipatis & ſpicatis, hexapetalis, dilutè purpureis, nutantibus, ab imo ad ſummum uſque ſucceſſivè ſe explicantibus; horum petala ad ungues connata, inter quæ ſtamina aliquot rubicunda emergunt, extra flores emicantia: hiſce præteritis ſuccedunt *capſulæ ſeminales* triangulares. Caule evanido novæ ſoboles aut germina producuntur è lateribus plantæ, quibus multiplicatis uno eodémque tempore plures thyrſi ſimul exeunt. Menſe *Februario* floruit loco calido poſita, aliàs flores tardiùs perficit. Brumam rigidiuſculam patienter tolerat.

Succus melioris eſt notæ, & odore gratior quàm vulgaris Aloes, cum Aloe Succotrina vera conveniens.

25. Aloe arborea *Africana Cat. Hort. Beaum. Commel. Cat. Amſt. rar.* p. 1. *Africana* arbor. floribus albicantibus fragrantiſſimis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Caudex jam ſpithamiæus, pollicem craſſus, geniculatus [Caudex vix dici poteſt geniculatus, annulares enim circuli genicula mentientes, nonniſi foliorum abjectorum ſunt veſtigia, quæ ſeneſcente arbuſcula ſenſim evaneſcunt.] *Folia* è ſummitate caudicis exoriuntur, [in exortu (ut in Canna *Indica*) cucullorum in modum convoluta] duas uncias lata, manúſque longitudinem æquantia, ad exortum anguſta, extremo mucronata, rigidiuſcula, ſplendentia, atro virore perfuſa, denſiſſimo ſtipatu congeſta, Yuccæ non diſſimilia aſt breviora, latiora, molliora, & deorſum reflexa.

A brumæ injuriis præſervanda, cautéque cuſtodienda, valde enim tenera eſt. Flores videre mihi nunquam contigit.

Patriam agnoſcit *Guineam*, *Africæ* provinciam.

Hujus adultioris plenam deſcriptionem vid. in *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

26. Aloe *Africana* arboreſcens montana non ſpinoſa, folio longiſſimo plicatili, flore rubro *Hort. Amſt.* p. 2.
D. *Commelin.*

Radicem habet fibroſam, albicantem. Truncum 2 uncias craſſum, pedalem, fuſcum, & poſt foliorum deceſſum annularium circulorum ſtigmata per aliquot annos reſervantem, qui ſenſim adoleſcente planta evaneſcunt. Truncus [in planta quam deſcripſit Autor] in 4 ſe expandit ramulos qui à principio ad finem uſque ex meris foliis eoſdem admodum amplectentibus, ut nullus videri queat, conſtare videntur.

Folia unciam lata, ſeſquipedem nonnunquam longa (inferiora intellige) craſſa, ſuccum viſcoſum & amarum continentia, cæſia & rore albo quaſi obducta, adeò ut tangentis digiti veſtigia diu reſervent, non rigida (de vetuſtioribus loquor) ut in pleriſque Aloes ſpeciebus, ſed facilè plicantur, & circa margines nonnihil rubent.

Flores (ut ex icone picta patet) in ſpica naſcuntur rubri, monopetali, in 6 lacinias diviſi, quos ſequitur *capſula* ſeminalis triquetra, tribus diſtincta loculamentis, *ſemina* plana & fuſca continentibus.

In altis iiſque ſaxoſis *Prom. Bæ. Spei* montibus ad 13 pedum altitudinem & ſeſquipedis craſſitiem creſcit hæc planta, & floret *Octobri.*

27. Aloe *Africana* cauleſcens, foliis ſpinoſis, maculis ab utraque parte albicantibus notatis *Hort. Amſt.* P. 2.
D. *Commelin.*

Radices habet plurimas, calami ſcriptorii craſſitudinem æquantes, quæ nonnihil ad rubedinem vergentes in fibras exeunt tenuiores; quæ *caulem* emittunt (de adultiore loquor planta) pedalem, foliorum ſtigmata diu reſervantem, ex albo purpureum, craſſum, rotundum, cui plurima innaſcuntur *folia*, ſucculenta, pedalia, & ſeſquipedalia, in mucronem acutiſſimum & ſpinoſum exeuntia, 2 ½ uncias lata, quæ maculis innumeris albicantibus ab utrâque parte exornantur, ſpinis crebris & rectis in utroque margine armantur.

Propagatur facillimè per plantas juniores, circa radicem quotannis pullulantes. Succum habet viſcoſum, nullam amaritiem in ſe continentem.

28. Aloe *Africana*, breviſſimo, craſſiſſimóque folio, flore ſubviridi *Hort. Amſt.* P. 2.

Radicem habet fibroſam, fuſcam, in fibras tenuiores excurrentem, ex quibus *folia* aliquot viridia enaſcuntur, inter omnes Aloes ſpecies craſſiſſima & breviſſima, quorum extremitates versùs poſteriora reflexa triangularia evadunt; prona parte lineis albicantibus notantur, & in mucronem nonnihil aliquando rubentem exeunt.

Ex foliorum medio ſcapus erigitur ſpithamiæus, rotundus, ſubruber, qui in ſummitate *flores* gerit tubuloſos, virides, in 6 lacinias diviſos.

In

In locis apricis & saxosis *Promont. Bæ. Spei* mense *Octobri* floret.
Propagatur foliis, terræ commissis.

29. Aloe *Africana*, folio glabro & rigidissimo, flore subviridi *Hort. Amst.* P. 2.

Radices huic plantæ sunt fibrosæ, fuscæ, quæ *folia* producunt plurima, in orbem posita, crassa, rigida, quæ è basi plana & crassa in mucronem exeunt triangularem & spinosum, qui albus in foliis junioribus in vetustioribus ruber est. Linea extuberans & albicans à basi ad mucronem usque utramque foliorum partem percurrit.
Flores ab utraque parte caulem amplectuntur, subvirides, monopetali, in 6 lacinias divisi. Florem sequitur capsula seminalis triquetra, totidémque distincta loculamentis semina fusca *continentibus*.
Locus idem qui præcedentibus duobus, ut & florendi tempus.

30. Aloe *Africana* flore rubro, folio maculis albicantibus ab utraque parte notato *Hort. Amst.* P. 2.

Ex *radice* fibrosa plurima eriguntur *folia* plana, crassa, atque in latum mucronem albicantem & diaphanum exeuntia, pedem nonnunquam longa, quæ ab utraque parte maculis albicantibus, nullo habito ordine aut figura exornantur. Foliorum margines, quæ in planta juniore æquales albæ & diaphanæ, in adultiore inæquales & scabræ evadunt.
Singulis annis modò geminus, modò simplex è foliorum alis producitur scapus 3, 4ve pedes altus, quem undique è longiore & rubente pediculo *flores* exornant penduli, monopetali, tubulosi, rubri & in 5 aut 6 lacinias divisi, qui parte extrema virides lineis albicantibus notantur, è quorum medio præter *stylum* stamina oriuntur 4, apicibus luteis prædita. Flores sequuntur capsulæ seminales trigonæ, quæ 3bus loculamentis sena plana nigricantia continent.
In Horto Medico mensibus *Junio* & *Julio* floret, Semina *Augusto* perficit.
In *Promont. Bæ. Spei* circa rivulos locis saxosis *Octobri* floret.
Propagatur facillimè tum seminibus, quæ matura singulis annis profert, tum plantis junioribus circa radicem pullulantibus.

31. Aloe *Africana*, flore rubro, folio triangulari, & verrucis ab utraque parte albicantibus notato, *Hort. Amst.* P. 2.

Ex *radice* albicante *folia* producuntur plurima, semipedalia, duas uncias lata, succulenta, & in mucronem triangularem exeuntia, quæ ab utraque parte nullo servato ordine, magnitudine aut figura, verrucis notantur albis, succumque continent insipidum. *Flores* eorúmque proventus à præcedenti non differunt, eodem tempore producuntur, maturantur *semina*; & eadem methodo propagatur hæc planta.

32. Aloe *Africana*, folio in summitate triangulari, margaritifera, flore subviridi *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radices huic crassæ sunt, in plures minores divisæ. *Folia* plurima crassa, viridia & succulenta in orbem sunt posita, quæ prona parte glabra, versus extremitatem nonnihil excavantur, supina parte verrucis frequentioribus instar margaritarum albicantibus notantur [Hæc de foliis junioribus dicta sunto, quum in adultioribus verrucæ omnes virides evadant] Folia omnia terminantur in mucronem acutum & rubrum.
Ex alis foliorum *Augusto* mense scapus erigitur vel simplex, vel geminus, bipedalis, rotundus, viridis, qui in 4 vel 5 terminatur ramulos, quorum summitates exornantur *floribus* viridibus, monopetalis, in 6 lacinias divisis. Succus hujus plantæ dulcis.

33. Aloe *Africana* margaritifera minor *Hort. Amst.* P. 2.

Differt hæc species à præcedenti, quòd *folia* duplo sunt minora, & tenuiora, quódque verrucis multò minoribus, & ab utraque parte notentur, succúmque habeant subsalsum. Cum priore in *Africa* locis saxosis *Octobri* mense floret.

34. Aloe *Africana*, foliis glaucis, margine & dorsi parte superiore spinosis *Hort. Amst.* P. 2.

Radice fibrosa plurima in orbem posita sustentantur *Folia*, vix pedem longa, crassa, succulenta, glauca, & ex latiori basi in acutissimum mucronem exeuntia: utraque foliorum margo, & dorsi pars superior spinis subflavis armantur. In Horto nondum floruerat.
Succus hujus plantæ viscosus & dulcis est.

35. Aloe *Africana* foliis glaucis, margine & dorso integro spinosis, *Hort. Amst.* P. 2.

Radix huic plantæ longa & alba est. *Folia* vix pedem longa, 2½ uncias lata, glauca, & rore albo quasi obducta, adeò ut si digitis attingantur eorum vestigia remaneant. Horum utrique

utrique margini ac dorſo ſpinæ adſtant plurimæ, primò virides, deinde rubræ. In Horto nondum floruerat.

Succum habet hæc planta amarum.

36. Aloe *Africana* caulescens, foliis glaucis, caulem amplectentibus *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radicem habet fibroſam & fuſcam: *Caulem* pedalem, 1½ pollicem craſſum, quem *folia* amplectuntur glauca, dentata, foliis Aloes vulgaris *C. B.* ſimillima, ſed breviora, & in mucronem ſpinoſum & bifidum deſinentia, quorum juniora eriguntur, adultiora autem aliquantulum in terram reclinantur. *Folia* inferiùs ubi caulem amplectuntur palleſcunt & nervis viridibus & crebrioribus notantur.

Succus è foliis expreſſus albus viſcoſus amarorem habet non ingratum.

37. Aloe *Americana*, foliis cœſiis latioribus *Hort. Beaum. P. B. P. Americana* ex *Vera Cruce*, foliis latioribus & glaucis *Hort. Amſt.* P. 2.

Radice nititur fuſca, calami ſcriptorii craſſitiem rarò ſuperante, fibríſque frequentiſſimis & primò albicantibus donatâ. *Folia* primò ſe mutuo amplectuntur, dein à ſe mutuò diſcedunt atque explicantur, quæ explicata duorum pedum longitudinem fermè nacta, 2½ unciarum latitudinem obtinent, terminantur in ſpinam purpuraſcentem, & pro foliorum longitudine ſatis magnam & validam. Foliorum margines ſpinis armantur, ſubrubris. Folia ſunt glauca, & rore albo quaſi obducta, adeò ut tangentis digiti veſtigium reſervent diu. Foliorum ſapor ſubſalſus eſt. Nondum in Horto floruit, ideóque ſtolonibus propagatur.

Nonnulli cum Aloe *Americana* minore *Munting.* eandem eſſe putant, quam ſententiam multis refutat Autor noſter.

38. Aloe *Americana* ex *Vera Cruce*, foliis anguſtioribus, minùs glaucis *Kiggelarii Hort. Beaum. Hort. Amſt. rar.* P. 2. *Americana* foliis viridioribus & anguſtioribus *P. B. P.*

Radices hujus fuſcæ ſunt, & in capillares plurimas diviſæ; *Caudex* ſpithamiæus, qui foliorum marcidorum reliquias imbricatim adhærentes reſervat diu. Huic innaſcuntur *folia*, in orbem poſita, plurima, non valde craſſa aut ſucculenta, ſed rigida tamen, glauca nonnihil, ſed minùs quàm præcedentis folia, ex anguſtiori baſe in ventrem extenduntur, duas uncias latum, & in ſpinam exeunt nigricantem, ſeſquipedis & duorum pedum longitudinem æquantia. Foliorum margines ſpinis primò viridibus, dein rubris & tandem nigricantibus armantur. Ex ipſo foliorum medio plurima ſimul juncta naſcuntur folia, quorum ſingulis annis diverſa ſe explicant, atque in orbem cum aliis diſponunt. Nondum floruit.

39. Aloe *Americana* viridi rigidiſſimo & fœtido folio, Piet dicta indigenis *Kiggelarii Hort. Beaum. Hort. Amſt. rar.* P. 2. Aloe *Amer.* radice tuberoſa fœtida major *P. B. P.*

Radix hujus plantæ craſſa eſt, tuberoſa & fuſca, multas ab ima parte fibras rubicundas emittens. *Caudex* exinde erigitur rotundus, palmaris & fuſcus, cui *folia* innaſcuntur plurima, 5 pedum altitudinem & 4 unciarum latitudinem ſuperantia, non admodum craſſa, ſed parte poſtica eminentia, viridia, ex baſi tamen craſſiore & anguſtiore in ventrem tenuiorem & latiorem extenduntur, & in mucronem inermem terminantur: rigida equidem dum ſunt junior ora, quum autem juſtam acquiſiverint altitudinem facilè versùs poſteriora plicantur. Ipſis foliis ſuccus quidam adhæret viſcoſus & fœtidus.

Hæc Aloe iſtarum ſpecies eſt, quarum folia ſingulis annis è medio veluti cornu abſcedentia explicantur: hinc hujus ſpeciei *flores* niſi omnibus explicatis foliis nullos apparituros credo.

40. Aloe *Americana* radice tuberoſa minor ſpinoſa *P. B. P. Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radicem habet hæc Aloe tuberoſam, unà cum fibris rubicundam: Caudicem ſemipalmarem & rotundum, cui plurima innaſcuntur folia viridia, circa baſin craſſa & anguſta, ventrem habent duas uncias latum, & in mucronem exeunt, 2½ pedes longa ſunt, & eorum margines ſpinis viridibus nullo ſervato ordine armantur. Sapor ſucci ſubdulcis eſt. Cætera cum priore convenit excepto quòd non fœteat.

41. Aloe *Guineenſis*, radice geniculata, foliis è viridi & atro undulatim variegatis *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Radice nutritur hæc Aloe longa, craſſa, multis geniculis inæquali, vix infra tellurem tranſversâ ſeu obliquâ hærente, quæ intus alba & ſubdulcis cortice tegitur flavo & tenui: ipſi radici è parte inferiori adnaſcuntur fibræ albicantes. *Folia* è radice aſſurgunt primò chartaceorum cucullorum in morem circumvoluta, quæ tandem explicata pedalia & ſeſquipedalia, 3 uncias lata, & in mucronem inermem exeunt, ab utraque parte nunc læta, nunc atra viriditate undulatim pinguntur, margine circumſcribuntur ſubrubro, & ſaporem habent ſalſum. *Flores* hujus plantæ è ſcapo bipedali, recto, rotundo, & in ſpicam exeunte dependent numeroſi, rubicundi, & floſculis Apocyni *Americani*, foliis Androſæmi majoris, &c. ſimillimi.

42. Aloe *Zeylanica* pumila foliis variegatis *P. B. P. Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet exteriùs rubentem, interiùs albicantem, craſſam, vix infra telluris ſuperficiem reptantem, quæ fibras primò albicantes, poſtmodum rubentes è parte inferiori emittit plurimas. *Folia* ipſi radici innaſcuntur multa, in orbem poſita, magnitudine & latitudine diverſa, quum exteriora breviora ſint & latiora, lata enim ſunt, plana, & in latum mucronem exeunt, interiora autem longiora & anguſtiora, parte enim poſtica gaudent convexa, anteriore nonnihil excavata, atque in mucronem anguſtiorem exeunt. Folia omnia ab utraque parte maculis notantur nunc triſte, nunc lætè viridibus.

Propagatur germinibus ex radice reptante erumpentibus.

P. 1200.

43. Anonymus *Guineenſis*, Aloes foliis geminatis, è viridi & atro undulatim variegatis, floribus rubicundis, Apocyni flore Lilii convallium *Dodarti* ſimilis N. D. *Hort. Beaum.* Aloe *Guineenſis*, flo. Apocyni Lilii convallium ſim. *Herman.*

Flores in ſcapo tricubitali naſcuntur, folio per margines limbo aureo ſeu argenteo inſignito. *Folia* maculata ſunt inſtar Aloes *Zeylanicæ* folio variegato. D. *Sherard.*

44. Aloe *Curaſſavica* arborum ramis Tacamahaccæ innaſcens. D. *Sherard.*

Scapum emittit bipalmarem inſtar Gladioli, in quo alternatim erumpunt *Flores* coccinei, ex perianthio univalvi. Flos videbatur conſtare ex binis oblongis petalis, inter quæ exibat *ſtamen* longiſſimum cum nonnullis brevioribus. In capſulis erant *ſemina* fuſca, oblonga ſed tenuia, quibus ſingulis appendebat floccus. Capſula oblonga, mucronata in tria dehiſcebat foliola, extus viridia, intus puniceo-lutea. *Herman.*

Quo referenda ſit hæc planta me neſcire fateor (inquit D. *Sherardus*) certè Aloe non eſt. Quoniam tamen in notis D. *Hermanni* eo nomine donatam invenio, nihil muto.

45. Aloe ſeminibus paleaceis *Herman.*

Naſcitur in Cereis antiquis. *Flos* albus ex uno petalo convoluto, mucronato, intra 5 foliola convoluta, calicis loco prodit.

46. Kansjiram-Maravara *H. M.* P. 12. T. 8. Aloe affinis *Indica*, ſupra arbores creſcens *Commelin.* *H. M.*

Supra arborem *Kansjera maram*, in cujus fructibus rotundis ſemina illa *Nuces Vomicæ* dicta inveniuntur, præcipue creſcit. *Radix* craſſa, fungoſa, crinita, carnea, nodoſa, rufa, muſcoſa, quâ ſe corticibus affigit, inſtar tuberis enim cum illis unitur, ſaporis ſubamari, odoris aquei. *Folia* plura ex nodo radicis proveniunt, ad longitudinem duorum triúmve pedum, latitudinem 2. dig. circa pedes anguſta, ad extremitates latiora, obtuſa, duabus futuris inciſa, glabra, nitentia, viridi-fuſca, craſſa, ſine coſtis, textura intus tenui, in longitudine filamentis oblongis repleta, ſucco viſcido, carne viridi, ſapore amaro, ſine odore. *Florum* caules quamplurimi, ſimplices, indiviſi è radice exeunt, nodo vel faſciculo gemmarum inſtructi, quæ in progreſſu ad pollicis latitudinem à ſe invicem diſtant, rotundi, virides, nitentes, hinc inde membranâ albâ tenui obtecti, quæ tegumentum gemmarum nodo adhuc contentarum fuerant, intus albi, lignoſi, clarâ viſcidâ aquâ repleti, ſaporis ſubamari. *Flores* hexapetali ſunt, multùm à ſe invicem differentes, petiolo ſex lacunis inſtructo inſidentes. Petalorum tria oblongo-anguſta ſunt, intus egregiè rubentia, oris albis, exteriori parte albo & viridi ſtriatâ, cui ſeſe rubicundus intermiſcet color, anteriori parte in acutum contracta, ſutura extuberante inſtructa: Ex adverſo horum petalum invenitur flavum, rubro colore quaſi lineatum, duabus auriculis inflexis. *Stamen* ſanguineo-rubrum eſt, tribus rotundis flavis globulis inſtructum, duo reliqua, quæ huic à latere ſunt, non tam longa, nec tam acuta ſunt, criſpata, alba, rubro colore interſtincta; ſine odore vel ſapore. *Fructus Talia Maravare* ſimiles, ſed multò craſſiores, in vertice coronam quaſi diviſam gerentes, virides, intus faſciculis parvis ſericeis repleti, in quibus *ſemina* pulveris inſtar includuntur, quæ, ut & fructuum cortex, rubeſcunt. Bis quotannis floret, menſibus nempe *Aprili* & *Octobri*, diu ſuperſtes eſt, tardè creſcit. Cùm *Caniram* arbori innaſcitur, planta amara eſt, flores inodori; cùm aliis arboribus, flores odoris ſunt fortis & grati.

Vires. In pulverem redacta cum Zingibere & aqua aſſumpta vomitum excitat, & diarrhœam, morbos inveteratos, vertiginem, oculorum caliginem & paralyſin curat.

P. 1205.

1. Cardamomum *Sirinamenſe* fructu cœruleo, *Curimiacu* Indigenis. D. *Herman.*

Radix craſſa, oblonga, tuberoſa, ſed ſaporis aromatici expers: *Caulem* & *folia* habet Zinziberi ſylv. ſeu Zerumbeth *Cluſii* & *Acoſtæ* ſimillima: *Flores* non in ſummitate caulis, ſed ſcapo peculiari è radice ſeorſim prodeunte, in parva ſpica diſpoſiti, floribus Zerumbeth haud diſſi-

diſſimiles. *Fructus* Pruni majoris magnitudine & forma, in 3 partes dehiſcunt, quorum cortex cœruleus, carnoſus, planè aromaticus includit *ſemina* grana Paradiſi tam facie, quàm ſapore ad amuſſim referentia, ſextuplici ſerie ſecundùm fructus longitudinem eleganter diſpoſita. Singulis ſeminum interſtitiis interjacens ſubſtantia alba fungoſa, qualis in fructu Cardamomi cernitur. Cortex fructus carnoſus expreſſus ſuppetit ſuccum cœruleum, quo Tinctores utuntur. Succus quoque ſordidis ulceribus inditus ea ad ſanationem perducit, acidum corroſivum corrigendo vi ſua ſalina, aromatica, acri.

P. 1202. Ad Cap. De Yucca.

1. Yucca *Virginiana*, foliis per ambitum apprimè filatis *Pluk. Almag. Bot.* Yucca foliis filamentoſis *Moriſ. hiſt.* 419. Vid. Aloen *Americanam* Yuccæ foliis *Slon.*

2. Yuccæ-folia filamentoſa & bulboſa, fortè Caraguata 2a. ſeu *Caraguata guacu* Piſonis 192. Yuccæ folio, folio in longiſſimum aculeum abeunte *P. B. P.* 386. Aloe arborea vulgò, *Pluk. Almag. Bot.* Vid. ſupra Aloen *Americanam* Yuccæ foliis D. *Sloane.*

3. Yucca *Americana* obtuſifolia *Munting. Herbar. Belgic.*

4. Yucca *Braſiliana* ſtellato mucronato folio *Ejuſd. ibid.*

P. 1203. Ad Cap. De Canna *Indica.*

1. Panambu-Valli *H. M.* P. 7. T. 53. Canna *Indica* florida, baccifera, fructu umbilicato, monopyreno, floribus racemoſis.

H. M.

Radix nodoſa albicans, tenui corticula ruffa obducta, fibras longas, craſſas, ex albo ſubflavas emittit. Oculi ad latera novos edunt caules, ſaporis ſubaquei. *Caules* teretes, glabri, ex viridi fuſci, parùm lignoſi, *Foliis* cincti arundinaceis, oblongo-anguſtis, in cuſpidem oblongum valdè criſpoſum & intortum ſtrictis, venis in longum ſtriatis, virore fuſco & nitente, *Mendoni* foliis prorſus ſimilia, niſi quòd hæc parùm fuſciora ſint. *Flores* in faſtigiis cauliculorum racematim viſuntur, primò albicantes, exin vireſcentes: petala rotundiora ſunt, parùm cuſpidata, circa ſe mutuò convoluta. *Stylus* craſſior, oblongus, viridis, qui germen fructûs eſt, ex vertice tria oblonga alba foliola ejiciens. *Stamina* 6, tenuiſſima, candida, oblongis, craſſis, ſubflavis *apicibus* dotata; odor gratus. *Fructus* in cacumine caulium racematim pendent, ſúntque baccæ rotundæ, ſpiculum & cum illo folia ſex in vertice gerentes, primùm virides, poſt rubicundi; caro intus vix ullius eſt momenti, nonnihil ſucculenta, ſaporis ſubſalſi, officulum unicum in ſe continens, grandius, rotundum, nucleo albicante inſtructum. Naſcitur circa *Cranganoor*, *Parou* & alia loca, plerunque vel florens, vel frugens.

2. Naru-Kila *H. M.* P. 11. T. 34. Cannæ *Indicæ* foliis, floribus Juncorum modo è ſinubus pediculorum foliorum erumpentibus.

Planta naſcens in aquoſis. *Radix* nigricans, fibris veſtita. *Caules* rotundi, aliquantulum complanati, glabri, virides, interiori ſuperficie cavi, intra cavitatem teneros recipientes caules, ſuperiori parte unico nodulo interſtincti, fungoſa intus albicante, aquea medulla. *Folia* ampla, oblongo-rotunda, cuſpidata, venis ſubtiliſſimis parallelis ex coſta media, quæ in recta parte eminet ad oras ſtriata, viroris ſaturi & nitentis, in averſa diluti ſurdi, foliis *Kattu-Bala* ſimilia ſed minora. *Flores* in caulibus propriis ſuis petiolis proveniunt, in illorum vertice quaſi faſciculus inſidentes, ex hiatu aperto caulis, qui circa geniculum videtur ſuperiorem, & intra quem priùs incluſi fuerant, tanquam vaginam ſeu theculam, infra folia emittentes, prodeunt calicibus oblongis, grandiuſculis, viridibus ac rubeſcentibus.

3. Canna *Indica* venenata, *Ourari* fortè Part. 8. *Ind. Occid. C. B. P.* **The Dumb Cane and Poiſon Cane.** Hanc plantam ad Arum refert D. *Sloane*, ubi ejus Hiſtoriam vide.

4. Canna *Indica* anguſtifolia flore flavo, foliis ſine pediculis, Acacoyotl ſeu Arundo vulpina altera *Hernandez.* apud *Reccum* 262. Lithoſpermum majus Arundinaceum *Indicum Terrent.* notis in *Hernandez.*

5. Canna *Indica* ſylveſt. fructu ſaxeæ duritiei, & gypſi inſtar manſu ſub dentibus ſcrupoſo **Wild Plantain** *Barbadenſibus* dicta *Pluk. Almag. Bot.*

6. Canna *Indica*, radice alba alexipharmaca *Slon. Cat. Jamaic. Indica* anguſtifol. pediculis longis, ad imum folium nodo ſingulari geniculatis *Pluk. Almag. Bot. Indica* antivenenata, Tupara Part. 8. *Ind. Occid. C. B.* **Indian-Arrow-Root.**

Radicem obtinet 2, 3ve uncias longam, geniculatam, pollicem craſſam, albam, conicam, unoquoque internodio ſemunciam longo ad genicula fibras plures, 2, 3ve uncias longas alimento hauriendo emittentem. *Folia* è radice emergunt varia, in pediculis 3 uncias longis, latis, ſe mutuò amplexantibus [ſeu exterioribus interiora obvolventibus] annulo albo ad folii ap-

positionem cinctis. *Folia* 4 uncias longa, duas lata prope basin rotundam ubi latissima, tenuia, nervosa, graminea, colore luteo-viridi; Cannæ *Indicæ* cætera similis est.

In Hortis *Jamaicæ* & insularum *Caribbearum* observavit D. *Sloane*: ex insula *Dominica* translatam. Ob insignem vim Alexipharmacam magni æstimatur, & ad vulnera venenatis sagittis inflicta, contusa & applicata ab *Indis* in frequenti usu est.

P. 1207. Ad Cap. De Cyclamino.

Cyclamen vernum spurium *Clus. hist. App. alt. auct.* 1289. Cyclamen foliis Violariæ, radice cordis effigie *C. B.* Cyclaminus vernus spurius, flore luteo *J. B.*

Venereus (inquit *Clusius*) è Pyrenæis montibus erutam Plantam mittebat, quum flavos flores proferre scribebat, & Cyclaminum vernum nominabat, quia ejus radix diversam habebat formam, nempe cordis, ut vulgo pingitur, quodammodo referebat. Prodibat autem ex hujus plantæ radice uncialis longitudinis *cauliculus*, tubi pennæ Gallinaceæ crassitudine, purpurascens, qui summa tellure in ternos aut 4ternos ramulos dividebatur tenues, virides, quorum longissimi 3 uncias non excedebant. Hos obsidebant *folia* viridia, longiusculo pediculo subnixa, Violæ Martiæ persimilia, 7 nervis prædita, in extremo mucronata, longiores ramuli circa summum fastigium 2 aut 3 flores herbacei coloris *Junio* mense ferebant.

P. 1209. Ad Cap. De Aro.

Arum in genere Planta est *Baccifera, monopetala, cucullata.* Floribus nempe ex oblongo, & in plerisque convoluto, petalo cucullum mentiente, & intermedio stylo cornu genitale seu pistillum referente constructis. Ari species omnes hactenus cognitas enumerabimus, præeunte D. *Paulo Hermanno.* Ari in genere quatuor species sunt, numerum 1. *Arum strictè sic dictum.* 2. *Arisarum.* 3. *Dracontium.* 4. *Colocasia.*

1. Arum absolutè sic dictum.

Hujus plurimæ sunt varietates.

1. *Arum rotundiore folio, maculis, harúmque colore in folio conspicuis varium, Herman. Parad. Bat. Arum venis albis* C. B.

Hujus varietates sunt,

2. *Arum venis albis, lituris nigris signatum Mor.* Hort. Blæs. *nigricantibus lituris, aliquando purpureis, signatum* C. B. Matth.

3. *Arum vulgare folio subrotundo, maculatum maculis nigris, spicâ violaceâ* Des Bertinieres *Joncq. Hort.*

4. *Arum venis albis maximum Italicum H. R. P.* majus Veronense *Lob.*

2. *Arum vulgare foliis longioribus, maculatum aut non maculatum;* cujus varietates,

5. *Arum maculatum maculis candidis* C. B.

6. *Arum maculatum maculis nigris* Ejusd.

7. *Arum vulgare non maculatum* Ejusd.

3. *Arum maximum macrorrhizon Zeylanicum* Herman. Parad. Bat. *maximum Zeylanicum foliis nervosis* P. B. P.

Radix à *Colocasia macrorrhiza* Alpini non multùm abludit, carnosa namque est, brachium crassa, transversim acta, foris flavescens, intus pallida, multis in superficie tuberculis & zonulis quasi geniculis notata. *Folia* ex tuberculis coacervatim prodeunt. Formâ quidem Arum æmulantur, ast longè ampliora sunt, amplitudine *Musæ* folia adæquantia, validissimis prominentibus nervis firmata, & ad ambitum undulata, læti pulcherrimique viroris. Horum prælongi excavati pediculi, parte inferiore, qua se prefissimè amplexantur, in caulis speciem coalescunt, qui nonnunquam crassitiem brachii, proceritatem trium pedum implet. *Flos* albicat & suavissimum odorem spirat. De cætero congeneribus respondet, sola magnitudine excepta. Consimile quoque habet temperamentum & facultatum harmoniam.

Exit in insula *Zeylan*, ad fossarum margines, ut & in paludibus, quæ æstate exarescunt. Promptè multiplicatur tuberculis à radice avulsis, & telluri insitis. *Belgicas* hyemes non fert.

Radicibus elixis siccatis, & à volatili acredine vindicatis Indigenæ vescuntur velut cæteris Ari generibus.

4. *Arum*

4. *Arum Indicum bicubitale amplo flore* Moriſ. *hort. Blæſ. Indicum magno flore* H. R. P.

Ab Aro *Æthiopico* flore albo odorato, moſchum olente *Hort. Lugd. Bat.* vix differt, niſi quòd flos inodorus aut minùs odoratus ſit.

5. *Arum Byzantinum* Cluſ. Huc ſpectare videtur.

6. *Arum Syriacum flore maculato* Herman. *Parad. Bat. Arabicum flore maculato* Hort. Oxon. *Pluk. Almag. Bot.* Orientale majus, Dracontii flore maculato *Moriſ. hiſt.* P. 3.

7. *Arum minus* Matth.

8. *Arum minus Zeylanicum Sagittariæ folii.* P. B. P. *Zeylanicum ſpinoſum Sagittæ foliis.* Kohi Wila *Zeyl.* Herman. *Parad. Bat.* Nelen Schena *H. M.* forté.

Radicem in obliquum agit longam, craſſam, multis quaſi geniculis cinctam, & quaquaverſum aculeatis tuberculis exaſperatam. *Folia* inſident pediculis ſpinoſis, pluſquam cubitum altis, Ari vulgaris longiora, nullis maculis infecta, parte inferiore, quâ pediculus inſeritur, auriculata, auriculis in longum mucronem acuminatis. *Flos* conſimilibus aculeatis pediculis incumbit, conſtans longiſſimo, in carinam excavato, & recto habitu ſurſum aſcendente petalo, ut & piſtillo parvo, craſſitie & longitudine vix digitum implente, qui ubi maturuit in craſſam & denſiſſimè compactam uvam extuberat.

Provenit in paluſtribus & umbroſis inſulæ *Zeylan.* Sapor acris & mordaciſſimus eſt cum vehementi faucium adſtrictione in receſſu.

9. *Arum bifolium Ægyptium* Herman. *Parad. Bat. Arum minus Ægyptium* Veſling.

10. *Arum bifolium Arabicum maculatum* Herman. *Parad. Bat. Arum Indiæ Orientalis* Ardabar *dictum, foliis ſecuris inſtar, maculatum* Mentz. Ind.

Deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1210.

11. *Arum Braſilienſe, anonymum, floſculis phœniceis elegantiſſimis, folio unico Colocaſiæ* Theatr. Braſil. Mentz. Ind.

12. *Arum Zeylanicum minus, Colocaſiæ foliis, pediculis punicantibus* P. B. P. Ghahala *Zeyl. Ceylonicum minus, pediculis nigricantibus, foliis Colocaſiæ ſimilibus* Comel. Cat. hort. med. Amſt.

13. *Arum Zeyl. minus Coloc. fol. pedic. viridantibus* P. B. P. *Arum Ceylon. min. cauliculis viridantibus, foliis Colocaſiæ ſimilibus Comel.* Hort. Med. Amſt.

Utriuſque Ari *Zeylanici* folia forma & lævore Colocaſiam imitantur, quanquam pediculi foliorum medio non inſerantur.

14. *Arum montanum Colocaſiæ radice rotunda* Herman. *Parad. Bat. montanum* Alpin. exot.

Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1211.

15. *Arum trilobato folio elatius & majus, Braſilianum* Herman. *Parad. Bat. Serpentaria Braſiliana triphylla* C. B. Prod. Dodart. mem.

Deſcriptionem videſis *Hiſt. noſt.* p. 1213. Hanc ex *Marilandia* habemus foliis in medio macula magna notatis.

16. *Arum trilobato folio elatius & majus, foliis latioribus* Herman. *Parad. Bat.*

17. *Arum trilobato folio humilius & minus Zeylanicum*, Panualla *Zeylan.* Herman. *Parad. Bat.* Nelen Schena *H. M.* Part. 13. nondum edita. *Serpentaria triphylla Zeylanica* Breyn. Prod. 2.

Herman.

Locis opacis irriguis inſulæ *Zeylan* provenit pumilum hoc Ari genus, quod *Zeylanenſibus Pannuala* nominatur. Id nominis meruit à putridorum ulcerum vermiculis *Pana* dictis, quos acris plantæ ſuccus interimit. *Ala* idem eſt ac radix, vel potiùs *Inhamo* ſeu *Ignome* Lusitanorum, quæ vox ad quaſvis radices tuberoſas, eſui aptas extenditur. Eſt enim *radiculis* albidis tuberoſis, oblongo-rotundis, plurimis invicem cohærentibus, Avellanæ & nonnunquam Juglandis nucis magnitudine, è quarum ſede numeroſæ craſſiuſculæ fibræ in terram deſcendunt. *Folia* prima pubertate emittit integra Aro vulgari ſimilia, aſt minora multò, per adoleſcentiam verò duplo aut triplo ampliora, & in duas tréſve profundas lacinias quaſi totidem folia diſſecta. Inſiſtunt hæc pediculis ſeſquipalmaribus, qui parte inferiori in profundam cavitatem ſulcantur. E ſingulis radicum tuberculis proſilit foliacea convoluta *vagina* ſenſim in mucronem

cronem turbinata coloris extrinsecus herbacei, cum intercursantibus rubescentibus striis, intrinsecus punicei holoserici pulchrè nitentis. Hæc dum solvitur demonstrat *Julum*, Aro vulgari graciliorem breviorémque, qui conspiciendus sic extat: Totus palmi longitudinem vix adæquat: inferiori parte nonnihil intumescit, & suave-rubentibus parvis acinis, concoloribúsque molleculis cirrosis staminulis circundatur, paulò supra contractior, levior & tenerior, & immaculato candore tinctus est: Media acinosus grandiórque apparet, roseo colore palchrè nitens. Tandem in spicam desinit, productiorem, longitudine digiti, levem, glabram, intensè rubram, quæ faciem pistilli seu genitalis refert. Hæc dum marcescunt sequuntur baccæ, magnitudine & facie formicarum ovis haud absimiles, coloris albidi. Ari congenerum more instar botryos congestæ, binos oblongos arillos continentes, è quibus in terram nutricem procidentibus foliola *cochleariæ* progerminant. Tota planta gustus fervidi ac mordacis est, Ari & Dracunculi viribus respondens. Incolæ radices vel coctas, vel sole siccatas, atque adeò acredine orbatas esitant.

Hactenus in *Belgio* hospitari non didicit; nam vel leviſſimum frigus reformidans perit.

17. Arum triphyllum *Virginianum*, flore pallido, pistillo atro-rubente *Morisf. hist.* P. 3. Hoc à D. *Banister* è *Virginia* transmissum; *radicem* habet Ari similem, subrotundam tuberosam, non sine adnexis fibris. *Caulis* ex apice oritur dodrantalis & pedalis, inferiùs maculatus, erectus, politus, in quo folium expanditur, in 3 partes divisum. Harum autem quælibet, 4 uncias longa, binásque lata, utrinque mucronata, 4 venis per longum decurrentibus, plurimísque fibrillis intermistis notatur. Flos in proprii pediculi palmaris summo, Ari vulgaris ritu, pallidè viresçit, pistillum in medio ex atro-purpurascentem haud longum continens.

18. Arum minus *Benghalense*, Colocasiæ foliis: an *Talasse* Indorum *Linschotani Ind. Orient.* Part. 4. Tab. 15? *Pluk. Almag. Bot.*

19. Arum *Annaboense* pumilum *Hort. Beaum. Tliltollin Novæ Hispaniæ* Terent. apud Recchum. p. 430. *Ejusdem ibid.*

20. Arum aquaticum *Virginianum*, foliis longis fluctuantibus, pene non cucullato: an Colocasia hederacea sterilis *Plumier*? nostra verò non est sterilis *Ejusd. ibid.* ubi reliqua vide. Fructus *Kuttanem mons* ab Indigenis nuncupatur.

21. Arum moschatum ophiogloſſoides, seu pene nudo *Jamaycense*, an meliùs Ophiogloſſum moschatum *Jamaicense*, Limonii foliis, in extremo sinuatis *Pluk. Phyt.* Tab. 77. F. 6. Fortè Saururus humilis folio carnoso subrotundo *Plumier*. Vid. Arisarum.

22. Arum aquaticum, foliis in acumen desinentibus, fructu viridi *Morisf. hist.* P. 3. Plantam hanc *Virginiæ* alumnam communicavit D. *Banister*. Radix arundinacea & geniculata *folia* è rotunda basi in acutum mucronem desinentia emittit, fructúsque virides. An verò in rubedinem maturitate transmutentur necne, nobis nondum est compertum. D. *Bobart.*

23. *Arum Africanum flore albo odorato P. B. P. Æthiopicum flo. albo odorato Commelin.* Hort. Amst. rar. *flo. albo odorato, moschum olente* Hort. Lugd. Bat. *Commel.*

Radix vulgaris Ari similis est, sed duplo major; è qua *Folia* aliquot pediculis longioribus fulta enascuntur, lævia, glabra, nitentia, dilutè viridia, Ari majoris æmula, ast productiora, in extremo claviculâ quadam in gyrum circumactâ donata, non minùs ac radix acredine sua post masticationem fauces linguámque vellicantia, & quasi transadigentia. Inter folia *caulis* exsurgit, bipedalis & procerior, teres, glaber, nitens, foliis concolor, in cujus fastigio è tunicæ membranaceæ seu vaginæ medio pistillum nudum eminet, colore subluteo, in cujus ambitu *flosculi* producuntur, iisque marcescentibus succedunt *fructus*, quos ob cœli inclementiam, æstatisque brevitatem ad maturitatem nunquam perduximus. Radix vivax nova quotannis promit folia, prioribus marcidis & corruptis.

Notatu dignum existimo, quod in hisce foliis observavi, nempe si nimis irrigetur planta, per claviculas suas superfluam humiditatem guttatim eructari, & quasi destillari limpidam & gustu acrem.

Ab Aro Indico amplo flore *Morisf. hist. Blæs.* vix discrepat nisi floris odore gratissimo.

24. Arum saxatile majus, foliis rotundioribus, fructu purpureo *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Tria quatuórve *folia* ab eadem *radice* exoriuntur, pediculis pedem longis insistentia, Ari vulgaris similia sed majora, auriculis rotundioribus, duos pedes longa, ab apice sc. pediculi ad punctum extremum subrotundum ei oppositum; unam lata, ab una rotunda auricula ad alteram mensurâ sumptâ quodammodo cordiformia, costis elatis à pediculi apice tanquam centro communi per totum folium excurrentibus. *Flos* & *fructus* Ari vulgaris, acini duntaxat seu baccæ eleganti ordine in pistillo pedem longo dispositæ sunt, ad basin ampliores quàm ad verticem, atropurpurei aut fusci coloris.

Locus. In sylvis umbrosis saxosis prope *Guanaboa*, necnon ad ripas fluvii Hope-River dicti in *Liguanee.*

25. Arum

25. Arum minus Nymphææ foliis, eſculentum *Slon. Cat. Jamaic.* Braſſica *Braſiliana*, foliis Nymphææ *C. B. pin.* p. 111. Braſſica folio Nymphææ Cajou-a *J. B.* Tom. 2. lib. 21. p. 835. Taja-oba 1a *Piſon. Marcgrav.* Arum *Ceylonicum* minus, cauliculis nigricantibus & viridantibus, foliis Colocaſiæ ſimilis *Commelin. Cat. Amſtel.* **Indian Caile or Tajas the leſſer.** Marcgravii deſcriptionem videſis *Hiſt. noſt.* p. 1334.

D. *Sloane.*

Radix huic tuberoſa, parva, Juglande tamen major, *folia* protrudit plura in pediculis pedem circiter longis à terra elata, *Colocaſiæ* perſimilia, duntaxat minora, luteo-viridia, colore, figura, coſtis, &c. Nymphææ albæ foliis ſimillima. *Flores* & *fructus* peculiari ſurculo ſeu pediculo inſident, ut in reliquis Aris.

In pleriſque hortis olitoriis diligenter ſeruntur & coluntur hæ plantæ. Radices eſitantur quemadmodum Battatæ; præcipuus tamen uſus eſt foliorum, quæ cocta & cum Butyro condita in deliciis ſunt, ſapore admodum jucundo & palato grato. Alvum laxant.

26. Arum minus eſculentum, Sagittariæ foliis viridi-nigricantibus *Slon. Cat. Jamaic.* minus Sagittariæ foliis ex Inſula *Barbados* Plukenet Phytogr. T. 149. F. 2. Taja-oba 2da *Marcgrav.* p. 35. *Piſon.*

In omnibus præcedenti ſimilis eſt, *folia* duntaxat longiora ſunt, anguſtiora, nec adeò rotunda, Ari vulgaris ſimiliora, lævia, obſcurè admodum viridia, mollia & ſuperficie nonnihil corrugata, cum linea elata ſeu limbo circa margines.

Utrumque genus folio eſt lacteſcente, autore *Marcgravio*, qui foliorum pediculos *caules* vocat, ob longitudinem ſci. & craſſitiem.

D. *Hermannus* in *Parad. Bat.* tres ſpecies *Taja-obæ Marcgravii* & 4tam, quam *Piſo* adjunxit, *Colocaſiæ* ſi non *Aro* ſubjiciendas eſſe conjectatur, & rationes addit. Verùm Dominus *Sloane* rem extra dubium ponit, ex autopſia & plantarum ipſarum inſpectione; ut argumenta ad id probandum congerere ſupervacaneum ſit.

27. Arum arboreſcens Sagittariæ foliis *Plum.* Braſilianum arboreſcens foliis Sagittariæ *P. B. P.* an Aninga *Marcgrav.* & *Piſonis*?

Locis humidis & paluſtribus oritur, *radice* craſſa, bipedali, foras ſubalbicante & nodoſa, intus albâ, tenerâ, ſubdulci. *Caule* aſſurgit plerunque ſingulari, duos digitos craſſo, 5 aut 6 pedes alto, ſatis firmo, tereti, nodoſo, Arundinis ferè inſtar cortice æquali, viridi, cinereo, ſubſtantia interiore carnoſa, filamentoſa. *Folia* versùs extrema caulis & ramorum ſita ſunt, ad 5 aut 6 circiter pedum longitudinem extenſa, *Sagittariæ* foliorum ferè figurâ, glabra, membranacea, ſubtus clariùs viridia, coſtis & nervis elatis intertexta, ſupernè virore paulò obſcuriore imbuta, pediculo pedem circiter longo, vaginæ inſtar ab imo ad medium efformato, reliqua parte tereti, 3 aut 4 lineas craſſo. *Fructus* pediculis innaſcuntur noſtratis Ari valdè ſimilibus, involucro pariter folioſo incluſi, circa mediam partem conſtricto Cucurbitæ lagenariæ in modum, acuminato, corii inſtar ſpiſſo, æquali & lævi, foras viridi, intus albicante, fundo obſcurè ruſſo. *Fructus* incluſus piſtillum refert, duos circiter pollices longus, unum & dimidium craſſus ſubflavus, & figuris hexagonis diviſus, 4 plus minus lineas extenſis, cum parvula foſſa in media area. Piſtillus iſthic alium ſuſtinet paulò longiorem & tenuiorem, vertice obtuſo, media parte tumidiuſcula & velut inflata, pallidum, foras reticuli in modum radiatum; qui prorſus exareſcit, ipſe in racemum quendam excreſcit è pluribus baccis, Cicerum noſtratium magnitudine, compoſitum, omnibus in formam oblongam [*pannelli*] cæſis, colore purpureo, carne valdè tenera & ſucculenta. Fructus linguam urit & pungit, quamvis radix boni ſit ſaporis.

28. Arum cauleſcens, Cannæ Indicæ foliis *Plumier.* vide Aninga Piſonis, aut potius Aninga-iba.

29. Arum caule geniculato, Cannæ Indicæ foliis, ſummis labris deguſtantes mutos reddens *Slon. Cat. Jamaic.* Cannæ ad ripas fluminis *Caurwo*, Sacchari cannis ſimiles, venenoſæ & linguam ſupra modum inflantes, & loquendi facultatem impedientes *Laet.* p. 646. Arum cauleſcens Cannæ Indicæ foliis *Plumier*? An Aninga-iba *Marcgrav*? 2da Piſonis p. 220. **The Dumb-Cane.**

D. *Sloane.*

Ad 5 circiter pedum altitudinem aſſurgit, *caule* geniculato, intensè viridi, ſuculento, ſolido, craſſitudine pollicari, ima parte foliis viduo, versùs ſummitatem folioſo, *foliis* amplis, pediculis inſidentibus, ad baſin ſubrotundis, indeque paulatim anguſtatis ad apicem uſque, Cannæ Indicæ nonnihil ſimilibus, verùm multò craſſioribus. In ſummo caule inter folia exeunt *flores*, deinde *fructus*, per omnia reliquis Aris ſimiles.

Locis humidioribus Inſulæ *Jamaicæ* ubique reperitur.

Canna hæc cultro diſſecta & linguæ apici admota, perquam moleſto doloris ſenſu eam afficit, glanduláſque & ductus ſalivales adeò vehementer irritat, tantúmque tumorem excitat, ut quo deguſtaverint ad aliquod tempus loqui non poſſint, ſed ore ſaliva manante aliquandiu exſpuere coguntur, ſymptomate paullatim ceſſante. Taleolæ caulis diſſectæ balneis & fomentationibus pro cruribus hydropicis induntur, & contrà hunc morbum multùm valere creduntur.

Hanc

Hanc plantam pro *Cannæ Indicæ* ſpecie habuere plerique Botanici, unde à C. *Bauhino* in pinace *Canna Indica venenata*, Ourari forte Part. 8. Ind. Occid. denominatur, & à vulgo noſtro **Dumb-Cane** & **Poiſon-Cane** i. e. *Canna muta* & *Canna venenata* dicitur, verùm erroneè, ſiquidem Ari ſpecies eſt, ut in ejus deſcriptione luculenter demonſtrat D. *Sloane*. At nec veriſimile eſt Cannæ alicui tantam acredinem ineſſe, verùm omnes ferè Ari ſpecies linguam vellicant & compungunt, præſertim ſi verno tempore deguſtentur, durante per aliquot horas acri & moleſto doloris ſenſu.

30. Arum foliis rigidis anguſtis & acuminatis *Plumier*.

Plures habet diverſæ magnitudinis *radices*, aliis alias intermixtas, foris ruffas, intus albas. *Folia* emittit plura, ſeſquipedalia plus minùs, tres pollices lata, acuminata, erecta, ſolida, craſſa, lævia, pulchrè viridia, & velut introrſum replicata, pediculis inſidentia pollicem circiter longis, 4 plus lineas craſſis, & caudæ in modum plicatis versùs folii initium, quod nervum habet ſecundùm longitudinem, in acutum elatum, cum ramulis tranſverſis vix apparentibus. Inter folia pediculi aliquot ſatis longi exoriuntur, lineam unam craſſi, unuſquiſque *fructum* ſuſtinens, per maturitatem 9 aut 10 propemodum digitos longum, pollicem craſſum, teretem, in obtuſum mucronem ſenſim faſtigiatum, è folio membranaceo pro involucro inſerviente, per totum lineis ſpiralibus inciſum, quæ ſe mutuò decuſſantes efformant quadrata reticularia, trium aut quatuor linearum magnitudine, colore pallidè violaceo ; quorum unumquodque areâ ſuâ *baccam* continet, Piſi magnitudine, parvi cordis figurâ, colore Amethyſtino, mollem, æqualem, lucidam, ſucco candido & mucilaginoſo repletam, duo *ſemina* nigra lonngiuſcula claudentem. Fructus & folia linguam pungunt & vellicant aliquandiu poſtquam maſticati fuerint.

In foreſtis humidis, & ſuper arborum vetuſtarum truncos.

Plures in hiſce Inſulis Plantarum ſpecies habentur quæ eodem modo creſcunt, foliis nimirum in modum Aloes vulgaris diſpoſitis, & truncis arborum adnaſcentes.

31. Arum hederaceum amplis foliis perforatis *Plumier*. Lignum colubrinum primum *Acoſtæ*. Clematis foliis Vitis, colore Dracunculi C. *B*.

Arborum truncis hederæ in modum adhæreſcit. *Caulis* qui ſerpendo in altum enititur, pollice paulò craſſior eſt, & velut ſquamoſus videtur à veſtigiis foliorum quæ deciderunt ; eſtque paullum rugoſus, ſubcinereus ; foliorum tamen delapſorum ſedes virides ſunt & foraminulis multis parvis punctatæ. *Radices* ab utroque latere ſpargit, pleraſque tenues & breves, nonnullas oblongas & pennâ ſcriptoriâ craſſiores, ruffas, valde flexiles, truncis arborum adhærentes. Subſtantia caulis interior candida eſt & carnoſa, fibris intermixtis. *Folia* emittit alternatim creberrima, præcipuè versùs faſtigium, ſequipedali ferè longitudine, 9 aut 10 digitos lata, extremitate acuminata, ad pediculum rotunda, (qui pedem circiter longus eſt, & digitum minimum craſſus, à medio ad imum canaliculatus, reliqua parte rotunda, & ad locum ubi folio inſeritur paullum intumeſcens) glabra, membranoſa, tenera, amœno virore tincta, ſupernè quàm ſubtus clariore, nervo medio & ramis multis indè procedentibus elatis, obliquis, firmata. Modus quo ad latera perforantur valdè notabilis eſt. E ſinu foliorum ſuperiorum exit involucrum quoddam, nimirum folium paulò ſpiſſius reliquis, & illis ſimile, (quod includit fructum *Ari vulgaris*) ſemipedale ſubſtantiâ membranoſâ, foras viride, intus flavum, ſplendens & valdè læve ; quando ſe aperit, *fructum* oſtendens ſtructuræ mirabilis, frumenti Turcici ſpicæ perſimilem, formâ cylindricâ, verùm extremo rotundatum, 5 circiter pollices longum, diametro pollicari, valdè tenerum, glabrum, colore aureo, figuris hexagonis, Lenticulæ magnitudine, ad modum cellularum ſavi diſpoſitis, inſculptum. In medio uniuſcujuſque figuræ habetur velut parva pyxidula, paulò longior quàm lata, colore cyaneo. Fructum maturitatem adeptum non vidit. Multis *Martinique* in locis invenit Auctor.

32. Arum hederaceum, foliis biſectis rigidis & ſulcatis *Plumier*.

Caulis ſeſquipollicari circiter craſſitie eſt, pluribus valde longis *radicibus* truncis arborum fortiter adhæreſcens ; cortice cinereo, toto pulverulento, valdè inæquali & aſpero ob foliorum delapſorum veſtigia tectus, Subſtantia interiore alba, quàm præcedentium multò fibroſiori ; versùs extremum 7 aut 8 *folia* geſtat, (unumquodque pediculo nixum ſeſquipedali plus minus, 4 lineas craſſo, ad baſin velut inflato, poſtica parte teretiuſculo, antica ſulcato) 2 ½ pedes minimum longa ; latitudo maxima 8 pollices non excedit. Ad medium uſque fiſſa ſunt, & folia duo Lilii convallium ad imam pertem juncta referunt. Pediculus in nervum producitur ad fiſſuram uſque excurrens ; à nervo autem uſque ad extremum folia plicata ſunt Palmæ minoris C. *B*. aut Ventilabri in modum, valde rigida, lucida, ſupernè clariùs, ſubtus obſcuriùs viridia. Inter foliorum pediculos *fructus* aliquot exeunt, qui deorſum vergunt, & pediculis adnectuntur ſemipedem plus longis, 3 aut 4 lineas craſſis, duobus tribúſve in locis articulatis, & ad unumquemque articulum folio ornatis concavo, longo, anguſto, caneſcente. Omnia hæc folia fructus primulum natos obvolvunt, quemadmodum illa quæ ſpicam frumenti Turcici amplectuntur. Fructus iſthic cylindricus eſt, 4 plus minus pollices longus, diametro pollicari, extremo obtuſo : Cum ex involucro erumpit totus contegitur filamentis multis, ſatis longis & pilorum inſtar tenuibus obſcure ruffis & criſpis velut * *Perucæ*. Pilis delapſis totus hic cylindras nudus & detectu, cælaturâ admirabili inſculptus

* *Capillitii factitii.*

ſculptus apparet, h. e. in ſpatia quadrata reticulatim diſpoſita diviſus, 3 aut 4 lineas ampla, quorum fundus viridis, angulorum interiorum [unuſquiſque] ſculpturâ exaratus denticulata, elatâ, & quæ totum fundum occupet; in medio velut in ſcuti plano apparent 4 pyxidulæ, coloris fuſci, longiores quam ſint latæ, in crucis S. *Andreæ* formam diſpoſitæ, cum parva in unoquoque angulo eminentia carunculæ cuidam ſimili. Nec hujus fructum maturum vidit Auctor.

Invenitur in foreſtis *de la Cabs terre.*

33. Arum hederaceum triphyllum & auritum *Plumier.* An Ar. max. ſcandens, geniculatum & trifoliatum, foliis ad baſin auriculatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Eodem quo præcedens modo arborum truncis ſe affigit & irrepit. *Caulis* plus digitum craſſus eſt, teres, è viridi cinereus, lævis, eadem cum reliquis ſubſtantiâ, [medullâ ſpongioſâ ſucco lacteo *Slon.*] pluribus nodis annularibus, ſibi mutuò valde vicinis, interceptus. Nodus unuſquiſque *radicem* emittit longam, lineam circiter craſſam, plurimas fibras quaquaverſum extendentem. [Ex unoquoque articulo exeunt 5 aut 6 claviculæ, quarum ope arbori cuivis proximæ arctè & firmiter adhæreſcit, ad 20 aut 30 pedum altitudinem perſæpe aſſurgens. D. *Sloane.*]

Foliorum pediculi cum decidunt notas quaſdam & velut veſtigia ſua in caule relinquunt. *Folia* extremis ramis innaſcuntur, alterno ordine, ſibi invicem proxima, (pediculis duos prope pedes longis inſidentia, initio valdè lato caulem amplexis, canaliculi in modum excavatis ad tertiam ferè partem, deinde rotundis, duas circiter lineas craſſis) Ari vulgaris conſiſtentiâ valde lævia, haſtæ cuſpidis ferè figurâ, 9 aut 10 circiter digitos longa, & dimidium ferè pedem lata, ab utroque latere folio minore ſtipata; & ad pediculum auriculâ quadam parvâ. Nervus folium ſecundùm longitudinem percurrens ab utroque latere venas aliquot tenues & obliquas emittit, quæ in coſtam quandam ſeu limbum totum folium circundantem terminantur. Inferior folii ſuperficies pulcherrimo virore tingitur, ſuperior paulò ſaturatiore. Juxta foliorum pediculos naſcuntur *fructus*, Ari ſimiles; quorum involucrum 9 aut 10 digitos longum eſt, ad tertiam circiter partem velut conſtrictum, tam intus, quam foràs glabrum, pulchrè viride, verùm medietas inferior intus coloris eſt flammei amœniſſimi, reliqua pars pallidè viridis: Intus includit bina velut piſtilla ſimul juncta, mediante collo valde anguſto, coloris miniacei, cylindrica, 7 aut 8 pollices longa, digitum plus medium craſſa: ſuperius duplo longius eſt quàm inferius, tantillo tumidius circa mediam partem, & ad extremum obtuſum, velut deauratum & inſculptum duabus lineis ſpiralibus, una dextrorſum, altera ſiniſtrorſum aſcendente, quæ reticulum quoddam componunt, cujus maculæ ſeu ſpatia quadrata per quandam ſuturam velut è conjuncta ſunt; unumquodque autem in medio foraminulum habet valdè profundum: inferius in ſpatia hexagona oblonga dividitur, colore viridi amœno; quorum extrema in ſe mutuo incurrunt & in uniuſcujuſque fundo cubat tuberculum hemiſphæricum, parvum, valde album, ut appareat velut margaritam ſmaragdo inſertam. Fructum maturum non vidit Auctor. Tota planta ſuccum lacteum acrem fundit.

In pluribus foreſtis inſulæ *Dominici*, præſertim juxta rivos, & in locis humidis.

34. Arum ſaxatile repens minus geniculatum & trifoliatum *Slon. Cat. Jamaic.*

Superiùs deſcriptæ in omnibus ſimilis eſt, duntaxat minor. Folia autem auriculis carent; & ſegmenta tria in quæ dividuntur ſibi invicem æqualia ſunt.

Secus viam qua versùs 16 Miles-walk itur in ſylvis ſaxoſis & umbroſis reperitur.

35. Arum *Americanum*, foliorum auriculis magnis, ſubrotundis, ex Inſulis *Caribbæis*, *Pluk. Mantiſſ.*

36. Arum *Americanum*, latiore folio, radice eſculenta *Pluk. Mantiſſ.* Arum Byzantinum *Cluſ. hiſt.* huic noſtro (inquit) optimè convenit.

37. Arum majus paluſtre, *Ægyptiaci* facie, radice arundinacea, inſulæ *Johannæ Pluk. Mantiſſ.*

38. Arum aquaticum minus ſeu Ariſarum fluitans, pene nudo, *Virginianum D.* Baniſter *Ejuſd. ibid.*

39. Arum ſeu Ariſarum *Marianum* triphyllum flore ſtriis purpureis eleganter virgato *Ejuſd. ibid.* Idem fortè (inquit) præcedenti, i. e. Aro ſeu Ariſaro triphyllo minori, pene atro-rubente *Virginiano Phytogr.* T. 75. F. 5.

40. Arum ſive Ariſarum *Virginianum*, Dracontii foliis, pene viridi, longo, acuminato *Pluk. Phyt.* T. 271. Hoc, quod è *Virginia* à D. *Jo. Baniſter* tranſmiſſum eſt, *caule* aſſurgit tenuiori, cui folium, ut plurimùm ſingulare, digitatum, in 5, 6ve partes rectas & oblongas diviſum, pediculo longo adhærens inſidet. Ad eundem exortum etiam enaſcitur petiolus alter gracilis Ari theculam membranaceam brevem ſuſtinens, quæ piſtillum tenuem & acutum, viridiſque coloris, triplo fere ipſa longiorem, amplectitur. D. *Bobart.*

41. Arum *Orientale* minus, flore maculato *Moriſ. hiſt.* P. 3. Hujus folia longa, quàm majoris Syriaci anguſtiora, immaculata. *Vagina* ſeu thecula foliacea longa acuta & anguſtior eſt, extra vireſcens, intus è rubeſcente aut punicante colore, nigris quoque maculis infecta. Piſtillum longum, tenue, cornutum nigreſcit. *Radices* ampliores lateraliter ſtolonibus ſe propagant, ut in aliis congeneribus fieri amat. D. *Bobart.*

42. Arum minus *Orientale* longiùs auriculatum *Rauwolf.* Hort. ſicc. *Moriſ. hiſt.* P. 3. Huic folia haud magna ſunt, ſuperiori parte anguſta, inferiùs verò in longas auriculas, non deſcendentes, ſed lateraliter extenſas, diſtribuuntur. Flos vulgaris minor eſt flore. D. *Bobart.*

43. Arum minus *Orientale*, rotundioribus foliis *Rauwolf. Hort. ſicc.* Foliis præſertim diſtinguitur, quæ præcedentium minora, breviora, & rotundioribus cuſpidibus circumſcripta ſunt.

Ariſarum.

Formâ Arum mentitur, ſed partibus omnibus, præcipuè flore & fructu, minus & gracilius eſt.

1. *Ariſarum latifolium primum* Cluſii, *latifolium alterum C. B.* Foliis longioribus.

2. *Ariſarum latifolium alterum* Cluſii, *latifolium majus C. B. Foliis rotundioribus & amplioribus.*

3. *Ariſarum paluſtre, radice arundinacea* Herman. Parad. Bat. *Dracunculus paluſtris* ſive *radice arundinacea, C. B.*

4. *Ariſarum anguſtifolium* Cluſii, *Dioſcoridis fortè C. B.* Fructu albo.

5. *Ariſarum cum flore* Myconi *anguſtifolum* Hiſt. Lugd. Fructu rubro.

6. *Ariſarum anguſtifolium aliud, Promontorii magni* Griſleii Virid. Luſit. *An Ariſarum foliis longis anguſtiſſimis gramineis flori ſuccedentibus Mentzel.* pugil.

7. *Ariſ. anguſtifolium minimum Boccon.* Plant. rar. Sic. &c.

8. *Ariſ. Potamogeti folio* Ejuſdem ibid.

9. *Ariſ. minus proboſcideum.* Ejuſd. Muſ. plant. rar.

Differt (inquit) à noſtra Potamogeti folio Sicula notâ illâ proboſcidis & foliorum formâ. Ex Adverſar. *P. Barelier.*

10. Serpentaria minor ſaxatilis *Sicula*, Ariſari anguſtifolii foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 87.

Provenit hæc planta in montibus & locis ſaxoſis, duo triáve m. p. à *Panormo* diſtantibus. Invenitur etiam in inſula *delle Femmine* à vico *di Capaci* duobus ſolùm Milliaribus, à *Panormo* autem decem remota. Circa Autumnum progerminat & è ſolo natuli protrudit primò ſpatham ſeu Cornu perfoliatum, rubicundum, in qua ſemper includitur lingua quædam, formâ tereti & acuta, velut cauda muris ſubtiliſſima. Lingula hæc rufeſcit, & ſpathæ ſeu involucri cornuti longitudinem creſcendo excedit. Ad baſin involucri obſervantur duæ tréſve membranæ ſubtiliſſimæ, tunicularum Cepæ albarum ſimiles, & ad modum exordii foliorum Iridis diſpoſitæ. Productio hæc cornuta & rubeſcens ſæpiùs procumbit, interdum tamen erigitur. Quadraginta circiter poſt primum exortum diebus *folia* emittit, 5 aut 6 uncias longa, unam lata, ad modum Ariſari anguſtifolii. *Radix* foliorum reſpectu grandis eſt, craſſitiem tamen plerunque *Nucis Moſchatæ*, aut *Caſtaneæ* non ſuperat, in terram profundè acta, ad 4 aut 5 ſci. uncias Geometricas, & formam *Panis porcini* aſſumit. In inſula *delle Femmine* primo vere obſervavi non ſemel ad latus radicum hujus vetuſtarum & putreſcentium loculum quendam aut burſam adfitam, nuclei *Dactyli* magnitudine, figurâ cylindricâ, in qua invenirentur 20 aut 25 ſemina, magnitudine ſeminum *Daturæ*, colore flavo; quæ ſemina fuiſſe credidi à radice producta, ad imitationem *Arachidnæ*, aut ova ibidem depoſita pro plantæ propagatione, ut accidit in *Tuberibus* & Bulbis. Differunt, quòd omnia ſimul ſtipata includantur in una burſa cylindrica, non ſparſa, diviſa, aut nuda.

11. Arum minimum ſeu Serpentaria minima acaulos, Vere & Autumno florens *Hort. Cath.* aphylla, deflorens verò Ariſari anguſtifolii foliis. An Ariſarum alterum *Matth?*

12. Nir-

12. Nir-Tsjenbu *H. M.* P. 11. T. 16. Ariſarum Indicum cum piſtillo rubro, pediculo globulo adhærente. *Commelin.* notis.

Planta aquatilis eſt. *Radix* aquoſa, carnoſa, albicans, plurimis fibris albicantibus ſe fundo aquæ affigens. *Folia* caulibus, qui è radice oriuntur, ac viridi-albicantes, molles ac intus fungoſi ſunt, ſurrecta inſident, ſuperiori parte viridia, inferiori (ubi multis eminentibus obducuntur coſtis) rubro-cœruleſcentia, haſtiformia, craſſiola. *Flores* caulibus, qui e radice oriuntur, inſident, in propriis ſuis, ac viridibus involucris, ſuntque ligulæ oblongæ, rotundæ, albicantes, carnoſæ, quæ pedunculo ſtrictiore ex craſſo, rotundo, rubro, ac bulbulis ſcabroſo nodo emicant.

13. Nelen-Schena minor *H. M.* P. 11. T. 17. Ariſarum Indicum petræum humile, radice fibroſa, piſtillo rubro adhærente, granulis purpuraſcentibus.

Plantula eſt humilis, naſcens in arenoſis & petroſis. *Radix* fibris oblongis albicantibus veſtita. *Folia* in petiolis versùs inferiora incurvatis, candidis, aqueis, theciformis cavitatis, ſuperiora versùs viridibus, proveniunt, oblonga, anguſta, obtuſo cuſpide, ſinuoſa, nonnihil nitentia. *Florum* loco in oblongo, folioſo, theciformi, viridi-diluto involucro, cujus collum inferius inflatum eſt & rubeſcit, & hiatu è vertice versùs inferiora ſe magis magiſque aperit, reconditus eſt *ſtylus* oblongus rubeſcens, ſuperiori parte capitulo flavo, inferiori in colli foliacei parte, gemmulis oblongis, paulò infra capitulum nodo theciformi, qui oblongus & gemmulis q. granulatus, incarnatus & ſubpurpureus eſt, circundatus.
Potio ex foliis præparata colicos mitigat dolores. *Virel.*

14. Arum ſeu Ariſarum triphyllum minus, pene atro-rubente *Virginianum Pluk. Phyt.* T. 77. F. 5.

15. Arum ſeu Ariſarum *Virginianum* Dracontii foliis, pene viridi longo acuminato *Baniſteri Ejuſd.* T. 271. F. 1.

16. Ariſarum fluitans pene nudo *Virginianum Baniſteri Cat. Virgin. Mſſ.* & Arum moſchatum ophioglosſoides pene nudo *Jamaicenſe Pluk. Phyt.*

An meliùs Ophioglosſum moſchatum Jamaicenſe, Limonii foliis in extremo ſinuatis *Pluk.* T. 77. F. 6. Fortè Saururus humilis folio carnoſo ſubrotundo *Plumier.* Hujus meminimus inter Ari ſpecies.

Colocaſia.

Colocaſia ab Aro diſtinguitur Foliis umbilicatis lævibus, nullis maculis aut lituris infectis; pediculis non in extremo ut in *Aro*, ſed pænè in folii medio, ubi umbilicus eſt, more Cotyledonis, ſe inſerentibus; Floribus nunc ſingulatim, nunc pluribus ex uno folliculato pediculo egredientibus; ſtylo intermedio Aro craſſiori & breviori, in tenuem mucronem gracileſcente.

1. *Colocaſia ſtrongylorrhiza* Alpin. exot. *Arum maximum, vulgò Colocaſia* C. B. *pediculis viridantibus.*

2. *Colocaſia* ſtrongylorrhiza *Zeylanica, pediculis & limbis foliorum atro-punicis* Herman. *Parad. Bat. Arum maximum Ægyptiacum, quod vulgò Colocaſia, caulículis nigricantibus* Hort. Lugd. Bat.

A priore differt pediculis & limbis foliorum, nunc puniceis, nunc atro-puniceis, nunc prorſus atris.

3. Colocaſia hederacea ſterilis latifolia *Plumier.*

Florem fructúmve rariſſimè profert, non ſecùs quàm *Colocaſia Ægyptiaca;* cui folia conſiſtentia ſimilia obtinet. Hæc & tres ſequentes plantæ inter ſe plane ſimiles ſunt creſcendi modo. Rupibus aut arboribus adhæreſcunt Hederæ noſtratis inſtar, foliis tamen differunt. *Radices* præcipuæ, h. e. quæ intra terram conduntur, ejuſdem proximè figuræ ſunt & craſſitiei cum caulibus, longi, nodoſi, albicantes, ab unoquoque nodo tres aut 4 radiculas longas, teretes, albas, teneras, vermiculis longis ſimiles, protrudentes. Una planta non plures uno plerunque caules emittit, qui arborum truncis in longum irrepit, teres, pollicis craſſitudine, ſubſtantia interiore carnoſâ, albâ, ſucculentâ, fibris nonnullis intertextâ, foràs glaber, viridis, nodoſus Arundinum noſtratium ferè inſtar. Nodi à ſe invicem pedali ferè intervallo diſtant, foſſulâ parva in ambitu excavati, qui ſulcum baſis columnæ bene repræſentat. Præterea iis in locis ubi arboribus aut rupibus affiguntur, ſcuti ovalis in modum complanati ſunt. Scutum hoc duabus membranis tegitur, interiore valde tenui, colore caſtaneo, oris criſpis; exteriore ſpiſſiore, & caneſcente. Ad latus hujus ſcuti plures exeunt radiculæ, longæ, ſeſquipollicares circiter, Fiſcellæ vulgaris magnitudine, omnéſque ad

idem latus converſæ. Ab unoquoque pariter nodo exit pediculus teres, minimi digiti craſſitudine, ejuſdem cum caule conſiſtentiæ, *folium* ſuſtinens ſingulare, ſeu indiviſum, figura & magnitudine *Colocaſiæ Ægyptiacæ*, pedali plus longitudine, figurâ fere ovali, verùm extremitate paullum acuminata, ad pediculum cordis formâ profundè excavatum, conſiſtentia *Colocaſiæ* aut *Ari* noſtratis, niſi quòd paulò ſolidius ſit; valde læve, pulchrè viride; ſubtus nervo ſatis grandi & elato medium percurrente, qui huc illuc coſtas tranſverſas pariter elatas ſpargit, quorum interſtitia venulis multis ſulcata ſunt.

Cauſticum eſt ſatis violentum, Autoris experientiâ, cui os adeo inflammavit poſtquam eam deguſtâſſet, ut per decem dies omnem ſaporis ſenſum perdiderit, unde incolis *Liane bruſlante*, i. e. Funis urens dicitur.

In foreſtis inſulæ *Dominici* multis in locis.

4. Colocaſia hederacea ſterilis & laciniata, *Plumier.* An Arum maximum, altiſſimas ſcandens arbores, foliis Nymphææ laciniatis *Slon. Cat. Jamaic.*

Ab unoquoque caulis nodo duas tréſve *radices* emittit longas, lineam circiter craſſas. Foliorum pediculi longiores & craſſiores ſunt quàm præcedentis: *Folia* ipſa ejuſdem ferè magnitudinis, conſiſtentiæ & coloris, circumcirca profundè inciſa Palmæ Chriſti ferè in modum: A nervo folii medio ramulus ſatis craſſus ad extremum uniuſcujuſque ſegmenti producitur.

In inſula *de la Tortue*, in quadam valle copiosè.

Planta D. *Slonio* deſcripta caulem habuit viridem, claviculis donatum, quarum ope ſecundùm arborum truncos ad 20 aut 30 pedum altitudinem aſcendebat. *Folia* juniora & primùm erumpentia Nymphææ ſimilia, vetuſtiora circa margines ſerrata & ſinuata; quo ab aliis congeneribus ſatis diſtinguitur.

In ſylvis majoribus inſularum *Caribbæarum* & *Jamaicæ*.

Folia probè tuſa & cum lardo porcino mixta optimum efficiunt emplaſtrum pro vetuſtis ulceribus in cruribus, quod ab Indo quodam edoctus eſt aliquis è ſociis noſtris navalibus. *Dampierre.*

5. Colocaſia hederacea ſterilis anguſtifolia *Plumier.*

Caulem habet multò minorem & nodoſiorem quàm præcedentes. *Folia* pedem circiter longa ſunt, dimidiùm pedem versùs baſin lata, ſagittæ cuſpidis ferè figurâ, præterquam quòd duæ barbulæ inferiores rotundantur, & introrſum paullum replicantur. Nervi eorúmque rami & propagines ut in præcedentibus. Venulæ quæ nervorum interſtitia velut ſulcata efficiunt in lineam undatam, quæ folium circumcirca ambit terminantur, limbi duplicati in modum.

Eodem in loco cum præcedente invenitur.

Dracontium, Dracunculus, Serpentaria, &c. dictum.

Caulis paulò minor eſt quàm primæ ſpeciei, nodi etiam ſibi invicem viciniores; verùm multò ramoſior eſt, & arbores conſcendit, Vitis ſylveſtris in modum. Ad unumquemque nodum ſcutum obtinet *radicibus* vermicularibus digitum longis circundatum, necnon *folium* unicum, pediculo pedali, duas lineas craſſo, initio canaliculato, poſtea rotundo inſidens, 4 circiter pollices longum, cordis figurâ, conſiſtentiâ paulò denſiore quàm hujus generis aliarum. Nervus ſeu coſta media ejúſque rami, grandes ſunt, & proportione magnitudinis elati, non ſulcati, ſed læves admodum & pulchrè virides. Parva etiam macula rotunda rubeſcens cernitur, loco ubi pediculus annectitur reſpondens. Extremitates uniuſcujuſque rami folliculo quodam longo anguſto acuto albo membranaceo involvuntur, qui cùm aperitur decidit, foliúmque novellum ſe expandere permittit. Eadem extremitas ulteriùs producta, alium ejuſmodi folliculum obtinet.

Multis *Martinique* inſulæ in locis invenitur.

Dracontium, Dracunculus, Serpentaria, &c. dictum.

A cæteris hujus Sortis differt potiſſimùm foliis multifidis, profundè & variè inſectis.

1. *Dracontium majus Ger. Dracunculus polyphyllos C. B. Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum caule maculato, majus & elatius* Hort. Lugd. Bat. *Foliis viridantibus.*

2. *Dracontium majus, caule maculato, foliis ex luteo variegatis* H. R. P.

3. *Dracontium majus, caule glauco immaculato Herman.* Parad. Bat. Dracunculus *Indicus* major ſerotinus immaculato caule *H. R. P.* V. *Hiſt. noſt.* Spec. 2.

4. *Dracontium caule immaculato minus & humilius* Herman. *Parad. Bat. Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum caule non maculato minus & humilius.* Hort. Lugd. Bat.

5. *Dracontium Zeylanicum ramoſo folio, caule ex viridi & flavo variegato, aſpero,* Kidaram Zeyl. *Herman.* Parad. Bat. *Serpentaria polyphylla* Indica, *caule maculato aſpero* Breyn. Prod. 2. *Arum polyphyllum Dracontium & Serpentaria dictum, folio ramoſo Pæoniæ inſtar, caule aſpero Zeylanicum* P. B. P. *Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum, Ceyloni-*

Ceylonicum, caule aſpero cum maculis viridi-fuſcis & viridi-dilutis albicantibus pulchrè notatum majus & elatius Commelin. Cat. Hort. Med. Amſt. Mulen Schena *H. M.* cujus deſcriptionem vide infra.

Huic non abſimile genus (inquit *Hermannus*) in aggeribus & foſſarum marginibus Inſulæ *Zeylan* obſervavi quod ob partium magnitudinem nominare libuit,

6. *Dracontium Zeylanicum ramoſo folio maximum Herm. Parad. Bat.*

Herman.

Caules omnes trichotomi erant, nempe in 3 ramos, & hi rurſum in aliquot foliaceas alas diviſi, quas longuli & in margine ſinuati fimbriatique lobi pinnata ſerie cingebant. *Flos* cæteris ſpeciebus quidem brevior, ſed multò amplior & ſpecioſior, non in mucronem ſed in obtuſum ambitum deſinebat, parte media qua in latitudinem pandebatur, quaſi auriculatus, auriculis diverſimodè laciniatis & perpulchrè fimbriatis florem corollæ inſtar ambientibus. Color intensè purpuraſcebat, albis hinc inde maculis & lituris undulato flexu variè ductis elegantiſſimè exornatus. Piſtillus in flaveſcentem & densè congeſtam uvam exibat, qui quo cæteris longitudine inferior eò quoque craſſitudine ſuperior erat.

7. *Dracontium Zeylanicum ramoſo folio, caule ex viridi & albo variegato, lævi* Herman. Parad. Bat. *Serpentaria polyphylla* Indica, *caule maculato lævi* Breyn. Prod. 2. *Arum polyphyllum Dracontium & Serpentaria dictum, folio ramoſo, Pæoniæ inſtar, caule lævi* P. B. P. *Arum polyph. Dracunculus & Serpent. dictum, Ceylonicum, caule glabro viridi diluto, maculis albicantibus notato, majus & elatius* Commel. Cat. Hort. Med. Amſt.

8. Schena *H. M.* P. 11. T. 18. Arum humile, Ariſarum dictum latifolium Ceylanicum, piſtillo longiſſimo, miniato colore *Commel. Cat. Amſt.*

Arenoſis gaudet, altitudine trium 4ve pedum. *Radix* prægrandis, plana, rotunda, ſpithamam ferme longa, craſſa, cubitum penè lata, ſuperiori parte circa caules fibris albicantibus in orbem circundata, intus denſa, ſucculenta, unctuoſa & ex albicante ſubflava carne, ſaporis aquei & nonnihil pungentis; in eduliis eſt, & in foris divenditur. *Caulis* è radice ubi candidus eſt exſurgit unicus, ſupernè in tres ramulos, qui hinc indè ſurculos minores emittunt, & in duos magis craſſos aliquando divaricantur, diviſus: ſúntque & caules & ramuli teneri, molles, glabri, viridi-diluti, albicantes, undulis viridi-fuſcis variegati, intus humidi, pulpa albicante fungoſa, humorem ex fiſtulis exſtillantes clarum, ſubrubeſcentem, qui in manum incidens eam nonnihil pungit, & in aere inſpiſſatur. *Folia* in ramis & ſurculis oblongo-rotunda ſunt, anguſta, cuſpidata; viridi-clara, ex inferiori parte caulis prodeuntia, caulem anguſtâ laciniâ velut alatum reddentia, linguam acriter pungentia; Nervuli coſta media, ſubtus eminente, denſi, obliquo ac parallelo ductu exeunt, qui à margine reflexi limbulum eò loci relinquunt. *Flores* filii ſunt ante patrem, proveniúntque in capitulo oblongo, quod cum folioſo, craſſo, albicante, intúſque ſubrubeſcente involucro è radice exſurgit, ſúntque gemmæ flaveſcentes capitulo circumpoſitæ, quarum inferiores majores, ſuperiores minores: Illis deciduis caulis foliis veſtitus prodit.

Tempore pluvioſo tantùm reperitur, æſtivo cum inferiori parte radicis emoritur, cujus ſuperior pars fibris circundata eſt & remanet, & denuo in craſſam excreſcit radicem. Bulbus in partes diſciſſus, in ſole exſiccatus & pulveriſatus, cum lacte vaccino atrabilariis propinatur. *Tempus.*

9. Mulen-Schena *H. M.* P. 11. T. 19. Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum, *Ceylanicum*, caule aſpero, maculis viridi-fuſcis viridi-dilutis, & albicantibus pulchrè notato. *Commelin. Hort. Med. Amſtel.* Arum polyphyllum, Dracontium & Serpentaria dictum, folio ramoſo Pæoniæ inſtar, caule aſpero *Ceylanicum Herman. P. B. P.* Erva di Sta. Maria *Marcgr.*

Cæteris elatior eſt, ad altitudinem fermè 5 pedum aſſurgens, maxima ex parte cum *Schena* conveniens, ſed *radix* grandior eſt, *caulis* craſſior, penè in plures ramos divaricatur, numeroſioribus *foliis* veſtitus; in cortice, qui exteriùs viridi-dilutus, albicans, undulis viridi-fuſcis perfuſus, pulchrè variegatus, denſis aſperíſque & extuberantibus gemmis obſitus, inciſus uberiorem aquæ copiam extillans, linguam acerrimè pungens ac lancinans.

Radix contrita, & cum Capræ lacte aſſumpta vires corroborat. Deſcriptionem hujus uberiorem, ut & iconem videſis apud D. *Commelin.* in *Deſcript. Hort. Med. Amſt. rariorum.*

9. Nelen-Schena major *H. M.* P. 11. T. 20. Arum minus *Zeylanicum* Sagittariæ folio *Herman. P. B. P.* fortè Ariſarum *Malabar.* Ariſari anguſtifolii flore & piſtillo.

Naſcitur in arenoſis, udo maximè gaudens ſolo, altitudine pedis. *Radix alba*, pugnum craſſa, denſa, aquea, plurimas albicantes & barbatas fibras, quæ poſtmodum flaveſcunt, & in annulos corrugantur, emittens, linguam acerrimè urens, ad propagationem ſui ſimilis plantæ novellos ex ſe oculos edens. *Cauliculi* plures ex radice proveniunt, teneri, rotundioli, interiùs ſtriati, virides ad radicem albicantes ac follicoſi, quibus folliculis ſe mutuò involvunt, ſpithamam plus minus longi. *Folia* è ſummitate caulium protenduntur, oblonga, ligonem

oblon-

oblongum, & rotundo-cuſpidatum referentia, rotundis oris in cuſpidem contracta, tenuia, plana, viridi-fuſca, in parte adverſa maximè nitentia. *Flores* in propriis cauliculis, qui inter foliorum caules ex radice exſurgunt, rotundi, virides, venulis in longum ſtriati, intra folliculum caudatum ſtylum oblongum recondentes, cujus pedi circumponuntur. Illorum petala albicant, anteriùs bifida, interiora verſus inflexa, quorum oræ rubrum referunt colorem. Semina in inferiori parte pedis ſtyli (qui plurimis nodulis concinnè ad ſe invicem poſitis eſt circundatus) è nodulis erumpunt oblongo-rotunda, primò viridia, ea parte qua extra nodulos emicant contractiora & albicantia.

Nonniſi tempore pluvioſo hæc planta reperitur.

Deſcriptio Ari humilis *Ceylanici* latifolii, piſtillo coccineo *Commel. Deſcript. Plant. rar. Hort. Med. Amſt.* huic per omnia non convenit. Vide ſi placet & confer.

10. *Dracontium Mexicanum, Hoacaxochitl* Hernandez.

Hujus deſcriptionem *Hernandez*, non attulit. Fructus non in caule qui folia fert, ſed in ſingulari pediculo juxta caulem è radice egrediente pinguntur. *Caulis* abit in ſeptena folia. Radicem Aro ſimilem facit *Terentius*.

Huic quoque aliam ſpeciem ſubjicit *Hernandez*. nomine *Hiuca* ſeu *Mizmaitl*, Dracontium quoad picturam referentem, quæ, ſi ex hujus familia ſit, vocari meretur

11. *Dracontium Mexicanum aromaticum.*

De hac planta dicit *Terentius*, Aromatica eſt, cortice præſertim & fructu. *Caulis* nitidus ad colorem tendit caſtaneum: Folium ſeptifariàm partitum habet. Uva ex albo ad flavum tendit; admodum ſimilis eſſet majori Serpentariæ ſi baccæ eſſent rubræ. Subdit tandem, *Monardes* vocat *Caſſavi*. At verò *Caſſavi* ſeu Americanorum panis fit ex radice *Mandi Marcgr.* quæ ab *Hiuca* ſeu *Mizmaitl* diverſiſſima eſt, ut icones & deſcriptiones conferenti patebit; quamvis ex hujus quoque plantæ radice *Caſſavi* apud Mexicanos parari minimè dubium ſit, tum quòd eodem nomine *Hiucca* ſc. ſeu *Yucca*, quo *Mexicani Caſſavi* ſeu panem ex radicibus paratum exprimunt, vocetur; tum quòd ex omnibus *Dracontii, Colocaſiæ* & hujus ſortis radicibus ſimile quid *Caſſavi* vices ſupplens conficiatur. Hæc omnia *Hermannus*.

12. *Dracontium Orientale folio quinquifido* Herman. *Parad. Bat.* Rumphal *Matthæi à Joſeph.* Vid. *Hiſt. noſt.* p.

13. *Dracontium Americanum ſcabro puniceo caule, radice Cyclaminis* Herman. *Parad. Bat. Arum Surinamenſe, caule atro-rubente & eleganter variegato.* Hort. Beaum. *Arum polyphyllum, Dracontium dictum caule ſcabro punicante Sirinamenſe* P.B.P. *Ar. majus maculatum, foliis laciniatis, qualibet lacinià rurſus multiſciſſâ* Pluk. Phyt. T. 149. F. 1. *Herman.*

Hujus *caulis*, qui innumeris, è nigro puniceis parvis tuberculis exaſperatus, & intermicantibus albis maculis pulcherrimè expictus eſt, ſquamoſum & verſicolor anguinum corpus appoſitè repræſentat. Proſurgit ad altitudinem cubiti, nunc ſimplex, nunc ſtatim ab exortu bipartitus, pollicem craſſus, vertice nunc in 3, nunc in 4 partito frondes, qui in 5 aut 6 alios minores ſubdiviſi, & ad coſtas lucidis atro-rubentibus foliis, Dracunculo vulgari minoribus inæqualiter ſectis, abſque petiolis alarum inſtar veſtiti ſunt. Caule elangueſcente altera radicis parte egreditur *cucullus* totus nigricans, cæteriſque ſpeciebus longè contractior, craſſo breviſque pediculo fultus, involvens concolorem piſtillum, craſſitudine duos pollices, longitudine vix ſemidigitum adæquantem, qui quaquaverſum craſſiuſculis puniceis ſtaminulis in anguſtiſſima coloſſina quaſi plumoſa foliola fatiſcentibus ornatus eſt. *Radix* ſubeſt tuberoſa, in fuſco punicea, forma & magnitudine Cyclaminis, multis ad ambitum tophis obſita, eâque parte qua caulis emergit, aliquot in longum porrectas fibras demittens. De fructibus nihil habeo compertum.

14. *Dracontium Zeylanicum ſpinoſum, Polypodii foliis, radice repente* Herman. *Parad. Bat. Herman.*

Radicis & pediculorum quibus Flos & folia nituntur aculeato habitu *Aro Zeylanico* ſpinoſo ſuperiùs propoſito convenit: Gaudet quoque conſimilibus natalibus & virtute. Folia vero pinnata ſunt, inſtar Polypodii inſecta, ſed multò ampliora. Florem conſpicere non licuit.

15. Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum, foliis venis albis eleganter ſtriatis *Pluk. Almag. Bot.*

16. Arum polyphyllon, Dracunculus & Serpentaria dictum *Sirinamenſe*, caule atro-rubente, glabro & eleganter variegato *Hort. Beaum.* An Arum polyphyllon, Dracontium & Serpentaria dictum, folio ramoſo Pæoniæ inſtar, caule lævi, *P. B. P?* T. 149. F. 1. Qu. an 7mæ ſpeciei eadem ſit hæc planta: diverſam eſſe ſuſpicor ob diverſum natale ſolum.

17. Arum polyphyllum minus, *Luph* Arabum, & Dracunculus minor *Rauwolf. Hort. Sicc.* Minor hæc ſpecies & humilior eſt; folia diviſa obtinet. Pars media reliquorum congenerum multo latior eſt, laterales verò anguſtiores & tenuiores cernuntur. In *Perſia* D. *Rauwolfius* collegit.

18. Dra-

18. Dracontium amplis foliis cordatis, radice nodoſa rubra *Plumier.*

Magnarum arborum truncis adnaſcitur, *Viſci* noſtratis ferè in modum. *Radicem* habet brachium propemodum craſſam, pedem longam; cùm autem muſco totum obtegatur è trunco arboris oriri videtur. Tortuoſa eſt autem [radix,] & valdè nodoſa, pulvere rufeſcente obducta, ſubſtantiâ ferè radicum Arundinis, paulò teneriore & velut ſpongioſa, colore ſanguineo pallido, guſtu valde adſtringenti. Multis parvis radicibus ſeu cirris arbores apprehendit. Septem aut octo protrudit *folia*, duos prope pedes longa, cordiformia, glabra, membranacea, lucida, virore ſupernè ſaturo, ſubtus dilutiore tincta, nervo inſigniore, & ramis aliquot indè egreſſis ſatis elatis, extenſa, apice deorſum nutante, pediculis ſatis longis & tres proximè lineas craſſis, rigidis, lævibus, teretibus, anteriùs tantillum excavatis ſulta. Præter foliorum pediculos duo tréſve alii emergunt, duos circiter pedes longi, exactè teretes, læves, quorum unuſquiſque *fructum* geſtat deorſum propendentem, teretem, pedem longum, pollicem initio craſſum, indè uſque ad apicem, qui nonnihil obtuſus eſt, ſenſim contractum, ex involucro folii membranacei, anguſti & acuminati exeuntem, ſubſtantiâ tenerâ, colore violaceo ſaturo foras tinctum, tota ſuperficie linea ſpirali inſculptum, cujus interſtitiâ aliis lineis contrariis interſecantibus in ſpatia parva quadrata dividuntur, tuberculo parvo rotundo mediam uniuſcujuſque aream obtinente, Sapphirum Amethyſto incluſum egregiè exprimente. Fructum penitus maturum non vidit Auctor.

19. Dracontium hederaceum polyphyllum *Plumier.*

Caulis hujus ejuſdem ferè magnitudinis eſt, coloris & conſiſtentiæ cum 58. & 59. eodem etiam modo *radices* protrudit, & arborum truncis ſe affigit. Verſùs faſtigium *folia* aliquot producit pluſquam tripedalia, pediculis inſidentia, 4 fere pedes longis, totidem lineas craſſis, ima autem parte craſſioribus, ubi ſc. folium iis appenditur intumeſcentibus, rigidis, lævibus, pulchrè viridibus, rotundis excepta parte antica, quæ ſulcata eſt: in 9 autem vel 10 ſegmenta ſeu lacinias finduntur folia, ad modum *Agni caſti* aut *Mandiocæ* fere; ſegmenta tamen ad pediculum non pertingunt: Spiſſa ſunt, velut *charta Pergamena* denſa, tota glabra, ſupernè ſaturatiùs viridia, ſubtus paulò dilutiora. Nervus etiam valdè elatus ſegmenta omnia per mediam longitudinem dividit, propè pediculum tantillum inflatus, ramulos hinc indè valdè tenues, incurvos emittens. Inter folia *fructus* aliquot exſurgunt, unuſquiſque pediculo adnexus tenuiori & breviori, pedem plus longus, pollicem craſſus, deorſum nutans, antequam apparet folio membranaceo involutus, acuto, & venis aliquot è viridi albentibus ſtriato, initio viridis, & per totum lineis ſpiralibus à ſiniſtra ad dextram tendentibus exaratus, aliis lineis tranſverſis interſectis, ſpatia quadrata aut rhombos efficientibus, duas circiter lineas extenſos; quorum unuſquiſque in medio tuberculum obtinet quadratum, aliquantulum elatum, rhombo, velut gemma annulo, inſertum. Fructum maturum non vidit Auctor.

In Inſula *Martinici*, &c. copioſé.

Aro affines.

1. Katu-Schena *H. M.* P. 11. T. 21. Ari foliis Malabarica minor polyphyllos, radice rotunda, flore fructúque carens. Arum *Malabaricum* minus polyphyllon, radice globoſa *Hiſt. Oxon.* P. 3. 548.

Naſcitur in arenoſis ad altitudinem duûm pedum. *Radix* duriola, ruffa, fibroſa, unicum emittens *caulem*, & duûm ferè tranſverſorum digitorum intervallo, inferiora versùs brevem demittens pedem, cui nova radix adnaſcitur, quæ priori emortua, ad propagationem novæ remanet plantæ. *Caulis* ſimplex eſt, viridi-dilutus, ſtriatus, aqueus, in nullos cauliculos diviſus, inferiùs intervallo trium 4ve digitorum albicans & extuberans, ſupra extuberantiam tenuior: tria ex illius ſummitate prodeunt *folia*, quorum duo lateralia in duas majores lacinias, ad quas minores adhuc laciniæ appendent, diviſa ſunt, rotundiolis oris, in cuſpidem contracta, tenuia, mollia, in utraque parte viridi-diluta, linguam urentia. *Floribus* deſtituitur. Ego potiùs Flores non obſervatos fuiſſe crediderim.

2. Weli-ila *H. M.* P. 11. T. 22. Aro congener paluſtris *Malabarica*, folio Nymphææ, radice arundinacea.

H. M.

Planta eſt aquatica. *Radix* craſſa, fibris denſis, longis, ruffis capillata, hinc indè à latere fibras oblongiores, craſſiores, geniculatas, ad novæ plantæ productionem, emittens, intus carne albicante, denſa, ſuccoſa. *Folia* è radice exeunt plura in pediculis fungoſis, tubuloſis, mollibus, teneris, intus albicantibus; aqueis, liquorem nonnihil viſcoſum è vulnere extillantibus, ima parte craſſioribus, ubi candidi ſunt, ſenſim verſus folium anguſtioribus, ſuperiùs teretibus, inferiùs ab una parte latè & profundè excavatis, intra cavitatem tanquam thecam caules recipientibus, qui rotundi, nonnihil plani & tenuiores, æqualis fermè craſſitiei, membranoſo, tenui, albicante & tranſparente involucro, quod exteriùs duobus limbulis obſitum eſt, circundati. *Folia* oblonga ſunt & prægrandia, anteriora versùs ſenſim in cuſpidem contracta, ad baſin Sagittariæ fere modo in duos cuſpides excurrentia, ſinu ſeu angulo inter duos cuſpides profundè excavata, in oris limbulo circundata, denſæ & ſubtilis texturæ, mollia, ſuperficie valde æquali & plana, viroris in recta parte vividi, pleni, ſubcœrulei, in averſa magis

magis clari, ſaporis adurentis ſed cocta in eduliis: Coſta cum nervis in averſa parte valde eminet. In ſummis caulibus in involucro flavo-rubeſcente ſeu croceo, ſpithamam ferè longo involutum ac reconditum eſt *capitulum* oblongum, craſſiuſculum, duriolum, globulis ſeu gemmulis condenſis, flavo-rubeſcentibus ſeu croceis, in oris dentatis, obſitum. In collo capituli (quod brevius eſt & craſſius, ac theca viridi extuberante reconditum) gemmulæ planæ majores ac irregularis formæ infra globulos flocculoſos condenſo ordine reſident, quæ *fructûs* ſunt primordia, *quarum progreſſum ad maturitatem uſque hîc vide.* Ubi maturuere complanatæ ſunt, in medio vertice umbilico parvo notatæ, coloris ex flavo intenſiùs rubeſcentis ac aurantii, molles, ſucculentæ, ſaporis ſubdulcis, & in eduliis adhibentur. Immaturæ ſaporis ſunt adurentis. *Semina* in ſingulis fructibus novem decemve plus minus, oblongo-rotunda, cuſpidata, ex albicante ſubruſſa, parùm nitentia.

3. Karin-Pola *H. M.* P. 11. T. 23. Aro congener paluſtris *Malabarica*, folio Nymphææ, Fabæ *Ægyptiæ Dioſcoridis* affinis C. B. Arum *Indic.* Lapathi foliis criſpatis *Hiſt. Oxon. H. M.*

Eſt & hæc planta aquatica; cui *Radix* oblonga, craſſa, carne albicante & aquea, fibris oblongis, rotundis, craſſis, albicantibus inſtructa. *Folia* è radice oriuntur, pediculis interiùs nonnihil planis, maximè circa pedem, ſuperiori parte ſtrictioribus, viridi-fuſcis aut dilutè rubentibus, oblongo-rotunda, in cuſpidem deſinentia, in oris nonnihil criſpa, mollia, & lenia, ſuperficie plana & glabra, viroris ſupernè ſaturi & nitentis, ſubtus dilutioris, venis è coſta media (quæ craſſa eſt, & in recta etiam parte altum eminet) obliquè aſcendentibus ſtriata. *Flores* in caulibus è radice exorientibus, viridibus, fungoſis, aqueis, nonnihil planis; ſupernè collo craſſiolo turgentibus, ac ibi rubeſcentibus proveniunt, ampli, cochleatim quaſi turbinati, cuſpide intorto, carnoſi, exteriùs ſcabri, purpureo-rubri, interiùs rugoſi, rubro-ſanguinei. Inferiùs ex globulo rubeſcente glomulato, in fundo colli ſito, exſurgit *ſtylus* candidus, capitulo flavo, oblongo, granulato nodulatus, per theculam capitatam, fungoſam, rubeſcentem & rugis obſitam, in medio hiantem ſe tranſmittens. *Globulus*, qui floribus deciduis in fundo colli apparet, rubeſcit, ſpiris inſtructus, juxta ſpirarum tractum granulis eminentibus, ſupernè planis ac rufeſcentibus, obductus. In hoc *ſemina* in numeroſis includuntur cavernulis carnoſis, viridibus, proximè ad corticem recondita, in ſingulis cavernulis unum, oblongum, per maturitatem in totum rubeſcens, tranſverſim ad globuli longitudinem ſitum, ſtylo carneo albicanti circumpoſitum.

Balneum ex hac planta præparatum omnem corporis æſtum reficit.

Ad Cap. de Orchide. P. 1213.

1. Orchis *Luſitanica*, ampliſſimo folio, flore roſeo lineis purpureis diſtincto *Tournef. Elem. Bot.*

2. Orchis Anthropophora mas *Luſitanica*, odore Arachi aromatici *Ejuſd.*

3. Orch. Anthrop. *Luſitan.* flo. parvo herbacei coloris cum limbo purpuraſcente *Ejuſd.*

4. Orchis palmata elegans lutea, cum longis calcaribus luteis *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

5. Orchis palmata lutea minor, nullis calcaribus floribus appenſis *Baniſteri Ejuſd. ibid.*

6. Orchis Hermaphroditica *Virginiana*, flore minore, Calcari longiore *Baniſteri Ejuſd. ibid.*

7. Orchis *Africana*, nudi hominis effigiem referens, Coriandri odore D. *Oldenland. Muſ. Pet.* 281.

Folia ad radicem pro plantulæ modo lata. *Caulis* vix ſemipedalis, firmus, cujus dimidiam partem ſpica è floſculis rariùs ſitis compoſita occupat. A *Promont. Bæ. Spei* ad D. *Petiver* tranſmiſit D. *Oldenland*, Botanicus inſignis, unà cum ſequente.

8. Orchis *Africana* flore ſingulari herbaceo D. *Oldenland. Muſ. Pet.* 280.

Floris cucullus in apicem altum aſſurgere videtur, in modum Aconiti Pontici lutei majoris ſerotini; & quod in Orchide ſingulare eſt, Folium latiuſculum in caule non procul à Flore exiſtit.

Siccam à D. *Petiver*, inter alia rariora à D. *Oldenland* tranſmiſſa, accepi.

9. Orchis bifolia foliis ſubrotundis, ſpicâ brevi latâ, in caule circiter ſemipedali. Ex *India Orientali* acceptam D. *Petiver* communicavit. Caulis foliolis parvis anguſtis acutis amicitur.

10. Orchis è rubro purpuraſcens, leucoſticeos, militaris cernua, elatior, majori flore, longioréque ſpica *Hort. Cath.*

11. Cyno-

11. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major *C. B.* Cynoſorchis prior *J. B.* major *Ger.* noſtras major *Lob. Obſ.*

C. B.

Tubera bina ei ſunt, albeſcentia, craſſa, ſucculenta, Nucis myriſticæ magnitudine; ſupra quæ ex imo caule aliquot craſſæ expanduntur fibræ. *Caulem* hæc ſuffulciunt, tantùm non ſeſquipedalem, nunc ſimplicem, nunc geminatum, quem quina vel ſena lata, liliacea, oblonga, & dilutè virentia, & per longitudinem venoſa inferiùs obvolvunt, ſine pediculis *folia*. Supernè verò faſtigiatur in ſpicam duplicem, nonnunquam denſiuſculam *florum* ex albo purpuraſcentium, qui innumeris purpureis punctis ſignantur, & ſuperiori parte cucullum aut galeam patentem efformant. Ex his in parte inferiori lacinioſum quiddam Canis aut alterius Animalis quad rupedis exuvio ſimile dependet. Vaſcula ſequuntur oblonga, ſtriata, in plures partes per ſiccitatem diviſa, & *ſemina* inſtar ſcobis volitant ludibrio ventis facta.

Locis herbidis ad *Birſam* & circa *Baſileam* urbem oritur.

12. Orchis morio foliis ſeſſilibus, maculatis, & non maculatis *C. B.* morio non maculoſis foliis *Park. 5. Cluſ.*

Seſſilibus maculoſis ut plurimùm obtuſioribúſque eſt *foliis*; flore purpuro-violaceo; caule ſeſquicubitali; majuſcula olivari, gemina radice. D. *Bobart.*

13. Cynoſorchis morio minor *Ger.* morio minor foliis maculatis *Park.* minimis ſecundùm caulem maculoſis foliis, floribus purpureis *J. B.*

Folia obtuſiora, humi jacentia, maculata ſunt, *caulis* craſſior. *Flores* è purpuro-cœruleo colore nitent, calcari brevi prona parte donati. D. *Bobart.*

14. Orchis ſive Satyrium è *Guinea* delatum *Swertii C. B.*

Radix ei integra, Ari ſimilis, ſubrotunda & nonnihil compreſſa, grandiuſcula, ſuprema parte Orchidum ritu fibrata. *Caulis* rectus, Hyacinthi in modum maculatur, quem folia Hyacinthina longa involvunt. *Flores* umbellatim naſcuntur, ampli, ſtellati, ſtaminibus longis cum apicibus exeuntibus.

Radix *Salop* dicta Orchidis proculdubio ſpecies eſt. Hanc ante viginti annos à mercatore quodam, ab *Indiis Orientalibus* reduce accepi, qui apud Indigenas in uſu eſſe adverſùs gonorrhœas mihi retulit: quin & in fluore albo utilem eſſe audivi. D. *Sherard.*

15. Orchis minima bulboſa D. *Preſton.*

Plantæ genus eſt floribus difformibus, muſcoſis, albidis, (quorum petala ſuperiora bifida, inferiora verò integra) in ſummitate caulium diſpoſitis. Caulis è medio bulbi exoritur, ut in Bulboſis propriè dictis, & duo triáve folia auriculata eum obvolventia obtinet, marginibus crenulis rubentibus inciſis.

16. Orchis *Africana* teſticulata, floribus parvis ſpicatis, foliis caulem amplexantibus D. *Sherard.*

Spica florum longa eſt & anguſta, floribus non admodum crebris compoſita.

17. Orchis *Africana* maxima, foliis latis, caulem amplexantibus D. *Sherard.*

Folia, ut in Orchidum genere latiſſima & brevia ſunt, caulem velut totidem vaginæ includentia. *Flores* in ſpica rariùs ſiti, ex ſinubus foliolorum caulem vaginatim amplectentium exeunt.

18. Orchis *Africana*, foliis anguſtiſſimis, cauli undique adnatis D. *Sherard.*

Hæc ſpecies ab omnibus aliis congeneribus abunde diſtinguitur foliis ab imo caule ad ſpicam uſque creberrimis undique adnaſcentibus.

19. Monorchis *Africana* lutea, foliis anguſtis contortis D. *Sherard.*

Folia ab imo caule ad ſummum uſque creberrima. Spica brevis eſt & habitior, floribus (ut in ſicca videtur) intenſiùs flavis.

20. Orchis elatior latifolia, Aſphodeli radice, ſpica ſtrigoſa *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Radix hujus plantæ gemino bulbo conſtat, fungoſo, duas tréſve uncias longo, utroque ab eadem parte originem ſumente, figurâ ad Aſphodelina aut Oenanthina tubera accedente, minùs rotunda quàm Orchidum. *Caulis* ſeſquipedalis, gracilis, articulatus, *foliis* veſtitus alternatim adnatis, in pediculis ferè uncialibus, ima ſui parte caulem vaginæ inſtar amplectentibus, ipſis 3 uncias longis, ſeſcunciam latis, media ſci. latiſſima parte, unde paulatim decreſcunt verſùs utrumque extremum, donec in punctum tandem deſinant, nervoſis, & Sa-

ponariæ nonnihil ſimilibus. Summus caulis in ſpicam *florum* terminatur, 2 circiter uncias longam. Unicuique flori ſubjicitur folium parvum, membranaceum, ut in reliquis hujus Generis. Calcar floris obtuſum, galea ampla, & aliarum Orchidum in modum diviſa; labellum parvum.

In ſylvis circa montem *Diablo* dictum provenit.

21. Orchis fœmina procerior Majori flore *Inſtit. r. herb.* D. *Tourneſ. Hiſt. plant. circa Pariſios Ejuſd.*

Hæc planta multo major eſt Orchide morione fœmina vulg.

22. Orchidi ſimilis ſpicata *Marilandica* foliis anguſtiſſimis à D. *Sherard* habuimus. In omnibus præterquam floris formâ Orchidem refert.

23. Orchis *Marilandica* ſpica brevi conferta, floribus parvis, calcaribus longiſſimis. An Orch. Hermaphr. flo. minore, calcari longiore *Baniſt. Cat. Virg.*

Caulis dodrantem altus eſt, *foliis* ima parte cinctus majuſculis longis, acutis; ſuperiùs foliolis crebris ad ſpicam uſque veſtitus eſt [in uno caule 10 numeravi] quod non memini me vidiſſe in ulla Orchide *Europæa*. *Flores* in ſpica brevi congeſta parvi, calcaribus longiſſimis, alis pariter anguſtiſſimis & prælongis.

In *Marilandia* invenit D. *Vernon*, nobiſque impertivit.

24. Orchis *Marilandica*, grandis & procera, floribus luteis, calcari longiſſimo, labello fimbriato. Orch. palmata elegans lutea *Virginiana* cum longis calcaribus luteis D. *Baniſt. Moriſ. hiſt.* P. 3.

Caulis procerus, firmus, *foliis* veſtitus inferiore parte oblongis, latis, Liliaceis, eum aliquouſque involventibus, duobus tribúſve; ſuperiùs foliola parva obtinet. *Florum* ſpica non admodum longa, è floſculis confertis compoſita, ſtructuræ ſingularis; Galea enim parva eſt & acuta, in ſicca non diſcernenda, ni fortè lata illa ſint quæ deorſum dependent folia. Labellum antrorſum propendet, éſtque longum anguſtum, in laciniolas anguſtiſſimas utrinque inciſum, & velut fimbriatum; Calcar retrorſum porrectum longiſſimum eſt: Color floris, quantum in ſicca diſcernere licuit, flavus.

Marilandicæ originis eſt, à D. *Petiver* mihi communicata.

25. Orchis palmata peramœna, Caryophylli montani floribus, margine fimbriatis, ex *Virginia Pluk. Mantiſſ.* Qu. An differat à præcedente?

26. Orchis *Virginiana* ſpecioſa, piſtillo florum in plurimas ramificationes radiata, calcaribus corniculatis *Ejuſd. ibid.*

27. Orchis ſpiralis elatior ex *Terra Mariana Ejuſd. ibid.*

28. Orchis hermaphroditica *Prom. Bæ. Spei.* Aniſum redolens *Ejuſd. ibid.*

29. Orchis *Virginianus* elegans, flo. albo, calcaribus rectis prælongis *Ejuſd.*

30. Orchis biſoliata humilis, ex *Terra Mariana*, majori folio & floribus purpureis magnis *Ejuſd. ibid.*

31. Orchis *Amboinenſis*, floribus albis fimbriatis, Flos *Suſannæ* Rumphii P. B. P. *Herman. Parad. Bat. Herman.*

Elegantiſſima hæc Orchidis ſpecies teſticulatarum tribui accenſenda eſt. *Folia* inferiora brevia ſunt, & in acumen definunt, caulémque foliorum *Orchidis rotundæ Dalechampii* inſtar amplectuntur; ſuperiora longiora, viridia, rotunda, glabra. *Caulis* dodrantalis & pedalis, tenuis, versùs ſummitatem in ramulus ſeu florum pediculos, è foliorum ſinubus ortos diviſus. Unuſquiſque autem ramulus ſeu pediculus coronatur flore albo, conſtante ex galea integra lata & ſubrotunda, cum duabus alis fimbriatis expanſis, & anguſto labello longiùs producto. In medio apparet rictus amplus, aliâ itidem galeâ circumſcriptus. Averſa floris parte prominet calcar tenue longiſſimum.

32. Flos Spiritûs ſancti *P. B. P.* Orchidis ſeu potiùs Helleborines ſpecies eſt D. *Sherard.* Forſan Orchis *Æthiopica* maxima maculata aviculam niveam, &c. repræſentans *Breyn.*

33. Angeli-Maravara h. e. Malum arboris *Angeli* dictæ *H. M.* P. 12. T. 1. Orchis abortiva aizoides *Malabarica*, flore odoratiſſimo variegato, intus Aviculam repræſentante *Commelin.* notis. *H. M.*

Planta eſt altitudine bicubitali; *Radice* alba, lignoſa, inflexa, criſpata, capillaribus piloſis radiculis corticibus arborum ſe affigente, ſaporis aquei, odoris muſci. *Caulis* inter duas foliorum

foliorum ſeries exſurgit ſimplex, nitens, glaber, viridis, annulatus, intus carne viſcida, glutinoſa, filamentis lignoſis in longitudinem pertexta. *Folia*, quæ ex ſe in vertice caulis proveniunt, & exſiccata ipſum caulem conſtituunt, oblongo-anguſta ſunt, ab omni parte æquè craſſa & lata, complicata, glabra, viroris nitentis, ſine venis & nervis conſpicuis, duobus ſemicirculis ad ſe invicem excavata, denſa ità ut vix flecti poſſint, odoris & ſaporis expertia. Florum petioli [rectiùs ramuli floriferi] ex ipſo caule inter folia 10, vel 12 ſimul rectà exſurgunt, virides, rigidi, in longitudine firmioribus nervis inſtructi, intus carne & humore viſcido repleti; ubi excreverunt magnâ copiâ minutiſſimarum gemmularum obducuntur albicantium, pedetentim ſe ampliantium, at non aperientium antequam juſtam conſecutæ ſint magnitudinem. *Flores* omnes ſimul ſeſe aperientes caulem ſuis inveſtiunt petalis, caudam vulpinam egregiè referentes, aſpectu jucundi, petiolis hærentes albicantibus, ad verticem caulis reflexis, è ſinu parvi, acuti folioli egreſſis, hexapetali, rigidi, craſſi, oblongo-rotundi, difformes, candicantes, maculis rubris, cœruleis, luridis aſperſi. Petalon ſextum lingulam habet inflexam, præ cæteris eminens, ex cœruleo-rubro optimè refulgens, intus & extus purè candidum inſtar Lilii: ex illo deorſum deſcendit capſula inſtar crucibuli, interiori parte cava & alba, exteriori iiſdem cum florum petalis maculis aſpera. In medio florum circa finem petioli elegans q. avicula conſpicitur, ex viridi nitens, maculis rubris, cœruleiſque variegata, criſtâ candicâ in capite inſtructa; pes cui inſiſtit colore intensè purpureo ſe diffundit uſque in congeriem petalorum, ubi color tandem ſub albedine petalorum diſparet. Elegans roſtellum aperturæ concavæ illius gemmulæ obvertitur, q. ſemina ex illa appeteret: odoris in totum grati & amœni. *Fructus* ut in Orchidibus floribus ſubſunt, oblongi, rotundi, circa pedem anguſti, ad extremitatem contractiores, vertice tripartito, totidémque protuberantibus coſtis, inter coſtas in latere plano tres conſpiciuntur ſuturæ, in quibus fructus ſe aperiunt, & trifariam finduntur. *Cortex* craſſus eſt, intus albus, lineis rubris notatus, illic loci ubi ſuturæ inter ſe conjunguntur lanâ candidâ molliſſimâ faſciculatim repletus, qui faſciculi denſiſſimè ſunt conjuncti & q. intricati, oris ſuturarum affixi: lana ipſa exſiccata repleta eſt pulvere ruffo, ſubtili, inſtar pollinis, ſeminis vicem referente, nullo fere odore aut ſapore. Bis quotannis floret hæc planta, in principio & fine temporis pluvioſi, menſibus nempe Aprilis & Octobris. *Flores* per binos ſuperſunt menſes; ramus deciſus in vitro vel vaſe aqua repleto impoſitus, non ante menſem exareſcit.

34. Biti-Maram-Maravara *H. M.* P. 12. T. 2. Orchis abortiva aizoides *Malabarica*, flore odorato ſanguineo, intus aviculam purpuream referente *Commelin.* notis.

H. M.

Præcedenti ſpeciei admodum ſimilis eſt. *Radix* craſſiola, fungoſa, glabra, cinericea, carnoſa, intus viridis & viridi mucagine repleta, filamento ligneo ſuffulta, quo ſe arboribus, vel earum corticibus affigit. *Caulis* ex foliis conficitur, quibus à radice circumquaque concluditur, in duas ſe ſeries dividentibus; ſed illa exſiccata & decidua caulem relinquunt nudum, qui viridis, veſtigiis pedum foliorum notatus, admodum tenuis eſt, nullo modo divellendus, in una parte viſcidis & viridi-albicantibus tubulis, & medullâ mucilaginoſâ repletus, ſaporis & odoris expers. *Folia* præcedentis ſimilia, ut & *Flores*, ſed rubentes, cœruleis, flavis, viridibuſque maculis aſperſi; avicula purpurea eſt. *Fructus* rotundus eſt & glaber, ſine laciniis, quo ab illo prioris ſpeciei differt.

Succus cum oleo *Sergelim* & recenti butyro concoctus febris ardorem reſtinguit, ſtrangurię *Virch.* medetur, calculos & menſtrua provocat, hydropi adverſatur, tympanitidem diſcutit, morbum endemium curat, ſanguinem melancholicum purgat. Sed ubi hæc planta ſupra arborem *Kansjiram* invenitur, tum vomitum ciet, totum corpus immodicè turbat, alvum laxat, & quidem tanta cum vehementia, ut nonniſi ſummo cum periculo & præcautione adhiber, poſſit: nam illico ſæpius hominem occidit. N. quòd hæc planta tum in totum fellis inſtar amara ſit, & flores ſine odore vel ſapore, ſed rarò invenitur.

35. Ponnam-Pou-Maravara *H. M.* P. 12. T. 3. Orchis abortiva aizoides *Malabar.* foliis obtuſis, flore aureo odorato *Commelin.* notis. Orchis epidendros *Salawaccenſis* viſci folio *Muſ. Pet.* 662.

H. M.

Radix longa, rotunda, glabra, ſubviridis, fungoſa, intus viridis, humore viſcido repleta, filamento cinereo pertexta, ſaporis & odoris aquei. *Caulis* bipedalis, viridi-fuſcus, intus viſcidâ, craſſâ, albâ, limpidâ aquâ, & viridi medullâ repletus, filamento carens, odoris & ſaporis expers. *Folia* cum præcedentibus pæne conveniunt, viridia, glabra, nitentia, rotundis oris, ſine nervis, carne molli, viſcida, mucaginoſa repleta. Florum petioli ſeu ſurculi proveniunt 8 vel 10 ſimul, in altum ſeſe erigentes, circa finem quampluribus ſubflavis & viridi-intermixtis gemmulis, tribus eminentibus oris notatis, & totidem lateribus planis; ubi cauli affiguntur, folio teguntur parvo, concavo & viridi. *Flores* hexapetali, craſſi, oblongo-rotundi ſunt, flavi, interiori parte inſtar auri coruſcantes, illis 2dæ ſpeciei admodum ſimiles. Gemmula in extremitate petioli oblonga eſt & alba, ad latera glabra, ſuperiori parte q. ore aperta, ex quo filamentum prodit rubrum, duobus flavis nodulis dotatum. Gratiſſimi ſunt odoris, non tamen adeò durabiles ut *Angeli-maravara*. *Fructus* illius ſimiles, excepto quòd horum vertices erecti, illorum magis dilatati ſunt; formâ q. hexagonâ, ſecus quàm præcedentium. Bis quotannis floret. Folia ab incolis coquuntur & multifarium comeduntur, ſed non cum ſupra arborem *Tsjerou* vel *Bibo* creſcat planta.

Vires. Tota planta trita, cocta & cum *Cootsji-Leetsji-Pulle*, & oleo *Nucis Indicæ* usurpata lepram sanat. Pulvis cum flore *Oryzæ*, *Nuce moschata Naega-Pou* & melle permixtus diarrhœam sistit: succus cum *Nuce moschata* dysenteriam. Pulvis cum melle exhibitus furiosos sanat, bilem temperat. *Flores* in pulverem redacti contra phthisin, asthma, maniam adhibentur.

36. Thalia-Maravara *H. M.* P. 12. T. 4. Orchis abortiva aizoides, spica florum brevi, floribus minoribus, lineis rubris undantibus radiatis.

H. M.

Radices longæ, corrugatæ, simplices, cinereæ, carneæ, filamento fortiter nervoso, humore viscido, & carne subviridi repletæ, odorem referentes Musci viridis, saporem subsalsum. *Caulis* ut præcedentium, sed magis corrugatus, viridis, vetustior cinereus; interiori parte filamentis lignosis repletus, quæ ruffa & subviridia, mucagine obsessa. *Folia* cum prioribus conveniunt, sed densiora & q. coriacea sunt, flexu fractúque difficilia. Succus expressus & virgula aliquantulum agitatus saponis instar spumescit, unde & nomen *Thali*, quod spumam significat, plantæ inditum est. Sapor subsalsus est, odor gramineus. *Florum* surculus cum præcedentibus convenit, sed brevior est, in totum rigidus & lignosus, primò viridis, exinde ruffus, intus albus, humoris, odoris & saporis pæne expers. *Flores* ut reliqui, sed fasciculatim provenientes, multò minores, flavi, rubeis radiis transversim q. undulati, gratissimi odoris. *Fructus* ut illi *Biti-Maravaræ*, sed trigoni.

Diu superstes est hæc planta, semperq; progerminans. Floret mense Octobri, semel quotannis. Flores à trunco avulsi longo tempore conservantur.

Radix trita & in pulverem redacta adhibetur in febribus ardentibus, morbillis, variolis, sudorem enim promovet. Succus foliorum recens melle permixtus alvum laxat.

37. Tsjerou-Mau-Maravara *H. M.* P. 11. T. 5. Anomala *Indica*, Orchidis aut Elleborines flore pulcherrimo versicolore, in spicis ex adverso foliorum sitis, foliis angustis carinatis.

H. M.

Prioribus multò minor est. *Radices* longæ, rotundæ, fuscæ, duræ, tenues, lignosæ, odoris musci, saporis subastringentis, amari. *Caulis* Arundinis instar erigitur, primò viridi-clarus, exinde fuscus, viridi aquea mucagine repletus, filamentis albis, lentis, nervosis pertextus: Hæc in folia usque à radice per caulem divaricantur. *Folia* admodum angusta sunt, intus concava, exteriùs convexa, viridi-clara, glabra, crassa, viridi & viscidâ carne repleta, sine sapore vel odore. Florum surculi intra folia proveniunt & caulem, decussatim dispositi, numero 10 vel 12, teneri, rotundi, lignosi, virides, punctis rubris notati. *Flores* cum suis cauliculis simul proveniunt, sine ordine, viridi, trigono, superiori parte reflexo petiolo insidentes, *Thalia-Maravaræ* admodum similes, hexapetali, difformes: è petalis quinque flava sunt, rubris q. flammis circùm oras notata, sextum candicat: ora rubent, sed tandem q. flavescentia in albo disparent. Egregii sunt flores, aspectu jucundissimi, odoris gratissimi. In medio rotundus, depressus, albus, conspicitur globulus, elegantiori flavo penecillo ornatus. *Fructus* admodum exiguus est, oblongus, angustus, viridis, trigonus, inter angulos futurâ instructus. Tardè admodum provenit hæc planta, per multos annos superstes. Floret mensibus Januario & Februario, sed non priusquam aliquot annorum ætatem fuerit consecuta. Flores 4 mensium spatio perdurant.

Tota planta in formam cataplasmatis præparata absessus sine dolore ad maturitatem perducit; in tempore adhibita fluxum hæmorrhoidum impedit. Pulvis cum aceto omnem pituitam renum expellit, ardorem in urinando & gonorrhœam restringit, ut & in fluxu albo mulierum, menses supra modum fluentes sistit.

38. Viscum Delphinii flore minimum *Sloan. Cat. Jamaic.*

Radicibus, crescendi modo, &c. præcedenti similis, est, minor duntaxat, *foliis* striatis, viridibus, carinatis, longis, caule non ultra 3 digitos alto, 2, 3ve minoribus foliis donato: in cujus fastigio 4 aut 5 *flores* crassis & incurvis pediculis, qui in vascula seminalia abeunt, insidentes, adeo parvi ut earum petala reliquæque partes distinctè discerni vix potuere, verùm præcedentibus conformes & similes fuisse existimo.

In montibus sylvosis Red-Hills dictis, via qua ab urbe S. *Jago de la Vega* versus *Guanaboa* itur arboribus innascentem collegit D. *Sloane*.

Præcedenti plantæ seu Tsjerou-Mau-Maravara *H. M.* persimilis est sed minor.

39. Kolli-Tsjerou-Mau-Maravara *H. M.* P. 12. T. 6.

Prioris plantæ quasi masculus est, à qua non differt, nisi quòd nunquam floreat, & folia paulò longiora, latiora & rigidiora sunt; in medicina nullum planè habens usum.

40. Anantali-Maravara *H. M.* P. 12. T. 7. Orchis abortiva seu Elleborine duplici cauliculo, altero florifero, altero folioso, clitoridis flore luteo piloso *Commelin.*

H. M.

Ad altitudinem trium 4ve exsurgit pedum, *Radicibus* quam plurimis, tenuibus, albis, curvis, duris, insipidis & inodoris, corticibus vetustiorum se affigens arborum. *Caules* numero plures & q. stolones è radice proveniunt, arundinacei, rotundi, virides, cochleatim intorti, geniculati,

geniculati, circulis flavis notati, duabus membranis obducti, quorum exterior nodos geniculorum obtegit, primò viridis, deinde cinereus, interior exteriori parte viridis eſt & nitens, interiori ſanguineo-rubra, filamentis albis pertexta. *Caulis* medulla viridi humoréque viſcido repletus, filamentis tenuibus & robuſtioribus ſuffulto, coloris ruffi. Simplex eſt, è radice in rectum excreſcens, ſemper vel foliis, vel floribus & fructibus inſtructus. *Folia*, quæ ſuis pedibus tanquam tubuli concavi caulem inveſtiunt, oblongo-rotunda ſunt, antrorſum & retrorſum in acutum deſinentia, ſed anteriùs acutiora, oris glabra, nervis ſecundùm longitudinem ſtriata, craſſa, rigida, viridi-clara, ſucco & medullâ viſcida repleta, odore & ſapore deſtituta. *Caulis* florifer ſemper foliorum expers etiam è radice progerminat, ad altitudinem trium 4ve pedum, ex quibus gemmæ, geniculi vel annuli & membranæ proveniunt, aliquando duo ſimul, pluribus parvis gemmulis, florum rudimentis, obducti, qui totum caulem inveſtiunt & eleganter exornant. Flores propriis ſuis petiolis ſtriatis ex communi caule plures ſimul proveniunt, candicantes, hexapetali, tribus majoribus conſtantes foliolis & tribus anguſtioribus; lingula intus rubra eſt & craſſiola. Florum petala craſſa ſunt & rigida, grati & amœniſſimi odoris. *Fructus* in ſummis florum petiolis triangulares, in lateribus planis futurâ inſtructi, ut q. hexagoni videantur, ſemine, colore, ſubſtantia præcedentibus ſimiles.

Omnem hæc planta reſpuit culturam. Diu ſuperſtes eſt: Semel quotannis floret circa Junium menſem. Flores 5 menſium ſpatio perdurant, quo tempore nec exareſcunt, nec decidunt. Florum caulis, circa id tempus avulſus & loco ſicco ſuſpenſus, omnes ſuos profert flores & gemmas, quæ fructibus ad maturitatem perductis decidunt, adeò ut nullo niſi aere, ſine ulla alia materia hæc planta ad progerminationem indigere videatur. Radice eſt perenni. Tota hæc planta, recens uſurpata, ſuccus inprimis exhibitus omnis generis ventris dolores & colicam ſiſtit, bilem movet, alvum laxat.

41. Katou-Kayda-Maravara P. 12. T. 26. Orchis abortiva *Indica* bulbifera, foliis longis trinervibus, floribus venis & maculis variorum colorum pulcherrimè pictis.

H. M.

Planta eſt quæ æquè ſuper arbores ac in terra progerminat. *Radices* longæ, curvæ, tenues, fibroſæ, filamento albo intus inſtructæ, humore viſcido repletæ, ſine ullo notabili odore vel ſapore. Ex hiſce bulbus provenit, pene cum illo *Katou-Theka* conveniens, viridi-fuſcus, glaber, nitens, in acutum deſinens, hinc indè ſuturis ſtriatus, cujus caro viſcoſa eſt & viridis, fibris lignoſis in longum pertexta, ſine odore, ſaporis ſubſalſi. Bulbus è vertice prolongatur, triáque conſtituit folia longa, enſiformia, tripedalia, pollicem lata, viridia, glabra, nitentia, complicata, utraque parte tribus nervis inſtructa, rigida, erecta, fractu facilia, ſucco glutinoſo repleta. Coſta media in averſa parte altum eminet. Inter hæcce folia è medio bulbi ſimplex, rotundus, viridis, glaber, nitens protruditur *caulis*, Arundinis inſtar geniculatus, ex quo Flores proveniunt eodem modo ut illi *Angeli-Maravara* excreſcentes, formâ cum illis *Anantali-Maravara* convenientes, excepto quòd petalorum ſextum majorem habeat cucullulam, & albis capillis inſtructum ſit. *Flores* exteriori parte viridi-fuſci ſunt, ad rubrum vergentes, interiori eximiè rubris, albis, viridi admodum claris purpureiſque venis ſtriati, accuratiſſimè maculis flavo-albis ornati. Circa inferiorem petioli partem lingua fuſca videtur, poſtea in ſpinam evadens, odoris gratiſſimi. *Fructus* in omnibus cum illo *Angeli-Maravara* convenit, ut & *ſemen*. Diu ſuperſtes eſt. Bulbus bis vel ad ſummum ter flores producit, tum perit, ſed è radicibus de novo progerminat, ſine ullo vel hyberni vel æſtivi temporis diſcrimine.

Succus radicis ſi ſupra arborem *Kansjira* inveniatur amarus eſt & alvum laxat, bilem promovet. Succus bulbi & foliorum omnem aduſtionem ex pulvere pyrio, oleo ferventi vel igne cauſatam cum Sanguine canino mixtus tollit. Pulvis venenum ſive internum, ſive externum expellit. Si ſupra arborem *Java*, vermes inteſtinorum enecat, febri reſiſtit, ventriculum corroborat, flatus diſſipat. Succus cum carne totius plantæ in formam cataplaſmatis redactus apoſtemata emollit, & ſine dolore ad maturitatem perducit. *Virt.*

42. Viſcum radice bulboſa majus & elatius, Delphinii flore ferrugineo guttato. An troiſieſme ſorte de Lys, *Rochefort* Tab. p. 112.

D. *Sloane.*

Truncis & ramis arborum, Viſci aliorúmve hujus generis in modum innaſcitur, éſtque omnium Bulboſis affinium ampliſſima: *Radices* craſſæ ſunt; *Folia* multa, longa, anguſta, glabra, obſcurè viridia, Lilii albi vulgaris ſimilia. *Caulis* teres, lentus, fuſcus, incurvus, ſex pedes altus & ad 8 aut 9 digitorum intervalla geniculatus, ubi ramuli rectà extantes, floribus onuſti variis, quorum pediculi unciam longi, ipſi 6, 7ve petalis compoſiti quorum unumquodque initio anguſtum, & versùs extremum ſubrotundum, cochlearis figurâ, niſi quòd concavum non ſit, colore ferrugineo, & maculoſum, excepto unico difformi galeato [petalo] in medio coloris albi, in quo ſtamina aliquot aurantiaca.

Arborum ramis & truncis innaſcitur in inſula *Jamaica* inter urbem S. *Jago de la Vega* & the Salt-Ponds.

43. Viſcum

43. Viſcum radice bulboſa minus, Delphinii flore rubro ſpecioſo *Sloan. Cat. Jamaic.* Chichiltic Tepetlauchxochitl *Hernandez* p. 368.

D. *Sloane.*

Fibris ſeu radicibus multis albis craſſis, Porri fibris aut Hederæ cirris ſimilibus varie inter ſe implexis & intertextis Arborum quibus innaſcitur corticibus firmiter adhæreſcit. E quibus unitis emergit unicum, craſſum, virideſcens ſubrotundum, paullùm compreſſum bulboſum aut tuberoſum folium radixve, unciali circiter diametro, filamentis aliquot fuſcis aridis tectum; è cujus faſtigio exeunt bina glabra, ſtriata, concava, dura, dilutius viridia folia, 3 uncias longa, unam lata, inter quæ exoritur *caulis* nudus, fuſcus, articulatus, teres, glaber, pedem altus; cujus ſummam partem occupant *Flores* purpuro-rubentes, pulcherrimi hexapetali, petalis 5 latioribus & brevioribus quàm in reliquis hujus generis, ſextum circumambientibus in centro ſitum, amplum, difforme, ſeu mavis florem interiorem, ſupernè cucullatum, interiùs ſubluteum cum ſtriis purpureis.

Arboribus & palis in inſulæ *Jamaicæ* locis campeſtribus ubique innaſcentem hanc plantam pulcherrimam obſervavi.

44. Viſcum Delphinii flore minus, petalis è viridi albicantibus anguſtioribus, radice fibroſa *Sloan. Cat. Jamaic.* arboreum flore albo ſpecioſo *Americanum*, foliis forma ſiliquarum Nerii *Pluk. Phytogr.* T. 117. F. 6. An Kayebaka *Cluſ. exot.* l. 3. c. 10. Fructus Nerii ſiliquæ figurâ *C. B?*

D. *Sloane.*

Cirri complures, paulò longiores, cæterùm colore & magnitudine Hederaceis ſimiles, ſe mutuo implicantes, cortici arboris vel etiam corpori ejus nudo ſeu decorticato, paſſíve quibus innaſcuntur, arctè undique adhæreſcunt. E radicibus hiſce exoriuntur *Caules* aliquot, purpuraſcentes, teretes, geniculati. E ſupremo articulo 2, 3iúmve unciarum à radice diſtantia (inferioribus omnibus internodiis perbrevibus) inſidet folium unicum, acuminatum, craſſum admodum & propemodum rotundum, 3, 4ve uncias longum, pennæ Anſerinæ magnitudine, duobus interioribus lateribus depreſſis, colore purpuraſcente: è cujus interiori latere, in pediculo 3, 4, aut 5 uncias longo, ſeu mavis caulis faſtigio, exeunt *flores* varii longo viridanti calice cincti, 5 anguſtis, è viridi albicantibus ſtellatim diſpoſitis petalis conflati, medium occupante petalo albo, cucullato, amplo, difformi, figuræ exoticæ & inſolitæ. Flores excipit tuberculum anguloſum, reliquorum bulbaceorum ſimile, in quo continetur Farina tenuiſſima albicans.

Eiſdem cum præcedente in locis invenitur.

Hujus iconem videſis *Par. Bat.* titulo Orchidi affinis plantæ paraſiticæ, folio craſſo ſulcato

45. Viſcum Caryophylloides unius arboribus adnaſcens, floribus luteis amplis, *Sirinamenſis.*

E *radice* plurimis albis fibris capillata exeunt *folia* anguſta, brevia, Caryophyllacea. *Flores* Orchidis ferè forma, longis & tenuibus pediculis, ſinguli ſingulis, è radice exeuntibus innaſcuntur. Communicavit D. *Sherard.*

46. Viſcum Delphinii flore albo guttato minus, radice fibroſa *Sloan. Cat. Jamaic.*

E *radice* fibris implexis conglomerata, aliarum hujus Generis ſimili, *folia* emittit varia 3 uncias longa, vix quartam unciæ partem lata, propemodum triangularia, luteo-viridia; è quorum medio exoritur *caulis* per omnia præcedenti ſimilis, *flores* duntaxat plures & aliter figuratos geſtans; è 4 viz. petalis exiguis albis, fuſco punctatis, & uno majore paucioribus punctis ſanguineis in quo cucullus parvus luteus, eique oppoſitus alter ſimilis coloris cœrulei, conflatos, omnes pediculis uncialibus inſiſtentes circa ſummum caulem.

Cum prioribus.

47. Katsjula-Kelengu *H. M.* P. 11. T. 41. Biſolium aquaticum *Indicum* tuberoſum, flore tripetalo difformi.

H. M.

Radix carnoſa, albicans, fibras emittens, & novellis ſe propagans oculis, odoris fragrantis & aromatici, maximè cum ſicca, Zinzibèris inſtar, albicante ſicca carne, cortice ruſſo, rugoſo. Duo ex radice *folia* pedunculis ſurrectis latis & cavis exſurgunt, in tranſverſum extenſa, ex adverſo ſita, ampla, rotundiola, inferiùs ſinulo cavo anguſto exciſa, craſſa, carnoſa, glabra, venis ſubtilibus annularibus, quæ folium intus obſcuro tractu ſubeunt, ex media *vena* ſtriata, viroris ſupernè ſaturi & fuſci, ſubtus clari, in oris limbulo rubeſcente inſtructa, odoris grati aromatici. *Flores* inter folia media è radice ſurrecti exſurgunt, oblongo petiolo ſeu collo, tripetali, petalis duobus oblongo-rotundis & candidis tam interiùs, quàm exteriùs, tertio hiſce oppoſito, anteriùs in medio in duo alia quaſi petala diviſo, interiùs candido, in medio & ima parte ad pedem purpureo-rubro, exteriùs candido, in pede interiore dilutè flaveſcente & virideſcente; ſúntque in totum tribus oblongo-anguſtis, candidis foliolis ſeu auriculis ſuccincti. E florum medio *ſtylus* exſurgit latus, foliaceus, candidus, ad pedem petali purpurei flaveſcentem accumbens, ſupernè in duas ungulas fiſſus, quæ à petalo purpureo ſunt reflexæ: In medio favus eſt, intus anguſta theciformi cavitate, per quam alius ſe tranſmittit ſtylus candidus, tenuiſſimus, gemmulâ nodulatus.

Inſuper obſervavimus, quòd in locum floris emarcidi & decidui una nocte flos novellus cum petiolo ferme pollicari è radice exſiliat. Radix

Radix ſiccata in tranſverſas inciditur lamellas & divenditur. Bulbus cum recenti butyro in pilulas redactus Aſthmaticis datur.

48. Baſaala-Poulou-Maravara *H. M.* P. 12. T. 27. Elleborine ſimilis *Indica*, floſculis monopetalis, miniato-rubris, minimis.

H. M.

Tam ſupra arbores petroſo in loco naſcentes quàm ſupra petras ipſas creſcit. *Radix* ex multis filamentis & fibris conflatur, alba, carneo, aqueóque intus humore repleta, odoris gravis, ſaporis amari. *Caulis* è radice progerminat, ſeſquipedem longus, ab omni parte *foliorum* pedibus circumvolutus, quæ ex ſe invicem proveniunt, ut illa *Thalia-Maravara*; non decuſſatim diſpoſita, ſed gyris ſeſe in orbem flectentia, caulem ipſum nunquam detegentia, anguſta, ſpithamam longa, tres digitos lata, ſuperiori & inferiori parte in acutum deſinentia, mollia, lenia, viridi-clara, oris glabris, coſtis plicíſque ſulcatis, è fractis multæ fibræ ad longitudinem cubiti extrahuntur telæ aranearum inſtar, humore aqueo inſtructa, odoris ſylveſtris, ſaporis amari. *Caulis* inter folia exſurgit, teres, viridis, lignoſus, glaber, rigidus, flores in faſtigio ſuſtinens in ſpicam digeſtos, minutiſſimos, egregiè miniato-rubros, monopetalos, petalo ipſo ſoleæ inſtar equinæ circumflexo, cujus oræ filamenta ſericea dependentia referunt: in medio orbis è diametro duo ſibi mutuo opponuntur globuli, ſimilitudinem Teſtudinum cum omnibus illarum partibus referentes: illorum petioli in altum caulis diriguntur, circa pedem foliolo parvo viridi inſtructi, gratiſſimi odoris. *Fructus* ex florum petiolis producuntur, illis *Angeli-Maravaræ* in totum ſimiles, excepto quòd hi in vertice ampliores ſint, & circa pedem in acutum deſinentes. Caule florifero emoriente è radice novus denuo progerminat, ſole ſupra ipſum fulgente ſemper penè florens, ídque ſingulis quinque menſibus bis. Sylvas & loca inculta amat hæc planta, atque ideo non ſine magno labore & difficillimè invenitur. Malabarienſes enim nullos medicinales excolunt hortos; ſiquo indigeant medicamento illud ex ſylvis & agris ſibi comparant.

Bilem purgat, antifebrilis eſt, terminos ſive motus Epilepticos infantum, morbillos curat, diaphoretica eſt.

49. Katou-Ponna-Maravara *H. M.* P. 12. T. 28. i. e. Maravara ſylveſtris aurea.

H. M.

Radices tenues, breves, fibroſæ, fuſcæ, carnoſæ, craſſo, lacteóque humore repletæ, ſaporis acris, adſtringentis, odoris non injucundi. *Folia* numero tria è radice proveniunt, pedibus inter ſe complicatis. Unum illorum parvum eſt, reliqua duo majora & longiora, decuſſatim diſpoſita, in averſa parte coſtis eminentibus ſecundùm longitudinem dotata, in recta glabra, plana, ſuturis notata, coriacea, viridia, lenia, fuſca, acuta, rigida; flectuntur ſed non facilè franguntur. Inter hæcce *Caulis* erumpit floriferus, *Baſaalæ* ſimilis, ſed ſtriatus & angulatus, viridis, rigidus, lignoſus, intus filamentis & nervis lentiſſimis inſtructus, *floribus* eodem modo diſpoſitis ornatus, qui flavo-clari ſunt, pentapetali, petalis tribus longis, parvis, anguſtis, duobus ſubrotundis, circumflexis, apicem conſtituentibus cum procumbente penecillo cavo & circumflexo, odoris admodum grati. Fructus ut *Baſaalæ*, ſed pentagoni ſunt. Semel tantum floret hæc planta & interit, menſibus ſci. *Januario & Februario.* Solem amat & ſolitudines; deſciſſa & extra Solem poſita defloreſcit, ſub Sole reviviſcit, quod rarum & paucis plantis commune.

Succus cum radice trita aduſtionem, carcinomata, gangrænam curat. Succus foliorum omnem ardorem febrium malignarum extinguit; magnâ efficaciâ humorem ſuperfluum ex tumefactis manibus, brachiis, pedibus, illic loci pedes *S. Thomæ* dictis, qui ſæpius ità intumeſcunt ut craſſitiem hominis ſuperent, expellit. *Virtus.*

50. Helleborine radice repente, foliis maculis nigris teſſellatis *Moriſ. hiſt.* P. 3. vid. Orchis radice repente, foliis maculis nigricantibus aſperſis *Mentzel. hiſt.* p. 1226.

51. Helleborine paluſtris anguſtifolia flore albo *Sherardi.*

Caulis extollitur dodrantalis aut pedalis; cui *folia* 4 uncias longa, ſemunciam plus minus lata, in acutum mucronem extenuata, ſe involventia, 6, 7, & interdum plura adnaſcuntur. *Flores* ſummum occupant, Helleborines vulgaris flore albo ſimiles, pentapetali, albi, de quibus labrum dependet luteum, & (quod huic ſpeciei proprium) floribus nulla ſubjiciuntur foliola aut Appendices. D. *Bobart* deſcripſit.

In palude prope *Lactarium*, in *Crevetenan Ballana-hinch* in *Hibernia* collegit D. *Sherard.* Eandem etiam D. *Newton* in Eboracenſi Comitatu invenit, & *Helleborinem foliis prælongis acutis* appellavit. Vide *Synopſeos* noſtræ *Stirpium Britannicarum* Edit. 2dam.

P. 1232. Ad Cap. De Helleborine.

1. Helleborine *Virginiana* bulboſa, flore atro-rubente D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

2. Helleborine *Virginiana*, Ophiogloſſi folio D. *Baniſter Pluk. Phytogr.* T. 93. F. 7. Helleborine *Marilandica* monanthes, ſeu flore in uno caule unico. Hujus exemplar pulchrè exſiccatum, necnon iconem propria manu ad vivum accuratè delineatum eruditiſſimus inventor non ità pridem amicis ſuis in *Angliam* tranſmiſit. In uno caule unum habetur folium trinervium, aliàs caulis nudus eſt.

3. Hel-

3. Helleborine *Virginiana* ſeu Calceolus anguſtifolius flore amplo purpureo D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

4. Helleborine Alpina lutea ſeu Calceolus *Mariæ Icon. Robert. Virginiana*, flore rotundo luteo D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot.*

5. Helleborine ſimilis *Canarienſis.* Flos Spiritûs ſancti vulgo & *P. B. P. Pluk. Almag. Bot.*

6. Helleborine *Mariana*, Bupleuri anguſtiſſimo folio, purpuraſcente flore, caule aphyllo: *Pluk.* Ab hac (inquit) parùm diſtat Helleborine anguſtifolia, flore rubente *Virginiana Baniſteri.*

7. Helleborine *Mariana*, flore pallidè purpureo, trianthophoros *Pluk. Mantiſſ.*

8. Helleborine *Mariana* monanthes, flore longo purpuraſcente Liliaceo *Ejuſd. ibid.*

9. Helleborine affinis planta *Mariana*, Herbæ Paridis facie, quinquefoliata *Ejuſd. ibid.* vid. Herba Paris.

10. Helleborine *Virginiana*, flo. rotundo magno ex purpureo albicante *Baniſt. Cat. Mſſ. Pluk. Mantiſſ.*

11. Helleborine, Calceolus dicta, *Mariana*, foliis binis è radice ex adverſo prodeuntibus, flore purpureo *Ejuſd. ibid.*

12. Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, flore gemello candido, venis purpureis ſtriato *Ejuſd. ibid.* Binis quoque foliis (inquit) hæc prædita eſt, alterum ad radicem, alterum ad caulem ſitu alterno promens, cujus florum petala ſunt multò latiora & breviora cæteris hujus ſortis. Æſtivo tempore floret.

13. Helleborine flore rotundo, ſeu Calceolus *Americanus* maximus bifolius. Calceolus Marianus *Canadenſis Cornut.*

Flos huic maximus eſt, colore albo rubris lineis ſtriato, deſcribente *Cornuto*: nam in ſiccâ nobis visâ, quam ex *Marilandia* redux ſecum attulit D. *Vernon*, color non comparuit. *Folia* maxima & latiſſima, bina tantùm è radice egreſſa, in caule nulla.
Non tantùm in *Canada*, ſed & in *Virginia* & in *Marilandia* invenitur.

14. Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus *Marilandicus*, caule foliis latis nervoſis glabris, quatuor aut pluribus, cincto.

Caulis huic ſemipedalis aut altior, parùm lanuginoſus, foliis 4 latis & ſubrotundis, in apicem tamen acutum terminatis, baſi ſua caulem amplectentibus, nervoſis, nervis arcuatis circumferentiæ propemodum parallelos ductis, veſtitus. *Folium* è cujus ſinu flos exit majus eſt & latius quàm in aliis ſpeciebus, Flos ipſe minor quàm præcedentis. Color in ſicca non apparet, videtur tamen luteus fuiſſe.
In *Marilandia Americæ* provincia collegit D. *Vernon.*

15. Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus *Marilandicus*, foliis longis acuminatis glabris, 5 aut pluribus in caule.

Caule eſt ſemipedali aut altiore, quinque [in planta nobis viſa & deſcripta] *foliis* cincto anguſtioribus quàm præcedentium duorum, ſatis tamen latis, in longos & acutos mucrones productis, 7 nervis inſignioribus ſtriatis. *Flos* in ſummo caule unicus, ut in ſicca videtur luteus, è ſinu folii anguſtioris & acuti exit, pediculo longiuſculo. Petala floris lateralia oblonga & anguſta ſunt, erectum etiam & dependens longiora, anguſtiora & acutiora ſunt quàm in reliquis ſpeciebus.

16. Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus *Marilandicus*, foliis anguſtioribus acuminatis circum oras lanuginoſis tribus quatuórve in caule.

Altitudo huic ſemipedalis. *Folia* anguſtiora quàm primæ & ſecundæ, in longos & acutos mucrones producta, lanuginoſa, lanugine circa margines valde conſpicua, nervoſa adeò, ut tota ex nervis contexta videantur, inſigniores autem nervi, averſa parte præcipuè conſpicui, 3, 4ve ex utroque latere coſtæ mediæ decurrunt. Floris labellum, calopodium imitans, brevius & tumidius pro magnitudinis ratione quàm in reliquis, petala autem lateralia breviora & latiora ſunt.
In eadem provincia obſervavit & collegit D. *Vernon.*

17. Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, Lilii convallium folio unico, caule tomentoſo, floris utriculo maximè elongato *Pluk. Mantiſſ.*

18. Hel-

18. Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, caule folioſo, flore luteo minore *Pluk. Mantiſſ.* Eadem eſſe videtur *Marilandico* noſtro 2do, ſeu caule foliis latis nervoſis glabris quatuor aut pluribus cincto.

19. Helleborine affinis *Æthiopica*, flore albo tetrapetalo *Pluk. Mantiſſ.*

20. Helleborine affinis *Æthiopica*, parva planta, tripetalos *Ejuſd. ibid.*

21. Helleborines facie planta hexapetala, Graminis *Parnaſſi* floribus, *Orientalis*, *Madelvelladee Malabarorum Ejuſd. ibid.*

22. Helleborine accedens plantula anomala *Cap. Bæ. Spei.*

Ad radicem *folia* quatuor aut quinque obtinet Alſines minimæ. *Cauliculus* tenuis, palmaris & altior, foliolis minimis concavis acutis veſtitus; quæ (quantum in ſicca diſcernere licuit) caulis tranſadigit. In ſummo cauliculo 4 aut fortè plures è foliorum ſinubus exeunt floſculi, Helleborines, ut mihi videbatur ſimiles ſummo fructui inſidentes.

1. Bifolium *Marilandicum* aquaticum fortè ſpica florum breviore, floribus è ſinu foliorum latiorum exeuntibus.

Flores in duas partes dividuntur, erectam quæ pro galeâ inſervit, ad baſin latam, concavam & in acutum deſinentem, & dependentem minorem & breviorem, quæ labelli locum ſupplet.

Ad Cap. De Orobanche, &c.

1. Orobanche *Virginiana* flore pentapetalo cernuo *Baniſteri Pluk.* T. 209. F. 7. Hanc è *Marilandia* attulit ingenioſiſſ. Vir D. *David Krieg* M. D. *Germanus*. Caulis circiter bipalmaris eſt, crebris foliis parvis atro-rubentibus ab imo ad ſummum veſtitus.

2. Orobanche monanthes *Virginiana*, flore majore pentapetalo *Moriſ. hiſt.* P. 3. 501. Eadem fortè cum planta præcedente, in qua tamen flos non reflectitur deorſum; reliqua deſcriptio ſatis convenit.

3. Orobanche *Virginiana*, flore ampliore, pentapetalo, cernuo D. *Baniſter*, *Moriſ. hiſt.* P. 3. 503. planta eſt diverſa, minor ſci. & humilior, 3 tantùm 4ve uncias alta.

4. Orobanche minor *Virginiana* lignoſior, per totum caulem floribus minoribus onuſta *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* craſſiuſcula, è ſquamulis fibris adnexis compacta oriuntur plurimi *caules*, numero 7 vel 8 ſeſquipalmum & dodrantem longi, graciles, duri & lignoſi, nullis foliis veſtiti niſi minimis illis acutis, & vix conſpicuis unicuique flori appoſitis. *Flores* oblongi, galeati, inordinatim ſiti, ab imo ad ſummum caulem conveſtiunt obſolete lutei coloris, quibus ſuccedunt *vaſcula* parva rotunda, dura, petiolo breviſſimo dodata, caulibus adhærentia, *ſeminibus* minimis pulverulentis rotundis pallidè luteis repleta.

5. Orob. *Virginiana*, radice fibroſa, ſummo caule foliis ſubrotundis *Pluk. Phyt.* T. 209. F. 6.

6. Orob. verna, radice dentata, *Virginienſis Baniſteri Pluk. Phytogr.* T. 211. F. 2. Vid. Deſcript. *Moriſ. hiſt.* P. 3. 503.

7. Orob. Autumnalis *Virginiana*, radice dentata *Baniſteri Pluk. Phyt.* 211. F. 1.

Radicem habet proximè præcedenti ſimilem, caulem verò (ut Solanum magnum racemoſum) ſplendidè rubellum: floſculi minores, magis pendentes, minúſque aperti ſunt, ſenis conſtantes petalis, 5 rubellis, ſextum album eſt, non omnino maculatum; & hæc tantùm (ut in altera) à vaſculo ſeminali luteſcit. Octobris medio in *Virginia* floruit.

8. Orobanche aut Helleborine affinis, *Marilandica*, caule nudo, unico in ſummo flore. An Helleborine *Virginiana* Ophiogloſſi folio D. *Baniſter*, de qua ſuperius.

Ex eadem radice plures exeunt *cauliculi*, tenues, palmares & altiores, ſimplices & non ramoſi, ſinguli in faſtigio ſingulos flores geſtantes, oblongos concavos, deorſum nutantes, ſummo margine in lacinias aliquot diviſos, quorum nec colorem neque figuram in ſicca clarè diſcernere potui. Folia aliquot ad radicem parva, brevia. Tota plantula colore ſordidè luteo erat ac ſi in Sole ſiccata fuiſſet. E *Marilandia* attulit D. *Vernon*.

9. Orobanche *Africana*, floribus magnis conjugatis D. *Sherard.*

10. Orobanche *Virginiana* radice coralloide, ſummo caule foliis ſubrotundis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Radix fibris craſſiuſculis Corallii inſtar conſtat. *Caulis* ſeſquipalmaris erectus, ſimplex, cui *foliola* exigua, acuta inhærent, præterquam illa quæ ad verticem appropinquant, & ex anguſta baſi ad unguis parvi digiti latitudinem ſubrotunda dilatantur. Ex horum autem alis *flores*, ex pluribus petalis tenuibus conſtructi emergunt. D. *Bobart.*

11. Orobanche flore breviore duplici, Verbaſculi odore *Moriſ. hiſt.* P. 3. 504.

A *radice* craſſiuſcula, inæquali, fibras plurimas complicatas tenues demittit, & *Maio* ineunte *caules* curvatos ſimplices protrudit, qui deinde in dodrantalem & pedalem altitudinem attolluntur, graciles, teneri, & ſucci pleni, plurimis *foliolis* membranaceis cincti. *Flores* in ſummo ſpicam conſtituunt, ſinguli proprio pediculo inſidentes, ex petalis 4, brevibus & latiuſculis externis totidémque minoribus internis, pallidè luteis conſtructi. Spicæ medietatem vaſculum ſeminale ſubrotundum lagunculæ obbulæve figurâ, cum collo & orificio prominente ac ſtaminulis purpuraſcentibus occupat. Odor totius tuſi & compreſſi gratus Verbaſculum refert.

In ſylva ad oppidum *Stokenchurch* dictum aſcendente ad ſiniſtram invenit D. *Bobart* deſcriptionis Auctor [in agro *Oxonienſi*]

P. 1233. Ad Cap. de Pyrola.

Pyrola minima *Cluſ.* differt à vulgari; non inepto nomine Pyrola monanthes, odore Lilii convallium vocatur à *Jungermanno* in *Cat. Altd.* D. *Sherard.*

1. Pyrolæ affinis *Virginiana*, repens fruticoſa, foliis rigidis, ſcabritie aſperatis, flore pentapetaloide fiſtuloſo *Pluk. Phyt.* T. 107. F. 1. Pyrola repens foliis ſcabris, flore pentapetaloide fiſtuloſo. *Baniſter.*

Folia huic ſeſcuncialia aut longiora, latitudine unciam ſuperant, ſubrotunda, figurâ ellipticâ, ad pediculum tamen anguſto ſinu excavata, rigida, aridiuſcula, per margines undulata. *Flores* plures ſimul in ſummis virgulis coacervati, purpuraſcentes, è tubo brevi in 5 ſegmenta ſeu petala diſſecti. Hanc plantam in *Marilandia* etiam invenit D. *Vernon.*

Cauliculi duri & lignoſi, nunc erecti, nunc procumbentes, palmares. Vaſcula globularia parva 4fariam diviſa, ſemina perexigua, Nicotianæ vix æqualia, nigricantia continent.

2. Pyrolæ ſimilis *Marilandica*, floſculis parvis albis in acutas lacinias diſſectis.

Folia in caule plura, alternatim adnata pediculis brevibus Pyrolæ folio mucronato ſerrato non multùm diſſimilia, verùm latiora, majora, nec manifeſtè ſerrata.

3. Pyrola *Mariana* Arbuti foliis anguſtioribus, trifoliata, ad medium nervum lineâ albâ utrinque per longitudinem diſcurrente *Pluk. Mantiſſ.*

4. Pyrola foliis amplioribus, Planta *Æthiopica*, fortè ipſiſſima *Breyn. Cent.* 178. Ex *Prom. Bæ Spei.*

1. Orchidis ſpecies ſpicâ brevi ſubrotunda, *Marilandica.* Graminifolia ſpicata elatior.

Caulis dodrantalis eſt aut altior, tenuis, infirmus, *foliis* gramineis indutus, inferioribus palmum & dimidium longis, culmum latis, ſuperioribus ordine brevioribus, intervallis longis diſtantibus. Summum caulem occupat ſpica floſculorum pedicellis longis tenuibus arcuatis inſidentium, brevis, habitior & ſubrotunda ſeu obtuſa. Petalorum numerum & formam in ſicca diſcernere non potui.

E *Marilandia* attulit D. *Krieg*, cum aliis multis rarioribus.

HISTORIÆ STIRPIUM

LIBER VIGESIMUS SECUNDUS,

Graminifoliæ Culmiferæ grano majore & minore.

ITEM

Non CULMIFERÆ.

Graminifoliæ Culmiferæ grano majore, quarum ſemina panificio aut pultibus inſerviunt. Frumenta & Cerealia dicuntur.

P. 1240. Ad Cap. De Tritico add.

1. TRiticum *Chalepenſe*, ſpica breviore nitidiſſima, alba, ſeu Triticum *Joſephi Moriſ. hiſt.* P. 3. Humilior hæc planta ſpicas profert breves & ariſtatas; glumæ albidæ & glabræ ſunt: grana brevia ac turgida. Ob ſpicæ munditiem *Joſephi* nominârunt *Orientales*; quod nomen ob inſignem hominis formam cuilibet rei pulchræ & ſpecioſæ ſolent attribuere. D. *Bobart.*

2. Triticum *Chalepenſe* humilius, ariſtis nigricantibus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Humilis quoque hæc Tritici ſpecies grana rufeſcentia profert, è quorum glumis ariſtæ oriuntur longæ, nigricantis coloris. Quibus notis ab aliis omnibus Tritici ſpeciebus facilè dignoſcitur. D. *Bobart.*

3. Triticum majus, longiore grano, glumis foliaceis incluſo, *Polonicum* dictum *Moriſ. hiſt.* P. 3. Inter Tritica hoc majus videtur cæteris: Ejus enim ſpicæ palmaris longitudinis altiùs attolluntur: Harum autem ſingulæ glumæ foliaceæ uncialem aut ſeſcuncialem acquirunt longitudinem, quæ in ariſtam mediocrem deſinit. Grana incluſa majora & præſertim longiora trituratione facile deponuntur. Nonnunquam ſpicula una vel altera è primariæ latere quaſi diviſa apparet. D. *Bobart.*

D. *Bobart* diſtinguit Triticum ſpicâ villoſâ quadratâ longiore à Trit. ſpicâ villoſâ quadratâ breviore & turgidiore. Priorem ſpeciem **Cone-Wheat** Ruſticis dictum ſcribit, poſteriorem **Square-gray, Pollard** & **Duckbill-Wheat**, quem conſule.

Quin & Triticum vernum ab Hyberno ſpecie diſtinctum eſſe vult, & non ſationis tantùm tempore differre. *Hiſt. Oxon.* P. 3. p. 175. ut olim opinati ſunt etiam ipſi apud quos ferebatur.

P. 1247. Ad Cap. de Panico.

4. Tenna *H. M.* P. 12. F. 79. vel idem eſt cum Panico vulgari vel ei valde ſimile. Ariſtis longioribus, & granis albicantibus, oblongo-rotundis differre videtur *Panicum* ſpica longa gracili, cujus granis paſcuntur aves *Indicæ*, *Pluk. Mantiſſ.*

P. 1249. Ad Cap. de Phalaride.

5. Phalaris major diſtachyophoros, ab eodem exortu ſpicâ gemellâ *Pluk. Almag. Bot.*

P. 1250. Ad Cap. De Frumento Indico Mayz dicto.

6. Frumenti Indici ſpeciem collegi in Horto *Amſtelodamenſi*, quæ pedem non multùm ſuperabat, cui in ſpicis floriferis grana aliquot adnata ſunt. An Frumentum *Mayz* dictum minus *C. B?* D. *Sherard.* Grana in ſpicis floriferis interdum proferre non huic ſpeciei peculiare eſt, ſed (monente *Camerario*) Frumento *Mayz* dicto vulgari commune.

P. 1252. Ad Cap. de Milio.

7. Milium Indicum, Arundinaceo caule, granis flaveſcentibus *Hort. Leyd.* Indic. ſaccha-riferum altiſſimum, ſemine ferrugineo *Breyn.* Frumentum Indicum, quod Milium vocant *C. B.* 4. de quo hæc habet in *Theat. Botan.*

Milium hoc ſpicas habet oblongas, ex granulis colore ſemen Cannabis æmulantibus compoſitas, formâ nonnihil oblongis, utriculis ſive folliculis ariſtis carentibus incluſis, inſtar Dipſaci herbæ; quod trium menſium ſpatio ſuccreſcit: deinde abſcinditur, in terram menſis ſpatio deponitur, ut calore ſolis probè exſiccetur & percoquatur; tandem ſpicæ à culmis reſecantur, in faſciculos collectæ domum deportantur, ſtramine operiendis vel muniendis ædificiis deſtinato. Hoc frumenti genus optimum eſt, quod fractum & comminutum candidiſſimum apparet, ex quo facili labore panis pinſitur, cùm admodum molle ſit, & attritu ſtatim maſſam conficiendis panibus aptam præbeat. Et hoc frumenti genus ſemper habuerunt, etiam ante *Luſitanorum* adventum.

8. Milium *Indicum*, arundinaceo caule, granis nigris *Cat. Lugd. Bat.* Indic. ſaccharife-rum altiſſimum, ſemine rotundo atro *Breyn. Prod.* 2. Benghalenſe ſem. majore ni-gro ſplendente *Hort. Amſt.*

9. Milium *Ind.* arundinaceo caule, ſemine fuſco, glumis ſplendentibus atris *Pluk. Almag. Bot.*

Priorum duarum ſpecierum deſcriptiones vide in *Hort. Acad. Lugd. Bat. Herman.* vel in Hiſtor. noſt. Append. p. 1908. ex eo mutuatas.

10. Milium *Gambaicum* ſemine nigro *Munting. Herbar. Belgic.*

11. Milium *Salawaccenſe* grano minore *Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1015. pl. 202. Chel-lendenai *Malab.*

12. Milium peregrinum, nodoſa radice *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 87.

Folia profert dura quemadmodum Junci nonnulli. *Radix* tuberoſa eſt: Culmus pedem al-tus. Ob ſeminis convenientiam, & habitum totius plantæ ſub genere *Milii* diſponi meretur. Hanc plantam in *Melita* à *Joſepho Zammit* medio eruditiſſ. nactus eſt.

13. P. 1252. Lachryma Jobi maxima *H. L. B.*

14. Milium *Indicum*, anguſtiore folio, ſemine flavo *Tenna Etta* ab incolis dictum *Moriſ. hiſt.* P. 3. Qu. annon idem ſit cum Milio *Indico* Arundinaceo caule, granis flaveſcen-tibus *H. L. B?*

15. Milium *Virginianum*, lato brevíque folio, panicula rariore *Moriſ. hiſt.* P. 3. Huic *cul-mus* ſurgit rectus, gracilis, 4 geniculis diſtinctus; è quorum ſingulo folium digiti longitudinem, & in medio latitudinem æquans enaſcitur. Panicula in ſummo ex paucis petiolis ſparſa, jubas ſeminâque includens pro Milio ſatis ampla explicatur. A D. *Baniſter* tranſmiſſum eſt.

P. 1255. Ad Cap. De Gramine canino.

1. Gramen caninum non repens elatius, ſpicâ ariſtatâ *Moriſ. hiſt.* P. 3. E *radice* fibris co-mata *folia* longa, latiuſcula, pallidè virentia protrudit. *Culmi* aſſurgunt plures, e-recti, bipedales aut tripedales, glabri, foliis conſimilibus paucis inferiùs amicti, qui in ſpicam digiti aut amplioris longitudinis deſinunt, ex ſpiculis glumíſve tranſverſim ſitis, ut in aliis hujus ſeriei, quæ in ariſtas unciales terminantur. In montoſis ſaxo-ſis & ſylvoſis Agri *Oxonienſis* invenitur. D. *Bobart.*

2. Gramen caninum ſupinum *Monſpelienſe. L' Augerii Park. Lob. Illuſtr. Magnol.* Genicu-latis calamulis caducis humi perreptat, & ſecundùm foliata genicula fibroſis radicibus alimentum ſergit. Spica longa, tenuis & indiviſa eſt.

3. Gramen geniculatum parvum arenoſorum aggerum maritimorum *Zeylandiæ*, longiùs radicatum *Lob. Illuſt. Foliis* exit ſpithamiæis; è quibus geniculati culmi exſeruntur, dodrantales, & ſpicæ aceroſæ, Graminis canini breviores multò durioréſque. *Radix* geniculata prolixè per arenam reptata vagatur, Canarii graminis inſtar.

4. Gramen maritimum vulgato Canario ſimile *Lob. Illuſtr. Park. Folia* profert vulgaris Gra-minis canini tenuiora, duriora, colore ad cæſium tendente, ſpicaſque ferè conſimiles. Varietas quoad magnitudinem culmorúmque longitudinem obſervatur.
In litore *Britannico* & *Belgico* invenitur.

5. Gramen

5. Gramen caninum maritimum ſpicatum *C. B. Prod.* p. 2. canin. 11. *Ejuſdem* pin. Gr. canin. marit. ſpicatum *C. Bauhini J. B.* t. 3. p. 467. canin. marit. ſpicat. Monſpelienſe *Park.* p. 1277. **Spiked Sea-Dogs Graſs.**

Ex *radicibus* tenuibus, lignoſis, leviſſimè capillatis viticelli plures, repentes, rotundi, læves, pedales, cubito etiam longiores, frequenter geniculati, unde ramuli plures, foliolis arundinaceis brevibus & anguſtis cincti, prodeunt, quorum ſuperioribus ſpica triuncialis, ex cinereo nigricans inſidet.

Ad littus maris non longè *Monſpelio* D. *Salitzmannus* legit & communicavit. *C. B.* Eandem in inſula *Jamaica* ad mare ubique ferè longè latéque repentem obſervavit D. *Sloane.*

6. Gramen murorum radice repente *C. B.* pin. & prod. *Park.*

Ex *radice* nigricante, repente & capillacea *culmi* plures, pedales, incurvi, tenues, geniculati, *foliis* paucis, brevibus & anguſtis, cincti, prodeunt: quorum ſummitati *panicula* albicans, ſeſquiuncialis, ex minimis glumis contexta inſidet.

Hoc in muris foſſarum interiorum urbis noſtræ [*Baſileæ*] provenit. *C. B.*

P. 1257. Ad Cap. De Gramine cum ſpica Brizæ.

7. Gramen ſpica Brizæ ſingulari, locuſtis majoribus villoſis purpuraſcentibus *Sloan. Cat. Jamaic.*

Radix huic fibris tenuibus conſtat; unde emergit plerunque *culmus* geniculatus, ſuperiore parte compreſſus, bipedali altitudine, *foliis* duriuſculis luteo-viridibus, anguſtis, 9 digitos longis, ad faſtigium uſque cinctus, è foliorum alis ramuli exeunt, quorum ſummitatibus inſident *ſpicæ* ſingulares, compreſſæ ¼tas unciæ partes longæ, è glumis aceroſis amplis flavescentibus, extremo piloſis, compoſitæ, ſex ſeptémve locuſtis majuſculis utrinque ad ſcapum ſeu columnam mediam adnexis; ſpicâ *Graminis ſpicâ Brizæ majoris C. B.* prod. nonnihil ſimili; glumæ duntaxat ſeu locuſtæ ampliores ſunt, piloſæ, inque ſingulis ramulis ſingulæ ſpicæ habentur, quæ, ut & reliquæ plantæ, ad purpureum ſeu rubentem colorem vergunt.

In pratis circa locum **Seven-Plantations** dictum invenitur.

P. 1258. Ad Gramina Secalina.

8. Gramen Secalinum *Indicum*, ſpica gracili tomentoſa, ariſtis longioribus ad ſe invicem intortis *Pluk. Phyt.* Tab. 191. F. 5. D. *Bobart.*

Folia profert rigidiuſcula & anguſta, 4 aut 5 ex eodem geniculo emergentia; inter quæ *culmi* eriguntur bini, graciles, geniculo cum foliolo adjuncto nonnunquam donati. *Spica* in ſummo tenuis, biuncialis aut triuncialis, ex glumis turgidiuſculis tomentoſis compoſita, quæ ad dimidium uſque naſcuntur. Ubi ſe attenuat, ariſtæ ſex aut plures, unciales aut biunciales, non ex ſingulis glumis ut in aliis, ſed ex culmi apice proveniunt, & ad ſe invicem ſub imum contortiles, ad ſummum ſingulatim diviſæ ſunt.

9. Gramen Secalinum majus altiſſimum *Virginianum Moriſ. hiſt.* P. 3. D. *Bobart.*

Huic *calami* teretes, glabri, geniculis & internodiis longis diſtincti aſſurgunt, & humanam altitudinem obtinet, quos *folia* lata, triticea velut vaginâ inferiùs amplectuntur. *Spica* attollitur, 5 aut 6 uncias longa, ex glumis anguſtis compreſſis & penè foliaceis, in ariſtas breves deſinentibus conſtructa, & ſpicæ Secalis ſatis ſimilis apparet.

10. Gramen Secalinum ſegetale majus *Moriſ. hiſt.* P. 3. Gramen ſpicâ ſecalinâ *C. B. Prod.* & *Theat.* ſpicâ quadratâ ad Secale accedens *J. B.*

Hoc ipſi Secali ſimillimum, *calamo* eſt tricubitali, lævi, geniculato & pallente: *foliis* paucis, longiuſculis, ſpicâ uncias 4 longâ, oblongis ariſtis armatâ. *Baſileæ* in agris frumentaceis inter ſegetes invenitur: unde annuum eſſe veriſimile eſt.

11. Gramen Secalinum majus ſylvaticum *Moriſ. hiſt.* P. 3. hordeaceum montanum ſive majus *C. B.* An Secalinum maxim. *Park?*

Calami bipedales aut tripedales; *folia* ſatis lata viridia ſunt; ſpicæ Secalinæ, tenuores, digiti longitudinis, ariſtis brevibus præditæ. In ſylvis montoſis prope **Stoken-Church** in agro *Oxonienſi* naſcitur, & quotannis ex eadem radice reſurgit. D. *Bobart.*

12. Gramen hordeaceum leptocaulon præaltum, macroſtenoſtachyon *Hort. Cath.* à noſtro Secalino pratenſi longitudine ſpicæ differre videtur, ſi non & aliàs; diligenter conferantur.

P. 1260. Ad ſpec. 6tam nota, Tota planta glauco admodum colore eſt. Folia Arundinis vulgaris latitudine, multò longiora & carinata. D. *Sherard.*

P. 1262.

P. 1262. Ad Gramina Panicea.

1. Gramen Paniceum ſpicatum aſperum, latiore folio, *Indiæ Orientalis, Peapillee Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

2. Gram. paniceum diſtachyophoron ſeu ſpicâ gemellâ, binis granorum ordinibus, uno verſu conſtante, *Indiæ Orient.* Ponna varagupille *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

3. Gramen Paniceum minimum humi ſtratum, ſpicâ divisâ muticâ, foliis variegatis *Slon. Cat. Jam.* An Gr. *Zeylanicum* folio eleganter maculato *Herm. Par. Bat. prod.* p. 338. An Gr. ſerpentarium *Zeylanicum Breyn. Prod.* 2. p. 54? An Gr. Paniceum minus ſpicâ divulſâ inſulæ *Barbadenſis Pluk. Phytogr.* T. 189. F. 1.

D. *Sloane.*
Radices huic tenues, fibroſæ, ſeu è filamentis compoſitæ, quæ in unum coeuntes plurima *folia* graminea, unciam longa, latiuſcula, in orbem undique diffuſa, humi jacentia emittunt; quæ, cum juniora adhuc ſunt, variis in locis lineis tranſverſis ſeu faſciis fuſci coloris diſtinguuntur, aſpectu pulchro; cùm planta ſeneſcit aut exareſcit faſciæ obliterantur. Inter folia *culmi* exeunt multi 3 circiter uncias longi, totidem geniculis rubentibus intercepti, (ad quorum unumquodque apponitur folium) ſummitatibus uncialibus, & in ſpicas plures diviſis, coloris pallidè viridis, è multis *ſeminibus* triangularibus lucidis, pallidè flavis, folliculis ſeu glumis dilutè viridibus incluſis, compoſitas. Glumæ ariſtis deſtituuntur: *ſemina* autem & glumæ ſibi invicem proxime accumbunt juxta caulem, ad inſtar aliorum Graminum Paniceorum.
In ſemitarum marginibus & pratis *Savannæ* dictis circa urbem S. *Jago de la Vega* D. *Sloane.*

4. Gramen Paniceum majus, ſpica ſimplici lævi, granis petiolis inſidentibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Gramini paniceo, ſpicâ ariſtis longis armata C. B. perſimile eſt, paulò duntaxat minus videbatur: *Folia* multò breviora, ut quæ 4 uncias longitudine non ſuperent; à principio, ubi unciam lata, in acutum mucronem ſenſim anguſtata, ſtriata, colore pallidè viridi cœruleſcente. *Spica* in ſummo culmo 3 circiter digitos longa, è multis incurvis robuſtis petiolis compoſita, ima ſpicæ parte unciam plus minus longis, ſummâ quadruplo brevioribus ut ſpica pyramidalis evadat. Singuli petioli ad ſummam partem majores fiunt, & granum unicum in apice geſtant, duobus glumis ſtriatis clauſum, ariſtis brevioribus quàm in *Gram. paniceo ſpicâ ariſtis longis armata C. B.* nec ut in illo hirſutis; longo ad unumquodque granum petiolo à ſingularibus iſtius ſpicis differre videtur.
In *Guanaboa* invenit cum præcedente *C. B*; Gramine paniceo D. *Sloane.*

5. Gramen Paniceum ſpica ſimplici, ad caulem intervallata, binis granorum ordinibus, uno verſu conſtante *Pluk. Mantiſſ.*

6. Gramen panicea rariore ſpica compreſſa; ſeu Panicaſtrellum iners rariùs complanatum; aut etiam Gram. phœniceum minimè glabrum, *Antonii Bumaldi Bibl. Botan.* p. 187.

7. Gramen Paniceum ſimplici panicula longiore Alopecuroide cana *Hort. Cathol. Cupani.* Circa *Meſſanam* alteram *Siciliæ* Metropolin invenimus. Graminis Alopecuroides nova ſpecies nobis *Cat. plant.* circa Meſſanam.

8. Gramen Paniceum paluſtre ſpicis multis anguſtis ſucceſſivis *Hort. Cath.* ſeu Gramen Paniceum tenellum, ſpicis criſtatis anguſtis ſucceſſivis obſcurè virentibus *Hort. Cath. Suppl. alt.* 34. Hæc duo Gramina (inquit D. *Cupani*) diſcriminantur ab invicem penes locum; illud nempe valde craſſum eſt, quippe ſecus decurſus aquarum proveniens; hoc locis aridis, ſaltem non paluſtribus.

Spica ut in Panico è multis ſpicis brevibus componitur verùm minus compactis, ſeu rariùs ſitis.

9. Gramen Paniceum *Virginianum*, majoribus granis, ſpica ſimplici molli *Pluk. Mantiſſ.*

10. Gramen Paniceum parvum ſpicatum *Bæticum Ejuſd. ibid.*

11. Gramen Paniceum ſeu Panicum ſylveſt. maximum *Indiæ Orientalis Pluk. Almag. Bot.* Gram. Alopecuroides ſpica maxima *Ejuſd.* T. 32. F. 4. i. e. Gram. Alopecuroides *Indicum* maximum *Hiſt. noſt.*

12. Gram. Paniceum minus, ſpicâ divulſâ, Inſulæ *Barbadenſis Pluk. Phyt.* T. 189. F. 5. Pargiter-Graſs & Peſtis coloni noſtratibus nuncupatur.

13. Gram.

13. Gram. Paniceum multiplici ſpica *Maderaſpatanum Pluk. Phyt.* T. 181. F. 7. An Gram. Pan. plurimis ſpicis obtuſis per culmum ſparſis *Griſl. Virid. Luſit.*

P. 1264. Ad Gramina Loliacea.

14. Gramen Loliaceum corniculatum *Tournef. Inſt. rei herb.* Hujus deſcriptionem plenam & accuratam vide apud D. *Tournef. Hiſt. Plant.* circa *Pariſios* naſcentium.

15. Gramen Loliaceum majus, ſpicis in verticillos multiplicatis, *Maderaſpatanum Pluk. Phyt.* T. 191. F. 6.

16. Phœnix alata *Luſitanica Munting. herbar. Belgic.* alata venuſtiſſ. *Virid. Luſit.*

P. 1261. Ad Gramina Spartea.

1. Gramen ſparteum Oceanicum pungens, Orientale *Pluk. Almag. Bot.*

2. Gramen ſparteum, ſpicis Cupreſſiformibus numeroſis, ad caulium nodos ex utriculis erumpentibus, *Colletteepille Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* p. 3.

3. Gramen ſparteum avenaceum pumilum *Indiæ Orientalis, Ravanameſe Malabarorum Ejuſd. ibid.*

4. Gramen ſparteum *Virginianum*, ſpicâ Secalinâ *Ejuſd. ibib.*

5. Spartum ſpicâ & ſetulis tenuiſſimis, caudam equinam æmulantibus. *Boec. M. R. P.* T. 97.

Prima hujus plantæ *folia*, humi ſtrata, ſtellæ in formam poſita ſunt. *Caulem* emittit rectum. *Spica* è folliculo ſeu vagina exit ut in reliquis hujus generis, quæ [ſpica] per maturitatem caudæ equinæ figuram imitatur cum ſetis tenuiſſimis. Poſtea cùm inveteraſcit ſetas amittit molliſque, & anguſta evadit. Cubiti altitudinem interdum aſſequitur, eſtque ut exiſtimo, planta annua. In muris urbis *Panormi* in *Sicilia* naſcitur.

P. 1266. Ad Gramina Alopecuroide.

1. Gramen Alopecuroides maximum, ſpicâ longiſſimâ, ex pluribus minoribus ſpicis conflatâ *Cap. Bæ. Spei Pluk. Almag.*

2. Gramen Alopecuroides *Maderaſpatanum*, ſpicâ quaſi geniculata molli *Pluk. Phyt.* T. 190. F. 6.

Huic radix fibroſa eſt, & *folia* protrudit longa, erecta, graminea, & penè juncea, quæ culmos ipſos longitudine multùm ſuperant. *Spicæ* unciales aut biunciales, villo mollicello donatæ, teretes, quaſi in articulos diviſæ, ut in ſpica Lavendulæ videre licet. Glumæ contiguæ verticillatæ apparent. D. *Bobart.*

3. Gramen paniceum ſimplici ſpica, longioribus ariſtis *Marilandicum*. Perſimile eſt Gramini paniceo ſpica ſimplici *C. B.* verum ſpica magis flaveſcit & ariſtæ longiores & denſiores ſunt.

4. Gramen Alopecuroides minus, ſpica mucronata pyramidali *Sherardi, Mariſ. hiſt.* P. 3. Altitudine dodrantali aut pedali aſſurgit *culmus* lævis, gracilis, in inferiore parte tribus quatuórve geniculis donatus, *foliis* anguſtis, palmaribus, mollibus, ad inſtar vaginæ eundem cingentibus. Spica erecta, biuncialis, ad baſin latiuſcula in acutum mucronem terminatur, ex glumis anguſtis, mollibus, non ariſtatis compoſita.

5. Gramen Alopecuroides delicatiſſimâ ſpicâ plumosâ, foliis Cyperi *Hort. Cath. Suppl.* 3. A reliquis Gram. Cyperoidibus plurimum differt. Pluma quippe ſeminibus adnaſcitur ut in *Arundine.*

6. Gram. *Indicum* Alopecuroides, holoſericeum majus, ſpica longa pappeſcente *Pluk. Phyt.* T. 92. F. 5. An Gramen Alopecuroides, *Curaſſavicum* ſpicâ longiſſima & ſericea, candida *P. B. P.* Gramen ſpicatum ſpicis longis laxis, pappo ſericeo caneſcentibus D. *Sherard.*

7. Gramen Alopecuroides *Indicum* minus, ſpicâ ſericeâ candida laxiori *Pluk. Phyt.* T. 92. F. 4.

8. Gramen geniculatum brevifolium criſpum, ſpicâ purpuro-ſericeâ, *Maderaſpatanum Pluk. Phyt.* T. 119. F. 1.

9. Gra-

9. Gramen minus Alopecuroides *Gaditanum*, aliquantulum à noſtrate diverſum *Pluk. Mantiſſ.*

10. Gramen Alopecuroides maximum *Marilandicum*, ſpica longa aſperiore.

Folia longa, lata, in longum & tenuem mucronem deſinunt. *Spica* ſeſquipalmaris, craſſa, in medio tumidior, utroque extremo anguſtiore ex innumeris ferè granulis, ariſtis longiuſculis, tenuibus aſperiuſculis intermixtis, componitur, colore è viridi flaveſcente.

11. Gramen typhinum, ſpicis limæ inſtar aſperis, è glumis minimè bicornibus compoſitis, Gramen ſpicatum inſtar limæ dentatum *Hort. Cath.* 88.

In ſpecimine ſicco, nobis à D. *Sherard* exhibito *Caulis* dodrantalis & altior erat, geniculatus, gracilis; ex inferioribus geniculis ramulos emittens, in ſummo *ſpicam* geſtans gracilem, 3, 4ve digitos tranſverſos longam, teretem, æqualis ferè ab imo ad ſummum craſſitiei, e glumarum glomerulis limæ inſtar, ſi digiti deorſum ducantur ad tactum aſperarum compoſitam. *Folia* modicè lata ſunt.

12. Gramen typhinum minus *Jamaicenſe*, ſpicâ magis gracili *Pluk. Almag. Bot.*

P. 1268. Ad Cap. De Gramine echinato.

13. Gramen echinatum maximum, ſpica rubra vel alba *Slon. Cat. Jamaic.* aculeatum *Curaſſavicum P. B. P.* p. 338. *Americanum* ſpicâ echinatâ, majoribus locuſtis *Schol. Bot.* p. 258. F. 3.

D. *Sloane.*

Radices huic plures, filamentoſæ, duas tréſve uncias longæ, *folia* aliquot graminea, ſeſquidigitalia, luteo-viridia emittentes; è quorum medio exſurgunt *caules* ſeu *culmi* complures 6 uncias longi, geniculati, geniculis $\frac{3}{4}$ unciæ partes à ſe invicem diſtantibus, è quibus emergunt ſubinde ramuli incurvi, folioſi; in faſtigio cujuſque ſpica ſeſcuncialis, ex echinis parvis, ſeu ſeminibus amplis, ſubrotundis, aculeatis, coloris nunc rubentis, nunc viridis compoſita: ſpinulæ longæ, acutæ, rigidæ, quaquaverſum ſpectantes, ſemina aliquot oblonga ampla, compreſſa, alba continent.

Magnitudine inſigniter variat. E radicibus interdum exeunt ramuli nodoſi rubeſcentes, quorum geniculis adnaſcuntur foliorum minorum alterno ordine denſè ſitorum agminula, ſeu conferies.

Poſt pluvias in agris Inſularum *Caribbæarum* & *Jamaicæ* copioſè & ubique provenit. Viatoribus admodum moleſtum eſt echinis ſuis eorum crura compungens. *Vires.*

14. Gramen maritimum echinatum procumbens, culmo longiori, ſpicis ſtrigoſioribus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic fibroſa, multos protrudens culmos, infirmos, teretes, luteos, incurvos, geniculatos, ſeſquipedali circiter longitudine, geniculis à ſe invicem ſeſquidigitali intervallo diſtantibus; ad quorum unumquodque exoritur folium internodium totum uſque ad proximum geniculum obvolvens & includens vaginæ inſtar, poſtquam à culmo abſceſſerit ad 2, 3ve uncias productum, cœruleo-viride, aſperum cyperoidum fere graminum in modum. Faſtigium occupat *ſpica* ſeſcuncialis, minoribus echinulis ſeu ſubrotundis aculeatis ſeminibus, ſpinulis aliquot rigidis undique armatis, ad brevia à ſe invicem intervalla circumcirca obſita, initio viridis, poſtea ſtraminei coloris.

In inſula parva arenoſa, *Guncayos* dicta, non procul ab urbe Port-Royal invenit D. *Sloane.*

16. Gramen tribuloides ſpicatum maximum *Virginianum* D. *Doodii.* Echinatum maximum ſpicatum, locuſtis craſſioribus tribuloidibus *Virginianum Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*

Folia brevia, lata, gladiata. *Culmi* dodrantales, geniculati, *folia* 2, 3úmve unciarum promunt. Spicæ loco locuſtæ grandes, duræ, ſubrotundæ, 6, 7ve, diſſitæ & ſquamatæ, ad biuncialem longitudinem apponuntur. Locuſtarum quælibet ſquama ad baſin latiuſcula in acumen pungens terminatur.

17. Gramen humile latifolium, locuſtis parvis rarioribus, ariſtis rigidioribus donatis *Moriſ. hiſt.* P. 3.

D. *Bobart.*

Dodrantali geniculato *culmo* aſſurgit, quem *folia* vaginæ ad inſtar, inferiùs ambiunt, atque ubi ſuccreverint ex anguſto principio in ſemuncialem latitudinem in medio extenſa, in mucronem deſinunt. Biuncialem autem longitudinem rarò ſuperant. Spica tenuis biuncialis è locuſtellis parvis duris, ſeparatis & rariùs diſpoſitis, ariſtis brevibus, rigidis, ſurſum ſpectantibus confecta eſt.

Ex horto *Patavino* olim receptum eſt.

18. Ad

18. Ad hoc Caput referendum eſt Gramen caninum marinum ſpicâ echinatâ C. B. Gr. parvum echinatum J. B. cujus deſcriptionem vide in Capite *De Gramine canino.*

19. Gramen ſpicâ planâ echinatâ C. B. *Theat.*

Plantula palmaris eſt: *radicula* ex fibellis albis compoſita; ex qua *foliola* capillacea pauca, unciam longa, & feſtuca tenuiſſima prodeunt. *Spicam* habet uncialem planam, quæ ex utriculis minutiſſimis ariſtas acutas emittit. In *Hiſpania* crevit, unde à D. *Albino Hamburgenſi* allatum eſt.

P. 1271. Ad Gramina ſpicata miſcellanea.

1. Gramen parvum montanum, ſpica craſſiore purpuro-cœrulea brevi, montanum pumilum ſpicatum noſtras, Amethyſtinis ſplendentibus glumis *Pluk. Almag. Bot.* A D. *Fitz-Roberts* in Borealibus *Angliæ* inventum & ad D. *Petiver* tranſmiſſum, à quo habuimus. Invenimus etiam inter plantas noſtras ſiccas in tranſmarinis collectas.

2. Gramen criſtatum quadratum, ſeu ſpica è quatuor criſtatarum glumarum verſibus compoſitâ. A D. *Dale* inventa in agris *Notleiæ* in *Eſſexia*, & ad nos delata eſt hæc ſpecies.

3. Gramen criſtatum *Madraſpatenſe*, ſpicâ interrupta villoſa *Moriſ. hiſt.* P. 3. *Madraſp.* ſp. interr. totali, è pluribus ſpicis parvis villoſis elegantiſſimè conſtructa *Pluk. Phyt.*

Culmum profert ex uno geniculo inferiore in binos ternóſve culmos ſe dividentem, internodio uno aut altero donatos, *foliis* 3 aut 4 tenuibus, acutis, uncialibus aut biuncialibus ad ſingulum nodum exeuntibus, & ſupra genicula *folia* quædam ſingularia cernuntur. *Spica* tenuis biuncialis aut triuncialis eſt, è locuſtis ſpiculíſve criſtatis, tantillo villo obductis & quaſi pectinatis, brevibus, conſtructa, quæ per intervalla, præſertim in inferiori parte culmo gracili adhærent.

P. 1269. Gramen criſtatum circa *Romam* annuum eſt, quod & in Horto *Oxonienſi* ſatum annuum eſſe perſeverat, ſpica nonnihil major & longior eſſe videtur, quam in vulgari perenni. D. *Sherard.* Imo culmus ipſe multo elatior eſt quàm Graminis vulgaris; utpote, qui ad altitudinem ſeſquicubitalem accedat.

4. Gramen Avenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. Spica è raris glumis, alternatim poſitis componitur. In collibus *Bartlovienſibus* in confinio *Eſſexiæ* & *Cantabrigienſis* comitatûs ínque marginibus agrorum *Novum-mercatum* inter & *Exning* à D. *Dale* inventum.

5. Gramen ſpicatum, ſpicâ Panici inſtar è plurimis ſecundariis compoſitâ, caule multis foliis cincto.

Altitudine eſt dodrantali aut etiam pedali, culmo gracili, crebris geniculis intercepto, totidémque *foliis* ima ſui parte eum aliquouſque amplectentibus, veſtito (ſeptem numeravi in planta quam præ manibus habeo) *Folia* paulo poſtquam à caule abſceſſerunt in junceam figuram contrahuntur & tenuiſſima evadunt.
E *Marilandia* à D. *Krieg* M. D. allata eſt.

6. Gramen ſpicatum ſpicâ prælongâ, è ſpicis multis ſquamoſis oblongis ſcapo medio accumbentibus compoſita.

Spicæ partiales ſeu ſecundariæ 3 perſæpe uncias longæ ſunt, exteriore latere ſubrotundæ, & è glumis ſquamatim incumbentibus compoſitæ, interiore quâ ſcapo apprimuntur planæ vel parum concavæ. Folia graminea anguſta.
In *Marilandia* collegit D. *Vernon.*

7. Gramen ſpicatum floridum, Orchidis facie *Prom. Bæ. Spei Pluk. Mantiſſ.*

P. 1270. Spec. 13.

8. Gramen Avenaceum glumis variis C. B. idem eſt cum Gramine montano parvo, ſpica craſſiore purpuro-cœrulea *Synopſeos* noſtræ *ſtirp. Britan.* edit. 2. p. 293. In tranſmarinis etiam invenimus. Vide paulo ſupra.

9. Gramen ſpicatum marinum repens D. *Sherard.* Inter rependum ad ſingulos nodos ramulum emittit, foliis aliquot ſpinoſis aut veriùs ſpinis veſtitum, 3, 4ve uncias altum, in ſummo ſpicam parvam, brevem geſtantem Graminis typhini, ad quod Genus referendum eſt. Hoc eſt, Gr. caninum ſupinum pumilum marit. ſpicâ compactâ *Hort. Cath.* 89.

10. Gramen Pomorum & Meliloti redolens, paniculâ Cupreſſina *Boce. Muſ.* p. 67. T. 57. Ad pedis Geometrici altitudinem ſupra terram attollitur. Inter manus confricatum odorem ſpirat Meliloto & Pomis Apianis ſimilem, cum tantillo corticis Aurantii, & miſtura Amygdalorum amarorum. In *Sicilia* & *Italia* multis in locis oritur. Spica pyramidalis eſt; & in ſicco coloris flavi. A Gramine noſtro anthoxantho non multum abludit.

11. Ramacciam *H. M.* P. 12. T. 72. quæ Secunda eſt ſpecies *Iribeli*. Gramen *Indicum* ſpicatum foliis confertis concavis, floribus ſpicatis plumoſis.

H. M.

Per totam invenitur *Malabariam*, in arenoſis nempe & petroſis locis. *Radix* tortuoſa eſt, oculis ſe propagans, fibris implexis, denſis, tenuibus, capillaribus, quarum filamenta intus lignoſa, coloris albi, nonnihil ad flavum vergentis, ſaporis amari, odoris fragrantis ſed minùs vegeti. Illa quæ in *Tutocorim* invenitur, non eſt radicibus albis, ſed ruſſis, atque huic quàm maximè præfertur, utpote odoris vegetioris. *Folia* ex radice prodeunt oblongo-anguſta, gladiolorum inſtar, craſſiola, plana, glabra, duriola, ab una parte in ſummitate ſe claudentia, venis ſubtilibus in longum ſtriata, coloris viridis, cuſpidibus minutis, oris incidentibus munita, interiori parte, verſùs quàm clauduntur viridi-albicantia, ad radices, ubi faſciculatim coadunata, albicantia, nullius ſaporis. Vetuſtiore facta planta ex radice unicus exſurgit *Caulis*, planus, ſolidus, nodulatus, in nodulis pluribus foliis circumveſtitus, in cujus ſummitate proveniunt *Flores* ſpicati, inter plumata quaſi filamenta, quæ caulem in ſummitate inveſtiunt. *Radix* in mercimoniis eſt, & magno ſtudio ab incolis excolitur; & avulſione propagatur in terra arenoſa albicante & diſſoluta.

Virtus. Pro variis indiſpoſitionibus in infuſionibus & decoctis exhibetur. Radicis autem decoctum pro lotione corporis uſurpatus quàm maximè confert ad corroborandos artus, vitales etiam atque animales ſpiritus quàm maximè fovens: hypochondriacis prodeſt, ut & melancholicis; capitis dolores ſedat. Apud indigenas principem obtinet locum pro febribus, ventris doloribus, capitis affectionibus, inteſtinorum torminibus & colicis paſſionibus in decocto ſimpliciter, vel cum aliis medicamentis propinata.

12. Tiri-Panna *H. M.* P. 12. T. 74. Graminifolia *Indica* flore & fructu deſtituta.

Naſcitur in petroſis. *Radix* fibroſa, lignoſa. *Folia* ſola ex radice exſurgunt, pedibus rigidis ac fuſcis, oblongo-anguſta, in cuſpidem ſtricta, craſſiola, carnoſa, plana, viroris fuſci, interiùs in medio ſtriata, in oris ruffo-rubra, pulverulenta lanugine obducta. Floribus & fructibus deſtituitur.

Succo ex foliis extracto aurium leniuntur dolores.

13. Tsjeru-Kotsjiletti-Pullu *H. M.* P. 12. T. 68. Graminifolia aquatica, *Indica*, caulículis nudis capitula rotunda geſtantibus.

Planta eſt aquatica. *Radix* rotunda, oblonga, candida, viridibus oblongis, denſis veſtita fibris; ex cujus ſummitate inter *folia* graminea exſurgunt *caules* ſimplices, tenues, rotundi, virides, *capitulo* rotundo, plano, ruffo nodulati, inferiùs folioſo, theciformi involucro, ſuperiùs in orificio cuſpidibus hiante, ac venis in longum ſtriato involuti. Oleo Nucis *Indicæ* incocta ſcabiem & impetigines ſanat.

14. Tagadi *H. M.* P. 12. T. 49. Gramen ſpicatum arundinaceum *Indicum*, ſpicâ ſquamoſâ.

H. M.

Omnem amat fundum. *Caules* tenues, rotundi, viridi-albicantes, durioli, geniculati, viridibus foliorum involucris veſtiti. *Folia* arundinacea, oblongo-anguſta, pilis longis albicantibus obſita, venis in longum ſtriata, viroris communis. *Flores* in ſummitate caulium proveniunt. *Spicæ* autem ſunt oblongæ, cuſpidatæ, mutuo ſeipſas imbricatim obtegentes, viridi-albicantes, nitentes, rigidæ, circa cuſpidem viridi-fuſcæ, quando ſe aperiunt, in medio lateris exterioris, ubi nonnihil convexæ, in longum hiant; inferiùs ex hiatu plumulam ſeu glomulum exſerunt conicum, candidum, in cujus medio *ſtylus* oblongus, tenuis, candidus, pilis condenſis in orbem circundatus conſpicitur, & cum illo nonnulli apices oblongi, albicantes.

15. Tiri-Panna *H. M.* P. 12. T. 74. Gramen *Indicum* flore & fructu carens, foliis craſſis, carnoſis, pulverulenta lanugine obductis.

H. M.

Naſcitur in petroſis. *Radix* fibroſa, lignoſa. *Folia* ſola ex radice exſurgunt, pedibus rigidis ac fuſcis, oblongo-anguſta, in cuſpidem ſtricta, craſſiola, carnoſa, plana, viroris fuſci, inreriùs in medio ſtriata, in oris ruffo-rubra, pulverulenta lanugine obducta. *Floribus & fructibus* deſtituitur. Succo è foliis extracto aurium leniuntur dolores.

P. 1273. Ad Cap. De Gramine Dactyloide ſeu Iſchæmo.

Nos cum *Jo. Bauhino* Gramen dactylon latiore folio annuum *C. B.* i. e. Iſchæmon vulgare *Ger.* Iſch. ſylv. latiore folio *Park.* Item Gramen dactylon eſculentum *C. B. Ger.* Iſch. ſativum ſeu Gr. Mannæ eſculentum *Park.* ad idem caput reducimus, & ſpecie convenire, nec aliter quàm culturâ, & accidentibus inde ortis differre exiſtimamus.

1. Gramen dactylon folio Arundinaceo minus *C. B. Theat.* pro diverſa ſpecie à perenni folio arundinaceo majore exhibetur. Qu. annon idem ſit cum Gramine canario altero *Lob.* i. e. Gram. dactylo repente ſive canario Iſchæmi paniculis *Park.*

P. 1270. Spec. 2.

2. Gramen dactylon *Siculum*, &c. neque *Bocconi* Gramen bicorne ſeu diſtachyophron eſt, neque *Columnæ*, quorum (inquit D. *Sherardus*) utrumque habeo. Ad pedem montis *Veſuvii*, quin & circa Baias aliiſque multis in locis Regni *Neapolitani* frequens eſt: inveni etiam inter *Antibum* & *Cannas* in *Gallo-provincia*. D. *Sherard.* D. *Cupani* Gramen polydiſtachyophoron lanuginoſum in *Hort. Cathol.* dicitur.

3. Gramen dactylon *Indicum* eſculentum, ſpicâ articulatâ *Ambroſini Phytol.* dactylon maximum *Americanum H. R. P.* Seſamum perenne *Indicum Zanoni.* Gram. ſpicâ articulata *Virginianum Park.*

Gramen hoc ampliſſimum, è *Virginia* delatum, in horto ſatis luxuriat, hyemémque tolerat. *Folia* emittit gladiata, Ulnæ aut amplioris longitudinis, viridia, per longum ſtrata, ad oras aſperiuſcula, nervo medio fragili in dorſo eminente: inter quæ culmi minimi digiti aut calami ſcriptorii craſſitie geniculis paucis, longiſque internodiis donati, anguloſi, ex viridi purpuraſcentes, ad humanam altitudinem aſſurgunt; ínque horum faſtigio (ut in aliis hujus familiæ) umbellatim in 3, 4, 5 partes ſeu ſpicas dodrantales aut pedales rectas & extentas ſe dividit. Singula ſpica ſquamoſa in quadrantis unciæ diſtantiam articulata eſt, fractuque facilis, qua ſingula grana, alterno ordine poſita, & in theca anguloſa, luteola aut ſtraminei coloris latentia continentur. Ex ſingulo geniculo æſtivis menſibus lingulæ duæ lanuginoſæ ſubfuſcæ dependent, quæ è flore bifurcato, ut in aliis, naſcuntur.

4. Tereta-Pullu *H. M.* P. 12. T. 45. Gramen Dactylon *Indicum*, geminâ duntaxat ſpicâ in ſummo caule.

Naſcitur in arenoſis, repens & terræ ſe affigens. *Caules* geniculati, rotundi, virides, glabri, foliis oblongis, anguſtis, cuſpidatis, viridibus in geniculis veſtiti. In vertice caulium ſpicati & geminati prodeunt petioli: *Spicæ* duabus ſeriebus [glumarum ſci. & ſeminum] ſunt conſitæ, rotundæ, parùm cuſpidatæ, duræ, albicantes.

5. Kouda-Pullu *H. M.* P. 12. T. 51. Gramen dactylon *Indicum*, ſpicis pluribus ſurrectis, ariſtatis.

Planta quodlibet amans ſolum. *Radix* ei albicans, fibroſa. *Caules* rotundi, glabri, virides, geniculati, in geniculis cymis inflexi, foliis gramineis veſtiti. *Spicæ* petiolis viridibus ſurrectis, qui ex vertice caulium plures erumpunt, in duabus ſeriebus confertæ inſident, fuſce-rubeſcentes & nitentes, ex vertice pilis oblongis ſurrectis, rubeſcentibus barbatæ.

6. Kavara-Pullu T. 69. P. 12. *H. M.* Gramen crucis, ſive *Niem-el-Salib* Alpini *J. B. Bontii.* eíve valde ſimile.

Gramen eſt *caule* oblongo, plano, gracili, *foliis* oblongis veſtito, in ſummitate quatuor ſpicatis, tranſverſis, decuſſatim (in formam crucis) diſpoſitis petiolis alato, quibus *ſpicæ* in duabus ſeriebus conferto ordine inſident; illæ virides ſunt, deinde rufeſcentes, complanatæ, ex pluribus conſtantes petalis inter ſe imbricatis, intra quæ ſemina continentur.

7. Gramen iſchæmon *Indiæ Orient.* paniculâ longâ, ſpicis gracilioribus, pallidis; *Cumboopillee Malabarorum*; & interdum ſub nomine *Caverrepillee* accepimus *Pluk. Mantiſſ.* p. 94.

8. Gramen iſchæmon minus, prælongis ſpicis tenuiſſimis, *Americanum*, ex *Terra Mariana. Ejuſd. ibid.*

9. Gramen dactylon ſupinum, folio arundinaceo minimum, ex *India Orientali.* Colercarrunillu *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

10. Gramini dactylo accedens, paniculâ è ſpicis numeroſis ſtrigoſis erectis compoſita, è *Marilandia.*

Penultimæ eadem esse videtur. Spicæ aliæ supra alias è medio scapo exeunt: Ramulos non emittunt, sed stylos seu glumas hinc indè ad intervalla ima parte longiora, summâ breviora, tres quatuórve unà, semen continentes.

11. Gramen ischæmon ramosum, spicis tenuibus lanuginosis aristatis strigosis, duabus plerunque simul è foliorum alis exeuntibus.

E *Marilandia* attulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

12. Gramen Dactylon *Orientale* majus frumentaceum, semine Napi, *Caracan Cingalensibus Knox. itin.* p. 11. *Pluk. Phyt.* *Folia* huic latiuscula & quasi porracea, 6, 7ve ab eodem exortu, erectè assurgentia & in mucronem desinentia, spicam ipsam altitudine superantia, cavitate sua canaliculata culmum amplectuntur, qui crassiusculus, teres & erectus est. Hujus autem fastigio 5 aut 6 spiculæ, quasi ex eodem centro radiatæ sunt. D. *Bobart.*

13. Gramen ischæmon *Bermudense* speciosius, foliis brevibus obtusis *Pluk. Phyt.* P. 3. *Folium* singulare ad sui dimidium in caule vestiendo ad geniculum succedens occupatur, ubi ex utraque parte sinu donatum quasi articulatum apparet; atque compressum, gramineum obtusum biunciale assurgit. *Culmi* erecti apex 5 vel 6 spiculas ab eodem exortu digitatas, tenues & acutas, è glumis angustis, unam partem spectantibus profert.

14. Tsjitti-Pullu *H. M.* P. 12. T. 78. Gramen dactyloides ramosum, spicis habitioribus, fructu esculento.

Planta est ex genere frumentorum, nascens in arenosis, & ad altitudinem 5 pedum assurgens. *Radix* nodus est brevis, plures capillatas, albicantes subtus demittens fibras. *Caules*, qui ex radice plures exsiliunt, rotundo-plani sunt, albicantes, nitentes, venis striati, intus albo corculo, subulis subtilibus pervio, repleti, geniculis tuberosis interstincti, foliosis viridibus involucris vestiti, ex geniculis caules viridiores, planiores atque etiam geniculatos, suis quoque involucris obtectos emittentes, qui Caules seu culmi superiùs ad geniculos pluribus ac spiceis sunt dotati capitulis. *Spicæ* in culmis densa serie ad unum latus considunt, primò virides, dein albicantes & nitentes, postea ex rubro ruffescentes, vetustiores & siccæ ruffæ, valdè planæ, 4 vel 5 cuspidibus præditæ, intra suas vesiculas totidem includentes *semina*, per maturitatem rotunda, & in totidem cuspidatas gemmulas exturgescentia, cortice rubro-fusco, quo inter pilandum deprædatæ albescunt.

Vires. Pista ex hac planta farina in pilulas formatur, quæ Capiti contra maniam imponuntur. Eadem farina cum *Ovi* albumine vel *Nuce Indica* in scobem conquassata & commixta distortis manibus, pedibus, aliisque partibus magno cum levamine circumlinitur, lumbis applicata robur genitale promovet. Prædictæ pilulæ in oleo *Sergelim*, h. e. *Tzit-Elu* frixæ, panno insutæ ac dolenti parti impositæ artuum dolores sedant; cataplasma ex hac farina confectum idem præstat: semen nodulo illigatum & in aqua coctum cum succesu in cholera adhibetur.

15. Gramen dactylon bicorne, tomentosum maximum, spicis numerosissimis *Sloan. Cat. Jamaic.* Graminis decima species, Capaupuba *Brasilianis*; Gr. plumeum *Marcgr.* D. *Sloane.*

Fibris multis validis, seu filamentis crassis albis, 2, 3ve uncias longis, terram firmiter apprehendentibus, *radicatur*. *Caulis* ad 3ium, 4 aut 5, pedum altitudinem assurgit, *foliis* multis ad imum eum séque invicem amplexantibus, cinctus, ad modum Graminum nonnullorum è Cyperoidibus, singula autem folia bipedalia sunt, dorso acuto, aspera, angusta, Cyperoidum nonnihil similia. *Culmus* rectus, teres, pallidè viridis, calami seu pennæ Anserinæ crassitudine, 4 vel 5 geniculis interceptus, spatio intermedio folio obtecto. E supremis geniculis exeunt 20, 24 aut etiam plures petioli geniculati, è quorum geniculis exeunt alii petioli minores; in universum, tum in ipso caulis fastigio, tum paulò inferiùs, ingentem panicularum numerum efficientes, quarum unaquæque in duas dividitur *spicas*, cornuum instar extantes, ad modum *Graminis ischæmi bicornis*, copiosa molli longa, candidissima lanugine seu tomento, Gossipio multo tenuiore donatas, pilis paucis crassioribus intermixtis, quos pro aristis habet D. *Sloane.*

Variat colore, pro ætate ut conjicio, rubente vel albo.

In insula *Nieves* & in *Jamaica* prope locum dictum **the Angels** copiosè proveniebat pulcherrima hæc Graminis species. D. *Sloane.*

16. Gramen dactylon bicorne tomentosum minus *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Fibris multis, longis, albis, validis, flexuosis alimentum attrahit. *Folia* emittit plura, aspera, angusta, 9 digitos longa, dorso acuto Cyperinorum instar, per siccitatem rubentia. E quorum medio exsurgunt calami aliquot seu caules, tribus plerumque articulis intercepti, sesquipedales, & ad nodos intumescentes, *foliis* pariter intumescentibus à geniculis aliquousque obtecti. E folii autem ala tanquam ex utriculo, ad modum *Graminis dactyli Siculi, &c. nostri*, egreditur pediculus seu Culmus tenuis, panicula insidente è duabus spicis cornuum æmulis, ut in aliis hujus Generis composita, brevioribus duntaxat, nec ultra $\frac{3}{4}$tas unciæ partes longis

longis copiosa lanugine seu tomento, molli, longo, candidissimo, Gossipio quovis multo subtiliore & molliore.

In pratis **Palmeto-Savanna** & **Lime-tree-Savanna** dictis, versus **The Seven Plantations** copiosè crescit. Reperitur etiam aliquando in pratis circa **Mr. Batchelour's Plantation**, versus **Black-River-Bridge**.

17. Gramen dactylon elatius, spicis plurimis tomentosis *Sloan. Cat. Jamaic.* An 1a species Graminis *Maregrav?* An Kouda-pullu *H. M.*

D. *Sloane.*

Radix huic firma fibrosa: *Folia* lata, pallidè luteo-viridia, Avenaceorum instar. *Caules* nodosus, ad 3ium pedum altitudinem assurgens, ad supremum articulum in duo capita interdum divisas, alterum florens, alterum sine floribus: ab eodem vertice seu centro spicæ plures (4, 5, aut 7) exeunt, omnes deorsum dependentes, singulæ 4 uncias longæ, pilosæ admodum, seu lanuginosæ. Inter gramina in pratis seu *Savannis* altitudine eminet.

In pratis circa **Two-Mile-Wood** & alibi copiosè oritur.

18. Gramen dactylon procumbens, crassum & viridius, culmo reclinato. Gr. dactylon *Americanum* cruciatum, *Barbadensibus* nostratibus **Dutch-Grass** dictum *Pluk. Phyt.* Tab. 189. F. 7. An Gr. Ischæmon *Bermudense* speciosius, foliis brevibus, obtusis *Ejusdem* Tab. 245. F. 1?

D. *Sloane.*

E radice fibrosa tanquam è centro plurima in omnem partem tum *folia* viridia, tum *caules* emergunt, humi strata. Caules autem pedem longi sunt, *spicas* plerunque 3, 4ve, valde virides, latas & amplas è vertice emittentes.

Ad vias publicas locis depressis oritur, tam in *Jamaica*, quàm in *Barbados* insulis. Pabulum omnium optimum pro bobus & jumentis censetur.

In ore dentibus compressa seu commanducata, & vulneri applicita, hæmorrhagiam sistit. *Vires.* Vidi aliquando *Æthiopem* sanguinem ex arteria profluentem eo adhibito compescentem, cùm pulvis sympatheticus nil valeret.

19. Gramen dactylon, spicis gracilioribus, plerunque quatuor, cruciformiter dispositis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic fibrosa, altè descendens: *Folia* brevia angusta: *caules* geniculati, intorti, graciles, albi, sesquipedales; in fastigio 4 plerunque spicas albas, tenues, in crucis formam dispositas, gestantes, [Spicarum numerus variat, interdum enim 3, 5, vel 6 in eodem culmo observantur: Natura tamen numerum quaternarium affectare videtur.] *Spicis* semina adnascuntur glumis geminis inclusa. Hæc species in *Savannis* omnium frequentissima est, caulibus aridis per maximam anni partem ibidem restantibus.

20. Gramen dactylon bicorne repens, foliis latis brevibus *Sloan. Cat. Jamaic.* Teretapullu *H. M.* P. 12. T. 44. p. 81. cujus descriptionem vide supra.

In pascuis seu locis humidis & depressis in *Jamaica* & insulis plerisque *Charibbeis* oritur.

21. Gramen dactylon bicorne spicis purpurascentibus majus *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulis huic intortus, seu huc illuc reflexus repens; *Folia* lata, brevia; *Culmus* 14 uncias altus, spicas sustinens geminas, non horizontaliter sitas, sed erectiores & ad perpendiculum magis accedentes, cornuum modo, staminulis multis purpureis aut nigricantibus donatas.

In locis concavis ubi per hyemem aquæ stagnârant exoritur.

22. Gramen dactylon bicorne, spicis purpurascentibus minus *Sloan. Cat. Jamaic?* An Gr. parvum repens Δακτύλοειδες *Jamaicense*, spica longiori compressa *Pluk. Phyt.* T. 32. F. 5?

Præcedenti omnibus suis partibus minor est, aliàs similis, & in eisdem plerunque locis oritur.

23. Gramen dactylon bicorne minimum, aristis longis armatum *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibrillis tenuissimis albis radicatur. *Folia* indè exeunt plurima, præparva, angustissima, & ferè capillaria, pallidè viridia, unciam circiter longa, è quorum medio exoriuntur cauliculi seu culmi tenuissimi, 3, 4ve uncias alti, totidem articulis nodosi, apposito ad singulos folio. Fastigio insidet *panicula* bicornis seu in duas *spicas* divisa, ¼tas unciæ partes longas, paucis granis compositas, quorum singula binis aristis armantur.

In sylvula prope ripas fluvii *Rio Cobre*, infra urbem *S. Jago de la Vega* reperit D. *Sloane.*

24. Gramen dactylon majus, paniculâ longâ, spicis plurimis nudis crassis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic fibris multis constat: *Folia* indè oriuntur plurima, caulem seque invicem utrinque complectentia, dorso cultellato, pedem plus minus longa, intensiùs viridia & Grami-

num

num Cyperoidum foliis nonnihil similia; è quorum medio *Caules* aliquot exsurgunt 3, 4ve pedes longi, solidi, pennæ Gallinaceæ crassitudine æquales, geniculati, ad singula genicula folio appositò, iis quæ è radice exeunt simili. *Panicula* pedem longa, summa parte, atque etiam inferiùs, in multas tenues 3, 4ve uncias longas spicas divisa, quarum unaquæque duos granorum exiguorum, subrotundorum, compressorum ordines obtinet, granis anteriùs vergentibus, posticà spicæ parte nudà, & sibimet imbricatim incumbentibus, singulis in pallidè viridi vel rubente gluma seu folliculo *semen* compressum, rotundiusculum, pallidè luteum & splendens continentibus.

In pratis propè **Mr. Batchelour's House** frequentissimum est.

25. Gramen dactylon Alopecuroidis facie, paniculâ longissimâ, è spicis plurimis tomentosis constante *Sloan. Cat. Jamaic.* An Gr. Alopecuroides *Curassavicum*, spicâ longissima, sericea, candida *P. B. P.* p. 338.

D. *Sloane.*

Ad 4 pedum altitudinem assurgit, *culmo* geniculato, *foliis* gramineis pedem longis, latitudine proportionata, cincto; summa parte paniculam gestante, spicam mentientem, pedem circiter longam, è plurimis spicis compositam, nonnullis unciam superantibus, è caulis seu culmi summa parte undequaque enascentibus, sibi mutuo proximis, parvis albentibus locustis utrinque stipatis, admixta copiosâ albâ longa, molli lanugine seu tomento, unde nisi curiosè spectetur, graminis Alopecuroidis species quædam esse videatur.

In *Guanaboa* propè **Mr. Guy's Plantain-walk** in agris observavit D. *Sloane.*

26. Gramen dactylon, paniculâ longa, è spicis plurimis gracilioribus purpureis vel viridibus, mollibus constante *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibrillis aliquot radicatur. *Caulis culmusve* indè exsurgit pedem circiter altus, 3, 4ve articulis distinctus, ad quorum unumquemque apponitur *folium* gramineum, 3, 4ve uncias longum, internodia vaginæ instar complectens. *Culmus* ad 6 circiter unciarum à radice distantiam in plures graciles spicas dividitur quæ omnes simul semipedalem paniculam efficiunt, spicis ab omni culmi latere extantibus, & ab ipso fastigio, modico à se invicem intervallo, duos digitos longis, valde tenuibus, mollibus, purpureis aut viridibus, è granulis aliquot nudis seu locustis aggregatis, alternatim hinc indè positis.

In agris D. *Batchelour* non procul à collibus **Red-Hills** dictis collegit D. *Sloane.*

27. Gramen dactylon paniculâ longâ, spicis plurimis, gracilioribus & longis *Sloan. Cat. Jamaic.*

Fibrosam obtinet *radicem*; *Caules* multos sesquipedales: Spicas plures valde tenues seu graciles, oblongas. Panicula autem in spicas dividitur non tantùm ex summo scapo exeuntes, sed etiam inferiùs ex ejus lateribus.

Ubique in Savannis seu pratis exoritur.

P. 1274. Ad Caput De Gramine tremulo.

1. Eragrostis *Marilandica* hirsuta paniculâ longissimâ latissiméque diffusa, è spicis parvis rariùs sitis compositâ.

Panicula semipedalis est, aut dodrantalis, latitudine sesquipalmari. Ramuli è medio scapo exeunt plurimi, surculos seu stylos hinc inde emittentes, spicas squamosas purpurascentes, rariùs sitas, in pedicellis prætenuibus gestantes. Surculi quamvis tenues rigidiusculi tamen sunt & sursum vergentes, non penduli ut in *Gramine tremulo.*

2. Gramen amoris dictum *J. B.* in *Marilandia* invenitur, verùm panicula majore & è pluribus spicis composita, quod fortasse soli luxuriei debetur. Fortè Gramen amoris *Marilandicum*, paniculis azureis *Pluk. Mantiss.*

3. Gramen amoris *Indicum*, paniculâ ramosâ è spicis vix perceptibilibus compositâ: *Pangepillee Malabarorum Pluk. Mantiss.*

4. Gram. paniculis elegantissimis, fortè Eragrostis major *C. B. P.* ex *India Orientali*: Tulipillee *Malabarorum Ejusd. ibid.*

5. Gram. filiceum seu *Amourettes*, spicâ longâ, variis minoribus spiculis compositâ, ad unum latus spectante. Caudere pillepu *Malabarorum Ejusd. ibid.*

6. Gram. amoris *Indiæ Orient.* paniculâ sparsâ, glumarum petiolis huc illuc undatim inflexis *Pluk. Phyt.*

7. Gram. *Madraspatanum*, paniculâ spicatâ longâ, speciosissimâ *Pluk. Phyt.*

8. Gram.

8. Gramini tremulo affine paniculatum elegans majus, ſpicis minoribus & longioribus *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibroſam obtinet *radicem*; *caulem* ſeu culmum teretem, pallidè viridem, ſolidum, ſeſquipedalem, *foliis* ad imum 9 unciam longis cinctum. *Panicula* 6 uncias longa, ſummo *culmo* in varios ramulos diviſo, quibus adnectuntur *ſpicæ* parvæ, oblongæ, compreſſæ, in pedicellis tenuibus ad modum Graminis tremuli, non tamen uſque adeò, ut ſpicæ iis appenſæ tremant, è multis glumis ſeu ſquamis aceroſis, duplici ordine ſitis, compoſitæ, nunc albicantes, nunc purpureæ.

In mediterraneis invenit Autor.

9. Gramini tremulo affine paniculatum elegans minimum *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix plurimis fibris ſeu filamentis albis conſtat, *folia* multa emittens, parva, anguſta, pallidè viridia: *Culmum* 3, 4ve uncias longum, totidem nodis interceptum, ad quorum ſingulos folium apponitur, caulem vaginæ inſtar aliquouſque includens. Prope faſtigium, caulis in multos pediculos dividitur, ſparſim undique extantes, locuſtas parvas, tenues, aceroſas ſuſtinentes, è multis præparvis, albis glumis ſquamatim incumbentibus duplici ordine, compoſitas, aſpectu pulchro, ad modum Graminis tremuli, pedicelli tamen rigidiores ſunt quàm ut ſpicæ tremant.

In Savannis prope oppidum S. *Jago de la Vega* copiosè oritur. A *Tsjampullu H. M.* parvitate ſua tantùm differre videtur.

1. P. 1282. Ad Cap. De Gramine Miliaceo.

D. *Bobart.*

Gramen Miliaceum parvum repens *Hibernicum Sherardi Moriſ. hiſt. Oxon.* P. 3. Radices culmíque geniculis & internodiis brevibus donati luxuriante copia ſe propagant, & exinde folia emittunt graminea, brevia, biuncialem longitudinem rarò ſuperantia, quæ culmum palmarem & dodrantalem, inferioribus geniculis, vaginæ inſtar conveſtiunt. Panicula petiolis brevibus ſparſa, uncialis & ſeſcuncialis, ex minimis locuſtis acutis & paleaceis compoſita, ſemina Miliacea, ſubrotunda, minima, copiosè continet.

2. Gramen miliaceum ſylvaticum maximum, ſemine albo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Gr. miliac. *Americanum* latifolium maximum & panicula minore *Pluk. Phyt.* T. 92. F. 7?

D. *Sloane.*

Culmus huic aliquot pedes longus, tenuis, infirmus, nec ſe ſuſtinens, niſi arbuſculis & fruticibus inter quos oritur, fulciatur, concavus, geniculatus, & ad genicula ramoſus, appoſito etiam ad ſingula *folio*, 3 circiter uncias longo, media latiſſima parte ¼ unciæ lato, ſtriato, colore luteo-viridi. In ſummo culmo & ramulis *panicula* ramoſa, cujus ramulis petioli appendent incurvi, ſemina ſuſtinentes alba, ſplendentia, ſubrotunda, uno latere plano, altero ad magnitudinem capituli aciculæ majoris intumeſcente, in glumis nudis purpuraſcentibus, ad modum aliorum hujus generis ſe aperientibus, latitantia.

In ſylvis pleriſque inſulæ *Jamaicæ* & *Charibbæarum* oritur.

3. Gramen Xerampelinum miliacea prætenui, ramosâque ſparſâ paniculâ, ſeu Xerampelino congener arvenſe æſtivum Gramen minutiſſimo ſemine *Lob. Illuſtr.*

Mollitie delicatiore foliorum, & cubitalium ſeſquicubitaliúmque culmorum exilitate Gramen Xerampelinum imitatur: Spica jubata inſtar plumei faſciculi ſparſa, elegantiſſimis puſillis nitidioribus thecis, rotundioribus, lævioribus tunicis tectis prædita, in quibus *ſemen* minutiſſimum, teres, oblongum, fuſcum, prægnans. *Radix* capillaris tenuiſſima.

Aridis arvorum marginibus gaudet, arenoſíſque herbidis ſatorum marginibus circa *Monſpelium* oritur. *P. Magnol.* item circa *Pariſios.*

4. Gramen miliaceum minus, *Virginianum*, granis grandioribus *Pluk. Mantiſſ.*

5. Gramen miliaceum Coodepillepoo *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

6. Gram. miliaceum, paniculâ minùs ſparſâ, Challendenai *Malabarorum. Ejuſd. ibid.* Ex hujus foliis in Oryzæ infuſo coctis oris collutio fit, in Angina ſummè utilis.

7. Gram. miliaceum, latiori folio, *Virginianum*, jubâ diffuſâ ſeu panicula arundinacea tenui *Pluk. Mantiſſ.*

8. Gram. miliaceum anguſtioribus foliis *Marianum*, panicula capillaceâ ſparſâ. *Ejuſd. ibid.*

9. Gramen

9. Gramen miliaceum majus, paniculâ minùs ſparſâ, locuſtis minimis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Graminis hujus panicula 6 circiter uncias longa eſt, è ſpicis aliquam-multis compoſita, culmo adeò arctè appreſſis, & faſtigio adeò brevi, ut panicula minimè ſparſa ſit, ſed ſpicæ æmula, ut primo aſpectu pro Graminis Panicei ſpecie haberem. *Semina* valde parva ſunt, oblonga, compreſſa, colore albicante lucido, duabus albis membranis ſeu locuſtis obtecta, quæ & ipſa totidem viridibus operiuntur, utriſque perexiguis ; ramuli ſeu ſpicis pediculis valde tenuibus adnexa. Supremum culmi internodium valde longum erat, unde & gramen ipſum ſatis grande fuiſſe conjicio ; neque enim folia, neque articulos bene memini : nec locum natalem recordor, puto tamen *Jamaicæ* indigenam fuiſſe.

10. Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, paniculâ capillaceâ, ſemine albo *Slon. Cat. Jamaic.* Gr. mil. *Americanum* medium, paniculâ magis ſparſâ & ſpeciosâ *Pluk.* T. 29. F. 8.

D. *Sloane.*

Fibræ huic pro *radice* multæ, *culmum* protrudentes, geniculis crebris nodoſum, & interdum ramoſum, ſeſquipedalem. Ad ſingula genicula ſingula apponuntur folia, imas internodiorum partes aliquouſque obvolventia, eatenus etiam aſpera & pallidè viridia, reliqua parte unciam aut amplius longa, ſemunciam lata, colore intensè viridi, & ad margines piloſâ. *Panicula*, ſummam caulis partem occupans, 3 digitos longa, è ſpicis aliquammultis compoſita, quibus adnectuntur longis, prætenuibus, & plane capillaceis petiolis *ſemina* parva, ſubrotunda, alba, glumis viridibus obtecta, ut in aliis Miliaceis.

In ſylvis ſiccis & umbroſis invenit D. *Sloane.*

11. Gramen miliaceum anguſtifolium altum, locuſtis minimis *Slon. Cat. Jamaic.* An Gr. montanum paniculâ miliaceâ ſparsâ *C. B* ? An Gr. paniculatum *Galloprovinciale*, Aquilegiæ ſemine *Schol. Bot* ?

D. *Sloane.*

Culmus huic teres, tenuis, durus & rigidus, frequentibus nodis interceptus, & ad ſingulos foliis ſtipatus ſingulis, 3, 4ve digitos longis, ad 4 aut 5 pedum altitudinem aſſurgens. Panicula 6 circiter uncias longa erat : virgulæ ſeu petioli, è ſuperiore culmi parte exeuntes, quibus locuſtæ appendebantur, duas plus minus uncias longæ erant, ab eadem caulis parte ſeu diſtinctione egreſſæ, ut veluti totidem radii à caule ceu centro productæ viderentur : digitali plus minus intervallo inter centra radiorum rotatim caulem ambientium relicto ; ad modum Avenarum. Locuſtæ non è ſquamis compactæ erant, ſed ſingulis granis conſtabant, lucidis, ſubrotundis, parvis, miliaceis, glumis luteis ſplendentibus comprehenſis. Quæ ex *Italico* ſemine in Horto *Oxonienſi* ſuccrevit cultura multo amplior quàm deſcripta evadebat.

In ſepibus non longè ab urbe *Funchall* in inſula *Madera* collegit D. *Sloane* : in *Italia* etiam ab eruditiſſimo Viro, & peritiſſimo Botanico D. *Sherard* inventa eſt.

12. Gramen agrorum venti ſpica, *Marilandicum Pluk. Mantiſſ.*

13. Gramen pratenſe, paniculâ & foliis anguſtiſſimis, ſpicis brevibus muticis, locuſtis minimis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibris multis capillaceis, albis, radicatur, *folia* emittens plurima, 5 uncias longa, anguſta & propemodum teretia, aridiuſcula, pallidè viridia ; inter quæ *Caules* exeunt teretes, ſolidi, duri, glabri, ſeſquipedales, colore luteo, foliis parvis ad 9 unciarum altitudinem veſtiti, reliquum occupat panicula anguſtiſſima, in multos, ¾ tas unciæ partes longos, ramos diviſus, nunc nigros, nunc cinereos, *ſeminibus* aliquot oblongis rubentibus, folliculo ſeu glumâ nudâ cinerea nigrâve velatis fœtos, [gluma] cum ſemine contento adeò parva eſt, ut nudo oculo ægrè poſſit diſcerni.

Virg. In partis ubique ferè copioſum obſervavit D. *Sloane*, præcipuè copiâ maximâ ultra **Two Mile-Wood**, ad ſiniſtram viæ ad pontem fluvii nigri [**Black-River Bridge**] ducentis.

Pauci eſt nutrimenti, nihilominus ſicca tempeſtate in penuria aliorum graminum armenta & boves illud comedunt, ad famem ſedandam, cùm eorum alvi intumeſcunt ; nec parvo ſaturantur.

P. 1288. Ad Cap. De Gramine Avenaceo.

1. Gramen Avenaceum, paniculâ minùs ſparsâ, glumis alba, ſericea lanugine obductis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Supremus hujus graminis culmi nodus *folium* emiſit 6 uncias longum, ima ſui parte *culmum* amplectens. Supra hunc nodum *culmus* ad pedalem circiter longitudinem aſſurgebat, unde Gramen integrum altiſſimum fuiſſe obvium eſt conjectari. *Panicula* in ſummo 4 plus minus uncias longa erat, non admodum ſparſa, è multis petiolis vel undique cauli adnaſcentibus, vel alternatim ab uno duntaxat latere ortis, nullo ordine, ſummo culmo compoſitus. Singulis petiolis ſeu ramulis, valde tenuibus & brevibus pediculis appendebantur rubentia aliquot, oblonga, acuminata grana, ad Avenæ figuram accedentia, duabus glumis ſeu membranulis

branulis acerosis comprehensa, exteriùs lanugine sericea seu tomento longiore obvelata, unde ab aliis congeneribus facilè distinguitur.

Vel in insula *Madera*, vel in *Caribbearum* aliqua, si bene memini in *Nevis*, inquit D. *Sloane*, hanc speciem inveni.

2. Gramen Avenaceum *Maderaspatanum*, paniculâ sparsâ, aristis longioribus armata *Pluk. Phytogr.*
Avena sylv. *Madraspatensis*, seminibus aristis tribus donatis *Morif. hist. Oxon.* P. 3.

Folia huic angusta sunt & graminea: Culmis geniculatus, aliarum culmis gracilior, in summo *paniculam* gerit dodrantalem, pediculis biuncialibus & uncialibus sparsam, in quibus nascuntur *semina* oblonga, avenacea, singularia, ut plurimum dichotomum ordinem observantia, glumis foliaceis subluteis inclusa. Sed (quod in hoc notatu dignum est) *semina* ipsa glumis involuta ternis cristis capillaribus & acutis, biuncialibus, in modum Muscæ tripliciter caudatæ, Map-sfy appellatæ, terminantur. D. *Gifford* attulit.

3. Festuca Avenacea sterilis, pediculis brevioribus & spicis erectis D. *Sherardi Morif. hist.* P. 3. Ad pedalem aut circiter altitudinem assurgit. Quoad folia, modum crescendi, spicularúmque aristatarum formam vulgari similis est, petioli verò spiculas sustinentes breves sunt. Spica ipsa cum aristis erecta & compacta cernitur. Frequenter subfusci coloris est.

4. Gramen Avenaceum, sparsâ paniculâ speciosâ, locustis minimis *Morif. hist.* P. 3. 215. *Caulis* pedalis & sesquipedalis, paucis geniculis interceptus *paniculam* gerit palmarem, speciosam satis cum petiolis capillaribus, non dependentibus tamen, per intervalla Graminis pratensis in modum extensis. Istis autem sparsim accrescunt locustæ exiguæ, bifidæ, inter Avenacea gramina minimæ, cum arista unica pertenui & elegante cujusque medietate exèunt. D. *Bobart.* In locis gramineis reperitur sed rariùs.

5. Festuca arundinacea maxima montana, sive Neapolitana D. *Sherard* v. Descriptionem apud D. *Bobart* in *Hist. Oxon.* P. 3.

6. Gramen Avenaceum locustis rarioribus muticis *Virginianum* majus. *Hist. Oxon.* P. 3. Cum antedictis convenit, in omnibus verò majus est. *Culmus* bipedalem aut tripedalem altitudinem attingit, erectè assurgens. *Panicula* dodrantalis paucis longè distantibus pediculis se dividit, paucis quoque locustis muticis Avenaceis, iis appensis, antedictorum triplo majoribus onusta. D. *Bobart.*
Ex graminis Avenacei è fusco xerampelini, &c. genere est.

7. Avena *Lusitanica* pilosa, caput *Medusæ* referens *Morif. hist.* P. 3. p. 210. Gramen caput *Medusæ* referens Lusitanicum D. *Tournef.* *Folia* sunt graminea: *Culmus* erigitur rectus, rariùs geniculatus, qui spicam biuncialem, primo aspectu q. Secalinam, sed ex longis seminibus avenaceis compositam sustinet: ad quorum uniuscujusque sedem seu appositionem terna foliola angusta & aristata, triuncialia nascuntur (è seminis apice consimili folio aristata unico excrescente) quæ quidem extensa, incurvata, & promiscuè sparsa caput *Medusæ*, quemadmodum vulgo apud poetas repræsentatur aliquomodo referunt. A D. *Sherard* habuit D. *Bobart.*

8. Gramen Avenaceum *Madraspatanum*, locustis tenuibus, oblongis, densiùs stipatis, *Morif. hist.* P. 3. Munere D. *Gifford* ex *India* Orientali accepit. Culmus geniculatus foliis gramineis latis vestitur: Atque hujus summitati panicula insidet, palmaris ferè cum pediculis 3bus aut pluribus, biuncialibus & triuncialibus, non se in alios dividentibus, è geniculis extensis. Istis locustæ quamplurimæ tenues, ex paleaceis & foliaceis glumis constructæ cum minutissima arista è medietate cujusque proveniente, Serpylli modo verticillatim adhærescunt: atque ad harum inferiorum appositionem folium unciale aut biunciale adnascitur. D. *Bobart.*

9. Gramen Avenaceum panicula flavescente densiori, locustis minimis, tenuiter aristatis, & quasi villosis *Tournef. hist. plant. circa Paris.*

10. Gramen Avenaceum, panicula longa, compactiori flavescente, locustis magnis squamosis, erectis lanuginosis, paucis intus granis, aristis recurvis armatis. Siccam nobis communicavit D. *Sherard.*

11. Gramen Avenaceum, spicâ sericeâ, aristis longis armatâ D. *Sherard.* Singulare est hoc genus Graminis, Avenæ non multùm simile, *foliis* prætenuibus, exceptis iis quæ caulem involvunt. Caulis autem seu culmus pedalis est, in summitate spicam gestans strigosam, albicantem, glumis in filamenta capillacea mollia & velut sericea divisis: in eodem culmo spica secundaria interdum ex ala folii exit.

12. Festuca avenacea elatior, locustis squamosis, paniculâ maxima & longissima. Circa *Baias* & alibi in *Italia* frequens.

13. Ægilops Bromoides Juba purpuraſcente *J. B.* lib. 18. p. 436.

14. Gramen Avenaceum, panicula minùs ſparſa, cujus ſingula grana tres ariſtas longiſſimas habent *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Gramini huic panicula 6 circiter uncias longa eſt, non multùm ſparſa, colore per maturitatem luteo-rubente, ſpicis alternatim longis intervallis diſpoſitis conſtans, quibus tenuibus pediculis appenſa ſunt grana prælonga, quorum unicuique ſuperiori extremitate inſident tres prælongæ ariſtæ, quæ huic ab aliis omnibus diſtinguendo ſufficiunt. Glumæ ejuſdem cum panicula coloris erant, & minimè ariſtatæ. Spicæ numero non ità multæ.

In *Madera* inſula prope oppidum *Funchall* inveni.

15. Gramen Avenaceum ſylvaticum, foliis latiſſimis, locuſtis longis non ariſtatis, glumis ſpadiceis *Slon. Cat. Jamaic.* Wild-Oats.

D. *Sloane.*

Filamenta plurima, 3, 4ve uncias longa, fibrillis lateralibus, quibus alimentum attrahit, capillata, obtinet, quæ in radicem ſubrotundam coeuntia, *folia* aliquammulta emittunt *caulem* ima parte ambientia, ſtriata, coloris leucophæi, 9 circiter uncias longa; pars altera à caule abſcedens, quò altiora in caule ſunt folia, eò longior eſt, adeò ut ſuprema omnium poſtquam à caule abceſſerint 6 uncias longa ſint, duas lata, initio anguſta, ſenſim lateſcentia, tandem in acutum deſinentia, ſtriata, tenuia, dura, aſpera, graminea, coſta media in averſa parte eminente. *Caulis* ſeu culmus pedem 1½ plus minus altus, ima parte duos perbreves articulos ſeu internodia obtinens, ad pedalem à terra diſtantiam, in ramos dividitur, quorum virgulis ſeu ſtylis adhæreſcunt ſemunciales aliquot longæ, nudæ locuſtæ alternatim, abſque pediculis, gluma nigricante longam convolutam membranam Frumenti ſimilem continentes.

In ſylvis umbroſis mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* oritur.

Pabulum habetur omnium in tota Inſula graminum optimum ad boves & Jumenta nutrienda & impinguanda.

16. Gramen Avenaceum *Marianum* purpureum, ſparſâ paniculâ pulchrâ *Pluk. Mantiſſ.*

17. Gram. Bromoides, ſive Avena ſterilis *Indiæ Orientalis, Torapo Malabarorum Ejuſd. ibid.*

18. Gramen feſtucarium, ſeu Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicâ longâ ſpadiceâ ex Inſula *Johanna Ejuſd. ibid.*

Gramina quædam miſcellanea è D. *Pauli Bocconi* Muſeo Plantarum rariorum aliiſque Autoribus collecta, ſuis locis inſerenda.

1. Gramen maritimum vulgatiſſimo Gramini pratenſi congener aut ſimile *Lob. ſtirp. Illuſt.*

Radix capillata: *Folia* 1, 2, aut 3 unciarum, Schœnanthi modo congeſta, è folio aut folliculo prodeunt, è fundo unciali, lato, compreſſo, inſtar vaginæ educto. Culmi item 3um, 4 & quinque unciarum folioſâ vaginulâ incluſi ſunt, & è 2do emanant culmi geniculo. Spicæ ſpecioſæ, ſparſæ Panici ſylveſtris ritu, ſeſcunciales aut duarum unciarum, ſubrubentes.

2. Gramen paniculatum *Virginianum*, locuſtis minimis *Moriſ. hiſt.* P. 3. Culmi hujus graminis, frequentibus geniculis intercepti dodrantales & pedales, nunc erecti, nunc reclinati, *folia* proferunt ad ſingula genicula longa & anguſta, quæ paniculam elegantiſſimam ex minimis locuſtis, petiolis erectis, non multùm diffuſis adnexis, confectam altitudine ſuperant. Ex ſupremis foliis, velut è vagina *panicula* erumpit; & quod in aliis Graminibus *Americanis* obſervare eſt, è geniculis culmuli alii minores excreſcentes, paniculas conſimiles gerentes ramificantur.

3. Gramen paniculatum minimum molle *Bot. Monſp.* App. Palmaris & tempeſtate humida bipalmaris eſt planta, annua, radiculas habens fibroſas: culmum 2bus aut 3bus articulis diſtinctum. In ſummitate oritur panicula expanſa, è plurimis glumulis mollibus, albicantibus, vix viſibilibus compoſita.

In luco *Gramuntio Aprili* & *Maio* menſibus reperitur.

4. Gramen ſpicatum aſperum annuum *Moriſoni.* Vulgari Gr. aſpero ſimile eſt, verùm minus & humilius, ſpicáſque frequenter ſimplices, interdum diviſas profert, aſperas, aceroſas, ſeminàque longa tenuia continentes, quibus maturis *radix* perit. Circa *Blæſas* invenit D. *Moriſon.* Reperitur etiam in *Anglia.*

5. Gramen puſillum unicaule, paniculâ loliaceâ *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 57.

Ad ſpithamæ altitudinem excreſcit, & in *Italia* invenitur ſterilibus ſaxoſis, ſanctuario ſeu Aſylo *della Madonna di Savona* conterminis.

6. Gramen

6. Gramen cirrosâ & villosâ spongiâ ad singula genicula donatum, paniculatum, minimum, Alpinum. *Boc. M. R. P.* T. 59.

In montibus altis *Mutinensibus* provenit, ínque territorio *Bononiensi* in sylvis humidis & opacis, ad altitudinem palmi Geometrici assurgens. *Suspicor autem spongias illas villo as cujusdam insecti receptacula esse.*

7. Gramen pumilum arundinaceum myûros erectum non ramosum, minimum *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 59.

Multis *Italiæ* in locis oritur, & speciatim prope *Madonnam di* S. *Luca* in *Bononia*; ínque *Roma* extra muros, quà ad S. *Pancratium* itur. Nascitur etiam in *Pedemontio, Corsica & Sicilia*: Alias in cespitibus, aliàs cum caule singulari, spithamæ altitudine, & locos macros steriléque amat. Caulis hujus graminis terminatur in formam caudæ muris.

8. Gramen exile arundinaceum minimum, acumine reflexo *Bocc. Mus. pl. rar.* T. 57.

Articulata est ad modum Arundinis, & spithamam alta. In loco sterili & saxoso 7 m. p. ab urbe *Savonæ* distante, & supra *Madonna della Misericordia Savonæ* dicta.

9. Gramen supinum, brevi hirsuto folio, paniculis echinatis singularibus *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 66. T. 55.

Folia hujus plantæ lata sunt & arundinacea magnitudinis suæ respectu, quandoquidem paulò plus dimidio palmo supra terram elevatur, & plerunque inferior ejus medietas in terram reclinatur. Paniculæ echinatæ in formam spicæ disponuntur, & summum culmum exornant. In territorio *Venetiano* ad sepes viæ *Pieve di Soligo* vicinæ provenit, & supra *Massam di Carara*, ínque *Taurino* copiosissimè in parco *S. A. R*, i. e. sua Altezza Reale, invenitur.

10. Gramen pusillum erectum, spica molli Avenacea. *Ejusd. Bocc. ibid.* T. 57.

Spithamæ altitudine supra terram erigitur; circa Autumnum cùm glumas suas projecerit nuda manet cum ungue acuto spicæ articulationibus adnexo. Invenitur ad margines viarum per *Pedemontium* & *Sabaudiam*, atque per *Siciliam*.

11. Gramen paniculâ sparsâ luteâ, loliaceâ *Magnol. App.* Annuum isthoc Gramen folia habet loliacea, culmum cubitalem, cui innascitur panicula è plurimis spicis loliaceis, uncialibus, sparsis, parùm barbatis composita. *Flores* lutei sunt. Maio mense in pratis ultra *la Garrigue du Terrail* viâ qua itur S. *Jean de Vedas* reperitur.

12. Gramen duriusculum; paniculis multis exilibus, longulis, viridibus *Hort. Cath.* A Gramine exili duriusculo Ger. differt, Quòd planta sit major & elatior, panicula magis diffusa, locustis seu spinis ex quibus panicula componitur multo longioribus & gracilioribus.

13. Gramini nostro duriusculo maritimo majori simile, sed mollius & lanuginosum. Siccam nobis communicavit D. *Sherard.*

14. Gramen Filiceum *Salawaccense*, paniculis plurimis spicatum D. *Petiv. Act. Philos.* N. 276. p. 1019. *Naracucha-pillee* Malab. D. *Brown* Decoctum hujus cum pauco pipere febres intermittentes abigit.

15. Gramen lanceolatum paniculis densè stipatis supinum *Siculum*, *Bocc. Mus. pl rar.* T. 87.

Totum supinum est hoc Graminis genus, paniculis duris surculos ordinatim cingentibus. Longitudo ad spithamam accedit. Surculi per terram strati spinam seu costam habent Pastinacæ marinæ piscis æmulam. Planta est annua, & invenitur 10 mill. à *Panormo* à *Sferra cavallo* usque ad vicum *di Capaci*. Altera species minùs speciosa, surculis & paniculis angustioribus observata à me fuit in *Corsica* insula.

16. Gramen maritimum, paniculis asperis cristatis *Bocc. Mus. pl. rar.* p. 119. T. 95.

17. Gramen paniculatum elegans locustis erectis, pennatis non aristatis. Gr. alterum paniculatum asperum, pulchris paniculis surrectis *Hort. Cath.* Suppl. alt. 33.

Procerior est planta, panicula majore quam Gram. nostrum tenuifolium, locustis pennatis non aristatis. Locustarum squamæ in acutos apices exeunt.

18. Gramen parvum *Æthiopicum* tenuiſſimis foliis; *Amourettes* ſpica ſimplici & gemella *Pluk. Almag.* Tab. 300. F. 4.

Spicæ breves ſunt, compreſſæ, è glumis ſquamatim incumbentibus compoſitæ. Folia & cauliculi capillaceæ tenuitatis ſunt.

19. Gramen *Africanum* geniculatum, Graminis tremuli paniculâ ferugineâ D. *Sherard.*

Altitudo ſemipedalis. Cauliculi ſatis firmi & rigidi, duobus tribúſve geniculis intercepti, & à geniculis foliis aliquouſque obvoluti.

20. Gramen nemoroſum glabrum *Marilandicum* capitulis Pſyllii majoribus, rotundis D. *Sherard.* Caule eſt erecto, firmo, ſtriato, pedali aut altiore.

21. Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, *Æthiopicum Pluk. Almag.* Tab. 300. F. 5. Cauliculi & folia tenuiſſima ſunt, & planè capillacea. Paniculæ Juncelli omnium minimi noſtratis ſimilia ſunt. Siccam communicavit D. *Sherard*, ut & præcedentes duas.

22. Gramen juncoides *Africanum* panicula ſimplici compacta ferruginea, foliis tenuiſſimis. *Folia* è radice emittit numeroſa, anguſtiſſima, & in capillaceam tenuitatem exeuntia, dodrantem longa erecta. Cauliculi ſeminiferi ſupra folia eminent & in faſtigio paniculam ſeu capitulum geſtant, breve, craſſum, ſquarroſum, baſi ſua triplici foliolo (in quæ caulis dividitur) cinctum, eodem fere modo quo in Juncis nonnullis. Eſt enim capitulum hoc ſeſſile in angulo divaricationis caulis, & ſquamoſum.

23. Gramen ſpicatum, ſpicis longis laxis, pappo ſericeo caneſcente D. *Sherard.* Gr. montanum Avenæ ſemine *Cluſ.* lib. 6. p. 219. montanum Avenaceum lanuginoſum *C. B. prod.*

24. Gramen *Indicum*, ſpicâ craſſâ longiſſima, lanuginoſa. An Tenna *H. M. Vol.* 12. *Tab.* 79. p. 151? Tenna propiùs accedere videtur ad Panicum vulgare.

25. Gramen paniculatum aſperum, paniculis pulcris ſurrectis *Hort. Cath.* Locuſtæ ſquamoſæ ſunt ut in multis Feſtucis, compreſſæ, ſurrectæ. Squamæ ſeu glumæ in acutum mucronem exeunt. *Folia* lata ſunt.

26. Gramen capitulo globoſo foliaceo, *Hyacinthi Ambroſini* in *Novarum Plantarum hactenus non ſculptarum Hiſtora.*

Ex *radice* Graminis vulgaris modo fibræ exiguæ albicantes & plurimæ adnaſcuntur, quæ in unum velut ceſpitem coeuntes deorſum repunt. *Culmus* unicus erigitur, non rectus, ſed obliquè aſcendens, ſeſquicubitalis, internodiis rarioribus diſtinctus, qui in paniculam globoſam, multis foliolis ſubtilibus acuminatis circumamictam, ità ut ſphæricam formam præ ſe ferre videatur, deſinit. *Foliis* donatur paucis anguſtis circa caulem, & culmi plurimi abſque panicula, *foliis* oblongis anguſtiſſimis, & in acumen faſtigiatis à radice & caule exſurgunt.

Julio & Auguſto menſibus reperimus in agri *Bononienſis* umbroſis locis, & campis lætis & cultis, cùm oppidum *Malalbergo* appellatum, herbationis cauſâ, peteremus.

P. 1280. Ad Cap. De Arundine.

1. Ily-Mullu *H. M.* P. 12. T. 75. Arundo *Indica* folioſa, aculeata, paniculâ in ſummo è ſpicis pluribus compoſitâ. An Arundo graminea aculeata *Alpini?*

H. M.

Arenoſa amat. *Radices* albicantes, fibroſæ. *Caules* rotundi, duri, rigidi, geniculati, cymis tortuosè inflexi, novellos è geniculis ejicientes caules, virides, cœruleo-albicante rore aſperſos. *Folia* pedibus caules circa geniculos amplectuntur, oblongo-anguſta, rigida, craſſiola, interiùs lato ſinu ſulcata, in cuſpidem valdè rigidum & aculeatum ſtricta, viridia, atque etiam cœruleo-albicante rore ſuffuſa, ubi ſicceſcunt dilutè rufeſcentia. *Capitula* caulibus inſident rotunda, ex oblongis, viridibus, gramineis, in orbem diffuſis cauliculis conformata; hi ſi verſus inferiora ſtringuntur aſperi ſunt & manibus adhærent. In capitulis ad exortum cauliculorum oblongæ, anguſtæ, cuſpidatæ, virides emergunt *ſpicæ* folioſis involucris comitatæ, quæ ubi florent ac ſe aperiunt è vertice duo emittunt filamenta oblonga, albicantia, pilis albis barbata, ac cum illis minora quædam filamenta ruffis *apicibus* dotata. In caulibus quibus hæc capitula innaſcuntur, adhuc alii cauliculi ſpicati, & quidem plures congregati conſpiciuntur, qui ex vertice emicant, ſpicis ſeriatim obſeſſi. Spicæ ipſæ virides ſunt.

Radix trita, & cum cinere capilli humani decocta à maniacis cum ſucceſſu aſſumitur.

Hæc planta vel eadem eſt cum Arundine graminea aculeata Alpin. exot. vel ei valde ſimilis.

2. Nain-

2. Nain-Canna *H. M.* P. 12. T. 73. Canna ſeu Arundo *Indica*, paniculis latè diffuſis in ſummis caulibus, è pluribus ſpicis ſquamoſis compoſitis.

Cannæ genus eſt ſylveſtre, in arenoſis naſcens. *Caules* qui pedibus foliorum theciformiter convolutis inveſtiuntur, rotundi ſunt, viridi-diluti, glabri, carne intus fungoſa, alba, inter filamenta lignoſa, ſtriati, in media fiſtuloſa cavitate pervii, valdè leves. *Folia* oblonga ſunt, in cuſpidem ſtricta, acutis oris, in flexura quà à caulibus abſcedunt, interiùs geniculata, circa geniculum candida lanugine obducta. *Coſta* media in averſa parte eminet, venis ſubtilibus in longum ſtriata, intus tubulis pervia. In caulium vertice petioli prodeunt ſtriati, in interſtinctis caulium intervallis, ubi rubeſcunt, idque plures congregati, in orbem diſpoſiti, ac obliquè ſurrecti, ex nodulis rubeſcentibus minores emittentes ramulos ſpicatos, plumæ inſtar diffuſi, viridi-diluti, ſed teneri, rubeſcentes. Spicæ ipſæ ex ſpadiceo nigricant & nitent, in penecillis filamentorum argenteorum per quæ tranſparent, nitentes.

Succus per ſe ſumptus, vel cum Allio tritus, palmíſque cùm manuum, tum pedum inunctus ſpaſmo medetur; cum Zingibere lævigatus, temporibúſque illitus maniacis, hypochondriacíſque confert. Flores cum canino ſtercore in lotura Oryzæ triti idem præſtant temporibus applicati. *Vtret.*

3. Arundo *Indica* noſtrati congener ſi non eadem. Kerpa *H. M.* P. 12. T. 46.

In aquoſis naſcitur, ad altitudinem 12 pedum. *Radix* geniculata, primò rubeſcens, vetuſtior facta albeſcens, fibris capillatis, quas è geniculis emittit, ſe affigens. *Caules* rotundi, cavi, primùm virideſcentes, adultiores & ſicci albicantes, ligno duro, venis ſtriato, Calami inſtar, circa radicem caules emittentes laterales. *Folia* ex geniculis prodeunt, eóſque convoluta includunt, enſiformia, ſtricta, craſſiuſcula, ima parte, quà autem caule abſcedunt, geniculo viridi-diluto, albicantibus pilis veſtito, interſtincta, in interiori latere concava, & albicante tunica obducta: in ſuperiori caulium parte plumei conſpiciuntur glomi, ex plurimis tenuiſſimis filamentis ceu petiolis compoſiti, qui argenteis longiuſculis ac glomulatim diſpoſitis filis ſunt veſtiti. *Semina* hiſce filamentis inſident condenſa, parva, ruſſo-rubra.

Cadi-Pullu ſimilis eſt hæc planta, ſed odoris expers, novis, oblongis, cuſpidatis, albicantibus ac ſubflaveſcentibus oculis, qui ex radicis geniculis q. extruduntur, ſe propagans.

Ex foliis Apozema fit emmenagogum, Abſceſſibus impoſita illos ad maturitatem perducunt & aperiunt. Radix oleo incocta ſcabiem ac pruritum tollit.

4. Arundo *Tyberina* vulgaris D. *Sherard.*

Ab Arundine noſtrate vulgatiſſima multùm differt: Panicula enim multo longior & anguſtior, minúſque ramoſa, colore etiam dilutiore.

5. Arundinis cujuſdam ſummitatem nobis communicavit D. *Sherard*, quam Arundinem aculeatam *Alpini* eſſe ſuſpicatur, & folia quidem conveniunt caulem obvolventia, convoluta & in acutum mucronem deſinentia, verùm paniculam profert Arundinaceam, brevem, modicè diffuſam.

6. Arundo Americana ſtriata *Munting. Herbar. Belgic.*

7. Arundo farcta *Indiæ Orientalis*, ſanguinem Draconis manans *Moriſ. hiſt.* P. 3.

Ab *India Orientali* à mercatoribus petitur, ejuſque ſuccus **Dragons-Blood in Drops** noſtratibus vocatur: ſubtilior eſt & pretioſior, duplóque alio ab arboribus proveniente carior, unde **Dragons-Blood-Cane**, ex internodio 4 pedes longo, digitum craſſo orta, flaveſcens. Ex hujus Arundinis nodis (unà cum foliis) emergit *fructus* ad inſtar nucularum, quarum duæ ſpecies minor figurâ rotundâ, magnitudine Avellanæ minimæ; major figurâ oblongâ, magnitudine Avellanæ majoris. Utraque autem ſpecies externè multos habet gibbulos ſeu ſquamas ad inſtar baccæ Mori. Fracto putamine duriuſculo intus apparet nucleus, qualis in Ceraſis; revera autem res ità habet, dictus fructus externè tegitur materiâ quadam rubrâ, facilè friabili, ita ut eam quis digito abſtergere poſſit, quæ tacta chartam aut manus rubedine afficit. Et hæcce rubra materia ea eſt Sanguinis Draconis ſpecies, ex qua fit Vernix, quâ ciſtæ & pyxides *Sinenſes* obduci ſolent. Modus autem rubram materiam colligendi eſt, dictum fructum in aqua calida macerare, donec materia illa rubra in fundo vaſis ſubſidat, unde aquâ evaporatâ aut effuſâ, dictus *Sanguis Draconis* cum guttis ſeu fruſtulis concretis ex fundo vaſis colligitur. D. *Bobart.*

8. Arundo *Japonica* Equiſeti culmo *Moriſ. hiſt.* P. 3. vide Deſcriptionem *Hiſt. noſt.* pag. 1315.

P. 1316. Ad ſpeciem 4tam ſeu Arundinem dictam *Rotang Piſ.* Ar. nucifera, Rotang dicta, fructu ſpadicei coloris, ſtriis purpureis venuſtè teſſellato *Pluk. Almag. Bot.* Phœnico-Scorpiuros ſeu Heliotropium palmites ſpinoſum, Polygonati anguſtis foliis Madraſpatanum *Pluk. Phyt.* T. 106. F. 1. & 2. item *Almag. Bot.* 276.

Hujus

Hujus tres ſpecies in *H. M.* P. 12. T. 64, 65, 66. depinguntur & deſcribuntur.

(1.) *Prima* ſub titulo *Tsjeru-Tsjurel*, cui Fructus minores. Folia *Ily* ſimilia ſunt, in interiori parte, circa venarum tractum pilis hirſutis obſita. *Flores* racemoſi, parvi, parvi, rubro-fuſci, tripetali.

(2.) *Secunda* à præcedente tantùm differt, quod foliis ſit majoribus atque etiam fructubus, qui maturi nigricant & comeduntur. *Katu-Tsjurel* dicitur.

(3.) *Tertia* cæteris major, ubi Arboribus ſe affigit ad altitudinem ſex, ſeptem, imò octo hominum aſſurgit. Arundines rotundæ, duræ, virides, geniculatæ, in geniculis ſpinis denſis, oblongis, aculeatis, duris viridi-flaveſcentibus verticillatim cinctis. *Folia*, quæ geniculis ſupra ſpinas inſident, longa ſunt, in cuſpidem oblongum ſtricta, in oris ſpinis aculeata, in longitudine plicis ſtriata, coloris viridi-obſcuri.

1. Gramen Arundinaceum, minus elegans, Cuchemilepillu *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

2. Gramen Arundinaceum, paniculâ argenteis plumis tomentoſâ, Naunelpu *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

3. Gramen paniculatum arundinaceum *Syriacum*, *Hylliaun* indigenis dictum. An Gramen arundinaceum maximum *Bayonenſe Park?*
D. *Bobart.*

Hujus *radix* Arundinis in modum per ſtolones laterales incrementum facit, & *folia* longa, cubitalia, unciam lata, gladiata, ad cœſium colorem tendentia, lineâ alba inſigni, ut in Tragopogone, per medium decurrente, profert. Inter folia calami oriuntur bicubitales & tricubitales, arundinacei, geniculati, foliis conſimilibus, minoribus tamen ornati. Paniculam geſtat in ſummitate erectam, palmarem & dodrantalem, ſubfuſcam, è locuſtis plurimis longiuſculis, ſatiſque turgidis, muticis, pediculis ramoſis inſidentibus, ſurſum ſpectantibus confectam, quibus *ſemina* longa, mucronata, turgidiuſcula, fuſca, lucida continentur. Ex ſem. à D. *Huntington* tranſmiſſis ortum eſt.

4. Tsjeria-Kuren-Pullu *H. M.* P. 12. T. 62. Canna *Indica* gracilis, geniculata, ſpicâ in vertice longâ plumoſâ.

Naſcitur in petroſis. *Caules* rotundi, glabri, viridi-diluti, geniculati, in geniculis, qui extuberant ac rubeſcunt, cymis inflexi, & folioſo involucro, quod pedem folii conſtituit, inveſtiti. *Folia* oblongo-anguſta in cuſpidem deſinunt, in oris pilis hirſutis obſita, manibus adhærentia, tenuia, lenia, venis ſubtiliſſimis in longum ſtriata. In ſuperiori caulium parte pluma geminata conſpicitur, cujus ſtamina rubro-purpurea & tenuia, quæ ex ſpicis nigricantibus, oblongis, ſtrictis, tranſverſis prodeunt, atque ex illarum vertice emicant. Spicæ florentes flocculos emittunt albicantes.

5. Tsjama-Pullu *H. M.* P. 12. T. 41. Gramini pratenſi paniculato majori ſimile, ſi non idem. An Gr. prat. majus *Ind. Or.* noſtrati ſimile panicula elegantiori *Pluk. Mantiſſ. H. M.*

Naſcitur in arenoſis. *Radix* fibroſa albicans. *Caules* rotundi, glabri, virides, geniculati *foliis* gramineis veſtiti. *Spicæ* vertici caulium in petiolis viridibus inſident, virides, complanatæ, ex pluribus minutis foliolis imbricatim conformatæ, vetuſtiores fuſcè purpureæ; *ſemina* in illis continentur arenacea.

6. Gramen pratenſe minus *Ind. Or.* noſtrati ſimile, panicula elegantiori: Nellematchepillee *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* p. 96.

7. Kadira-Pullu *H. M.* P. 12. T. 43. Graminifolia *Indica* paniculâ è ſpicis cuſpidatis plumulas duas cum apicibus ex averſa cauli parte emittentibus, compoſita.

Planta eſt quolibet gaudens ſolo. *Radix* Convolvuli inſtar ſupra terram repit, fibris albicantibus lignoſis ſe illi affigens. *Caules* lignoſi ſunt, tortuoſi, viridi-flaveſcentes, nitentes, gemmulis quaſi interſtincti, in geniculis aſperi, maximè cùm verſùs inferiora ſtringuntur; ſuperna parte, quà ſurrecti, virides & *foliis* veſtiti, oblongo-anguſtis, in cuſpidem deſinentibus, graminiformibus, in oris manibus adhærentibus. In vertice caulium *ſpicæ*, filamentis tenuibus, rubeſcentibus quaternæ ſimul proveniunt, cuſpidatæ, rubeſcentes, inferiùs in exteriori parte à caule averſæ, plumulas duas emittentes, argenteas, candicantes, & cum illis *apices* grandiuſculos albicantes, qui in tenuiſſimis *ſtamunculis* penduli nutant.

8. Tsjama-Pullu *H. M.* P. 12. T. 45. Gramen *Indicum* paniculâ, è ramulis alternatim ſingulis ad intervalla naſcentibus, & ſpicas plures alternatim emittentibus compoſitâ.

Planta

Planta arenoſo gaudens ſolo. *Caules* rotundi, oblongi, tenues, intus tubulo pervii, glabri, virides, geniculati, in geniculis extuberantes, pedibus *foliorum* oblongis, anguſtis, gramineis veſtiti, quæ inferiori pede articulos inſtar involucri includunt, rigida, proxime ad caudam in interiori latere pilis albicantibus barbata. In vertice caulium petioli breves, ſpicati prodeunt folioſis involucris obtecti. *Spicæ* ipſæ parvæ ſunt, oblongæ, cuſpidatæ; in ſingulis *ſemen* includitur unicum.

In vaccino lacte lævigata abſceſſus phlegmonodes deſiccat: cum *Aſa fœtida* & Zinzibere in potiunculam præparata tormina ventris mitigat. *Virei.*

9. Beli-Caraga *H. M.* P. 12. T. 47. Graminis *Indici* cauliferi ſterilis ſpecies.

Gramen eſt caulibus tenuibus, rotundis, glabris, viridibus, qui *foliis* veſtiuntur oblongis & anguſtis.

Plurimis ceremoniis in Religione *Bramannum* celebratur hæc planta. Rheumata capitis & oculorum minuit linimentum ex hac herba, affuſo *Nucis Indicæ* oleo & *Sandalo* applicatum. Gingivarum dolores lenit, ſi nempe cum Oryzæ decocto teratur. *Virei.*

Nulla neque ſpica nec panicula hujus iconi appingitur; at neque in deſcriptione ulla earum mentio fit.

10. Kodi-Pullu *H. M.* P. 12. T. 57. Gramen paniculatum *Indicum* paniculâ convolutâ, è locuſtis oblongis ſquamoſis compoſitâ.

Naſcitur in arenoſis. *Radix* nodoſa, duriola, fibris capillatis rigidis veſtita, albicans, oculis ſe propagans. *Caules* rotundi, geniculati, in ſuperioribus internodiis ab una parte magis plani, & latè ſulcati, glabri, venis ſubtiliſſimis ſtriati, primò viridi-albicantes, vetuſtiores ex albicante flaveſcentes, nitentes, carne albicante, fungoſa, ſicca ſtipati, *foliis* oblongis, quæ geniculis ſunt inſerta, ac inter ſe mutuo convoluta, veſtiti. *Folia* oblonga ſunt & ſtriata, quæ ſe cum cauliculis relaxant, & interiora versùs claudunt, in averſa parte coſtula eminente & glabra obſita, interiùs in illius tractu lato ſulco excavata, ſuperficie glabra, oris acutis & incidentibus, viroris in recta parte communis, in averſa hyalini, odoris aromatici. *Flores* ſpicatim ac condenſi proveniunt, quorum petioli, tenues, pandi, geniculati, ex geniculis novos etiam projicientes ſurculos floriferos, parti cavæ internodiorum accumbentes. *Spicæ* ipſæ primò virides ſunt, oblongo-anguſtæ, cuſpidatæ, in cuſpidibus rigidiuſculæ & nonnihil pungentes, ad pedunculos candidis capillis, cum quibus poſtea rufeſcunt, veſtitæ, ex vertice unum tenuem, longiuſculum ejicientes capillum; ſed apertæ tenuiſſima ac albicantia filamenta; quorum *apices* oblongi, penduli, nutantes, ſubflavi, vetuſtiores crocei, lyrâ ſtriati, demiſſi: præterea ſpicæ in uno pedunculo plures imbricatim ſunt junctæ, folioſo involucro primùm obtectæ, ſed tandem denudatæ. In ſingulis unicum continetur *ſemen*, oblongo-anguſtum, ex una parte cuſpidatum, quod ſiccum rufeſcit.

Radix in potiunculam præparata ſalivationem in febribus ſiſtit.

11. Kuren-Pullu *H. M.* P. 12 T. 61. Gramen *Indicum* caulibus piloſis paniculatum, locuſtis conicis, ſingulis ſingula ſemina continentibus.

Quodlibet amat ſolum. *Caules* rotundi, oblongi, pilis capillati, *foliis* oblongis anguſtis, cuſpidatis, viridibus in geniculis veſtiti. *Spicæ* conicæ ſunt, virides, deinde rufeſcentes, in ſingulis unum continetur *ſemen* rotundum, ſed aliquo modo oblongum.

12. Mella-Pana-Kelangu *H. M.* P. 12. T. 59. Gramen *Indicum*, è foliorum ſummitate radices agens, & novam plantam producens.

Arenoſa amat. *Radix* fuſca, ſubtus fibras craſſiuſculas albicantes emittens & obfuſcatas, quæ vetuſtiores factæ in annulos ſe corrugant. Caro albicans eſt & denſa, non lignoſa, nullius ſaporis, odoris haud injucundi, ſed minùs vegeti. *Folia*, quæ duo, tria, pluráve è radice erumpunt, arundinacea ſunt, venis in longum ſtriata, tenuia, in medio longo eminente nervo obducta, reflexa, cum ſuo cuſpide terram perforantia, & novam radicem conſtituentia. Utrùm floreat dubitatur.

Decocta cum oleo Nucis *Indicæ*, & ſupina cervice epota, capitis dolores ſedat, vertiginoſos & oculorum caligines abigit, viſum acuit. Cum aqua decocta & epota antifebrile præſtat medicamentum, præſertim in cholera: in pulverem redacta & ventri impoſita Stranguriæ medetur. Radix trita & aſſumpta idem efficit; in lacte dulci ſumpta ardorem renum & oſſium reſtringit. *Virei.*

13. Katou-Tsjolam *H.M.* P. 12. T. 60. Gramen paniculatum *Indicum*, granis in calycibus folioſis, rotundis nigris.

Arenoſo gaudet ſolo. *Caules* teretes, in geniculis *foliis* viridibus oblongis, anguſtis, rigidis, anterius cuſpidatis veſtiti. Ex geniculis petioli prodeunt tenues, qui in calycibus folioſis gemmas concipiunt rotundas nigricantes, vitreas. Fructus cum ſucco *Areka* lævigatus aphthas infantum ſanat, ſi nempe lingua cum illo illinatur.

P. 1300. Ad Cap. De Cypero, &c.

1. Wara-Pullu *H. M.* P. 12. T. 42. Cyperus *Indicus* paniculis proliferis, ſpicis parvis, compreſſis ſquamoſis.

In irriguo ſolo naſcitur, ut hûjus generis pleraque. *Caules* glabri, triangulati, angulis parùm obtuſis, intus albicante fiſtuloſa medulla inſtructi. *Radix* albicans eſt, fibroſa, pedibus foliorum veſtita, exteriùs ex rubro rufeſcens, carne aquea cum corculo albo. *Folia* oblongo-anguſta, cuſpidata, venis in longum ſtriata. *Spicæ* in vertice caulium, foliis oblongis ſuccinctæ prodeunt, in duabus ſeriebus diſtinctæ, petiolis tranſverſim inſidentes, oblongæ, planæ, compreſſæ, anguſtæ, viridi-flaveſcentes. Intra ſingularum ſpicarum folia imbricatim ſe mutuo obtegentia *ſemina* continentur.

Succus cum Nuce Moſchata permixtus ventris dolores Malabaricè *Ramæ-Cua* & *Sura* dictos
Virei. mirum in modum ſiſtit & emollit.

2. Pota-Pullu *H. M.* P. 12. T. 50. Cyperus *Indicus* radice geniculata longa, tranſverſim progrediente, panicula è ſummo caule egreſſa, è ſpicis longioribus & habitioribus compoſita,

Planta eſt aquatica. *Radix* tranſverſim prorepit geniculata, in geniculis latè extuberans, alba, fibroſa, intus fungoſa & aquea, exinde rufeſcens. *Caules*, qui ex radice aſſurgunt triangulati & glabri, uno latere nonnihil excavato, intus medulla candida aquea, fungoſa inſtructi, ad radicem foliofis involucris ſuccincti, viroris communis, odorem Piperis ſpirantes. *Spicæ* in petiolis viridi-fuſcis, planis, vertici caulium inſident, & plures congregatæ proveniunt, ad exortum petiolorum tribus oblongis graminiformibus foliis ſuccinctæ, ruffæ, inter ſcutellata foliola candidiſſima filamenta, quorum ſtaminula viridia & oblonga emittentes.

Cypero iſthoc ædes obteguntur, incolas per biennium contra aeris æſtus ventorúmque injurias muniens.

3. Ira *H. M.* P. 12. T. 55. Cyperus *Indicus*, radice fibroſa, paniculâ è ſpicis magis confertis & habitioribus compoſitâ.

Planta eſt bicubitalis. *Radix* nodoſa eſt, quamplurimas confertas & arctè junctas ejiciens fibras. E *radice* cum foliis gramineis *caules* exeunt rotundioli, triangulares, in ſummitate nodulo diſtincti, ex illo *folia* graminea, 6, 7ve plus minùs in orbem tranſverſim emittentes, inferiori parte à foliis arctè comprehenſi, ac in plures faſcias compoſiti: ipſa *folia* oblonga ſunt, verſùs anteriora magis contracta, in latere ſuperiori ſe nonnihil in medio claudentia, in averſa parte nervo eminente ſtriata, oris acutis munita, coloris in utraque parte hyalini ac ſurdi. Ex caulis ſummitate à nodo ſupra folia graminea tres, quatuórve emicant petioli rigidi; illis *ſpicæ* denſæ ac confertæ tranſverſim, rectè, obliquè, omni ex parte inſident, oblongo-anguſtæ, compreſſæ, cuſpidatæ, plano-rotundiolæ, ſquamoſæ, primo ex albo viridi-dilutæ, exinde rufeſcente. *Semina* in illis minuta, angulata, ſpadiceo-fuſca.

Folia in decoctum præparata dolores ventris ſedant, menſtrua provocant.

4. Ira ſeu Balari ſecunda ſpecies *H. M.* P. 12. T. 56. Cyperus *Indicus* paniculâ proliferâ, è ſpicis rarioribus & compreſſioribus compoſitâ.

Cum prima ſpecie in multis convenit. Foliorum oræ maximè acutæ ſunt & incidentes. *Caules* triangulati ſed acutioribus angulis, qui ex ſuo nodo petiolos ſpicatos non ſolùm emittunt; ſed & cum illis plures cauliculos etiam ex ſuis nodulis ſpicatos proferentes petiolos, qui longiores ſunt quàm illi primæ ſpeciei: Spicæ in iis raræ & diffitæ, in duplici ſerie tranſverſim ſitæ, pleniores vel magis compreſſæ, ex flavo rufeſcentes.

5. Kol-Pullu *H. M.* P. 12. T. 63. Gramen cyperoides *Indicum*, ſpicis habitioribus, in pediculis oblongis è caulium vertice pluribus ſimul egreſſis.

H. M.
In arenoſo & irriguo naſcitur ſolo. *Radix* ruffa, fibroſa. *Caules* triangulati, lateribus planis, glabri, virides, nonnihil nitentes, inferiùs foliis graminiformibus veſtiti, medulla fungoſa, albicante inſtructi. In illorum vertice oblongo-rotunda proveniunt ſpicarum capitula, foliis gramineis ad exortum petiolorum ſuccincta. *Spicæ* cuſpidatæ ſunt, virides & obliquè ſurrectæ.

6. Kaden-Pullu *H. M.* P. 12. T. 48. Gramen cyperoides *Indicum* paniculis è foliorum ſinubus egreſſis, locuſtis raris compoſitis.

H. M.
Planta quolibet gaudens ſolo. *Radix* nodoſa, fibris plurimis capillatis, duris ac lignoſis veſtita. *Caules* è radice exſurgunt, virides, tenues, triangulati, oris acutis, intus parùm lignoſi, *foliis* oblongis, gramineis veſtiti, illa in interiore parte profundo ſtriantur ſulco, in cujus tractu exteriùs coſtula extuberat. *Flores* in ſummitate caulium ſpicati proveniunt in petiolis tenuibus, planis, viridibus, qui ſupra foliorum exortum ex caule erumpunt, ramulis petioli tranſverſis inſidentes; Spicæ ſunt quarum folia anguſta & cuſpidata. Illis deciduis in

in unoquoque calice aperto unicum conſpicitur ſemen rotundiolum ac trilaterale, primò viridi-dilutum deinde candidum ac nitens; ad maturitatem ubi pervenerit albo-cinereum ad Perſicum vergens, formâ gemmulam referens.

Ex radice antinephriticum conficitur apozema.

7. Tsolap-Pullu *H. M.* P. 12. T. 67. Gramen cyperoides *Indicum*, paniculis pluribus è foliorum alis egreſſis, ſpicis parvis oblongis anguſtis, compoſitis. *H. M.*

In aquoſis naſcitur locis. *Radix* fibroſa albicans. *Caules* triangulati, angulis acutis ac hærentibus, intus medulla albicante, fungoſa, aquea; *foliis* gramineis, quæ in oris & coſta media manui adhærent, veſtiti. *Spicæ* quæ à foliorum pedibus tanquam theciformi involucro ſubſtringuntur, parvæ ſunt, oblongæ, anguſtæ, fuſcè rubeſcentes & nitentes; ubi florent ſingulæ, tria tranſverſim ejiciunt filamenta piloſa & candida. In unoquoque unicum continetur *ſemen*, inſtar gemmæ nigerrimæ ac nitentis, cyatho oblongo corallino inſidens, ex quo cum capitulo emicat.

Tota planta cum axungia Aprugna in linimentum redacta contractos refocillat nervos. Folia cum aqua Oryzæ trita oſſium dolorem lenit. Succus in variolis, ſi nempe febris adſit, adhibetur. *Vires.*

8. Beera-Kuida *H. M.* P. 11. T. 58. Gramen cyperoides *Indicum*, paniculis è foliorum ſinubus egreſſis, pluribus aceroſis capitulis compoſitis. *H. M.*

Naſcitur in arenoſis. *Radix* fibroſa & ruffa. *Folia* ex radice exſurgunt, inferiori parte circa radicem ſe mutuo amplectentia, oblongo-anguſta, venis ſtriata: *Coſta* in averſa parte eminet unica, in recta duæ. *Caules* tenues ſunt, triangulati, inferiùs à foliorum pedibus inveſtiti, ſuperiori parte geniculati, in geniculis foliis oblongis obſiti. *Flores* in capitulis proveniunt ſpicatis, quæ cum ſuis petiolis in cacumine caulium ex geniculis erumpunt. *Spicæ* ſunt cuſpidatæ, virides, in ſingulis unicum continetur ſemen rotundiolum, angulatum ſpadicei coloris.

9. Mottenga *H. M.* P. 12. T. 52. Cyperus *Indicus* radicibus glanduloſis, ſpicis parvis ſeſſilibus in ſummitate caulis congeſtis.

Herba eſt ſubmiſſa, naſcens in arenoſis. *Radix* glanduloſa, fuſca, capillaceas ac fuſcas emittens fibras, ex quibus hinc indè novæ glanduloſæ radices exoriuntur, ex illis iterum fibræ, & ſic porro; aromatici & gratiſſimi odoris, maximè ubi ſiccæ, ſaporis ſubacris. *Caules*, qui cum foliis ex radicibus proveniunt, triangulati ſunt, tenues, viridi-fuſci, ſuperiùs nodulo diſtincti, in nodulo *foliis* veſtiti; illa graminea ſunt, anguſta, viridi-fuſca, interiori parte ſtriata, ſaporis adſtringentis, inodora. *Flores* in ſummitate caulium proveniunt, quorum petioli breves & plures congregatim exeunt. *Spicæ* ſunt parvæ, tenues, planæ, ex ruffo rubeſcentes, filamenta tenuia, brevia, flava ſeu ruffa è medio ejicientes.

Decoctum hujus plantæ ſitim reſtringit. Radices, Luſitanicè *Coquinha* dictæ, in decocto uſurpatæ conducunt in febribus calidis & Diabete. Oleum ex radicibus extractum hepati inſervit, ſitim reſtringit, ardorem febrium ſiſtit, diabeten curat coſtis cum illo inunctis, etiam crines auget. Oleum per deſtillationem è radicibus extractum craſſum eſt & turbidum, cum tempore multas fæces ad fundum demittens, pinguis & unctuoſæ conſiſtentiæ, coloris viridi-flavo-fuſci, odoris grati, ſaporis pinguis & ſubacris, in deſtillatione cum aqua ſimul aſcendens, eique innatans. *Vires.*

10. Pee-Mottenga P. 12. T. 53. Gramini maritimo cyperoidi *J. B.* ſimile ſi non idem.

Cum præcedente in omnibus fere convenit, in eo tantùm differens, quòd radices glanduloſæ non ſunt, ſed fibroſæ, ruffo-nigricantes, tenues, in diverſas conglomeratas faſcias partitæ, ejuſdem odoris ſed fortioris. Propagatur per faſciarum avulſionem.

Cum oleo decocta pruritum ſedat, facta corporis inunctione.

11. Gramen cyperoides minus, ſpicâ compactâ ſubrotundâ viridi, radice odorata *Sloan. Cat. Jamaic.* An Pee-Mottenga *H. M?* D. *Sloane.*

Fibras in terram demittit rubentes quæ ſimul unitæ *radicem* oblongam, incurvam efficiunt. *Folia* indè exeunt graminea, intensè viridia, 4 ferè uncias longa, ſubtus rubentia. *Caulis* è mediis foliis egreditur 4 aut 5 uncias longus, foliis concolor, triquetrus, unicum in ſummo geſtans capitulum ſeu echinum grandiorem compactum, in lateribus etiam unum vel duo minora. Capitulo, ut in reliquis ſubſunt folia aliquot graminea 2, 3ve uncias longa. *Radix* valdè odorata eſt.

In **Colonel Nedham's Plantation in 16 miles walk.**

Hujus varietas habetur omnibus partibus multò major.

12. P. 1301. Ad ſpeciem Cyperi 10am ſeu Cyperum gramineum miliaceum adde.

Speciem hanc, quia breviter & imperfectè à Botanicis deſcripta eſt, pleniùs & accuratiùs deſcribere conati ſumus.

Caulis ei cubitalis eſt & interdum ſeſquicubitalis, triquetrus, medullâ farctus, ſumma parte parvo interdum foramine concavus, & ad ſingulos nodos, (qui non rarò 6, 7ve aut plures ſunt) *foliis* ſingulis, ima parte ad duorum digitorum ſpatium eum involventibus, inferioribus pedem aut dodrantem longis, unciam latis, carinatis, lætè viridibus veſtitus: in ſummo faſtigio *paniculam* geſtans nigricantem, ſparſam, junceam potiùs quàm miliaceam, cujus radii majores paniculas privatas ſuſtinentes è ſinu folii exeunt. Paniculæ dictæ privatæ è *ſpicis* ſquamoſis pluribus ſimul in ſummis pediculis coagmentatis conſtant. Spicæ autem adeò parvæ ſunt, ut ſquamæ ægrè poſſint diſcerni. Sub ſquamis latitant *ſemina* parva, oblonga, pallida.

Secundùm fluviorum ripas & locis aquoſis naſcitur.

13. Cyperus miliaceus *Marilandicus*, ſpicis ſeminiferis magis confertis, rubentibus, lanuginoſis Cyp. Mil. ex Provincia *Mariana* paniculâ villoſâ aureâ *Bluk. Mantiſſ.* Cyp. *Marianus* Miliaceus, paniculâ villoſâ ſpecioſiſſima *Muſ. Pet. Cent.* 4. N. 386.

Hujus ſuperiorem duntaxat caulis partem & paniculam vidimus. Erat autem panicula in multos radios oblongos diviſa, & horum unuſquiſque è ſummo faſtigio plures emittebat tenuiores, è quorum lateribus & ſummitate exibant *ſpicæ* ſeſſiles tres quatuórve ſimul breves, rubentes, lanuginoſæ, *ſemina* continentes vix diſcernenda. Radii ſecundarii alios interdum emittunt, ſpicas in ſummitate ſuſtinentes. In vertice radiorum primariorum & ſecundariorum ſpicæ ſeſſiles habentur.

A præcedente differt ſpicis in panicula pluribus, magiſque confertis earum colore rubente, & lanugine. D. *Krieg* attulit.

14. Gramen Cyperoides *Virginianum*, elatius, paniculâ ſpadiceâ, minùs ſparſa, radice tuberoſa. An Cyperi genus *Virginianum Pluk. Mantiſſ.*?

15. Gramen Cyp. minus, Junci compacto capitulo albo, globoſo, ex oris *Coromandel Ejuſd. ibid.*

16. Gram. Cyp. Lithoſpermi ſemine *Virginianum Ejuſd. ibid.*

17. Gram. Cyp. paniculâ Junceâ *Æthiopicum Ejuſd. ibid.*

18. Gram. Cyp. *Indiæ Or.* foliis hirſutie pubeſcentibus, intervallatâ paniculâ pulchrâ, Poonattepillee *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

19. Gram. Cyp. *Orientale* perpuſillum, capitulis ſubrotundis, hiſpidis plerunque gemellis Vana mallee coddee *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

20. Gramen Cyperoides *Indiæ Orientalis* parvum, Junci capitulis in faſtigio conglobatis purpuraſcentibus. D. *Petiver* communicavit.

21. Cyperus eſculentus *Æthiopicus*, *Ambroſin. Nov. Plantarum* & hactenus non ſculptarum Hiſtoria.

Radices habet numeroſas, è quibus globuli dependent bulboſi, oblongi, exteriùs ſubrubeſcentes, Fabarum magnitudine, ac etiam grandiores, ſcabro putamine, dulci, alba, veſcaque intus medulla, ſapore grato & Amygdalis dulcibus proximo, non Caſtaneis, qui quidem ſapor Caſtanearum in Cypero *Italico* vulgò *Traſi* perſentitur. Folia Cyperi eſculenti vulgaris ſeu Traſi *Veronenſium*, æmula ſunt, niſi quòd longiora, & in cacumine mucronata appareant, eminente & acuto dorſo, triangula, & quàm illius majora. *Caulem* nondum vidimus, licet plantam duobus abhinc annis in Horto alamus. Radicibus ſuis ſe propagat, ità ut ab uno bulbulo ſato innumeros ferè producat.

A D. Michaele de *Campis* Pharmacopœo Lucenſi, hujus bulbulos accepit D. *Ambroſinus*.

Cyperi & Gramina Cyperoide *Marilandica*.

1. Gramen cyperoides majus ſeu maximum paniculatum, panicula è ſpicis brevibus habitioribus cylindricis compoſita, *Marilandicum*.

Folia è radice exeuntia non vidimus. *Caulis* concinnè triquetrus eſt, & inter angulos profundè ſulcatus; è faſtigio folia in orbem multa emittit, ínque eorum medio partim ſpicas ſeſſiles, partim pediculos triquetros, alios tenuiores & breviores, ſpicas cylindricas ſingulares in ſummitate geſtantes; alios majores & longiores, (ſeſquipalmares interdum) plures in faſtigio ſpicas inter folia, caulis in modum, alias ſeſſiles, alias pediculis fultas, ſuſtinentes. Spicæ quas voco cylindricas Graminis cyperoidis ſpicâ pendulâ breviore noſtratis ſpicas referunt

ferunt, niſi quòd breviores ſint & majores, nec ex ejuſmodi particulis compoſitæ; hæ enim è ſpicis minimis ſeu prætenuibus oblongis ſquamoſis è medio ſpicæ primariæ ſcapo in omnem partem rectà extenſis componuntur, ſub ſquamis *ſemina* occultantibus, adeò minuta, ut eorum figura nudo oculo ægrè poſſit diſcerni. Color ſpicarum per maturitatem aut ſiccitatem intensè flavicans.

2. Hujus ſpecies ſeu varietas habetur ſpicis cylindricis majoribus, éque majoribus & longioribus ſpicillis compoſitus.

3. Gramen cyperoides *Marilandicum* polyſtachion, ſpicis, è caulis faſtigio exeuntibus, coni inverſi figurâ, è locuſtis reflexis compoſitis. Cyperus *Marianus* glomerulis deorſum ſpectantibus *Muſ. Pet.* cent. 4. n. 387.

E *caulis* triquetri faſtigio *folia* plura exeunt, oblonga, inter quæ ſtyli pariter multi, [novem in planta noſtra numeravimus] erecti, ab unciali ad palmarem longitudinem, *ſpicas* in ſummitate ſuſtinentes ſatis craſſas, breves, è ſquamis ſeu locuſtis denſis acutis, reflexis comſitas, coni inverſi ſeu trochi formam referentes: quæ nota ſola ſufficit ad hanc ſpeciem ab omnibus nobis unquam viſis diſtinguendam.

4. Gramen cyperoides caule foliis multis ab imo ad ſummum ferè cincto, paniculâ in ſummo Cyperi miliacei paniculam referente, ſed minùs ſparſa, & rufeſcente.

Folia in caule longa, nec valde anguſta, [decem in noſtro ſpecimine numeravimus] ima parte velut vaginâ caulem cingentia, adeò ut non magna ejus pars ad paniculam uſque nuda ſuperſit. Panicula autem junceam quodammodo imitatur, in pediculos diviſa ſpicas ſeu locuſtas plures confertas breves ſuſtinentes.

5. Gramen cyperoides *Marilandicum*, paniculatum, paniculâ è ſpicis multis longioribus, è locuſtellis rariùs ſitis conflatis compoſitâ.

Caulis concinnè triquetrus eſt, lateribus concavis ſeu profundè ſulcatis; è cujus faſtigio plura exeunt *folia* longa, lata, ſtriata, & ex eorum medio tum ſpicæ plurimæ oblongæ abſque pediculis, è rarioribus locuſtellis conſtantes, oblongis, tenuibus, ſemina continentibus; tum pediculi, velut caules ſecundarii, in ſummitate tum folia plura, tum ſpicas quales diximus ſuſtinentes. Spicæ in hac planta, ſi modo ita dici merentur, ramoſæ ſunt & in plures diviſæ.

6. Gramen cyperoides polyſtachion, ſpicis è caulis faſtigio exeuntibus, coni inverſi figurâ, è locuſtis reflexis, rariùs ſitis, compoſitis, minus.

A præcedente differt ſpicis non adeò exactè conicis è ſpicis majoribus, longioribus, rariùs ſitis magis extantibus compoſitis, quódque minus ſit, & pauciores ſpicas è caulis faſtigio emittat.

7. Gramen cyperoides polyſtachion, ſpicis è caulis faſtigio exeuntibus, è locuſtellis rariùs ſitis parùm reflexis compoſitis.

Hoc minus adhuc eſt præcedente. Spicæ ſi modò ità dici merentur ob raritatem locuſtellarum è quibus componuntur, pediculis brevibus & tenuibus inſident. Locuſtæ è quibus ſpicæ conſtant à pediculo communi ferè rectà extant. Folia è caulis faſtigio exeuntia, inter quæ Spicæ egrediuntur pro plantæ modo longiſſima ſunt.

8. Gramen cyperoides minus & elatius, caule tenui, capitulo in caulis faſtigio globoſo inter folia duo longiſſima rectà ferè extantia.

Capitulum ſeſſile eſt, aut pediculo admodum brevi fultum. Præter folia duo prælonga duo triave alia parva, anguſta, brevia è ſummo caule exeunt. *Caulis* tenuis eſt, pedalis, foliis duobus anguſtis prælongis ima parte cinctus.

9. Gramen cyperoides polyſtachion, paniculis ſpadiceis in ſummo caule & foliorum alis ſecundùm caulem.

Caulis gracilis, longus, ad intervalla longiora foliis cinctus, in quorum alis, ut & ſummo caule paniculæ parvæ è glumis rubentibus, pediculis brevibus inſidentes exeunt. Paniculis hiſce ſubſunt folia duo tenuiſſima.

10. Gramen cyperoides *Marilandicum* panicula in ſummo caule juncea. Gr. cyp. *Marianum* Junci panicula ſparſa *Pluk. Mantiſſ.*

Altitudine eſt dodrantali, caule tenui, paucis foliis induto, è cujus faſtigio exeunt pediculi in alios minores diviſi & ſubdiviſi, globulos ſeminales geſtantes.

11. Cyperus *Marilandicus*, paniculâ in faſtigio caulis è pluribus pediculis multas in ſummitatibus ſuis ſpicas oblongas confertas rubentes ſuſtinentibus, compoſitâ.

Paniculæ è medio foliorum ex apice caulis egredientium exeunt. Spicæ lanuginoſæ ſunt.

12. Cyperus *Marilandicus* parvus ſpicis plurimis compreſſis in capitulum globoſum coactis in ſummo caule inter folia quæ inde exeunt.

Caulis tenuis: Folia capitulum cingentia, alia longa, alia breviora. Capitulum è viridi albicat. Squamæ è quibus ſpicæ componuntur rariùs ſeu laxiùs ſitæ.

13. Gramen Cyperoides *Marilandicum*, utriculis tumidis triangulis, 4 vel 5, in ſummo caule in capitulum congeſtis.

Folia pro tenuitate caulis ſatis lata ſunt. Utriculi ſeminibus fœti ſinguli binas ſetas ſeu apices è ſummitate emittunt. Juxta capitulum è faſtigio caulis *ſpica* oblonga, anguſta, ſemine caſſa exit.

14. Gramen cyperoides *Marilandicum*, utriculis tumidis triangulis, 4 vel 5 in capitulum congeſtis in ſummo caule & ſuperiorum foliorum alis.

Caulis tenuis eſt, dodrantalis fortè aut altior, *foliis* aliquot veſtitus: E quorum alis ut & ſummo caule exeunt ſpicæ ſeu capitula ex utriculis compoſita tria vel quatuor, inferiora in pediculis, ſuperiora ſeſſilia. E ſummo etiam caule in hac ſpecie exit ſpica ſingularis acerosa, ſemine caſſa. Folia pro caulis tenuitate ſatis lata ſunt. A præcedente fortè non diverſa eſt.

15. Gramen cyperoides *Marilandicum* capitulis globoſis in ſummo caule & pediculis indè exeuntibus.

Ad caulis faſtigium unicum folium paniculæ ſubeſt, quæ ex pluribus capitulis ſubrotundis componitur, uno in ſummo ſeſſili reliquis in pediculis tenuibus, aliis brevioribus, aliis longioribus, nonnullis duos ſeminum globulos geſtantibus unum ſupra alium.

16. Gramen junceum, folio articulato, cyperoidis paniculâ, è pluribus globulis compoſitâ.

Panicula è pluribus globulis componitur, pediculis, aliis brevibus, aliis longis inſidentibus, éſtque præcedentis paniculæ valde ſimilis.

Cyperi & Gramina Cyperoide Jamaicenſia *à D.* Sloane *obſervata & deſcripta.*

1. Cyperus longus odoratus, paniculâ ſparsâ, ſpicis ſtrigoſioribus viridibus *Slon. Cat. Jamaic.* An *Capicatinga* aliis *Jacarè catinga*, Acori ſpecies *Piſon.*

D. *Sloane.*

Longam habuit quem deſcripſi *radicem*, teretiuſculam, crebrò geniculatam, exteriùs rubentem, intus albidam, valde odoratam, ſub terræ ſuperficie reptantem, amplum & denſum ceſpitem componentem; unde exoriuntur *folia* multa, triangularia, carinata, acuta; dorſo eminente cultellato & acuminato, colore intensè ſeu obſcurè viridi; ampliora, alias figurâ, &c. reliquis hujus generis exactè ſimilia; inter quæ *caules* exſurgunt multi, triangulari, ſolidi, obſcurè virides, ſtriati, 2, 3ve pedes alti, medullâ intus junceâ farcti, in ſummo folia aliquot minora, ejuſdem tamen cum inferioribus figuræ, ſub panicula habentes, quæ valde ſparſa eſt, præter nonnullas breviores ſpicas multas pediculis longis inſidentes, foliolis parvis cinctas, obtinens: *Spicæ* ſingulares longæ ſunt, prætenues, teretiuſculæ, pallidè virides, è ſquamis viridibus (inter quas & ſtylum medium interjacent *ſemina* oblonga, pallidè lutea) compoſitæ.

Ad ripas fluviorum in *Jamaica* & pleriſque è *Charibbæis* inſulis invenitur.

2. Cyperus maximus, paniculâ ſparsâ foliaceâ *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caule cum præcedente exactè conveniebat, multò duntaxat omni ſua parte major erat. Loco paniculæ è ſpicis ſquamoſis compoſitæ, & ut in illo ſparſæ, hujus ſummitas, e *foliis* duntaxat, iis quæ è radice exeunt minoribus, conſtabat: Primo etenim folia aliquot ampliora ſub panicula ſita erant; è quorum medio exibant multi, triangulares, parvi & breviores pediculi, in apice pro ſpicis nihil aliud geſtantes (clarè ſaltem viſibile) quam folia minora, è quorum medio iterum egrediebantur alii minores petioli quorum faſtigia ſeu extrema terminabant foliola valdè minuta, & rubentia prona præſertim parte, iconi & deſcriptioni Papyri ex *Ægypto* ad *Salmaſium* miſſæ, valdè ſimilia, vide *Bod. à Stapel.* Nott. in *Theophr. hiſt.* p. 431.

In

In insula *Barbados* in aqua stagnante collegi non longè à **Bridge-Town**. An idem sit cum præcedente antequam spicæ erumpant, an Papyro Niloticæ *J. B.* quam (si *Cæsalpini* descriptio vera sit) imitatur, nescio. Hoc tamen scio, in omnibus quas mihi contigit videre plantis non alias spicas fuisse quàm hujusmodi folia.

Fortè degener planta fuit, aut luxuriantis naturæ lusus.

3. Cyperus maximus, paniculâ minùs sparsâ ferrugineâ, capitulis compactis crassioribus *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Multis asperis, triangulatis, gramineis donatur *foliis*, 3 circiter pedes longis, unciam propemodum latis, ad radicem sci. ubi latissima, exinde paulatim decrescentibus donec in acutum desinant, satis amplum in superficie terræ cespitem efficientibus: inter quæ *caules* assurgunt triquetri, digiti humani crassitudine, solidi, & fungosâ medullâ farcti, tripedali ferè altitudine. In summis caulibus sub spicis *folia* excrescunt oblonga, brevioribus multis intermixtis, iis quæ ad radicem sunt figurâ & constitutione similia; supra quæ eminent *spicæ*, pediculis triquetris variæ longitudinis insidentes, ut in reliquis hujus Generis, longissimis sex uncias æquantibus, nonnullis in 2, 3ve secundarios petiolos divisis, ferrugineos, ramosos, subrotundos, apices seu spicas minores è squamis ferrugineis sibi invicem incumbentibus compositas, sustinentes. *Semen* è fusco rubens, lucidum, triangulare.

Prope **Bridge-Town** oppidum in insula *Barbados* invenit D. *Sloane.*

4. Cyperus rotundus, paniculâ sparsâ, spicis strigosis ferrugineis *Sloan. Cat. Jamaic.* An Espece de Jonc, semblable à ceux de nos rivieres, qui facilitent l'accouchement des sauvages *Du Tertre* p. 90.

D. *Sloane.*

Radicem habuit quem descripsimus rotundam, tuberosam Nucis Avellanæ magnitudine, fibris multis è fundo exeuntibus, digitum circiter longis; substantiâ intus solidâ, odoratâ & aromaticâ tam ad gustum, quàm ad olfactum, rubentibus aliquot & aridis membranis obtectam. *Folia* ei ad radicem mollia, triangularia, graminea, sesquipedalia ferè, reliquis hujus generis similia: E quorum medio exsurgit *Caulis* pedalis aut sesquipedalis, triangularis, solidus, junceâ & spongiosâ medullâ farctus, ad verticem tria, quatuórve *folia* emittens, reliquorum similia, sed minora & breviora, 6 circiter uncias longa; inter quæ exeunt petioli multi variæ longitudinis, multas oblongas ferrugineas *spicas* undique extantes seu in omnem partem sparsas, sustinentes. *Spicæ* singulæ oblongæ, teretes, graciles, inter squamas multa oblonga, albicantia, angulosa *semina* continentes, paniculam seu capitulum insimul perelegans efficientes.

Prope **Bridge-Town** in insula *Barbados* invenitur; necnon in palustribus ad *Rio Cobre*, supra Trajectum, ad aquarum dulcium lacunas copisè. *Locus.*

Quantumvis difficilis sit mulierum *Indicarum* partus, hujus pulvis nummi coronati pondere in vino albo propinatus fœtum illico expellit. *Du Tertre, Rochef.* *Vires.*

5. Cyperus paniculâ maximè sparsâ, ferrugineâ, compressâ elegantissimâ *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Paucis *radicibus* obscurè fuscis seu rubentibus firmatur *Folia* emittentibus duos trésve pedes longa, caulem séque invicem inferiùs amplectentia, peranguста, & superiore parte propemodum teretia, striata, & medullâ, Juncorum instar farcta; è quorum medio exsurgit *caulis* triquetrus, angulis obtusis, solidus, enodis, medullâ junceâ repletus, 2½ pedes altus, in apice folia gestans, 2, 3ve, uno pedem longo, nimirum quod paniculæ subjacet, quæ valdè sparsa est, & elegans, è plurimis *spicis* composita, petiolis 3, 4ve uncias longis insidentibus, nonnullæ tamen sessiles sunt, absque pediculis; aliæ omnium intermediarum longitudinum. Spicæ non rarò proliferæ sunt, alias spicas emittentes, singulæ autem compressæ sunt, ½ digiti partem latæ, è duabus glumarum ferruginearum seriebus compositæ, utrinque squamatim sibi invicem incumbentium; sub unaquaque cubante *semine* unico nigro triangulari.

In palustribus maritimis propè Mr. **Delacrees** in *Liguanee* invenit D. *Sloane.*

6. Cyperus rotundus gramineus, ferè inodorus, paniculâ sparsâ, compressa, viridi.

D. *Sloane.*

Unum obtinet *tuberculum* rotundum, rubescens, nec ultra Pisi magnitudinem intumescens, intus album, parvâ fibrillâ radicibus reliquis conjunctum; quæ cum aliis fibrillis in radicem oblongam coalescens, aliquammulta, 5 digitos longa, cœruleo-viridia emittit *folia caulem* séque invicem ad imum complectentia; è quorum medio emergit *caulis* triquetrus, 4 aut 5 digitos longus, enodis; cujus summitati insidens paniculâ in petiolos aliquot, unciam longos dividitur; quibus undique innascuntur, ut & caulis fastigio, *spicæ* parvæ, squamosæ, è viridi rubentes, ¼ tam unciæ longæ, duobus squamarum viridium ordinibus compositæ, foliis gramineis 3, 4ve uncias longis, in caulis vertice sub panicula in orbem dispositis, inclusæ, Gramen pulchrum parvum panicula lata compressa *J. B.* valde referentes.

In arenosis pratorum circa urbem S. *Jago de la Vega* nascitur, inque ipsis urbis plateis post pluvias.

7. Gramen

7. Gramen cyperoides majus aquaticum, paniculis plurimis junceis ſparſis, ſpicis ex oblongo rotundis, ſpadiceis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Culmus huic geniculatus, 5 pedes altus, digiti minimi craſſitudine, triangularis, ſolidus, incanus, articulis à ſe invicem 4 aut 5 uncias diſtantibus. E nodis ſemper enaſcitur congeries *foliorum* viridium, plurium ſimul, alternatim diſpoſitorum, quorum nonnulla 2, 3ve pedes longa, alia breviora, triangula, intenſiùs viridia, ſerrata, & valde incidentia. *Paniculæ* alternatim, versùs ſummitatem egrediuntur, digitali intervallo, pediculis 6 uncias longis inſidentes, ſolidis, triangularibus, ad extremitates duas luteas membranas ſeu folia obtinentes, quorum inferior velut utriculus quidam eſt è quo egreditur panicula, ſeu plures longiores brevioréſque petioli, ſingulorum autem extremis inſidet ſpica una, velut prolifera, in ambitu alias emittens brevioribus pediculis innixas, quarum unaquæque teretiuſcula eſt, oblonga, nigricans ſeu obſcurè ferruginea, è multis ſquamis in orbem ſibi invicem incumbentibus compoſita aliorum hujus generis graminum in modum.

Locus. In aquæ dulcis fluvio propè *Caymanes*, ſupra Trajectum, versùs lacunam invenit D. *Sloane* deſcriptionis autor, hanc ſpeciem.

8. Gramen cyperoides ſylvaticum maximum, geniculatum aſperius, ſemine Milii ſolis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Gramen hoc Cyperoides, peregrinæ raritatis, *caulem* gracilem geniculatum obtinet, ad 15 circiter pedum altitudinem aſcendentem, inter vepres naſcentem, & eorum ope ſuſtentatum, quamvis eos non amplectatur aut conſcendat. *Caulis* autem ut in congeneribus triangularis eſt, angulis valde acutis & aſperis, cavo & rotundo latere intercedente, ad modum gladii triangularis; colore viridi ſaturo & valde obſcuro; ad nodos hîc illic ramulos emittens, *foliis* ad genicula cinctos, pedem longis, anguſtis, dorſo eminente, colore obſcurè viridi & multò aſperioribus quàm alius cujuſcunque Graminis cyperoidis, aſperitatum ſeu denticulorum in marginibus cauſâ. E foliorum alis enaſcuntur tenues triangulares *petioli*, tres uncias longi quorum ſummitatibus ſingulis inſidet ſpica, $\frac{3}{4}$tas unciæ longa, cui alternatim adnaſcuntur 3, 4ve ſimul locuſtæ ſeu capitula aceroſa, nigricantia, in quarum unaquâque inter duas nigras glumas provenit ſemen ſubrotundum, amplum, albicans, milii ſolis, ſeu margariti parvi, vel Hordei illius decorticati quod **Pearl-Barly** vocant æmulum.

In prato *Moneque Savanna* inter arbores proveniens obſervavi.

9. Gramen Cyperoides majus, ſpicis ex oblongo rotundis compactis ferrugineis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radix huic fibroſa, è fuſco rubeſcens, junceæ exactè ſimilis; *folia* etiam & inferior pars caulis aridis rubentibus foliaceis vaginis operiuntur, Junceorum ad inſtar. Folia autem inferiori ſua parte, ad 3 unciarum longitudinem caulem amplectuntur, reliqua parte [poſtquam à caulem abſceſſerunt] duas tréſve ad ſummum uncias longa, ſúntque peranguſta, mollia, intensè viridia. *Caulis* anguloſus, ſtriatus, compreſſus, duos pedes longus, cujus apici inſiſtunt, ſupra 2 vel 3ia parva admodum & brevia foliola, 3, 4ve oblongæ, rotundæ, compactæ, ferrugineæ *ſpicæ*, aliæ petiolis fultæ ſemuncialibus, aliæ ſeſſiles & petiolis carentes, è quibus præcedentes egrediuntur, unde & proliferæ cenſeri poſſint, omnes è ſquamis compoſitæ, aliis aliis incumbentibus, inter quas *ſemina* flavicantia lucida anguloſa cubant.

In *Liguanee* locis paluſtribus maritimis, prope Mr. **Delacrees**, collegi.

10. Gramen cyperoides, ſpicâ compactâ albâ, foliis ad ſpicam partim albis, partim viridibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* fibroſa ſeu filamentoſa *caules* aliquot exoriuntur triangulares angulis obtuſis, pedem plus minus alti. *Folia* ad tactum aſpera ſentiuntur: *Spica* è pluribus ſpicis albis compacta eſt, in capitulum arctè ſtipatis, candidis, foliis nonnullis gramineis aſperis ſubſtratis, ima medietate albis, ſumma viridibus. *Semen* parvum, ſubluteum.

In locis ubi tempore pluvioſo aquæ ſtagnârant, ut in paſcuis ultra vadum Angelorum dictum, eundo ad 16 **Miles-walk**, in *Caymanes* variis in locis occurrit.

11. Gramen cyperoides paniculâ conglomerata, è plurimis ſpicis cinereis conſtante *Slon. Cat. Jamaic.* An Gr. cyperoides *Maderaſpatanum*, capite ex ſpicis plurimis acuminatis in cacumine caulis conglomerato *Pluk. Almag.* p. 178?

D. *Sloane.*

Radix huic tuberoſa, ſubrotunda, multis è baſi fibris exeuntibus ut in *Porracea*, inodora, membranulis aliquot ſiccis obtecta; unde emergunt *folia* aliquot, 4 aut 5 uncias longa, anguſta, virore gramineo, aliis hujus generis ſimilia. *Caulis* triquetrus, gracilis, ſeſquipedalis, cujus faſtigio inſiſtunt ſpicæ aliquot parvæ, abſque pediculis, in unum velut capitulum conglomeratæ, unaquâque multis caneſcentibus ſquamis compoſitâ, inter quas latitant *ſemina* triquetra, angulis ſubrotundis, colore rubente. Sub capitulo hoc ſeu panicula folia nonnulla brevia à caule tendebantur velut pro baſi aut ſuſtentaculo, ut in reliquis hujus generis.

In inſula *Barbados* proveniebat, locum non memini.

12. Gramen

12. Gramen cyperoides minus, ſpicis compactis, ſubrotundis flavicantibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Filamentis aliquot longis, è fuſco rubentibus, quæ ſimul unita radicem parvam tuberculoſam efficiunt, alimentum ſugit; exinde *folia* emittit bene multa, aſpera, viridia, 6 uncias longa, quorum duo plerunque *caulem* amplectuntur triquetrum, angulis obtuſis, 6 uncias altum, cujus apici inſiſtit unicum oblongum ſeu ovatum capitulum, luteo-viride, è locuſtis aceroſis luteo-viridibus compoſitum; ſub unaquâque gluma latitat granum triangulare, lucidum. Minora duo capitula, pediculis uncialibus inſidentia, primarium prædictum ſuperant. Spicis ſubſunt folia, unum 5 uncias longa, duo breviora, iis quæ ad radicem ſimilia.

In arenoſis torrentium ripis circa urbem S. *Jago de la Vega* oritur.

13. Gramen cyperoides minimum, ſpica ſimplici compacta, radice tuberoſa odorata. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* nigra tuberoſa, membranâ fuſcâ obtecta, intus albâ & valde odoratâ, fibras aliquot fuſcas in terram demittente *folia* protrudit plurima graminea, ſeſcunciam longa, anguſta, iiſque intermixtos cauliculos tenues, anguloſos, 5 uncias altos, pallidè virides, unoquoque capitulum unicum, album, ſquamoſum geſtante; inter ſquamas *ſemina* nigra, lucida, Amaranthinis ſimilia continentur.

In paluſtribus maritimis prope Mr. **Delarees** in *Liguanee* loco dicto.

14. Gramen Cyperoides minimum, ſpicis pluribus compactis, ex oblongo rotundis *Slon. Cat. Jamaic.* An Gr. junceum perpuſillum, capillaceis foliis *Æthiopicum Pluk. Almag?* Tab. 300. Fig. 5.

D. *Sloane.*

Pro *radice* fibras plurimas, capillares fuſcas obtinet. *Folia* indè exſurgunt multa, parva, unciam longa, anguſta, ſubtus rubentia. E mediis foliis emergunt *cauliculi* plures, triangulares, duas plus minus uncias longi: quorum faſtigia occupant *folia* graminea, tria quatuórve, perbrevia, anguſta, tres parvas, ſerrugineas, ſquamoſas ſpicas circumſtantia, duas brevibus petiolis innixas, unam ſeſſilem abſque pediculo: à reliquis hujus generis parvitate ſua diſcretu facile.

In inſula *Jamaica* oritur.

15. Gramen Cyperoides polyſtachion, ſpicis ad nodos ex utriculis ſeu foliorum alis echinatis prodeuntibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Pro *radicibus* ſunt filamenta ſeu fibræ 2, 3ve uncias longæ, terram firmiter apprehendentes. *Caulis* indè exſurgit, 3, 4ve pedes altus, ſolidus, triangularis, uno latere plano, altero ſubrotundo. Pars illa folii quæ caulem vaginæ inſtar continet, aſpera eſt ſeu aculeata, reliqua pars 5, aut 6 uncias longa, hirta, graminea, dorſo acuto Graminum Cyperoidum in modum, ſemunciam circiter lata, ad culmum ſci. ubilatiſſima. Versùs ſummos culmos *folia*, quæ ſemper è nodis exeunt, breviora & tumidiora, ut utriculis ſimilia appareant, aculeorum in dorſo ordine exaſperata, è quibus exoriuntur inferiùs ramuli, ſuperiùs pediculi breves, 1, 2, 3, aut 4 ſpicas ſemidigitales, virides ſuſtinentes, *ſeminibus* fœtas multis, parvis, ſingulis foliolo minimo & vix diſcernendo ſuppoſito.

Copioſè provenit in prato *Fen Savanna* dicto, & in agris D. *Guy* in *Guanaboa.*

16. Cyperus rotundus eſculentus latifolius *C. B.* Caceras Traſium modo naſcens, foliis Iridis luteæ *J. B.* Caceras *Garciæ.*

Radix hæc (inquit *Garcias*) Traſium modo in ipſis terræ viſceribus naſcens invenitur, & deinde per ſiccitatem cauliculum dodrantalem emittit, ut & folia ſimul implicata virentia, Iridis luteæ aquaticæ ſive Gladioli ſimilia. Dehiſcente per ſiccitates terrâ tuberum modo exſilit, deinde ſiccata caſtanearum ſaporem refert, non ſiccata autem ingrati ſaporis eſt. In *India* naſcitur, autore Garciâ.

17. Cyperoides veſicarium glabrum ſpica pendula longiore *Tournefort. Inſtitut. Rei herb.* item *Hiſt. Plant. circa Pariſios.* Ubi plenum ejus & accuratam deſcriptionem vide, ut & ſequentis.

18. Cyperoides veſicarium humile, locuſtis rarioribus *Tournefort. Hiſt. Plant. circa Pariſios.*

19. Cyperi facie *Eremitana* planta, foliis pubeſcentibus, capitulis ſquarroſis D. *Petiver* Act. Philoſph. Lond. N. 274. p. 945.

Nullius eſt apud *Indeos* in medicina uſûs.

20. Gramen cyperoides, ſpicâ ſimplici compreſſa diſticha *Synopſ. noſt. Pluk. Phyt.* *Folia* vix palmum longa, anguſta. Caulis ex noſtra obſervatione ſemipedalis, aliquouſque ſupra ſpicam producitur, ut ſpica è ſinu caulis egredi videatur, ut in Juncis, verùm

rùm D. *Bobart* non caulem produci, ſed foliolum ſpicam ſuperans ſub prima ſpicula naſci obſervavit; quod quidem veriſimilius videtur. Alii rem curioſiùs examinent; nam planta ad manum non eſt.

D. *Newton*, qui mihi primus hanc plantam oſtendit, in aquoſis circa *Orton Weſtmorlandiæ* vicum eam invenit, ut & circa *Chiſſelhurſt* in *Middleſexia*. D. *Plukenet* primus detexit.

21. Gramen cyperoides minimum, Ranunculi capitulo rotundo D. *Bobart Synopſ. noſt.* Ranunculi capitulo ſimplici, aſperiore rotundo *Moriſ. hiſt.* P. 3. Elegans hæc plantula folia biuncialia & ferè capillacea profert. Culmus ei vix dodrantem altus, erectus, tenuiſſimus, triangularis, capitulum ſubrotundum, & Ranunculi vulgaris in modum ex ſeminibus plurimis acuminatis conſtans in apice gerit. D. *Bobart*. Præcox hoc Gramen in paludibus variis haud longè ab Oxonio naſcitur.

22. Gramen cyperoides minimum, Ranunculi capitulis binis terníſve *Moriſ. hiſt.* cyp. tenuifolium, ſpicis ad ſummum caulem ſeſſilibus, globulorum æmulis *Pluk. Phyt.* Foliis, modóque creſcendi & altitudine cum antecedenti convenit: in ſummitate verò duæ aut tres ſpicæ globulares cauliculo arctè adhærent, cùm in eo unica tantùm obſervetur. D. *Bobart*.

23. Gramen cyp. minim. Ranunculi capitulo ſimplici molliore & longiore D. *Sherard*. Prioribus ſimilis eſt hæc Planta, tenuis. Folia juncea longiora, cauliculíque graciles dodrantales ſunt; eorúmque ſingulis capitulum ſingulare oblongum ſemunciale ex mollioribus ſquamis ſeminibuſque compoſitum inſidet. D. *Bobart*.

24. Cyperus *Indicus* paniculâ ſparſa & ſpecioſa, Milecorea *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

25. Cyperus major *Virginianus* ſummo caule elegantiſſimè paniculatus, foliolis ſurſum maximè elongatis *Ejuſd. ibid.*

26. Cyperus minor *Virginianus*, panicularum ſpiculis atro-purpureis lineis amœnè ſtriatis *Ejuſd. ibid.*

27. Cyperus *Americanus*, panicula polydactyloide, ſtrigoſis ſpiculis, ex *Terra Mariana Ejuſd. ibid.*

28. Gramen cyperoides maritimum, tereti culmo.

Hanc varietatem nobis obtulit D. *Sherard*.

29. Gramen cyperoides aquaticum majus paniculâ Cyperi longi, ex craſſioribus glumis compacta, at brevibus petiolis donata *Lælii Triumfetti* in Obſervat. *Jo. Baptiſtæ* fratris.

Siccum nobis exhibuit D. *Sherard*. Planta eſt ſpecioſa, elata, panicula in ſummo caule è medio foliorum in quæ caulis terminatur erumpit, è pluribus ſurculis, ſpicis multis ſquamoſis, compreſſis, acutis, ferrugineis onuſtis compoſitas.

30. Gramen cyperoides *Maderaſpatanum*, capite ex ſpicis pluribus acuminatis in cacumine caulis glomeratis *Pluk. Almag. Bot.* T. 300. F. 7.

31. Gr. cyperoides *Maderaſpatanum*, ſpicis plurimis, apicibus obtuſis, ſummo caule in orbem congeſtis *Pluk. Phyt.* T. 192. F. 4.

32. Gr. cyperoides, latiori folio aſpero, paniculâ in ſummitate caulis conglomeratâ *Pluk. Phyt.* T. 90. F. 8.

33. Gr. cyperoides elegans, ſpicâ compoſitâ molli *Pluk. Phytogr.* T. 34. F. 5.

34. Gr. cyperoides minus *Virginianum*, ſpica ſimplici longiore *Pluk. Phytogr.* T. 300. F. 6. Quære in *Almageſto Botanico*.

35. Gr. cyperoides perpuſillum *Indiæ Orient.* ſpica longa gracili, caudam muris æmulante D. *Petiver*, *Pluk. Almag. Bot.*

36. Gr. cyperoides *Americanum*, ſpicis grandioribus, oblongo-rotundis, Sparganii in modum echinatis, ad ſummum caulem pediculis longis innitentibus *Pluk. Phyt.* T. 91. F. 4.

37. Gr. cyperoides pumilum elegans è *Maderaſpatan*, *Pluk. Phyt.* T. 191. F. 8.

38. Gr. cyperoid. *Indiæ Orient.* elatius, paniculâ ſparſâ palleſcente *Pluk. Phytogr.* T. 191. F. 7.

39. Gr.

39. Gr. cyperoid. rariùs & tenuiùs ſpicatum, è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 192. F. 1.

40. Gr. cyperoid. *Maderaſpatanum*, paniculâ magis ſparſâ & ſpecioſâ *Pluk. Phyt.* T. 192. F. 2. Idem ex *Prom. Bæ Spei* nuperrimè ad nos allatum eſt.

41. Gr. cyperoid. elegans, paniculâ ſpicis valde mollibus compoſitâ, *Maderaſpatanum Pluk. Phyt.* T. 192. F. 3.

42. Gr. cyperoides *Maderaſpatanum*, Juncelli *Geſneri* capitulis *Pluk. Phyt.* Tab. 119. F. 3.

43. Cyperus gramineus *Americanus*, ſpicis ſingularibus purimis, ad ſummitatem ſeſſilibus *Pluk. Almag. Bot.* Cyperoides Americanum, ſpicis ſpecioſis plurimis, compreſſis, ſummo cauli abſque pediculis adnatis *Ejuſd. Phytogr.* T. 91. F. 3. An Gr. cyperoides *Curaſſavicum* paniculâ punicante *P. B. P?*

44. Cyperus elegans, paniculâ ſparſâ, *Barbadenſis.* Fortè Apoyomatli ſeu Phatziſiranda *Mexicenſibus*, & Cyperus *Americanus Hernandez*, Galangæ titulo accepta. Fortè Radix S. *Helenæ*, Galangæ ſpecies *J. B.*

45. Cyperus longus inodorus *Americanus*, An *Tequa-Niytzoncal* Terrentii apud Recchum p. 411. *Pluk. Almag. Bot.*

46. Graminis cyperoidis ſpecies minor *Indiana*, panicula Junci compacta minore. Shegapucorea *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

47. Gram. cyperoides hirſutum, ſpicis plurimis ſummo caule glomeratis, glumarum apiculis recurvis ex *Virginia Ejuſd. ibid.*

48. Gram. cyp. *Virginianum*, ſpicis integris, non ſquamatis, apicibus in furcam deſinentibus, faſtigio caulis glomeratis *Ejuſd. ibid.*

49. Gram. cyp. *Marianum*, Tamariſci Belgarum pericarpiis, ad intervallum calami glomeratis *Ejuſd. ibid.*

50. Gram. cyp. *Marianum*, habitioribus, teretibus, & compactis cruciformibus ſpicis, ad ſummum caulem pediculis innitentibus *Ejuſd. ibid.*

51. Gram. cyp. *Ind. Or.* ſpicâ cupreſſiformi, cochleata, prolifera, ſeminis gluma binis aculeis denticulata, ſeu Gr. cyp. cochleatum bidens: Cooppucorae *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

52. Graminis Cyperoidis ſpecies major: Vaudemaulecode *Malabarorum Ejuſd. ibid.*

53. Gram. Cyperoides citratum *Ind. Orient.* foliis odore corticum Citri. Vaſnapillee *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* De quo plura vide apud Auctorem citatum.

54. Gram. cyp. ſpica longiore compreſſa, glumarum marginibus argenteis: Maſhecorae *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

55. Gr. cyp. panicula dactyloide ex inſula *Johanna Pluk. Mantiſſ.*

56. Gr. cyp. Orientale, panicula elegantiſſ. ſpiculis Graminis amoris, in glomerulos conflata: Neercorea *Malab. Ejuſd. ibid.*

57. Gr. cyp. an potiùs Cyperus *Indica*, Graminis Amoris ſpicis plurimis in ſummitate caulis *Ejuſd. ibid.*

58. Gramen cyperoides *Americanum*, ſpicis ſpecioſis plurimis compreſſis ſummo cauli abſque pediculis adnatis *Pluk. Phyt.* Tab. Fortè *Jacapè* Braſilienſibus *Piſonis.*

1. Juncus cyperoides, creberrimè geniculatus, medullâ farctus, aquaticus, radice rubra, tuberoſa, odorata *Slon. Cat. Jamaic.* An Apoyomatli ſeu Phatziſiranda *Hernandez? Ximen.*

D. *Sloane.*

E *radice* tuberoſa, rubente, grato admodum Calami aromatici odore, *foliis* fuſcis, aridis obtecta, [uti eſt & caulis pars inferior] aliorum Juncorum ad inſtar, fibris etiam aliquot ab unius radice ad radicem alterius progreſſis. *Caulis* teres, viridis, tripedalis, lævis, robuſtis crebris tranſverſis membranis interceptus, unde geniculatus apparet, medulla nodos intercedente. In ſummitate paniculas aliquot fuſcas, aceroſas, Cyperinorum ſimiles ſuſtinens. *Spicæ* tenues longæ, è ſquamis rubentibus aliis aliis incumbentibus compoſitæ, quarum pediculi omnes è vertice Junci velut è centro exeunt.

In rivulis prati ultra Two Mile Wood, prope Mr. Batchelours invenitur.

Hic, cùm radicem habeat odoratam, minimè dubito quin cum succeſſu uſurpari poſſit loco *Calami aromatici.*

Deſcriptioni *Hernandez* reſpondet, ſic ſatis etiam iconi, niſi quòd folia non habeat; quæ tamen, ut obiter id notem, in icone Schœnanthinis ſimilia non ſunt. Ximenes folia Porraceis ſimilia eſſe ſcribit. Vires in utrovis Autore videri poſſunt.

2. Juncus cyperoides, culmo compreſſo ſtriato, radice odorata tuberoſa, capitulo rotundo, compacto.

D. *Sloane.*

Juncus iſthic à radice tuberoſa rubente, grato admodum Cyperi odore, unoquoque tubere ſeu nodo longa tranſverſa fibra ſeu radice, (ſemunciali circiter) proximo connexo, omnibus ſimul velut catenam ſeu elenchum globulorum efficientibus. Radices autem, ut & caulium partes inferiores foliis fuſcis aridis obtectæ ſunt, aliis vaginis longioribus, aliis brevioribus folia ima excipientibus, aliorum juncorum ad inſtar. Ab unoquoque tubere exſurgit juncus anguloſus, ſtriatus, aliquantulum compreſſus, ſpongioſa medulla farctus, 2, 3ve pedes altus, cujus faſtigium occupat capitulum rotundum è multis ferrugineis glumis ſeu ſquamis denſis ſeu arctè ſtipatis compactum, paucis brevibus foliolis ſubſtratis cinctum, ut in reliquis cyperoidibus.

Naſcendi modo, proxima ſimilitudine Vaembu *H. M.* ſeu Acorum verum *Aſiaticum* radice tenuiore, vel Calamum Aromaticum *Garciæ ab Horto* refert. *Commelin.* ibid.

A curioſo quodam & ingenuo viro è ſinu *Honduras* ad me allatus eſt, qui in arenoſis non procul à *Truxillo* copiosè provenire retulit; & ab *Indis* ad ventris dolores & tormina inteſtinorum adhiberi nec ullum inveniſſe ſe iis in regionibus ſimplex medicamentum, quod magis celebraretur.

3. Juncus aquaticus geniculatus, capitulis Equiſeti, major *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ab eadem *radice*, fibris multis ut in aliis Juncis compoſita, 5 aut 6 *Junci* concavi, 2, 3ve pedes alti emergunt, cavitate membranis intus multis tranſverſis diviſâ, quæ caules velut geniculatos efficiunt, nullâ ferè intus medullâ, coloris pulchrè viridis, ſplendentis: ex apice ſeu ſummitate exit *capitulum*, album, teres, oblongum, ſquamoſum, Aſparagi Equiſeti aut Junci capitulis Equiſeti capitulorum æmulum.

Poſt tempeſtates pluvioſas in cavis ſex foraminibus paſcuorum depreſſiorum *Savannas* dictorum, ubi aquæ ſtagnârant, oritur.

4. Juncus aquaticus geniculatus, capitulis Equiſeti minor *Slon. Cat. Jamaic.*

Præcedenti per omnia ſimilis eſt, triplo duntaxat minor & humilior. Cum priore.

5. Juncus aquaticus capitulis Equiſeti minimus *Slon. Cat. Jamaic.*

Radices huic albæ fibroſæ: junci prætenues, duas uncias longi, quorum apicibus innaſcuntur *capitella* ſquamoſa, *ſeminibus* multis parvis nigricantibus inter ſquamas leucophæas latentibus.

In ripis fluvii *Rio Cobre* dicti, ſub oppido, ex eodem latere fluvii.

6. Gramen Junceum aquaticum geniculatum, culmo nudo & folio non articulato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibræ huic aliquammultæ in unam communem radicem tuberoſam coeunt; unde exoritur *caulis* viridis articulatus, intus in multas portiones totidem diaphragmatis diviſus, verſùs ſummitatem gracileſcens; digitali minùs ab apice diſtantia exeunt longæ aliquot, tenues, ferrugineæ, ſquamoſæ, fuſcæ *ſpicæ* ſeu *capitula*, ſparſam *paniculam* efficientia. E radice folia aliquot graminea duas tréſve uncias longa exeunt.

In humidioribus *Savannarum* ſeu pratorum partibus exoritur poſt pluvias.

7. Gramen Junceum *Orientale*, ſeu Juncus foliaceus elatior paniculâ magis ſparsâ Arnacorea *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

8. Gramen junceum *Ind. Orient.* majus, capite rotundo, ex ſpiculis paleaceis ſummo caule glomerato: Shaneecoree *Malabar. Pluk. Mantiſſ.*

9. Gramen junceum *Ind. Orient.* minus, capitulo rotundo, ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato; graminis Bufonii æmulo. Callapillee *Malabarorum.* Cum proximè præcedenti plurimùm convenit.

10. Gramen juncoides, glomeratis capitulis *Madraſpatenſe Pluk. Phyt.* P. 3. Culmus geniculatus in ramulum unum vel alterum divaricatur, quem vaginæ inſtar foliorum principia conveſtiunt; quæ cùm culmum derelinquunt, uncialia & biuncialia, latiuſculæ & mucronata ſunt. Culmi apex in acumen terminatur. Paulò infra glomeramen parvum, Ranunculi capituli æmulum arctè adhæret. D. *Bobart.*

11. Gramen

11. Gramen junceum parvum ſupinum, ſeu Holoſteum ſtrictiſſimis & hirſutis foliis *Madraſpatanum Pluk. Almag. Bot.* 179. Tab. 299. F. 3.

P. 1303. Reliquis Juncis acutis maritimis adde,

1. Juncus acutus maritimus, caule triquetro rigido, mucrone pungente. An Junc. acutus maritimus caule triangulo *C. B? Pluk. Phyt.* T. 40. F. 1.

2. Juncus acutus maritimus, caule triquetro molli, ſpica glomerata, in ſtylo ſeſſili *Ejuſd. ibid.* F. 3.

3. Juncus minor acutus maritimus prolifer, ſeu ex uno capite multa *Ejuſd. ibid.* F. 5. D. *Sherard.*

4. Junci acuti maritimi capitulis rotundis *J. B.* plantam collegi *Romæ* in *Horto publico*, quæ differre videbatur à Junco hoc in loco deſcripto, an culturâ tantùm variatio contigit neſcio. Calamus ſupra paniculas ad 9 unciarum aut pedis longitudinem efferrebatur, & exinde ab eo latere unde capitula erumpebant ad ſummitatem uſque planus erat, & carinatus, colore glauco. D. *Sherard.*

5. Juncus *Luſitanicus*, paniculâ è plurimis globulis, è medio culmo prodeuntibus congeſtâ. Hic minor eſt noſtro jam dicto, capitula etiam multo ſunt minora. Antequam capitula producit non facilè à Junco acuto vulgari *Park.* diſtinguitur. In Horto D. *Hermanni* collegi, qui à D. *Griſleo* habuit. D. *Sherard.*

6. Juncus acumine reflexo maritimus major, capitulo rotundo compactiori D. *Sherard.* Fortè Juncus acumine reflexo alter *C. B. Pluk. Almag. Bot.*

7. Juncus glomeratus *Maderaſpatenſis*, acumine longo geniculato *Pluk. Phyt.* T. 197. F. 6. Tsjelli fortè *H. M.* P. 12. T. 71.

8. Juncus minor *Barbadenſis*, panicula compactiore, acumine bifido brevi *Pluk. Phytogr.* T. 197. F. 8.

9. Juncellus *Maderaſpatanus*, capitulis compactioribus, acumine bifido longiori. *Pluk. Phyt.* T. 197. F. 7. An Motta-Pullu *H. M.* P. 12. T. 38. *Motta Pullu* H. M. Juncello omnium minimo noſtrati perſimilis eſt, ſi non idem plane.

10. Juncus *Orientalis*, panicula ſpeciosâ, è *Maderaſpatan. Pluk. Phyt.* T. 95. F. 3.

11. Juncus elegantiſſimus, capitulis pectinatis *Promont. Bæ. Spei Pluk.* T. 95. F. 7. Hanc plantam ad Filicem refert D. *Petiver.* Juncus *Africanus* pectinato capite *Moriſ. hiſt.* P. 3. p. 233. ubi deſcriptionem vide.

12. Juncus *Africanus*, lignoſo calamo, ad nodos involucris nigris circumvoluto, paniculâ arundinaceâ ex *Prom. Bæ. Spei, Pluk. Mantiſſ.*

13. Juncariæ affinis *Æthiopica*, Pinaſtri foliis triphylla *Prom. Bæ. Spei Ejuſd. ibid.*

14. Juncus acutus tenuis, paniculâ minima D. *Sherard.* Dodrantem circiter altus eſt; *Radix* pluribus fibris craſſis conſtat; imos caules folia lata brevia obvolvunt, ut in aliis Juncis. Paniculæ minimæ circa medios caules aut paulò inferiùs erumpunt.

15. Tsjeli *H. M.* P. 12. T. 71. Juncus *Indicus* geniculatus, paniculâ compactâ, è ſpicis ſquamoſis compoſitâ.

H. M.

Planta eſt ex genere Juncorum, naſcens in aquoſis & arenoſis. *Radix* curta, numeroſis fibris capillatis, nigricantibus veſtita. *Caules*, qui ſimplices ex radice exſurgunt, juncei, larga cavitate, virides, geniculatis annulis interſtincti, ſed non in una parte, foliorum involucris veſtiti, ſinguli faſciâ ſpicatâ ruffâ ad geniculum inferius verticillatim maxima parte ſuccincti. *Spicæ*, quæ ex foliis ſe invicem imbricatim contegentibus, viridibus ac poſtea rufeſcentibus ſunt compoſitæ, tria cùm florent extra ſingula foliola ejiciunt filamenta, pendula, oblongis, nutantibus, flaveſcentibus dotata *apicibus*. *Semina* parva, triangularia, ſicca, nigricantia, nitentia, inter edulia ſunt. Ex eorum vertice unicum prorumpit filamentum; ubi maturæ ſunt ſpicæ filamentis ſuis privantur.

Ex radice cum Myrobalanis ſyrupus conficitur catharticus.

16. Graminifolia anomala capitulis tomentoſis *Africana* D. *Oldenland.*

Radicibus Iridem æmulatur, longis ſci. & robuſtis fibris è ſquamoſis cauliculis emiſſis. *Folia* longa, anguſta, craſſa, hinc indè ſingula, crebra, inferiore ſuperius baſi ſua arctè amplectente.

plectente. *Caules* è foliorum alis egrediuntur, rigidi, compressi, ad singula genicula foliis singulis, iis quæ ad radicem sunt latioribus & brevioribus, cincti, summa parte in ramulos aliquot divisi, qui *flores* sustinent duobus tribúsve foliolis brevibus latis, tomentum includentibus, ceu calice quodam, obvallati, velut Graminis tomentosi.

Circa *Promont. Bæ. Spei* collectam ad D. *Petiver* misit D. *Oldenland.*

17. Gramen tomentosum *Virginianum*, paniculâ magis compactâ, aureo colore perfusâ *Pluk. Almag. Bot.*

Habetur etiam in *Marilandia*, spicis copiosius & densius tomentum fundentibus.

18. Gramen tomentosum, capitulo ampliore fusco & foliaceo, *Virginianum*, *Moris. hist.* P. 3. D. *Bobart.*

Planta hæc reliquis amplior est. *Folia* è radice nascentia pedem aut sesquipedem longa, triticea & compressa, cùm in aliis juncea & teretia sint. *Culmus* rectus enodis foliorum altitudinem æquat, ínque ejus summitate geniculum cernitur, è quo foliola terna palmaria expansa sunt, & ex eorum centro *paniculæ* glomeratæ 6, 7ve, brevibus pediculis appensæ, molliſſimo sericeo tomento subfusci coloris, & Xylo delicatissimo, quod ex *Java* habemus, simillimo, ornatæ, unum quasi glomeramen splendens componunt.

19. Motta-Pullu *H. M.* P. 12. T. 38. Juncello omnium minimo nostrati perquam similis si non eadem.

Hujus descriptio & figura in omnibus pæne conveniunt cum *Chamæscheeno*, locus etiam idem. Integra planta in aqua *Orizæ* & oleo *Marotti*, & virente *Curcuma*, vel etiam in oleo *Nucis Indicæ* & *Cumino Piperéque* longo decocta linimentum præstat adversus morbum hepaticum vitiligine & speciatim alpho comitatum.

20. Hujus generis planta in *Marilandia* provenit, foliis & caulibus longioribus tenuioribúsque quàm nostratis, paniculam in summo gestans è pluribus sed strigosioribus spicis compositam.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS TERTIUS,

ANOMALÆ.

1. ABel *H.M.* P. 11. T. 26. Nymphæa *Indica*, flore albo, fructu in ambitu serrato *Commelin.* notis. Lotus *Ægyptia Alpin. exot.* Nymphæa seu Nufar *Ægyptium Vesling.* in *Alp.*

H. M.

Radix albicat, fibris fistulaceis albicantibus, sapore aqueis, vestita, ad propagationem novæ plantæ radicem, quam *Kelangu* vocant, proferens, palmam longam, crassiusculam, exteriùs nigricantem, intus albicantem, saporis aquei & subastringentis, esculentam. *Folia* in pediculis rotundis, fistulosis, viridi-dilutis proveniunt, oblongo-rotunda, rotundâ anteriùs orâ, posteriùs, quâ è pediculo longè excurrunt, recta incisione usque ad pediculum fermè discissa, in margine rotundis denticulis arcuatim excisa, supernè plana, glabra, viroris vividi & nitentis; subtus coloris rubri seu jecorini, costa media crassa, altum eminente, & ramulos transversos in numerosos surculos subdivisos, qui in edentium apices excurrunt, emittente; summis aquis innatantia. *Flores*, qui aperti extra aquas emicant, velut rosæ sunt, polypetali, petalis oblongo-rotundis, anguſtis, in cuspidem leniter contractis, coloris candidi, & rosaceo-diluti; in exteriori serie petala majora sunt & longiora, colore rosaceo, exteriùs diluto & albicante, interiùs pleniore. Denso numerosorum longorum staminum ornantur penecillo, quæ latiuscula, plana, flava, stylo medio brevi, plano, rotundo, in superiori parte

parte latiori, plano, in orbem circumpoſita, & versùs illam inflexa, quorum quæ in exteriori ſerie ſunt præ cæteris eminent, magis ſurrecta & minùs inflexa: interiora & ſtylo proxima, breviora, versùs *ſtylum* magis incurvata: *Stylus* ſuperiùs in ſua baſi rosâ inſignitur, conſtante ex ſtaminulis flavis brevioribus, maximè inflexis & versùs centrum contractis. Exteriora folia calycis florum petalis ſimilia ſunt, exteriùs viridia, & venis rubeſcentibus in longum ſtriata, oris etiam rubentibus, intus dilutiora & albicantia. *Semina* in ſtylo conſita ſunt numeroſa, interſepimentis membranaceis ac plicis à ſe invicem in propriis cellulis ſejuncta, parva, rotundiola, per maturitatem ut ſemina Naſturtii colorata, ſed fuſciora.

Alpini deſcriptionem hujus plantæ vide in Hiſtoria noſtra. Cæterùm *Nufar Ægyptium*, obſervante *Veſlingio*, ab *Europæorum* Nymphæa differt; tam lutea majore, quæ radices in longum porrigit, quàm ab alba illa vulgatiùs cognitâ, foliorum paulò contractiorum magnitudine, & quòd oras habeant, levibus illis quidem, ſed latis inciſuris excavatas, nervulis etiam copioſioribus pertexta; tum ſemina capiti Papaveraceo incluſa quàm vulgaris Nymphæa conſpectiora magnitudine obtineat.

2. Areca-Ambel, *H. M.* ibid. Nymphæa *Indica*, flore candidiore, petalis majoribus.

H. M.

Hujus florum petala paulò majora ſunt, coloris minùs roſacei, magis candida: etiam *ſtylus*, cui ſtamina flava circumpoſita ſunt, in baſi conſignatus, eſt rosâ planâ, è coſtulis flavis conformatâ, quæ ex nodulo medio, qui in centro baſis eſt, ad rotundam ejus orbitam excurrunt.

Prioris, ut & hujus, bulboſa radix in decocto pro dyſuria propinatur. Semina ardorem *Virei.* oſſium reficiunt, cum Saccharo nempe condita & comeſta. Folia cum illis Ottel-Ambel ſimul trita, & cum butyro cocta errhinum præbent pro oculorum doloribus.

3. Cit-Ambel. *H. M.* P. 11. T. 27. Nymphæa *Malabarica* minor, florum petalis longis acutis, foliis ſerratis. An Nymphæa Eremitana minor, Alle-poo *Malab. Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 274. p. 935.

H. M.

Cit-Ambel q. d. *Ambel* minor, cum priore convenit, éſtque tantùm minor ſpecies, *caulibus* tenerioribus, *foliis* minoribus & *ſeminibus*. Eſt & alia ſpecies ejuſdem nominis, in eo ſolùm differens, quòd florum petala vel cœrulea, vel rubra, vel alterius ſunt coloris.

Flores triti in decocto pro dyſuria adhibentur; cum Saccharo ſumpti vomitum ſiſtunt, tuſſim mitigant. Semina cum Saccharo uſurpata conveniens pro diabete ſunt medicamen- *Virei.* tum.

Nymphææ albæ *Offic. noſt.* perſimilis eſt, verùm minor tum Flore tum Folio.

4. Nedel-Ambel *H. M.* P. 11. T. 28. Nymphæa aquatica minor *Indica*, floribus albis pentapetalis, filamentis intus denſis obſitis *nobis*: flore albo piloſo *Commelin.* notis. *Slon. Cat. Jamaic.*

H. M.

Radix ut in *Ambel* ſimpliciter dicto. *Caules* rotundi ſunt, fiſtuloſi, è nodulo, paulò infra folium quod in vertice videtur, pediculos plures tranſverſos emittentes, quoſdam craſſiores & longiores, quorum ſummitatibus folia, quoſdam tenuiores & breviores, quibus flores inſident. *Folia* ipſa minora ſunt quàm *Cit-Ambelæ*, rotundiori & minùs oblongâ formâ, ad petiolum rotundis oris, non verò rectis ut *Ambel* inciſa, nervis minùs craſſis ſtriata, inæquabili ora, non tamen denticulata. *Flores* extra aquas aperti emicant, in totum candidi, pentapetali, petalis oblongo-rotundis, cuſpidatis, tenuibus, ſtelliformiter expanſis, interiori parte ab uno latere, alio petalo, quod è medio laciniæ inſtar producitur, obtecta, interiùs filamentis denſis candidis, longiuſculis in totum obſita. *Stamina* in illis decem, parva, tenuia, *apicibus* flavis & ſtriatis dotata, quorum 5 ſupra cætera eminent; & cum illis Capitulum in medio viride, cuſpidatum, *capſulam ſeminalem* efficiens, in ſummitate nodulo parvo 4 gemmularum ornatam. *Calyx* quinquefolius eſt, quæ [fol.] parva, oblongo-anguſta, cuſpidata, viridi clariſſima. Poſt Flores *capitula* ſeu gemmæ ſeminales ſe produnt cuſpidatæ, numeroſa in ſe continentes *ſemina* rotunda, quæ primùm albicant, ſed matura colorem ſeminum Naſturtii referunt, perinde ut illa *Ambel*.

Integra planta trita, cum Butyro cocta, & intus ſumpta, antidotum eſt contra morſum *Virei.* Serpentis *Cobra-Capella* dicti.

Aquarum ſtagnantium ſuperficiei innatat in pratis *Savannis* dictis in inſula *Jamaica*, ubi aquæ profundæ non ſunt. *Slon.*

5. Tsjeroea-Cit-Ambel. P. 11. T. 29. Nymphæa *Indica* minima, flore flavo D. *Commelin.* notis.

H. M.

Minor ſpecies eſt *Ambel*. *Folia*, *Caules* & *Radix* omni ex parte cum *Cit-Ambel* conveniunt. *Flores* parvi ſunt ac ſimplices, pentapetali, oblongo-rotundi, ſtelliformes, interiùs in ſingulorum petalorum medio foliosâ laciniâ ſecundùm longitudinem alati, in orificio capillis flavis obſiti. *Stamina* in illis 5 brevia, quæ inter petalorum interſtitia exſurgunt, *apicibus* ſurrectis & albicantibus dotata, *ſtaminulis* 5 brevioribus interpoſitis cum quibus ex medio orificio globulus viridis cuſpidatus ſtyli inſtar ſe prodit. *Calix* quinquefolius eſt, foliis florum petalis decuſſatim interpoſitis.

Ex

Vires. Ex bulbo radicis in aqua, vino adusto, butyróque excocto linimentum præparatur antihæmorrhoidale. Ex eodem cum Cancris terrestribus in oleo frixo ἀκεστικὸν conficitur medicamentum contra molestum capitis dolorem, temporibus nempe illitum. Ex eodem cum utroque santalo & lacte fit potio ad corporis æstum restringendum.

6. Nymphæa *Indica* foliis amplis, eleganter ad ambitum crenatis, flore albo simplici, è *Maderaspatan Pluk. Almag. Bot.*

7. Nymphæa *Indica* minor longiore folio, flore albo simplici è *Maderaspatan Ejusdem ibidem.*

8. Nymphæa *Indica* minor, floribus cum petiolis è foliorum pediculis prorumpentibus *Pluk. Phyt.* T. 209. F. 1. *Almag. Bot.* p. 266.

9. Nymphæa minima *Maderaspatana*, foliis alas Papilionum referentibus *Pluk. Phyt.* T. 217. F. 7. Stratiotes *Maderaspatana* Sedi vulgaris folio, *Petiv. Act. Philos.* N. 276. p. 1018.

10. Nymphæa glandifera *Virginiana* lacteſcens, minori umbilicato folio, pediculo leni, flore amplo luteo palleſcente *Pluk. Almag. Bot.* Fortè Atatapaltacatl *Mexicensibus*, ſeu Teſta aquis impoſita *Nieremb.* lib. 14. 307. Lien flore luteo in *Juncheufeu Sinarum* regione peculiaris *Ogilv.*

11. Tamara *H. M.* P. 11. T. 30. Nymphææ affinis *Malabarica* flore amplo, roſaceo albicante colore *Commelin.* notis. Nymphæa *Indica* Faba *Ægyptia* dicta, fl. incarnato. *Nelumbo* Zeylonenſium *Par. Bat.*

H. M.

Planta eſt aquatica, *Radix* profundè demiſſa, craſſiola, nonnihil dura, fiſtulis latis pervia, albicans, inferiùs nodoſa, è nodulis tenues fibras in orbem emittens, ſubtus radices, è quibus tanquam primaria radice novi prodeunt * *caules* : ſimplices hi ſunt, rotundi, fiſtuloſi, virides, punctis aſperſi, *Folia* ſuſtinentes prægrandia, rotundiola, verſùs interiora inflexa, craſſiuſcula, mollia, *Veluti* inſtar leniſſima, ſupernè viridi-fuſca, aſt obliquè aſpecta hyalina, ſubtus viridi-diluta. *Coſtæ* veluti tot radii è caulis ſummitate exeunt, viridi-claræ & nitentes, ſingulæ ad intervalla in binos ramos bis térve divaricatæ, proximè ad oras in ſe invicem arcuatim & fornicatim deferuntur. *Flores* in caulibus propriis prægrandes ſunt, petalis confertis, coloris roſacei albicantis, odoris grati *Aniſi.* Petala ipſa oblongo-rotunda ſunt, in cuſpidem contracta, venulis ex unguiculis in longum ſtriata, exteriora interioribus majora & latiora ; hæc in duos, tres, pluréſve inciduntur cuſpides, & *ſtaminulis* ornantur flavis, quæ cum *apicibus* ſeu nodulis candidis ex angulis inciſionis emicant. In medio florum denſus eſt penecillus longorum, planorum, croceorum ſtaminum, in ſummitate oblongis & candidis nodulis exornatorum, ex interiori parte futurâ candidâ, ex qua nodulus itidem candidus producitur, ſtriatorum. Ille circumpoſitus eſt *Stylo* rotundo, luteo, in ſummitate plana & lata ſuperficie, inferiora versùs contractiori, intus fungoſo, ad baſin ſuperiorem in ſuis cavernulis ſeu cellulis *ſemina* recondenti, quæ oculis ex flavo nitentibus, gemmularum inſtar plano-rotundarum, extra illa emicant : Ipſa ſemina primò ex albo flaveſcunt, formæ cylindriacæ, deinde ad ellipticam accedentia, & cellulas ſuas dilatantia, magis magiſque ex baſi ſuperiori ſtyli extuberantia, nigra ſurda.

* *Pediculos intelligit foliorum.*

Vires. Radix trita & Saccharo mixta in formam conditi exhibetur pro hæmorrhoidibus. Succus è floribus extractus, & cum oleo *Zergelim* aſſumptus immodicum menſium ſiſtit fluxum.

12. Bem-Tamara *H. M.* P. 11. T. 31. Nymphææ affinis *Malabarica*, folio & flore amplo, colore candido.

H. M.

Planta itidem aquatica, in eo tantùm à *Tamara* differens, quòd *Flores* ſunt paulò ampliores illorum petala candida, odoris nonnihil vegetioris.

Poſt accuratiorem obſervationem ſequentia addenda duximus, ſci. quòd folia *Tamara* & *Bem-Tamara* duorum in diametro ſint pedum ; *caules* fiſtuloſi, proximè ad radicem aquei, in partibus ſuperioribus intus lactei, filamenta ex illis albicantia, tenuiſſima, numeroſa, velut aranearum telæ, ex lacteo ſci. iſto ſucco nendo educantur, & in longum protrahantur, ſatis firmæ. Ex caulibus folioſi [foliorum pediculos intelligit] tantùm quatuor tubulis majoribus pervii ſunt, numeroſis minoribus tubis ad latera inſtructi. *Caulibus* his proximè ad umbilicum ſeu centrum foliorum deciſis, *coſtæ* ſingulæ, quæ ex umbilico 21 numerantur, & tubulis caulium lateralibus reſpondent, tubulacea cavitate perviæ ſunt, ſed in medio umbilici diſſectis [pediculi nempe] crux carnoſa apparet, cujus una pars ſuperior versùs partem folii contractior eſt. Præterea ſeptem caules floriferos etiam latis tubulis eſſe pervios, & in illorum medio ſtylum eſſe, ex quo tubulorum interſepimenta exſurgunt, qui etiam unico tubulo in medio pervius eſt.

Vires. Bulbus cum butyro in unguentum redactus omnia oculorum vitia corrigit. Idem cum Zingibere & Coriandro in Butyro contritus hæmorrhoidibus opitulatur.

13. Koda-Pali *H. M.* P. 11. T. 32. Sedum Indicum paluſtre, foliis latiſſimis criſpis floribus albicantibus piloſis. *Commelin.* Mihi Nymphææ potiùs cognata, vel Planta anomala aquatica ſingularis & ſui generis.

H. M.

H. M.

Plantula aquatilis eſt & natatilis, tranſverſis aqueis & albicantibus repens *caulibus*, qui oblongas, albicantes, capillatas emittunt fibras. *Folia* plura capillata ad radicularum faſciculos exurgunt, oblonga, ad latera rectis oris, in vertice orâ rotundâ criſpatâ, unà cum caulibus admodum fragilia; viroris hyalini, inferiùs albicantia, interiùs nervulis oblongis ramoſis ſtriata, exteriùs plicis eminentibus in longum criſpata, tenuiter villoſa, ad radicem piloſa lanugine veſtita, carnoſa, craſſiola, tubulis parvis rotundis intus pertexta. *Flores* odoris expertes in mediis prodeunt foliis, quorum petala tenera criſpata, unum illorum oblongum eſt & albicans, interiùs cochleato-cavum, anteriùs ſtrictius, in medio ſuperioris partis fiſſum, utrinque in oris ad latus plica annulari interiùs eminente criſpatum, ex cujus medio ſupra plicaturam parvus & erectus exſurgit *ſtylulus*, qui ſupernè in orbem 6 albicantibus eſt dotatus gemmulis, ad exortum viridiuſculo foliolo rotundo, quod inferiùs duabus laciniis velut auriculis eſt inſtructum, quaſi collari ſuccinctus. Collum florum oblongum eſt, pilis longis albicantibus obſitum, è cujus orificio gemma emicat cuſpidata albicans, viridi-diluta, nodulo aqueo albicante dotata, in quo ſemina viſuntur. Gemmæ ſeminales oblongo-rotundæ evadunt, in cortice vitri inſtar pellucidæ, petiolis tranſverſim inſidentes, uno latere, quo cœlo obverſæ macreſcenti, florum petalo tranſverſim adhærentes, intus aqueo humore repletæ. *Semina* in illis 6, oblonga, viridiuſcula, cortici gemmæ circa illam partem qua petalo adhærent interiùs inſidentia.

Folia cum Oryza in lacteo Indicæ Nucis ſucco lævigata medicamentum præſtant antidyſentericum: Cum aqua roſacea & Saccharo data tuſſim graviorem & purulenta phlegmata corrigunt. Radix cum Cumino in lacte vaccino trita & epota alvum promovet, teneſmum lenit, lumborum & hypogaſtrii dolores emollit: idem præſtat ſi cum Calamo aromatico & aqua calida aſſumatur. *Viret.*

D. *Petiver* quærit annon ſit Nymphæa minima *Maderaſpatana*, foliis alas Papilionum referentibus *Pluk.* Tab. 207. F. 6.

14. Nymphææ affinis paluſtris, Plantaginis aquaticæ folio, flore hexapetalo, ſtellari, cœruleo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Fibris plurimis albis, Porraceis ſimilibus, radicatur; unde emergunt *Folia* aliquot in pediculis ſe mutuo amplectentibus, ſeu exterioribus interiora obvolventibus, ut in aliis aquaticis, cellulis plurimis intus cavernoſis, 7 circiter digitos altis; media parte, Graminis Parnaſſi in modum, pediculum emittentibus, *florem* ſtellatum, hexapetalum, cœruleum ſuſtinentem, cui ſuccedunt plurima minuta compreſſa, cœrulea *ſemina*. Pediculi ſinguli in ſingula folia terminantur viridia, ſubrotunda, nervoſa, Plantaginis aquaticæ minoris ſimilia.

In pratis Inſulæ *Jamaicæ Savannis* dictis, locis ubi per maximam anni partem aquæ ſtagnarant.

Ejuſdem Generis eſt cum *Carini-Globa H. M.* P. 11. T. 44. Flores tantùm minores ſunt, & pauciores ſimul proveniunt.

15. Nymphæa minor ſcaphoides ſeu folio oblongo umbilicato, ex *Terra Mariana Pluk Mantiſſ.*

16. Nymphæa *Indica* latioribus albicantibus foliis, margine criſpatis; Aucaſh-dammaree *Malabarorum*, Kodda-pail *H. M.* ſuperiùs deſcript. *Pluk. Mantiſſ.*

17. Nymphææ affinis aquatica *Marilandica*, folio circinatæ rotunditatis, pediculo in centrum inſerto.

Folium per margines æquale eſt. Nervi plurimi velut totidem radii à pediculo ceu centro ad circumferentiam undique excurrunt, atro-rubentes, prope circumferentiam dichotomi.

18. Nymphææ affinis glandifera *Virginiana*, umbilicato folio, flore luteo pleno *Moriſ. hiſt.* P. 3.

D *Bobart.*

Hujus *folia* lata ſunt, rotunda, inciſurâ ad caulem petiolúmve deſtituta, ſed integrâ circinatione umbilicata, *caule* erecto & poroſo, centro ſuſtentata ſunt, unde nervi velut radii à centro & ſuperiùs glabri conſpiciuntur. In ſummitate *Caulis* conſimilis, lævis, mollis, & poroſi *flos* odoratus, omnino lutei coloris, multiplici petalorum ſerie roſam expanſam exprimente, fulcitur. Flore deciduo *fructus*, primò viridis, deinde durus & cartilagineus, verſice planus aut nonnihil convexus, 4 uncias latus, & in anguſtum infundibuli formâ ad caulem contractus, intus fungoſus ſuccedit, in cujus ſuperficie foramina cellulæve ſunt circiter 30, à ſe invicem diſtinctæ, in quarum unaquaque unicum ſemen, Avellanæ nucis magnitudine, & glandem Quercinam cum apice optimè exprimens inſidet. Fructus arefactus & exagitatus ſeminibus ſuis, loculamentis contractis & exſolutis, crepitaculum effingit.

19. Ottel-Ambel *H. M.* P. 11. T. 46. Sagittæ foliis aut Plantaginis aquaticæ nervoſis, floribus tripetalis, in ſingulis caulibus ſingulis.

H. M.
Radix huic rotundi inſtar nodi eſt, cortice flavo, plurimas tenues flaváſque emittens fibras, etiam ad ulteriorem propagationem novam emittens radicem. *Folia* caulibus non inſident, ſed à radice exeunt, neque etiam aquis innatant vel incumbunt, ſed oris inferiora versùs convolutis, & ad ſe invicem contractis, tum ſub aquis, tum extra aquas emicant, maximè in latitudinem extenſa, rotundis ad pediculum oris, anteriùs in cuſpidem ſtrictis, valde rigida, fractu facilia, in laciniolas hinc indè ſinuata, glabra, nervoſa, nervis præter coſtam mediam 3bus 4ve hinc indè à pediculo, obliquo & arcuato ductu, ad cuſpidem decurrentibus. *Flores* caulibus inſident ſimplicibus, teneris, fiſtuloſis, quadrangulis, viridi-dilutis, ſinguli ſingulis, qui parte ſuperiori, proximè ad florem alati ſunt, ſtricti nempe 5 alis majoribus, latis, rigidis foliorum inſtar, ac minoribus intermediis. Ipſi flores candidi ſunt, diformes, tripetali, lenes, criſpati, venulis in longum ſtriati. *Stamina* flava, inter quæ *capitulum* ſe prodit cuſpidatum: inferiùs tribus ſuccinguntur foliis viridibus, anguſtis, ſurrectis, cuſpidatis, quæ ubique viridi-fuſcis ſunt obducta nervis. *Capſulæ ſeminales* rotundæ oblongæ, cuſpidatæ, *ſemina* continentes numeroſa, rotunda, minuſcula, coloris ubi matura ſunt rubeſcentis.

19. Sagittariæ ſimilis planta paluſtris *Virginiana*, ſpicâ florum cœruleâ D. *Baniſter Pluk. Almag. Bot. Petiver* Gazophyl. Naturæ & Artis Tab. 1. Fig. 12.

Hanc etiam ex *Marilandia* habemus à D. *Vernon* inventam & allatam. *Folium* non adeò excavatum eſt circa caulem, nec baſis ejus in tam longas & acutas auriculas producitur ac in Sagittaria. *Florum* ſpica è vagina exit, éſtque duas uncias longa, habitior, è floſculis cœruleis tubuloſis, margine in lacinias oblongas 4 aut 5 diſſecto, compoſita. Verùm ſufficit titulus ad hanc ſtirpem ab aliis omnibus, nobis ſaltem cognitis, diſtinguendam.

20. Sagittæ affinis *Malabarica*, Inhame nervoſis foliis, flore albo tripetalo, ex theca foliacea, quinis extantibus criſpatis alis pinnata, ſummo caule erumpente *Pluk. Mantiſſ.*

1. Kotsjiletti-Pullu *H. M.* P. 9. T. 71. Tripetalos aquatica, caulibus in ſummitatibus capitula ſquamata ſuſtinentibus, floribus & vaſculis ſemuncialibus è ſquamarum ſinubus exeuntibus.

H. M.
Naſcitur in aquoſis. *Caules* angulati, viridi-fuſci, ad radicem albicantes & tranſparentes, angulis interdum ſpiratim contortis, tenues, rigidiuſculi, recti, intus aquei. *Folia* oblonga, caules primùm amplectentia, lateribus clauſa, latitudine pollicem vix ſuperantia, craſſiola, viridia, interiùs nitentia, inferiùs ex aqueo albicantia, venis in longum ſtriata, apertura laterum ſupernè evaneſcente, ſaporis aquei. *Flores* in capitulis videntur oblongo-rotundis, rubro-ſpadiceis ac nitentibus, foliis imbricatis, quæ aliquo modo rotunda & cochleato-cava, obſiti, ex ſingulis illorum orificiis brevi, plano, latiuſculo, rotundiolo petiolo erumpentes, primò ex inferioribus, dein ex ſuperioribus, ſúntque tripetali, unguiculis ſtrictioribus, nonnihil ſinuoſi ſeu criſpati, coloris flavi ac inſtar ſerici nitentis. *Stamina* 6, quorum deſcriptionem videſis apud Auctorem noſtrum. Gemma ſeminalis inter ſingula Capituli cochleata folia, oblonga videtur, interiùs plana, exteriùs convexa, futuris viridibus, uno in medio plani, duobus in convexiori latere ſtriata, continétque in ſe numeroſa *ſemina*, per membranaceam corticem tranſparentia, parva, nonnihil oblonga, flava.

Vires. Foliorum ſuccus cum aceto mixtus impetigini reſiſtit. Folia cum radice oleo incocta contra lepram ſumuntur: cum *Mungo* decocta & epota ſomnum conciliant.

2. Plantaginis ſtellatæ foliis, florum ſpicâ ex utriculo caulis erumpente. *Pluk. Phyt.* Tab. 215. F. 4.

Huic capſulæ (inquit) à *Phyllo* mari *Indic. Zanoni* haud diſpares. Flores monopetali & oblongi eſſe videntur. Siccam D. *Sherard* exhibuit.

3. Panover-Tsjeraua *H. M.* P. 11. T. 33. Anomala aquatica repens, foliis ſubinde in Roſæ formam compoſitis.

H. M.
Planta eſt aquatica. *Caules* geniculati, ſuper fundum repentes, aquei, viridi-albicantes, è geniculis radiculas ſeu fibras duas pluréſve emittentes, filamentis viridibus condensè veſtitas. *Folia* in caulibus petiolis oblongis, aqueo-albicantibus, ſuperiùs ventre plano turgeſcentibus ac piloſis proveniunt lata, cuſpidata, ad oras acutis, profundis crenis inciſa, poſteriori parte ad petiolum recta & æquali ora, craſſa, ſpiſſa, in interiori ſuperficie valde plana, admodum glabra; in exteriori coſtis craſſis, viridi-albicantibus è media rachi exeuntibus, & in crenarum cuſpides incurrentibus, obſita, coloris ſanguinei, nullius ſaporis. Vetuſtior facta planta ex vertice caulium in communi pede folia numeroſa ac ampliora densè in unum quaſi faſcem, Roſæ referentem formam, congregata proveniunt, pluribus radicibus intra dictam faſciam interiùs demiſſis.

Florum aut Fructuum in hac planta nulla mentio, unde ei deeſſe quis ſuſpicari poſſit.

4. Coda-

4. Codagen *H. M.* P. 10. T. 46. Cotyledon aquatica acris *Indica*, pediculo ad marginem folii ſito.

H. M.

Radix ex meris fibris capillaribus conſtat, albicans, ſubſalſa, acris, mordens, ut & tota planta. *Caules* tenues, teretes, aquei, nodulati, è geniculis radiculas agentes, quibus repit & ſe propagat, raris pilis obſiti, virides vel etiam ex parte rufi. *Folia* è geniculis terna, quaterna, aut etiam quina proveniunt in petiolis longis, paſſim nonnihil tortuoſis, lato ſulco ſtriatis, ſúntque rotunda, in latum extenſa, ad petiolum exciſa, in margine crenata piloſa: *Coſtulæ* utrinque conſpicuæ 6, 7, vel 8 à pediculo excurrunt ad marginem. Flores & Fructus Cotyledonis aquaticæ acris Septentrionalium, *quacum in omnibus ferè, excepto pediculi in folio ſitu, convenit.*

Notandum autem C. *Bauhinum* in Pinace, p. 180, eúmque ſequutos omnes quos ego quidem legi Botanicos, duas plantas diverſas, nimirum *Cotyledonem* aquaticam acrem Septentrionalium *Lob.* & Ranunculum aquaticum umbilicato folio *Col.* confundere, & ad unam ſpeciem Ranunculi referre: cùm Ranunculus ille aquaticus *Col.* vera & genuina Ranunculi ſpecies ſit, Cotyledon autem aquat. acris & *Lob.* planta longè diverſa. Nec mirum à *C. Bauhino* hoc modo erratum. Cum ante eum Cotyledonis flos & fructus à nemine, quod ſciam, deſcriptus aut obſervatus fuerit. Nuperos autem Botanicos eundem errorem errâſſe mirum.

5. Tsjerou-Manneli, *H. M.* P. 9. T. 39. Herba aquatica foliolis minimis, floſculis candidis è tubo longiuſculo in 5 ſegmenta cuſpidata expanſis.

H. M.

Naſcitur in aquoſis, cauliculis ramoſis ſuper terram decumbentibus repens, & hinc indè radiculis ſe affigens. *Radix* albicat, aquea, fibroſa, capillata eſt. *Caules* virides, aquei, geniculis interſtincti; in geniculis *foliis* paribus, quæ paſſim novellis cauliculorum partibus ſtipantur, veſtiti. *Folia* valde parva, cuſpidata, craſſa, rigida, ſpiculis candidis nitentibus longiuſculis aſpera. *Flores* in caulibus ſupra exortum foliorum ex calicibus oblongis, arctis, collulo candido emicant, pentapetali, cuſpidati, ſtelliformes in totum candidiſſimi. *Stamina* 5 parva, nodulis flavis dotata: in medio *ſtylus* ſeſe erigit. *Calix* 5 oblongorum eſt cuſpidum, ſpinis candidis, ſpiculatis aſperis munitus. Globuli ſeminales oblongi, virides, parvis arenaceis *ſeminibus*, per maturitatem nigricantibus, repleti.

Integra planta, excepta radice, pulveriſata, & in ſero lactis cum ærugine contrita, pedum clavos eradicat. Idem pulvis cum modico Piperis & Glycyrrhizæ ſucco ex aqua calida propinatur, vel cum recenti butyro exhibetur tuſſi (Luſitanis) *Coceira de Garganta* laborantibus. *Vires.*

6. Glaux major paluſtris, flore herbaceo *Boccon. Muſ. pl rar.* p. 105. T. 85.

Boccon.

In *Patavio* & alibi, ſemper tamen in locis paluſtribus, oritur planta quædam repens, *caulibus* palmum circiter altis, nonnihil rubentibus, rotundis, *Beccabungæ* ſimilibus, quorum medium percurrit nervulus lentus, qui caule rupto integer manet, cujuſmodi etiam obſervatur, in prædicta *Beccabunga* & *Morſu Gallinæ*. *Folia* è ſingulis geniculis exeunt conjugata, pediculo ſatis longo inſidentia, ſubſtantiâ Myrtaceâ, verùm molliora, & tenera, prædictæ *Beccabungæ* valdè ſimilia, primo exortu rotunda, poſtea paullùm elongata. Ex iiſdem perſæpe caulis geniculis exeunt ramuli eodem ordine, ſed omnibus partibus minores. Inter folia & caulem in utraque parte ordinatè cernitur *Flos* parvus, qui antequam aperitur, unà cùm ſeminis involucro, clavi capitulum exprimit, quadrilateri, poſtea explicatus 4 foliola herbacea oſtendit coloris pallidi, in ſtellæ formam diſpoſita. Floſculi iſti à vaſculo ſuo ſeminali ſuſtentantur quadrilatero; qui ſi rotundus eſſet, flore exſiccato *Caryophyllum aromaticum* ad vivum repræſentaret. *Radix* alba eſt, tenuis & fibroſa; ubicunque *caulis* terram tetigerit fibrarum comam demittit, & quodammodo ſerpit. Tota planta omni odore caret; ſaporem autem habet herbaceum fatuum, cum pauca adſtrictione. Floret menſe *Julio*, & *Auguſto* ſemen maturat, coloris rufeſcentis minutum, rotundum, in 4 capſulis diſtinctis quæ involucrum integrum efficiunt, contentum.

Hæc planta à *Moriſono* deſcribitur eodem titulo *Hort. R. Blæſ.* pag. 268.

7. Glaux altera paluſtris repens, ſubrotundo folio *Boccon. Muſ. pl. rar.* p. 107.

Colore & diſpoſitione foliorum & figurâ ſeminis cum præcedente convenit. Ab aliis Portulaca aquatica & Alſines ſpecies dicitur.

Multis locis paluſtribus in *Italia* provenit. Obſervavi etiam in *Melita*.

8. Glaux procumbens, Myrti *Tarentinæ* foliis *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 119.

E *radice* lignoſa, dura multi exeunt ſurculi, *foliis* nullo ordine poſitis veſtiti, acuminatis, brevibus, *Myrti Tarentinæ* figurâ. *Flos* herbaceus eſt: *Fructus* tripartitus, utriculatus, Glaucis maritimæ *C. B.* fructu paulò major ſeu craſſior. Surculi per terram ſternuntur; non tamen omnes in ramos dividuntur, ſed duodecimus ferè quiſque non lacteſcit. Dimidio milliari ab *Hydrunto Italiæ* urbe naſcitur.

Hujus plantæ fructus in plures partes dividitur, unde ad ſpecies congeneres ſcil. *Kirganeli H. Mal. tom.* 10. *Tab.* 15. *p.* 29. & *Niruri Salawaccenſe* minus, Abrus folio *Act. Philoſ.* N°. 276. *p.* 1008. *pl.* 182. referri debet.

9. Aparine aquis innatans, foliis Perchepier, capreolis donata *Trevisana*, sive Aparine fluitans capreolis donata *Boccon. Mus. pl. rar.* p. 23.

Lateribus seu marginibus fossarum aquis repletarum radicibus infixis, adnascitur sub aquis fluitans. Folia brevi initio Euphrasina imitantur; verum rotunda sunt, & Alchimillæ montanæ minimæ *Col.* in modum divisa. Capreolos quosdam producit, & ad eorum bases semina aliquot rugosa & aspera, Aparines *Matthioli* formâ, verùm minimæ, pro totius plantæ proportione, quæ non ultra spithamam unam in longum extenditur.

Prope urbem *Tarvisium* oritur, in mediis fundis D. *Auvocato Cariminati*, ubi sunt perennes aquæ rivuli.

P. 1326. Ad Cap. De Acantho.

1. Acanthus sylvestris mitioribus spinis *Pluk. Almag. Botan.* Acanth. modicis brevioribus & rarioribus aculeis donatus D. *Fagon Schol. Bot.* 219.

2. Acanthus *Dioscoridis* verus sativus *Rauwolfii Moris. hist.* P. 3. 604. Folia longa sunt & angusta, indivisa, ad quorum margines spinæ nascuntur. Floret eodem modo quo cæteri. In *Horto sicco* D. *Rauwolfii* vidit D. *Bobart.*

3. Acanthoides Hyssopi latioris folio, *Canariensis*, Ecbolii *Indici* sive Adhatodæ cucullatis floribus æmula, Hyssopifolia ex Insulis Fortunatis *Pluk. Phyt.* T. 280.

P. 1326. Ad Cap. de Leontopetalo.

4. Leontopetalon siliquosum *Creticum Munting. Herbar. Belgic.*

5. Leontopetalon capitatum *Americanum Ejusd. ibid.*

P. 1327. Ad Cap. de Sesamo.

6. Hujus Plantæ descriptionem pleniorem videsis *H. M.* P. 9. F. 54. Altitudo 4 vel 5 pedum. Caulis ramos pauciores emittit. *Flores* quinquepartiti, candidi, inodori. *Siliquæ* in 4 capsulas seminales divisæ: quódque.

7. *Schit-elu H. M.* Speciem à Sesamo vulgari distinctam esse arguit. Semina per siccitatem coloris ex rubro-spadiceo fusci sunt.

8. Car-Elu *H. M.* P. 9. T. 55. Sesamum *Indicum* folio amplo serrato, flore majore, semine nigricante *Commelin.* notis. An Ses. alterum foliis trifidis *Orientale*, semine obscuro *Pluk. Almag. Bot* ?

Præcedente paulò altiùs exurgit: *Caules* etiam nonnihil crassiores sunt. *Folia, Flores, Semina* majora; color magis fuscus, sapor subamarus.

9. Sesamum *Orientale* trifidum, flore niveo *Horti Comptoniani Pluk. Almag. Bot.*

10. Sesamum *Americanum* flo. luteo magno *Munting. Herbar. Belgic.*

11. Sesamum *Persicum* trifoliatum fætidum *Ejusd. ibid.*

P. 1328. Ad Cap. De Balsamina fœmina.

Balsamina floris colore variat. Hinc in *Cat. H. L. Bat. Herman.*

12. Balsamina fœmina flore candido. item

13. Balsamina fœmina flore partim candido, partim rubro.

Adde,

14. Balsamina flore majore speciosо *Tournef. Institut.* Balsamina fœmina foliis amplioribus, flore majore amœnè purpurascente *Schol. Bot. Moris.*

15. Balsamina flore majore candido *Tournef. Institut.*

16. Balsamina fœmina, angustis & eleganter crenatis foliis, flore albo minore *Pluk. Almag. Bot.* Bals. *Indica* flore albo *Breyn. Prod.* 2.

Hujus varietates esse videntur

17. Balsamina *Indica* flore ex albo & suave purpurascente colore elegantissimo variegato *Breyn. Prod.* 2. 105.

18. Balsa-

18. Balſamina *Indica* flore rubente pleno *Ejuſd. ibid.*

Hæc à D. *Hermanno* deſcribitur in *Parad. Bat.* titulo

19. Balſamina erecta ſeu fœmina, Perſicæ anguſto folio, Zeylanica, *Dijakudalu* Zeyl. *Herman. Parad. Bat.*

Hæc nomen accepit à *Dija* aqua, & *Kudalu* hirudine, quaſi diceretur Hirudinaria aquatica. Primùm enim locis irriguis & paludoſis naſci amat, deinde hirudines vel plantæ hujus foliis inſidere ſolent, vel ſeminalium capſularum formam quadantenus referre videntur. Facie ſimillima eſt Balſaminæ fœminæ *C. B.* aſt *folia* ſunt anguſtiora & longiora. *Flores* minores, elegantiſſimo colore rubello nitentes, conceptacula minora & glabra. Seminibus ſtrato prægnanti inſitis facilè quidem adoleſcit, ſed noſtro climate hactenus ad frugem non pervenit. Mox enim Autumni initio poſtquam unum alterumve florem concepit, nullo ſubſequente fructu exaruit.

Hue referendæ ſunt tres ſpecies Balſaminæ fœminæ *Indicæ Breyn. Prod.* 1. nempe flore albo; 2. folio purpureo foliofiore; & 3. flore purpureo, fructu hirudinis facie: nam Zeylanicæ noſtræ varietates, neutiquam ſpecies diverſæ ſunt. Hæc planta

Balſamina *Indica* anguſtifolia, flore minore rubello elegantiſſimo D. *Tourneſ. in Inſtitut. Bot.* dicitur.

P. 1328. Ad Cap. De Perſicaria ſiliquoſa *Noli me tangere* dicta.

20. Hæc etiam floris colore variat, Hinc Balſamina ſive Noli me tangere, flore pallido *C. B. pin.* 307. *Tourneſ. Inſtitut. rei herb.*

21. Balſamina ſeu Noli me tangere, flore purpuraſcente *Ejuſd. ibid.*

22. Perſicaria ſiliquoſa *Americana Hort. Oxon.*

Hujus *folia* quàm vulgaris ampliora ſunt, flores autem duplo minores. Per multos annos in Horto Academico *Oxonienſi* culta fuit, D *Sherard.*

23. Perſicaria lutea ſeu Noli me tangere dicta, major *Virginiana*, floribus ſaturatè luteis, rubentibus maculis intus notatis *Pluk. Almag.*

24. Onapu *H. M.* P. 9. T. 44. Balſamina fœmina, Noli me tangere, dicta, *Malabarica*, flore tetrapetalo, nigerrimo & nitente.

H. M.

Planta eſt bipedalis, in udis naſcens. *Radix* cauli haud abſimilis eſt, aquea, fibras albas ad geniculos emittens. *Cauliculi* teretes, geniculati, primùm viridi-clari, dein rubicundo-pulchri, tranſparentibus venulis albicantibus interſtincti, intus fungoſi. *Folia* in geniculis bina & bina, ſe mutuo decuſſant, oblongo-anguſta, in margine denticulis acutis rubeſcentibus inciſa, denſa, rigida, lenia; exteriùs viridi-diluta. *Coſtula* in recta parte, ubi fuſca ſunt, nonnihil eminet. *Flores*, qui duo vel tres, vel etiam plures petiolis rubicundis languidis oriuntur, galeati, roſaceo-ſaturi, tetrapetali, quorum unum ſurrectum eſt, à poſtica parte capituli petioli emicans, parvum & rotundiolum, in parte exteriore coloris rubri & nitentis, ac coſta viridi in medio obductum; duo oblongo-rotunda & uniformia galeam integentia, quâ cum capitulo petioli ex tranſverſo anguſtis unguiculis adſtricta ſunt, ſingula unguiculum emittentia; quartum conſtituit galea, eſtque illa oblonga, roſtrata, membranacea, tranſparens, venulis intensè rubris, exteriùs ſuo colore tranſparentibus, tranſverſim ſtriata, à parte poſteriori ungulam ſeu calcar emittens. In capitulo petioli *fructus* reſidet, cucullo una cum flore deciduo obtectus, ſupernè rubens, in medio albicante farinaceo rore conſperſus, 5 ſubtilibus rubris membranulis petiolo adſtrictus, oblongo-rotundus, anguſtus, primùm viridi-obſcurus, dein viridi-clarus, nonnihil tranſparens, 5 ſtriis in 5 oblongos cancellos diſtinctas, quibus ex levi attactu ſeu compreſſione relaxatis, impetu in 5 ſeſe intorquent annulos, ac ſemina ſua excutiunt; explicántque ſe cuſpides ſuperiorès cancellorum in latum ad inferiores illorum partes quæ petiolo annexæ ſunt; qui annuli ità rigeſcunt, ut eorum cuſpides nonnihil frangendo à partibus inferioribus divelli poſſint. In fructibus præterea *ſtylus* ſeſe erigit rectus & albicans, cui *ſemina* adhærent, parva, rotundiola, primò albicantia, poſt nigerrima & nitentia.

25. Valli-Onapu *H. M.* P. 9. T. 48. Balſamina fœmina impatiens, major, latifolia, flore hexapetalo ſeminibus piloſis.

H. M.

Radix eadem cum præcedente. *Caules* qui in ventoſiores nodos extuberant, viridi-clari ſunt, non nitentes, in geniculis obſcurè rubeſcentes, minùs rotundi, in partibus ſuperioribus quadrangulares, intus filamentis magis lignoſis pertexti, atque adeò duriores. *Folia* ad nodos petiolis interiùs planis bina, & paſſim novellis cauliculis comitata proveniunt, oblongo-rotunda, majora, oris anteriùs in cuſpidem anguſtum contractis, in margine multùm inciſa,

in recta solùm parte pilis raris & surrectis obsita, minùs solida. *Flores* supra ex origine foliorum oriuntur, duo pluréve, vel etiam solitarii, in summitate caulium, pariter galeati, coloris non ità saturi, pro tempore magis minúsve albicantes, maximè exteriori parte, hexapetali, unum è postica parte capituli situm, latius est & interiùs cochleato-cavum, exteriùs venâ viridi obductum, versùs alia quatuor inflexum, quæ rotunda, parùm oblonga, galeam obtegentia, ac cum illo transverso capitulo petioli adstricta. Sextum galeam constituit, quæ albicans est, & minùs oblonga, cum suo calcari albicante versùs rostrum crispatum inflexo. *Gemmæ* rotundæ & nonnihil cuspidatæ. *Fructus* eodem modo cucullo obteguntur, sed ille rubescit, & superiùs flavescit, similes sed angustiores quàm primæ speciei. *Semina* rotunda sunt, nonnihil plana, primùm candida pilis vestita.

26. Tsjeria-Onapu *H. M.* P. 9. T. 49. Balsamina fœmina impatiens *Malabarica*, floribus minoribus tetrapetalis, siliquis longioribus & strictioribus.

H. M.

Radix huic eadem quæ præcedenti: *Caules* magis rubescunt. *Folia* inter priores species media, pilis minutissimis, maximè in venularum tractibus obsita, passim duabus gemmulis viridi dilutis obducta, fusciora. *Flores* ad *Onapu* accedunt, sed pallidiores sunt, 4petali; galea albicat, calcar viride est. Capitulum petioli supernè flavum. *Fructus* pari modo ad tactum dissiliunt, oblongiores autem & angustiores sunt, è quibus *semina* per membranam interiorem hinc indè valdè protuberant.

27. Man-Onapu *H. M.* P. 9. T. 49. Balsamina fœmina minor, flore dipetalo.

H. M.

Est & *Onapu* minor, in omnibus conveniens præterquam quod caules magis rufescant; *folia* majora & viridi-fuscIora sint; *Flores* in duobus foliis purpureo seu rubro-cœrulescentes; *Fructus* virides & venis viridi-fuscioribus striati, majores & oblongiores.

28. Belutta-Onapu *H. M.* P. 9. T. 50. Balsamina fœmina *Indica*, flore tripetalo, fructu parvo, brevi.

H. M.

Nascitur in petrosis. *Radix* albicantibus ac tenuibus constat fibris. *Caules* tenues, teretes, aquei, transparentes, albicantes, nitentes, geniculati, ramosi. *Folia* ad genicula singula bina, oblongo-angusta, in cuspidem desinentia, ad pediculum stricta, in oris minutis, raris crenulis incisa, pilis maximè in venarum tractu obsita. *Costa* viridi-fusca est ac nitens, etiam in recta parte nonnihil eminens. *Flores* petiolis oblongiusculis, tenuibus, albicantibus, incurvis, terni vel etiam quaterni simul insident, foliorum è sinubus erumpentibus, candidi, difformes, tripetali; duo, versùs quæ capitulum petioli inflexum, latiora sunt, unguiculis strictis, ac ibi punctulo rubro notata; tertium interiùs cochleato-cavum, exteriùs pilosum ac subviridescens; ad ejus exortum sacculus retiformis, subviridis, calcar viridi-albicans, incurvum demittens, à petiolo versùs duo *folia* transversa incurvatum, anteriori parte folia ad mutuum contactum suffulciens. *Gemmæ* virides, in cuspidem strictæ, ad latera complanatæ: petioli capitulum virides umbilico flavo in vertice dotatum. *Fructus* qui petiolis viridi-albicantibus demissis appendent, capitula sunt oblonga, viridia, venis subtilibus in longum striata, ut in priore specie.

29. Tilo-Onapu seu Notengha *H. M.* P. 9. T. 52. Balsamina fœmina *Indica*, flore tetrapetalo, rosaceo colore, fructu piloso, brevi, striato.

H. M.

Planta hæc duùm triúmve pedum nascitur in arenosis. *Caules* viridi-diluti, aquei. *Folia* oblongo-angusta, cuspidata, in oris arctè crenata, tenuia, fusca, in recta parte pilis obsessa, amara. *Flores* plures simul supra exortum foliorum conspiciuntur, tetrapetali, uno surrecto, obtusè cuspidato, interiora versùs nonnihil clauso, ex albo subrubescente; duobus rotundiolis, unguiculis strictis, rosaceo-saturis, inferiùs rubescentibus, transversim supra quartum expansis, quod galeatum, ex adverso petali surrecti situm, albicans, ac dilutissimi ruboris calcar emittit viride, à petiolo crispatum. *Capitulum* in medio emicat, rosaceo apice obtectum germen *fructus*, qui ex attactu se cum impetu laxat & semina excutit, ut illi *Tilo*, à quibus tamen differunt, quòd densis sunt albicantibúsque pilis obsiti.

P. 1333. Ad Cap. De Ananas.

1. Ananas sylv. non spinosa *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.*

Folia longè angustiora sunt quàm Ananas vulgaris, magis excavata canalis instar, suprà pallidè viridia, infrà prorsus incana, nullis per marginem spinis armata, sed glabra. Fructus minores sunt quàm vulgaris. Apud D. *de Flines* fructum protulit. D. *Sherard.*

2. Ananas sylvestris *Brasiliana*, *Kerbita* vulgo, *P. B. P. Pluk. Almagest. Botan.* T. 258. An Caraguata-acanga *Marcgr. fol.* 88.

Folia hujus in orbem collecta sunt, & inferiùs expansa; quæ in medio sunt rectà assurgunt, utraque arcuata, deorsum inflexa, rigida, digitum lata, crassa, pedem longa [quæ longissima] nonnihil sinuata ad margines, hamulis in flavo pallescentibus, quorum nonnulli sursum, alii

alii deorſum vergunt, armata. Ananas vulgaris habet ſpinas ad margines foliorum omnes ſurſum tendentes. D. *Sherard.*

3. Ananas *Americana* ſylveſtris altera minor, noſtratibus *Barbados* & *Jamaicæ* inſularum colonis *Pinguin* dicta *Pluk. Almag. Botan.* T. 258. F. 4.

Has duas plantas non tantùm congeneres eſſe ſed unam & eandem exiſtimat D. *Sloane*, cui & nos conſentimus. Qui diverſas putant, differentiam oſtendant.

P. 1336. Ad Caput De Polygala.

4. Polygala major floribus luteis D. *Sherard*, qui in variis *Italiæ* locis eam invenit: Cauliculos ab eadem radice emittit numeroſiſſimos, ſemipedales aut dodrantales, *foliis* veſtitos Hyſſopi ſimilibus, anguſtioribus, *florum* luteorum ſpicas in ſummitatibus geſtantes.

5. Polygala fruteſcens *Luſitanica*, magno flore, foliis minimis *Tournefort. Elem. Bot.*

6. Polygala rubra *Virginiana*, ſpicâ parvâ compactâ *Baniſteri Pluk. Almag. Bot.*

7. Polygala *Marilandica*, foliis tenuiſſimis, ſpicâ parvâ compactâ in ſummo caule floſculis carneis.

Cauliculus prætenuis, ſemipedalis, *foliis* veſtitus rariùs ſitis, capillaceæ ferè tenuitatis, vix ſemunciâ longioribus.
In *Marilandia* collectam in *Angliam* intulerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

8. Polygala quadrifolia minima *Marilandica*, ſpicis florum parvis albentibus.

Valde ramoſa eſt hæc plantula, ad caulium nodos quatuor vel quinque emittens foliola anguſta oblonga. In ſummis caulibus & ramulis ſpicas profert graciles, oblongas, è floſculis albentibus compoſitas.
Non differt fortaſſe à Polygala quadrifolia minore *Virginiana*, ſpicâ parva rubente *Baniſt. Cat. Virgin.*

9. Pol. ſpicata rubra major, foliis & caulibus cœruleſcentibus *Baniſt. Pluk. Almag. Bot.*

10. Pol. quadrifolia ſeu cruciata, floribus ex viridi rubentibus, in globum compactis *Baniſt. Ejuſd. ibid.*

11. Pol. quadrifolia minor *Virginiana*, ſpica parva rubente *Baniſteri Ejuſd. ibid.*

12. Pol. montana minima Myrtifolia *Tournef. Elem. Bot.* Polygalæ affinis C. B. Chamæmyrſine quorundam *Lugd.*

13. Pol. affinis *Africana* glabra, galeâ binis criſtis fimbriatis ornatâ, ex involucro magno dipetalo erumpente *Pluk. Phyt.* T. 53. F. 2.

14. Polygala ſeu Flos Ambarvalis, floribus luteis, in caput oblongum congeſtis *Baniſt. Cat. Pluk. Almag. Bot.*

Folia huic Polygalæ vulgaris non diſſimilia, in caule crebra, nullo ordine poſita. *Florum* ſpica in ſummo caule pro plantulæ modo magna, è floſculis luteis denſe ſtipatis compoſita. E *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

15. Polygala annua erecta anguſtifolia, floribus coloris obſoleti carneis luteis virgatis *Bot. Monſp.*

D. *Sherardus* plantam in monte *Madonna* propè *Romam* collegit quam huic eandem eſſe ſuſpicatur, *foliis* anguſtis, in longos & acutos mucrones productis, *floribus* in ſummis caulibus & ramulis in longiſſimas ſpicas excurrentibus, tenuiſſimis & breviſſimis petiolis, nullis ad eorum exortum appoſitis foliolis, deorſum plerunque reflexis.

16. Polygala *Africana* fruteſcens, foliis anguſtiſſimis brevibus, floribus lætè purpureis D. *Sherard* Folia Ericæ cujuſdam folia eſſe videntur. Flores in ſummis caulibus & ramulis coacervati colore & ſitu Ericarios mentiuntur.

17. Polygala *Africana*, Thymi foliis acuminatis, floribus carneis D. *Sherard.* Cauliculos numeroſiſſimos ex eadem radice emittit, prociduos foliis crebris veſtitos, è quorum alis exeunt pediculi prætenues, ſemunciales, ſinguli ſingulos floſculos ſuſtinentes, minimos.

18. Polygala

18. Polygala *Afric.* Lini foliis, flore magno *Oldenlandii Tournef.* Inſtitut. r. h. 175.

19. Polygala arborea myrtifolia *Cap. Bæ Spei,* floribus albis, intus purpureis Commelin. Hort. Amſt. rar. Africana fruteſcens latifolia & major *Herman. P. B. P.*

D. *Commelin.*

Radix ei lignea, parte interiori lutea. *Caudex* tripedalis, pollicem craſſus, cortice griſeo amictus, diverſis brachiatur ramis, obſequioſis, *foliis* veſtitis maxima ex parte alternatim diſpoſitis, Myrti latifoliæ *Belgicæ* paribus, paulò tamen minoribus & mollioribus, viriditate dilutiore præditis, margine non crenatis, ſapore ſubamaro. *Flores* tripetali, extus albicantes, intus purpuraſcentes: Horum petala lateralia bina ex adverſo ſita, tertium verò, galeam æmulans, ſitum habet ſuperiorem [hoc barbulam parte anteriore & exteriore exſerens, complicatur ſecundùm ejus longitudinem; in qua complicatura occultantur *ſtylus* & *ſtamina*, quæ numero ſunt 7, 8ve, albicantia, *apicibus* luteo-croceis inſtructa, inter quæ ſtylus emergit pallidè luteus. Calix trifoliatus herbaceus.] Semina non vidit autor.

Locis aridis & montoſis luxuriat, ad Promontorium *Bæ Spei.*

20. Polygala fruteſcens anguſtifolia, ramoſa, floribus in ſummitate pluribus velut umbellatis. *Cap. Bæ Spei.* Ramulus quem deſcribo longitudine erat pedali, foliis veſtitus crebris, Lini anguſtioribus acutis. Flores ſummos ramulos occupant alii ſupra alios è ſinubus foliolorum exeuntes in pediculis tenuibus oblongis, deorſum plerunque nutantes, duobus foliolis ſtriatis triangulis pro calice utrinque obvallati.

21. Polygala foliis lanceolatis brevibus *Boccon. Muſ. Plant. rar.* T. 99.

Semper ferè unicaulis eſt hæc planta & erecta. *Folia* profert brevia, acuta, lanceolata, abſque pediculo adnata. *Flos* herbaceus eſt. Non ultra ſpithamæ altitudinem attollitur.

Invenitur in campeſtribus *Brunduſii,* Regni *Neapolitani* urbis.

22. Polygala *Mariana* ramoſa fl. minimo ſpicato, *Pet. Muſ.* 460.

23. Polygala *Mariana* Galegæ fol. alba denſe ſpicata *Ejuſd.* 461.

24. Polygala *Mariana* ſetis rubris ſpicatis *Ejuſd.* 462.

25. Plantula *Marilandica,* caule non ramoſo, ſpicâ in faſtigio ſingulari, gracili, è floſculis albis compoſitâ, an Polygalæ ſpecies?

Folia in caule ſatis crebra, alternatim abſque pediculis adnata, digitum longa aut majora, figura rhomboide productiore, per margines æqualia. Caulis (ſi modò caulis fuit & non ramulus quem ſiccatum nacti ſumus) ſemipedali, in ſummitate ſpicam geſtans, è floribus albis crebris, quorum in ſicca formam diſcernere non potui, compoſitam.

In *Marilandia* collectam attulit D. *Krieg.*

P. 1341.

1. Ad Piperis rotundi deſcriptionem Cluſianam.

Flores monopetalos eſſe, circa extrema tripartitos: Plantam ipſam *Molago-codi Malabaribus* dici.

2. *Cattu-Molago* H. M. P. 7. T. 13. Piper ſylveſtre, an fœmineum Piſonis?

Planta eſt planè ſylveſtris, nec unquam apud Indigenas pro Pipere venit, inſipida nempe eſt, quamvis quoad formam cum vero Pipere maximè convenit. *Caules* virides ſunt, ſtriati, maximè lignoſi. *Folia* è geniculis caulium oriuntur, ad petiolum ſulcata, oblongo-anguſta, parùm rotundiora, lata, texturâ craſſa, dura; viroris interiùs fuſci, exteriùs clari. Fructus quàm Piperis vulgaris majores.

Succus, ut & *Cattu-Tirpali,* ſimul expreſſus cum butyro ſumptus tuſſi convenit.

3. Cattu-Tirpali ſeu Piper longum, *H. M.* P. 7. T. 14. Piper longum Orientale *C. B.*

A Piperis rotundi planta differt *Caulibus* minùs lignoſis. Foliorum *petiolis* longioribus; Foliis etiam longioribus quam præcedentis, minùs cuſpidatis, obſcuriùs viridibus quàm Piperis rotundi, circa baſin inciſis, textura valde tenui & molli. *Floſculi* monopetali in 5 vel 6 lacinias diviſi, arctiſſimè fructibus inſidentes, qui oblongo-rotundi ſunt, ſpiris obliquis parallelis in ſuperficie ex diverſis partibus ſtriati. In ſpirarum interſectionibus veluti parvis rotundis foliolis ſcutiformibus obducti: inter ſpiras *gemmæ* apparent quibus flores inſederunt, eminentes, & nigricante puncto notatæ, primò ex viridi flavæ, carne intus ex flavo albicante; dein viridi-fuſcæ, carne viridi-fuſca, maturæ & ſiccæ ex cinereo nigricantes.

In

In Fructibus transversim dissectis interstitia videntur in quibus semina oblonga & nigricantia continentur.

Colitur multis in locis, semel quotannis, tempore nimirum pluvioso, floret.

P. 1913.

Ad Historiam *Betle* adde,

Hujus descriptionem & iconem exactam titulo *Beetla-Codi* vide *H. M.* Part. 7. Tab. 15.

P. 1344. adde,

4. Amólago. *H. M.* P. 7. T. 16. Piper longum sylvestre.

Species sylvestris est Piperis longi, *Caulibus* rotundis geniculatis, in exortu internodiorum erumpentibus: Foliis ut *Molago* sed spissioribus, virore saturis, odore Piperis sed minùs vegeto. Loco florum virides habet ligulas, ad longitudinem extensæ manus, bullulis cuspidatis obsitas; duobus albicantibus apicibus, qui postea nigrescunt, instructas, saporis acris & aromatici.

Nascitur in sylvis *Couroer* & alibi. Floret tempore pluvioso.

5. De Pipere longo in genere ex Historia naturali *Jamaicensi* D. Sloane.

Quamvis Piper longum *Officin.* in *India Occidentali*, quoad sciam, non inveniatur, Multæ tamen inibi ejus familiæ plantæ occurrunt. Florem perfectum non habent, aut siquis sit, adeò parvus est, ut à Botanicis nondum fuerit observatus. *Julus* quidem exit, initio parvus, verùm magnitudine paulatim proficiens, donec justas dimensiones assecutus sit, quæ in variis ejus speciebus variæ sunt. In speciebus tamen omnibus ferè Juli longiores & angustiores sunt, quàm in Orientali. Hoc Genus stirpes ad Urticas propiùs accedunt, quàm ad quodvis aliud hujusce tribûs genus; Habent etenim [Urticæ] ligulam seu funiculum cui semina undique adnascuntur, quemadmodum ferè in hujus Julis. Omnes præter herbaceos truncum obtinent concavum, & ad unumquemque nodum folium, cui opponitur ex adverso julus seu fructus, plerunque odoratus, aromaticus & mordax. Folia plurimùm nervosa sunt, quibus notis facilè distinguuntur ab aliis quibuscunque plantis. *Fructus* seu julus funiculus est, cui plurima semina minutissima arctè undique adhærent adeò conferta seu densè stipata ac si unita essent. Piper vulgare rotundum, album & nigrum, in omnibus aliis cum his convenire videtur, acinis tantum majoribus differre. Hujus etiam Generis est *Betle*, quam in Indiis Orientalibus esitant.

Hoc genus Plantæ Saururi D. *Plumier* dicuntur, quia earum fructus Lacertorum caudas nonnihil referunt, earum autem nonnulla ad Arum accedunt.

6. Saururus hederaceus triphyllus *Plumier.*

Truncis arborum adhæresçit hæc planta Hederæ in modum, multos protrudens *caules*, ramosos, tenues, lanuginosos, pluribus nodis pollicari intervallo distantibus interceptos. Ad unumquemque nodum *folia* enascuntur terna, subrotunda, pollicis ungue minora, duobus lateribus convexis, carnosiora quàm Trifolii purpurei, verùm non adeò tenera, Sempervivi majoris instar succulenta, & pilis brevioribus circum oras velut fimbriata: pars prona virore clariore tingitur, & tribus parvis nervis firmatur, verùm supina pars obscuriùs viret, éstque subaspera, ferè ut pellis canis marini. Ad unumquemque insuper nodum multis capillaribus radicibus emissis arborum truncis se affigit. Rami terminantur fructu tereti caudæ Ratti aut Lacertulæ simili, tres circiter pollices longo, lineam unam crasso, colore flavescente, squamarum valde tenuium, & in circulos dispositarum multitudine obtecto. Gustu est fere insipido: Verùm commanducata palatum & linguam mediocriter calefacit.

In insula *Martinique* invenitur.

7. Saururus repens folio orbiculari, Nummulariæ facie *Plumier.* Piper longum minimum scandens herbaceum rotundifol. *Slon. Cat.*

Primo occursu plantam hanc pro Nummularia vulgari quis haberet, eodem enim modo repit, foliáque pariter rotunda, & æquæ propemodum magnitudinis obtinet. Super rupes & truncos arborum dejectarum *cauliculos* suos tenues & longos extendit, multos ramulos alternatim sitos emittentes, qui in omnem partem se diffundunt, multis *foliis* alterno etiam ordine dispositis ornatos, unguis pollicis proximè magnitudine, pediculis valdè curtis & tenuibus adnexis, circumscriptione rotundis, Lentis medietati similibus, supernè enim plana sunt subtus convexa. Caules & ramuli præcedentium modo in *fructum* parvum, teretem, pistilli parvi aut caudæ obtusæ forma terminantur, pollicem circiter longum, lineam unam crassum, parvis maculis reticuli in modum punctatum. Tota planta è viridi albicat, & radiculas aliquot ab unoquoque nodo emittit valdè tenues. Gustu est calidiusculo & sed non ingrato.

Insulæ *Martinique* multis in locis occurrit.

8. Saururus

8. Saururus hederaceus cauliculis maculosis major *Plumier.*

A similitudine fructûs cum cauda Lacertæ hoc genus plantæ denominavit Auctor. Hæc species reptat & se affigit rupibus aut arboribus vicinis. *Radix* præcipua & *caulis* valde inter se similes sunt, crassitie semipollicari, ambo læves, teneriores quàm plantarum præcedentium nodis inæqualiter dispositis intercepti. *Radicis* color albicans, caulis paulò dilutior, maculis purpureis notatus. Nodi inferiores 4 aut 5 radices agunt, valdè longos & tenues, quæ se rupibus aut arboribus insinuant: verùm superiorum unusquisque folium emittit apice deorsum reflexo: pediculus autem folii ejusdem areæ mediæ inseritur, éstque pedem longus, & duas circiter lineas crassus, valdè lævis, æqualis & compactus, maculis multis rubentibus caulis instar notatus. *Folia* dimidium plus pedem longa, 4 pollices lata, lanceæ cuspidis ferè figurâ, quamvis paulùm rotundentur, & versùs pediculum excaventur in formam cordis, consistentiâ valdè densa, tenera, & succulenta, ad modum foliorum *Sempervivi majoris* vulgaris, sapore fatuo, glabra, subtus è viridi albicantia, cum nervo satis elato, qui hinc illinc ramulos 4 aut 5, valdè tenues & incurvos distribuit. Superna facies saturatius viret, lineis aliquot albis secundùm nervos ductis depicta. Unum duósve *fructus* edit Lacertæ caudæ similes, pedem circiter longos, ima parte dimidium fere pollicem crassos, rectos, intus solidos, teneros, succulentos, insipidos, foràs pallidè virentes; duabus lineis spiralibus in contrarium ductis, séque intersecantibus & rhombos parvos efficientibus, quorum unusquisque eminentiam habet parvam, rotundam, ad angulum inferiorem sitam, sulcatos. Fructum maturum non vidit auctor, neque novit an è vagina appareat Ari instar.

In forestis insulæ *Dominici.*

9. Saururus hederaceus cauliculis maculosis minor *Plumier.*

Hanc plantam eodem cum præcedente in loco invenit Auctor. Eâdem est consistentiâ, eodémque sapore, verùm *caules* ejus pennâ scriptoriâ majores non sunt, & plures ad nodos emittit ramos, unde pariter unicum exit folium, & plurimæ fibrosæ radiculæ, duos circiter pollices longæ. *Caules* & *ramuli* vel super terram reptant vel arboribus adhærescunt, sùntque prorsus teretes, glabri, pulchrè virides, & maculis pluribus rotundis rubris notati. *Folia* valde compacta sunt & æqualia, pallidè viridia, præcedentis foliorum formâ sed multò minora, tantillo acutiora, 4 circiter pollices longa, duos lata, pediculo adnexa valde tenui, 3 pollices longo, & caulis instar maculoso. E ramorum intersititio exit pediculus, duos circiter pollices longus, pariter maculosus, duos sustinens fructus, bipollicares fere, lineam unam crassos, teretes, Muris domestici majoris *Ratti* dicti caudam referentes, aut parvæ Lacertulæ, unde nomen ei imposuit Auctor, eodem colore, gustu & consistentia cum præcedentis fructu, eodémque modo lineis spiralibus à sinistra ad dextram ductis insculpta est.

10. Saururus fruteſcens foliis Plantagineis fructu breviori *Plumier.* Piper longum, folio nervoso latiori & tenuiori, atro-viridi *Sloan. Cat. Jamaic.*

Piperi longo, folio nervoso pallidè viridi humiliori per omnia similis est. Folia duntaxat tenuiora, latiora, præcipuè ad basin, glabra, colore viridi obscuriore costis minus apparentibus; aliàs crescendi modo eum exactè refert.

11. Saururus *Marilandicus* folio cordato. An Serpentaria repens, floribus stamineis spicatis, Bryoniæ nigræ folio ampliore pingui, *Virginiensis Pluk? Phyt.* T. 117. F. 3.

Herbacea esse videtur. Folia quodammodo hederacea, aut cordata, à lata basi in acutum mucronem sensim desinentia, circa pediculum nonnihil excavata, per margines æqualia. Bryoniæ nigræ latiora & breviora, pediculis semuncialibus & longioribus inſidentia. Spicæ florum ex adverso foliorum exeunt, graciles, sesquipalmares, è floſculis stamineis innumeris compositæ.

12. Saururus minor procumbens, botryitis, folio crasso cordato *Plumier.*

E *radice* tenui, fibrosa, non altè in terram descendente *caulem* exserit valde brevem, duas trésve lineas crassum, teretem, lævem, tenerum, albicantem, cum tantillo purpuræ, geniculis aliquot interceptum, ramos etiam nodosos emittentem, ejusdem consistentiæ & crassitiei. Ad singulos geniculos unum aut duo plerunque *folia* enascuntur, longitudine plus pollicari, cordi-formia, consistentia valde tenera & spissa, Portulacæ nostratis in modum, glabra, supernè paulò saturatiùs viridia, subtus albicantia, nervo secundùm longitudinem excurrente, aliisque ad latera comitantibus, paululum incurvis donata. Ad omnes propemodum nodos unus aut duo *fructus* cernuntur, duos trésve plus minùs pollices longi, lineam crassi, caudæ muris pariter similes, toti fere obtecti multis granulis rotundis racemi parvi formâ, initio virides, postea in nigrum abeuntes. Repit hæc planta, nec ultra unum duósve pedes extenditur.

In insula *Martinique* copiosè invenitur; & incolis *Herbe à la Coureſſe* dicitur, quia *Coureſſe* Serpens innocuus & venenosis serpentibus infensus, cùm se ab illis demorsum sentit, ad hanc herbam velut antidotum se recipit & sanat.

13. Saururus

13. Saururus arboreſcens, foliis amplis cordatis, non umbilicatis *Plumier.* Aguaxima Braſilianis *Piſonis.* Piper longum racemoſum malvaceum *Slon. Cat. Jamaic. Santa Maria* leaves.

14. Saururus humilis folio carnoſo, ſubrotundo *Plumier.* Piper longum humilius, fructu è ſummitate caulis prodeunte *Slon. Cat. Jamaic.* Mecaxochitl *Hernandez.* p. 144 & 873. Arum moſchatum Ophiogloſſoides ſeu pene nudo *Jamaicenſe Pluk.* T. 77. F. 6. *Vide* Arum.

Radix huic fibris multis tenuibus conſtat, *caules* aliquot protrudens, plerunque repentes, teretes, duas tréſve lineas craſſas, læves, ſaturatiùs virides, nodoſos, & ad unumquemque nodum ramos aliquot, & folium unicum emittentes. *Folia* autem pediculis vel breviſſimis inſident, vel interdum abſque pediculis immediatè adnaſcuntur, initio anguſta, & versùs extremum rotunda, 3 circiter pollices longa, ſeſquipollicem lata, conſiſtentiâ Trifol. purpurei, paulò ſolidiora, glabra, nervo ſecundùm longitudinem diviſa. Ad extremum uniuſcujuſque ramuli, ſæpe etiam è foliorum alis, exit *fructus* pediculo pollicem unum aut duos longo inſidens, caudæ parvæ lacertæ figurâ, 3 aut 4 pollices longus, duas fere lineas craſſus, colore flaveſcente, foraminulis parvis reticuli forma diſpoſitis inſculpta. Guſtu eſt aliquantulum amaro & cum calore conjuncto.

In foreſtis humidis perſæpe oritur ſuper truncos arborum putridos.

15. Saururus humilis folio carnoſo acuminato *Plumier.*

Præcedenti magnitudine & partium diſpoſitione prorſus ſimilis eſt, *fructus* idem; verùm *folia* quæ eadem prope magnitudine & conſiſtentiâ ſunt, figuram cuſpidis lanceæ imitantur, duabus extremitatibus acuminata, cum 5 nervulis ſubtus in longum productis, Plantagineorum in modum. Folia ſapore acri ſunt, fructus etiam pungenti.

Iiſdem cum præcedente in locis naſcitur.

16. Saururus arboreſcens foliis amplis rotundis & umbilicatis, vulgo *Collet de Noſtra-dame.* Plumier.

Eandem cum *Aquaxima* formam habet, nec niſi foliis prorſus rotundis verſus pediculum duntaxat parùm excavatis, differt. Coſtæ ſeu nervi plures nonnihil incurvi velut à centro ad circumferentiam ducuntur, interſtitiis nervulis tenuibus undantibus, & circularibus velut venoſis. *Radix* longitudinem minimùm pedalem, craſſitudinem digitalem obtinet, foràs nigra, intus alba, ſucculenta, radiculis aliquot minoribus & longioribus capillata. *Caulis* rectus eſt, pollicem craſſus, 3 aut 4 pedes altus, teres, Arundinis inſtar nodoſus, lævis, foràs viridis, carne alba, firmâ intus repletus. *Folia* versùs ſummum ſeu extremum caulem ſita ſunt, bipedalia plus minus pro bonitate ſoli in quo creſcit; horum pediculi valdè longi inferiùs ad medium uſque velut vaginâ caulem amplectuntur, ſuperiùs teretes, in medium ferè folium inſeruntur. E vagina dicta ramus parvus exit, ſeſquipollicaris circiter, 2, 3ve lineas craſſus, 4 aut 5 *fructus* ſuſtinens caudæ lacertæ figurâ, 3 aut 4 pollices longos, lineas 3 craſſos, extremo obtuſo, granulis multis ſquamatim diſpoſitis obtectos, ſapore ſubacri, maſticando ſalivam elicientibus.

Secundùm rivos & in foreſtis humidis inſulæ *Dominici* oritur.

17. Saururus botryitis arboreſcens, foliis Plantagineis *Plumier. Nhandi & Jaborandi* Piſonis. Piper longum arboreum altius, folio nervoſo minore, ſpica graciliore & breviore *Slon. Cat. Jamaic.* Piper caudatum ſeu Nhambu *Marcgrav.* cujus deſcriptionem dedimus Hiſt. Plant. p. 1343.

18. Saururus arboreſcens fructu adunco *Plumier.* Piper longum folio nervoſo pallidè viridi humilius *Slon. Cat. Jamaic.* Plantula peregrina *Cluſ. exot.* l. 4. c. 11. Piper longum anguſtiſſimum ex *Florida C. B.* p. 412. Piper ex *Florida J. B.* t. 2. l. 15. p. 187. Arbuſcula *Braſilienſis* Piperis facie, julifera *Hiſt. noſt. App.* p. 1914. Betys vel Betre *Piſonis.* Deſcriptionem vide loco citato.

Facie externa, totâque ſtructurâ Nucem noſtratem valdè refert. Decem plerunque aut duodecim virgas è radice ſurrigit, rectas, longas, brachium ferè craſſas, admodum nodoſas, ligno candido, cortice cinereo, multis parvis verrucis per totum inæquali. Virgæ prædictæ ſupra mediam partem alternatim ramos emittunt in altum tendentes, & hi etiam alios minores, geniculis pollicem circiter à ſe invicem remotis interceptos, cum folio ad unumquemque, Laurino ſatis ſimili. *Folia* autem ſubaſpera ſunt, ſubtus pallidè virentia, nervo ſatis elato, & ramis indè egredientibus valde curvis & albicantibus, firmata, cum plurimis venulis tranſverſis; ſupernè paulò ſaturatiùs viridia. Ex adverſo uniuſcujuſque folii exoritur *fructus*, forcipatus, colore pallido, caudæ Lacerti ſimillimus, ſex aut ſeptem pollices longus, ima parte tres lineas craſſus, ad alterum latus incurvatus ſeu aduncus, & granis exiguis velut in annulos conſtipatis obſitus. Tota planta guſtum habet acrem, non tamen injucundum.

Ad rivos quoſdam in inſula *Dominici* copiosè oritur.

19. Piper longum arboreum foliis latiſſimis maximis, non multùm nervoſis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Cum hujus Generis proximè præcedentibus ſpeciebus, id eſt, Pipere longo, folio nervoſo, &c. exactè convenit, trunco, geniculis, &c. altior duntaxat eſt & major. Folia etiam valde differunt, ut quæ multò ampliora ſunt, pediculis ½ unciæ longis innixa, 8 uncias longa, 4 lata prope principium ſeu baſin, ubi ſubrotunda, extremitate acuminata, glabra, obſcurè viridia, paucis venis præcedentium reſpectu ſtriata. Spica inſuper ſeu Julus proportione plantæ neque longus, neque craſſus eſt.

In ſylvis non procul à *Rio nuevo* ad Septentrionale Inſulæ *Jamaicæ* latus invenitur.

20. Piper *Americanum* foliis ampliſſimis, Julis brevibus ex *Sirinama.*

Fortè eadem eſt planta cum præcedente. *Folia* tamen in ſicco noſtro ſpecimine breviora aliquanto & anguſtiora ſunt. Julus etiam pro ratione plantæ brevis eſt. D. *Sherard* contulit.

21. Piper *Americanum*, ſeu mavis Saururus, folio longiſſimo lato, Julis prælongis, anguſtis, recurvis, ex *Sirinama.*

Folia quàm præcedentis longiora ſunt, 6 ſci. aut 7 unciarum, media parte æquè lata, à qua ad apicem paulatim anguſtantur; circa margines nonnihil dentata. Siccam à D. *Sherard* obtinuimus.

22. Saururus repens lanceolatus, ad nodos villoſus *Plumier.*

Plures emittit *caules* longitudine indeterminatâ, craſſitudine minimi digiti dimidiâ, foris caneſcentes, ſubſtantiâ valde fibroſâ intus repletos, frequentibus nodis, pilis circumcirca ciliorum in modum diſpoſitis ornatis, interceptos; in terra reptantes, eique ſe affigentes plurimis radicibus albicantibus vermicularibus, prælongis & craſſiuſculis velut fili majoris *ficelle* dicti. Quatuor circiter aut quinque *folia* prope uniuſcujuſque caulis extremum obtinet, haſtæ cuſpidis figurâ, dimidium circiter pedem longa, duos pollices lata, ſubſtantiâ ſatis firma, & ſpiſſa velut chartæ Pergamenæ craſſioris, politi lævoris, lucida, ſupernè ſaturatiùs viridia, ſubtus multò dilutiora, punctis ſanguineis bene multis ſtrigâ, nervo medium ſecundum longitudinem percurrente, & ramos obiter huc illuc ſpargente, valde tenues, parallelos, obliquos in aliam coſtam terminatos, undatam, prope marginem folii per totam longitudinem decurrentem, pediculo 4 aut 5 pollices longo inſidentia, ad utrumque extremum intumeſcente. Ex uniuſcujuſque ſinu exit *fructus*, ſemipedali circiter longitudine, ima parte tres plus minùs lineas craſſus, caudæ Lacertæ in modum teres, per totum inciſus limarum ad inſtar quas *Ratti caudas* vocant. Initio viridis eſt, & è quodam involucro parvo exit ad modum Ari fructuum, poſtea flaveſcit, guſtu fatuo, qui nihilominus linguam tantillum excalfacit, aliquanto poſtquàm quis illam maſticaverit: pediculo tres quatuorve pollices longo ſuſtinetur.

In inſula *Dominici* juxta rivulum, prope locum *Portus pacis* incolis *le Mouſtique* dictum.

23. Saururis ſubjungi poteſt Planta ſpicata *Marilandica* foliis anguſtis longis velut Perſicariæ parvæ, in imo caule paucis ſpicâ prælongâ è floſculis merè ſtamineis compoſita.

Flores præparvi ſunt, innumeri ferè, albicantes, pediculis tenuibus brevibus nixi, è quatuor ſtaminulis apiculis albis capitatis compoſiti.

P. 1204.

1. Ad Cap. de Cardamomo, ſeu Elettari.

Adde ex *Hiſt. Malab.* P. 11. T. 4, 5, 6. Declivia montium, valles, umbroſa ac cœnoſa amat loca, 12 circiter pedes alta. *Radix* craſſa oblonga, tortuoſa, geniculata, albicans, è lateribus numeroſas fibras obiter emittens, & inſtar Zingiberis repens. *Caules* teretes, glabri, virentes, diametro fermè pollicari, non ramoſi, Arundinaceâ texturâ, albicante vapidâque medullâ. *Folia* 4 circiter ſpithamas longa, lata, viridia, parallelis exilibúſque venis ſtriata, odore ac ſapore forti, ſubacri, aromatico. *Flores* uni racemo vel radicali ſurculo plures, (plerunque tres 4ve) ejuſdem oblongis foliis velut capſulis impliciti. Tegmine hoc aperto tetrapetalos viſui ſeſe offert *flos*, quorum tria magnitudine conveniunt, oblongo-anguſta, viridi-albicantia, membranoſa; quartum (quod prioribus ex adverſo jacet) tenui ſtylo lingulâque donatur, paulò latius, ac minùs oblongum eſt, interiùs ſitum ac viride. Lingulæ deſcriptionem hic vide. Flore præterito calyx in fructum intumeſcit, qui ubi adoleverit in orbem diſtenditur, convolutis floris foliis etiamnum comatus. *Fructus* radicalibus fructipromíſque racemis appendent, qui uvis & forma & ſapore haud perperam aſſimilantur, orbiculati enim ſunt & gratè ſubacidi, viridi, craſſiuſculo, carnoſo, aqueóque cortice obducti, ſtriis admodum tenuibus juxta longitudinem pertexti, in 3 diſtinctos dividuntur loculos, ita ut quodlibet interſepimentum in ſui medio membranacea fibrilla etiamnum, ſed levi ingreſſu biſecetur, ſicque ſeminum conceptacula efficiunt, adeò ut ſex ordinibus combinata,

binata, triangularia, preſſis planiſque lateribus fructûs copiosè inſideant grana aromatica, quæ medio ſtylo trigono mediante membranaceo ſepto affiguntur, cuſpidibus ſuis adhæreſcunt.

N. B. Ex radicum geniculis ſub terra plurimæ prodeunt gemmæ cuſpidatæ, virideſcentes, quæ in ſurculos ſeſquiſpithamam longos excreſcunt, ſúntque illi ſuccincti, geniculati, in articulis foliaceis vel membranaceis gaudentes tegumentis, quæ ſicca ex albo rufeſcunt, & è commiſſuris laterales ſimplicéſque pedunculos eructant, qui ſub folioſis capſiformibúſque tegumentis (quibus arctè veſtiuntur) florum fructuúmque germina recludunt.

Tres hujus *Elettari* ſeu *Cardamomi* ſpecies ſunt. 1. Jam deſcripta quæ planè rotundos ac albicantes profert fructus, cujus natale ſolum ſupra *Cochin* & *Calecut* in locis montanis, pretióque ob præſtantiores vires reliquis prævalet.

2. Secunda ſpecies oblongior eſt & vilior.

3. Tertia viliſſima & planè acuminata.

4. Cardamomum *Zeylanicum* fructu rotundo nigro in caulium ſummitate, *Alughas Zeylanenſibus P. B. P.*

5. Tsjana-Kua *H. M.* P. 11. T. 8. Coſtus *Arabicus Dioſcoridis Matthioli* Hiſt. noſt. p. 1347. è C. B. deſcriptus. Zingiberis effigie Coſtus *Arabicus & Syriacus* Adverſariorum *Pluk. Almag. Bot.*

H. M.

Omne ſolum amat, præcipuè umbroſum. *Radix* alba in multos tuberes diviſa & prorepens, fungoſa, aquea, fibris plurimis pertexta: *Cortex* demi non poteſt, vetuſtior facta & fracta multæ fibrillæ exinde in longum extrahuntur telæ aranearum inſtar. Sapor aqueus eſt & dulcis Cucumeris, leniter Zingiber ſpirat. Surculi diverſis in locis è radicibus progerminant, tres quatuórve pedes alti, digitúmque craſſi evadentes, rotundi, ſanguineo-rubri, glabri, nitentes, arundinacei, geniculati, ſimplices, ſine ramis, ſapore & odore radicis. *Folia* duas ſpithamas longa, anguſta, anteriùs acuminata, in medio lata, pede ſeu baſi ſurculum obvolvente & obtegente: nervi tranſverſi è coſta media exeuntes marginem folii petunt, & multoties introrſum ſunt convoluta, mollia, nitentia, viridia. E cacumine ſurculorum capitulum ſeu tuberculum exoritur inſtar Mali *Punici* pyriforme, ex multis corallo-rubris gemmulis conflatum, quæ ſingulæ lata baſi medio ſtylo annectuntur. E gemmis prodeunt *flores*, trifariam diviſi, tetrapetali, ephemeri, candidi, campaniformes, in vertice aliquantùm aperti, 4tum petalorum maximum eſt & reflexum, in cujus cavitate 5tum reperitur, admodum reflexum & in 4tum recumbens; è regione lingula reperitur, in pede floris radicata, apice flavo, de cætero alba. Ipſi flores admodum aquei ſunt & in ſole liquefiunt, è calice ſuavem admodum ſpirantes odorem, non autem ex ipſa ſubſtantia, quæ odoris & ſaporis expers eſt. *Calix* è tribus rigidis & lignoſis conſtat foliis, roſaceo-rubris, intus cœruleis, quæ ſiccata fuſca evadunt: trigono & rotundiolo inſiſtunt globulo ſeminali, interſepimentis in tres partes diviſo, ubi *ſemina* ſeriatim & ſecundum ſe invicem diſpoſita membrana media annectuntur, triangularia ut *Cardamomi*, primò cœrulea, dein fuſca, quando capſulæ ſeminales etiam trifariam aperiuntur. Contuſa Zingibe rſpirant, ſaporis admodum exigui.

6. Kua *H. M.* P. 11. T. 7. eſt Zedoaria longa *C. B.* & ut conjectatur D. *Plukenet*, Zedoaria Geiduar dicta *Ejuſd.* Zerumbeth ſeu Zurumbeth *Avicennæ* & *Serapionis Dod.* 444. Zingiber latifolium ſylveſtre, Zerumbet *Garciæ* ab *Hort.* cujus deſcriptionem ex Horti *Lugd. Bat.* Catalogo D. *Hermanni* deſcriptam Hiſtoriæ noſtræ Appendici inſeruimus.

P. 1314.

7. Zingiberis *Inſchi* vel *Inſchi-Kua* dicti deſcriptionem è *Hort. Malab.* adde,

Surculi multis in locis è radice progerminant, digitum craſſi, arundinacei, geniculati, intus virides, corculo humido inſtructi, glabri, nitentes, non ramoſi, duos trésve pedes alti, ubique pede calyciformi foliorum ità obvoluti, ut caulis in totum ab illis obtegatur. *Folia* ſpithamam longa, duos digitos lata, in acutum ſenſim deſinentia, in averſa parte coſta eminente inſtructa, fuſco-viridia, glabra, nitentia, fortiſſimi & gratiſſimi odoris, ſaporis dulcamari, minùs tamen quàm Radix linguam vellicantia. *Flores* ut illi *Tsjana-Kua* in vertice ſurculi (floriferi) proveniunt, ſed in illo differunt, quòd ex tubere florifero, non ex gemmulis, ſed ex cochleato-cavis exeunt foliolis. Foliola hæc ſimul atque ab aere afficiuntur, illic loci primò ſunt viridia, dein corallo-rubra, aſt ubi ſeipſa obtegunt flaveſcentia, quæ tandem etiam rubeſcunt, ſquamatim optima ſerie diſpoſita glabra, nitentia. *Flores* intra cochleata tuberis proveniunt folia, medio ſtylo affixa, cui etiam flores annectuntur, monopetali, difformes, quadripartiti, viridi-flavi, in principio albâ membranulâ incluſi. Unum petalorum longiſſimum eſt, & erectum, cavum, introrſum inflexum, duo reliqua anguſta ſunt & minora, extrorſum reflexa, quartum brevius eſt, & latius, biſectum, cum margine rubro, flavis punctis aſperſum. In medio ex pede calycis tenue album prodit filamentum, cujus lingula oblonga, flava. Odor admodum exiguus. Ultra diem aut biduum non ſuperſunt. *Semina* ſequuntur flores, tenui alba interſtincta membranula incluſa, ubi inordinata ſerie minutiſſimis fibrillis ſtylo annexa ſunt, & cochleato-cava foliola tuberis elevant,

oblonga, depresso-rotunda, ab una parte parum convexa, in longitudine parallelis striis exarata, extus nigra, nitentia, intus alba, oleosa, pingui medulla. Odor & sapor ut foliorum.

8. Katou-Inschi-Kua *H. M.* P. 11. T. 13. Zingiber sylvestre mas *Pison. Mantiss. Arom.*

In totum cum præcedente convenit planta, sed nec odor, nec sapor tam fortis & aromaticus; omnes etiam partes multò minores sunt. *Folia* illis *Manja-Kua* perquam similia sunt. Vires cum præcedente eædem pæne sunt, sed non tanti valoris ac præstantiæ. Nec semine seritur, neque colitur, sed sponte provenit.

9. Mala-Inschi-Kua *H. M.* P. 11. T. 14.

Altitudine alias omnes [Zingiberis species] excellit. *Radix* Zingiberis æmula, ejúsque aliquo modo odorem & saporem spirans, sed duplo crassior, aquea, vapida. *Surculi*, ortus, *folia* ut Zingiberis sylvestris, sed hæc multò longiora & latiora, sapore & odore radicis. Caulis *florum*, quæ medulla est plantæ, ad cubiti altitudinem sese erigit è vertice foliorum, rotundus, & undequaque multitudine florum obtectus, brevibus petiolis, brevibúsque ramulis quaterni vel quini cauli affixi, qui glaber, viridis ac nitens, grati & jucundi odoris. *Fructus* ex pede florum proveniunt, oblongo-rotundi, formam referentes seminum arboris *Cavalam*, sed paulò longiores, primò virentes & glabri, dein rubri & nitentes, cortice crasso membranaceo, uvarum instar, intus densa carne vel medulla, quæ ruffa est, intra quam concluduntur *semina* duo vel tria numero, alba, tenui membrana inclusa, oblongo-rotunda, ab una parte rotunda, dura, nigra, nitentia, intus alba, oleosa & unguentosa. Nucleus Amygdalam refert, sapore amaro, Zingiberis odore. *Sylvestris* est, & non excolitur.

Vires. Succus è radice expressus extus & intus Podagricis datur; cocta radix dolorem capitis aufert: in vino macerata omnes artuum cruciatus è frigore ortos tollit: in pulverem redacta cum succo Rhaphani permixta & epota calculos diminuit, arenulas è renibus detergit, mulierum colicam sistit, menstrua provocat: Succus cum vino coctus lochia promovet, sanguinem purgat & efficacissimè secundinas expurgat.

10. Zingiber sylvestre minus, fructu è caulium summitate exeunte *Sloan. Cat. Jamaic.* An Coapatlis Asphodelina *Hernandez*? An Paco-caatingæ 2da species *Marcgrav*? **Wild-Ginger.**

D. *Sloane.*

Planta isthæc, Zerumbet *Garciæ* simillima, ad 4 circiter pedum altitudinem excrevit; *caule* tereti, à radice ad fastigium usque *foliis* cincto, 4 plus minùs digitos longis, duos latis, figuræ ferè ovalis, gramineis, tenuibus, costis multis à pediculo ad apicem per omnes eorum partes decurrentibus, Cannæ Indicæ ad instar. *Flores* summos caules terminant plurimi; in spicam 3 uncias longam satis arctè coacti, pallidè purpurei, quorum unusquisque unico membranaceo folio, supernè convexo, subtus concavo, constat, cui inest fructûs rudimentum, pediculo semunciali sustentatum, globulus nempe rotundus in apice foliolorum membranaceorum longorum aridorum fasciculo seu cristâ velut coronatus. Globulus iste post aliquod tempus in oblongam ovalem purpuream baccam intumescit. *Radix* è plurimis albis, teretibus, bipollicaribus, crassis filamentis seu fibris, Zingiberis odore, undique sparsis, componitur.

In sylvis umbrosis lateris Septentrionalis montis *Diablo* dicti collegit D. *Sloane.* Reperitur etiam in sylvis mediterraneis Insulæ *Jamaicæ*, necnon via qua 16 **Miles Walk** itur.

11. Paco-seroca *Brasilien sibus Marcgrav.* & *Pison.* D. *Sloane* Zingiber sylvestre majus, fructu in pediculo singulari dicitur.

D. *Sloane.*

A præcedente non alia in re differt, quàm quòd *caulis* ad 8 aut 9 pedum altitudinem assurgat, *foliis* multò majoribus; quódque flores & fructum non in summo caule sed in surculo seu cauliculo singulari è radice exsurgente Ari nostratis in modum, tripedali circiter altitudine proferat. Surculus autem hic articulatus est, unoquoque internodio arida purpurascente membrana, ab inferiore articulo exorta obtecto.

Cum præcedente.

12. Cardamomum minus Pseudo-asphodeli foliis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Folia hujus à pediculis uncialibus inchoata, 4 uncias longa sunt, unam plus lata, media sci. latissima parte, unde versùs utrumque extremum paulatim coarctantur, in punctum desinentia, circa margines æqualia, tenuia, & aliorum hujus Generis similia. *Caulis*, hoc genus foliis nudus, minoribus aliquot, nullis intervenientibus pediculis immediatè adnatis, eum amplexantibus, hic illic donatur: singulis autem floribus singula subsunt folia, ut in Orchidibus. *Spica* florum ipsa grandis, 3 circiter digitos longa, floribus densè stipatis coagmentata, quorum pars ima in oblongum trigonum capitulum intumescit, in varias cellulas divisum, in quibus semina numerosa minuta lanuginosa latitant.

Caulis hujus plantæ quàm descripsi non ultra 7 digitos longus erat, verùm an perfectus seu integer fuerit non bene memini.

In loco *Guanaboa* dicto reperitur.

P. 1330. Ad vires Vainillias adde,

13. Hujus Tinctura, Spiritus aut Extractum ad Melancholiam & Phrenesin singulare & specificum remedium habetur; quo multi sanati sunt post methodos usitatas incassum tentatas.

P. 1338. Ad Cap. De Gensing seu Ninzin adde.

1. Descriptio virium radicis Ninzi seu Gin-Sem, D. *Paulo Boccone* à D. *Jacobo Breynio* communicata. *Bocc. Mus. plant. rar.* p. 175.

Sanguinem aquosum & tenuem mundificat ac restituit in debitam consistentiam. Palpitationibus cordis & furiosis animi affectibus medetur: corrigit quæcunque aliorum medicamentorum vitia & defectus: exhilarat spiritus, cor & animum, vitam prolongat & conservat magis quàm ulla alia medicina. Cerebrum & memoriam confortat, caligines oculorum discutit, mala ex nimia Venere orta sanat, sanguinem adauget, corporis lassitudines spontaneas adimit, Melancholiam corrigit, appetitum excitat, sudores promovet, vertigines & obtenebrationes visûs tollit. Prodest Syncopticis, Lipothymicis, Paralyticis, Apoplecticis, Convulsis, Epilepticis, stupori & contractioni nervorum, &c. Stomachicis item & Hepaticis. Retorridam corporis siccitatem repellit, stomachum cibis repletum exinanit, Vomitum compescit, phlegmaticos morbos sanat; febres domat, ut & stranguriam: sputum sanguinis sistit, ut & dejectiones alvi cruentas; parturientes roborat tum in ipso partu, tum post partum. Conservat porro principalia elementa hominem regentia. Postremò pro summo æstimatur remedio ad curandos & præservandos omnis generis morbos. Sumitur bis aut ter in die dosi gr. xii. ad xv.

Legatus *Hollandiæ* in *Japoniam Charon* hanc descriptionem ex ipsa Japonia attulit. Notand. A D. *Dekkers* hæc omnia non memorantur.

Celeberrimus Vir D. *Petrus Hotton* Medicinæ & Botanices Professor in Academia *Lugduno-Batava, Apium nutante umbella* seu *Daucum* 3. *Dioscor.* 2. *Plin. Col. Ecphras.* p. 1. pag. 106. vel genuinam esse *Ginseng* vel ad eam proximè accedere opinatur. De qua literis ad D. N. N. datis sic infit. Ad hanc plantam referenda videtur *Ginseng* aut *Nisi Japonensium*, ut ejus quædam species censeri possit. Cujus quidem rei non contemnenda habeo indicia. Nam & ostensa mihi ico ipsius *Ginseng* in Herbario quodam *Japonensi*, quamvis minùs affabrè expressa, Daucum hunc nostrum exactè referebat; & ex seminibus *Ginseng* ex ipsa *Japonia* allatis succrevit olim D. *Hermanno* Dauco huic tam similis planta, ut ovum ovo non videretur magis simile. Verùm plantæ ex seminibus *Japonensibus* enatæ, radix minùs crassa, nec simplex, nec admodum aromatica; At *Nisi Japonensium*, ut & Dauci nostri radix Pastinacæ est effigie, utraque aromatica, hæc tamen longè acrior quàm illa. Sed quid in his possit cœli solique varietas satis vides: Et hoc notissimum, non semper simplicem, sed tam sæpe bifidam esse radicem *Ginseng*, ut ei nomen exinde factum asserant. Prætèrea alba erat *Japonensis* plantæ radix, qualis quoque & ipsius Dauci, de quo hic agitur Radix; cùm subrufa sit radix *Ginseng*. At ex *Martinii Atlante* disco flavescere siccatam, unde confici posse videtur, albescere recentem. Denique *Japonensis* planta & Daucus biennes ferè sunt, veræ *Ginseng* autem tam restibilis Radix ut eâ propagetur. Sed quis non videt & hoc cœli solique diversitati adscribi posse. Neque tamen contendam Daucum hunc nostrum genuinum esse *Ginseng*, sed hoc volo, videri ad eum quàm proximè accedere. Quam & mentem fuisse puto, siquidem rectè meminerim, D^o. *Hermanno*, consummatissimo illi Botanico. Jam & ex figuris *Ginseng* quæ exhibentur in *Misc. curios. Dec.* 2. *an.* 5. una non abludit à *Dauco* nostro, neque ipsius *Pisonis* ico, quam in *Mantissa* sua *aromatica* p. 194. proponit, tantopere ab eo abludit ut eò referri nequeat.

P. 1339. Ad Cap. de Drakena radice seu Contrayerva *Officinarum*.

1. De Contrayerva seu Dosò D. *Georgii Camelli* S. J. Observationes.

Contrayerva, quam *Indi Luzonis Dosò* aut *Dusù* vocant, in Samar & Leyte *Gosol*, Sinis *Samlay*, & in Jucatan *Scabatchau* id est, Reginam plantarum: Locis provenire assuevit hæc Bezoartica planta opacis & humectis, ut in roscidis montanis *Silanensibus*. Foliis ternis, quaternis, propemodum circularibus, attamen in mucronem obtusum vergentibus, nervulis admodum exiguis exaratis, de reliquo Plantaginis latifoliæ vix non similibus, non tamen ideò speciebus Plantaginis annumeranda, ut vult *Chabræus* in sua ad *Sciagraphiam stirpium* appendice, bellè virentibus, crassiusculis seu carnosis & succulentis, lævibus & parte prona albicantibus, modicâve lanugine obsitis, & sæpe tantillum in circumferentiali margine, qui striâ purpurea limitatus, crispatis, cùm primùm è radice protruduntur fistulosè contortis, mox in planum expansis, humóque affixis, sed nullis, (ut vult *Monardes*) ramis per solum diffusis, cùm non sit ramifera planta. *Florem* fert pusillum & argenteum, septenis ex foliolis compositum, quorum unum majus cæteris, in medio stria aurea radio purpureo circundata lætè refulget, unciali de reliquo pedunculo, & duabus byssinis alabastris, totidémque subviridibus foliaceis fasciis incumbit. *Radices* sibi ipsis ac- & succrescentes, variæ variis innectuntur fibrillis ex quibus creberrimi & pallentes propendent globuli. Ipsæ radices desoris coloris sunt ex helvo rufescentis, intus candidi, levibus interciſæ squamulis, odoris nullius manifesti, nisi contritæ: Permansæ verò aromatici & vehementis cum modica acrimonia conjuncti sunt saporis. Siccatæ corrugantur, duræ que ac solidæ fiunt.

Propter

Propter majuſculas radicum *Doſo* imagines non deerit qui cum *Georgio Ongaretti* Pharmacopœo Goano objiciat, *Contrayervam* in Europæ Officinis proſtantem eſſe radiculas oblongas inquàliter nodoſas & ſubruffas. Cui reſpondeo, quòd *Doſo* ut & reliquarum plantarum imagines ferè omnes ex plantis vivis & recentibus deſumpſerim, eáſque plerunque omnes ſtirpium ipſarum magnitudinem ad vivum exprimere. Secundò, non video quid obſtet quo minùs *Contrayerva* quæ in *Jucatan* extenuata & puſilla radice eruitur, (unde ferè omnis in *Europam* defertur) in *Luzonis* humidioribus major vitioſiórque exiſtat. Adde, quòd ex 10 libris recentium vix unica colligatur ſiccarum. Præterea ſi alicujus herbæ variæ plantæ uno in horto multoties, imo indies ob Orientis aut Occidentis Solis aſpectum & aliis de cauſis variè & ab invicem ſæpius multùm differre videntur, Quis *Contrayervam* regionis Occidentalis ab Orientali, aut ſylveſtrem à domeſtica ac hortenſi nonnihilum degenerari poſſe negabit? Sed & ipſam hanc varietatem *Manilæ* in planta *Contrayerva* ſeu *Doſò* conſpexi. Sponte ſiquidem ſolo ſterili & eminentiori loco enatas erui quadruplo minores hortenſibus, quas depingo. Has *Champetzanis* monſtravi, & pro *Contrayerva* agnoverunt, cùm tamen antea hortenſem *Doſò Contrayervam* eſſe affirmare renuiſſent, colorem nihilominus magis rufum expetebant, verùm cùm earum colorem *Jucatan* ruffæ humo adſcriberem acquieverunt. Sic ejuſdem *Doſò* folia longiora & magis mucronata, inter ſaxa enata, cùm tamen ordinariè ſint quaſi rotunda habui. Cæterùm Doſò, Drakenam, & radicem Stæ Helenæ unam eandémque eſſe plantam, qui earum deſcriptiones diligentiùs inter ſe contulerit deprehendet. Quam bene autem G. *Ongaretti Doſò* pro *Zedoaria*, negans eam eſſe *Contrayervam*, habuerit, infra ex deſcriptione & delineatione *Zedoariæ* patebit.

Doſo efficax eſt *Contrayerva*, id eſt Alexipharmacon: quicquid enim venenis adverſari compertum eſt *Contrayervam*, & alii *contra* barbarè vocant, ad venena viperarum & ſerpentum morſus, centipedæ & alia nociva deprædicatur: addito Acoro & Zingibere amuleti loco in peſte & contagio deſervit. In Epilepſia, Paralyſi, ſpaſmo & aliis nervorum affectibus aut contracturis ſucco radicis recentis ſub cinere coctæ membra patientia fricantur ac foventur; mox decoctum ejuſdem propinatur ad ſudorem promovendum. Eodem ſucco in partu difficili, menſium obſtructione, urinæ difficultate & nephritica dolore; volæ manuum, renum & pubis regio utiliter illinitur, in tremore & dolore conjuncturarum Scorbuticis partes affectæ. Ventriculi quoque imbecillitati & ventris opem fert cruciatibus.

In morbillis & febribus mira præſtat.

Theſaurus *Næ. Hiſpaniæ* à *Franciſco Hernandez* congeſtus, à *Nardo Antonio Recchio* digeſtus, & denique à *Fabio Columna* illuſtratus L. 2. c. 8. p. 33. pingit *Cyperum Americanum*, cujus radices *Stæ. Helenæ radices* à quibuſdam vocari aſſerit; quod falſum eſt; ſiquidem nullibi *Monardem* Radices *Stæ. Helenæ Cyperi* radices ſcripſiſſe legitur. Selectiſſimus Scholiaſtes *Cluſius* ad Cyperi genus referri poſſe cenſet, ſed non adnumerat; nec adnumeranda eſt Cyperis, cum planta ſit diſtinctiſſima, ut ſupra adnotavi. *Contrayervam* copiosè ſcribit creſcere in *Perſia* quam Capra depaſcit, unde lapidem Bezoarticum *Perſicum* cæteris præfert.

Contrayerva, ut inſinuavi, vulgus omne antidotum & alexipharmacum vocare ſolet: hinc in *Luzone* multoties auditur, præſtantiſſimum eſſe *Contrayerva* Nucem vomicum *Igaſur*, Amomum verum *Tugus*; Cardamomum, neſcio num verum *Amungen*; Radicem Nucis Unguentariæ *Malungay*; Radicem Fagaræ minoris *Cayatano*; Lignum Colubrinum *Manangal*, *Naglaſſon*, *Macabubuhay*, *Salibutbut*, *Tambaliſay*, *Pilipoo*, *Saloquiqui*; *Pangaquaſon*, *Maraymos*, *Mananangtang*, *Magſoloro*, *& alia*. vid. hujus *Iconem* in *Gazoph. Nat. & Artis* Tab. 19. Fig. 7.

P. 1340. Ad Hiſtoriam Zedoariæ.

1. Malankua *H. M.* P. 11. T. 9. Colchicum *Zeylanicum* flore Violæ, odore & colore Ephemeri *Herman. P. B. Pr.* Zedoaria radice rotunda *Offic.* ex ſententia D. *Breynii. H. M.*

Elato, pingui & limoſo gaudet ſolo. *Radix* bulboſa eſt, extus cinericea, coriaceâ membranâ obducta, intus alba, denſa, aquea, undequaque multis fibris obſeſſa, capillata, digitum craſſa, cui quamplurimi oblongo-rotundi bulbi, bini, & bini, trina ſupra ſe annectuntur ſerie, glabri, hinc inde minutiſſimis pilis inſtructi, denſi, perinde ac bulbocaſtana, intus pingues & mucilaginoſi, Zingiberis odorem & ſaporem ſpirant, linguam minùs vellicantes. E ſummitate radicis calix oritur albus & membranaceus inſtar Croci, cui *flores* includuntur 4 vel 5, è fundo calicis longis petiolis prodeuntes, tripetali vel etiam hexapetali, quorum tria digitum longa, culmum lata, reliqua petala ſive ipſum florem obtegunt, flore jam aperto ſupinè recumbentia: duo ex reliquis longa ſunt & anguſta, in acutum deſinentia; tertium illis ex adverſo eſt, bifariam diviſum, ità ut ipſe flos tetrapetalos videatur, mixti coloris eſt ex cœruleo, albo, rubro, purpureo, flavo: duo reliqua maxima parte alba ſunt, ità tamen ut dicti colores etiamnum ſed obſcuri videantur. Ex eodem calicis fundo ſimplex progreditur filamentum purpureum, quod cornea & flava eminet linguâ. Gratiſſimi hi flores ſunt odoris, Violas & Lilia longè ſuperantis, ante folia è terra erumpentes, quibus deciduis calix intumeſcit, capſulas ſeminales efficiens. *Folia* cum illis Kua in totum conveniunt, excepto quòd caules & ſurculi non ità ſeſe erigant, nec cubiti altitudinem excedant. Sapor & Odor Zingiberis. Semel quotannis floret hæc planta tempore pluvioſo: Diu ſuperſtes eſt, in proprio nempe ſolo, quia bulbi de novo progerminant.

2. Zedoaria *Zeylanica* Camphoram redolens *Muſ. Zeylan. Hort. Leyd.* 636. Harankaha *Zeylanenſibus* dicta *Pluk. Almag. Bot.*

Hujus

Hujus folia parte averſa ex purpura obſcurè rubent: Pediculi foliorum carincati ſunt, obſcurè rubentes & ſubhirſuti, prodeuntes immediatè ex radice non caule.

P. 1339. Ad Cap. De Zedoaria.

3. Ex *Indiis Orientalibus* allata eſt radix. *Riſagone* & *Caſſamuniar* dicta, quam Zedoariæ ſpeciem *Geidwar* dictam eſſe conjectatur D. *Dale;* cujus vires & uſus in Apoplexia, Paralyſi, vertigine, nutibus convulſivis, affectibus hyſtericis, torminibus inteſtinorum, præ aliis hactenus cognitis medicamentis commendat & celebrat *Jo. Peachy* M. D. iteratis experimentis à ſe factis comprobatas. Singulare inſuper & fere unicum correctorium eſſe perhibet famoſi illius Febrifugi, *Pulvis Patrum* & *cortex Peruvianus* dicti, quod eum tutum, innocuum & ſalutare medicamentum reddit.

Verùm Nomina iſta *Riſagone* & *Caſſamuniar* fictitia ſunt ad plantam celandam excogitata: verum nomen quo in *India* innoteſcit eſt *Bengale*. Vid. *Gazophyl. Nat. & Art.* Tab. 20. Fig. 2. & Tab. 27. F. 1.

4. Manja-Kua *H. M.* P. 11. T. 10. Curcuma radice rotunda *Offic.* ex ſententia D. *Commelini.* Zinziberis facie radix intus flava rotunda *Pluk. Almag Bot.*

Radix bulboſa eſt, pollicem & quod ſupereſt craſſa, extus glabra, nitens, tenuiſſima membrana velut obvelata, intus flava, denſa, carnoſa, tranſverſim diſſecta variis auranceis, rubris, flavis circulis notata, ſine ullis, quantum animadverti poſſit venulis vel nervulis, non admodum longa, exteriùs multis radicibus capillaribus inſtructa, fortiſſimi ſaporis & odoris, Crocum & Zingiber æmulantis. *Folia* cum illis *Kua* quàm maximè conveniunt, ſed reſpectu longitudinis paulò latiora, grati odoris, ſaporis ſubamari. *Flores* illic loci proveniunt, ubi folia ſe aperiunt 6, 7ve ſimul, ſine longis petiolis, monopetali, difformes, quadrifariam diviſi, albi, circa pedem aliquantulum rubri, odoris expertes, ſaporis amari, teneri & aquei, intra biduum, vel triduum pereuntes. *Semina* è pede calycis proveniunt, ut illa *Tsjana-Kua*, ſed non tam magna ſunt, nec capſulæ ita trigonæ, ſed planæ, intra membranulam juxta ſe ſita, rariſſimè ad maturitatem pervenientia.

Semel quotannis hæc planta flores profert & fructus, menſe nempe *Aprili* & *Maio;* diu ſuperſtes eſt, ſemper enim novi ſurculi è radice progerminant.

5. Manjella-Kua *H. M.* P. 11. T. 11. Hæc vera eſt & ipſiſſima Curcuma ſeu Terra merita *Offic.* id atteſtante D. *Commelino*, qui eam aliquot annos in Horto Medico *Amſtelodamenſi* excoluerat. Zinziberis facie Radix longa, intus flava, Malaicè *Cunhet*, *Linſchot.* Part. 3. *Ind. Orient.* cap. 14. *Pluk. Almag. Bot.*

Bontius figuram Cannæ *Indicæ* pro hac ponit. D. *Hermanni* etiam delineatio (inquit) deficit, cum Auctoris noſtri minimè conveniens, præſertim in progreſſu floris, qui multò meliùs ab Autore noſtro eſt obſervatus; quo circa *Floris* deſcriptionem huc tranſcribam, ut & foliorum.

Folia ut *Kuæ* ſeu Cardamomi folia proveniunt, ſed eorum pedes poſtquam à ſtipite receſſerunt longiores ſunt: Coſtulæ ſeu nervi, qui ex medio folio utrinque tranſverſim ad anteriora excurrunt, propriùs junctæ & ſubtiliores ſunt. Folium ipſum majus eſt & dilutius. Flores in vertice junctorum oriuntur foliorum, forma ut illa *Manja-Kua*, etiam ſemina, ità ut inter hanc plantam & *Manja-Kua* exiguum intercedat diſcrimen, excepta magnitudine & præſtantiori virtute, odore & ſapore.

Radix hæc, Indis apud quos in magno uſu eſt *Borri Borri* vocatur.

P. 1344. Ad Cap. De Tribulo terreſtri.

1. Tribulus terreſtris *Americanus*, Argemones flavo flore *Pluk. Phytogr.* Tab. 67. Fig. 4. Trib. ter. major *Curaſſavicus P. B. P.* Trib. terr. *Americanus*, Chamæciſti flore, fructu ſpinoſo maximo *Breyn. Prod.* 2. An ter. major, flore max. odorato *Slon. Cat. Jamic? Hort. Amſt.*

Radice alitur nonnihil lignoſa, è qua *Caules* ramoſi, pauca hirſutie præditi, ac in terram niſi adminiculis ſuſtineantur procumbentes, prodeunt. Hi *foliis* ornantur bicompoſitis, dilutè vireſcentibus, extremo mucronatis, Ciceris aut Tribuli terreſtris vulgaris ſimilibus, aſt majoribus. *Flores* pentapetali, lutei, Chamæciſti æmuli, quorum umbilicum *ſtamina* occupant varia, 10 brevia capitula lutea geſtantia. Floruit in Horto noſtro menſibus *Julio* & *Auguſto*, quibus ſuccedebant *ſemina*, vulgaris Tribuli terreſtris ſimilia, majora tamen, quæ rarò ad perfectam maturitatem perducuntur.

Ex obſervatione D. *Ruyſch* caules culmum craſſi ſunt, geniculati, teretes, quibus adhærent in utroque latere folia pinnata diverſæ longitudinis, horum unum 7, 8ve paribus componitur foliolis uni coſtæ adhærentibus, alterum & oppoſitum duobus tantùm. *Flores* in calice 5partito herbaceo oriuntur è foliorum ſinubus, pediculis uncialibus nixi.

Semina 4 aut 5 in globulum ſpinoſum congeſta, quæ per maturitatem facilè à ſe invicem abſcedunt.

2. Tri-

2. Tribulus terreſtris major, flore maximo odorato *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* recta, altè deſcendente plurimi emergunt *Caules*, ſeſquipedales, à radicis capite tanquam à centro quaquaverſum diffuſi, teretes, craſſi, ſucculenti, fragiles, ramoſi, ramulis *foliis* pinnatis inſtructis; pinnarum in eodem folio tria plerunque paria ſunt, extremo majori, coloris obſcurè viridis. *Flores* prope ſummos ramos exeunt, perampli, flavi, pentapetali, odorati, quos ſequitur capitulum parvum aculeatum cum longo proceſſu, Geranii fructui nonnihil ſimile, niſi quòd hoc ſpinis validis, non tamen admodum acutis munitum ſit, in parte ſeminis ampliſſima ſeu cauli proxima.

Locis aridioribus, ſaxoſis, glareoſis & ſterilioribus Inſulæ *Jamaicæ* frequenter reperitur.

Viret. Emplaſtrum ex hac herba & ſebo conficitur adverſus herpetem morbum hujus loci endemium utile.

3. Tribulus terreſtris incanus *Indicus*, lanuginoſus, paucioribus in foliis pinnulis, fructu pediculo longiori inſidente.

4. Urticæ folio anomala, flore pentapetalo purpureo, fructu pentacocco muricato *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E *radice* rubente, profunda, oblonga *Cauliculi* emergunt plures, teretes, virides, lenti, ſex uncias longi, ſecundùm quos exeunt *folia* bene multa, parva, ovata, ad margines profundè inciſa, glabra, pediculis tenuibus hærentia. Ex angulis quos cum *caule* efficiunt egrediuntur *flores* parvi, pentapetali, purpuraſcentes, pediculo prætenui rubenti inſidentes, *ſtylo* intus grandi, qui brevi rubeſcit & augetur, poſtea aſper evadit, & pentacoccus ſeu in 5 capſulas diviſus, ſingulas ſingula ſemina nigricantia continentes, omnes ſimul pendulas ſeu terram versùs reclinatas.

Inter gramina in prato **Town-Savanna** dicto prope urbem *S. Jago de la Vega* oritur.

P. 1346. Cap. 8. Ad Plantam *Dentariæ affinis, Echii flore, capſulâ Anagallidis* dictam adde Synon. ſequent.

Dentariæ affinis Polymorphe, Hydrophyllon Morino dicta *Plukenet Almag. Bot.* Hydrophyllon *Tournef. Elem. Bot.*

P. 1348. Ad finem Anomalarum adde,

6. Adhatoda Zeylanenſium *Muſ. Zeylan.* Hoc eſt, Medicina fœtum mortuum expellens, Græcis Ecbolium *Hort. Leyd. Herman. App.* Dictamno fortè affinis *Indica* arboreſcens, Lauri *Americanæ* foliis, ſeu Ecbolium *Zeylanicum* foliis laurinis *Breyn. Prod.* 2. 41. *Wanæpala Malabarorum Pluk.* An Bem-Curini *H. M.* P. 2. T. 33. Hujus iconem videſis apud D. *Plukenet, Phytogr* T. 173. F. 1. item apud D. *Rivinum.* Adha. *Zeylan.* foliis Laurinis maximis. Arra-Dudda *Malab.* D. *Petiver.*

8. Ecbolii *Indici* ſeu Adhatodæ cucullatis floribus æmula Hyſſopifolia planta ex Inſulis Fortunatis *Pluk. Phyt.* T. 280. F. 1.

9. Anonymos *Americana* foliis Parietariæ ſcabris, floribus albis ad foliorum exortum vix conſpicuis *Pluk. Phyt.* T. 136. F. 4. Bicapſularis eſt planta, unico ſemine in capſula. D. *Sherard.*

1. Kanneli-Itti-Canni *H. M.* P. 10. T. 5. Paraſitica *Indica* ſeu Viſcus arbori *Kanneli* ſe affigens, ac uniens, flore è tubo oblongo in quatuor folia expanſo, bacca oblongo-rotunda obſcure rubente. Baccifera *Madraſpatana* Viſci arborei foliis latioribus *Muſ. Petiver* 38.

Kanneli, alio nomine *Kasjan*, arbor eſt naſcens in petroſis, in qua reperitur herba repens, Kanneli-Itti-Canni dicta, cujus rami cinerei, lignum album. *Folia* pedunculis parvis geminata proveniunt, oblongo-rotunda, ſpiſſa, craſſa ac ſolida, ſuperficie plana ac glabra: *Coſtula* utrinque nonnihil eminet. *Flores* gemmæ ſunt oblongæ, tetrapetali, collo oblongo, craſſo, in totum ex ſanguineo pulchrè rubeſcentes. In orificio *ſtamina* viſuntur 4, rubra & tenuia, *apice* albicante ſurrecto dotata, unguiculis foliorum inſerta: inferiùs ſe offert planum, viride capitulum, è cujus vertice *ſtylus* albicans, ſupernè rubeſcens ac nodulo dotatus ſe prodit. *Calix* rotundus, viridiuſculus, collum florum arctè excipiens. *Fructus* rotundi & parum oblongi, anteriùs ſtrictiores, umbilico plano in vertice, primùm virides, deinde maturi fuſce-rubeſcentes, lacte albicante, viſcido, unctuoſo turgentes. N.B. Quòd hæc planta cum ſuis ramis ſuper ramos arboris *Kasjam* repens, ei arctè adhæreat ac ſe uniat, ità ut in ſe invicem veluti liqueſcant, adeò ut in una eadémque arbore duo genera florum & fructuum conſpiciantur. Ipſa arboris folia oblongo-anguſto ſunt cuſpide, texturâ craſsâ & ſolidâ. *Fructus* racemati, rotundi & flaveſcentes, umbilico profundo in vertice inſtructi; *ſemen* in ſe continent rotundum, grandiuſculum, cujus nucleus viridis. Ex foliis balneum paratur, pe-

dum

dum tumores, quos incantamenti viribus attribuit Gentis hujus credulitas diſſipans. *Cortex* cum *Oryzæ* aqua in linimentum adaptatus idem præſtat.

2. Valli-Itti-Canni *H. M.* P. 9. T. 3. Paraſitica *Indica*, floribus oblongis, in medio dehiſcentibus, tandémque in 5 foliola anguſta ſe aperientibus.

Planta eſt naſcens in arboribus, altitudine duûm plus minus cubitorum. *Radix*, quæ arbori ſe affigit, inſtar rotundi eſt nodi, *cortice* craſſo, rufo-fuſco, ſcabro, interiùs albicante & lignoſo, ſaporis adſtringentis. *Stipites*, qui ex radice plures exſurgunt, cortice fuſco ſunt cum ſuis ramis, novelli viridi. *Folia* breviſſimis ſeu nullis petiolis paſſim bina nodis inſident, vel etiam ſolitaria extra nodos, oblonga ſunt, ima parte, & oris rotundis, ac ibi albicante nervo circundata, in cuſpidem anteriùs contracta, texturâ craſſa denſa & ſolida. *Coſta* media valdè craſſa eſt, & utrinque eminet, ſubtus rubri ac nitentis coloris. *Flores* hinc indè in ſurculis proveniunt, 9 aut 10 ſimul, ordine bini & bini, collo oblongo-rotundo, nonnihil inflexo, versùs calicem ſtrictiori, coloris roſaceo-ſaturi, & capitulo oblongo-rotundo, viridi, ad collum ſtrictiori conſtantes, ad capitulum uſque virideſcentes, ac velut viridi collari circundati, 5 venis in longum ſtriati, quibus laxatis ac fiſſis in 5 foliola caput collíque pars ſe aperiunt, quibus apertis 5 ſe produnt rubra *ſtaminula*, cum ſuis longis & albicantibus ſeu flaviuſculis *apicibus*, & cum iis *ſtylus* tenuis, ruber, ſupernè nodulatus. *Fructus*, qui communi petiolo plures appendent, formâ ſunt tereti ac columnari, vertice plano ac magis lato, maturi rubeſcentes, vertice rotundo, ruſſo, lato umbilico inſtructo in medio oculato. Intra corticem craſſum *ſemen* continetur, oblongo-rotundum, grandiuſculum, viride, muco viſcoſo cum cortice inferiori fructûs oblitum ac obductum.

Cortex fructuum cum lotura Oryzæ tritus oedematoſos extenuat pedes.

Flores in hac planta eodem ferè modo ſe aperiunt quo Rapunculi corniculati flores.

3. Belutta-Itti-Canni *H. M.* P. 10. T. 4. Paraſitica *Indica*, foliis minoribus & anguſtioribus, floribus pariter ſe aperientibus.

Naſcitur & hæc in arboribus, à præcedente foliis & floribus differens. *Folia* enim minora & anguſtiora ſunt, ad petiolum ſtrictiora, ſuperficie magis æquali, coloris viridi-fuſcioris; nervi in averſa parte rari, vix viſibiles. *Flores* hinc indè ſurculorum nodis pedunculis brevibus rubeſcentibus inſident, collo conſtantes viridi, poſt inferiùs rubeſcente, capitulo oblongo, magis ſtricto, in totum tandem albeſcente, quo in 5 filamenta ſeu anguſta foliola fiſſo 5 ſe produnt rubra *ſtaminula*, *apicibus* longis, ſurrectis & viridi-flaviuſculis inſtructa; ac cum iis *Stylus* ruber, tenuis, ſupernè nodulatus. Ad collum interiùs primum ſe findunt *Flores*, & feneſtrati apparent, capitulo & colli ima parte nondum apertis. Ex levi attactu in capitulo cum impetu in folia reſolvuntur ac laxantur, eáque annulatim vehementer exteriora versùs intorquent. *Fructus* ſunt baccæ oblongo-rotundæ, primùm virides, deinde maturi purpureo-rubeſcentes, cuſpide oblongo, purpureo-rubro in vertice inſtructi, ac ibi viſcoſi, *ſemen* in ſe continent oblongo-rotundum albicans, viridi-fuſcum, oblongum oculum anteriùs emittens, viſcido mucore exteriùs oblitum.

4. Planta Paraſitica, arboribus adnaſcens, Coronopi folio, flore pentapetalo D. *Sherard.*

Caulis inter reptandum huc illuc reflectitur, éſtque tenuis, albus. *Folia* emittit ad intervalla ſatis longa, anguſta, duabus ad exortum laciniolis velut auriculis, & paulo ſuperiùs aliis duabus donatis. *Flores* pro plantulæ modo ampli.

5. Maretta-Mala-Maravara *H. M.* P. 12. T. 29. Paraſitica *Indica* repens, foliis craſſis pyriformibus ſemine in ſiliquis ſeu julis longis anguſtis incluſo.

Radices admodum tenues ſunt & ſubtiles brevioribus nigríſque fibrillis, corticibus arborum quibus irrepunt ſe inſinuantes; illæ lignoſæ ſunt, continuò iterum alias protrudentes, viridi-claræ, hirſutæ, vetuſtiores nitentes, fuſco-ruſſæ, membrana, quæ deglubi non poteſt, obtectæ. *Folia* in parvis fuſcíſque petiolis plura numero ex ramulis prodeunt, parva, pyriformia, depreſſa, ab utraque parte glabra, viridia, nitentia, craſſa, carnoſa; juniora hirſuta, intus viridia & humida, ità ut fractis aquarum guttæ per corticem exſudent, formam margaritarum depreſſarum referentes: Saporis aquei, ſalſi acidi. *Fructus* in ramulis quibus folia affiguntur proveniunt; juli autem ſunt oblongo-anguſti, plano-depreſſi, circa ſuperiorem partem plani & glabri, parvâ ſutura in longitudinem ſtriati, viridi-nitentes; circa inferiorem reflexis oris, in ipſa cavitate ſericeis albíſque membranulis inſtructi, quæ poſtea rufeſcit, in pulverem mutatur & ſemen exhibet, ſaporis ſubſalſi, odoris gravis & fungoſi. Semper folia profert & fructus, ſine ullo temporis diſcrimine; ſemel arbori affixa illam nunquam deſerit, cum illa vel vivens, vel moriens.

Succus foliorum cum aqua juniorum nucum *Indiæ* permixtus dentes firmat, intumeſcentiam gingivarum tollit. In morbillis cum fructu adhibetur, citò illos producens. Cum planta *Tandela-Kotti* omnes affectus Venereos ſanat. *Vires.*

6. Valli-Vara-Kody-Maravara *H. M.* P. 12. T. 30. i. e. Hedera arborea venenata. Parasitica *Indica* foliis longis, angustis, julis seu siliquis longissimis teretibus, semine pulverulento.

Radices fusco-ruffæ sunt, rigidæ, ligneæ, saporis subamari. *Rami* cinereo-virides, hinc indè nodosi, cortice tenui, interiori parte albi, densi, lenti, ligno-duriori, qui funis instar flectitur, & ligaturæ inservit. Folia ab utraque parte ramulorum sine ordine videntur, spithamam longa, sine caule, lenia, flexibilia, viridi-clara, in aversa parte fusciora, costa ibidem eminente instructa. Circa pedes foliorum *Fructus* proveniunt hastiformes, manubrio glabro viridi instructi, de cætero rotundi, hirsuti, coriacei, pulvere sive semine ruffo in aversa parte obducti. Diu superstes est hæc planta, semper foliis & fructibus ornata.

Folia cum illis *Avanaco* calce trita in totum antipodagricum medicamentum conficiunt, in formam cataplasmatis redacta & applicata.

7. Maravara Tsjembo *H. M.* P. 12. T. 9. Parasitica anomala, Colocasiæ foliis, floribus parvis pyriformibus, in caulibus aphyllis.

Radix ei alba, rotunda, nodosa, aspera, fibrillis implexis undique obsita, intus carnea, pauciſſimis filamentis pertexta, admodum aquea, qui humor aeri expositus statim incrassescit & coagulatur, linguam ardens, imò vellicans, odoris fortissimi, saporis ingrati ad amarum vergentis. *Folia* plura numero è radice proveniunt, pediculis insidentia longis, glabris, viridibus, nitentibus, rotundis, circa pedem rubris, ibique linea interna quasi bipartitis, intus fungosis, tubulis medulla aquea repletis, qui humor primò limpidus, post crassus, flavus & rubeus evadit; *Bupariti* arboris admodum similia, oblonga, lata, circa caulem viridi-diluta, admodum mollia, supernè glabra, viridi-fusca, nitentia, sapore radicis, odore nullo vel pauciſſimo. *Florum* caules è radice pariter exeunt, circa principium digitum crassi, in acutum desinentes, teretes, subrufi, viridi-fusci, geniculis & nodulis obliquè interstincti, introrsum & extrorsum intorti, admodum aquei, sed non ità ardentes, inodori, in quibus *flores* fasciculatim proveniunt, ordine decussato, calicum similes, pyriformes, albi, sine petiolo cauli adnexi; ubi se aperiunt, 10 vel 12, subtilia, candidissima, rotunda conspiciuntur filamenta, penecilli instar, rosas diceres vel stellulas, odoris expertes, saporis aliquo modo acris. *Semen* à subtiliſſimo pulvere non distinguitur, coloris ruffi. Toto anno foliis & floribus instructa est hæc planta, per multos annos in radice superstes.

Vires. *Radix* cum *Manjella* vel *Curcuma*, & oleo *Nucis Indicæ* in formam unguenti redacta herpetem omnésque inveteratas scabiei species sanat. Succus cum vaccæ urina hausſtus omnis generis venenum expellit, præcipuè autem serpentis *Marapentho*, Belgicè *den Verrotter* dicti, qui aliàs incurabilis. Siquis ab hoc Serpente ictus per antidota supersit, & non statim emoriatur, corpus tamen putredine afficitur, ut quotidie frusta ex illo decidant, & sic miserrima morte pereat æger.

8. Theka-Maravara *H. M.* P. 11. T. 22. Parasitica *Indica* repens è bulbo seu tubere simplici unicum folium producens, flore fructúque carens.

Radix admodum fibrosa est, tenuis, lignosa, dura, rigida, ruffa, ab una parte fasciæ (qua se arboribus affigit) ad aliam velut funiculis reticulatim excurrens: ex hac radicis fascia nodus progreditur, in principio octolateralis, sed major evadens & intumescens, quadratus, cujus latera plana in medio sese aliquantulum quasi costa extollunt, unde in junioribus nodis 8 illa constituuntur latera. Nodus ipse oblongo-angustus est, in acutum desinens, viridis, glaber, nitens, cortice crasso, viridi, densa carne repletus, viscoso humore permixto, qui nodo disrupto filamentis extenditur, telæ aranearum instar, saporis subsalsi: Folium ex unoquoque nodo unicum provenit, oblongum, ovale, vertici nodi insidens, crassum, lene, glabrum, nitens, ut illud *Ponnam-Pou-Maravaræ*, limpido & viscoso humore repletum, in medio rectæ partis futurâ striatum, texturâ densâ, rete referens, saporis subsalsi. Nodus si pro fructu habetur, fruget, sed in fructu nullum reperitur semen, nec floret. Tandiu superstes est planta, quandiu arbor cui insidet supermanet, terræ mandata nequaquam progerminat.

Vires. Planta cocta, & in formam fotûs adhibita, omnis generis catarrhos & gravedines sanat: in pulverem redacta & sale mixta hydatides. Cum foliis *Cassiæ fistulæ* vel *Connæ*, *Zingibere* & *muria* super ignem siccata & torrefacta Herpeti medetur, variolis, scabiei. Pulvis fructûs cum stercore glirium circa inferiorem abdominis partem cum melle & oleo Nucis *Indicæ* illitus urinam brevi tempore promovet. Succus nodi auribus inditus illarum apostemationem juvat, surditatémque accidentalem abigit.

9. Tsjerou-Tecka-Maravara *H. M.* P. 12. T. 23. *i. e.* Theca Maravara minor.

Cum præcedente in omnibus convenit, excepto quòd omnes partes sint minores, fructus rotundiores: *Folia* in acutum non desinant, sed in extremitate excaventur, & in duo dividantur. Sapor, odor, vires, usus idem.

10. Katou-Theka-Maravara, *H. M.* P. 12. T. 25. Parasitica *Indica* bulbifera, foliis angustis, sterilis.

Radix flava est, aquea, intus alba, filamento fortiori nigricante suffulta, fractu difficilis, circumflexa, & in longum se extendens. E radice folia progerminant, ut illa *Wellia Theka-Maravaræ*, excepto quòd multò anguſtiora sunt, tenuiora, flexibiliora, de cætero illis *Wellia-Theka* in omnibus similia. Nodi vel Bulbi nova quidem producunt folia, nunquam verò flores, fructus vel semina.

Rarissimè invenitur hæc planta, nec nisi in maximis & densissimis sylvis. Arbores quibus insidet vetustissimæ sunt. Medici Malabarienses quibus ignota erat & nunquam visa, cum summa admiratione illam viderunt à me exhibitam, à Rege *Calicot*, sive magno *Samoryn* mihi transmissam.

Radices siccatæ, in folliculis repositæ serpentes abigunt, in pulverem redactæ & assumptæ veneno resistunt ex morsu Canis rabidi contracto, vulnera & omnem illorum malignitatem sanant. Bulbi per medium dissecti & assati omnia apostemata resolvunt. Bubulis venenum sunt, furibundi enim evadunt si de illis comedunt. *Vires.*

11. Valli-Modagam *H. M.* P. 7. T. 47. Frutex parasiticus *Indicus*, flore fructúque carens, foliis latioribus, costa media grandi.

Frutici huic *Rami* virides, geniculati, ligno albicante, medullâ ruffâ. *Folia* in geniculis geminata in pediculis crassis, sed brevioribus visuntur, ampla, oblonga, textura admodum crassa, carnosa, coriacea, superficie plana, glabra, viroris in recta parte nitentis, in adversa surdi; Costa media ibidem altè extuberat, in dorsum acutum desinens, tenuiter etiam in recta eminens, ex qua nervi annulares obscuro ductu excurrunt. *Flores* ac *fructus* habet nullos, *saltem Autori nostro observatos.*

Nascitur circa *Parakaro*, *Mangatti*, & alibi, semper virens.

Cortex radicis cum cortice Limonum in pulverem redactus ulceribus quæ Malabaribus *Tsjeu Barapen* vocantur, utiliter inspergitur.

12. Modira-Valli *H. M.* P. 7. T. 46. Frutex Parasiticus *Indicus*, spinosus, flore fructúque carens, foliis longis, cuspidatis, spissis, glabris, per margines æqualibus.

Rami teneriores virides, cortice spadiceo fuscescente, ligno albicante. *Folia* in surculis transversis spinis lignosis muniti, plura in arctis intervallis proveniunt, longa, cuspide anguſto eminentia, texturâ crassa, spissa ac solida, superficie plana ac glabra, viroris in adversa parte nitentis, in aversa dilutioris. Costa media inferna parte eminet, & plures tenuiores transversim emittit. Tota hæc planta ad summam magnitudinem excrescit, arboribus se affigens, illisque se circumvolvens. Nascitur circa *Atingen*, *Cota*, *Recare* & alia loca, arenosa amans & semper virens. Nec *flores*, inquit, nec *fructus* habet. *Ego potiùs nec flores nec fructus ab Autore observatos dixerim.*

13. Wellia-Theka-Maravara. *H. M.* P. 12. T. 24. vel Mau Maravara, quasi Maravara magna.

Parasitica *Indica* radice tuberosa, foliis nervosis, spica longa gracili squamosa, flore carens.

Radices habet plurimas, tenues, lignosas, curvas, nigricantes fasciatim arboribus *Theka* & *Mau* insidentes, odoris & saporis expertes. *Folia* ex radice proveniunt, primò brevia & simplicia, ad cubiti longitudinem tandem excrescentia, in aversa parte convexa, in recta concava, ubi folia glabra, plicas aliquas referunt, quæ penes caulem profundè in puncto folii in nihilum abeunt. *Costæ* 4 vel 5 in aversa parte altùm eminent: at folia concham illam *S. Jacobi* dictam referant. Folium ipsum admodum rigidum est, carne densâ, lentâ, coriaceâ, flexu difficile, viridi-fuscum, glabrum, nitens. Quo major evadit, eo magis in pede incrassatur, imò in nodum evadit, qui priùs trigonus est, indè glaber & rotundus, ex quo, similitudinem fructûs *Thekæ-Maravaræ* referente, nova folia, prioribus nempe deciduis, progerminant, ex unoquoque nodo unicum. Nodi ipsi flavo-virides sunt, carnosi, humore glutinoso, ut & folium, repleti; odor exiguus est, sapor inter salsum & acidum, sed nauseabundus. Ex cavo foliorum caule longa, anguſta, plano-rotunda, viridis excrescit spica, similitudinem referens parvi serpentis, squamarum duplici serie obtecta, cujus cauda longa, nuda, glabra, viridis, ab una parte futurâ striata. Sub foliolis illis squamosis *semina* concluduntur, intra unamquamque squamam unicum, depressum, rotundum, viride, cucullulâ incurvatâ obtectum, cujus cavitati affigitur cuculla ipsa brevi pedunculo cauli. Spicâ ad maturitatem perductâ squamæ sese elevant, semen excidit. Nodi quò vetustiores & majores, eò etiam majores sunt spicæ & semen. Tandiu durat planta quandiu arbores quibus innascitur, ad 200, vel 300 etiam annos.

Radices capillares tritæ, & capiti raso impositæ furorem in febribus ardentibus, imò extra illas curant, modo in tempore adhibeantur, imò morbum ipsum impediunt. Nodi fructûs purgant maligna & inveterata ulcera, aurium dolorem sistunt, sed & totius capitis, somnum provocant, evaporationes biliosas expellunt. Plantis pedum applicati febres intermittentes & earum symptomata tollunt. Tota planta in formam cataplasmatis redacta, & circa lumbos *Vires.*

lumbos applicata, partum, menſes & urinam promovet, ſemper aliquid virium illarum arborum retinens quibus inſidet.

14. Ana-Parua, *H. M.* P. 7. T. 40. Frutex Paraſiticus Aurantiæ ferè foliis, flore carens, fructu tuberculis aſpero, numeroſa intus ſemina continente, è foliorum alis exeunte.

* *Radices* fibroſæ ex caulibus inferioribus, ſuper terram repentibus hinc indè proveniunt. *Caules* rotundi, virides, claviculas quibus arboribus ſe affigunt, emittentes. *Folia* velut ex duobus foliis diſformibus conformata ſunt; quorum inferiora loco petioli, oblongo-anguſta, anteriùs ubi ſuperioribus annexa ſunt nonnihil dilatata, ac in longum venis ſtriata, texturâ ſolida: ſuperiora oblongo-rotunda, in cuſpidem contracta, venulis obliquo & arcuato, ductu versùs cuſpidem ſtriata; utraque viroris communis, ſaporis ſubamari & adſtringentis. *Flores* nulli. *Fructus* hinc indè caulibus & ſurculis ex origine foliorum, petiolis incurvis, brevibus, craſſiuſculis, ex rubicundo fuſcis, proveniunt; capitula oblongo-rotunda, parallelis lineis ſe mutuo interſecantibus ſtriata, pluribus parvis gemmulis extuberantibus, è quibus minuti cuſpides emicant, interſtincta; colore primùm albicante, deinde virideſcente, ultimo corallino ac parùm nitente; infra fructus in petiolo unicum & quidem minutum conſpicitur folium rotundum, ex rubicundo obſcurum, versùs exteriora reflexum, interiora contractum, quo fructus tener & albicans ab una parte obtegitur. Semina in fructibus numeroſa velut ova piſcium continentur, coloris ſubflavi, viridi diluti.

Locus natalis eſt *Chanotti*, *Parou*, &c. ſemel quotannis fruget tempore pluvioſo.

Vires eædem cum *Tinda-Parva*. In febribus ardentibus & malignis adhibetur.

1. Tsjeria-Pu-Pal-Valli *H. M.* P. 7. T. 55. Frutex *Indicus*, foliis adverſis, floribus in ſummis caulibus racemoſis, è tubo oblongo in quinque ſegmenta cuſpidata expanſis, fructu nullo.

Caules corticem habent teneriorem, ſpadiceo-dilutum, muſcoſum ac villoſum. *Folia* bina in nodulis ramorum erumpunt, oblongo-rotunda, anteriùs cuſpidata, texturâ craſſa, ſpiſſa, ſolida, ſuperficie lenia ac glabra, viroris in recta parte nitentis, in averſa parte lævioris, pilis ſparſim obſita. *Flores* racemati, in ſummitate ſurculorum ſpectantur, pentapetali, oblongi, cuſpidati, ſtelliformiter expanſi, exteriori parte candidi, interiori circa unam oram albicantes, circa aliam ex albo dilutè rubeſcentes, lactei, odoris grati. *Stylus* in medio conicus, cuſpidatus, quinque lignoſis oblongis *apicibus* conſtans. *Fructus* fert nullos.

Natale ſolum *Warapoli* eſt, arenoſa amans & ſemper florens.

Folia cum Santalo citrino & Cumino in aqua macerata & melli permixta febres ex articulari morbo ortas tollit.

2. Beli-Tsjira *H. M.* P. 9. T. 84. Herba *Indica* foliis oblongis, acutis, ex adverſo binis, floribus in foliorum alis pluribus cyathiformibus, in 4 ſegmenta diviſis, fructu vidua.

Naſcitur in arenoſis & umbroſis. *Radix* fibroſa albicans. *Caules*, qui ex radice plures proveniunt, latè ſuper terram expanduntur, craſſi, geniculati, è geniculis novos caules ejicientes, aquei, viridi-diluti, nitentes, & ex parte rubeſcentes. *Folia* geniculis geminata adhærent, oblongo-rotunda, anguſta, in vertice obtusè cuſpidata, tenuia, lenia, mollia, viroris ſupernè fuſcioris, ſubtus dilutioris. *Flores* congregati 7, 8, aut 9, ſupra ex origine foliorum proveniunt, virides, cyathi-formes, in orificio 4drangulares, tetrapetali, in ſingulis oræ angulis viridi cuſpide eminentes. Fructus fert nullos. Balneum ex hac planta conficitur alexicacum adversùs omnigenorum ſerpentum virus. *Folia* cum ſucco corticis Lanjæ lævigata illitáque carbunculis phlegmoniſque medentur.

3. Pongolam *H. M.* P. 7. T. 59. Rhaphanus ſylveſtris *Malabaricus*, fructu carens.

Rami cinerei: *Folia* viridia ſunt, oblongo-anguſta, cuſpidata, in oris acutis denticulis crenata, rigida, plana, glabra, viroris fuſci. Præter coſtam mediam nervulos habent tranſverſos, annulatim in ſe invicem incurrentes, ſaporis ejuſdem cum Thlaſpi altero, ſeu Rhaphano majore, quem Belgæ *Myredik* vocant. Floret nec fruget.

Circa *Mangatti* invenitur, & in paucis aliis locis arenoſa amans. Calfacit, exſiccat, diſcutit omnia vitia ex frigore orta, ut & humores pituitoſos ac febres.

4. Pee-Ula *H. M.* P. 7. T. 23. Prutex *Indicus*, foliis adverſis, floribus racemoſis octapetalis, fructu nullo.

Frutex eſt *radice* lignoſa, longè prorepente, ligno duro, ex albo flaveſcente, medulla ruſſa cum tenui corticula tenera & ſquamoſa. *Rami* nodoſi, cortex ſpadiceus, vetuſtior ex cinereo fuſcus, circa lignum ex viridi flaveſcens, ipſum lignum albicans. *Folia* paſſim geminata ac etiam quaterna in nodis ramorum brevibus petiolis, anteriùs lato ſulco ſtriatis, proveniunt, oblongo-rotunda, craſſa, ſpiſſa & ſolida, ſuperficie plana & glabra, viroris fuſci & nitentis, in parte adverſa dilutioris. Gemmæ rotundæ ſunt, ſuperne in cuſpidem ſtrictæ, ex viridi-fuſcæ. *Flores* ſupra originem foliorum in ramis oblongis racematim proveniunt, pe-

duneulis

dunculis parvis viridibus appensi, ex viridi diluti, oblongi, passim 8 petalis cuspidatis constantes, exteriùs quatuor oblongioribus & viridi-dilutis stelliformiter expansis, interiùs similiter 4 albicantibus & obtusè cuspidatis, quæ singula inter duos cuspides externos interjacent, intus flavo circulo signati: *Stamina* 6 vel 8 habent pro numero petalorum albicantia, croceis apicibus instructa: Stylus oblongior, crassior & viridi-dilutus: marcescentibus floribus stamina rubescunt. Fructus nulli, hoc est *Autori nostro, forte etiam Malabarensibus qui plantam illi demonstraverunt, incogniti*, nam absolutè nullos fuisse mihi neutiquam persuaserit.

Nascitur circa *Bellange* & alibi, florens tempore pluviali.

5. Tiri-Itti-Canni *H. M.* P. 7. T. 30. Frutex parasiticus spinosus, florum pentapetalon spicis oblongis è ramorum nodulis erumpentibus, fructu nullo.

H. M.

Planta est in corticibus crassiorum & vetustiorum arborum initium sumens, sicut *Itti-Canni*. *Rami* cortice cinereo & crassis nodulis hinc indè extuberant, circa nodos spinis geminatis acutis & ex adverso oppositis muniti. *Folia* in pedunculis brevioribus, crassis emergentia, oblonga sunt, textura crassiori, spissa ac solida. *Flores* in communibus petiolis oblongis solitarii, bini terníve, ex nodulis ramorum spicatim erumpunt, seriatim dispositi, pentapetali, coloris aurantiaci. *Stamina* in illis conspicua 5, breviſſima, *apicibus* albicantibus dotata. *Gemmæ* rotundæ eundem quem flores colorem referunt.

Fructus Autori nostro non observati, proinde nullos Plantæ concedi nimis festinanter & incautè affirmat.

6. Perim-Munja *H. M.* P. 9. T. 75. Lamii foliis *Indica* flore fructúquevidua.

H. M.

Arenosa amat. Rami rotundi, virides, parùm lignosi & glabri. *Folia* in petiolis oblongis tenuibus proveniunt, ad exortum duobus parvis, angustissimis foliolis comitata, sùntque oblonga, ad petiolum lato ac rotundo ambitu, anteriùs angustiora, in cuspidem stricta, in oris serrata, tenuia, scabra, odoris grati. *Costa* media & laterales in recta etiam parte extuberant. *Flores* nulli.

Folia cum *Calamo aromatico* & *Allio* in aqua *Oryzæ* trita linimentum præstant antispasmodicum, quod tantò efficacius, si radicis pulverisatus cortex cum *Oryzæ* lotura *butyroque* indies assumatur.

7. Kurka *H. M.* P. 11. T. 25. Jusala *Indica* radicibus glandulosis esculentis, ad Saxifragam auream accedens, flore, fructúque carens.

H. M.

Nascitur in arenosis. *Radix* rotunda, bulbosa, valde fibrosa, capillata, in fibris bulbis novellis instructa, intus densa, aquea. *Cauliculi* quadranguli, & viridi-clari. *Folia* ex lateribus cauliculorum geminata, & ordine decussato proveniunt, in petiolis longis, planis, crassiolis, interiùs sulcatis, ac nonnihil lanuginosis, oblonga, rotundiola, exiguè serrata, in margine pilosa, pilis minutissimis hirsuta, crassiuscula, mollia, viridia. E costa media, nervi laterales oblique anteriora versùs excurrunt, venulis, quæ folium cancellatim pertexunt, comitati. De viribus nihil constat.

Plantam hanc ex *Ceylone* consecutus est D. *Commelinus*, sub nomine *Jusala*: nullos (inquit) fert flores; propagatur per appendentes tuberes perinde ac *Glaux terrestris*, qui etiam eodem modo comeduntur.

8. Naga-Valli seu Mandaru-Valli *H. M.* P. 8. T. 29. Clematitis *Indica*, folio bifido, flore fructúque carens.

Hujus descriptionem vide inter Plantas gymnospermas, polyspermas libro Duodecimo contentas.

P. 1852.

9. Ad Historiam Selaginis Indiæ Orientalis seu Plegmariæ mirabilis Zeylanicæ *Breynii* adde,

Hæc Planta *H. M.* P. 12. T. 14. depingitur & describitur sub Titulo *Tama-Povel-Paatsja-Maravara*, vel *Enneadi-Courengo*. Christiani montis S. *Thomæ* vocant illam *Flagellum* S. *Thomæ*, *Lusitani Couda de* S. *Francesco*.

Arbores quibus plerunque insidet sunt *Mau*, *Jaca* & *Alou*. Radix trita lacte permixta, jejunóque stomacho epota nauseam ventriculi sistit, menses promovet, pulmones & lienem emollit, hydropisin curat. Tota planta aquæ incocta, & lacte *Nucis Indicæ* permixta dysenteriæ medetur, veneno resistit. Cum saccharo Arboris *Kavi* vel *Karimpanna* generationem adjuvat, tam in viris, quàm in fœminis, imò & fœcunditatem promovet.

Celebratur ab *Indis* ad amatoria, &c. hîc vide: habetur etiam ab illis pro clypeo adversùs omnis generis incantationes, fascinationes, execrationes, &c.

Plantæ minùs perfectè descriptæ aut incertæ sedis, quorúmve romulos duntaxat siccos vidimus.

1. Palmaria planta singularis; cujus iconem vide apud *Muntingium* in Herbario Belgico. Ex seminibus *Americanis* prodiit hæc planta, à foliorum facie *Palmaria* dicta; *flores*

Epimedii

Epimedii floribus ſimiles & tetrapetalos huic tribuit auctor, cum ex icone monopetali tetrapetaloidei videantur; de ſemina nihil prodit *Kiggalaer*, *Phytogr. Cur.*

2. Sanamunda *Munting*. apud quem ejus iconem vide in *Herbar. Belgic.*.

3. Charapeti *Hernand.* ob virtutes quibus pollet hæc planta, Sanamunda ab autore dicta eſt. Quorſum autem ducenda ſit affirmare vix audeo: vaſcula parvis nigricantibus ſeminibus plana proferre, dicit quidem author, verum quot loculamentis diſtincta, non addit; ſi verò ex icone conjectare liceat, *flores* monopetalos difformes & capſulas bivalves conicas obtinere crediderim, cum bini in ſingulo flore conſpiciantur ſtyli bifidi; & ad herbarum, flore monopetalo difformi quintum genus ablegandum, quod & rectè etiam notavit *Recch. fol.* 227. *Kiggalaer.*

4. Serpentaria mirabilis montana, ſeu Sidereon *Munting. Herbar. Belgic.* Quatuor folia habet, in crucis formam diſpoſita, cum Serpentis effigie in unoquoque. Montoſis Styriæ ac Hungariæ locis naſcitur hæc planta, unde radix pro ratione plantæ ſatis magna; muſco involuta anno 1645. ad Autorem miſſa fuit, quæ in ſeptemum uſque annum ſuperſtes manſit; planta ſanè aſpectu jucundiſſima ac miranda, ſi modò in omnibus ritè à ſculptore ſit obſervata. *Kiggalaer Phytogr. Cur.* & *Gazoph.* Nat. & Art. *Tab.* 18. Fig. 6. Hanc plantam affabre ſatis delineatam, inter *Geſneri* icones apud Cl. *Volcamerum* vidiſſe meminit D. *Sherard.*

5. Geniculata planta exotica & anomala, foliis pinnatis longis, *Acaciæ* ſiliquis aſperis *Munting. Herbar. Belgic.* p. 518. julifera *Americana* geniculata foliis pinnatis *Kiggalaer.* Tlacolcoatli, ſeu Coatli humilis *Hernand.*

Plantæ hujus incertæ ſedis hiſtoria, rudiore ſaltem calamo ab Authore exarata eſt, eamque ob cauſam plura de illa proferre non licet. *Kiggalaer Phytogr. Cur.*

6. Anonymos *Maderaſpatana* Senecioni Hieracii folio ſimilis, ſpicâ foliaceâ, & Hormini ad inſtar ſquamatâ *Pluk. Phyt.* T. 241. F. 1. An Belutta-Adeca-Manjeu *H. M.*? P. 10. An potiùs Adela-Odagam *Ejuſdem*? P. 9. T. 43.

7. Anonymus *Americana*, foliis Parietariæ ſcabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conſpicuis *Pluk. Phyt.* T. 136. F. 4. An Fœnugræci folio, Parietariæ flore, Planta *Americana P. B. P.*? An Kali genus Americanum? *Pluk.*

8. Anonymus Linariæ folio Orientalis, Gallii lutei flore, Herba capſularis verticillata *Ejuſd. ibid.* F. 2.

9. Antholiſthus convolvulaceus *Americanus*, *Barbadenſibus Anglis* **Wild Slip-bloſſom** dictus. Fortè Convolvuli ſpecies *Americana*, floribus caducis? *Ejuſd. ibid.* F. 1.

10. Chamæ-jaſme inodora, Alſines facie, diſpermos, tetrapetaloides, quadrato caule, *Virginiana Pluk. Phyt.* T. 5. F. 9.

11. Echinophora *Maderaſpatana*, Sideritidis non ſerratis nervoſis foliis, fructu capſulari, Caucalidis æmulo *Pluk. Phyt.* T. 173. F. 4.

12. Cynophallophoros ſeu Penis caninus Caribbearum inſularum. Arbor foliis ſubrotundis rugoſis, clavos pulpiferos phalloides pro ſiliquis gerens *Pluk. Phyt.* T. 172. F. 4.

13. Cynophallophoros mucronatis foliis, folliculis clavatis, ex uno pediculo binis *Pluk. Phyt.* T. 172. F. 5.

14. Cynoxylon *Americanum*, folio craſſiuſculo, molli & tenaci *Pluk. Phyt.* T. 172. F. 6.

15. Dentaria *Aſiatica* Chelidonii majoris folio *Pluk. Almag. Bot.*

16. Chamæpericlymeni foliis plantula *Marilandica*, flore in ſummo caule unico, tetrapetalo. Baccifera *Mariana* Clematis Daphnoidis minoris folio, *Muſ. Pet.* 363. Gaz. Nat. *Tab.* 1. Fig. 13. *Caulis* tenuis, ſeſquipalmaris, *foliis* binis adverſis per intervalla veſtitus, *flore* in faſtigio ſingulari, amplo, purpureo, &, ut videtur, tetrapetalo, multis intus *ſtaminibus apices* longos, incurvos acutos ſuſtinentibus.

Hæc ex ſicca, quam nobis communicavit D. *Sloane* à D. *Vernon*, qui in *Marilandia* collegit, allatam. Neſcio igitur an florem unicum in uno caule perpetuo geſtet, an fortè interdum plures.

17. Frutex Prunifolius *Marilandicus*, floſculis in ſummis ramulis in pluribus pediculis communibus velut umbellatim dipoſitis.

Folia

Folia minora ſunt quàm Pruni, próque magnitudinis proportione breviora & latiora. E *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

18. Lino cathartico accedens plantula, caule & ramulis plerunque dichotomis.

Lino cathartico elatior eſt & ramoſior floréſque & fructus diverſi eſſe videntur.

19. Perſicifolia *Marilandica* ramoſiſſima, foliis bijugis, in caule crebris, floribus in pediculis longis è foliorum alis egreſſis ſingularibus.

Caules 4drati, ſatis craſſi, rigidi, glabri, virides, valdè ramoſi, *foliis* ex adverſo binis, crebris, oblongis, anguſtis, acutis, ſerratis veſtiti. E folii uniuſcujuſque ſinu exit ramulus, inque extremis ramulis & ſummo caule pediculus unicus oblongus *florem* ſuſtinens ſatis magnum, & ut videbatur in ſicca monopetalon, è calice exeuntem oblongo, integro, margine in 4 laciniolas diſſecto, qui delapſo flore augetur & intumeſcit vaſculum ſeminale continens, cujus formam in ſicca diſcernere non licuit.

20. Anomala *Marilandica* ſpicata, longifolia, ſpicis longis tenuibus floſculorum albicantium in ſummo caule & è foliorum alis exeuntibus.

Caules in ſicca nobis communicata dodrantales, infirmi, non tamen valde tenues, *foliis* alternatim ad intervalla longiora veſtiti, longis, anguſtis, acutis, in pediculis prælongis. *Spicæ* ex alis foliorum exeunt longæ, graciles, *floſculis* albicantibus non admodum denſis compoſitæ, nutantes. In ſummo caule plurimæ exiſtunt ſpicæ unam grandem componentes, media reliquis elatiore.

21. Planta Hyperici ferè foliis conjugatis, florum villoſorum, & fructuum confertorum agmine è ramo exeunte breviſſimis aut nullis pediculis.

22. Violæ aquaticæ ſimilis *Marilandica*, foliis integris, flore pentapetalo, calice bivalvi. Ornithogalo affinis *Virginiana*, flo. purpureo pentapetaloide *Baniſt. Cat.* Mſſ. *Pluk. Phyt.* T. 102. F. 3.

Folia oblonga ſunt anguſta, integra, in caule bina oppoſita. *Flores* in ſummo caule plures, pediculis prælongis tenuibus inſidentes, pentapetali, purpuraſcentes, calice bivalvi, valvulis è lata baſi in acutum mucronem ſenſim deſinentibus, excepti.

23. Cerefolio accedens *Marilandica*, ſeminibus minoribus & brevioribus, foliis argutiùs diſſectis.

In unaquaque umbella tres tantum radii erant. An genuina Umbellifera ſit dubito, cùm floſculi non ſummo fructui inſidere, ſed eum amplecti videbantur.

24. Serratifolia, Chamædryos ſpuriæ foliis, ex adverſo binis, flore in ſummo caule ſingulari, *Marilandica.*

Hieracii an Chryſanthemi quædam ſpecies, foliis prælongis anguſtis acutis, floribus in ſummis caulibus & ramulis è ſupremorum foliorum alis egreſſis paucis, flavis, velut in umbellam digeſtis.

25. Herbula *Marilandica*, Circææ minoris ferè foliis, in ſummo cauliculo binos floſculos in longis & tenuibus pediculis geſtans. Cauliculus tenuis erat, palmaris aut altior: Folia bina oppoſita. Floſculi quales fuerant in ſicca non comparuit; ſed calix quinquepartitus erat.

26. Planta Convolvulacea, Smilacis lævis folio latiore, ſpicis florum minutiſſimorum, è foliorum alis egredientium. An Bryoniæ nigræ ſpecies?

Spicæ florum è floſculis conſtant filis tenuibus adnaſcentibus, ut in Urtica.

27. Plantula *Marilandica*, foliis ad Hypericon accedentibus, anguſtis, oblongis, floribus in ſummo caule in umbellæ formam diſpoſitis.

Altitudo ſeſquipalmaris. *Folia* nullo ordine poſita. Flores in pediculis tenuibus, longis, è foliorum ſuperiorum alis egreſſis, in uno caule plures, perexigui, in umbellæ formam digeſti.

28. Plantula *Marilandica* floribus magnis, margine laciniato. *Caulem* edit palmarem, tenuem, infirmum, foliis veſtitum 4 aut 5, latiuſculis, longis, acutis, baſi ſua cauliculum amplexis, *flores* in faſtigio ſuſtinentem 4 aut 5, pro plantulæ modulo ampliſſimos, è tubo oblongo in lacinias aliquot longas diviſos.

29. Datur & hujus minor ſpecies, caule breviore, paucioribus foliolis, iiſque brevioribus & latioribus induto, floribus minoribus, ſatis tamen magnis pro plantulæ modo.

30. Herba

30. Herba baccifera umbilicata *Marilandica*, foliis ferè Hyperici.

Folia non bina oppoſita ſunt in caule, Hyperici in modum, ſed alterno aut potiùs nullo ordine poſita, pediculis brevibus aut nullis. *Flores* Fructui ſummo innaſcuntur: Pediculi autem flores & fructus ſuſtinentes vel ex alis foliorum exeunt, vel alibi in caule conſiſtunt, fúntque oblongi, & duos interdum flores in ſummitate geſtant.

31. Planta *Marilandica*, caule anguloſo altiſſimo, foliis capillaceis rarioribus, floribus in ſummo ſpicatis, tubuloſis, fimbriatis, quibus ſingulis ſuccedit ſemen unicum, aſperum, capſulâ incluſum. D. *Sherard*.

32. Plantula palmaris *Marilandica*, umbellam in ſummitate geſtans florum majuſculorum albentium.

Folia in caule tria quatuórve, baſi ſua adhærentia, abſque pediculi interventu, vix uncialia, inferiora duobus utrinque dentibus inciſa eíſque majoribus, ſuperiora integra. *Flores* pentapetali aut tetrapetali eſſe videntur, ſed numerum petalorum in ſicca certò determinare nequivi.

33. Fruticulus ramoſiſſimus, ramulis foliis crebris Lini minoribus & brevioribus veſtitis. Floſculi prope ſummos ramulos foliorum ſinubus exeunt, minimi, & in ſicco vix apparentes. E *Marilandia*.

34. Nicotiana VI. ſeu *Caſſina* herba, è cujus ſucco potionem conficiunt in *Florida*, quam bibunt ubi in locum periculoſum ſe conferunt, quo famem & ſitim per horas 24 tollunt. Part. 2a Americ. Navigat. 4. *C. B.* An Caſſine vera *Floridanorum* arbuſcula baccifera, Alaterni fere facie, foliis alternis tetrapyrena *Pluk. Mantiſſ.*

Hujus vires in Variolis expellendis & ſanandis magnopere celebrantur à medicis quibuſdam noſtratibus.

Jo. De laet Deſcript. *Indiæ Occident.* lib. 3. cap. 15. De potione *Cacinæ* è foliis cujuſdam arboris confecta hæc habet. Singulari virtute pollet ad urinam promovendam, & tanti fit ab *Hiſpanis* atque barbaris, ut vix ullus ſit qui non manè atque veſperi illam hauriat. Fit autem in hunc modum; Sumunt certam quantitatem foliorum, & indunt illa vaſi argillaceo, & ità ſicca ſine ullo liquore, titione ad hanc rem comparato torrent, & altera manu contiuò verſant, donec color illorum viridis in rubrum mutetur; deinde illis ſenſim aquam affundunt, donec vas penè repleatur, & tum ſolum liquorem exhauriunt, qui colore refert vinum rubens, & ſpumam edit ad modum *Chocolates* quando illi *Athole* miſcetur. Hunc liquorem, quantum ferre poſſunt bibunt calidum è grandibus conchis marinis tam *Hiſpani* quàm *Barbari*, & ſe morituros credunt ſi aliquo die non hauſerint. Poſt ſeſquihoram autem à potu incredibilem effundunt, urinæ copiam, idque pene horæ ſpatio continuo. Pauci itaque hic reperiuntur, qui affectibus renum aut veſicæ laborant. Barbari quoque hac potione ſe ſuſtentant & quando corpus purgare volunt miſcent illi aquam marinam, ita enim valide evacuat noxios humores & per ſedes & per vomitum. Verùm niſi modus in miſcendo teneatur interdum enecantur. Potentiſſimum denique eſſe remedium adversùs nephritidem & arenulas jam multoties experientia comprobavit.

Vires.

35. Pappoſa *Marilandica*, Trachelii majoris foliis, in caule bijugis.

In ſummis caulibus è foliorum alis exeunt pediculi oblongi flores multos faſciculatim congeſtos in ſummitate geſtantes. Caules etiam in multiplices ejuſmodi florum faſciculos terminantur.

36. Plantula *Marilandica*, foliis in ſummo cauliculo ternis, quorum unumquodque quinquefariam dividitur, circa margines ſerratis.

E centro foliorum exit pedicellus tenuiſſimus, ſeſcuncialis, floſculorum minimorum velut umbellam ſuſtinens.

37. Anonymos, foliis in caule binis oppoſitis, lata baſi adhærentibus, in mucronem longum productis, floſculis in ſummis cauliculis purpureis, è tubo oblongo in aliquot ſegmenta petaloide expanſis, velut umbellatim digeſtis. E *Marilandia*.

38. Verticillatis affinis, foliis ſeſcunciam longis, ſemunciâ latioribus, floribus in ſingulis foliorum alis ſingulis, calice brevi craſſo, in 5 ſegmenta atropurpurea margine diviſo.

Caulis dodrantalis aut pedalis, firmus, erectus, non ramoſus. Alios flores præter lacinias illas calycis non vidi.

39. Chei-

39. Cheiranthos *Africana*, flore luteo *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radices habet hæc plantula exiguas & albicantes: *Folia* humi fusa duas uncias longa sunt, unicam lata, crenata & viridia. Plurimi ex ipsa radice cauliculi tenues, rotundi & spithamiæi, quos unum alterúmve folium inferioribus minus & angustius ambiunt: *Cauliculi* ad summum usque flosculis parvo sustentis pediculo ornantur, monopetalis, luteis, in 5 admodum profundas laciniæs divisis, quæ laciniæ tanto hiatu à se mutuo distant, ut non malè digitis sejunctis *Flos* manum repræsentet, quod huic nomini ansam exhibuit. *Semina* non protulit.

40. Tricapsularis fructus è capite Junci utriculati facie, planta è *Cap. Bæ Spei Mus. Pet.* 690.

Florum calices integri sunt, oblongi, teretes, in caput grande coacervati, & ad imum foliis cincti.

41. Kodatsjeri *H. M.* P. 9. T. 67. Portulacæ foliis similis planta, flore albo galeato & labiato, semine oblongo-rotundo, ruffo-fusco.

Petrosa amat. *Caules* tenues, teretes, virides, lignosi. *Folia* caulibus hinc indè insident, oblongo-rotunda, crassiola, plana, glabra, odoris cùm teruntur suavis. *Flores* supra exortum foliorum bini terníve simul in uno parvo communi petiolo, papilionacei, candidi, difformes: folium carinatum ad cuspidem dilutè cœrulescit, ac infra verticem in dorso cristâ seu plumulâ staminea sub-cœrulescente donatur. *Stilus* candidus aliorum Papilionaceorum similis. *Calix* 5 folius est & viridis, quorum duo oblongiora, tria minora, unum inter duo folia oblongiora intermedio petalo carinato obversum est. *Semina* oblongo-rotunda, plana, scabra, ruffo-fusca.

Folia cum *Oryzæ* lotura lævigata, vel etiam oleo incocta, & exhibita abdominis cruciatus mitigant, menses promovent. *Virei.*

42. Planta *Marilandica*, Cynocrambes ferè foliis, floribus in summo caule Ulmariæ modo digestis.

Folia cauli alternatim adnascuntur, oblonga, media parte latissima, utraque extremitate angustiora, in acutum mucronem desinentia. Florum in fastigio spicæ, summitate reflexæ in longum excurrunt, uno versu ad interius scapi latus spectantes.

43. Planta *Indica* procidua, foliis ad longiora intervalla binis adversis, fructu julo Alni simili, sed crassiore & breviore.

Folia parva sunt, ex angusto principio sensim dilatata, ad modum ferè Alyssi *Galeni*, subrotunda, crenata.

44. Herba foliis longis angustis, binis conjugatim nascentibus, floribus è foliorum alis, fructu oblongo compresso, cum sulco utrinque secundum longitudinem.

Hæc & præcedens ex *India Orientali* ad D. *Petiver* missæ sunt.

45. Plantula foliis alternis Coccygriæ figurâ, minimis, tenellis in pediculis prælongis: floribus & fructibus duobus tribúsve simul in communi pediculo, ex alis foliorum exeunte. Hæc etiam ejusdem originis est cum præcedentibus.

46. Spicata Circææ æmula, foliis in caule binis oppositis Circææ, deorsum reflexis, spicâ in summo è multis floribus papposis aut florum globulis lanosis, rariùs sitis compositâ.

47. Soneri-Ila *H. M.* P. 9. T. 65. Pulmonariæ maculosæ foliis, floribus tripetalis rosacei coloris, in summo petiolo Paralyseos modo dispositis.

Nascitur in arenosis. *Caules* albicantes, rotundi, geniculati, pilis oblongiusculis obsiti, (uti sunt & folia & florum pediculi) intus aquei. *Folia* ad genicula in petiolis oblongis, surrectis, albicantibus, interiùs sulcatis, geminata & ordine decussato videntur, oblongo-rotunda, costâ mediâ, & nervis indè egressis crassis, obliquo ductu anteriora versùs excurrentibus, striata, in totum variegata, exteriùs ad medium usque maximam partem rubro-purpurea, ut & in oris ac costis, interiùs ex adverso viridi-fusca, ad spadiceum vergentia; de cætero viroris vividi, punctulis albis numerosis, ex quorum singulis unus emicat pilus interspersa. *Flores* in summitate caulium in pedunculis albo-purpurascentibus plures congregati ad 6, 7ve plus minùs proveniunt, tripetali, oblongi, cuspidati, interiùs rosaceo-saturi, exteriùs rosaceo-dilutiores, pilis raris obsiti. *Stamina* in illis tria rosacea *apicibus* surrectis, cuspidatis, flavis dotata. *Stylus* oblongus, rosaceus, in medio ex *calice* exurgit, qui orificio est profundiori, ac trium brevium cuspidatorum foliorum.

48. Manam-Podam *H. M.* P. 10. T. 65. Anomala *Indica* floſculis tetrapetalis in ſpicis ſquamoſis deorſum reflexis, in ſummis caulibus & ramulis creberrimis.

In locis naſcitur humidis. *Rami* anguloſi, geniculati, cymis inflexi, viridi-fuſci, pilis hirſutis aſperis obſiti. *Folia*, quæ rara proveniunt, ampla, oblonga, ſerrata, piloſa. *Flores* in duabus proveniunt ſeriebus, quæ ſibi invicem junctæ ex calycibus oblongis, piloſis & viridibus exſiliunt; ſingulæ ad latus alâ parvorum, cuſpidatorum, piloſorum ac viridium foliorum, ſcutellatim ſibi mutuo incumbentium, concomitatæ, de cætero parvi, tetrapetali, albo-purpurei. *Stamina* in illis 4, oblonga, barbata, purpurea, candidis gemmulis dotata, odoris, ut & tota planta grati & aromatici. *De Fructu nihil habet.*

49. Pee-Tumba *H. M.* P. 9. T. 46. Aſperifolia *Indica*, foliis ex adverſo binis, ſurculis floriferis è foliorum alis exeuntibus & extantibus, vaſculis ſeminalibus bicapſularibus erectis.

Naſcitur in locis humidis ad trium circiter pedum altitudinem. *Radix* albicans, fibroſa. *Caules* quadrati, geniculati, virides, pilis candidis longiuſculis obſiti, parùm lignoſi. *Folia* geniculis in medio laterum geminata & ordine decuſſato inſident, oblongo-anguſta, rigidiuſcula, piloſa & aſpera, versùs interiora nonnihil clauſa. *Coſta* media craſſa, viridi-albicans, cum lateralibus utrinque eminet. *Flores* in petiolis oriuntur longiuſculis, qui ex ſingulis geniculis geminati egrediuntur, coloris albo-rufeſcentis. *Capſulæ* ſeminales oblongæ, complanatæ, lignoſæ, virides, ſuturâ lacunoſâ ſtriatæ, 5 conſtant foliolis oblongis anguſtiſſimis, ſurrectis, viridibus ac rubeſcentibus, candidis nitentibus longiuſculis pilis obſitæ. *Semina* in duobus conſident loculis oblongo-rotunda, plana. In totum planta hæc piloſa eſt, odoris grati hortenſis.

Vires. Folia contrita Alexipharmacum ſunt adversùs rabidi canis toxicum, extrinſecus nempe adhibita. Succus ſpecificum quid eſt in algidis febribus.

50. Entada *H. M.* P. 9. T. 77. Herba *Indica* capreolata, Orobi foliis bicompoſitis, ſpicis longis, anguſtis, floſculis denſè ſtipatis.

Suffrutex eſt naſcens in arenoſis. *Rami* virides, rotundi, lignoſi, rigidi, ſtriati, cum ſurculis quos diffundunt, undequaque *foliolis* parvis, viridibus, anguſtiſſimis, cuſpidatis, rigidis veſtiti, quæ ſe in ramis majoribus versùs inferiora reflectunt. *Rami* cum foliis virorem diu ſervant. *Flores* capitula ſunt oblonga, ex foliorum imitatione penniformia, viridi albicantia, ſurculorum cacumini inſidentia.

Foliis legumen aliquod refert; verùm flores longiſſimè à Leguminoſis diſtant, & pentapetali pinguntur.

51. Catu-Viſtna-Clandi *H. M.* P. 9. T. 61. Herba *Indica* foliis oblongo-rotundis, alternatim poſitis, floribus tripetalis papilionaceos referentibus.

Planta eſt naſcens in arenoſis, *Radice* craſſa, fibroſa & lignoſa. *Rami* tenues, rotundi, lignoſi, virides, pilis obſiti. *Folia* pedunculis parvis, viridi-fuſcis craſſiolis inſident, oblongo-rotunda, pilis tenuiter obſita, mollia, flaccida, lenia, viroris ſaturi, ſaporis herbacei, inodori. *Flores* ſurculis tranſverſis inſident, papilionacei, tripetali, quorum duo roſaceo-purpurea, tertium folium ungulatum eſt & cœruleum, in dorſo ſtaminibus purpuro-cœruleis bifurcatis ſeu trifurcatis criſtatim dotatum. *Stylus* theciformis eſt, infernè purpureo-ruber, ſupernè in tenuiſſima, albicantia, longiuſcula filamenta, quæ ſingula gemmulis albis nodulata ſunt diviſus, filamentum tranſmittens albicans, incurvum, capitulo longo, cœruleo inſtructum.

52. Ene-Pael *H. M.* P. 9. T. 81. Herba ſtellata *Indica* quatuor ad ſingula geniculla gemmis rotundiolis.

Humilis eſt planta, arenoſo humidóque gaudens ſolo. *Caules* tenues, rotundi, geniculati, virides, ad genicula 8 foliis oblongo-anguſtis, cuſpidatis, rigidiuſculis, ſtelliformiter expanſis, ac cum cuſpidibus versùs pedem caulium inflexis, verticillatim cincti. *Caules* folioſi ex geniculis geminati prodeunt: ad ſingulos geniculos ſupra folia quatuor gemmæ rotundiolæ, viridi-albicantes caulibus adhærent.

Butyro recenti commixta abſceſſus ad maturitatem perducit hæc planta.

53. Malam-Tsjulli *H. M.* P. 9. T. 83. Herba bifolia *Indica* foliis obtuſioribus ad exortum pediculi duobus parvis oblongo-anguſtis foliolis appoſitis.

Planta humilis eſt, arenoſa amans. *Radix* ei albicans, fibroſa. *Rami* lignoſi, tenues, virides. *Folia* in petiolis viridibus, ac fermè pollicem tranſverſum longis, qui ad exortum duobus brevibus, oblongo-anguſtis ſuccinguntur foliis, geminata proveniunt, oblongo-rotunda, anguſta, tenuia, nervis perducta, viroris ſaturi & obſcuri.

54. Iribeli

54. Iribeli *H. M.* P. 9. T. 74.

Duæ ſunt hujus ſpecies, alba & nigra, à Radicis exſiccatæ colore dictæ. Secunda duûm triúmve pedum plantula eſt, naſcens in arenoſis, *Radice* admodum fibroſa & capillata, tenue intus & lignoſum continente filamentum, cortice amaro, colore cùm exſiccatur cinereo-obſcuro, odoris vegeti & grati (præ *Iribeli* alba) maximè quæ in Regno *Rapolim* invenitur. *Caules* cum cauliculis virides ſunt ac rubeſcentes, intus valdè aquei ac virides, raris pilis obſiti. *Folia* in petiolis longis, viridibus, languidis proveniunt, rotundiola ac parùm oblonga, craſſa, aquea, mollia, lenia, rarioribus pilis obſita, viridi-obſcura: Sapor aqueus eſt & amarus. Planta provectior facta caules emittit, in quorum ſummitate *Flores* ſpicatim proveniunt; [*at neque flores, neque fructus deſcribit aut depingit.*]

Propagatur ex inſitione caulium, & feritur menſe Maio, & toto anno in arenis albicantibus diſſolutis, quò radices ob odorem in mercaturis expetita, liberiùs ſe diffundant; &c. vide. Septimo à ſatione menſe radices eximuntur.

Radix in decoctis adhibetur anticachecticis, præſertim pro febre calida & ardore jecoris, ut & manuum ac pedum tumoribus, etiam pro flatibus; ut & capitis doloribus, ſi trita cum lacte muliebri miſceatur, & capiti inungatur. Oleum cum aqua calida epotum febri calidæ medetur, ut & ardori jecoris plurimiſque malis, necnon dyſenteriæ purulentâ materiâ permixtæ: habitum inſuper corrigit gravem & fœtidum, prodeſtque in oculorum doloribus. Oleum per deſtillationem elicitur, aquæ innatans, quod fæce cinerea ſubſidente clarum & tranſparens evadit, pulchrè rubeſcens & rutilans, odoris pergrati, ſaporis ſubacris. *Vires.*

55. Tsjangelam-Parenda *H. M.* P. 7. T. 41. Sedi *Indici* repentis ſpecies ex ſententia D. *Commelin.* Ego quò referenda ſit ignoro.

Caules quadrangulati, angulis acutis, ac lateribus planis, quorum duo adverſa latiora ſunt, geniculati, cortice viridi-fuſco & glabro, intus carnoſi, carne humida, denſa ac viſcoſa, minimè lignoſi, ex geniculis claviculas emittentes. *Folia* quæ in geniculis caulium proveniunt, lata, anteriùs ſtrictiori & obtuſâ orâ, acutis, ſubtilibus cuſpidibus eminentia, textura craſſa, ſpiſſa, mollia, ſuperficie leni & glabra, viroris in utraque parte ſaturi, aſt in adverſa fuſcioris. Coſta media duos emittit laterales, in recta & averſa parte eminentes, & plures minores diffundentes. Rami ex geniculis dependent, in ſurculos plures ramoſos ſe divaricantes; ex viridi fuſci, rotundi, intus aquei & virides; ſiccati materiam nigerrimam atramenti & carbonum inſtar in ſe continent. *Flores* parvi ſunt ut & ſemina.

Naſcitur circa *Coylen* & *Tuevantoor*. fruget tempore pluviali.

Folia contrita aurium fuligines mundant. Succus cum Cardamomo, Coriandro & Gingibere ſumptus inteſtinorum flatus diſcutit.

56. Carim-Gola *H. M.* P. 11. T. 44. Hexapetala tricapſularis *Indica*, foliis nervoſis cordiformibus acuminatis, floribus è ſinu pediculi foliorum, Juncorum modo, erumpentibus.

Planta eſt aquatica, altitudine cubitali. *Radices* fiſtuloſæ, albicantes & rubeſcentes, fibris croceis, pluribus fibrillis flavis capillatis, veſtitæ. *Caules* plures ſimul exſurgunt, teretes verùm interiùs nonnihil plani, fungoſi, fiſtuloſi, hinc indè in folliculos, è quibus novi prodeunt caules, extenuati, in folia ſinguli ſingula deſinentes, (adeò ut caules nihil aliud ſint, quàm foliorum pediculi) *Folia* autem formâ cordis oblongi ſunt, è lata baſi, oris ſubrotundis in acutum cuſpidem deſinentia, textura denſa, ſuperficie leni, mollia, venulis denſis à pediculo ad cuſpidem productis ſtriata, viroris in una parte fuſci, in alia communis. *Flores* cum cauliculo fiſtuloſo è folliculo ſeu ſinu pediculi [folii] cauliſve, eodem fere modo quo in Juncis, erumpunt, cauliculi petiolis inſidentes plures ſimul, inodori, hexapetali, petalis oblongo-rotundis, tenuibus, ſurrectis, in totum cœrulei coloris, coruſci & ſcintillantis ad Solem maximè, exteriùs coſta viridi ſtriatis, tribus latioribus, tribus anguſtioribus ea interjacentibus. *Stamina* ſex cœrulea, *apicibus* ſurrectis, ſtriatis, flavis dotata. *Stylus* globulo viridi ſeu ſubflavo inſidet, ſtaminibus craſſior gemmula albicante capitatus. Gemmarum Florum deſcriptionem; ſi placet, hîc vide. *Capſulæ* ſeminales trilateræ ſunt, oblongo-rotundiolæ, tribus in longum ſtriis radiatæ, à foliis, tum coſtulis valde craſſis & extuberantibus, ac præ ſiccitate contractis & rufo-fuſcis inſtructis, in totum comprehenſæ. Numeroſa in illis continentur *ſemina*, in tres ſeries diſpoſita, per membranam interiorem tenuem, quæ ex medio fructûs ad intervalla inter ſtriatis intermedia excurrit, ac corticis exterioris ſtriis arctiùs adſtricta eſt, diſtincta; formâ rotundiola, parum oblonga & albicantia, matura colorem ſeminis referunt *Naſturtii*.

Tota planta contrita & in lacte data febri medetur cholericæ. Oculorum affectus tollitur ſi caput cum illius decocto ungatur & *oleo*. Radix decocta cum Saccharo ſumpta hepatis vitia corrigit, flatus diſſipat. Trita cum butyro & oleo & ſic epota inflammationes ſeu rubedinem oculorum tollit. Cortex radicis in pulverem redactus cum Saccharo ſumptus, antiaſthmaticum eſt, idem maſticatus & in ore detentus odontalgiam ſedat & abigit. *Vires.*

EMENDANDA.

IN hoc Opere partim per incuriam & oblivionem, cùm nimis festinarem, partim per errorem à diversis nominibus eidem plantæ imperfectè & obscurè descriptæ à variis Autoribus impositis ortum, species nonnullæ bis térve repetuntur; Ex altera parte ob nimium contrahendi studium species nonnullæ revera diversæ pro eadem à nobis proponantur: quin & alia paroramata admissa deprehenderim; quamvis non tot aut tanti sint, ut eorum me valde pudeat, nè tamen pudor noster qualiscunque Lectori fraudi sit, omnia ingenuè aperire & emendare decrevi.

P. 135. Ad Speciem Hemionitidis 2dam nota.

Hemionitidem peregrinam *Clus.* à vulgari Hemionitide specie distinctam esse agnosco; atque idcirco conjecturam illam, quòd naturæ lusus sit, non Hemionitidis species distincta, revoco.

P. 168. Helleborus albus florem habet hexapetalon, caducum; vasculum seminale è tribus capsulis seu vaginis compositum, quarum singulæ duo triave semina continent, membranulis alata; non enim ut à *Parkinsono* id fidenter affirmante eósque erroris insimulante qui siliquas ei tribuerunt, deceptus scripsi, semina nuda profert.

P. 181. Acetosam *Creticam* semine aculeato C. *B.* diversam omnino herbam esse ab Acetosa *Neapolitana*, Ocimi folio, Συκεραληφόρῳ *Col.* à peritissimo Botanico *Jacobo Breynio* edoctus sum.

P. 197. Primæ Bliti *Atriplex* dicti speciei descriptioni Synonyma præmissa non conveniunt. Describitur enim *Spinachia Fragifera* Horti *Farnesiani Aldini*, i. e. Atripl. sylvest. Mori fructu altera *Schol. Bot.* Nomina autem illa, Atriplex baccifera *Ger. emac.* baccifera rubra *Park.* sylv. Mori fructu C. *B.* ad sequentem seu 6tam speciem pertinent.

P. 207. Ad Cap. de Asaro.

Asari fructum in 6 cellulas divisum esse experientiâ didici, ideóque notam illam, quòd Fructus in terna loculamenta dividatur erroneam esse agnosco; nescio quomodo contra autoritatem *Jo. Bauhini*, cujus descriptione usus sum, ut ità sentirem inductus.

P. 263. Conyzæ species nona, nimirum Conyza caulibus rubentibus, flore luteo nudo, P. 293. repetitur pro 2da Specie Conyzæ flore nudo, ad quem locum in methodo nostra propriè pertinet.

P. 272. Species Jacobææ 4ta, seu Jacobæa montana non laciniata nostras pro diversa à 2da hoc est, Jacobæa *Pannonica* non laciniata lanuginosa angustifolia C. *B.* ponitur; quam jam pristinâ sententiâ resumptâ pro eadem habeo, plantâ ipsâ à D. *Dale* cultâ cum descriptione. *Clusii* diligenter collatâ, ut in Emendandis ad calcem Historiæ monui.

P. 326. Ad Speciem Jaceæ 15tam *i. e.* Jaceam foliis angustissimis, subtus incanis nota.

Hæc species longè diversa est à Stœbe capitata Rosmarini folio *Ponæ*, non (ut suspicabar) eadem; quod D. *Plukenetio* notatum invenio in *Almag. Bot.*

P. 399. Ad Mirabilis Peruvianæ speciem 4tam nota.

Quæ de *Atzoyatl* seu *Mirabili Peruviana Hernandez.* nimis festinanter scripsi revoco, & post secundas cogitationes eam & genere & specie cum Admirabili *Peruviana* convenire agnosco, ut in Emendandis ad calcem Historiæ monui.

P. 244. Dens leonis 2dus, h. e. foliis integris, caule raris foliis vestito, monanthes ferè, eadem est Planta cum Hieracio Pannonico 1mo *Clus.* quam p. 238. pro 7ma Hieracii Pulmonaria dicti specie posuimus: siquidem à D. *Dale* in horto culti caulis unum plerunque ramulum emittebat, illius ad instar.

P. 260. Petasitis flos nudus est; ideóque malè hìc collocatur, & ad Sectionem secundam transferenda est.

P. 400. Agrimoniæ florem hexapetalon tribui, cùm revera pentapetalos sit. Error festinanti calamo cùm minùs attenderem excidit; nam in manuscripta mea descriptione florem pentapetalon ei assignatum invenio.

P. 426.

P. 426. Laſerpitium 4tum ſeu foliis anguſtioribus, dilutè virentibus, conjugatim diſpoſitis *Moriſoni P. Hermannus* pro eadem ſpecie habet cum 2da, ſeu Laſerpitio Gallico *C. B.* ut in Emendandis prædictis notavimus; *Moriſonus* tamen diſtinguit, ut in *Prælud. Bot.* 278. videre eſt.

Ad Pag. 441. Spec. 3am i. e. Oenanthen Cicutæ facie *Lob.* Adde,

Octo adoleſcentuli quodam Pomeridiano piſcatum exeuntes ad amnem quendam in Comitatu *Clonmellenſi Hiberniæ*, magnam Oenanthes aquaticæ ſucco viroſo (*Tahow* Hibernis dictæ) copiam invenerunt, ejúſque radicum, per errorem pro Sio aquatico aut Apio paluſtri eas habentes, non exiguam quantitatem comederunt. Poſt 4 aut 5 horas, cùm domum redirent, eorum natu maximus, ſtaturam virilem pœnè aſſecutus, abſque minima apparente inquietudinis aut querelæ præviæ ſignificatione illico ſupinus in dorſum decidit; calcitránſque & membra jactitans in terra jacuit, vultu in formam horridam mutato, ore ſpumante. Non ita multò poſt alii quatuor eodem modo affecti ſunt, omnéſque ante ſequens mane extincti, eorum nemine à momento quo correpti ſunt unicum verbulum proferente. E reliquis tribus unus in rabiem ſeu furorem incidit, verùm ante exactam noctem ad ſanam mentem rediit. Secundo Capilli & ungues defluxerunt: Tertius, (qui affinis meus erat) nihil mali paſſus evaſit. An verò quod minus de fatali radice comederat, an quòd validioris & Athleticæ conſtitutionis eſſet, me latet. Quamvis ad valetudinem ſuam tuendam multùm contuliſſe continuum duorum circiter milliarium curſum violentum, ſtatim poſtquam adoleſcens primus corruit, inceptum, & largum medio itinere lactis tepidi hauſtum. Sudor enim immodicus quem elicuit motus adeò rapidus & vehemens, multas proculdubio è particulis venenatis expulit, & meliorem effectum in hoc caſu fortè ſortitus eſt, quàm ſi Alexipharmacon nobiliſſimorum uſus habuiſſet, quæ, ut novimus, per diaphoreſin præcipuè operantur. Suas etiam partes in hoc opere egit lactis hauſtus, particularum acrium & venenoſarum aliquammultas involvendo, obtundendo & unà ſecum egerendo.

Memorabilem hanc hiſtoriam de funeſto & exitialiven enoſæ & deleteriæ hujus radicis effectu ad me miſit eruditiſſimus & ingenioſiſſimus Vir. D. *Franciſcus Vaughan*, *Clonmellæ* in *Hibernia* medicinam faciens. Addidit inſuper & aliam. Belga quidam piſcator in hoc Comitatu ſummitates hujus herbæ conciſas juſculo incoctas eſitans, non ità multò poſt in cymba mortuus inventus eſt. Cauſam mortis aperuit Puerulus Hibernus quem ad ſibi inſerviendum conduxerat. Hic nè herbam hanc venenoſam attingeret Hero interdixit, ſed fruſtra; ille etenim Herbam ſalubrem eſſe & in patria ſua in juſculis & acetariis frequenter comedi affirmavit. Piſcatorem hanc radicem pro Apio paluſtri, quod foliis ſuis refert habuiſſe ſuſpicor. Vix biennium elapſum eſt ex quo hoc accidit, 8 circiter ab hoc loco [*Clonmel*] milliaribus.

P. 443. lin. 8.

Siſarum Syriacum *C. B.* i. e. Secacul *Arabum* & *Mauritanorum*, ſive Paſtinaca *Syriaca Rauwolfii*, Pag. 466. pro Paſtinacæ tenuifoliæ 7ma ſpecie iterum proponitur.

P. 506. Ad notas Cerinthes.

Quæ in hoc genere pro ſeminibus habuimus, revera vaſcula ſeminalia ſunt, duobus ſeminibus fœta, ut nos docuit D. *Tournefort*, & ſua etiam experientiâ confirmat D. *Preſton* M. D. *Edinburgenſis*, ni quis ſemina gemino intus nucleo appellare mallet.

P. 552. Ad vires Prunellæ add.

Prunella ab omnibus medicis & botanicis, quos quidem ego novi aut legi, pro vulnerario habetur ínque eo caſu ſolo uſurpatur; nam in morbo illo unde nomen hauſit, ob eandem vim efficax eſt. Verùm Hiberni indigenæ qui in viribus plantarum cognoſcendis non vulgarem peritiam ſibi vendicant, eam in liquore Poſſeti decoctam frequenter propinant in omne genus febribus continuis, exceptis malignis, nonnulli etiam in intermittentibus. Verùm an adeo efficax ſit ut illi affirmant, nondum judicare valeo, quoniam alia plerunque medicamenta unà exhibentur. Communicavit Vir ingenioſus admodum & eruditus D. *Nathaniel Wood Hibernus*, *Kilkenniæ* cum laude & ſucceſſu optimo medicinam exercens.

P. 558. Species Marrubii 15ta, ſeu Marrubium nigrum *Creticum Alpin. Exot.* repetitur in Appendice p. 1872.

P. 566. Ad Speciem Sideritidis 15tam nota.

Species illa quæ hoc in loco deſcribitur diverſa eſt ab ea cujus Synonyma in Titulo dedimus, nimirum à Sideritide arvenſi latifolia glabra *C. B. Park.* non, ut opinabar, eadem. Dari enim in exteris regionibus ejuſmodi Sideritidem glabram D. *Jacobo Breynio* aliíſque affirmantibus credo. Ego autem Sideritidem hoc in loco deſcriptam pro glabra illa arvenſi habui quod hujus icon, plantæ à nobis deſcriptæ quam in tranſmarinis etiam inveni, non inepte congruere videbatur quoad formam externam; noſtra tamen, ut verum fatear, ſemper hirſuta eſt.

P. 711.

P. 711. Calix floris in Hyoſcyamo revera in 5 ſegmenta acuta dividitur; non in 4 tantùm, ut cùm nimis feſtinarem minùs attentus ſcripſi.

P. 722. Convolvuli notam feci, fructum habere in terna loculamenta diviſum, quorum ſingulis bina ineſſent ſemina, *Moriſonum* ſecutus; quæ nota Convolvulis omnibus communis non eſt; cùm nonnulli in ſingulis capſulis ſingula duntaxat habeant.

P. 730. } Convolvulus ramoſus incanus foliis Piloſellæ *C. B.* utrobique habetur.
P. 731. }

P. 773. } Euphraſia pratenſis *Italica* latifolia *C. B. pin.* quæ in *Ejuſdem prod.* Euphraſia purpurea minor dicitur, ſub titulo primo pro 7ma Euphraſiæ ſpecie proponitur;
P. 774. } ſub 2do. pro 10ma.

P. 793. Rapiſtrum floribus Leucoii marini *C. B.* neſcio quo caſu in eadem pagina repetitur. Vid. Emendanda ad calcem *Hiſt. noſt.*

P. 830. Species 5ta, *i. e.* Thlaſpi verum 1um Dioſcoridis *Zanoni* eadem eſſe videtur cum Thlaſpi 20mo ſeu *Alexandrino C. B.* ut in Emendandis prædictis monuimus.

P. 843. Coronopum *Ruellii* ſeu Naſturtium verrucoſum inter Siliculoſas monoſpermas diſpoſui, *Jo. Bauhinum* ſecutus, qui lappulis ejus ſingulis granum unicum ineſſe ſcribit, cùm revera diſpermos ſit, & in ſingulis lappulis bina *ſemina* contineat: proinde ad Naſturtium, cùm quo foliis diſſectis convenit, referri debet.

P. 925. Colutea Scorpioides maritima, folio glauco *C. B.* & Colut. Scorpioides odorata *Cretica Alpini* parùm aut nihil differunt, præterquam odore.

P. 928. } Onobrychis incana foliis longioribus *C. B.* p. 928. pro Spec. 2da; p. 938. pro
P. 938. } Spec. 13tia ponitur.

P. 931. Scorpioides Viciæ foliis minima *Moriſ. hiſt.* eadem eſt cum Scorpioide leguminoſa altera *J. B.* Pag. ſeq.

P. 936. Aſtragalus *Africanus*, flore luteo odorato *Breyn.* idem eſt cum Aſtragalo 20mo *Moriſ.* Pag. ſeq. ut nos monuit D. *Sherard.*

P. 993. Camara flore albo ad Lychnides refertur, minùs rectè, cùm fructu ſit longè diſſimili, & ad frutices pertineat.

P. 996. Lychnis 13tia ſeu flore albo minimo eadem eſſe videtur Lychnidi albæ ſylveſtri ſpicâ reflexâ *Bot. Monſp.* ſeu proximè præcedenti ſpeciei: item Lychnidi 4tæ ſeu ſylveſtri annuæ anguſtifoliæ, flore purpuraſcenti noſtrati: Item Lychnidi arvenſi minori *Anglicæ* inferiùs p. 1004. deſcriptæ.

P. 1003. Alſine Alpina glabra *C. B.* quæ eadem eſt cum Auricula muris Alpina glabra, &c. *J. B.* pro Lychnidis ſpecie ponitur, & rectè. P. 1031. pro Alſines petalis integris ſpecie 2da perperàm incautè repetitur.

P. 1020. Ad Aſcyri vires adde.

Aſcyron tomentoſum paluſtre in praxi medica nondum magis uſitatum & pluris factum fuiſſe valdè miror. Ego ex optimis quas habemus balſamicis adſtringentibus plantis eam eſſe exiſtimo. Hiberni indigenæ *Brin-Tarragh* eum vocant, id eſt, Herbam dyſentericam, eâque optimo cum ſucceſſu in eo morbo utuntur. Ego in lacte decocto, præmiſſis univerſalibus in fluore albo feliciter uſus ſum. Vulnerarium proculdubio præſtantiſſimum eſt, inque omnibus fluxionibus admodum efficax ſupra ullam aliam quam novi herbam. D. *Vaughan.*

P. 1032. Alſines ſpecies 9a, ſeu Saxifraga paluſtris *Anglica Park.* ex ſententia D. *Plukenet*, à qua nec ipſe alienus ſum, eadem eſt planta cum ſpecie 14ta ſeu Arenaria *J. B.* Alſine nodoſa *Germanica* aliàs Arenaria *C. B. pin.* & *prod.*

P. 1033. Juncaria *Salmanticenſis Cluſ.* quæ 15ta Alſines ſpecies perperam habetur, Lib. 4. cap. 17. p. 211. Herbis flore imperfecto, & ut puto rectiùs intermiſcetur. Vid. *Emendanda.*

P. 1046. Cotyledonis ſpeciem 6tam *i. e.* Sedum ſerratum guttato flore *Park.* pro eadem planta cum 11ma p. 1047. *i. e.* Sanicula Alpina crenata, umbilico pallido, habeo.

P. 1098.

P. 1098. Quod Aſclepiadem ab Apocyno in eo differre ſtatuerim, quòd in hoc binæ ſingulis floribus ſuccedant ſiliquæ, in ea ſingulæ tantùm, me errâſſe non diffiteor: nam & in Aſclepiade etiam nonnunquam binæ ſuccedunt. Erroris cauſa fuit quòd ſingulæ (ut puto) ſæpius ſingulos ſequantur flores, ob defectum aliquem; cùm naturaliter geminæ eſſe debeant.

P. 1208. Iris uvaria *Cap. Bæ. Spei Bodæi* à *Stapel* in *Theophr. hiſt.* Aloes ſpecies eſt, cujus iconem & deſcriptionem accuratam ſub titulo Aloes *Africanæ*, folio triangulo longiſſimo & anguſtiſſimo, floribus luteis fœtidis *Herman. Cat. Hort. Lugd. Bat.* exhibuit. Vid. in *Rariorum Hort. Med. Amſtelodamenſis Part. alt.*

P. 1266,-67. Gramen typhoides maximum, ſpicâ longiſſimâ *C. B.* idem eſt Gramini cum cauda muris majoris longa majore *J. B.* 2. 472. Ratio cur ea in Hiſtoria ſeparaverim erat, quòd *C. Bauhinus* ſpicam Graminis typhini max. &c. tactu mollem fecerit; cujus utriculi copioſis & oblongiuſculis ariſtis armantur. Quæ notæ Gramini Onocordo, conveniunt non huic.

P. 1267. pl. 3. pro Gramen typhoides aſperum, *lege* Gram. typhoides aſperum primum *C. B.*

P. 1308. Gramen junceum 11. ſeu ſpicâ ſubcœruleâ *Cambro-Britannicum Park.* idem eſt cum Junco 21mo. ſeu Alpino cum cauda leporina *J. B.* Schœnalaguro dicto P. 1306.

P. 1442. Kaida *H. M.* idem frutex eſt cum Anana ſylveſtri *Acoſtæ*, ſuperiùs inter Anomalas p. 1333. traditâ. Vid. *Emendand. Hiſt.*

P. 1373. Ambaiba *Braſilienſibus Marcgrav.* P. 1373. & Jaruma *Nieremberg.* l. 14. cap. 104. inter Arbores exoticas anomalas & minùs cognitas 8va. P. 1789. una & eadem Arbor ſunt, ut à D. *Sloane* edoctus ſum.

P. 1460. Meſpilo ſimilis fructus venenatus *C. B.* item Fructus nonus, ſeu peregrinus orbicularis, novem nervis diſtinctus, cum officulo anguloſo *J. B.* &c. Arboris Mancinello P. 1646. deſcriptæ fructus ſunt D. *Sloane* obſervante.

P. 1641. Rubi facie ſenticoſa planta Lobelii *Park.* p. 1641. Saamouna Piſonis p. 1761. Ceiba arbor maximæ craſſitudinis & altitudinis *J. B. i. e.* Ytztamotl p. 1789. Eadem omnes inter ſe & cum Moul-clavou *H. M. i. e.* Goſſipio arboreo caule ſpinoſo *C. B.* Arbor ſunt: Autore D. *Sloane* in *Cat. Jamaic.*

P. 1552. Perſea arbor *Cluſ.* eadem eſt cum Agnacat *Scaligeri* Piri facie p. 1789.

P. 1663. Spec. 2.
P. 1793. Sp. 43. } Pequea *Braſilienſibus de Laet.* Peq. ſeu Pekia 2da *Piſonis.*

P. 1734. cap. 20.
P. 1892. } Polygala *Indica* minor ſiliquis recurvis D. *Syen.* Colinil *H. M.*

P. 1744. Spec. 3.
P. 1825. Sp. 19. } Samparantan, *i. e.* Fructus 4tus lib. 2. cap. 15. *Cluſ. exot.*

P 1739. Nux Been *Zeylanica*, ſiliqua triangula, ſeminibus alatis, *Hort. Lugd. Bat. Herman.* eadem eſt ☿ Moringou *H. M.* p. 1745. deſcriptæ.

P. 1772. Mangle Pyri foliis, ſiliquis longis Ficui *Indicæ* affinis, eadem eſt cum Pee Kandel *H. M.* 1770. *Slon. Cat. Jamaic.* & cum Oſtreifera arbore, quæ in *Sierra Lionia* provenit *Purchaſii.*

P. 1781. Arbor Kauki Indorum floribus odoratis *Breyn. Cent.* Eadem eſt Arbor cum Elengi *H. M.* P. 1. F. 20. pag. 33.

P. 1795. Papyracea arbor Guiabara *J. B.* eadem eſt cum Populo Novi Orbis *J. B.* p. 1419. D. *Sloane.*

Viticis fructum pro ſemine nudo habui, cùm revera capſula ſit, 4 ſemina continens, obſervante *Cæſalpino*, confirmantibus DD. *Rivino* & *Tournefortio.*

P. 1799. Arbor illa quam in Horto Reverendiſſimi Epiſcopi *Londinenſis* viſam à foliorum ſimilitudine Coryli ſpeciem eſſe exiſtimans Corylum folio latiſſimo *Virginianam* denominavi, veram & genuinam Mori ſpeciem eſſe ex fructu ſe prodidit.

P. 1800. Ad Fruticis exotici ramum in clavatam echinatam siliquam terminatum, notâ. Ramus isthic, quem in musco instructissimo D. *Guilielmi Cortene* è Medio Templo *Londinensi* asservari rectè scribit D. *Plukenet Almag. Bot.* p. 147. ubi & nos eam vidimus seu potius ejus summitas, siliqua non est, sed caudex emedullatus *Jamaicana* 4tæ. *Pisonis*, ut rectè monet D. *Plukenet*: siquidem ejus medulla adnotante *Pisone*, *Sambucinâ* facilè mollior, exarefacta in minutissimum pulverem redigitur. Qui cùm decidit scapus cortice suo echinato contectus, relinquitur concavus, miris cancellis quasi ex arte fabricatus, adeóque siliquæ alicujus æmulus: quod nobis errandi ansam præbuisse ingenuè fatemur.

P. 1855. Cadel Avanacu *H. M.* quam Ricinum arborem, fructu glabro, *Grana Tiglia* Officinis dicto vocat D. *Hermannus*, Synonyma facit 1. Lignum *Moluccense* Pavana dictum fructu Avellanæ p. 1803. traditum: 2. Pinum *Indicam* nucleo purgante C. B. *i. e.* Pineos nucleos *Acostæ* & Monardis p. 1830. exhibitos.

P. 1810. Lignum 21. nostratibus **Fustick-Wood** dictum idem est Tataiiba *Brasilienſibus Marcgr.* & *Pison.* p. 1639. descriptæ: Ligno Xanthoxylon *Americanum*, Carpini foliis, aculeatum, cortice cinereo *Pluk. Almag. Bot.* dicto.

P. 1814. Nucem vomicam *Officin. Cl. Hermannus* pro fructu Caniram *H. M.* p. 1661. Historiæ hujus positæ, habet: Item pro fructu ligni Colubrini 3tii generis, vastæ arboris magnitudine *Acostæ*, ut & *Antonius de Heyde* suspicabatur, cujus historiam habes p. 1807.

P. 1882. Convolvulus serpens maritimus Spicæ-folius *idem est cum* Convolvulo minore argenteo repente *Rupellensi Moris. Prælud.* ut à D. *Sherardo* admonitus sum.

P. 1884. Linaria annua anguſtifoliâ flosculis albis, longiùs caudatis *Triumfetti* non differt à Linaria annua *Chalepensi* minori erecta, flore albo lineis violaceis notato *Moris.* ut ab eodem D. *Sherardo* certior factus sum.

P. 1888. Ad Tithymali Hibernici vires adde.

D. *Vaughan* medicus *Hibernus* de Tithymali hujus acrimonia, ejúsque radicis in lacte decocti tragico & funesto effectu in quodam juvene Hiberno valido & vegeto hæc habet. Hiberni radice hac in lacte decocta pro cathartico utuntur. Ante tres annos, octo circiter ab hac urbe [*Clonmel*] milliaribus Juvenis quem diximus de dolore non admodum acuto in sinistro latere conquerebatur, quem ab obstructione inveterata in liene ortum suspicor: Empiricus quidam conterraneus supra dicti decocti dosin ei exhibuit, quæ hypercatharsin violentam cum horrendis convulsionibus excitavit, morte ante horam istius noctis decimam succedente. Nihilominus existimo parari ex ea posse extractum cum additione spiritûs Vitrioli, quod in morbis chronicis robustorum corporum eximii usûs esse possit.

P. 1901. Althæa *Indica* Vitis folio, flore amplo flavo pendente *Hermanni* eadem habetur cum Katou Beloeren *H. M.* seu Abutilo *Indico*, quinque ad singulos flores thecis p. 1880. exhibito.

P. 1908. Tozcuitlapil-xochitl *Mexicensium* seu Lithospermum Arundinaceum *Hernandez* eandem non esse plantam cum Milio Solis *Bontii*, ut *Paulum Hermannum* secutus in *Appendice* ad *Histor.* scripsi, sed Cannæ *Indicæ* flo. luteo punctato à D. *Plukenet* in *Almag. Bot.* edoctus sum. *Hermannum* puto decepit, & in errorem induxit, nomen Lithospermi Arundinacei huic plantæ ab *Hernandez* impositum, Verùm icon non est Lithospermi arundinacei, quo nomine *Lachryma Jobi* vulgò insigniri solet, sed *Mearu Pisonis*, seu Cannæ *Indicæ* prædictæ.

Botanologiæ FINIS.

Inter Botanologiam & Dendrologiam integri Libri defectus esse videtur. Quod Operarum Typographicarum incuria & errore accidit. Nam cùm Ego Libros XVI. *&* XVII. *in unum conjunxissem, illi id non animadvertentes, pro numero* LIB. XVI. *&* XVII. *in apice cujusque folii ponendo,* LIB. XVI. *duntaxat posuerunt; deinde in Libro Sequenti pro num.* LIB. XVIII. LIB. XVII. *adeóque in hoc errore progressi sunt usque ad Dendrologiam, Librum unum continuè amputantes; quod facile corrigere potuissent, si Titulum nostrum Libro unicuique præfixum animadvertissent. Quos Titulos Lectorem attendere oramus, non falsos numeros in foliorum Apicibus positos.*

HISTO-

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS QUARTUS:

QUI EST

DENDROLOGIÆ,

SIVE

Hiſtoriæ *Arborum*, & *Fruticum* Primus.

Arbores caudice ſimplici non ramoſo.

Ad Capitis 2di Speciem 2dam ſeu Palmam Guineæ. *J. B.*

HAnc ſpeciem eandem eſſe cum Palma Ady *Roelfio Cluſ.* ſtatuit D. *Sloane*, eique Titulum præfigit, *Palma foliorum pediculis ſpinoſis, fructu pruniformi luteo oleoſo.* Idem D. *Sloane* Arborem tinctoriam *J. B.* T. 1. lib. 3. pag. 254. Palmam 15am ſeu Arborem exoticam fructu dactylis ſimili *C. B.* p. 508. huc refert, quam *J. Bauhinus* ſic deſcribit. Autor eſt *Thevetus* inter arbores in regno *Sinegæ* ubi *Æthiopes* degunt, arborem eſſe glandiferarum noſtrarum craſſitudine, fructum ferentem Dactylis parem, ex cujus nucleo oleum exprimitur, miris virtutibus prædituм. Aquæ permixtum croceo colore planè inficit, quo tingunt pocula ac pileos quoſdam ex Junci vel Oryzæ paleis contextos. Præterea id oleum odore eſt Violæ Martiæ, olei noſtri ſapore, quamobrem multi piſces, oryzam, alioſque cibos eo condiunt.

P. 1363. Ad Palmam *Faufel ſeu Areca.*

Hujus fructus, Nux *Malabarica* nonnullis dictus, eximii uſûs eſſe perhibetur ad ſcrophulas, præ alio quocunque medicamento hactenus uſitato aut cognito.

P. 1361. Ad Speciem 12am Palmæ, *i. e.* Palmam nobilem ſeu Regalem, *Jamaicenſem* & *Barbadenſem*, The Cabbage-Tree dictam, nota.

Species hæc, ex ſententia D. *Sloane*, eadem eſt præcedenti, i. e. Iraibæ *Piſonis* & Yri *Lerii* & *Theveti*, cui facilè aſſentior, ſiquidem notæ conveniunt: nec ab hâc ſententia alienus eſt D. *Plukenet*; qui etiam dubitat, annon ſit arbor farinifera *Cluſii* Exot. l. 1. c. 3. & 16. *i. e.* Zagu *Ferdinandi Lopez* & Sagu *Pigafetæ*. Quærit inſuper, An ſit Papyracea arbor ampliſſimis & tenuiſſimis foliis *Nicol. Coſtini* apud *J. B.* &c. nec immerito, cùm ex Braſſicarii hujus capitis involucro interiori tenuiſſimæ membranæ decerpantur, quibus omnis generis ſcriptura, perinde atque vulgari papyro, excipi queat.

Fructus uvarum formâ & magnitudine ſunt, qui putamine membraneo ſatis tenui, cineraceo colore, teguntur, fungoſâ quadam materiâ farcto levi & reticulata, in quâ nucleus includitur, orbicularis ferè, necnon *Arecæ* inſtar intus verſicolor; *Plukenet*. Fructum hoc modo deſcribit D. *Sloane*.

Ad 5 aut 6 pedum infra folia diſtantiam propè verticem exit pediculus tres, 4ve pedes longus, robuſtus admodum, & valdè ramoſus, ramulis ſparſis, arbori (quam totam ambit & amplectitur concavo lato & tumido initio) firmiter adnexus. Ramuli ſeu virgæ alternatim è ſcapo exeuntes, ad egreſſum ſuum rotundam habent extumeſcentiam. *Baccæ* virgis adhæreſcunt abſque pediculis nucum avellanarum magnitudine, cuticula luteſcente tectæ, cui ſubeſt pulpa tenuis, nucem includens, nucleo albo dulci repletam.

Cæterùm me errâſſe agnoſco cùm in *Hiſtor.* p. 1368. ſcripſerim ex *Palmæ nobilis* medulla farinam non fieri; & mutatâ jam ſententiâ cum D. *Plukenet* exiſtimo, Arborem illam, cujus ſummum faſtigium in caput orbiculatum inſtar *Braſſicæ capitatæ* extuberat, è cujus meditullio farina præparatur, ex qua panes conficiunt *Amboenſes*, ipſiſſimam eſſe *Palmam nobilem ſeu Regiam Barbadenſem.*

Palmarum ſpeciebus addendæ.

1. *Palma* Americana, *foliis Polygonati, brevioribus, leviter ſerratis, & nonnihil ſpinoſis, trunco craſſo* Breynii. Plukenet Phytogr. *T.* 103. F. 2. & T. 309. F. 5. Americana *non ſpinoſa, craſſis rigidiſque foliis, caudice ſcabro, in caput protuberante* P. B. P.

Palma hæc inter plurimas ejuſdem generis ſpecies in horto *Fageliano* nuper culta, fundit gummi album inſipidum, unde vulgò *Palma gummifera*, vel Reſinifera vocabatur. *Caudicem* obtinebat capitis humani craſſitie, pedem altum, ſcabrum, fuſcum; è cujus ſummo prominebant quina & poſtmodùm ſeptena aut plura *Folia* rachi inſidentia, modò bina è regione, modo alterna, rigida, dura, ſplendentia, gratè viridia, tranſverſum digitum lata, palmam longa, per margines crebris denticellis exaſperata. Pediculis ſeu rachis brevibus aculeis ex oppoſito plerumque ſitis erat armatus, & ſubhirſutus, ſeu raro tomento obductus. Semen mihi nondum viſum eſt.

2. *Palma pruniſera humilis non ſpinoſa, Inſulæ* Hiſpaniolæ, *fructu Jujubino ſimili, oſſiculo triangulo* Commel. Hort. Amſt. rar.

Qui attulit ex *Hiſpaniola* hanc breviſſimam deſcriptionem addidit, *Folia* è ſolo exſurgunt 7, 8ve, inter quæ *fructus* rubicundus, partim terrâ emergens, partim ſolo impactus ſeſe offert, ex multis fructibus Jujubas referentibus, ſibi invicem impoſitis, frumenti *Peruviani* ad exemplum, compoſitus, & ſaporis gratiſſimi.

Fructus examinavi, (verba ſunt *Commelini*) deprehendíque eos quoad ſaporem & colorem cum Jujubis convenire, quamvis paulò eſſent ſicciores: hi plures ſimul juncti emergebant è vagina membranacea, erantque ſuave-rubentes, oſſiculo oblongo duro albicante triangulo prædíti.

Hæc oſſicula ſolo convenienti commiſſa quinos *caules* (veriùs foliorum coſtas) produxere, ſpithamam ferè longos, quibus adhærebant foliola pinnata, glabra, longiuſcula, anguſta, nitentia, rigida, margine verſùs extremum minutiſſimis crenulis ſerrata, non exactè ex adverſo reſpondentia, nulloque impari alam claudente, 5, 5, 7ve in utrovis latere; Palmæ Dactyliferæ æmula, verùm pauciora & multis numeris minora.

3. *Palma non ſpinoſa, foliis minoribus, fructu pruniformi minimo* Slon. Cat. Jamaic. The Palmetto-tree.

D. *Sloane.*

Magnam habet propè radicem extumeſcentiam, ſupra quam paulùm incurvatur. *Truncus* 60 pedum altitudinem æquitur, femoris humani craſſitudinem; 15, 17ve unciarum diametro, cortice caneſcente circumcinctus, glabro, paucis nullíſve foliorum delapſorum veſtigiis apparentibus. *Folia* in faſtigio aliarum Palmarum reſpectu pauca obtinet, eáque breviora, colore, luteo-viridi. *Fructus* ut in *Palmetto-royal*, duntaxat nigricantes.

In inſulæ *Jamaicæ* prato *Palmetto-Savanna* dicto copioſiſſimè provenit, necnon inter urbem *Bridge-Town* vocatam & *Fontabelle* in inſula *Barbados.*

In medio craſſior eſt hujus truncus quàm in cacumine. Pſittaci & avis *Pito* dicta in hâc arbore nidificant.

4. *Palma humilis ex inſula* Macaſaria Ind. Orient. *nucleo plerunque gemello, nucis Moſchatæ inſtar verſicolore*, Kittoel Zeylanenſibus *dicta* Pluk. Almageſt. *à* Schunda-panna *H. M. (inquit) non multùm diverſa eſt.*

5. *Palma* Jamaicenſis *non ſpinoſa humilis, folio multiſciſſo flabelliformi*, Ampanæ Malabar. *haud abſimili* Pluk. Phytogr. *T.* 51. *F.* 1. *An Palma non ſpinoſa humillima*, Slon. Cat. Jamaic.? *inferiùs deſcripta.*

6. *Palma dactylifera minor, ſylveſtris, humilis, fructu minore*, Hin-Indi Zeylanenſibus *dicta* Pluk. Almageſt. *P. B. P.*

7. *Palma* Barbadenſis *non ſpinoſa, folio plicatili ſeu flabelliformi, fructûs oſſiculo nigro*, Pluk. Almag. Bot. *Quærit, An ſit Palmæ 3a ſpecies*, Latanier *dicta* Rochefort & Du-Tertre.

8. *Palma humilis ſeu Chamærrhiphes* Curaſſavica, *pruniſera, ſpinoſa, nucleo extus eleganter variegato* Pluk. Almag. Bot. *Fortè, inquit*, Caranaiba & Anachecariri Braſilienſium Piſonis.

9. *Palma Arecifera, fructu compreſſo, non turbinato*, Pluk. Mantiſſ. *Nuci Moſchatæ & Faufel ſimilis nucleus*, I. B. Tom. 1. P. 392.

10. *Palma*

10. *Palma peregrina coccifera, nucibus amplis pyriformibus, circulis velut in racemum rariorem appenſis Muſei* Corteniani Pluk. Almageſt. Bot.

11. *Palma (fortè) ſeu Phœnico-Scorpiuros aut Heliotropium Palmites ſpinoſum, Polygonati anguſtis foliis,* Maderaſpatana. Pluk. Phytogr. *T.* 106. *F.* 8. *Huc fortè pertinet* Atitara Braſilienſibus, Marcgrav. Idem. *Vide Act. Phil.* No. 244. *pl.* 27, & No. 267, *pl.* 86.

12. *Palma non ſpinoſa humilis, fructu racemoſo pruniformi, minimo, Piſi magnitudine,* Slon. Cat. Jamaic. **Palmeto Royal.**

D. *Sloane.*

Ad 15 circiter pedum altitudinem excreſcit, *caudice* recto, tereti, luteo aut caneſcente, ſemoris humani craſſitudine, foliorum delapſorum veſtigiis ab imo ad ſummum uſque apparentibus. *Folia* longitudine & figurâ ſunt Palmæ cocciferæ, duntaxat per omnia minora, colore viridiore, nec unquam deorſum inflexa ſeu nutantia, ut illius folia antequam decidant. *Fructus* bipedali, robuſto ſcapo inſident, in plurimas pedales teretes virgas ramificato. *Baccæ* virgis hiſce ſeu ſurculis adnaſcuntur abſque pediculis, numeroſæ, rotundæ, Piſi hortenſis majoris magnitudine, glabræ, virides, tenui & ſubdulci pulpa nucem parvam claudente, nucleo albo dulci repletam.

In montibus mediterraneis ſylvoſis, ad amnium & torrentium ripas copiosè & ubique creſcit, in inſula *Jamaica.* *Locus.*

Folia hujus arboris aëri expoſita dealbantur, & in galeros ſeu umbellas pro mulieribus texuntur ad ſolis radios à facie arcendos, & formam colorémque tuendum. *Uſus.*

13. *Palma non ſpinoſa humillima,* Slon. Cat. Jamaic. *An Palma* Jamaicenſis *non ſpinoſa humilis, folio multiſciſſo ſtabelliformi, Ampanæ* Malabar. *haud abſimili,* Pluk. Phytogr. *T.* 51. *F.* 1? **The ſmall Palmeto Royal.**

D. *Sloane.*

In omnibus ferè præcedenti ſimilis eſt, niſi quod non ultra pedalem altitudinem è terra exſurgat; folia tamen hujus illius foliis propemodum æqualia ſunt: ut ab ea ſtaturâ potiùs quàm ſpecie diſtincta videatur.

Secus viam quæ ducit verſus 16 **miles walk** obſervavi, in inſula *Jamaica.* *Locus.*

Folia exſiccata caſis integendis inſerviunt, ſúntque in eum uſum commodiora & durabiliora quàm reliquarum Palmarum folia. *Uſus.*

14. *Palma ſpinoſa minor, fructu pruniformi,* Slon. Cat. Jamaic. **The ſmall Macaw-tree.**

D. *Sloane.*

Hujus truncus cruris humani infra ſuam craſſitudinem vix ſuperat, nec ultra 15 pedum altitudinem aſſurgit, ſpinis pari modo cum Palma *Hairi* dicta munita, cujus ſpecies minor eſt, in omnibus excepta magnitudine cum ea conveniens.

In ſylvis, ſecus viam quà à *Guanaboa* versùs agros D. *Bourden* itur obſervavi.

15. *Palma ſpinoſa minor, caudice gracili, fructu pruniformi, minimo, rubro,* Slon. Cat. Jamaic. **Prickly-pole.** *An Atitara* Marcgrave?

D. *Sloane.*

Harum 30 aut 40 unà ſemper oriuntur, densè ſtipatæ. Ad egreſſum ſuum è terrâ extumeſcentiam habent, quemadmodum hujus generis pleræque, è multis loris ſeu ligulis ſibi invicem implexis & conglomeratis compoſitam. Truncus valde gracilis eſt, 4 aut 5 tantùm, in tranſverſum unciarum, 40 pedes altus, lutei aut caneſcentis coloris, craſſis longiſque ſpinis circumcirca densè obſitus. Folia in faſtigio tantùm geſtat, uti Palma coccifera aliæque hujus generis, viridiora tamen, & breviora, quamvis pinnæ pro foliorum modo longiores ſint, ſpinis creberrimis horridæ. *Fructus* ut in aliis congeneribus ſitus eſt, piſo ampliſſimo major, cuticulâ rubrâ tectus, pulpam tenuem dulcem continens, nucleum durum album claudentem.

Loco, **The Thickets** dicto, propè, *the Moneque Savanna* copiosè naſcitur. *Locus.*

16. *Palma Polygonati anguſtis longioribus foliis, pediculis ſpinoſis, ex* Inſula Johanna: *eadem fortè præcedenti,* Pluk. Mantiſs.

17. *Palmis affinis Malus* Perſica *maxima, caudice non ramoſo, foliis longiſſimis, Flore tetrapetalo, pallidè luteo, fructu ex arboris trunco prodeunte.* Slon. Cat. Jamaic. **The Anchovy-Pear-tree.** *D.* Plukenet, the Anchovy-Pear-tree *Anonæ ſpeciem facit.*

D. *Sloane.*

Trunco ſimplici, individuo, crure humano non majore, cortice caneſcente tecto, versùs faſtigium gracileſcente, ad 20 pedum altitudinem rectà aſſurgit, propè cacumen veſtigia foliorum aliquot delapſorum oſtendens. *Folia* circa faſtigium tantùm ad ſemipedalem uſque diſtantiam à vertice exeunt, nullis pediculis, 2½ pedes longa, 6 uncias lata, media ſcil. latiſſima parte, ſiquidem ab anguſto principio ad mediam uſque longitudinem continuè dilatantur,

tantur, exinde sensim angustata, in obtusum tandem angulum desinunt veluti Phyllitidis folia; costâ una insigniore media dividente, & transversas aliquammultas fibras seu nervos emittente; tenuia sunt, glabra, splendentia. Bipedali aut tripedali à vertice distantiâ secundum caudicem exeunt *flores*, pediculis vel nullis vel breviſſimis, nunc singuli, nunc plures conferti, gemmis initio rotundis, quæ postea in flores tetrapetalos aperiuntur, petalis crassis, pallidè luteis, plurimas intus staminibus repletos, perquam odoratos; quibus succedunt *fructus Mammee Sapota* fructibus, magnitudine, figurâ, colore, &c. similes.

Locus. Ad ripas fluvii *Cobre* appellati secus viam qua versùs 16 Miles Walk itur collegi.

Usus. *Hispani* fructus hosce muriâ conditos *Mangas* loco esitant, & ex *Indiis* in *Hispaniam* mittunt pro rariſſimis bellariis.

P. 1371. Ad Cap. de Arbore Melonifera, *Mammoera* & *Papaia* dicta add.

1. Papaya minor, flore & fructu minoribus, pediculis curtis insidentibus. *Slon. Cat. Jamaic.* Papayer femelle *Du-Tertre.* The Female wild Pappaw-tree. In Sylvis Mediterraneis *Jamaicæ*, & *Caribbearum* insularum sponte oritur.

2. Papaya minor, flore & fructu minoribus, pediculis longis insidentibus *Slon. Cat. Jamaic.* Papayer masle *Du-Tertre.* The Male wild Pappaw-tree, cum priore.

Harum descriptiones vide *Historiæ* pag. 1370, & 1371. è *Marcgrav.* & *Hort. Malab.*

P. 1373. Ad Cap. de *Ambaiba* adde Synonyma sequentia.

Yaruma *Ovied.* Jaruma *Martyr. Linschot.* descr. de l' Amerique. *Thevet. Cosmogr. Nieremberg.* Bois de Trompette *Du-Tertre.* Ficus *Sirinamensis*, multifido umbilicato folio, superna parte admodum scabro, aversa densa lanugine molli *Pluk. Almagest.* & *Phytogr.* T. 243. F. 5. The Trumpet-tree. In Sylvis *Jamaicæ* & *Caribbearum* insularum ubique copiosè oritur. D. *Plukenet* Ambaibæ secundæ speciei *Ambaitingæ Pisonis* nomen superiùs positum applicat: Verum D. *Sloane* 1æ. speciei seu *Ambaibæ* simpliciter dictæ.

Ad Cap. de Musa. P. 1375. *Musa humilior, foliis minoribus nigricantibus, fructu minimo erecto* Slon. *Cat. Jamaic.* Grand Balisier. *Du-Tertre.* Wild Plantans.

D. *Sloane.*

Folia hujus non adeò ampla, neque elata sunt ac præcedentis seu Musæ arboris, colore cæruleſcente seu obscurè viridi, non ut in aliis generibus ventis rupta aut dilacerata. *Flores* in summo caule ex utroque latere egrediuntur, alii aliis excepti, & velut pyxidatim alterno ordine digesti, pedali longitudine: Sunt a. triangulares, ex unico crasso flavo concavo petalo stamina aliquot continente constantes. Petalon isthoc sui theca non decidit ut in altero genere, sed *Fructus* intus inclusus intumescit, nunquam tamen grandis evadit, neque ullius, quod sciam, in cibo aut Medicina usus est.

Locus. In Sylvis Mediterraneis humidis & umbrosis *Jamaicæ* insulæ, ubique spontanea reperitur.

Cannæ *Indicæ* species sunt ex sententia *Du-Tertre*, seminaque iis similia habent. *Rochef.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS QUINTUS:

DENDROLOGIÆ SECUNDUS.

Arbores ramoſæ, fructu a flore remoto, ſeu Iuliferæ:

Quarum quatuor ſunt Genera ſubordinata;

1. *Nuciferæ*, quibus & Glandiferas annumeramus.
2. *Coniferæ*, quibus & quaſdam Bacciferas adjungimus.
3. *Lanigeræ.*
4. *Vaſculis membranaceis*, aut membranis auctis Semina claudentes.

Arbores Nuciferæ, &c.

P. 1379. Ad Cap. de Juglande adde ſpecies ſequentes.

1. NUx Juglans *Virginiana* alba minor, fructu nuci Moſchatæ ſimili, cortice glabro, ſummo faſtigio velut in aculeum producto, *Pluk. Phytogr.* T. 309. F. 2. An Nux Juglans *Americana* minor, *P. B. P.* ?

2. Nux Juglans *Virginiana* alba, fructu parvo anguloſo, cortice lævi, *Ejuſd. ibid.* F. 2. *c.*

3. Nux Juglans anguloſa major *Americana*, fructu longiore, cortice albo, lævi, ſummo vertice mucronato, *Pluk. Almageſt.* T. 309. F. 2. An Juglans anguloſa *Grevio*, *Muſ. Reg. Soc. Londin. Hiſt. Noſt.* p. 1837.

4. Nux Juglans *Virginiana* major, fructu rotundo, cortice craſſo, ſulcato, tuberculis exaſperato, nigro, *Pluk. Almag. Bot.* Fortè Nux Juglans nigra *Virginienſis Park. Virginiana* nigra *Hort. Leyd. Herman.* p. 452. ubi ſic deſcribitur.

Caudice vaſto, cortice per ſenium hiulco, lignoque nitido & criſpatim undulato, Nuci Juglandi *Europææ* haud abſimilis eſt; *Foliis* brevioribus, anguſtioribus, per ambitum leviter crenatis, ſuperficie nonnihil rugoſa, odoréque debiliori. *Flores* quoque & Iulos necquicquam à vulgari diſcrepare accepi. Nuces Nucem Juglandem communem adæquant, duplici tectæ munimento, exteriori craſſo, fungoſo, viridi; interiori ligneo, nonnihil depreſſo, duriſſimo, craſſiſſimo, nigricante, crebris profundiſque ſulcis ſeu ſcrobiculis per longitudinem exarato, & ex duabus carinis preſſiſſimè junctis, nulla apparente commiſſura, compacto. Nucleus includitur dulcis, edulis, quadripartitus, Juglandi nuci per omnia ſimilis, intercurſante tamen membranâ lignoſâ, durâ, craſsâ. Patriam agnoſcit *Virginiam.*

His adde, Hujus folia è duplo pluribus pinnarum conjugationibus quàm vulgaris Juglandis *Europææ* componi. Nam cùm hujus folia 4 duntaxat plerunque conſtant, illius plurimùm ex 8 componuntur; pinnæ inſuper viridiores ſunt, magiſq; deorſum dependent quàm in noſtrate; ut in arbore in horto Reverend. Epiſcopi *Londinenſis* culta obſervavi.

5. Nux Juglans *Virginiana* nigra, nucamentis cremeſinis, oblongo fructu, cortice duriore ſcabro, *Pluk. Almag. Bot.* The Crimſon or Scarlet-nut, noſtratibus dicta. Cæterùm D. *Joannis Baniſter* de nucis Juglandis ſpeciebus in *Virginia* naſcentibus judicium attendamus. Is in Catalogo ſtirpium rariorum in *Virginia* ſponte naſcentium trium tantum ſpecierum meminit. Eæ ſunt.

(1.) Nux Juglans foliis Juglandis vulgaris. Nux Regia *Virginiana*, quæ formâ & ſapore parùm ab *Anglicis* differt, *C. B.* putamine craſſiore & duriore: à ligni colore, *alba Virginienſis Parkinſono* dicta. The Hickery, or Pieck-Hickery-nut. Hujus varia ſunt genera, figurâ externâ, & putamine molliore durioréve, *Europæarum* Juglandium modo, differentia.

(2.) Nux

(2.) Nux Juglans seu Regia major, cortice scabro & duro, nucleo magno, dulci & oleaginoso C. B. à ligni colore *Virginiensis* nigra *Parkinsono*. The Black Walnut. Fructus ejus rotundus est. Ex hisce contusis lac conficiunt Indi cum suis cibis miscentes, inquit C. *Bauhinus*; sed fallitur; nam ex prioribus conficitur, & vulgò vocatur Hickery, unde & lac nostrum ob similitudinem cum suo Jugland. Hickery vocant.

(3.) Nux Juglans *Virginiana* fructu minore oblongo. Ex superioribus montosis fluvii inundationibus aliquando defertur, & in rupibus ad præcipitia aut catarractas invenitur.

6. Nux *Ceilanica* Juglandis folio *P. B. P. Pluk. Almag. Bot. Commelin. Hort. Amst. rar. Domba Geddy* Zeylan.

Commelin.

Arbor hæc procera, parte superiore in ramos sese diffundens, cortice donatur fusco. *Folia* pinnatim disponuntur, impari costam claudente: horum singula manum transversam longa, imò productiora, duas uncias ad exortum lata, ad mucronem, angustiora, modiceque undulata, non autem crenata, venis obliquis à nervo medio prominulo deductis gaudentia, parte supinâ atro-virentia, pronâ verò pallidiora, Juglandis quàm similia, ast minora, angustiora, sapore permixto ex acido, grato, aromatico. *Flos* nunquam à me visus. *Fructus* exsiccati sphærico-oblongi, à pediculo longiori dependentes, nucum Gallarum magnitudine, colore ferrugineo, 4 integumentis sibi invicem impositis vestiuntur: horum extimum tenue, membranaceum, rugosum; secundum glabrum & ligneum; tertium fungosum, coloris spadicei; quartum fuscius, glabrum, membranaceum. Sub hisce corticibus aut integumentis nucleus oblongo-rotundus, colore ex rubro obsoleto, odoratus, oleosus, latitat, qui ad basin pediculo breviss imo appenditur quarto & intimo integumento.

Vires. Nucis Juglandis viribus adde,

Fungosa substantia nuclei lobos intercedens & separans, exiccata & pulverisata, in vino exhibita modica quantitate, exercitum *Anglicanum* in *Hibernia* dysenteriâ gravissimâ medicorum omnium solertiam eludente, & usitatis remediis inexpugnabili laborantem feliciter liberavit. Alii ejusmodi pulverem ad pleuritidem commendant 3i pondere bis terve exhibitum. Communicavit D. *Joannes Aubrey*.

7. *Nux Juglans trifolia, fructu magnitudine Nucis Moschatæ* Slon. Cat. Jamaic. D. *Sloane*.

Arbor isthæc ad 20 pedum altitudinem assurgit, femoris humani crassitudine, cortice cinereo tecta, ramis in orbem sparsis decorum caput efficientibus. *Folia* in surculorum extremis nullo ordine posita, tria perpetuò simul in eodem communi, rubente, duas uncias longo pediculo; singula petiolo * quadrantuli donata, tres digit. in longum extensa, in latum unum, tenuia, glabra, sordidè viridia, seu fuscescentia. Ex alis foliorum exeunt *Iuli*, duo simul, unciam plus minùs longi, è plurimis flavo-viridibus, herbaceis granulis, seu flosculis inapertis compositi. *Fructus* è ramulis unciali pediculo dependet, ovatus, flavicans; Nucis myristicæ magnitudine, sub tenui admodum & mucilaginosa pulpa testam amplam ejusdem figuræ occultans. Hanc nunquam fregi; huc tamen referendam esse arborem existimo, ob reliquarum partium similitudinem.

* *Quartam unciæ partem longa.*

Locus. Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, & in pratis circa urbem *S. Jago de la Vega* locis sylvosis copiosè crescit.

8. Nux Juglandis folio minor ex *Vera Cruce, Hort. Reg. Hampton. Pluk. Phytogr.* T. 246. F. 5. Fortè Nux Juglandis folio *Curassavica*, foliis minoribus *P. B. P.*

9. Nux *Bengalensis* Juglandi-folia, fructu orbiculari, *Pluk. Almag. Bot.* Nux oleosa *Dhumba Zeylanensibus* dicta. Folia venustè venosa sunt. Fortè Arbor eadem est, quæ *Barbadensibus* nostris Redwood, *i. e.* Erythroxylon nuncupatur. Flores spissi sunt, colore lactei, admodum odorati, (inquit idem *Plukenetius*) Fructus orbicularis est, perpolitus, mucrone glandis *J. B.* Tom. 1. fol. 313. *Clus. exot.* lib. 2. cap. 25to.

10. Nux Juglans, foliis laciniatis D. *Reneal*, Inst. r. h. 581.

11. Nux Juglans, fructu minimo D. *Breman*, H. R. Monsp. Inst. r. h. Ibid.

12. Nux Juglans, fructu perduro, Ibid.

Plures species seu varietates Juglandis recensentur in Horto Catholico.

P. 1381. Ad Cap. de Corylo.

1. Corylus *Hispanica* fructu majore anguloso *Pluk. Almag. Bot.* An Avellanæ *Indicæ* species *Grevio Hist. nost.* p. 1837?

2. Coryli seu Avellanæ folio oblongo & acuminato, Frutex convolvulaceus capreolatus *Americanus. P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 162. F. 3. Fortè Lupulus Sylvestris *Americana* claviculis donata *Phytogr.* T. 204. F. 4. Hop-weed and Hop-seed *Barbadensibus* dicta. *V.* Cap. De Lupulo.

3. Coryli folio Arbor *Curassavica P. B. P.*

4. Corylus *Virginiana*, nuce parva, rugosa, amplissima sede, cætero putamine nigro lævi, *Pluk. Mantiss.*

P. 1382. Ad Cap. de Fago.

1. Fagus *Africana*, Matèries seu lignum Fago similis esse dicitur; aliàs cum Fago parùm convenit; Folia subtus canescunt.

2. Fagi foliis, alterno positu alatis, Arbuscula *Bisnagarica, Pluk. Phyt.* T. 89. F. 10. Ostryæ fortè seu Carpino adfinis, angusto folio non serrato *Zeylanica P. B. P.*

3. Fagus

3. Fagus *Marilandica* folio acuto, circa margines undulato & ferrato ſeu ſpinulis exaſperato. E *Marilandia*, ubi ſponte oritur, hujus ramulum attulit D. *Vernon.* *An Fagus Mariana* Carpini rugoſis foliis *Pluk. Mantiſs.* P. 1385.

Ad Cap. de Caſtanea.

1. Caſtanea humilis *Virginiana*, racemoſo fructu parvo, in ſingulis capſulis echinatis unico D. *Baniſter.* The Chinquapin-Bush *Pluk. Almageſt. Bot.* ubi ſynonyma vide. Caſtanea Novæ Angliæ *Muſ. Soc. Reg.*
2. Caſtanea *Americana*, foliis averſa parte argentea lanugine villoſis *Pluk. Phyt.* T. 156. F. an Leucoma Monard? fructu Caſtaneæ?
Hanc in *Marilandia* collectam attulit D. *Krieg* M. D. *German.* & D. *Sloane* communicavit, à quo habuimus.
3. Caſtaneæ facie diphyllos arbor *Æthiopica, Cap. B. Spei.* An Nalagu *H. M.* P. fol. 43. *Pluk. Mantiſſ.*

P. 1390. Ad Cap. de Quercu.

1. Quercus *Virginiana* Caſtaneæ folio *Pluk. Phytogr.* T. 54. F. 3. *Baniſt. Catal. Virgin.*

Folia uncialibus aut ſeſcuncialibus pediculis inſident, ipſa quinque aut ſex uncias longa, & pro longitudine anguſtiora quàm Quercûs noſtratis, in acutos mucrones producta, glabra, ſupernè ſaturatiùs viridia, ſubtus dilutiùs; circum oras dentata, dentibus magnis obtuſis, nervis in averſa parte valde conſpicuis ad ſingulos dentes à coſta media excurrentibus.
Hujus ramulum vidimus à *D. Krieg Germano* in *Marilandia* collectum.

2. Quercus Eſculi diviſurâ, foliis amplioribus aculeatis *Pluk. Phyt.* T. 54. F. 4.

Hujus *folia* profundè inſecta ſeu laciniata ſunt, binis terniſve utrinque laciniis majoribus, quarum apices in ſpinulas innoxias terminantur, ut & folia extrema, & dentes in quos dividuntur. Hujus duas habemus ſpecies, alteram foliis majoribus, pediculis ſeſcuncialibus inſidentibus, coſtâ folii mediâ & nervis lateralibus rubris, ſegmentis etiam lateralibus & extremo folio in acutiores mucrones exeuntibus; alteram foliis minoribus, pediculis vix ſemuncialibus, coſtâ mediâ & nervis albis, ſpinulis etiam in extremo folio & lateralibus ſegmentis brevioribus.
In *Marilandia* obſervârunt & collegerunt D. *Krieg* & D. *Vernon.* Prima ſpecies Quercus *Virg.* rubris venis muricata *Pluk.* eſſe videtur.

3. Quercus (fortè) *Marilandica* folio trifido, ad *Saſſafras* accedente.

Hujus *folia* pediculis ſemuncialibus inſident, & ab anguſto principio paulatim dilatantur ad extremum ferè, ubi in tres partes obtuſas, non tamen admodum profundè, dividuntur, ad modum ferè foliorum *Saſſafras.* Unumquodque ſegmentum in ſpinulam deſinit, ut in præcedente.

4. Quercus *Marilandica* folio integro, lato, leviter dentato, dentibus magnis, obtuſis & ſubrotundis.

Folia ſemuncialibus pediculis incumbunt, 4 aut 5 uncias longa, 3 aut 4 lata. In averſa parte nervi valdè conſpicui à coſta media ad unumquemq; dentem extenduntur. Coſta media rubeſcit, & nervi etiam tantillum.

5. Quercus *Virginiana*, fructu magno, calice ſquamoſo, *Mangummenauck* indigenis *Pluk. Almag. Bot.* Fructus peregrinus 21. *Cluſ. exot.* l. 2. cap. 16.

6. Quercus *Virginiana*, rubris venis, muricata, *Pluk. Phytogr.* T. 54. Fig. 5. The Scarlet Oak. noſtratibus dicta. In Horto *Comptoniano* plurimas hujus generis arbores è glandibus enatas obſervavit D. *Plukenet.*

7. Quercus *Americana*, rubris venis, foliis media parte in ventrem tumentibus *Pluk. Almag. Bot.*

8. Quercus pumila *Bengalenſium*, glandibus exiguis, calice dentato, *Veloweba* Indigenis dicta *Ejuſd. ibid.*

9. Quercus *Marilandica*, foliis longis acutis.

Folia minora ſunt quàm Quercui noſtrati, pro magnitudine anguſtiora, & in acutos mucrones deſinentia, circa margines dentata, dentibus obtuſis.

10. Quercus *Marilandica* foliis magnis latiſſimis, versùs apicem ſubrotundis, leviter dentatis.

Dentes magni ſunt, ſed crenæ intermediæ in folium non penetrant, ut margo folii ſinuata potius aut undata quam dentata videatur. *Folia* non prorſus ſubrotunda ſunt, ſed in parvos & breves apices terminantur. Nervi in hujus ut & in reliquarum omnium Quercuum foliis à coſta mediâ ad ſummos dentes rectà tendunt. 11. Quer-

11. Quercus, an potiùs Ilex *Marilandica* folio longo angusto Salicis, Qu. Lini aut Salicis folio *Banist. Cat.*

Folia tres plus minùs uncias longa sunt, vix unciam lata, glabra, rigida, circa margines æqualia, nisi quod interdum undulata sint, in spinulam innocuam brevissimam desinentia.

Qu. An Ilex *Americana* Phillyreæ angustifoliæ facie, ex Terra *Mariana*, medio folii nervo in * pinnulam abeunte *Pluk. Mantiss?*

* Forte error est Typographicus pro *spinula.*

Annon Quercus *Virginiana* semper virens, foliis oblongis sinuatis & non sinuatis D. *Banister*, *Pluk. Almag. Bot.* Ad ilicem (inquit) fortè accedit hoc genus.

P. 1391. Ad Cap. de Ilice.

1. Ilex folio Agrifolii *Americana Pluk. Phyt.* T. 196. F. 3. Fortè Agria seu Agrifolia glandifera *Anguillaræ. J. B.*
2. Ilex aculeata, foliis nigris ampliſſimis *Pluk. Phyt.* T. 197. F. 1. In horto *Comptoniano* succrevit.
3. Ilicis facie, foliis majoribus, leviter aculeatis, è *Maderaspatan Pluk. Phytogr.* T. 196. F. 5. Fortè Ahuapatli Tiliacensis *Mexicanorum Hernand.* apud *Recchum.* p. 91.
4. Ilex *Carolinienſis*, longis & angustis foliis, spinis ad oras rarioribus *Mus. Cortenian. Pluk. Almag. Bot.* Fortè Ilex aculeata baccifera, arborea, minùs ferax *Virginiana* D. *Banister.*
5. Ilex aculeata, sanguineis venis, radicibus tuberosis, *Americana Pluk. Phyt.* T. 196. F. 4. Tlalizta-Patzin (fortè) *Novæ Hispaniæ Terentii* apud *Recchum.*
6. Ilicis lucentibus parvis foliis Arbuscula perelegans, ex *India orientali*, *Pluk. Mantiss.*

P. 1397. Ad Cap. de Abiete, nota,

Speciem quandam Abietis foliis Taxicorum modo dispositis, utrinque viridibus in viridariis *Batavicis* enutriri nos certiores fecit D. *Tancredus Robinson*, ramulo secum indè allato, & amicis *Londini* ostenso. Hæc fortasse species est, quam clariss. Vir D. *Paulus Hermannus* pro Abiete mare, conis sursum spectantibus *C. B.* habet in Catalogo suo *Hort. Acad. Leyd.* Verùm cum *Theophrastus* atque etiam *Plinius* folia acuta & pungentia *Abiete mari* attribuant; mihi, ut verum fatear, an detur aliqua præter *Piceam* vulgò dictam *Abies mas*, nondum satisfactum est. Certè abies *du Choul*, quam maris suæ conis sursum spectantibus synonymam facit *C. B.* ejusmodi non est; cùm ipse *Du Choul* in descr. *montis Pilati*, Abietum quas *Sapinos* vocant, folia pungentia dici non posse, sed apice modicè incisa scribat. *Bellonii* librum de *Coniferis* non habeo, verùm icon *Abietis* maris, quam ex eo desumptam posuerunt *Dodonæus* & *Gerardus*, quamvis folia quidem acuta repræsentet, *Bellonius* tamen se nunquam in *Abiete* folia pungentia deprehendisse scribit. *Abies* autem *Belgicorum* hortorum D. *Robinsoni* vix alia in re à fœmina *Theophrasti*, *Clus.* & *J. B.* differt, quàm pronæ foliorum superficiei viriditate, proinde mas *Theophrasti* esse nequit. Certè conos habere sursum spectantes, & folia Taxicorum modo disposita, Abietis maris notæ characteristicæ esse nequeunt, cùm Abieti fœminæ utraque conveniat. Horto *Beaufort.* enutrita est Abietis Taxifoliis species odora Balsami *Gileadensis.* Missa fuit nomine Arboris Balsamum *Gileadense* fundens, & reverà eundem omninò spirat odorem.

1. Abies minor, pectinatis foliis *Virginiana*, conis parvis subrotundis *Pluk. Phytogr.* T. 121. F. 1. An *Avevetl* seu *Ahochoetl*, id est, Tympanum aqueum seu Abies *Mexicana* minor *Hernandez?* D. *Banister* è *Virginia* transmisit, ubi *Arbor vitæ* nostratibus audit. Colitur in Horto *Fulhamensi* Reverendiss. Episcopi *Londinensis*, D. *Henrici Compton.*

Icon *Plukenetiana* Frutices musciformes *Breynii* refert.

P. 1403. Ad Cap. de Pinu.

1. In Horto *Amstelodamensi* Pini (seu secundùm *Tournefortium* Laricis) speciem observavi, ternis, quaternis ad septem usq; foliis ex eadem theca prodeuntibus. *D. Doody* etiam speciem unam aut alteram mihi ostendit, è *Virginia*, ni fallor, delatam, foliis ternis ut plurimum ex eadem theca. D. *Sherard.* Hæc fortè Pinus *Virginiana* tenuifolia tripilis *Pluk. Almag.*

2. Pinus pumila ex monte *Maiella?*

Depressa est, & humi quasi fixa, medio ramulo erecto, qui pedalem altitudinem non attingit. *Folia* brevia, densè ramulis stipata. *Conus* magnitudine Nucis moschatæ, *semina* nigra. *Romæ* in Horto publico plures annos culta est, primò è monte *Maiella* delata. D. *Sherard.*

3. Pinus *Hispanica* Laricis aut Cedri *Palæstinæ* facie, setis brevioribus, per intervalla confertis *Pluk. Almag. Bot.* An P. maritima *Theophr. Lobelio.*

4. Pinus *Hierosolymitana*, prælongis & tenuissimis viridibus setis. An Picea montis *Athos Bellonio*; *Pluk. Almag. Bot.* Strobili hujus exigui, graciles & lignosi.

5. Pinus *Virginiana*, conis longis, non (ut in vulgari) echinatis D. *Banister ejusd.*

6. Pinus *Virgin.* prælongis foliis tenuioribus, cono echinato gracili *ejusd. ibid.*

7. Pinus *Virgin.* tenuifolia, tripilis, seu ternis plerunq; ex uno folliculo setis, strobilis majoribus, *The* Frankincense Tree nostratibus *ejusd. ibid.*

8. Pinus *Virgin.* binis brevioribus & crassioribus setis, minori cono, singulis squamarum capitibus aculeo donatis, *Ejusd. ibid. Abieti Scotiæ* vulgò dictæ haud absimilis.

P. 1405. Ad Cap. de Cedro conifera add.

Cedrus conifera, Juniperinis foliis, racemoſa, conis candicantibus parvis, ex *Promontorio B^æ Sp.* ſeu Oxycedrus *Africana* conophoros *Pluk. Almag. Bot.* T. 275. F. 2. Cedrus (fortè) *Æthiopica* ſeu montis *Atlantis Plin.* lib. 13. cap. 15. Citrus arbor Antiquorum, ex qua menſæ pretioſiſſimæ fiebant. Citra Indis lignum *J. B.* T. 1. l. 1. p. 106. cujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt.* p. 1806. Hæc Arbor foliorum reſpectu ad Oxycedrum ſeu Cedrum Juniperinis foliis accedit: verùm fructûs reſpectu ad Arbores coniferas referenda eſt.

P. 1406. Ad Cap. de Larice.

1. Larix folio deciduo, conorum rudimentis candidiſſimis *Pluk. Almageſt. Bot.*
2. Larix conifera ex *Promont. Bæ Spei Pluk. Phyt.* T. 245. F. 8. eſt eadem cum Cedro conifera; Juniperinis fol. &c. ejuſd.

1. Argyrodendros *Africana*, foliis ſericeis & argenteis *Hort. Amſt. rar.* P. 2. ubi deſcriptio ejus & Icon habetur. Conifera Salicis facie, folio & fructu tomento ſericeo candicante obductis, ſemine pennato *Act. Philoſoph. Londin.* N. 198. p. 665. Leucadendros *Africana*, tota argentea ſericea, foliis integris, Atlas tree dicta *Pluk. Phyt.* Tab. 200. F. 1. An Frutex *Æthiopicus* conifer, Salici æmulus foliis Cneori *Breyn.* Cent. p. 29.

D. Sloane.

Hujus arboris ramulus à *Promontorio Bonæ Spei* huc allatus plurimis foliis ſibi invicem proximis, adeò ut ipſum occultarent, undiq; obſitus erat, quorum ampliſſima 4 circiter uncias longa, media parte ¼tas unciæ lata, unde verſùs utrumq; extremum ſenſim anguſtabantur, donec in acutum apicem deſinerent, Salicis folio longiſſimo, The Oſier vulgo dictæ ſimilia, duntaxat latiora & lanugine ſericea albâ, præ omnibus quas unquam obſervavi ſtirpibus denſiſſimâ, longiſſimâ, tenuiſſimâ undique obducta. Coni Cedri *Libani* conorum magnitudine & figurâ ſunt. Cuticula uniuſcujuſq; ſquamæ lanugine ſeu tomento albo brevi, ſerici inſtar ſplendente tecta. Inter ſquamas cubant *ſemina*, Pinearum nucum propemodum magnitudine & figura, colore fuſco, ſecundùm mediam longitudinem ab extremo ad extremum lineâ elatâ diviſa. *Semen* tenui, è fuſco rubente membranula cingitur; è cujus vertice ſeu faſtigio 4 plumulæ Clematidis ſeminum cincinnis ſimiles exeunt, quæ ſupra ſquamas eminentes magnam conis gratiam & decorem conciliant: fortaſſe etiam alarum uſum ſeminibus præſtant, ut ventorum impulſu faciliùs ad loca remotiora transferantur. Deſcripſit D. *Sloane*: Nos deſcriptionem in *Latinum* vertimus.

2. Scolymocephalos *Africanus*, Lauri folio, humilis & procumbens *D. Sherard.*

Folia ad Laureolæ accedunt, nec adeò crebra ut in congeneribus: capita ſubrotunda, foliis cincta.

3. Scolymocephalos *Afric.* foliis anguſtis villoſis, cono mellifero *D. Sherard.* Pinus *Africana*, cono mellifero *Herman.*

Folia inferiora lata ſunt, ſuperiora anguſta, ad margines & medium nervum villoſa, omnia minùs crebra & conferta in ramis, quàm reliquarum fere congenerum. Capitula oblonga ſunt, ſquamis longis concavis lævibus obtecta.

4. Scolymocephalos *African.* cono variegato, reſinifero *D. Herman.*
Folia lata & obtuſa ſunt. Capita ſeu coni ſquamis longis acutis cincti.

5. Scolymocephalos *Africanus*, cono ſericeo, ſquamis villoſâ rubigineâ criſtâ ornatis, foliis longis & glabris *D. Hermanni.*
Folia lata ſunt & obtuſa, minùs crebra quam in reliquis pleriſque coni oblongi, ſquamæ in apice criſtâ villoſâ ferrugineâ inſignes hanc ſpeciem à reliquis omnibus facilè diſtinguunt.

6. Scolymocephalos, lato rotundo folio, cono maximo ſericeo candido *D. Herman.* Cinaroides frutex, folio ſubrotundo rigido è monte Tabulari *P. B. Sp. Muſ. Pet.* 374.
Folia pediculis longis inſident, ſecus quàm in pleriſq; congeneribus, & Coccygriæ folia referunt. Conorum ſquamæ acuminatæ.

7. Scolymocephalus *Africanus*, latifolius, lanuginoſus, foliis in ſummitate crenatis, comâ ſericeâ *D. Sherard.* Pinus *Africana* latifolia, lanuginoſa, foliis in ſummo crenatis *D. Herman. Kreupel-boom Belgis.* Leucadendros *Africana*, arbor argentea, ſummo folio crenato. *Pluk. Almag. Phyt.* 200. F. 2.
Folia in ramulis creberrima, nullo ordine ſita ſunt, baſi ſua abſq; pediculis adnata, lanugine ferruginea coſtæ mediæ imæ parte innaſcente pubeſcentia, tres, quatuórve interdum uncias longa, duas ferè lata, ſummâ duntaxat parte crenata, incana. Surculi pariter lanugine ferruginea obſiti ſunt. *Flores* & *Fructus* in capitulum conglobati, ſquamis ferrugineis.

8. Scolymocephalos foliis anguſtis in ſummitate tridentatis *D. Sherard.* Leucadendros *Africana* ſeu Scolymocephalos anguſtiori folio, apicibus tridentatis *Pluk. Almag. Bot.*
Folia huic longa, anguſta, in ramis crebra. Capita rotunda in florem expanſa.

9. Scolymocephalos *Africanus* lanuginosus humilis, foliis in summo tridentatis, flore dilutè purpureo, carinulâ albulâ *Oldenlandii.*

Folia 3 uncias longa sunt, semunciam plus lata, obtusa, in surculis creberrima, lanugine alba circa margines cincta, absq; pediculis basi sua adhærentia. *Flores* & *Fructus* in summis ramis foliis intermiscentur, & in capitula minimè coacti sunt ut in aliis plerisque.

10. Datur hujus generis minor & humilior, foliis angustioribus tridentatis.

11. Scolymocephalos *Africanus*, foliis brevioribus acuminatis, floribus rubentibus, summis surculis foliis intermixtis.

Folia glabra sunt, sescunciam aut duas uncias longa, unam lata, circa margines æqualia, in ramis & surculis creberrima.

12. Scolymocephalos *Africanus*, foliis in summitate profundiùs crenatis, intercreniis majoribus, florum staminulis longis, recurvis.

Folia oblonga, glabra sunt, basi sua absque pediculis ramis adnata, creberrima. Caput satis grande, subrotundum, ferrugineum, innumeros seu stylos, seu filamenta staminâve emittens.

13. Scolymocephalos Oleæ folio D. *Sherard.*

Folia hujus sescunciam longa sunt, semunciam lata, in ramis & surculis crebra, basi sua adnata : *Capitula* parva, è squamis angustis acutis, & pluribus in medio staminibus apiculatis composita, brevia, lata, subrotunda, & velut in florem expansa.

14. Scolymocephalos *Africanus*, Roris marini folio D. *Sherard.*

Folia quàm Roris marini longiora sunt, in ramis creberrima: *Fructum* non vidimus; putamus tamen cum foliis cingi, quæ in summis ramulis plurima velut in capitulum conglobata videbantur.

15. Scolymocephalos *Africanus*, fruticis *Æthiopici* coniferi Breynii foliis; capite majore squamato.

Foliis à frutice *Æthiop.* conifero Breynii vix abludit, nisi quòd paulò latiora & majora sint. Capita scolymi squamata nucis juglandis magnitudine. Forte species secunda Breynii foliis majoribus, cujus fructus in icone seorsim sculptus.

16. Scolymocephalos *Africanus* Alypi folio seminibus pennatis pluribus in medio Coni conglomeratis, non ut in aliis Coniferis inter squamas nascentibus *Act. Philosoph. Londini.* N. 198. p. 606. An Frutex *Africanus* Fruticis terribilis Narbonensium folio, capitulis oblongis squamosis *Breyn.* Cent. 1. Ap. p. 22 ?

D. *Sloane.*

Hujus Arboris ramus (quem vidit & descripsit D. *Sloane*) cortice lævi fusco tectus erat, ligno intus albicante, duro, cum pauca medulla, *foliis* creberrimis, nullo ordine sitis undique cinctus, absque pediculis immediatè adnatis, 2½ circiter digitos longis, latissima versùs extremum parte ⅓ jam dig. latis, levibus, duris, obscurè aut sordidè viridibus. *Fructus* seu coni summis innascebantur, tribus 4^ve^ surculis cincti, qui eos superant & ferè occultant. Conus autem 5 circiter digitos longus erat, è squamis multis, duris, rubentibus, sibi multò incumbentibus compositus, inferioribus & exterioribus brevioribus, interioribus 4 dig. longis, omnibus in cuspidem acutum terminatis. In medio squamarum *Seminum* multorum rudimenta apparuere, plenam maturitatem nondum adeptorum, unoquoque magnâ copiâ sericeæ lanuginis ¼tas digiti longæ cincto, stylum seu filamentum in apice gestante; quin & membranulæ luteæ stylum & tomentum obvolvunt, summa parte plumulis, ut in Argyrodendro, eisdem usibus inservientibus, cristata. Hanc arborem gummiferam esse constat, quòd aversa squamarum pars succo gummoso aliquando oblinitur, si exactè loquatur descriptionis Autor D. *Sloane.*

Tres quatuórve alias adhuc species nobis communicavit D. *Sherard*, foliis diversas, fructibus tamen viduas.

P. 1408. Ad Cap. de Cupresso.

1. Cupressus nana *Canariensis*, fructu minore *Pluk. Almag. Bot.* An Cupresso similis arbor ex *Syria C. B* ? Arbor cujus fructus *Abhel Guilandino Clus. Hispan* ?

Cupressi 2dæ speciei adde Synonyma seq. Cupressus *Virginiana* foliis Acaciæ cornigeræ paribus & deciduis *Pluk. Phyt.* T. 85. F. 6. *Virgin.* foliis Acaciæ deciduis *Hort. Leyd. Herm. Virgin.* foliis Abietis mollibus atque deciduis *Breyn.* Prodr. 2. & rectiùs, Abies *Virgin.* foliis mollibus Mimosæ, atque deciduis *Ejusd. ib. Tlatzcan* seu Cupressus *Americana* fusa *Hernandez.* ex sententia D. *Plukenet*: qui me reprehendit quòd eam cum D. *Terentio* pro *Arbore vitæ* habuerim *Hist.* p. 1933. & fortè non immeritò.

2. Cupres-

2. Cupreſſus humilis *Virginiana* baccifera *Munting. Herbar. Belgic.*
3. Cupreſſus *Japonica*, Arboris vitæ foliis & facie *Breyn. faſcic.* Fy- noki *Japonenſibus* ſivè Arbor ignea.
4. Cupreſſus *Africana* fructu minore, oleum Sabinæ fundens *D. Sherard.* Sabinæ bacciferæ ſpecies eſſe videtur.

P. 1409. Ad Cap. de Alno.

1. Alnifolia *Americana* ſerrata, floribus pentapetalis albis, in ſpicam diſpoſitis *Pluk. Phytogr.* T. 115. F. 1, 2.
2. Alni facie *Americana*, foliis non ſerratis, fortè Alni folio & facie *Curaſſavica P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 128. F. 1.
3. Alnus montana, criſpo, glutinoſo, & denticulato folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* p. 138. T. 26. In montibus *Corſicæ* exoritur ſpecies quædam Alni, ſtaturâ humanâ humilior, *foliis* ovatis, parvis, criſpis, glutinoſis, nigricantibus, & per margines aliquantulum dentatis.
4. Alnus montana, lato, criſpo, glutinoſo, folio ſerrato *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 96. Præcedente elatior eſt, foliis magis ſerratis, rotundioribus, majoribus, criſpis tamen, nigris & glutinoſis.
In ſummitate montis *Ino*, & campo *Tile* dicto utraque naſcitur.
5. Alnus montana, pallido glabro ſinuato Ulmi folio *Bocc. Muſ. pl. rar.* T. 96. Tertia hæc ſpecies à duabus proximè deſcriptis differt *Foliis*, Ulmo ſimilibus, verùm glabris, nervoſis, pallidè virentibus, valdè dentatis & ſinuatis. In *Corſica* ad *S. Petrum* de *Accia*.
6. Alnus foliis eleganter inciſis *D. Breman Tourneſ. Inſtitut.* 587. In *Normandia* inventa eſt.
7. Alni fructu, Laurifolia arbor maritima *Slon. Cat. Jamaic.* Frutex innominatus 2us *Marcgrav.* lib. 2. cap. 13. p. 76. Alno affinis *Americana*, Liguſtri folio, fructu ſpicato rubro *Breyn.* prod. 2. p. 12. An Alnus maritima myrtifolia coriariorum. *Pluk. Phyt.* T. 240. F. 3? Button-tree.

D. Sloane.

Arboris hujuſce *truncus* femur humanum craſſus eſt, rectus, 30 pedes altus, cortice glabro albicante ſeu incano amictus; *ramis* quaquaverſum expanſis diviſus, *Foliis* ad nodos oppoſitis ornatis, in pediculis quadrantem unciæ longis, 2½ digitorum longitudine, latitudine 1½, ovalibus ferè, niſi quòd ad extrema paulò latiora ſint, glabris, luteo-viridibus. Quæ in ſummis virgis floribus intermiſcentur *Folia* anguſta ſunt & acuminata. Summi a. ſurculi ramoſi ſunt, *capitula* ſuſtinentes initio parva, ſubrotunda, acicularum capitellis non majora, poſtea augeſcentia piloſa ſeu lanuginoſa, muſcoſáve facta, Salicum Iulos referentia, luteo-viridia aut rubentia, in totidem pilulas rubras, Piſorum magnitudine abeunt, Alni conorum aut Fibularum [Buttons] æmula, unde nomen; pediculis ¼ unciæ longis intercedentibus ramulis adnexa, è plurimis rubentibus anguloſis *ſeminibus*, fungoſæ cuidam materiæ inhærentibus, & centrum reſpicientibus compoſita, unde aſpera ſeu echinata evadunt.
In arenoſis maritimis prope *Old Harbour* & *Paſſage-fort* copioſè creſcit.

8. Alni fructu Morifolia arbor, flore pentapetalo flavo *Slon. Cat. Jamaic.* Arbor *Americana* Morifolia, vaſculo ſeminali verrucoſo, coni æmulo, ovali, Balſamum olente; Cedrus ſpuria *Jamaicenſibus* noſtratibus dicta *Pluk. Phyt.* T. 77. F. 2. Cenchramidea *Jamaicenſis* Morifolia, fructu ovali integro, verrucoſo, intus in 5 capſulas granula Ficulneis ſimilia includentes diſpertito, Balſamum olente *Ejuſd. Almag. Bot.* p. 92.

D. Sloane.

Radicibus robuſtis, craſſis, profundè deſcendentibus, terræ firmiter infixa, *caudice* aſſurgit, corporis humani craſſitiem æquante, ad 40 pedum altitudinem, cortice fuſco obſcuro, Alni inſtar ſulcato obvoluto, *ramis* quaquaverſum extenſis, *Foliis* ad uncialia intervalla alternatim exeuntibus obſitis, pediculis ¼ unciæ longis inſidentibus, ipſis 3 uncias in longum extenſis, latitudine dimidiâ, latiſſima propè baſin ſubrotundam parte, unde paulatim contrahuntur, donec in punctum tandem deſinant. Circa margines ſerrata ſunt, ſuperficie lanuginoſa, colore luteo-viridi, è coſta media percurrente nervos varios tranſverſos emittentia. Ex alis foliorum exeunt ſurculi, in petiolis brevibus *flores* plurimos pentapetalos luteos ſuſtinentes. *Coni* medii digiti apicem magnitudine æquant, coloris obſcurè fuſci, rotundi, ſcabri, plurimis intus cellulis diviſi, in quarum unaquaque multa, obſcurè fuſca, ſubrotunda *ſemina* reconduntur,
Locis campeſtribus inſulæ *Jamaicæ* in ſylvis apertioribus ubique abundat.
Aliis arboribus cæſis huic parcitur ob inſignem utilitatem quam præſtat jumentis & bobus alendis, cùm Gramen aliáq; pabula deficiunt per diuturniores ſiccitates, ſiquidem pecora tunc temporis ad arbores haſce confugiunt, earúmq; conis veſcuntur: qui à colonis etiam colliguntur & reconduntur in annonæ caritate, nec minùs nutriunt quàm Frumentacea ſeu Cerealia.

9. Alnifolia arbor, folio ſubrotundo ſerrato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Ramuli hujus Arboris recti erant, ſub cortice glabro nigricante lignum album durum continentes. Summas virgas occupabant *Folia* aliquot, perbrevibus pediculis intervenientibus adnata, propemodum rotunda, interdum tamen acuminata, diametro quadrantali circa margines eleganter ſerrata, tenuia & Alni foliis nonnihil ſimilia.

Ad margines viæ quà versùs *Jamaicæ* partem Septentrionalem itur, circa montem *Diablo*, dictum collegit *D. Sloane.*

P. 1411. Ad Cap. de Betula.

1. Betula arbor *Americana*, seminibus Lithospermi frumentacei æmulis, Birch-tree *Barbadensibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 151. F. 1.
2. Betula nigra *Virginiana Ejusdem Almag. Bot.*

usus. Non tantum siti extinguendæ elicitur ex hac arbor liquor potulentus, sed & ex ejus cortice panis inopiâ famem abigunt pauperes. Vid. *Præsent. Stat. Sueciæ* pag. 4.

P. 1414. Ad Cap. de Junipero.

1. Juniperus *Caroliniana* Thuyæ ramulis, fusis & compressis, odoratior. *Pluk. Phytogr.* T. 40. F. 9.
2. Juniperus *Barbadensis*, Cupressi folio, ramulis quadratis. Savin or Cypress-tree nostratibus dicta *Pl. Ph.* T. 197. F. 5.
3. Juniperi foliis frutex *Africanus*, *P.B. P.* In Horto Regio *Hampton.* conspexit D. *Plukenet* Phytogr. T. 197. F. 4.
4. Junip. è *Terra Mariana* Cupressifolia, ramulis teretibus & strictissimis, fortè Sabina Cupresso similis *Hist. Lugd.* 182. Sabina foliis Cupressi *C. B?* Hujus generis arbores adolescentulæ proferunt sua folia. Cedro *Virginianæ* perquam similia, nec minùs quàm illa cuspidibus pungentia: quod & *Sabinæ bacciferæ* vulgò dictæ commune est.
5. Juniperus Alpina *Suecica* & *Polonica*, in viretis *Belgicis* frequens, unde Juniperus *Belgarum* nostratibus vulgo audit *Pluk. Almag. Bot.*
6. Sabina Conifera *Goensis* mas, foliis crebrioribus cæsiis *Pluk. Almag. Bot.*
7. Sab. Conif. *Goensis* confertissimis crispatis foliis, circa virgulas triplici serie dispositis *ejusd. ibid.*

Juniperus maxima, Cupressi folio minimo, cortice exteriore in tenues philyras spirales ductili *Sloan. Cat. Jamaic.* The Juniper or Cedar Tree.

D. *Sloane.*

Arbor hæc è maximis est & altissimis hujus Insulæ [*Jamaicæ*] quæ pro materie inserviunt; caudice in tabulas valde latas & amplas sectili, colore è fusco rubente, texturæ densæ & firmæ, lucidas & valdè odoratas. Cedro *Bermudensi* dictæ simillima est, si non eadem. Cortex ei tenuis, & magnis frustis seu laminis deciduus, nonnihil contortus, colore ex fusco rubente. Rami virgæ, & folia Sabinæ folio Cupressi *C. B.* seu bacciferæ *J. B.* exactè similia erant, surculi duntaxat densiores & minores; *Folia* reliquis hujus generis minora, Sabinæ æmula & resinam redolentia. Fructum nunquam vidi, verùm baccam fuisse, Juniperinæ similem ab aliis αὐτόπταις certior factus sum.

In montibus mediterraneis *Blew Mountains* dictis, prope agros *D. Harrison* & *M. Cragh* in *Liguanée* nascitur.

Arbores lanigeræ floribus à fructu remotis.

Hujus generis nullas habemus novas Arbores. Nam Salices folliculiferæ & conophoræ dictæ aliò pertinent: quoniam tamen ob defectum descriptionum quò propriè referenda sunt ignoramus, Salicibus, quibus ab Autoribus suis annumerantur, subjungendas duximus, donec de eorum loco certiores facti fuerimus. Alnis potiùs quàm Salicibus accensendæ videntur.

P. 1425. Ad Cap. de Salice.

1. Salix Alpina minima repens, retuso Serpylli folio lucido *Bocc. Mus. Pl. rar.* p. 18. T. 1.

In monte *Cenisio* minore, locis sterilibus provenit hæc planta cum foliis parvis, Serpylli similibus: verùm in aliis montibus minùs sterilibus minúsq; aridis folia ejus & radices quadruplo majores sunt. Eandem speciem esse existimo cum 11ma nostrâ, in monte *Jura* inventâ. Verùm nostra non repit, sed tantum procumbit.

2. Salix Alpina lucida minima repens, Alni rotundo folio *Bocc. Mus. Pl. rar.* P. 19. T. 1. Q: An Salix folio laxiore 6ta *Hist. nost.* p. 1423?

In monte *Cenisio* oritur hæc planta foliis parvis & rotundis. Menthæ rudimento similibus, lucidis & nervosis velut Alni.

3. Salix arbor folliculifera, obtusis foliis candicantibus, *Americana*, White Willow *Barbadensibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 221. F. 1.
4. Salix arbor folliculifera, tetraphyllos, lucidè atro-virentibus acutis foliis, *Americana* Black Sallow *Barbadensibus* dicta *Ejusd. ibid.* F. 2.
5. Salix conophora *Africana*, lato, obtuso, crenato folio lanuginoso. *P. B. P.* Frutex Æthiop. conifer. foliis Cneori, Salicis æmulus *Breyn. Cent.* 1.
6. Sal. conoph. *Afr.* angusto obtuso folio lanuginoso *Ejusd.*
8. Eadem angustissimo glabro folio, *Ejusd Pluk. Phytogr.* T. 229. F. 6.
9. Sal. conoph. *Afric.* rigido crassóque folio *Ejusd.*
10. Sal. conoph. *Afric.* major, conis grandioribus *Pluk. Almag. Bot.* sunt species scolymocephali.

11. Salix

11. Salix caprea *Mariana*, anguſtiſſimo folio brevi *Pluk. Mantiſſ.*

12. Manghala arbor *Curaſſavica*, foliis ſalignis *P. B. P.* Frutici innominatæ inſtar Salicis pumilæ 2dæ *Maregr.* accedens. An Alnus marit. Myrtifolia coriariorum? Button Wood *Pluk. Phyt.* T. 240. F. 3?

Planta quadrima in Horto *Amſtelodamenſi* enutrita *caudice* erat duro, cortice cinereo donato. Surculi tenuiores virescentes *foliis* inordinatè poſitis ornabantur, 3 uncias longis, plus quam unam latis, margine æquali, mucronatis, Salicis Laurifoliæ ſimilibus, glabris, craſſis, ſapore dulci Glycyrrhizam referentibus, parte ſuperiore ſaturâ, inferiore a. dilutiore viriditate præditis, è quorum nervo, dilutè viridi, ſecundùm longitudinem decurrente, alii minores in latera excurrunt. *Fructus* ſunt conici ſubrotundi, ex compactili ſquamarum ſtrue compoſiti, & à pediculis longioribus tenuioribuſq; dependentes. *Semina* puſilla inter ſquamas hoſpitantur. Fronde perpetua viret. Locus *Curacao Americæ* inſula. Cœli rigidioris injurias minimè ſuſtinet.

13. Salix arbor folliculifera, longiſſimis argenteis & acutis foliis, *Americana Pluk. Almag. Bot.*
14. Salicis folio *Canarienſis* arbuſcula impatiens Ροπάλνσεως, ſeu Arbor crepitus, The Snap-tree noſtratibus, & *Satterel* Inſulanis dicta. Eadem eſt cum Arbuſcula *Canarienſis* ſalicis aut potiùs Oleæ ſylv. *Barbadenſis* foliis & facie *Almag. Bot.* 44. cujus icon exhibetur T. 313. F. 1. Vide Deſcriptionem inter Adhatodas.
15. Salix elatior, foliis latis crenatis, ſubtus rore lucido cæruleis *Pluk. Almageſt. Bot.*
16. Salix hirſuta rotundifolia maxima *Ejuſd. ibid.*

P. 1426. pl. 6. add.

Frutici Conifero Cneori foliis ſimilis argenteus: à planta *Breyniana* differt, foliis lanugine candicante obductis, iiſq; cono ſubjectis, latioribus & brevioribus. Forte 3tia ſpecies *Breynii* apud D. *Beverningk*; à prima tamen omnino diverſa eſt.

Arbores vaſculis membranaceis vel membranis extantibus auctis.

P. 1428. Ad Cap. de Carpino.

Carpinus *Virginiana* floreſcens *Park.* Fagus floreſcens Carpini foliis *Hort. Beaum.* Ex ſeminibus à *D. Baniſter* è *Virginia* tranſmiſſis in Horto *Comptoniano* copioſè provenit. *Pluk. Almag. Bot. Phytogr.* T. 156. F. 1.

P. 1428. Ad Cap. de Ulmo.

1. Ulmus pumila foliis parvis, glabra, cortice fungoſo *Pluk. Almag. Bot.*
2. Ulmus major *Hollandica*, anguſtis & magis acuminatis ſamarris, folio latiſſimo ſcabro *Ejuſd. ibid.*
3. Ulmus *Virginiana*, fructu Lupulino D. *Baniſter* Cat. Stirp. Virgin. *Ejuſd. ibid.*
4. Ulmifolia arbor *Africana* baccifera, floribus purpureis *Pluk. Phytogr.* T. 237. F. 1. Ulmi facie Arbuſcula *Curaſſavica P. B. P.* Lycium *Africanum* non ſpinoſum, Ulmi facie, floribus ſpecioſis *Pluk.* apud quem alia Synonyma vide in *Almageſt. Bot.*

Ulmi facie Arbuſcula *Æthiopica*, ramulis alatis, floribus purpuraſcentibus *Cat. Hort. Beaum. Cat. Hort. Amſtel. rar. Commelin.*

Fructus, eſt 2, 3ve pedum proceritate, cortice cinereo, viridi, amictus partéque ſuperiore in varios tenues ramulos diviſus, quorum cutis ſubfuſci coloris, ſpinulis exiguis hîc & illic armata. *An iſthæc planta in ætate tenella ſpinulis fuerit armata minimè audemus negare at nec affirmare, in adoleſcente a. iis prorſus deſtitui autopſia affirmat* D. Ruyſch. Obſervat.

Folia curtis pedicellis fulta, ac nullo ordine, nunc bina, nunc alternatim poſita ſunt, uncialis aut ſeſcuncialis longitudinis, latitudine unciali, ad exortum rotunda, margine crenata, formâ *Ulmi minoris folio anguſto ſcabro* ſimilia, dilutè viridia, ſapore exſiccante. *Flores* dilutè rubei, inodori, pediculis brevibus inſidentes; [*decapetali, petalis duplici q. ordine diſpoſitis, quorum quina exteriora calicem mentientia longiora & carinata, facie externa ex viridi purpuraſcentia, internâ verò purpurea; interiora a. & breviora 5 petala utrinque purpuræ decorem induunt. Unguibus petalorum interiorum præpoſita ſunt 5 craſſæ curtæque appendices foliaceæ.*] petalis ad exortum anguſtis, in extremo rotundatis, multíſque *ſtaminibus* luteo-rubicundis, capitatis, in oblongiuſculo & tereti *Stylo* faſciculatim naſcentibus, & umbilicum occupantibus donantur. *Pediculi flores ſuſtinentes non ex alis foliorum, ſed ex oppoſita parte ortum ducunt.* Floribus præteritis ſuccedunt *vaſcula ſeminalia*, in 3 aut 4 loculamenta anguloſa partita, ſuperiore parte aliquouſque disjuncta, & in angulos elata, unoquoque unum *ſemen* continente.

Floruit menſe *Auguſto.*

5. Ulmifolia arbor baccifera *Ind. Orient.* Antirheumatica *Pluk. Mantiſſ.*
6. Ulmi anguſtifoliæ facie Baccifera *Jamaicenſis*, foliis ſupernè ſcabris, ſubtus villoſis, floribus flavis perpuſillis, fructu botryoide monoſpermo *Pluk. Almageſt. Bot. vide* Periclymenum rectum.
7. Ulmifolia arbor *Biſnagarica Ejuſd. ibid.*

Iuliferæ anomalæ.

P. 1430. Ad Cap. de Moro.

1. Morus *Virginiana* lacteſcens, latiſſimo folio *Hort. Beaum.* Mori-folia *Virginienſis* arbor, Loti arboris inſtar ramoſa, foliis ampliſſimis *Pluk. Phytagr.* T. 246. F. 4. Hanc arborem, in Horto *Comptoniano* antequam fructum ederet aut floreret viſam, pro Coryli ſpecie habui *Hiſt. Plant.* p. 1793.
2. Morus *Mariana*, denſioribus ſubrotundis foliis, ad oras amplioribus ſerris. An Morus *Virginiana Park? Pluk. Mantiſſ.*
3. Morus fructu viridi, ligno ſulphureo tinctorio *Slon. Cat. Jamaic.* Tatai-iba *Braſilienſibus Marcgrav. Hiſt. noſt.* p. 1639. Buxei coloris lignum *Americanum*, J. B. Tom. 1. p. 498. Fuſtick-Wood. Xanthoxylum aculeatum Carpini fol. *Americanum*, cortice cinereo *Pluk. Almag.* T. 239. F. 3.

D. *Sloane.*

Multis prælongis, craſſis & valdè ſurculoſis *radicibus*, cortice flavo obtectis terræ firmiter inhæret; *caudicem* erigens peramplum, rectum, 60 pedes altum aut proceriorem, cortice ſuſco dilutiore veſtitum, ſulcis ſuperficialibus hic illic exarato, in quibus color flavus lucidior apparet. *Lignum* ſolidum, firmum, colore flavo pulcherrimo imbutum. Rami, in omnem partem diffuſi, & ſurculi cortice dilutiore integuntur, *foliis* obſiti pediculis brevibus fultis, hirſutis, obſcurè viridibus, versùs pediculum latioribus exinde ſenſim coarctatis, donec in punctum tandem deſinant, Ulmi folia referentibus, ſed longioribus. *Iuli* multi è ramulis extremis exeunt, breves, albicantes. *Fructus* Nucis Myriſticæ magnitudine, pediculo inſidet, rotundus, Mori æmulus, colore tam extra quàm intra vireſcente, *Semina* nonnulla compreſſa, ſuſca, parva continens, Lini ſimilia. Ante maturitatem lacteſcit, & ſapore eſt minùs grato: cùm maturuit guſtui gratus & dulcis evadit.

Celeris auctûs eſt, vidi quæ intra 7, 8ve annorum ſpatium in 30 aut 40 pedum altitudinem excreverant.

In inſulæ *Jamaicæ* locis apertioribus ubique invenitur.

Cæditur, in aſſeres finditur, inque *Europam* tranſmittitur in uſum tinctorum ad Lanas colore flavo inficiendas.

Ricini fructu glabro Arbor Iulifera lacteſcens, folio Myrtino *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Radicibus tenuibus glaucis ſ. griſeis undique in terram ſe altè inſinuantibus firmatur & nutritur; Caudex cruris humani craſſitie, ad 20 pedum altitudinem aſſurgit, cortice exteriùs canescente, interiùs rubro & lacteſcente amictus. Poſt pluvias ſurculi julos plurimos edunt $\frac{1}{4}$ unciæ longos, è multis, flavo-viridibus, rotundis parvis *apicibus* compoſitos, valde tenellos; quibus brevi ſuccedunt *folia* duas uncias longa, unam lata, media ſc. latiſſima parte, ad utrumque etenim extremum anguſta ſunt, paucis vix conſpicuis crenis inciſa, colore obſcurè viridi, ſplendente. Surculi hic illic *fructum* emittunt parvum viridem, triquetrum, in perbrevibus pediculis; qui poſtea ad magnitudinem granorum *Tigliæ* excreſcit, ejuſdémque dilutè fuſci coloris eſt, tria ſubrotunda ſemina in totidem loculamentis continens.

Ad ripas rivuli inter *two-mile Wood* & *The Town Savanna* in fruticeto copiosè provenit.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS SEXTUS:

DENDROLOGIÆ TERTIUS.

De Arboribus flore fructuque aggregato: Iisque quarum flos summo fructui insidet.

HÆ Arbores fructu umbilicato seu coronato denominantur, à calice post Florem delapsum in summo fructu residuo. Súntque vél *Pomiferæ* seu fructu majore, vel *Bacciferæ* seu fructu minore.

Arbores floribus intra fructus occultatis.

P. 1436. Ad Cap. de Ficu *Indica Europææ* analoga.

1. Ficus *Americana* latiori folio venoso ex *Curacao. Pluk.* An Ficus Arbor *Barbadensium Ligonis?* Tsjakela fortè *H. M. P.* 3. In Horto Regio *Hamptonienſi* observavit D. *Plukenet.* T. 178. F. 1. In *Almag. Botan.* mutatâ sententiâ *Peralu* H. M. P. 1. F. 28 esse conjectatur. Vide Ficus *Bengalensis* folio subrotundo, &c. *Hort. Amst. rar.*
2. Ficus *Bengalensis*, folio subrotundo, fructu orbiculato *Cat. Hort. Beaum. Commel. Cat. Amst. rar.* Pipal *Bengalensibus* An F. *Americana*, latiori folio venoso ex *Curacao* Pluk? T. 170. F. 1.

Commelin.

Radicibus nititur ligneis, cùm juniores sunt candidis, paulò verò vetustiores cortice teguntur rubescente. *Caudex* materia molli præditus cortice vestitur cinereo. *Rami* quasi articulati *foliis* ornantur inordinatè dispositis, pediculis crassioribus fultis, 2 palmos longis, sesquipalmam latis, margine non crenatis, neque deciduis, crassis, in mucronem abeuntibus, non rarò quoque subrotundis, nervo crasso secundùm longitudinem, variisque indè emergentibus, & ad latera excurrentibus nervis insignitis atro-viridibus, nitentibus, succo lacteo & candido infarctis, quo etiam scatet integra arbor. *Fructus* nullo prævio flore producunur, Ficûs vulgaris ritu, subrotundi, colore rubicundo, *semine* minuto oblongo repleti.

Benghalâ transmisit semina D. *Van Rheed*, nomine *Pipal.*

Largiùs irrigari requirit: crassas ac pendulas fibras, quæ radicum rudimenta, è trunco & ramis demittit, quæ ubi terram attigerint radices agunt.

3. Ficus *Indica* maxima, cortice nigricante, folio oblongo, funiculis è summis ramis demissis & radices agentibus se propagans, fructu Caprificûs *Sloan. Cat. Jamaic.* Fig-Tree of Ligon. An Atti-meer-Alou *H. M.* part. 3. p. 7?

D. *Sloane.*

Radices ab imo trunco quaquaversum emittit, ad ulnas plurimas in terræ superficie procurrentes, hic illic supra rupes reflexas & intricatas, cortice cano dilutiore tectas, à calcaribus quibusdam, in quæ truncus dividitur ad modum Xyli arboris, originem sumentes. Caudicis crassitie & altitudine paucis arboribus cedit, cortice propemodum glabro & obscuriùs incano. Lignum molle est, nec multis usibus idoneum. Truncus summa parte in pluros ramos dividitur, in omne latus diffusos; quorum surculi hic illic *foliis* obsiti sunt, ad $\frac{1}{4}$ unc. intervallas, pediculis uncialibus insidentibus, ipsis 5 uncias longis, latitudine, media latissima parte, longitudinis dimidiâ, glabris, obscurè admodum viridibus costâ mediâ, & transversis multis inde exeuntibus nervis donatis. Ex alis foliorum exit *fructus*, primò Pisi parvi magnitudine, postea ad Caprificûs magnitudinem excrescens exactè sphæricus, exteriùs viridis, incûs cenchramidibus seu granulis rubris repletus, Ficuum *Europæarum* similibus, quamvis gustu insipidis.

Tum Arbor, tum Fructus, quavis parte rupta aut vulnerata, succum lacteum aut serosum emanat.

Arbores

Arbores istæ, alii cuicunque vetustæ arbori irrepere frequenter cernuntur, cum apprehendentes, & variis anastomosibus comprimentes, donec prosternant & absumant; è ramis suis plurima longa, recta rotunda filamenta ejicientes ad terram usque, colore è fusco virente, quæ temporis progressu magnitudine multùm proficiunt, intérque se & cum aliis arboris partibus uniuntur, unde lignum concavum evadit, & arbore prostrata ipsa quoque deficiunt & decidunt, & semitas per sylvas obstruentia viatoribus molestias creant, arboris cacumine tali in casu in radicem mutata.

In *Jamaicæ* & *Caribbæarum* insularum agris saxeis, sterilioribus & aridioribus ubique provenit.

4. Ficus *Indica* maxima, cortice candicante, folio oblongo *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Præcedentis varietas esse videtur, cortice candicante, multò lucidiore differens, in aliis plerisque conveniens, & in parem altitudinem assurgens, quamvis filamenta eo modo fundentem me unquam observâsse non ausim fidenter asseverare. Ramos ad mensas & fores efficiendas cædi nulla arboris injuria aut detrimento aiunt. Cum priore.

5. Ficus *Indica* maxima, folio oblongo, funiculis è summis ramis demissis radices agentibus se propagans, fructu minore sphærico sanguineo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Tsjela H. M? Ficus arbor *Americana*, Arbuti foliis, non serrata, fructu Pisi magnitudine, funiculis è ramis ad terram demissis prolifera. *Pluk. Phyt.* T. 178. F. 4.

D. Sloane.

Præcedenti non multùm dissimilis est, fructu duntaxat minore, Nucem Avellanam vix excedente, coloris coccinei aut incarnati, saporis subdulcis, non tamen grati, cenchramidibus ut præcedentis repleto.

In sylvis montosis & saxosis prope domum *D. Cope*, loco *Guanaboa* dicto collegi.

Hujus fructus ab omne genus Columbis sylvestribus valdè expetitur; unde cùm in sylvis delapsos aut dejectos vides, certus esse potes Columbas in summis arboribus adesse, quamvis eâ interdum à terra altitudine, ut à longissimis sclopetis peti aut feriri non possint.

6. Ficus *Indica*, folio oblongo acuminato, minore, atro-virente, fructu sphærico, pallidè luteo, Cerasi magnitudine, in summitate aperto *Sloan. Cat. Jamaic?* An Handir-alou. *H. M. P.* 3.

D. Sloane.

Truncus hujus Arboris femoris humani crassitudinem assequitur, cortice albicante aut cinereo obvolutus, sulcis aliquot superficialibus minùs profundis insculptus. Ad 20 pedum altitudinem assurgit, ramis in omnem partem extensis, versùs extremitates foliis hic illic inconditis vestitis, pediculis semuncialibus innixis, ipsis duas uncias longis, mediâq; latissima parte unam latis, glabris, colore, obscurè viridi splendente. *Fructus* ex alis foliorum exeunt, pediculis quadrantem unciæ longis insistentes, rotundi, Cerasis majores, foramine in medio aperto, pallidè lutei, intra tenuem pulpam plurima rotunda fusca semina continentes media parte vacuâ, ut in aliis congeneribus. Omnes hujus Arboris partes lactescunt.

Ad ripas fluvii *Cobre* dicti, circa urbem *S. Jago de la Vega* collegi.

7. Ficus *Indica* folio oblongo obtuso, fructu minore, pallidè luteo, sphærico *Sloan. Cat. Jamaic.* An Gaguey *Oviedo*? An F. arborescens *Bengalensis*, folio subrotundo, fructu orbiculato, Pipal *Bengalensibus Hort. Beaum*? cujus descriptionem vide supra.

D. Sloane.

In omnibus præcedenti similis est & ferè eadem, foliis non usq; adeò acuminatis, semunciâ eis latioribus, minùs obscurè viridibus, pediculis incanis insidentibus, fructúque majore, breviori pediculo subnixo, nullo in apice foramine differt.

Cum priore, necnon ad ripas fluvii *Black-river* dicti circa pontem collegi.

8. Ficus sylvestris seu Caprificus, *Papaiæ* foliorum æmula, segmentis denticulatis *Pluk. Mantiss.* Ex *Angola* nuper allata est.

9. Ficus *Ind. Or. Obe* vulgo junioris folio, flore albo tubuloso, sericea lanugine obsito, fructu orbiculari. Panneermaram *Malabarorum. Ejusd. ibid.*

10. Ficus *Indica* Mali Limoniæ folio, subtus canescente, fructu exiguo, cortici adnato. Sunutperai *Malabarorum Ejusd. ibid. Pet. Act. Philos. Lond.* N. 271. p. 854.

11. Ficus *Indica*, subrotundis Coccygriæ densioribus foliis, fructu parvo, è regione binato, Callerelle *Malabarorum Ejusd. ibid.*

12. Ficus *Chamberambaca*, Ponnæ foliis, fructu parvo gemino *Pet. Act. Philosoph. Lond.* N. 271. p. 858. A penultima differt, quòd Fructus absque pediculis binatim nascantur, quodque folia crassiora sunt magísque venosa. Calle-relle Malabarensibus dicta est.

13. Ficus arbor *Americana*, Arbuti foliis non serratis, fructu Pisi magnitudine, funiculis è ramis ad terram demissis prolifera *Pluk.* Bearded Figtree, i. e. Ficus barbata. *Barbadensibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 178. F. 4. An Katou-Alou *H. M?*

14. Ficus arbor densioribus foliis parvis integris. *Amboinensis Ejusd.* T. 243. F. 4.

P. 1443. Ad Cap. 8. poſt ſpeciem primam adde,

Alypum *Africanum* foliis roſmarini minoris D. *Sherard.*
Alypum *Afric.* foliis Sedi lutei minoris, capitulo globoſo. D. *Sherard.*

P. 1443. Ad Cap. 8vi ſpeciem 2dam adde Synon. Cattu Schiragam *H. M.*

Serratula *Indica* major latifolia mollis *Breyn. Prod.* 2. Jaceæ & Serratulæ affinis, capitulis Baccharidis, Trachelii foliis *Breyn. Prod.* 1. Scabioſa *Zeylanica* capitulis ſolioſis, ſemine amaro, lumbricos enecante, *Herman.*

HISTORIÆ PLANTARUM LIBRI VIGESIMI SEXTI PARS POSTERIOR.

De Arboribus quarum flos ſummo fructui inſidet; ſeu Fructu umbilicato.

Hæ vel Pomiferæ *ſunt, hoc eſt, Fructu humido polypyreno majore, vel* Bacciferæ, *ſeu Fructu polypyreno minore.*

Pomiferæ Umbilicatæ.

P. 1450. Ad Cap. de Malo.

1. Mali folio Arbor, Artemiſiæ odore, flore pentapetalo ſpicato *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

AD 20 aut 30 pedum altitudinem aſſurgit hæc Arbor, *caudice* femoris humani craſſitudine, cortice fuſco obſcuro, propemodum glabro obducto, ligno intus albo. Rami rectè propemodum exoriuntur, *foliis* multis veſtiti, Malî arboris propemodum ſimilibus, nullo ordine poſitis, pediculis ſemuncialibus fuſcis inſidentibus, 3 uncias longis, 2 latis latiſſima prope baſin ſubrotundam parte, obſcurè viridibus, glabris. *Flores* plurimi extremos ramulos undique cingunt, in ſpicis ſquamoſis unciam longis, omnibus ſimul paniculam efficientibus, albicantes, è pluribus *ſtaminibus* albis, *ſtylum* concolorem circumſtantibus compoſiti, 5 vix diſcernendis albis villoſis ſeu lanuginoſis foliolis pro quodam velut Perianthio ſuppoſitis, quæ digitis confricata ſuaviſſimè olent, odore Artemiſiæ nonnihil ſimili, quemadmodum & folia, & reliquæ omnes hujus plantæ partes.

In ſylvula inter *the Town Savanna* & locum *Two mile-wood* dictum abundè creſcit.

2. Mali folio arbor, Artemiſiæ odore & flore. *Slon. Cat. Jamaic.*

Hæc in omnibus ferè præcedenti ſimilis erat, cortex duntaxat ſurculorum albidior & odoratus: *Flores* non in paniculis proveniunt ſed in ſpicis, ſeſcunciam circiter longis, è pluribus floſculis aliis ſupra alios ſitis, 5 petalis amplis oblongis conſtantibus, compoſitis.

Cum præcedente, à qua vix vel parùm admodum differre credo.

Malus ſylveſtris Azarolæ ferè foliis, *Caroliniana*, fructu puſillo aureo *Pluk. Mantiſſ.* In Horto *Gulielmi Darby* cultum vidit.

P. 1454. Ad Cap. de Malo Cydonia.

Cydonia Malus *Indica*, ſpinoſa, trifolia, putamine oſſeo duriſſimo, pulpâ Meſpili. Forſan aptiùs nominanda eſt Meſpilus *Indica* ſpinoſa trifolia, putamine oſſeo duro *P. B. P.* Hujus arboris ramulum vidi inter plantas ſiccas à Clariſſ. *Breynio* ad *D. Petiver* tranſmiſſas, titulo Cydoniæ è *Bengala Garciæ* & *Cluſii*. Verùm foliorum forma non convenit, nam Cydoniæ è *Bengala* folia *Perſicæ* tribuit *Garcias*, quæ huic lata & brevia ſunt. Ramuli autem cortex albicabat Aceris minoris ad inſtar.

P. 1459. Ad Cap. 7um nota.

Plantæ hoc capite comprehenſæ revera Meſpili ſpecies ſunt, ideóque Titulus iſte *Sorbo affines foliis integris* deleatur, & plantæ ad calcem capitis 8vi (quod ſeptimum numero faciendum eſt) transferantur.

1. L'Azarola ſeu Meſpilus Aronia fructu albo *Romæ* & *Neapoli* non minus frequens eſt quàm fructu rubro. Idem foliis utrinque hirſutie candicantibus in *Sicilia* habetur D. *Sherard.*
2. Pyracantha *Virginiana Munting.* Herbar. Belgic. p. 186.
3. Meſpilus *Americana* Laurifolia glabra, fructu rubro mucilaginoſo: *Calabura rubra* foliis Laurinis *P. B. P. Commel. Hort. Amſt. rar.*

Hort. Amſt. rar.

Arbor eſt procera ſatis & patula, Pyro ſimilis: *caudice* duro, cortice fuſco. *Folia* glabra, ſplendentia, Laurinis ſylveſtribus non diſſimilia, margine æquali, oblonga, pleraque mucronata, alia mucrone deſtituta, parte ſupina atro-virentia, pronâ lætiore virore prædita, craſſis alternatim poſitis pediculis ramis inhæreſcunt. *Flores* è calice tripartito & non rarò quadripartito emergunt, quorum pediculus communis in varios diſpeſcitur pedicellos, hique in minores, flores immediatè ſuſtinentes pentapetalos, dilutè cæruleos, forma & magnitudine Leucoii lutei: *Fructus* bacca eſt rubra, tetrapyrena.

4. Meſpilus *Americana* Alni vel Coryli foliis, fructu mucaginoſo albo *Commelin. Hort. Amſt. rar.* Calabura alba *P. B. P.*

Commelin.

Mediocris ſtaturæ arbor eſt, & præcedenti cognata: fructuum enim pulpa quæ in hiſce coloris albidi, admodum etiam mucaginoſa eſt, ab *Indis* quoque expetita (quod etiam de rubro intellectum volo) ut plurimum neglecta eſt ob ſaporem minùs gratum, & conſpectum nauſeabundum, utpote manibus compreſſa muci in modum, in filamenta ductilis. *Foliis* à præcedente diſcrepat, quæ in hac latiora, rugoſiora, ad margines aliquomodo undulata & crenata, Alni vel Coryli foliis quodammodo comparanda, ſed magis mucronata, nervo conſpicuo per medium foliorum diſcurrente, & minores alios ad latera emittente donata. Ramulorum faſtigia occupant *flores*, pediculis longis & latè expanſis innixi, è calyculo quadripartito emergentes, pentapetali, præcedentis floribus ſatis conformes, ſed coloris albi, *ſtaminibus* apiculatis ditati.

5. Meſpilo Alni lanato folio majori ſimilis, non crenata, Arbor ex Inſula *S. Helenæ Pluk. Mantiſſ.*
6. Meſpilus *Mariana*, lanatis foliis, minutiſſimè crenatis, floribus in ſpica digeſtis *Ejuſd. ibid.*
7. Meſpilus *Mariana*, mucronatis Pruni foliis, pallidè virentibus, fructu brevi pediculo inſidente *Pluk. Mantiſſ.*

Eadem foliis latè virentibus, pomis longo pediculo innixis *Ejuſd. ibid.*

8. Meſpilus *Virginiana*, Pyracantha parvis ſubrotundis foliis, ſubtus incanis, ſpinis longiſſimis armata *Ejuſd. ibid.*
9. Meſpilus *Nov-Anglicana*, Oxyacanthæ ſimilis, oſſiculis binis hemiſphæricis, ità inter ſe junctis, ut unum globum ritè conficiant *Ejuſd. ibid.*
10. Meſpilus aculeata Pyriſolia denticulata, ſplendens, fructu inſigni rutilo *Virginienſis Pluk.* qui quærit, An ſit Meſpilus *Virginiana* colore rutilo *C. B?* Hujus folia aliquando variant, & ſenectute multùm laciniata evadunt. *Pluk. Phytogr.* T. 46. F. 1.
11. Meſpilus Prunifolia *Virginiana* non ſpinoſa fructu nigricante *Pluk.* Rhamnus *Virginiana* Prunifolia, fructu nigro, oſſiculo compreſſo *Baniſt.* Cat. Stirp. Virgin. *Pluk. Phytogr.* T. 46. F. 2. ubi reliqua ſynonyma vide.
12. Meſpilus *Virginiana*, Apii folio, vulgari ſimilis, major, grandioribus aculeis. *Ejuſd. ibid.* F. 3.
13. Meſp. *Virginiana*, Arbuti lanato folio *Pluk. Almag.* i.e. Sorbus *Virgin.* folio Arbuti *Breyn. Hort. Leyd.*
14. Meſpilus *Africana*, longioribus & tenuiſſimè crenatis foliis, glabra *Pluk. Almag. Bot.* An Meſpilus oſſiculo lævi, coloris ſpadicei, Lata Guineæ *J. B.* t. 1? Pyro ſimilis ex Guinea *C. B?*
15. Meſpilus *Virginiana*, Groſſulariæ foliis, fructu rubro minore *Pluk. Phytogr.* T. 100. F. 1. An Oxyacanthus folio parvo ſubrotundo, flore unico, thecâ foliaceâ incluſo, ſummitatibus ramulorum inſidente *Baniſteri?*
16. Meſp. *Virginiana*, ſpinis longioribus rectis, foliis quodammodo auriculatis *Pluk. Phyt.* T. 99. F. 5.

17. Oxy-

17. Oxyacantha *Americana, Galli calcar* dicta *Hiſt. noſt.* p. 1795. deſcripta huc transferenda eſt, & ſynonyma ſequentia è D. *Plukenet Almageſto* addenda, Meſpilus Apii folio *Virginiana*, ſpinis horrida, fructu amplo coccineo *Pluk. Almag. Botan.* Apii folio *Indica Schol. Bot.* Meſpilus Spinoſa ſeu Oxyacantha max. *Virginiana Hort. Leyd. Herm.* Oxyacantha oſſiculis binis, fructu magno incluſis *Baniſt. Cat. Virgin.* Aſt Fructus mihi communicatus à *D. Doody* magnus non erat.

Hujus arbor *Spina Glaſſenburienſis, Spina Chriſti* & *Spina ſancta* per errorem dici ſolita eſt. *Pluk.*

Habemus è *Marilandia* ramulum hujus aut potiùs 10mæ ſpeciei, ſpinis omnium longiſſimis, ut quæ 3 uncias æquarent, vel etiam ſuperarent, robuſtis, in rectam extenſis, nec ullatenus incurvis aut arcuatis, colore ſpadiceo nitentibus.

P. 1463. Ad Cap. de Malo Granata

Malus Granata *Zeylanenſis* aculeata *Pluk.* Granata Malus *Zeylanica* ſpinoſa *P. B. P.* an *Katou Niragam* H. M. p. 4? *Pluk. Phytogr.* T. 98. F. 6.

Malus Punica *Barbadenſium*, (Forte) Igbucami *Braſilianorum De Laet.* Ind. Occid. l. 15. c. 8. *Ejuſd.*

1456. Ad Capitis de Guayava ſpeciem 3am adde Synonyma ſeqq.

Malo Punicæ affinis Pomifera, flore pentapetalo albo, fructu nullis interſepimentis diſtincto, ex toto eſculento, minore, albo *Slon. Cat. Jamaic.* Perſicæ ſimilis exotica 8va *C. B.* 441. Item Guayabo Pomifera *Indica* ſylveſtris *ejuſdem. Xalxochotl* ſeu Pomum arenoſum *Hernandez.* p. 84. *Araca-iba Braſilienſibus*, cujus fructus ipſis dicitur *Aracamiri*, *Belgis* autem *Granaet Pruynen* Marcgrav. p. 62.

P. 1464. Ad Cap. de Ficu Indica, Tuna & Opuntia dicta.

Prima noſtra ſpecies eſſe videtur, quam D. *Sloane* in Hiſtoria Natur. Inſulæ *Jamaicæ* plenè & accuratè deſcribit, titulo *Opuntiæ majoris folio oblongo-rotundo, ſpinis longiſſimis & validiſſimis, confertim naſcentibus obſito, flore luteo.*

C. *Bauhinus* plantam hujus generis juvenem, necdum juſtam ſtaturam & magnitudinem aſſecutam, pro diverſa ſpecie habuiſſe videtur, Ficûs Indicæ *lævis piloſæ* nomine impoſito, nam dum junior adhuc eſt piloſa ſeu lanuginoſa apparet: paulò adultiorem *humilem* nominat. Fructum autem pro tempeſtate pluvia aut ſiccuta magnitudine plurimùm variare notum: Hinc apud eundem & *Parkinſonum* duæ ſpecies, altera *fructu majore*, altera *minore.*

Species à *Fr. Hernandez* recenſitæ à diverſo fructûs colore præcipuè deſumptæ videntur, qui dum juvenis eſt viret, exinde prout matureſcit intermedios omnes colores tranſit, donec tandem purpureum ſaturum acquirit. D. *Sloane.* Ego tamen *Romæ* fructus vidi & comedi per maturitatem luteos. Color tamen fructûs fortaſſe non variat ſpeciem.

1. Opuntia maxima, folio oblongo-rotundo majore, ſpinulis obtuſis mollibus & innocentibus obſito, flore ſtriis rubris variegato *Slon. Cat. Jamaic.* Cochineel. Nocheznopalli *Hernand.*

D. *Sloane.*

In pleriſque cum Opuntia noſtra prima convenit, omni duntaxat parte major eſt, ad 8 aut 9 pedum altitudinem excreſcit. Folia ſeſquipedem longa ſunt, dodrantem lata, nullis ſpinarum agminulis horrida, verùm eorum loco foraminula in ſuperficie ſolii excavantur, parvis oblongis protuberantiis repleta. *Flores* rubro ſtriati ſunt. Fructus ut in præcedente, non tamen adeo ſapidus.

In agris D. *Worley* plantata fuit hæc ſpecies, ab *Americæ* continente *Jamaicam* allata.

Cochinilla ab *Hiſpanis Toona* ſeu *Tuna* dicitur: Maximâ copiâ circa oppidum *Pueblo de los Angeles* oritur, unde in *Hiſpaniam* infertur; Habetur etiam circa *Puerto Cavallos* in *Honduras*, ſed inferioris notæ.

2. Opuntia maxima, foliis majoribus, craſſioribus & atrovirentibus, ſpinis minoribus & paucioribus obſitis *Slon. Cat. Jamaic.* An Ficus Indica ſeu Opuntia maxima, folio ſpinoſo latiſſimo *Herman. Cat. Hort. Leyd.*

D. *Sloane.*

Hæc ſpecies vulgari Opuntiæ primò in loco deſcriptæ cætera ſimillima *foliis* differt, latioribus, craſſioribus, obſcuriùs viridibus, nec adeo ſpinoſis, pauciſſimas etenim ſpinas obtinent albas breves, & interdum unam ſolam ex uno foramine exeuntem, ſpeciei illi quæ *Cochinillam* alit foliis perſimilia, non tamen aculeis prorſus deſtituta prout illius.

In inſula *Madera* circa urbem *Funchall* ſpontanea (uti videtur) & frequens eſt.

3. Opuntia major ſpinoſa cauleſcens, foliis atrovirentibus longis & anguſtis, pendulis, flore rubro *Slon. Cat. Jamaic.* An Jamacaru *Braſilienſibus Marcgrav.* Jam. VIa *Piſon.*

D. *Sloane.*

Ad 9 circiter pedum altitudinem evadit, trunco recto, sensim graciliescente, cruris humani crassitudine, ab imo ad summum creberrimis aculeorum stellatim ab eodem centro exeuntium agminulis, seriatim dispositis obsito. Spinæ albidiores sunt & breviores quam in Opuntia vulgari. Caudex ima parte ad 8 pedum altitudinem nudus folia deinceps emittit; alia ex aliis egressa, terram versus deorsum dependentia, Opuntiæ vulgatissimæ Prickly-Pear dictæ foliis similia, obscuriore duntaxat colore, longiora & angustiora, ut quæ 1½ fere pedem æquent, 2 uncias lata, ¼ unciæ crassa. *Flores* ejusdem sunt formæ, sed omnibus partibus minores, coloris rubri, *Fructum* relinquentes reliquorum hujus generis similem.

Quin hujus caudex è foliis conficiatur, aliis ex aliis egressis, progressu temporis figuram rotundam acquirentibus, ad normam reliquarum, minimè dubito.

Loco *Caymanes* dicto in agris D. *Worley*, & in maritimis fabulosis Insulæ *Jamaicæ* observavi.

4. Opuntia major spinosa caulescens, foliis glaucis longis & angustis, pendulis, spinis creberioribus & minoribus obsitis, flore rubro *Sloan. Cat. Jamaic.* An Jamacaru 4ta *Pison?* An Opuntiæ vulgò dictæ cognata, ferruminatrix Indorum *J. B.* t. 1. p. 156.

D. *Sloane.*

Hæc præcedentis in modum caudice recto tereti, ad 5 aut etiam plurium pedum altitudinem assurgit, multis aculeorum brevium, albicantium, stellatim dispositorum, agminulis adeò crebris & confertis, ut integrum ferè truncum contegant, ordinibus obsitus. Truncus summa parte in conum valde acutum tenuatur, ubi *folia* exeunt, alia ex aliis enata, ut in vulgari Opuntia, deorsum dependentia, quàm illa proportione longiora, dilutiùs viridia seu glauca, & spinularum ordinibus lanugineque pungente adeò densè consitis, ut nihil præterea in folio appareat, ut qui folia tractat, quamvis manibus chirothecis munitis, nihil fere aliud sentiet per aliquot dies. Flores ut in aliis Opuntiis, pauciores duntaxat hexapetali plerunque, colore rubro, summo fructui insidentes, ut in reliquis hujus generis.

In arenosis inter locum *Old Harbour* dictum & agros D. *Mohun* observavi.

P. 1466. Ad Jamacaru 1am *Pisonis*, Jamacaru *Brasilienſibus*, *Lusitanis* Cardon *Marcg.*

4. Ficum *Indicam* folio triangulari ensiformi profundè canaliculato, stellatim aculeato nostram pro hujus Synonymo habet D. *Sloane*: item Ficoides *Americanum*, seu Cereum erectum cristatum, foliis triangularibus, profundè canaliculatis *Pluk. Phytogr.* T. 29. F. 3. item Ficoides triangulare articulatum, amplexicaule, spinis brevioribus obsitum *Ejusd. Almag. Bot.* P. 148. item, Ficoiden seu Ficum *Americanam* amplexicaulem, triangularem, spinis brevioribus obsitam *Hort. Beaum.* item Cereum *Peruvianum* amplexicaulem articulatum fructu rotundo maximo coccineo *B. P. B.* P. 322.

D. *Sloane.*

Radicibus pluribus tenuibus, sensim gracilescentibus, albis lentis & tenacibus arborum quibus innascitur corticibus adhæret; è quibus *folia* exeunt plura, admodum viridia, aliis alia protrudentibus, ut in reliquis hujus generis speciebus, triangularia, inter angulos profundè sulcata, singulis lateribus 3 uncias latis, cavitate rotunda, valdè lævi, colore hilarè viridi, figurâ ensis trisulci. Angulis innascuntur spinarum brevium albicantium agminula, stellatim radiata, creberrima. Unumquodque folium ad sesquipedalem circiter longitudinem extenditur. Arboribus irrepunt iisque arctè adhærescunt, ad 40 aut 50 pedum altitudinem ascendentes. Aculeis & parte foliorum succulenta decidentibus, restat pars interna longa, teres, robusta, quæ pro viminibus inservit ad palos vinciendos in ædificiis, &c. *Flores* ut in aliis hujus generis è foliis egrediuntur; primò apparet tuberculum rotundum, lanuginosum, quod postea augescit, & folia multa oblonga è viridi rubentia ostendit, alia aliis squammatim incumbentia, plura prælonga alba petala includentia, medium occupantibus multis oblongis staminibus; totum hoc Lilii albi aut potiùs Nymphææ albæ florem refert. Fructus deinde qui subest intumescere incipit, & flore decidente augescit, donec Pomi mediocris magnitudinem assequatur, protuberantiis in superficie pluribus inæqualis, colore per maturitatem flavo cum levi tinctura rubri, aut ad Aurantiacum accedente; sub cute tenui albam, dulcem & jucundam pulpam includens, plurimis parvis nigricantibus *seminibus* intermixtis, ut spermati ranarum similis videatur.

Locus. In Insulæ *Jamaicæ* sylvis campestribus arboribus majoribus ubique innascitur & ab *Æthiopibus* tam pro viminibus, quàm pro fructu appetitur.

Fructus omnium hujus generis optimus est & jucundissimus, Decembri & Januario matureſcit, & urinam rubro colore tingit ut reliqui congeneres. Sub titulo *Cerei scandentis minoris trigoni articulati, fructu suavissimo à P. Hermanno* describitur, cujus descriptionem paulò inferiùs dabimus.

5. Opuntia non spinosa, minima, caulescens, foliis pilosis strictissimis, è crenis foliorum fructum & florem proferens *Sloan. Cat. Jamaic.* An Nopalxoch-cuez-altiquiri *Hernand.* p. 392. 457. An Canambaya *Marcgr.* p. 78? Opuntiæ fortè affinis *Sirinamensis* è foliorum crenis nova folia producens *Hort. Beaum.* Phyllanthos *Americana*, sinuosis foliis, longis, crassis carnosis, Opuntiæ in modum florigera *Pluk. Phyt.* T. 247. F. 5.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Pluribus longis funiculis ſeu loris, radiculis ſeu fibrillis nutrimento hauriendo inſtructis, nervo medio robuſto donatis, in unam ſatis craſſam & firmam radicem coeuntibus, fundatur. *Caulis* exinde protruditur cinereus, *folia* aliquot emittens initio valde piloſa, poſtea ad pedalem circiter longitudinem exporrecta, latitudine maxima circa mediam partem unciali, exinde verſus utrumque extremum ſenſim anguſtiora, pediculis uncialibus inſidentia, nervo inſigni media percurrente, ad margines crenis inciſa, intercreniis rotundis, colore pallidè viridi. E Foliorum crenis exit *Fructus* parvus, compreſſus, aliorum hujus generis ſimilis, ſeminibus parvis pulpæ interſperſis. *Caulis* à ſucculenta parte repurgatus cancellatas ſeu reticulatas fibras oſtendit, ut in hujus generis reliquis.

A *Jacobo Harlow* acceptam, qui in inſula *Jamaica* collegit, D. *Sherard* communicavit.

6. Cereo affinis, ſcandens planta aphylla, caule rotundo, articulato, glabro, ſucculento, ſaturatè viridi. **Green Withy.** *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Hæc planta ex arborum nonnullarum ramis dependet, alias conſcendit ad 40 interdum pedum altitudinem. *Caulis* duntaxat eſſe videtur cum claviculis, è foliis, alio ex alio enato, cereorum ad inſtar compoſitus; craſſitiei diametro 3 circiter quartas unciæ longâ, valdè glaber, ſaturatè ſeu obſcurè viridis, teres, geniculatus ſeu inciſus ad intervalla quincuncialia, è quibus [articulis] exit clavicula 3 4^ve^ uncias longa, extremitate ſua latâ viſcidâ, arboris adſtantis partem quamcunque proximam apprehendens. Huic oppoſita alia egreditur clavicula ſeu folium tenue membranaceum à lato principio in punctum tandem deſinens. Caulis ipſe ſolidus eſt, ſucculentus & interdum ramoſus.

Variis anni temporibus, variiſque in locis hanc plantam vidi, nunquam tamen ullum aliud folium in ea obſervare potui quàm claviculam prædictam, ſi modo illa folium dici poſſit; neque *Florem* ullum aut *Fructum* mihi unquam videre contigit.

In montoſis ſylvis ultra fluvium *Cobre* dictum prope *The Angels* arboribus innaſcentem, & ab earundem ramis dependentem obſervavi.

P. 1464. 7. Ficus ſeu Opuntia non ſpinoſa Scolopendriæ folio ſinuato. Ficus Indica Scolopendriæ folio, epiphyllitis *Cat.* ad finem *Parad. Bat. Herman.* Nopalxoch cuez. Altiquiri *Hernand.* 392.

Fructum fert ex ſummitate folii, per maturitatem dilutè puniceum, octo angulis extantibus præditum, in ſummò umbilicatum, & ad coſtarum extrema ſumma ſubinde corniculis ſeu villis craſſis, protuberantibus præditum, intus multis granulis, nigris, rotundis, in pulpa molli, exalbida, dulci refertum.

P. 888. Ad Cap. De Euphorbio Speciem 2dam.

Planta hæc Cereus craſſiſſimus, fructu intus & extus rubro D. *Sloane* dicitur, & hunc in modum deſcribitur.

Radices hujus arboris in ſuperficie terræ expanduntur ad pedum aliquot à trunco diſtantiam, ſolidæ, coloris caſtanei. *Caulis* ſeu truncus recta ſurrigitur ad 20 pedum altitudinem, hîc illîc crenam ſeu rotundam cæſuram oſtendens, ad 2, 3, 4^ve^ pedum interſtitia, ubi ſc. folia ex quibus conficitur incipiunt & deſinunt. Sexdecim circiter unciarum in ambitu eſt; dum adhuc junior & verſus faſtigium viridis, lateribus ab imo ad ſummum profundè canaliculatis, novem aut decem ſulcis altioribus, quorum marginibus ſeu coſtis innaſcuntur, denſi velut ceſpites ſpinarum ſemuncialium, duodecim plus minus ſimul, ſtellatim expanſarum. Truncus plantæ concavus eſt, è multis ſolidis lignoſis fibris arctè invicem junctis, reticularibus ſpatiis intercedentibus, & pulpa craſſa viridi ſuperincumbente compoſitus, cujus pulpæ, prominentis partis angulis aculei prædicti innaſcuntur. *Truncus* hic concavus, teres, lignoſus, in ſpecie proximè deſcribenda pro cereo ſeu funali uſurpatur: in hac perſæpe ad inciſuras quas diximus ramos emittit, ſeu Folia, quibus & alia innaſcuntur, ejuſdem figuræ & magnitudinis cum iis è quibus caudex ipſe componitur. Prope ſummitatem aut ex ipſis verticibus caulis & ramorum exeunt rotunda, lanuginoſa, ſquamoſa tubercula, quæ in *Flores* erumpunt & aperiuntur. *Flos* a. cùm aperitur, 3 uncias longus eſt, ſubrotundo tuberi (quod fructûs rudimentum eſt) inſidens, collo anguſto, è multis viridibus foliis ſquamatim incumbentibus, interioribus longiſſimis, pro calice, duobus *petalorum* longorum albicantium circulis, plurimis intus *ſtamminibus* longis luteis cum *Stylo* craſſo conſtans. Succedit *fructus* trunco arctè adhæreſcens, Pomi mediocris magnitudine, per maturitatem coloris Aurantiaci ſeu rubri, eminentiis pluribus elatioribus in ſuperficie Pinus fructui nonnihil ſimilis. Cutis tenuis in pulpa dulci rubente plurima minuta, nigra, ſplendentia ſub dentibus inter mandendum crepitantia ſemina continet.

Noſtratibus **The larger Dildo Tree** dicitur.

In *Jamaicæ* inſulæ maritimis arenoſis, necnon ſylvis campeſtribus aridis & apertis ubique creſcit.

Pro Euphorbio *Dod.* à nonnullis perperàm habita eſt hæc planta, nam nec ſpinas binas ſimul obtinet, neque lacteſcit, neque è Barbaria advehitur.

1. Cereus altiſſimus gracilior, fructuxetus luteo, intus niveo, ſeminibus nigris pleno *Slon. Cat. Jamaic.* Dildo-tree the leſſer, or Torchwood.

D. *Sloane.*

Præcedenti per omnia ſimilis eſt, duntaxat minor. *Flos* 7 uncias longus eſt. Fructus pilæ quâ in ſphæriſteriis reticulo huc illuc impulsâ & repercuſſâ luditur æqualis, cùm eminentiis in ſuperficie, ut ſuperioris; intra luteam membranam pulpam dulcem niveam continet, cui intermiſcentur *ſemina* multa nigra, ut in præcedente.

Cum priori plerunque, non rarò tamen ſola in Sylvis oritur.

Fructus Octobri matureſcunt, & ut ſuperioris comeduntur.

Fibrarum hujus plantæ textura interior, reliquis partibus, tum exterioribus tum interioribus aeris & cœli injuriis conſumptis, ab *Indis* pro tæda aut funali uſurpatur ad piſces noctu capiendos; accenſæ etenim & ad cymbarum puppes affixæ piſces aſſultant, & inſtrumentis ad id paratis capiuntur, magno numero, præſertim Mugiles.

2. Cereus minima ſerpens *Americana Pluk. Phyt.* T. 158. F. 6. An Cereus amplexicaulis *Curaſſavicus* polygonus minor. *P B. P.?*

D. *Sloane.*

Reliquis Cereis in omnibus ſimilis eſt, ſulcis, coſtis, aculeis &c. minor duntaxat, diametro ſemunciam vix excedente. Color paulò dilutior & glaucus. Arbores in ſylvis conſcendit, earum corticibus Hederæ inſtar arctè adhæreſcens, cirris ſuis latis brevibus eas interdum ambiens, interdum rectâ aſſurgens ad 40 aut 50 pedum altitudinem; aliàs etiam per petras aut humi reptat. *Flores* & *Fructus* ut in reliquis Cereis, niſi quòd minores ſint.

Locus. Collibus ſylvoſis *Red hills* dictis prope viam quà versùs *Guanaboa* itur, necnon circa domum D. *Batchelor* elegantem hanc ſtirpem arbores ſcandentem obſervavi.

De Cereis in genere è D. *Hermanni* Paradiſo *Batava.*

Cerei, inſolitæ & mirabilis ſtructuræ ſtirpes, à funalis tedæ effigie ita dictæ, *Opuntiis* ſeu *Ficubus Indicis* congeneres ſunt: id Florum Fructúumque forma & diſpoſitio facilè evincunt. In *Americæ* inſulis (Borealibus exceptis) tantâ ſæpe frequentiâ reperiuntur, ut integras q. ſylvas conſtituere videantur. Quò loci non è terra tantùm, ſed & arboribus, lignis putridis, ipsíſque rupium interveniis progerminant. At neque ſub noſtro cœlo culturam reſpuunt. Nam per ſemina & ramos æque feliciter propagantur ac Opuntiæ, & velut hæ in fictilibus loco calido, & per hyemem, abſque ulla ferè rigatione in hypocauſtis curari poſtulant.

Caules faciunt prælongos, craſſitudinis ab imo ad ſummum uſque ferè æqualis, nunc ſimplices, nunc in medio aut mox à radice multifidos, aliquot coſtis rectà excurrentibus prædítos. Harum anguli foliorum loco armantur minacibus ſpinis, octonis, novenis aut pluribus ab uno centro radiatim ſeſe exſerentibus.

Cute teguntur carnoſa, intus torulo per ætatem ligneo farcti. *Fructus*, qui vel intra ipſas ſpinas, vel paulò infra eas oriuntur, magnitudine, colore, & formâ diſtincti ſunt, ſinguli a. fructum Opuntiæ referunt, & in molli dulcíque carne multa granula continent. Nec Opuntiæ diſſimiles ſunt *Flores*. Hi enim Fructuum rudimentis inſidentes, ex oblongo craſſóque collo in ambitum amplum terminantur. Petalis conſtant plurimis, numero incertis, quorum inferiora baſin floris ſtrictius ambiunt, eamque velut ſquamæ contegunt, ſumma verò Roſæ inſtar in orbem laxantur. Nituntur *radicibus* pro ſtirpium magnitudine admodum parvis, lignoſis, albidis, in paucas craſſiuſculas fibras diviſis. Cùm primùm è ſemine pullulant, emittunt muſcoſum & in orbe conglobatum tomentum (araneoſam telam in ſe convolutam diceres) ſub quo coſtarum & ſpinarum primordia non injucundo ſpectaculo deliteſcunt.

3. Cereus erectus maximus, fructu ſpinoſo rubro. *Dadus Herman.* Parad. Bat. *Herman.*

Hujus truncus mox ab exortu multifidus, rarò ſimplex, craſſitie femur, proceritate 15 pluréſve cubitos ſuperat, & circa ſummitatem quaſi in oblongum caput protuberat. Coſtis conſtat octonis, interdum denis armatis totidem ſpinis, ex uno centro prodeuntibus, validis ſed brevibus, quarum longiſſima vix unciam excedit. *Flores* è viridi pallidè flaveſcere dicuntur. *Fructus* pugni magnitudine rotundi & ſpinis muniti, inſigni rubro nitent, quem colorem quoque ſicci retinent: Horum concolor caro continet *ſemina* parva, oblonga, nigra. Cerei hujus varietas eſt cacumen habens compreſſum, & veluti bifidâ criſtâ coronatum.

4. Cereus erectus fructu rubro non ſpinoſo *Herman. Parad. Bat.* Cereus ſpinoſus *Nierembeg. Peruvianus* ſpinoſus, fructu rubro nucis magnitudine *C. B.* Euphorbii adulta planta ſive Cerei Effigie *Lob. Bod. à Stapel.* Hujus Deſcriptionem vide ſupra.

Herman.

Haſtas erigit priori conformes, aſt anguloſiores & ſpinoſiores, ſpinis junioribus, præcipuè ad exortum rara rufeſcente lanugine pubeſcentibus. Conſimiles quoque ſunt *Flores*. *Fructus* magnitudine & formâ ovum gallinaceum referunt, ſpiníſque carent. Superficies rubet: caro in viridi languet. *Semina* nigricant.

5. Cereus

5. Cereus erectus fructu rubro non ſpinoſo lanuginoſus *Herman.* Parad. Bat.

A præcedente differt potiſſimùm colore glauco & copioſiori lanugine, quæ ad trunci faſtigium inter ſpinas apparet. *Flores* herbacei coloris ſunt. *Fructus* magnitudine nucem *Juglandem* adæquant, extus rubri, intus viridantes, *Seminibus* nigris pleni. Hujus Cerei duæ varietates obſervantur in Horto *Beaumontiano.* Prioris lanugo flaveſcit, alterius ex albo palleſcit. An Cereus præcedens hujus tertii varietas ſit, an verò ſpecies diſtincta determinare vix audeo, propenderem tamen in partem affirmantem, quia Fructus ſicci nihil inter ſe videbantur differre.

6. Cereus erectus altiſſimus *Sirinamenſis Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Hujus truncum ultra 40 cubitorum altitudinem attolli aſſerunt ex *Sirinama* reduces. Surculus vix palmaris quem in *Hortum Academ. Lugd. Bat.* ante 18 annos tranſtulit *D. Syen,* jam in eam amplitudinem adolevit, ut craſſitie brachium, proceritate 17 cubitos ſuperet, veſtigiis incrementi, quod ſingulis annis acceſſit, in ſuperficie trunci remanentibus. Rectus eſt & ſimplex, non ramoſus, coſtis in imo 5, mox 8, & ſummum verſus 10 præditus, quarum extrema à radice ad cacumen uſque armantur ſpinis, 8, 10ve ex uno centro egredientibus. *Anno* 1691. unum aut alterum protulit *florem,* Biennio poſt cùm æſtus fervidior eſſet, Julio menſe 27 edidit. Hi ad coſtarum extrema, ferè in medio trunci, nunc intra ſpinas, nunc juxta eas exibant, effigieque tubum in amplum orificium ſeſe laxantem referebant. Tubus carnoſus erat, viridis, rotundus, ſtriatus, & orificium verſùs quaſi ſquamatus, ſquamis tamen à ſe mutuò non ſecedentibus, craſſitie pollicem, longitudine digitum cum ſemiſſe implebat, ad ſummam oram verò, ubi in petala ſe explicabat, Roſæ majoris amplitudinem excedebat. Petala numeravi 44, quorum interiora candida, & ad extremum ambitum in aliquot crenas ſecta erant, exteriora verò in viridi obſoletè purpureo colore pallebant. Ex umbilico horum multa candida capitata *ſtaminula,* coronæ ſpecie in orbem fuſa, prodibant: in quorum medio alia 16 aut 17, abſque capitulis, flaveſcente farinâ aſperſa, quæ craſſiuſculo *ſtylo,* ab imo tubi, ubi fructus incipit, oriundo procedebant. Flores unà cum fructibus, quibus inſidebant, eodem die quo ſe aperuerant defluebant. Opuntiæ autem ſimiles videbantur fructus. Nam horum rudimenta multis granulis referta, viridia erant, ſpiniſque deſtituta.

7. Cereus erectus minor, fructu ſpinoſo, coſtarum numero varians *Herman.* Parad. Bot. Colebre de ſpino *Hiſp.*

Herman.

Hujus caules minores ſunt quàm præcedentis, duos tréſve pollices in ambitu craſſi. Coſtarum numero variant, primùm tres, poſtmodum 4 & 5 in uno eodémque caule obſervavi. Spinarum agmina longiùs invicem diſtant, ſpinis productioribus & tenuioribus, communiter quinis juxta ſe poſitis. *Flos* à viridi pallet: *Fructus* rotundus ſpinoſus. *Semina* majuſcula. Hic in *P. B. P.* Cereus erectus *Curaſſavicus* tetragonus articulatus appellatur. Aſt verè articulatus non eſt. Sed caulis faſtigio dum augetur & ſuccreſcit, novus caulis, nexu quaſi articulato junctus, videtur acceſſiſſe.

8. Cereus ſcandens minor trigonus articulatus, fructu ſuaviſſimo *Herman.* Parad. Bot. Cer. *Peruanus* amplexicaulis articulatus fructu rotundo, maximo, coccineo, *P. B. P.* Pithahaya *Nieremberg.* l. 14. c. 4. Paulò ſuperiùs pro *Jamacaru* deſcribitur.

Herman.

Caulibus exit prælongis, in ambitu 3 pollices craſſis, ramoſis, articulatis, flexuoſis, humi reptantibus, aut ſi adminicula inveniant hederæ more aſcendentibus. Hi ternas acutas coſtas 5 vel 6 parvis aculeis, velut præcedentes, armatas habent. Articuli ex quibus caules coagmentantur, in patrio ſolo vix palmam longitudine attingunt; in hypocauſtis verò vitreis ſub noſtro cœlo pedem nonnunquam ſuperant. Ex omni ferè parte, præſertim intra canaliculos ſive ſulcos emittunt longas pallentes fibras, quæ vel in terram demittuntur, vel arborum quas ſcandunt ſciſſuris veluti claviculi ſe inſinuant illaqueantque. In floribus ſiccis 5 tantùm petala è viridi pallentia numeravi. Reduces ex *America* aſſerunt fructum appellari *Pithahaya,* intus & extra elegantiſſimè rubere, magnitudine Aurantium æquare, & ob ſuaviſſimum acido-dulcem ſaporem in deliciis haberi.

Carduus ſpinoſiſſimus brachiatus ex *Hiſpaniola* C. *Bauhino* in *Pinace* dicitur. Jamacaru Piſonis valde ſimilis eſt; niſi quod fructus pulpa huic noſtro elegantiſſimè rubet, illi candidiſſima ſit.

Datur varietas hujus, fructu minus ſuavi ex inſula *S. Crucis, Pithahaya, Simeron* i. e. Sylveſtris dicta.

9. Cereus ſcandens minor polygonus articulatus *Herman.* Parad. Bat.

Herman.

Creſcendi modo ſimilis ut præcedenti, proferens *caules* prælongos, articulatos, ramoſos & flexuoſos, digitum craſſos, multis coſtis (nonnunquam 15 numeravi) totidemque breviſſimis & minutiſſimis ſpinulis armatis præditos. De *Flore* & *Fructu* nihil mihi conſtat.

Ad Cereorum quoque familiam pertinet planta *Mexicana* quam ex *Rechio Jo. Terentius* poſuit nomine *Quauh cuetz placuitlapilli.*

10. Ce-

10. Cereus erect. *Curaſſavicus* lanuginoſus, fructu viridi ſpinoſo *P. B. P.*
11. Cereus erect. *Curaſſavicus*, tetragonus, articulatus *Ejuſd.*
12. Idem minimus articulatus ex *Vera Cruce Ejuſd.*

1. Ficoides vel Ficus *Americana* ſphærica, tuberculata, lacteſcens, flore albo, fructu rubro pyramidali. *Comelin. Hort. Amſt. rar. Cat. Hort. Beaum.* Ficoides ſeu Melocactos mammillaris glabra, ſulcis carens, fructum ſuum undique fundens *Pluk. Phyt.* T. 29. F.

Commelin.

Caudice & foliis quaſi priva, è terra emergit, obſcurius virens, oblonga, ſuperiore parte plana, longitudine ſemipedali, ambitu præter propter pedali; parte exteriore plurimis oblongis tuberculis obſita, quorum cymæ ſpinulis ſpadiceis armatæ. [Primo ortu ſphæricæ eſt figuræ, verùm cùm adolevit teres fit, nullis tamen ſulcis exarata, & altera alteri quaſi innaſcitur, Cerei ſpinoſi facie] *Flores* exigui in ambitu inter tubercula emicant, albicantes [lanugine mollicella denſa obſiti, non è plantæ ſummo oriuntur, ſed ex ambitu, inter tuberoſas prominentias, ſpinulis in extremo armatas, ut eos impunè carpere non liceat: Monopetali a. ſunt (quorum laciniæ ſquamatim ſibi invicem impoſitæ, ex latiore baſi in aculeum tenuiſſimum atropurpureum abeunt) qui non rarò luxuriante natura gemelli ſibi invicem connati viſuntur: extrinſecus albo-vireſcunt, intrinſecus albido colore nitent. *Stylus* extremo in plures partes minutiſſimas diviſus aſteriſcum repræſentat, colore ex luteo purpuraſcente. *Staminula* numeroſiſſima, brevia, albicantia, *apicibus* luteis donata.] Floribus emarcidis ſuccedunt *fructus* coloris Amethyſtini, oblongi, cum prominula fibrilla ex apice. Horum pulpa purpureo-rubicunda & ſubdulcis, plurimis *ſeminibus* exiguis pullis infarcta, quæ maturitatem adepta, cum fructu decidua, quotannis propullulant. *Radix* ei vivax, exilis, pauciſque fibris capillata.

Plantâ tranſverſim ſectâ experimur eam carne conſtare Cucumeraceæ immaturæ ſimili, herbido pallore albeſcente; ſaporis ſubacris hinc indè ſucco lacteo manante, præſertim parte exteriore læſa, ut & vaſis ſucciferis, quæ à centro ad circumferentiam ducuntur.

D. Hermanni deſcriptionem vid. infra.

2. Ficus *Indica* ſeu Opuntia *Curaſſavica* minima *Cat. Hort. Beaum. Commel. Hort. Amſt. rar.* minima ſpinis breviſſimis munita ex horto *Fagel. Schol. Bot.*

Commelin.

Ex *radicibus* ligneis, quæ fibris non admodum crebris præditæ ſunt, prodit hæc planta fruticoſa, admiranda, cujus *folia* inferiora non ſolùm in caudicem degenerant, verùm etiam ſuperiora ramos repræſentant. *Folia* admodum ſucculenta ſunt, craſſa, palmam, non rarò quoque ſpithamam longa, digitum minimum lata, nec multò minùs craſſa, humore viſcido referta, plurimis tuberculis exaſperata, è quibus ſpinulæ crebræ prodeunt, tenues, rigidæ, acutæ contrectantibus facilè adhærentes, foliáque relinquentes.

Neque flores, neque ſemina in loco natali conſpicere licuit illis qui ex *Curacao* hanc nobis attulere plantam, quibus & flore & ſemine vidua dicitur.

Opuntia *Americana* minima, ſpinis creberrimis tenuiſſimis *Breum. Prov.* 2. The Pin-pillow D. Petiver.

3. Ficoides ſeu Melocactos major, longioribus aculeis donata *Pluk. Almag. Bot.* Echinomelocactos longioribus aculeis *Schol. Bot.*
4. Ficoides ſeu Melocactos *Americana*, ſpinis nigricantibus, brevioribus *Hort. Beaumont. Pluk. Almag. Bot.*

De Echinomelocacto è D. *Hermanni* Parad. Bot.

Duo genera Echinomelocacti laudabili cura ampliſs. *Simonis à Beaumont* ab annis aliquot è *Coraſſavia* inſula in *Belgium* delata ſunt. Utrumque provenit eò loci quo *Opuntiæ* & *Cerei*, (ad quorum familiam pertinent) naſcuntur, nempe in ſaxorum & rupium interveniis, paucâ aut nulla interveniente terra, aliiſque quamplurimis locis in quæ ſemina injecta ſunt.

Plantæ ſunt viſu raræ & pulchræ, ſphæricæ propemodum figuræ, acaules, foliis & ramis deſtitutæ, aſt ſpinis undique armatæ, *floribus* tubuloſis parvis, in 10 ſegmenta diviſis; *fructibus* oblongis, forma & magnitudine *Capſici* fructu minimo, eleganter rubellis, tenui ſubdulci pulpa, & multis minutis *ſeminibus* refertis.

Qui ex priori genere ſunt ſubrotundi, *Melonis* magnitudinem adæquant, conſtantes 16 aut 17 (nonnunquam paucioribus) coſtis aculeatis & candido tomentoſo capite, è quo *Flores Fructúſque* egrediuntur, cohærent. Hujus Generis duæ proſtant varietates, quarum 1ma coſtas habet ab imo ad ſummum recta aſcendentes, appellata.

1. Echinomelocactos *major non lacteſcens, coſtis rectis*, Herm. Parad. Bot. *major, tomentoſo capite, coſtis rectis* P. B. P. Ficoides *occidentale ſpinoſum, melonis facie, coſtis rectis* H. Ac. L. B. *App. Pomum ſpinoſum Opuntiatum* Munting. Prax.

Hæc à *Pena, Lobelio, Druſio*, aliiſque delineata & deſcripta eſt.

2. *Secunda* varietas à 1ma non aliter diſtinguitur niſi coſtis obliquo ductu aſcendentibus: diciturque Echi-

3. Echinomelocactos *major non lacteſcens, coſtis obliquis,* Herm. Parad. Bat.

Poſterioris Generis *Echinomelocacti* multò minores ſunt & lacteſcentes, nullis nec coſtis, nec tomentoſo capite conſtantes, ſed ex multis ſpinoſis tuberculis cohærentes, *Floribus* & *Fructibus* quaquaverſum prodeuntibus, primo Generi cæteroquin paribus. Horum duæ quoque differentiæ notæ ſunt. Prima eſt

4. Echinomelocactos *minor lacteſcens, tuberculis ſeu mammillis majoribus* Herman. Parad. Bat. *minor lacteſcens abſque tomento, cylindris ſtrictioribus* P. B. P. Ficoides *Occidentale ſpinoſum minus, abſque tomento* H. Ac. L. B. *App.* Ficoides ſeu Melocactos *mammillaris glaber, ſulcis carens, fructum ſuum undique fundens* Pluk. Phyt. F. 29. Hujus deſcriptionem Commelinianam ſuperiùs dedimus.

Herman.

E numeroſis oblongis tuberculis, protuberantium mammillarum inſtar, ad apices aculeatis & nonnihil lanuginoſis, 9, 10ve aculeis juxta ſe poſitis, conſtructus eſt hic Echinomelocactus. Sphærica eſt ejus forma & nonnunquam productior, Mali Aurantii magnitudine, coloris in hilari virore ſplendeſcentis. Carne ſeu pulpa conſtat duriuſcula, in viridi palleſcente, agreſtis & cucumeracei ſaporis. Turget inſuper ſucco lacteo, quem ſauciatus ex omni parte profundit. *Flores* nunc è tuberculorum interſtitiis, nunc inter ipſos aculeos erumpunt, ſimiles Echinomelocacto majori, puſilli nempe, rubentes & tubuloſi, in 10 ſegmenta ſeparati, exiguo crocato umbilico, ceu altero floſculo, è medio prominente. Singulis ſubjiciuntur *Fructus,* qui marceſcentibus floribus primò ſenſim prodire incipiunt, & poſtmodum ad maturitatem perducti derepente & quaſi uno ictu, jucundo præſentium aſpectu ejaculantur: Forma & magnitudine fructum *Capſici* ſiliquis minimis & anguſtiſſimis adæquant, & tenui ſub membrana ſanguinei ſplendidi elegantiſſimi coloris includunt pulpam è rubro pallentem, minutiſſimis flaveſcentibus *ſeminibus* refertam. *Radix* tenuis eſt & albicans in aliquot fibras diviſa, quæ per rupium intervenia reptant, harumque aſperitatibus ſeſe illaqueant.

5. Echinomelocactos *minor lacteſcens, tuberculis minoribus* Herman. Parad. Bat. *min. lact. abſque tomento, cylindris ſtrictioribus* P. B. P. Ficoides *ſeu* Melocactus *minimus, lanuginoſus, ſpinis mitioribus, fructu ſparſim egrediente* Pluk. Phyt. T. 29.

Herman.

Hujus forma nonnihil depreſſior eſt, & rariùs in longitudinem porrecta: Tubercula multò minora, minùs protuberantia, & preſſiùs invicem cohærentia: Aculei longiores, tenuiores & mitiores, quibus tenuior ſed copioſior lanugo intertexta eſt. Quoad *Flores, Fructus,* &c. nullatenus à priori diſtinguitur.

Echinomelocacti *majores* ſeu *ſulcati,* licet Flores & Fructus quos in Patria concepere, in Hortis noſtris aliquando perfecerint, attamen abſque ullo incremento, eodem in ſtatu quo è patria delati ſunt ad 4tum 5tumque annum perſtiterunt. *Minores* verò ſeu *Mammillares* facilioris culturæ ſunt. Hi namque in Hortis non ſolum augeſcunt, *flores* & *fructus* ferunt, ſed & ſeminibus mox à maturitate ſatis repullulant. Expoſtulant nihilominus exactam culturam, ſolum ſiccum & calorem efficaciſſimum, ut proinde toto ferè anno, menſibus Junio & Julio exceptis, in vitreis hypocauſtis aſſervandi ſint.

De vitæ termino nihil determino, niſi quòd ſuſpicer eos fructibus omnibus excuſſis interire. Sexennes in fictili colo.

Majores & minores ſub cineribus uſtulati ab *Indis* eſitantur. Aſt ingratior horum ſapor. Suaviores ſunt fructus qui ob dulcedinem Ficuum æmulam avidiùs expetuntur.

Terentius ex autographo *Recchi* ſub nomine *Tepenexcomitl* 5tam *Echinomelocacti* ſpeciem proponit, inquiens, Eandem videri plantam quæ à *Lobelio* & *Cluſio* ſub nomine Echinomelocacti deſcripta eſt, ſed plurimùm differre; primùm *radice,* cujus fibræ in craſſam radicem coaleſcunt, deinde *fructu,* qui rubeſcit quidem, ſed maculis quibuſdam viridantibus exornatus eſt. Addit quoque carere capite tomentoſo. E *Recchi* icone patet, fructus in ſuprema Sphæræ parte ſpinis in longum porrectis circumſeptos eſſe.

6. Tekka Lauroceraſi folio, baccis coronatis *Petiv. Act. Philoſoph. Lond.* N. 267. p. 708. An Katu Tekka *H. M.* Vol. 4. T. 28. p. 35. Terrane *Malab.*

Ad 3 aut 4 pedum altitudinem excreſcit. Frutex hic baccâ ſuâ eleganti coronatâ innoteſcit, coronâ pentaphyllâ ſtellatâ amplâ inſignis; colore eſt, figura & magnitudine Piperis nigri, verùm inſipida; capſula amarâ ſemine intus contento parvo tenello: brevi inſidet pediculo, & in racemis velut umbellatim oritur. D. *Petiver.*

Decoctum totius plantæ paralyſi conducit. E fructu condito *Atchar* conficiunt indigenæ.

P. 1472. Ad Cap. de Roſa, poſt pl. 15. add.

Roſa Alpina ſupina ſpinoſiſſima *Hyac. Ambroſini Nov. plantarum hactenus non Sculpt. Hiſtor.* Roſæ Pimpinellæ dictæ ſpecies eſt, & neſcio an ea quæ à *Cluſio* deſcribitur.

Ambrosin.

Ex *radice* dura, ligneſa, in diverſa tendente tota ſarmentoſa exurgit planta, humi in orbem ſparſa, firmis ramis, rotundis & robuſtis, frequentibus ſpinis aduncis & acutiſſimis in coſtis prominentibus, ut in Acanthio *Mat.* ex viridi purpuraſcentibus, in terram reclinatis & quaſi repentibus armata. *Foliola* uni petiolo oblongiuſculo & plano inhærentia, anguſta, craſſiuſcula, viridia, per ambitum ſerrata, prominentibus in ſingulis nodis ſeu geniculis ſpinulis numeroſiſſimis. In ſingulis ramis naſcuntur ſingulares *flores* 5 foliolis conſtantes coloris purpurei odoratiſſimi, quorum medium occupant *Staminula* flavo apice prædita: quibus cadentibus *fructus* rotundus brevis initio viridis, deinde maturitatem adeptus niger evadit; candida, craſſa & anguloſa ſemina continens, Floret Junio, fructus Auguſto matureſcit.

In Alpibus *Lucenſium* & monte *Peſcaglia* nuncupato; in loco dicto il *Pratale* reperitur.

Bacciferæ Umbilicatæ.

1. Groſſulariæ fructu arbor maxima non ſpinoſa, Malabathri folio maximo, inodoro, flore racemoſo albo *Slon. Cat. Jamaic.* Acinodendron *Americanum*, quinquenervium comantibus floſculis, foliis ampliſſ. glabris, prona parte albicantibus *Pluk. Mantiſſ.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus arboris ſemoris humani craſſitiem adæquat, cortice ruffo, propemodum glabro obductus, ad 20 pedum altitudinem rectà aſſurgens. *Virgæ* è ramis exeunt versùs ſummitatem binæ oppoſitæ, quadratæ, & ad uncialia intervalla *foliis* ex adverſo binis veſtitæ, pediculis deſtitutis, ſeſquipedalibus, latitudine dimidia [media ſc. parte:] Ab anguſto etenim principio ad medium uſque paulatim dilatantur, exinde ad finem contrahuntur, in punctum deſinentia; circa margines ſerrata, ſupernè intensè viridia & glabra, ſubtus albicantia, quinque coſtis ſeu nervis craſſioribus à pediculo per totam folii longitudinem decurrentibus, medio recto, lateralibus arcuatis tranſverſos nonnullos obiter emittentibus, *foliis* Malabathri exactè ſimilibus. Summi ramuli in faſciculos ſeu ſpicas exeunt *florum* alborum pentapetalorum cum albis intus *ſtaminibus*, 3, 4^ve ſimul; quibus ſuccedunt totidem *baccæ* parvæ, umbilicatæ, ut in hujus Generis aliis.

In Inſulæ *Jamaicæ* ſylvis mediterraneis montoſis frequenter reperitur.

2. Groſſulariæ fructu Arbor maxima non ſpinoſa, Malabathri folio integro minore, ſubtus ferrugineo *Slon. Cat. Jamiac.* Arbuſcula trinervis aut potiùs pentaneuros, foliis craſſis, hirſutis, ad ambitum rarioribus ſerris, ex inſula *Jamaicenſi Pluk. Phyt.* T. 264. F. 2. Arbor *Americ.* Malabathri ſubrotundis foliis ſubtus lanugine ferruginea villoſis *Pluk. Tab.* 249.

Cùm præcedente *i. e. Muiva Braſilienſibus Marcgr.* Arbore racemoſa *Braſiliana*, foliis Malabathri *Breyn. cent.* invenit D. *Sloane*, à qua, inquit, vix differt. D. *Plukenet* in *Mantiſſa* ad *Almageſtum* Arborem hanc Acinodendron *Armericanum* pentaneuron, foliis craſſis hirſutis, &c. vocat, & quærit annon ſit *Caaghiyuyo* Braſilienſium *Piſonis*, p. 217.

3. Groſſulariæ fructu Arbor non ſpinoſa, Malabathri folio maximo, glabro & ſplendente *Slon. Cat. Jamiac.* Acinodendron *Americanum* Canellæ fol. maximo, utrinque glabro *Pluk. Mantiſſ.*

D. *Sloane.*

Cortice fuſco inveſtiebatur arbor iſthæc grandis, ramis incurvis, ſurculis velut articulatis, angulis ad ſingulos articulos, inter articulos comprehenſis valdè obtuſis: *foliis* alternatim ad ſemuncialia intervalla exeuntibus: quorum unumquodque 4 plus minùs uncias longum erat, mediâque latiſſima parte 2^as latum, circa margines æquale, tribus nervis ſeu venis à ſummo pediculo per totum folium decurrentibus. Minores duæ in hoc genere marginibus folii propiores ſunt; tranſverſis venis apparentibus in folio texturæ tenuioris admodum glabro, pulchra ſpecie. Supina foliorum facies colore pallidè viridi eſt, amœno, ſplendente.

Cum præcedentibus in collibus *Redhills* dicti, locis ſylvoſis, reperitur.

4. Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis, ſubtus niveis, fructu racemoſo in umbellæ modum diſpoſito *Slon. Cat. Jamaic.* Sambucus *Barbadenſibus* dicta, foliis ſubincanis *Pluk. Phytogr.* T. 221. F. 6.

D. *Sloane.*

Præcedenti *i. e. Aninga-peri Piſonis* per omnia ſimilis eademque eſſe videbatur, niſi quòd folia ſubtus incana eſſent & elegantiſſima. *Fructus* in ſummis ramulis in umbellæ formam diſpoſiti, ſambucinorum in modum, & horizontali ſuperficie magis æquâ ſiti ſunt quàm præcedentis fructus, qui non adeò numeroſi ſunt, aliíque altiùs, alii humiliùs collocantur.

In inſula *Barbados* vel *Nieves* invenit D. *Sloane.*

Cæterùm Aninga-peri *Piſonis* Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis oblongis, floribus herbaceis racemoſis, fructu nigro *D. Sloane* dicitur.

4. Groſſu-

5. Groſſulariæ fructu majore Arbor ſpinoſa, fructu ſolioſo, è viridi albicante *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Facie Rhamni, ſpinis ex eodem puncto naſcentibus, pluribus ſimul, aliis longioribus, brevioribus aliis; *fructu* Juglandis magnitudine, ovali, è viridi albicante, cum criſta in apice ſoliorum parvorum, pulpam continente mollem, albicantem, mucilaginoſam, cum pluribus intus ſeminibus, uvæ criſpæ in modum, Arbor quædam 15 pedes alta, patula, prope ruinas veteris cujuſdam monaſterii non procul ab urbe S. *Jago de la Vega* à me obſervata fuit, an ſponte ibidem nata, an aliunde tranſlata & humana manu plantata non auſim determinare: ſola tamen in hac inſula à me conſpecta fuit.

6. Groſſularia *Zeylanica*, magno flore: Embille *Zeylanenſibus* D. *Herman.*

Folia à Groſſularia longiſſimè recedunt, ſunt enim integra, ovalia, per margines æqualia & Lauri Tini ſimilia, bina ex adverſo.

7. Baccifera *Madraſp.* Ribis more, floribus muſcoſis Iuli inſtar *Muſ.* Groſſularia *Zeylanica* fructu albo D. *Herman.* *Pet. 621.*

Hæc non ſolùm fructûs colore, ſoliorum figura longiore & ſitu alterno differt: Quin & florum ſurculi foliis non intermiſcentur, ſed ſummos ramos terminant.

Eſt & alia ſpecies baccis albis, in qua pediculi communes floriferi non tantùm ſummos ramos occupant, ſed etiam ex alis foliorum exeunt.

P. 1485. Ad Capitis de Ribeſio ſpeciem primam nota.

Ribes vulgaris fructu rubro multis *Angliæ* in locis ſpontè provenit, quod & ipſe dudum noveram, quamvis cùm Hiſtoriam ejus conſcriberem id memoriâ exciderat.

P. 1489. Ad Cap. de Vite Idæa.

1. Vitis Idæa *Mariana*, Vincæ Pervincæ minoris folio, Jaſmini flore gemello, fructu nigricante, claviculis donata *Pluk. Mantiß.*
2. Vitis Idæa *Virginiana*, longiore mucronato & crenato folio, floribus pentapetalis, ſtaminibus plurimis refertis *Ejuſd. ibid.*
3. Vitis Idæa *Mariana* Salicis pumilæ foliis firmioribus *Pluk. Mantiß.*
4. Vitis Idæa, Oleæ Sativæ foliis, *Marilandica Ejuſd. ibid.*
5. Vitis Idæa (forſan) parvis, ſubrotundis, elegantiſſimè crenatis foliis, Fruticulus ex *Groenlandia Ejuſd. ibid.*
6. Vitis Idæa *Mariana*, Amelanchier lanato folio, floribus albis, ad umbilicum ferè laciniatis *Pluk. Mantiß.*
7. Vitis Idæa *Mariana*, lanatis foliis, Saſſafras in modum tripartito diviſis, floribus comoſis *Ejuſd. ibid.*
8. Vitis *Idæa* fructu rubro noſtras, Vaccinia rubra foliis myrtinis criſpis D. *Merret* dicta. An Radix *Idæa* putata & Uva Urſi *J. B?*

Caules ei in terram reſupini, valdè ramoſi, foliis crebris cincti, unciam longis, ſemunciam latis, anguſto principio ſenſim dilatatis, apicibus ſubrotundis, craſſis, venoſis, colore obſcuriùs viridi. *Flores* in ſummis ramulis brevibus pediculis vel ſingulares, vel duo tréſve ſimul inſident, (quantum in ſicca diſcernere potui) urceolares: quibus ſuccedunt baccæ rubræ, aliarum hujus familiæ pares.

In inſula Mul, & alibi in Alpibus *Scoticis* frequens eſt. Reperitur etiam in montibus *Ultoniæ* & *Connactiæ* in *Hibernia*. D. *Lhwyd.*

9. Vitis Idæa Pruni foliis, argutè denticulatis acuminatis, floſculis purpureis, in ſurculis è ſummis virgulis egreſſis, pluribus ſimul.

Flores petiolis privatis prælongis inſident, purpurei, petalis reflexis, ſummo fructui innaſcentes. Nec formam petalorum, nec eorundem numerum in ſicca diſcernere licuit. Fructus autem bacca videbatur eſſe humida.

Ramulum ſiccum è *Marilandia* attulit, nobiſque communicavit D. *Vernon.*

10. Frutex *Marilandicus*, Viti Idææ affinis, floſculis in ſummis caulibus ſpicatim digeſtis, ſpicis erectis.

Spica multiplex ſeu ramoſa plures ſecundarias emittit. Floſculi perexigui, urceolari formâ eſſe videntur, è brevibus & tenuibus pediculis deorſum dependentes. *Folia* alternatim ramulis adnexa, ex anguſto principio ad medium uſque paulatim dilatantur, ſumma parte lata & ſubrotunda; in medio tamen in acutum mucronem exeuntia.

11. Vitis Idæa *Marilandica*, vulgaris anguloſæ foliis, flore parvo campanulato erectiore.

Flores plures ſimul velut racematim proveniunt, parvi, campaniformes, margine in quinque apices diviſo. *Calix* parvus, brevis, quinquepartitus. Folia quamvis figurâ ſimilia ſint vitis Idææ anguloſæ *J. B.* foliis, ſunt tamen minora, per oras non ſerrata. Hanc etiam D. *Vernon*, & D. *Krieg* induſtriæ debemus.

12. Vitis Idæa *Marilandica* foliis ex anguſto principio ultra mediam longitudinem ſenſim dilatatis, ſurculis floriferis in ſummis virgis annotinis, è nodulis erumpentibus.

Folia parva ſunt, extremitatibus ſubrotundis, verùm in acumen modicum deſinentibus, pediculis ferè nullis. *Flores* è ſinubus foliolorum exeunt campanulati, breves, margine in 5 cuſpides diviſo ſpeciem 7mam ſic deſcripſi.

Hujus ramulum in *Marilandia* collectum attulit *D. Vernon.*

Folia ad *Pyrolæ folio mucronato ſerrato* folia accedunt, niſi quòdmajora ſint, circa margines argutiùs denticulata; ſurculis alternatim adnaſcuntur. *Flores* ſeorſim in ſurculo ſeu pediculo communi plures ſimul racematim proveniunt, Unedonis aut Lilii convallium florum figurâ, parvi, deorſum reflexi. Fructum non vidimus.

13. Vitis Idæa *Marilandica*, foliis in hoc genere maximis, Pruniformibus acuminatis, floribus etiam majuſculis campanulatis.

Folia alternatim ramulis adnata, per oras æqualia, duas & ſemis uncias longa, unam lata, utrinque acuminata, pediculis brevibus inſidentia. Flores plures ſimul velut è nodulis exeunt, in virgis annotinis pedicellis tenuibus ſemuncialibus aut longioribus deorſum reflexis appenſi, campaniformes, ſumnis marginibus in quinque cuſpides ſectis. Calix in 5 longas & anguſtas lacinias diſſectus eſt, præter aliorum hujus generis normam, ut dubitem an genuina Vitis Idææ ſpecies ſit nécne, quamvis folia & flores conveniant.

14. Vitis Idæa *Benghalenſis*, Uvæ urſi bacca ſingulari, ad foliorum exortum, barbulis donata *Pluk. Phyt.* T. 69. F. 4.

15. Vitis Idæa *Americana*, longiori mucronato & crenato folio, floribus urceolatis racemoſis *Pluk. Almag. Bot.* Vitis Idææ foliis & facie, Unedonis flore *Americana Ejuſd. Phytogr.* T. 236. F. 3. Noſtratibus **Gooſeberry-tree** nuncupatur. Fortè Corylus *Guadelupana*, quæ quia modo Coryli, plurimos è radice ſtolones emittit, ab incolis Gallis *Condier* i. e. Corylus ſatis abuſivè dicitur. Nam folia gerit Lauri, fructus autem rubros & nigros Groſſularum inſtar, & earum ferè ſapore. *Mundy* Biochreſtolog. 167.

16. Vitis Idæa ſeu Myrtillus *Indiæ Orientalis*, ſubrotundo folio, non crenato *Pluk. Almag. Bot.* T. 321. F. 3.

17. Vitis Idæa paluſtris *Americana*, flore albo cryſtallino *Ejuſd. ibid.* Variat etiam aliquando fructu ſuccini coloris.

18. Vitis Idæa paluſtris *Americana*, foliis parvis circinatis, elegantiſſimè crenatis, ex Inſula *Jamaica. Ejuſd. ibid.*

Alias adhuc adfert *Vitis Idææ* ſpecies, quas cum plantis quibuſdam nobis alibi deſcriptis eaſdem eſſe conjectatur, nimirum

Vitem Idæam *Malabarenſem*, *Niruri* (fortè) *Malabaribus* dictam; quam Fruticem Indicum bacciferum Vitis Idææ 2dæ Cluſii facie, *Breyn. Cent.* eſſe exiſtimat.

Vitem Idæam *Æthiopicam* Myrtinis foliis, floſculis dependentibus: quam ad Fruticem *Æthiopicum* bacciferum Myrtilli foliis *Breyn. Cent.* referendum eſſe ſuſpicatur. Hanc deſcribit & depingit *D. Commelinus* inter Horti Med. Amſtelod. rariores.

19. Vitis Idæa *Æthiopica* Buxi minoris folio floribus albidis *D. Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Frutex Æthiopicus baccifer, foliis Myrtilli alter, *Breyn. Cent?* p. 10.

Commelin.

Proceritate duorum pedum adoleſcit, perpetua fronde virens, ligno duro, & cortice griſeo tecto: ramuli juniores coloris ſunt griſei. *Foliola* incondita ramos veſtiunt brachiatos, ſubcraſſa, extremo mucronata, hilariùs viridia, nitentia, circa margines nonnihil crenata, Buxi minoris æmula, aſt minora, guſtúque adſtringente. *Floſculi* è foliorum alis enaſcuntur, pediculis longioribus innixi, monopetali in 5 lacinias extrorſum reflexas diſſecti, albicantes, odore non ingrato è quorum medio aliquot [10] *ſtaminula*, è luteo virecentia emicant. *Flores* ut plurimum ſingulatim ſub climate noſtro exeunt, calice quinquepartito præditi, quibus excuſſis *ſtylus* ſuperſtes manet, cujus baſis intumeſcens in fructûs rudimentum faceſſit, quem tamen in climate noſtro non perficit. Quot floribus gaudeat in ſolo natali planta iſthæc mirum dictu.

Sponte & paſſim luxuriat ad *Promontorium Bonæ Spei.*

20. Vitis Idæa *Marilandica*, Uvæ urſi foliis, floribus è foliorum ſingulorum alis ſingulis. Vitis Idæa *Mariana*, brevioribus obtuſis foliis, floribus albis inter ramulos ſparſis *Pluk. Mantiſſ.*

Hujus

Hujus plantæ *folia* ad Uvæ urſi, aut Vitis Idææ foliis Myrtinis criſpis *Merret. Pin.* accedunt, brevibus admodum pediculis ſulta, craſſa, rugoſa, per margines æqualia. *Flores* parvi, concavi, ore latiore in 5 oblonga anguſta ſegmenta diviſo, colore (quantum in ſicca diſcernere licuit) albicante, pediculis breviſſimis inſidentes, calice quinquepartito excepti.
In *Marilandia* invenerunt D. *Krieg* & *D. Vernon.*

21. Vitis Idæa *Marilandica*, Pruni ſylveſtris foliis longioribus, acutioribus, floſculis monopetalis purpureis, in ſurculis privatis, è ſingulorum foliorum alis ſingulis.

Folia in ramulis alternatim ſita ſunt, per margines æqualia. Surculi floriferi minoribus foliis veſtiuntur, è quorum alis ſingulis ſinguli exeunt. *Flores* in pediculis prætenuibus uncialibus deorſum nutantes acetabuli ferè figura, margine in 5 lacinias petala imitantes diviſo, *ſtamina* multa *apicibus* longis albicantibus erectis oſtendentes, cum ſtylo in medio oblongo à flore reſiduo. Fructum non vidimus, necdum enim eum perfecerat.

22. Kirganeli H. M. P. 10. T. 15. Viti Idææ affinis, floribus parvis hexapetalis, in foliorum alis ſingulis, ſeſſilibus, vaſculo ſeminali in 6 capſulas diviſo.

H. M.
Bipedali eſt altitudine, in quovis naſcens ſolo. *Radix* albicans fibroſa, capillata, ſaporis nonnihil ſubacris. *Caules* tenues, lignoſi, virides, nonnihil nitentes. *Folia* bina ſerie proveniunt, obliquè ex adverſo poſita, parva, oblongo-anguſta, tenuia, lenia, viroris ſupernè fuſci & ſurdi, ſubtus diluti, coſtula tenui inſtructa, circa veſperam ſe claudentia. *Flores* petiolis ipſis foliaceis, in parte inferiori propè originem foliorum inſident, valdè parvi hexapetali albicantes, exteriùs ſubvirides, in medio globulum flaviuſculum ſeu viridi-flaveſcentem continentes, plano-rotundum evadentem, *ſemina* intra ſe continentem; eſt a. ille in ſuperficie velut granulatus, in ſex cancellos ſuturis diſtinctiùs, cortice viridi, interiùs duriore & cinereo-albicante. Commiſſuris relaxatis in 6 triangulares reſolvitur *capſulas ſeminales.* Ipſa *ſemina* parva ſunt, triangularia, ſpadiceo-fuſca.
Folia unà cum radice trita apoſtemata reſolvunt, ſola, ulcera mundant: in oleo *Nucis Indicæ* friza vulnera ſanant. *Radix*, paucis aliis ejuſdem energiæ additis, & in pulverem redactis, tuſſientibus & rheumaticis prodeſt: cum Allio trita teſticulorum exulcerationes mundificat & conſolidat, & contra dyſenteriam appoſitiſſimum remedium eſt.

23. Tjeru-Kirganeli *H. M. P.* 10. T. 16. Viti Idææ affinis Indica minor. Icon hujus flores tripetalos repræſentat.

A priori tantùm differt, quod hujus cauliculi, ut & petioli foliacei rubeſcant; quódque folia ſunt nonnihil anguſtiora, ac in pedunculis rubeſcentia, & in averſa parte, maximè ad oras, rubro velut limbulo circundata.

P. 1492. Poſt Cap. de Pimpinella ſpinoſa, potiùs Tragacanthæ ſpecies.
Poterium latifolium *Aſiaticum Breynii* Cent. 1. F. 74. Megaſac Syrorum *Rauwolf.* qui pro Poterio Matthioli habuit; à quo tamen (inquit Breynius) foliorum magnitudine inque aculeum deſinentium permultum differt: ideóque peculiare genus rariſſimum conſtituit.

P. 1492. Ad Cap. de Periclymeno recto.

1. Periclymenum ſeu Chamæceraſus *Pyrenaica*, Oleæ folio, fructu gemino rubro, Groſſulariæ ſimili *Schol. Bot.* 288.
2. Periclymenum vel Xyloſtæum *Pyrenaicum Elem. Bot.*

Radicibus eſt lignoſis, multifidis, fibratis; *Caulibus* bicubitalibus, cortice cinereo obductis, patulis & ramoſis, in quibus *folia* bina ex adverſo naſcuntur, Oleæ formâ, ſed ampliora, glauca, ex eorum alis *flores* prodeunt, monopetali, penduli, ſemunciam longi, bini ſemper eidem pediculo inſidentes, poſteriùs fiſtuloſi, anteriùs campaniformes, quinquepartitis oris: *Stamina* candida ſunt, *apices* verò lutei, *calices* etiam jugati, qua parte flores excipiunt coronati, & mutantis in *fructus* geminos, Groſſulariæ vulgaris ſpinoſæ formâ & magnitudine, purpuraſcentes aut miniatos, carnis fungoſæ & ſucci ſubdulcis plenos; *ſemina* compreſſa & flaveſcentia.
E rupibus montium *Pyrenæorum* eruit D. *Tournefort*: tum & in monte *Serrato Catalauniæ* ſive *Hiſpaniæ Tarraconenſis* invenit.

3. Chamæceraſus montana, Aceris folio *Park.* p. 1519. *C. B. Lugd.* Folia habet lata, ad margines inciſa, Aceris inſtar, fructum rotundum, rubrum, Ceraſi ſimilem, geminum plerunque in eodem oblongo pediculo. Hujus ramulum *Geſnerus* ad *Dalechampium* miſit *Chamæceraſi montis Generoſi* nomine.
4. Chamæceraſus exotica rotundifolia *Indica Park. ibid.* Ramuli hujus recti, graciles, *foliis* obſiti pulchris, latiuſculis, Ceraſinis nonnihil ſimilibus, verùm rotundioribus nec adeò acuminatis, circa margines eleganter dentatis. Fructus parvus, ruber, Chamæceraſi ſimilis.

5. Peri-

5. Periclymenum rectum, Androsæmi foliis, *Virginianum Pluk. Almag.*
6. Periclym. rectum, longiore folio molli *Ejusd. ibid.*
7. Periclym. *Americanum*, è cujus radice fit atramentum *Pluk. Phyt.* T. 212. F. 4. Lauri facie *Curassavica*, è cujus radice atramentum conficiunt *Americani P. B. P.* Pada-vara (fortè) *H. M. P.* 7.
8. Periclym. surrectum, Persicæ foliis *Maderaspatanum*, fortè Itti-Canni *H. M.* p. 7. *Ejusd. ibid.*
9. Periclym. herbaceum rectum *Virginianum*, *Dr. Tinkars weed* vulgò vocatum *Pluk. Phytogr.* T. 104. F. 7.
10. Periclymeno recto accedens arbuscula *Virginiana* siliquosa *Pluk. Phytogr.* T. 103. F. 3.
11. Periclymeno similis Myrtifolia arbor *Maderaspatensis Pluk. Phyt.* T. 211. F. 4.
12. Periclymenum *Zeylanicum* herbaceum, foliis variegatis, diversicoloribus maculis ornatis *P. B. P. v.* Clematis Indica &c. *C. B.*

P. 1491. Ad vires Periclymeni vulgaris add.

Succum foliorum viridium Periclymeni vulgaris à medicis *Hibernicis* optimo cum successu in Ictero propinatum vidi. Dosis j aut ij cochl. Vomitum excitabat, cum præsentaneâ morbi medelâ. D. *Sloane.*

13. Periclymenum rectum herbaceum, Gentianæ folio, folii pediculo caulem ambiente, fructu è pluribus acinis composito *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.
Caulem exserit viridem, teretem, geniculatum, glabrum, ad pedalem altitudinem assurgentem, ad unumquodque geniculum folio donatum, cujus pediculus eum circumambit, concavum efficiens tubulum seu infundibulum, caule ampliorem, supráque geniculum ad mediam circiter unciam productum, tantillo aquæ excipiendo & continendo idoneum. *Folia* 5 uncias longa sunt, 2 lata, glabra; tenuia, Phalangii seu Gentianæ dipetalæ foliis similia. Versus summitates caulis, ex adverso uniuscujusque folii, proveniunt pediculi quincunciales; in quorum apicibus supra duo parva viridia folia consistunt *flores* aliquot albi, quibus succedunt plures rotundi, majusculi, nigri *acini* densè in unam baccam constipati, in quorum unoquoque continetur *semen* unicum nigricans, tenui admodum pulpa, quæ plerunque siccescit, incluſum.
In sylvis, quà itur versus 16 *miles walk*, & partes insulæ *Jamaicæ* Septentrionales observavit *D. Sloane.*

14. Periclymenum rectum folio hirsuto majore, flore flavo *Slon. Cat. Jamaic.* Camara flore flavo, è ripa fluvii S. Francisci *Maregrav.* p. 5. An Viburnum Cisti fœminæ foliis mucronatis vel potiùs Salviæ, Americanum, odoratum minus, floribus luteis *P. B. P.*?

D. Sloane.
Ad præcedentem plurimùm accedit, trunco 7 aut 8 pedes alto, carpi manûs crassitie, cortice glabro albicante, versùs fastigium ramis aliquot brachiato, vertice nutante. *Folia* ad nodos bina apposita, pediculis semuncialibus insident, duas uncias longa, latitudine ad basin subrotundam maxima unciali, exinde sensim in punctum coarctata, circa margines incisa, Scorodoniæ foliis persimilia aut Urticarum, minimè bullata, odorem præcedenti similem spirantia. *Flores* multi simul, densè stipati, seu in capitula arctè congesti ut in præcedente, colore Aurantiaco seu intensè flavo: quibus succedit *fructus*, præcedentis exactè similis.
Cum priore ubique occurrit, ejúsque folia ad eadem valent.

15. Periclymenum rectum humilius, Salviæ folio rugoso majore, flore purpureo, fructu oblongo esculento purpureo. A third sort of wild Sage.

D. *Sloane.*
Caulibus aliquot angulosis, copiosâ medullâ farctis, ad 3, 4^ve^ pedum altitudinem enititur, ramis binis ternisve ad genicula exeuntibus, *foliis* densè obsitis, ramis binis plerunque adversis, interdum ternis ad singulos nodos, brevibus aut nullis pediculis intercedentibus adnexis, duas uncias longis, media latissima parte unam latis, circa margines dentatis, Scorodoniæ aut Salviæ folia proxima similitudine referentibus, quemadmodum hujus generis reliqua. *Flores* ex alis foliorum exeunt, pediculis hirsutis, duas uncias longis insidentes, plures simul, arctè juncti, pentapetali, pallidè purpurei; quibus succedit *fructus* è pluribus acinis densè stipatis, *Mori* instar, compositus, unoquoque acino unicum compressum album *semen* continente, & colore purpureo tincto, multóque succulentiore quàm in aliis hujus generis speciebus, nec gustui ingrato; unde pueri eos avidè appetunt, colligunt & comedunt. Coma hujus plantæ tota pilosa est & φερωνυμος.
In agris humidioribus, fossis, &c. circa urbem S. *Jago de la Vega* reperitur.

16. Periclymenum rectum, Salviæ foliis majoribus, oblongis mucronatis, subtus villosis, alternatim sitis, flore & fructu minoribus *Slon. Cat. Jamaic.* Ulmi angustifoliæ facie bacciferæ *Jamaicensis*, foliis supernè scabris, subtus villosis, alternatim sitis, floribus flavis perpusillis, fructu botryode monospermo *Pluk. Phyt.* T. 328. F. 5. *Almag. Bot.* p. 393.

D. Sloane.

D. Sloane.

Rami hujus arboris glabro nigricante cortice tecti erant. Suberat lignum durum albicans: versùs ſummitates expullulabant *Folia*, unciali plus intervallo diſtantia, 2 circiter uncias longa, media latiſſima parte propè unciam lata, pediculis præparvis hærentia, circa margines dentata, ſupernè rugoſa Salviæ aut Urticæ foliorum ad inſtar, minimè bullata, ſubtus albicantia & nonnihil lanuginoſa, coſtis multis eminentibus. Ex alis foliorum exeunt virgulæ duas ferè uncias longæ, tenues, ramoſæ, quarum ſummitatibus innaſcuntur *flores* plures ſimul conferti, quàm præcedentium minores.

In inſulæ *Jamaicæ* partibus Septentrionalibus collegi.

17. Periclymenum rectum Salviæ folio rugoſo minore ſubrotundo *Slon. Cat. Jamaic.* Viburnum Americanum odoratum, folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolis interceptis *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 114. F. 5.

D. *Sloane.*

Salviæ hortenſis ſtatura & magnitudine eſt, prope faſtigium in ſurculos quadratos hirſutos diviſum, quibus *folia* adnaſcuntur bina, oppoſita in pediculis hirſutis, quadrantem unciæ longis, propemodum rotunda, diametro ¾tarum unciæ ſeu dodrantali, coſta inſigniore medium percurrente, pluresque tranſverſos nervos ſeu coſtulas emittente, ſuperficie rugoſa, velut Salviæ folia, & circa margines dentata. Ex aliis foliorum emergunt pediculi aliquot, 2 circiter uncias longi, *capitulum* ſuſtinentes parvum, è pluribus pallidis exiguis *floſculis* conflatum & circum oras in plura ſegmenta diviſis. Quibus fructum, quamvis eum non viderim, ſucceſſiſſe reliquorum hujus generis inferiùs deſcribendorum ſimilem minimè dubito.

In inſula *Barbados* reperi.

18. Periclymenum rectum, Salviæ folio rugoſo majore oblongo bullato, flore albo, fructu longiore. *Slon. Cat. Jamaic.* Salvia Barbadenſibus dicta, ſpicâ florum compactiori *Pluk. Phytogr.* T. 221. F. 3. The largeſt ſort of wild Sage.

D. *Sloane.*

Hujus arboris caudex in cruris humani craſſitudinem excreſcit; cortice fuſco, propemodum glabro obtectus, & ad 10 aut 12 pedum altitudinem aſſurgens, ramis quaquaverſum expanſis caput ſpecioſum efficientibus. Surculorum extremo *foliis* pluribus alternatim ad ¼ unc. intervallo diſpoſitis cinguntur. Folia iſthæc pediculis trientem unciæ longis inſiſtunt, ipſa ſeſcunciam longa; mediáque parte latitudine maxima ſemuncialia, corrugata & bullata, hirſuta & foliorum Salviæ ſimilia, ſupernè viridia, ſubtus albicantia, & Ciſti foliorum æmula. Capitula cum reliquis hujus Generis conveniunt, niſi quòd longiora ſint.

Secus viam qua *Guanaboa* itur, locis *Red-bills* dictis copioſè creſcit.

19. Periclymenum rectum Salviæ folio rugoſo, majore, ſubrotundo, bullato *Slon. Cat. Jamaic.*

Præcedentis varietas eſt, & in eo ſolum differt quòd folio rotundiora magíſque bullata obtineat.

In monte *Diablo* dicto collegit D. *Sloane.*

20. Periclymenum rectum, Salviæ folio rugoſo, minore, bullato flore albo *Slon. Cat. Jamaic.* An Ciſti folio arbor exotica *Lob. Ob.* & *Ad?* Camara flore albo *Marcgrav.* & *Piſo.* Wild Sage.

D. *Sloane.*

Frutex iſthic *radicibus* pluribus lignoſis, è fuſco rubentibus, pedalibus ſub terræ ſuperficie quaquaverſum in orbem extenſis fundatur; unde exoritur *caudex* rectus, brachium craſſus, 7 pedes altus, cortice glabro coloris caſtanei amictus, & verſùs faſtigium plures ramos in omnem partem fundens, quorum *ſurculi* foliis rugoſis & hirſutis, Salviæ ſimilibus obſidentur, odore grato Ciſti, pediculis ⅛ unc. longis inſidentibus, ipſis ſeſcunciam longis, latitudine ad baſin maxima ſemunciali, exinde ad apicem uſque paulatim anguſtatis, circa margines inciſis, & ſupernè bullatis: ſummis ramulis inſident *flores* plures ſimul in capitulum rotundum arctè congeſti, albi, monopetali, oris in 4 aut 5 ſegmenta diviſis; quos ſequuntur multi acini ſeu *baccæ* rubræ conglomeratæ, arctè ſtipatæ ut in moro aut rubo, aut potiùs periclymeno, quarum unaquæque in pulpa tenui *ſemen* unicum, rotundum, nigrum, majuſculum continet.

Circa urbem S. *Jago de la Vega*, & in omnibus pratis *Jamaicæ* & *Caribæarum* inſularum ubique occurrit.

In balneis pro hydropicis, & fomentationibus ad cutem mundandam uſûs eſt creberrimi.

21. Periclymenum rectum, Salviæ folio rugoſo, longo & anguſtiſſimo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Cætera præcedenti ſimillima & ferè eadem, foliis ſolis differt, quæ prælonga erant & anguſtiſſima, è caule quadrato per paria exeuntia, uno alteri oppoſito, pediculis perbrevibus inſidentia, ſeſcunciam plus minus longa, trientem unciæ media latiſſima parte in tranſverſum

ſum extenſa, inde ad utrumque extremum ſenſim anguſtiora, acuminata, circa margines dentata, ſuperne obſcurè viridia, ſubtus albicantia, ſuperficie foliorum Salviæ ſimili. Ex alis foliorum egrediuntur pediculi 2 uncias longi, capitula ſuſtinentes præcedentium ſimilia.

In paſcuis montis *Diablo* dicti collegi.

P. 1492. Ad Cap. de Periclym.

22. Periclymenum *Indicum* arboribus innaſcens, florum faſciculis in brevibus pediculis ad caulium nodos. Itti-Canni *H. M.* P. 7. F. 29.

Ramos habet quadrangulares, geniculis hinc inde interſtinctos, coloris cinerei. *Folia* è geniculis petiolis longis, craſſioribus, interiùs planis, provenientia, oblongo-rotunda, texturâ craſſiori, coriacea, nonnihil rigida, fragilia, fracta gravem odorem ſpirantia, ſaporis ſubamari. *Flores* ad exortum foliorum plures congregati in uno petiolo viſuntur, flavi, pentapetali, oblongo, & flavo collo, intus ſubtiliſſima flava lanugine, ex cujus orificio plura ſtaminula exeunt, flava, tenuia, ſine apicibus, quorum aliqua in vertice bifida. *Gemmæ* florum oblongæ, ex una parte nonnihil inflexæ, vertice obtuſiori, coloris flavi. Floribus marceſcentibus ex ipſa eorundem baſi *fructus* naſcuntur rotundi, globoſi, in vertice in anguſtum ſe ſtringentes, coloris ex viridi flavi: in medio cavitas eſt nucleum rotundum, album ac parvum, ſaporis amari, in ſe continens.

Locus. Naſcitur ſupra arbores in quarum cortices radices emittit, nunquam in terra, ſempervirens, & flores vel fructus habens; circa *Cochien* & alibi paſſim in denſis nemoribus & proceris arboribus.

Radicis cortex dentes figit.

23. Periclymeni *Virginiani* flore coccineo planta *Marilandica* ſpicata erecta, foliis conjugatis D. *Sherard.*

Flores in ſummis caulibus, gradatim ſeſe aperientes velut in ſpicas longas excurrunt, ad unum latus vergentes. Calices è 5 tenuiſſimis velut filamentis compoſiti. Periclymeni recti ſpeciebus accenſeri debet.

Loti arboris folio anguſtiore, Rubi flore, fructu polyſpermo umbilicato *Sloan. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Arboris hujus *truncus* femoris humani craſſitudinem adæquat, cortice propemodum glabro, è fuſco rubente obtectus, verſùs faſtigium in plures ramos diductus, ad 30 pedum altitudinem aſſurgens. Virgæ *foliis* alternatim ramulis adnaſcentibus, ad $\frac{1}{4}$ unciæ diſtantiam veſtiuntur, pediculis ſubluteis in canis fultis, 2 uncias longis, ſemunciam latis ad latus inferius incanis, & circa margines dentatis, colore ſuperne obſcurè viridi, ſubtus luteo, Loti arboris foliis perſimilibus, verùm anguſtioribus, mollibus & viſcidis. *Flores* è foliorum alis exeunt in pediculis ſemuncialibus, pentapetali, albi, *ſtaminibus* intus luteis, Rubi vulgaris floribus ſimiles. Succedit *Fructus* umbilicatus, ceraſi magnitudine, primo viridis, in pulpa humida plurima parva albicantia, ſubrotunda *ſemina* continens.

Prope *The Crawle Plantation*, ad margines viæ quâ verſùs Trajectum itur, & in agris D. *Cope* loco *Guanaboa* dicto collegi.

P. 1493. Primæ ſpeciei, i. e. Kadali H. M. adde Synonyma ſeqq.

Stramonia ſive Datura Ciſtoides fruteſcens, hirſuta major *Indica Breyn. Prod.* 2. 97. Datura *Indica* foliis Malabathri *Breyn. cent.* 119. Ciſtus pulpifer Indicus *Herman.* Hæc è *Catalogo Hort. Malabar.* Caſp. *Commelini.*

Adde

Kadali *Madraſpatana* minor, capſulis piloſis: Caunampoondoo *Malab. Petiv. Act. Philoſ.* N. 264. p. 592. pl. 42. Altitudine circiter pedali aridis in locis oritur.

P. 1494. Ad Cap. 11. De Ben-kara H. M. ad.

An Kara *Salwaccenſis* major folio longiore venoſo *Petiv.* in *Act. Philoſ.* 276. *Peren-calla Malab. S. Brown.* Hujus fructus acidi & jucundi ſaporis ſunt.

P. 1497. Ad Cap. 16. De Angolam.

Hujus generis arborem ex *Indica Orientali* ad D. *Petiver* miſit D. *Samuel Erown*, nomine *Velaiengell Maraum* Malabar, cui titulum impoſuit D. *Petiver*, *Arbor Madraſpatana, floribus hexapetalis heptapetaliſve, fructu coronato.* Hujus, inquit, fructus unicum rotundum compreſſum nucleum continens cum deſcriptione poſterioris hujus generis in *H. Mal.* deſcriptæ arboris Vol. 4. T. 26. P. 55. convenit, foliis primò deſcriptam potiùs referre videtur. *Philoſoph. Tranſact.* Numb. 244. P. 313.

P. 1494. Cap. 10. Ad Cupi H. M.

An Baccifera racemoſa *Madraſpatana*, Juglandis folio, nigris maculis eleganter aſperſo *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 244. P. 315.

Baccæ

Baccæ racematim oriuntur, ſúntque rotundæ, nigræ, umbilicatæ, Piperis grano non majores, ſingulæ nucleum amplum non injucundi ſaporis continentes. Folia bina ex adverſo ſita punctis nigris inſigniter notata.

Bacciſera racemoſa *Madraſſpatana* Lauro-ceraſi foliis, floribus parvis numeroſiſſimis *Petiveri Act. Philoſoph.* Lond. N. 244. p. 320.

Folia hujus figurâ, craſſitie & magnitudine Lauroceraſi valde referunt, breviſſimis aut nullis omnino pediculis nixa, bina inter ſe oppoſita, ſitu parium alterno ut in Mentha &c. *Caulis* utrinque à foliorum nexu ſurſum verſus inſigniter ſulcatus eſt. Flores ſuperiorem caulis & ramulorum partem occupant numeroſi, parvi, agminatim naſcentes, corymbis in plures ramulos diviſis. Singulis ſuccedit fructus parvus coronatus ſeu umbilicatus, figurâ, colore & magnitudine *Piper Jamaicenſe* All-Spice dictum valdè referens.

P. 1499. Cap. 22. Ad *Perin Niara* adde Synon.

Pimenta *Malabarica*, Caryophylli aromatici folio *D. Petiver Act. Philoſ.* N. 276. p. 1012. Caryophyllus langueſcente vi aromaticus, *Malabarienſis*, folio & fructu maximo *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 274. F. 2. Hujus fructus edulis eſt, & ab *Anglis* & *Luſitanis* Jambolins vocatur, verùm à Jambolins *Garciæ* & *Parkinſoni* diverſus eſſe videtur.

P. 1497. Cap. 17. Ad Tsjerou-Kara *H. M.* Add.

An Lycium *Salawaccenſe*, ſpinis binis diſtentis, nucleo gemino vel triquetro *Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1019. *Caurai-chedde* Mal. *S. Brown.*

P. 1504. Ad Cap. de Myrto.

1. Myrtus foliis & odore nucis Moſchatæ, cauliculis rubentibus, vulgò odore Citri *Schuyl. Hort. Leyd. Herman.*
2. Myrtus Balſamica, folio Mali Granatæ. *Hort. Leyd. Herman.*
3. Myrtus *Curaſſavica*, foliis Laurinis, lucidis, flore pleno *P. B. P.*
4. Myrti ſpecies *Americana* ex Vera Cruce *Ejuſd.*
5. Myrtus *Tarentina* tenuifolia minima *Munting.* Herbar. Belgic: Foliis oblongis, in caule creberrimis pingitur. Flores & Fructus pediculis longis inſident. Aſt Myrti foliis minimis & mucronatis altera ſpecies folio per omnia tenuiore & anguſtiore *C. B.*
6. Myrtus Laurifolia *Ejuſdem.* M. latifolia *Bætica* 1. vel foliis Laurinis *C. B.*
7. Myrtus tenuifolia, fructu albo *Ejuſdem.* M. Domeſtica fructu albo Cluſ.
8. Myrtus perforata, fructu albo *Ejuſdem.* M. anguſtifolia, ſeu media foliis confertim naſcentibus *Cat. H. Beaum. Hor.*
9. Arbor *Braſiliana*, Myrti Laureæ foliis inodoris *Commel. Hort. Amſtel. rar.*

Commelin.

Radice eſt ligneâ, fibris numeroſis donatâ. *Caudex* cortice griſeo rugoſo à diametro feſcunciali in arbuſculæ altitudinem excreſcens, in varios dirimitur ramos, quorum extremitates tenuiſſimæ. *Folia* parùm aut nihil odora, contrariis inter ſe pediculis breviſſimis aut nullis fulta, ramis adhærent bina ac bina, cordiformia, duas uncias longa, unam lata, glabra, nitentia, atro-viridia, in primo exertu pauxillo purpuræ permixta. Frigoris non admodum patiens eſt, multóque humore indiget: fronde perpetua viret.

A Myrto *Ceylanica* odoratiſſima baccis niveis monococcis *Herman. H. A. Lugd. Bat.* foliorum formâ differt, quæ in hac arbore cordiformia ſunt; in illa anguſtiora magis mucronata, & digitum longa eſſe dicuntur.

Myrtus fructu abſque acinis. D. Boccone plurimas mihi Myrti baccas donavit apyrenas in *Sicilia* collectus, quæ Saccharo conditæ guſtu ſunt gratiſſimo *D. Sherard.*

10. Myrtus arborea aromatica foliis Laurinis *Sloan. Cat. Jamaic.* Caryophyllus aromaticus *Americanus*, Lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari *Pluk. Phytogr.* T. 155. Cocculi Indi aromatici *Grew Muſ.* p. 211. Piper Chiapæ *Redi* lat. p. 132. *Pimienta*, Jamaica-pepper *or* All-ſpice tree.

D. *Sloane.*

Arboris hujus truncus femoris humani craſſitudinem æquat, ad 30 circiter pedum altitudinem rectà aſſurgens, cortice glaberrimo incano tectus, quaquaverſum ramos emittens. Virgularum extrema foliis obſita ſunt diverſarum magnitudinum, quorum ampliſſima 4 aut 5 uncias longa ſunt, 2, 3ve lata, glabra, tenuia, nitentia, ſaturo virore imbuta, pediculis uncialibus inſidentia, attritu perquam odorata, & laurinis per omnia ſimilia. Surculorum extrema ſeu ſummitates in multos unciam longos pediculos faceſſunt, totidem *flores* ſuſtinentes, quorum unuſquiſque è plurimis ex albicante viridibus ſtaminibus 4 petalis perexiguis deorſum reflexis concoloribus conſtat. Floribus delapſis aut præteritis ſuccedunt *Baccæ* multæ coronatæ ſeu umbilicatæ, initio parvæ, vireſcentes; poſtea per maturitatem baccis Juniperinis majores, nigræ, glabræ & ſplendentes; in quibus continetur pulpa humida, ſubviridis, acris & aromatica, cum duobus plerunque in medio ſeminibus amplis, membranâ intergerinâ diſcretis, globulum unà efficientibus, cùm utrumque hemiſphæricum ſit. Hinc *Cluſius* unum ei ſemen tribuit in duas partes diviſibile.

Locus. In montosis sylvis Insulæ *Jamaicæ* ubique crescit, præsertim locis Septentrionalibus. Variat foliis latioribus & angustioribus, quæ an species distinctæ sint, an verò solùm varietates non ausim determinare: Fructum arboris folio latiore nondum videre contigit. Aliis arboribus cæsis & dejectis huic soli parcitur ob lucrum quod à fructu curato (ut vocant) magnâ copiâ in *Europam* quotannis transmissio redundat.

Junio, Julio & Augusto mensibus plerunque floret, aut seriùs citiúsve pro loci situ, & temporis quo pluviæ decidunt diversitate. Fructus non ita multò post maturescit.

Folia à Chirurgis *Indicis* & *Æthiopicis* frequenter usurpatur in balneis pro Hydropicorum cruribus, &c. & ad quæcunque Lauri folia conducere creduntur, utiliter adhiberi possunt.

Indi & *Æthiopes* arbores nonnullas conscendunt, alias cædunt, dejiciunt & furculos avellunt, fructibus immaturis viridibus onustas, qui postea à virgulis, foliis, & baccis maturis diligenter purgantur, deinde supra pannos extensi, Solis radiis exponuntur ab ortu ad occasum usque per multos dies, cavendo ne rorem matutinum aut vespertinum bibant, quo siccæ & rugosæ evadunt, & à viridi in colorem fuscum mutatæ mercatui idoneæ fiunt, ubi 18 denariis nostræ monetæ tempestatis initio veneunt, & postea 12 per totum annum sequentem.

Ex optimis quæ in vulgari usu sunt aromatis habetur hæc bacca, & à sapore delicato plurium specierum simul All-spice i. e. *Omnia aromata* dicitur: Pipere vulgari multò mitior, unde plurimùm expetitur, & in *Europam* invehitur.

Per vesicam destillata oleum chymicum odoriferum delicatum reddit, quod in aqua fundum petit, velut Oleum Caryophyllorum.

Pro Carpo-balsamo in Officinis Pharmacopolarum Londinensibus usurpatur, verùm Carpobalsamum non est, neque pro ejus succedaneo (me judice) usurpari debet, cùm minùs astringens & balsamica sit, magisque odorata; ut existimem in inopia balsami veri optimum quod substitui potest tam pro fructu, quàm pro aliis Balsami fruticis partibus succedaneum fore easdem Lentisci aut Terebinthi partes (id affirmante *Lobelio*) ut quæ ad prædictas proximè accedant. Hæc Arbor, me judice, diversa est à Pseudamomo quorundam, seu Caryophyllo Pliniano *Clusii*, de quo libet subjungere quæ à Rev. Patre *Georgio Camelli* S. J. accepi, literis à *Manilia* Insularum *Philippinarum* metropoli ad me datis.

Amomum (inquit) quorundam seu Caryophyllon Plinianum *Clus.* multam similitudinem & affinitatem cum *Fagara* mihi habere videbatur, unde suspicio orta, num forsitan ipsum esset uva *Fagaræ*. Sed cùm *Clusius* Fagaræ non nisi fructûs iconem & descriptionem afferat, & hic sit fructus arboris quam *Indi Cayatana*, *Amaheb*, *Cangay* & *Satay* vocant, de eadem pauca adnotare opportunum esse duxi. Est a. *Cayatana* arbor pedetentim crescens, alta, recta, non crassa, albi ac solidi ligni, ad lancearum hastas expetiti; cortice crasso, cinereo, insipido, & nonnihil friabili, qui spinis aduncis, verrucis & callosis tuberculis undique creberrime obsitus, Herculeam clavam effingit. Hujus fragmentum eleganter depictum & descriptum exhibet *Lobelius*, ni fallor, in Adversariis, titulo Rubi facie senticosa planta; à quo *Hist. Lugd. Chabræus & Bauhinus* mutuatum habent. Foliorum rubentes necnon senticosi ramusculi summos arboris apices radiatim ambiunt, quibus Folia saporis boni & alicujus acrimoniæ, per medium excurrente nervulo spinulis consito, obtuso cuspide & quasi bipartito, aliqua modicùm, alio minimè crenata, & à foliis Rosarum non multum differentia nisi majora essent, 30 & plura alternè, breviſſimis innixa pediculis, appensa sunt. Flosculis qui rubent & in racemos conglomerantur baccæ jam notæ & à *Car. Clusio* delineatæ subcrescunt, quæ maturæ rumpuntur & granum nigrum, rugosum, splendidum, sat solidum, saporis & odoris expers exhibet Diarrhœæ utile. Cortex harum baccarum duplex: exterior, qui tener, subniger, saporis aromatici & acriusculi ut *Pyrethrum*, in recenti vehementis, in exsiccata vix non evanescit. Alter cortex seu interior albicans, membranaceus & insipidus. Radicis materies lignosa est, alba & solida, cortice vestita scabro, crasso, solido, flavo & valde friabili, altero subfusco & corticoso, utroque verò nonnihilum aromatico, summæ acredinis & amaritudinis. Hæc radix annis elapsis *Goâ* in *Luzonem* deferebatur, nomine Raiz de *Juao Lopez*, & ut Panacea seu medicamen quoddam universale deprædicatum æstimabatur. Cayatanæ grana ventris torminibus ac flatibus assumpta succurrunt: Apophlegmatismis deserviunt. Tinctura ex recentium cortice, excerpto nucleo, parata in scorbuto confert. Radicis cortex in pulvere exhibitus venenis resistit, viperarum succurrit morsibus, febres fugat, cum eminentia lumbricos pellit, ventriculum confortat, catalepsi medetur, hepatis aperit obstructiones, scorbuto opitulatur, & cibi inappetentiam restaurat; mansus dolorem lenit dentium, & serpentes fugare perhibetur.

Fagaram *Avicenna* calefacientium & siccantium collocat ordine tertio, stomacho ac hepatis frigiditati utilem, concoctionem juvare, ac alvum astringere scribit.

In *Java* crescere ait *Linschotanus*, *Imperatus* duplicem agnoscit.

Similitudo verò *Fagaræ* cum Cocculo Orientali *Clusio* vix concedenda est. Semen Augusto maturat. Abundat in Luzone in montibus *S. Matthæi*.

11. De Pseudo-Amomo Garciæ ab Horto, pedem columbinum referente seu *Pangdan*.

Has florigeras *elatas* Palmæ *Pangdan* nonnunquam pro Amomo Garciæ & Douræi, pedem Columbinum referente habueram. Hoc *Carolus Clusius* in exoticis pulchrè & concinnè ut solet, describit. Hujus fragmenta aliquot ramulis constant, quibusdam foliolis adeò frequentibus onustis, ut ex solis foliis constare videantur, quæque in extremo ità sunt disposita ut flosculum efforment. Ramuli isti simul compacti non ineptè pedem columbinum referre videntur, nullo tamen sapore singulari aut odore præditi.

Pro-

Provenit autem Palma *Pangdan* ad maris litora, caule plerunque multiplici, quem folia aculeis horrida, uti ſunt folia *Magei* ſeu Aloes muricatæ, & his ſimillima, ad cacumen uſque cochleatim ambiunt. Auguſto menſe elatas ſeu ſpathas pedem longas protrudit, racemoſas, ex candido flaveſcentes, & pulvere farinaceo, odorato, volatili, qualis in odoriferorum florum crocis, copiosè dapſiliterque aſperſas, ita de reliquo diſpoſitas, ut quivis 3 aut 4 uncias longum ramuſculum ſeu ſpatham, quæ vix accuratiùs quàm à ſupra memorato *Cluſio* deſcribitur deſcribi poteſt, pedem plumipedis columbæ eleganter referat. Folium ſeu ſpathe ſimiliter odoratum atque flaveſcens, formæ & magnitudinis involucri frumenti Indici ſeu Mayzii, quod antequam expandatur illud contegat. Integer hujus Palmæ termes ſeu ſpadix 12 quandoque habet jam memorata foliacea involucra, operimenta ſeu ſpathas aut elatas, & totidem ſupra deſcriptos ramuſculos aut ſpathas. Tantæ a. eſt fragrantiæ & caput adeò vehementer ferientis, ut cùm prima vice mihi oblata fuiſſet, odoris ſui vehementiâ me inebrians, vertiginem ſimul atque animi deliquium cauſârit, quod nonniſi poſtquam è cubiculo, quod ejus infectum fuerat odore, aliò me tranſtuliſſem, evanuit. Attamen ab *Hiſpanis* & *Indicis* fœminis, odore ejus delectari aſſuetis, in deliciis habetur. In reſiccata a. quod ruſeſcit, odor ſpecialis aut ſapor, nullus deprehenditur. Hunc ſpadicem emittit Palma *Pangdan* mas; fœmina, cujus fibroſa radix pictoribus craſſiorum præbet vicem penicillorum, ſpadicem protrudit non florigerum, ſed fructu prægrandi, gemmato, ex aureo rubente, & fructui pineæ ſeu Ananas ſimili turgentem. Hujus ſpecies eſt Palma *Gading*, ſed in omnibus duplò major. Ad hunc *Pangdan* ſpadicem, ſeu *Garciæ* & *Douræi* ex racemo fruticoſum, ſeu ex frutice racemoſum ac pedem columbinum referens *Pſeudamomum* verſus *Ovidii* lib. 3. *Triſt. Eleg.* 3. ſpectant.

Atque ea cum foliis & Amomi pulvere miſce.

Pro foliis, *viz.* folia illa ſeu odorata involucra aut Spathes, *Mayzii* foliis ſimilia, & pro pulvere illum odorum ac volatilem, ramuſculis ſeu ſpathis liberaliter inſperſum intelligendo: Si tamen pro foliis non folium *Malabathri* intelligendum, ſed ad Amomum referenda ſunt. Aſt hæc obiter, nullo enim modo mihi perſuaſerim hunc ſpadicem, aut has elatas Amomum eſſe poſſe legitimum: Nam ubi ſemen odoratum? acredo? morſicatio, &c?

12. Pimienta Chamberambaca, Myrti Laureæ foliis, fructu coronato *Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. P. 844. Cadal-Cungee *Malab.*

Ad 6, 7ve pedum altitudinem aſſurgit, trunco brachium humanum craſſo. Tota planta cum lacte aut aqua calida commolita & pota Diabeti medetur, & rarò fallit.

A Baccifera Madraſpatana Myrti Laureæ foliis, vix perforatis *Muſ. Pet.* 361. & *Act. Philoſ. Lond.* N. 267. P. 711. differt Foliis craſſioribus & minùs venoſis, floribus amplioribus, fructu coronato aut ſtellato.

13. Myrtus arborea inodora, foliis latis ſubrotundis, flore albo, fructu monopyreno. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arbor hæc plurimas habet *radices*, profundè deſcendentes, graciles, rectas, cortice incano tectas: truncum brachii craſſitudines, rectum, 15 pede, altum, cortice luteo obductum, ramos emittentem incurvos, deorſum dependentes, quorum ramuli ſeu ſurculi bini ad intervalla ſibi mutuo oppoſiti ſunt, uti & *folia* myrtilatifol. Belgicæ *C. B.* ſimillima. *Flores* ex alis foliorum exeunt plures ſimul, pediculis ſemuncialibus viridibus inſidentes, albi, tetrapetali cum multis in medio ſtaminibus albis. *Baccæ* Myrtinis ſimiles, rotundæ nigræ umbilicatæ aut coronatæ, Piſi majoris magnitudine, in media pulpa ſeu carne modicè craſſa unicum ſubrotundum officulum Cerafino ſimile continent.

Ad margines torrentis in Sylvula inter urbem *S. Jago de la Vega* & locum *two mile wood* dictum creſcentem obſervavi.

14. Myrti folio arbor, cortice argenteo, foliis oblongis ad baſin latioribus, acuminatis, inodoris, ex adverſo ſitis, flore pentapetaloide, pallidè albicante. **Silver Wood.**

D. *Sloane.*

Arbor iſthæc ad 20 circiter pedum altitudinem aſſurgit, recta, cortice propemodum glabro, incano aut albicante, (punctis nonnullis candidiſſimis ſtellæ) veſtita, unde nomen. Truncus humano crure vix craſſior, ad faſtigium uſque ſimplex & indiviſa, ubi ramos circumcirca in omnem partem extendit. *Folia* è ſurculis exeunt bina oppoſita, in perbrevibus aut nullis pediculis, glabra, tenuia admodum, luteo-viridia, unciam longa, & latiſſima propè initium parte tantundem ferè lata, exinde ad apicem uſque, qui acutus eſt, paulatim anguſtantur, per margines æqualia, minime ſerrata aut dentata, propè initium ſubrotunda. *Flores* ex aliis foliorum egrediuntur, nunc plures, nunc pauciores ſimul, parvi, colore pallidè albicante, incurvis petiolis inſidentes, 5 parvis petalis in calicis aperti viridis marginibus ſitis conſtructi, è quo multa prælonga *Stamina* exeunt, *apices* luteos ſuſtinentia.

In montibus ſylvoſis propè domum D. *Bachelour* copioſè creſcit.

15. Myrti folio arbor, foliis longiſſimis inodoris *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Præcedenti perſimilis eſt, niſi quòd *folia* alternatim exeant, ſintque longa & anguſta, nimirum 3, 4ve uncias in longitudinem extenſa, ſeſcunciam in medio lata, & ad utrumque extremum anguſta; pediculis deſtituta, conſiſtentiâ myrtinis perſimilia, quamvis inodora. Reliquas hujus plantæ partes nunquam vidi, verùm à foliorum ſimilitudine ad hunc locum pertinere videtur.

Cum præcedente in collibus *Red hills* dictis propè domum *D. Bachelour.*

16. Myrti folio arbor, foliis latis ſubrotundis, flore albo racemoſo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Lignum hujus arboris valde durum eſt, album, cortice incano glabro tectum. Virgæ ſeu ſurculi *foliis* alternatim poſitis ad intervalla ¼ unciæ veſtiuntur, pediculis trientem unciæ longis inſidentibus, ipſis 2 circiter uncias longis, ſeſcunciam latis, latiſſima propè baſin ſubrotundam partes planis ſeu æqualibus ſplendentibus, pauciſſimis in ſuperficie venis apparentibus, acuminatis, ad margines minimè dentatis. Ex alis foliorum verſùs ſummitatem exit pediculus ſeu ligula 2 uncias longa, cujus apici petiolis tenuibus innaſcuntur *flores* albi, capitulo parvo rotundo, quod fructûs rudimentum eſſe exiſtimo, inſidentes, quocirca arborem huc retuli. Petala numero 5, plura in medio ſtamina ambiebant. Fructum nunquam vidi perfectum.

In inſula *Jamaica* collegi, ſed locum non memini.

17. Myrto affinis, Buxi foliis, floribus pallidè luteis. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arbor iſthæc ad 30 pedum altitudinem aſſurgit, cortice albicante glabro tecta. *Folia* Buxi ſimilia ſed ampliora, præcipuè verſùs faſtigium. *Flores* faſciculatim exeunt ſecundùm ramos: Sunt autem illi parvi, pediculis deſtituti, rotundi, pallidè flavi. Prope domum D. *Bachelour* in collibus ſylvoſis collegi.

18. Myrto affinis arbor, foliis laurinis, flore albo tetrapetalo odorato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad 10 pedum altitudinem aſſurgit, cortice glabro cinereo obducta, vertice nutante. Ramorum extrema *foliis* pluribus obſita ſunt, brevibus pediculis ſuffultis, ſibi mutuo oppoſitis, 4 uncias longis, mediâque latiſſima parte duas latis, glabris, colore viridi-claro, inodoris, laurinis perſimilibus. *Flores* è ramis exeunt, ex adverſo foliorum, plures eidem pediculo communi, ramoſo inſidentes, tetrapetali, albi, cum multis intus *ſtaminibus* concoloribus, valdè odorati.

Prope urbem S. *Jago de la Vega,* ultra locum *Troopers-Quarters* dictum collegi.

19. Myrtiformis baccifera *Ind. Orient.* fructu ſubrotundo coronato *Pluk. Mantiſſ. Codalcunge Malabarorum.* Adverſus Diabeten præſentaneum remedium eſt.

20. Myrtiformis baccifera Salicis pumilæ foliis *Æthiopica,* ſericea lanugine fuſca incanis *Pluk. Mantiſſ.*

P. 1506. Ad Cap. de Hedera.

In *Oxonienſi* aliiſque Hortis Hederæ ſpecies colitur, quam arboream erectam vocant. Folia pallidiora ſunt, nec adeò anguloſa magiſque acuminata quàm vulgaris Hederæ, quin & rectiora. Hedera Poetica *C. B.* fructus colore aureo tantum ab hac ſpecie differre videtur D. *Sherard.*

1. Tsjori-Valli *H. M.* P. 7. T. 9. Hedera *Indica* trifolia, claviculata, racemoſa, fructu plano-rotundo, nigro.

H. M.

Radix carnoſa, albicans, humida, viſcoſa, tranſverſim inciſa ſtriata, fibroſa. *Caulis* viridis, viſcoſus, intus carnoſus, claviculatus. *Folia* ſerrata, craſſiora, mollia, glabra, lenia, ſtriata, in brevibus, ſulcatis conſpiciuntur petiolis. *Flores* racemati, monopetali, quadripartiti, ex rubro fuſci. *Stamina* 4 ſubflava, apicibus dotata, *Stylum* medium arctè amplectentia. *Fructus* uvæ plano-rotundæ, eadem formâ cum *Belutta-Tsjori-Valli,* primò virides, tum albicantes & nitentes, dein rubeſcunt & cæruleſcunt, ultimò ex fuſco in totum nigreſcunt. *Caro* viſcida eſt & mucilaginoſa, ſucco rubro-cæruleo repleta. Officula triangularia ſunt, quorum duo latera plana, tertium rotundum, rubeſcentia.

Locus & Vires. Locus natalis eſt *Aroer* & *Moutan.* Ex foliis cum medulla Nucis *Indicæ* contritis fit unguentum contra colicam. Radix in aqua oryzæ cocta & expreſſa ulcera ſanat.

2. Belutta

2. Belutta Tsjori-Valli. *H. M.* P. 7. T. 10. Hedera *Indica* folio compoſito, claviculata, racemoſa, uvis plano rotundis, eburneis.

H. M.

Radice cum præcedente convenit. *Cauliculi* rotundi, piloſi, intus lignoſi, fragiles, clavicu-lati. *Folia* ex adverſo clavicularum prodeunt, in medio unum, ad latera duo, tria, quatuor, imò quinque, oblongo-rotunda, cuſpidata, ſerrata, piloſa, aſpera, anteriori facie ex viridi fuſca, ſaporis acrioris & ardentis. *Flores* monopetali quinquepartiti, racematim ex parva & viridi-fuſca gemma oriuntur, odoris expertes. *Stamina* 4, parva albicantia juxta orbitæ ambitum erumpunt, flaviuſculis *apicibus* inſtructa. *Stylus* brevior è medio centri emicat. *Fructus* racematim pendent uvarum inſtar, formâ rotundo-plani, ſpiculo muniti, in principio virides, poſtea albicantes, eburnei ſplendentes, mollem, unctuoſam, ac pellucidam carnem continentes, ſapore admodum acri, officula unum, duo, quatuorve, una parte rotunda, altera plana: Nucleus ex cæruleo albicans.

Repoli & aliis in locis invenitur.

Folia matura cum raſura Nucis Indicæ Scabiem tollunt, cum oleo mixta & concocta vulnera ſanant. Succus calci admixtus papulas curat. *Locus & Vires.*

3. Schunambu-Valli. *H. M.* P. 7. T. 11. Hedera *Indica* folio ſimplici, integro, claviculata, racemoſa, racemis laxis, uvis rotundis nigris.

H. M.

Radix admodum fibroſa, filamentis contexta & albicans, plures emittit *caules* virides, hinc indè velut calce ſeu farinâ albâ aſperſos, noduloſos claviculatos, molles, albiſſimo ſucco inſtructos. *Folia* longis ac tortuoſis petiolis è nodulis prodeunt, vel cauliculis tranſverſis inſident, grandia, oblongo-anguſta, cuſpide mucronato, tenuia, fragilia, anteriori parte fuſca, adverſâ nitente, malè-olentia. *Flores* racematim in cauliculorum tranſverſorum ſuperiori parte viſuntur, monopetali, quadripartiti, albicantes; *gemmæ* minuſculæ *Stylum* in medio habent, *ſtamina* nulla. *Fructus* primùm oblongo-rotundi, virides, poſthæc rotundi, valdè nigri, nitentes, molles, ſucculenti, unctuoſa carne repleti, ſaporis intenſiſſimè fervidi. Officulum ex cinereo nigricat, éſtque rotundum; nucleus ex albo cæruleus ubique locorum invenitur, modò denſa adſint nemora.

Ex palmitibus ejus corbes conficiuntur, in quibus edulia reſervantur, unde nomen *Cada-Valli*; nam *Cada* Bramanibus corbem notat.

Succus expreſſus cum oleo coctus, ac formâ emplaſtri adhibitus craſſos digerit humores: Decoctum cum Saccharo in febribus ardentibus & pleuritide ſummo cum fructu exhibetur. Aqua ex trunco ſtillatitia cum ſaccharo idem præſtat, tuſſim lenit, ſanguinem purificat, vomicam pulmonum curat. Radix trita & aquâ cocta odontalgiam amovet & fœtorem gingivarum. Cortex tritus incarnationem ulcerum promovet. *Vires.*

4. Hedera monophyllos *Virginiana*, umbilicatis foliis baccata, officulo compreſſo lunato ſingulari *Pluk. Mantiſſ.* Planta *Virginiana*, caudice lento ſcandente, foliis hederaceis, Naſturtii *Indici* more umbilicatis *Baniſt. Cat. Mſs.*

5. Kareta Tsjori-Valli *H. M.* P. 7. T. 45. Hedera trifolia baccifera *Malabarica Commelin.* notis. Scandens *Malabarica* trifolia, baccifera, fructu racemoſo, officulo monoſpermo.

H. M.

Cauliculi ex una parte è fuſco rubeſcunt. *Folia* terna in petiolis ex adverſo clavicularum ſitis proveniunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, medio majore, lateralibus minoribus, textura denſa, viroris in recta parte fuſci & nitentis. Cum *Tsjori-Valli* foliis conveniunt, ſed oblongiora ſunt, nec ſerrata, aſt in oris apicibus, quæ coſtularum tranſverſarum ſunt productiones, eminentia. *Flores* racematim in pedunculis viridibus & parùm nitentibus proveniunt, tetrapetali, interiùs cochleato-cavi, ex viridi albeſcentes, exteriùs rubeſcentes. *Stamina* habent 4 flavis *apicibus* nodulata: in medio *ſtylus* viridis, craſſior ac depreſſus ſeſe erigit. *Fructus* uvæ rotundæ: in medio vertex eſt, qui maturis fructibus decidit, in principio virides, poſt rubeſcentes, maturi nigricantes, carne intus viridi ſucculenta, lancinante, quæ officulum grandius, rotundum, ex rubro nigricans complectitur, cujus nucleus candidus.

Sylvæ *Trigolin, Catati*, &c. pro natali hujus loco habentur: ſemper fruget & floret. *Locus.*

Folia ficcata, pulveriſata, Zingibere ſicco, vetuſto Pipere & ſaccharo commixta aſthmaticis proſunt. *Vires.*

6. Hedera ſurrecta triphylla, medio folio Querciformi *Virginiana Pluk. Mantiſſ.* Ex ſeminibus ortam (inquit) conſpeximus in Horto Medico *Chelſeiano.*

1. Sambucus humilis ſue Ebulus, foliis laciniatis *C. B.* Ebulus laciniata *Pon. Ital. Moriſ. hiſt.* P. 3. Folia in tenuiſſimas lacinias ſecta Sambuci laciniato folio *C. B.* ad inſtar, Selinoidem formam obtinent.

2. Samb. humilis ſeu Ebulus exotica, Marrubii aquatici laciniati foliis *Hort. Pat. Pluk. Phyt.* T. 221. F. 5. Hujus ramulum nobis impertivit D. *Doody*, Folia huic lobata ſunt; quo à præcedente diſtinguitur, non plurifariam & tenuiter diviſa. Quælibet ala latiuſcula, in profundas lacinias diſſecta, Marrubii aquatici laciniati folium exprimit.

P. 1510. Ad Cap. de Caryophyllo aromatico add.

1. Caryophyllus langueſcente vi aromaticus *Malabarienſis*, folio & fructu maximo *Pluk. Phytogr.* T. 274. F. 4. *Almageſt. Bot.*
2. Caryophyllus aromaticus *Americanus*, folio & fructu oblongo, polypyreno, acinis anguloſis, uvarum vinaceis ſimilibus *Pluk. Phytogr.* T. 155. F. 2. Fortè Anhuiba-miri *Braſilienſium Piſonis* 146. Laurus odorata *Ligon.* Sweet Bay *Barbadenſibus* dicta. An Ytziperequa ſeu Laurus *Michuacanenſis Hernandez*?
3. Caryophyllus ſpurius inodorus, folio ſubrotundo ſcabro, flore racemoſo, hexapetaloide, coccineo, ſpecioſiſſimo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Frutex iſthic pluribus virgis ſeu truncis, 8 aut 9 pedes altis, cortice luteo tectis, rectà aſſurgit. *Folia* ſummos ramulos occupant, teretibus uncialibus pediculis inſidentia, creberrima, propemodum rotunda, 4 uncias longa, 3 lata, ad tactum aſpera, colore viridi obſcuro. *Flores* in ſummis ramulis umbellatim diſpoſiti, ſinguli ſingulis longis hirſutis calicibus excepti, coccineo colore eleganti imbuti, ampli, è longo individuo tubulo ſeu collo, Caryophyllo nonnihil ſimili, in marginem latum, in 6 ſegmenta diviſum, expanſi, omnibus capſulâ obſcurè fuſcâ comprehenſis.

Fructum perfectum nunquam vidi, ad Caryophyllos tamen ſpurios referendum ſuſpicor.

In collo ſaxoſo prope domum *D. Bachelour* pulcherrimam hanc arborem obſervavi.

HISTORIÆ

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS:

DENDROLOGIÆ QUARTUS.

De Arboribus Pruniferis.

SEquuntur Arbores quarum flos basi fructûs seu imo fructui cohæret. Hæ autem vel sunt Fructu majore officulum intus unicum continente, quas *Pruniferas* vocamus; vel Fructu minore, quas *Bacciferas* denominamus, quæ seminum in baccis contentarum respectu dividi possunt in *monopyrenas*, *dipyrenas*, *tripyrenas*, *tetrapyrenas*, & *polypyrenas*.

P. 1516. Pro speciebus Amygdalo-persici.

1. Amygdalo-Persica *Virginiana*, foliis inordinatè laciniatis & veluti circumrosis *Pluk. Almag. Botan.* Malus *Persica* dilaceratis foliis & veluti circumrosis *Virginiana Ejusd. Phyt.* T. 204. F. 1.
2. Amygdalo-Persica nana, flore carneo pleno *Africana Pluk. Phytogr.* T. 11. F. 1.

Ad Cap. de Amygdalo.

1. Amygdalus fortè *Indiæ Orientalis* officulo reniformi: an Amygdala *Granatensis de Laet. Pluk. Almagest. Botan.*
2. Amygdala *Benghalensis*, cristato fructu magno, figurâ ferme prismoidali. *Ejusd. ibid.* Vide Amygdali plures species Hort. *Cathol.*

P. 1530. Pruniferis add.

1. Pee-Amerdu H. M. P. 7. T. 19, 20. Planta fruticosa, caule tortuoso, longissimo, prunifera, flore tripartito, fructu racemoso.

H.

Radix fibrosa capillata, cortice russo-fusco, intus lignosa, æquè intra ac extra terram, imò funiculo suspensa & aeri exposita, non tantùm crescit, sed & floret & fruget; quod etiam nudi faciunt rami. Caules & surculi rotundi sunt; tortuosi, lenti, flexiles, teneri, virides, albicantibus & velut lanuginosis pilis obsiti; vetustiores cortice exteriori cinericeo, interiori viridi, filamentis intus lignosis albicantibus, seu flaviusculis laxis, carne fungosa & mucosa interpolatis, pertexti, tam è superiori quàm inferiori parte radicis propagantur, primò ut tenuissima filamenta, molles flexiles & cinereo-virides, dehinc ad pollicem crassi. *Folia* hinc indè ad caulium seu ramorum flexuras, petiolis oblongis, rotundioribus, pilosis, ad exortum parùm extuberantibus proveniunt, formâ lata, anteriùs cuspide angusto & oblongo eminentia, ad petiolum sinuosa, & pilis, maximè in adversa parte vestita, lanuginosa. In anteriore pili asperiores sunt, texturâ laxa & fragili: costa media & laterales aversa parte eminent. *Flores* in petiolis viridi dilutis supra ex origine foliorum prodeunt, numero plures, tenuissimis & viridi dilutis ac albicantibus pedunculis; monopetali, tripartiti, parvi, nitentes, in medio tenui venula striati: in medio quasi rosa spectatur, in qua 6 stamina albicantia emicant, nodulis flavis & ruffis, quæ in gemmis albescunt. *Gemmæ* rotundiores supernè nonnihil planæ ad petiolum strictiores, virides, nullius odoris. *Fructus* racematim spectantur,

tur, ac terni pedunculis brevioribus, transversis, viridi-dilutis, flavescentibus insident, & ex singulis floribus oriuntur, oblongo-rotundi, primùm virides, post flavescentes, dein corallini ruboris & nitentes, intus viscido muscoso humore repleti, non omnes æquè magni, sed differentes; in medio officulum habent grande, oblongum, parùm complanatum, scabrum & exasperatum, primùm albicans, dein nigrescens: *Nucleus* albus est.

Locus. Nascitur in *Warapoli* & *Mouta*, semper florens & frugens. Balneum ex hac planta & *Nela-Panna-Scelengu* præparatum abscessus inveteratos curat. Folia cum *Carique* de *Bengala*, & *Caraga* mixta, vel cum cortice *Alu* & *Sergelim* in lacte vaccino cocta exanthemata resolvunt. Pulvis ut & nuclei *Mangæ-Saltæ* fissuras pedum consolidat, cocta cum aqua *Oryzæ* pedum ulcera mundat.

2. Cit-Amerdu Part. 7. T. 21. Prunifera *Indica*, flore tripartito, fructu racemoso minore.

Species est præcedentis, à qua non alia in re differt, quam quod flores & fructus sunt minores.

Vires. Decoctum cum summo fructu in febribus ardentibus, arthritide & ictero adhibetur, vires reficit. Ex succo *Colutpæ* ac *Tirra-tali* cum lacte balneum antispasmaticum præparatur. Tenerrima folia cum *Eamacciam* ac lacte trita linimentum dant in phlegmone & erysipelate. Succus ut & *Mulcenti*, *Tsjeru-pulla* & *Ulmia* expressus puris generationem præpedit, & ulcera sanat. Succus caulium ablato cortice cum lacte & aquâ decoctus, & ad siccitatem evaporatus, & oleo foliorum *de Enfermo* mixtus linimentum antiarthriticum est: cum saccharo potus cachexiam tollit, cum Pipere longo pituitæ intemperiem; cum saccharo & pipere longo bilis dyscrasiam & morbum articularem corrigit.

3. Ula H. M. Part. 7. T. 22. Prunifera fruticosa Indica foliis adversis flore stamineo in quibusdam velut julis, *fructu* calice excepto.

Ramos habet lignosos, albicantes, duros, geniculatos, nodis extuberantes; *cortice* exteriore nigro, & cinericeis maculis hinc indè notato, interiore viridi. *Folia* ex surculis rotundis, viridi-fuscis, geniculatis gemina, decussato ordine, oblongo-rotunda, texturâ spissâ & solidâ, superficie planâ & glabrâ, supernè fusco-viridia, nitentia, subtus virore satura, parvis & crassioribus pedunculis, adversa parte planis, proveniunt. *Florum* loco sunt ligulæ oblongæ, rotundæ, piper longum referentes, annulis nigris seriatim interstinctæ, in interstitiis viridi dilutæ: Annuli tenuissima, brevissima, nigra habent *staminula*, apicibus minutissimis & viridi dilutis dotata; ex geniculis ramorum vel solitariæ, vel tres simul erumpunt: Floret mense Januario: Staminulis decisis parvæ virides *gemmæ* circa annulos in orbem prodeunt, ac in *Fructus* excrescunt, formâ exactè oblongo-rotundâ, in vertice minutissimum cuspidem habentes, *calice* viridi, fusco & crasso: caro interior ex viridi albicans nucem oblongo-rotundam in se continet, duro putamine, pilosam ac hirsutam: nucleus ex albo flavescit, quem membrana albicans interiùs ambit; saporem refert Castaneæ, ac inter edulia recensetur.

Nascitur circa *Calecut* & in aliis locis.

4. Prunus *Javanica* Atriplicis foliis, *Kakousa Javanensibus Commelin. Hort. Amst. rar. Hort. Beaum. Pluk. Phytogr.* 218. F. 2. Elemniferæ nostræ *Sherardinæ* Phytogr. T. 173. exhibitæ similis, si non eadem.

Commelin.

Ex prunis quibusdam *Kakousæ* nomine ad nos Javâ transmissis, & terræ mandatis enatæ sunt arbusculæ aliquot pulchræ, circa quas 5^to^ anno observavi radicem esse albam, ligneam, numerosis fibris ditatam. *Caudex* pollicem crassus, 4 pedes altus, durus, cortice ex griseo fusco obductus, parte superiore ramosus, *foliis* amictus alternatim positis & longis, pediculis insidentibus, palmam longis, 2 uncias latis, ambitu inæqualiter crenatis, extremo mucronatis, atro virore nitentibus, Atriplicis angustifoliæ subæmulis. Flores videre mihi non contigit. Pulpa fructus exsiccâti mollis, gustu adstringens, colore ex luteo virescens, cortice tenuiore obducta.

5. Prunus maritima racemosa, folio rotundo glabro, fructu minore purpureo *Sloan. Cat. Jamaic.* Hæc est papyracea arbor, Guaiabara *J. B. Hist. nost.* 1795. The Mangrove Grapetree

D. Sloane.

Pluribus assurgit truncis, 10 aut 12 pedes altis, cruris humani crassitudine, cortice è fusco rubente, propemodum glabro tectis, in ramos & surculos aliquammultos divisis, *foliis* alternatim positis vestitis, pediculis rubris $\frac{1}{4}$ unciæ longis insidentibus, circinatæ ferè rotunditatis, diametro circiter semipedali, crassis, colore viridi gramineo, medio nervo & lateralibus aliquot inde egressis donatis. *Flores* petiolis seu funiculis 2, 3^ve^ uncias longis inhærent, hexapetali, petalis longis albis, quos sequitur *fructus* seu *bacca* magnitudine uvæ vulgaris acini, sub tunica è fusco rubente aut purpurascente, mollem, saporis astringentis non ingrati, tenuem pulpam continens, unicum amplum rotundum officulum ambientem.

Locus. In arenosis maritimis *Jamaicæ* & *Caribearum* insularum ubique frequens occurrit.

Vires & usus. Fructus esui non injucundus in *Barbados* insula colligitur, & venum in forum asportatur.

Officula

Officula valdè aſtrictoria in alvi fluxibus magno ſucceſſu adhibentur. Hiſpani chartæ & atramenti inopiâ ſtylo ferreo in foliis hiſce ſcribere ſeu literas exarare ſoliti ſunt. *Vires & uſus.*

6. Prunus racemoſa, foliis longis hirſutis maximis, fructu rubro *Slon. Cat. Jamaic.* Caaguacuiba *Marcgrav.* Broad-leaved Cherry-tree.

D. *Sloane.*

Hujus truncus corporis humani medii craſſitiem adæquat, cortice incano ſulcato tectus, ad 50 circiter pedum altitudinem aſcendens, multos ramos incurvos emittens in ſurculos virides diviſos, *foliis* obſitos ſeſquipedalibus, latitudine longitudinis dimidia, prope baſin ſc. ubi latiſſima, incanis, Salviæ inſtar corrugatis, colore viridi amœno, coſta inſigniore media percurrente, & tranſverſis aliquot inde egreſſis donatis pediculis $\frac{1}{4}$ unciæ longis inſidentibus. Ramorum ſeu ſurculorum extrema in plures 9 uncias longos, incanos, pupureos pediculos faceſſunt, *baccis* ſeu *pruno* hic illic ſparſim adnaſcentibus onuſtos, pulpâ paucâ colore rubente, ſabæ majoris magnitudine.

In ſylvis Mediterraneis paſſim naſcitur, & ad ripas fluvii *Cobre* dicti, prope urbem S. *Jago de la Vega.* *Locus.*

7. Pruno fortè affinis arbor folio alato, flore herbaceo pentapetalo racemoſo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Foliis & floribus præcedenti propiùs accedit Arbor iſthæc, quàm quævis alia mihi hîc viſa, ideóque proximam illi locum aſſigno: ad 20 circiter pedum altitudinem enititur, trunco recto, propemodum glabro, cortice caneſcente aut leucophæo obducto, paucis quibuſdam maculis albicantibus aſperſo. Septem aut eo amplius pedum à terra diſtantiâ varios emittit *ramos* deorſum inflexos, quorum extrema paucis quibuſdam *foliis* alatis nullo ordine poſitis obſidentur. Coſta media 3 plus minùs uncias longa eſt, pinnis bino ordine ex adverſo ſitis, folióque in extremo impari inſtructa; pediculis a. inſident pinnæ $\frac{1}{8}$am unciæ longis, ipſæ unciales, prope pediculum $\frac{1}{4}$tas unciæ latæ, interſtitiis propemodum uncialibus à ſe mutuo diſtantes, obſcurè virides, læves. Surculorum extrema in plures 2 uncias longos virides petiolos faceſſunt, qui ad imum in plures alios ramificantur; flores è viridi albicantes, pentapetalos, 5 viridibus calicis foliis obvallatos, ſuſtinentes: multa intus *ſtamina apicibus* purpureis capitata continentur. *Fructum* nunquam vidi.

Inter locum *Paſſage-Fort* dictum & urbem S. *Jago de la Vega* copioſè creſcit.

8. Pruno fortè affinis Arbor maxima, materie rubra, laxa, odorata *Slon. Cat. Jamaic.* Cedrus *Barbadenſium*, alatis Fraxini foliis non crenatis, fructu ſingulari, quinis involucris craſſis validis cochleato-cavis totidem ſemina membranis adaucta, & columnæ canaliculatæ pentagonæ prægrandi adnata occludentibus, ornato *Pluk. Phyt.* T. 157. F. 1. Citrea *Nieremberg.* Cedro *Ovied. Cedar-tree.*

D. *Sloane.*

E maximis eſt Inſulæ *Jamaicæ* arboribus, materie laxa, rubente, odorata, fruſtulis nonnullis ſplendentibus. *Folia* alata ſunt, pinnis bino ordine ſibi mutuo oppoſitis, 2 circiter uncias longa, unam lata, nunc obtuſa, nunc acuta.

In *Jamaicæ* inſulæ montoſis & mediterraneis ſylvis ubique provenit: Reperitur etiam in *Barbados* inſula, *Bermudas*, & *Virginia*, in S. *Maria*, S. *Andrea* & *Darien* iſthmo.

9. Prunifero *Tercucheana* folio Vitis, ſubtus lanoſo *Petiver Act. Philoſ. Lond.* N. 274. p. 944. Carututee *Malab.*

Sex aut octo pedes altus eſt, brachium humanum craſſus. Decoctum radicis, corticis & fructus tormina ventris, alvi fluxus & gonorrhœam compeſcit. In monte quodam 20 mil. *Madraß* diſtante *Tercucheanum* dicta collegit D. *Brown.*

Arbor maxima, fortè Prunifera, cortice cannabino, folio longiſſimo latiſſimóque. The broad-leaf-tree. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Truncum habet ampliſſimum, & ad ingentem altitudinem attollitur hæc arbor, cortice caneſcente, aut dilutè admodum brunneo Citharexyli *Pluk.* ſimili obvolutum, laxo, & quem particulatim ſponte exuere videtur, cannabino antequam ſubactus & elaboratus ſit, ſimili, tuberculis in ſuperficie hîc illic elatis inæqualis. *Folia* longiſſima latiſſimaque ſunt, eaque propter ad hunc locum eam refero.

In ſylvis denſis & opacis inſulæ *Jamaicæ* frequens reperitur.

11. Arbor fortè Prunifera, folio ſubrotundo, glabro, venis purpureis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Folium huic ampliſſimum, ſubrotundum, pedem circiter longum, dodrantem latum, latiſſima prope extremum rotundum parte, ad pediculum, (quem brevem obtinet) an-

guſtum, exinde latitudine augeſcens ad finem prope, circa margines æquales coſta media inſigniore & tranſverſis indè emiſſis obſcurè fuſcis ad robur & nutrimentum donata. Superficie lævi. Ob foliorum magnitudinem huc retuli.

In inſulæ *Jamaicæ* ſylvis mediterraneis collegi.

12. Prunus racemoſa, caudice non ramoſo, alato Fraxini folio non crenato, fructu rubro ſubdulci *Slon. Cat. Jam.* The Maiden Plum-tree.

D. *Sloane.*

Caudice aſſurgit recto individuo, 12 aut 15 pedes alto, bacillo manuali non multò majore, valde fragili, cortice caneſcente tecto. *Folia* faſtigium tantùm coronant, in omnem partem diffuſa, alata, 14 circiter uncias mediam coſtam ſequendo longa; coſta illa ex altera parte purpurea eſt, ex altera viridis. Pinnæ per paria adnexæ ſunt, non tamen directè oppoſitæ, ad intervalla ſeſcuncialia, nullis fere pediculis intercedentibus, 3 uncias longæ, media parte unciam plus latæ, obſcurè admodum virides, læves, nervo medio, & tranſverſis aliquot apparentibus. Summitas arboris ſupra folia in plures, tenues teneros pedales ſurculos ramificatur, *flores* aliquot ſuſtinentes tripetalos cum ſtaminibus luteis, baccas poſt ſe relinquentes, magnitudine & colore Vacciniorum paluſtrium maximorum, ad baſin latiores, conicæ figuræ, ſub tenui rubente cuticula pulpam paucam, ſubdulcem nucleum ambientem grandem, figuræ fructûs, putamine prætenui incluſum, continentes.

In ſylvis ſecus viam, quà verſùs *Guanaboa* itur, necnon inter locum *Paſſage-fort* dictum & urbem *S. Jago de la Vega* copioſè provenit.

13. Pruni fortè *Indicæ* ſpecies fructu calyculato, foliis craſſis, chartæ Pergamenæ conſiſtentiâ.

Folia hujus arboris lata ſunt, oblonga, ſupernè glabra, lucida, cœruleſcentia, ſubtus nervis pluribus elatis parallelis, rubentibus, utrinque à media coſta ad margines deductis ſtriata. Ex *India orientali* ad D. *Petiver* miſſa, à quo Nos accepimus.

14. Prunus *Zeylanica*, Lauri folio, *Veralu* Cingalenſibus D. *Hermanni*. Racemoſa, Celaſtri folio *Muſ. Pet.* 672.

Flores velut ſpicati, plures ſimul in communi pediculo, è ramis undique exeunt, nullo ordine. Folia Pruni, ſed breviora, rotundiora & circa margines ſerrata.

15. Curigitali H. M. P. 7. T. 26. Prunifera *Indica*, foliis pinnatis Fraxini, Floribus pentapetalis racemoſis, fructu oblongo incurvo, nucleo membranâ incluſo.

H. M.

Talii ſpecies eſt, naſcens in arenoſis, præſertim in *Angie-caimal. Radix* fibroſa profundè ſe demittens, cortex nigricans & maximè rubicundus. *Cauliculi* lignoſi, cortice fuſco, hinc indè in nodulos protuberant. *Folia* ex ſurculis lateralibus bina proveniunt, tertiúmque in vertice emittunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, ſuperficie glabra, textura denſiori, ex viridi fuſca. Coſta media in utraque parte eminens nervos aliquot annulari ductu producit. *Flores* in petiolis tenuibus plures congregatim conveniunt, penta- vel hexapetali, oblongo-rotundi, cuſpidati, candidi, odoris expertes. *Stamina* in medio tenuia, parva, albicantia, *apices* craſſiores, & ex flavo albicantes ſuſtinent. *Fructus* oblongo-rotundi, nonnihil incurvi, & in parte convexa ſuturâ ſtriati, primùm virides, exin rubeſcentes, unicum *ſemen* in flaviori membrana continent, planum, convexum, ex cinereo fuſco rubens.

Succus foliorum cum lacte ebutyrato & chalybeato hæmorrhoidibus medetur. Fructus
Vires. in febribus malignis ad ſedandos ardentiſſimos calores adhibentur.

16. Prunifera arbor *Aſiatica*, Lauroceraſi fructu, officulo pyramidali compreſſo, ſumma apice biſulco *Pluk. Mantiſſ.* Hujus fructus ex *Aſia* minore ad D. D. *Uvedale* tranſmiſſus fuit.

17. Prunifera arbor, foliis per ſiccitatem rugoſis, floribus purpureis ſtamineis, fructu calice eleganti coronato *Pluk. Mantiſſ.* Cara Angolam ſorte *H. M.* P. 4. T. 26.

18. Prunifera arbor *Maderaſpatana*, Mali *Perſicæ* foliis rugoſis *Pluk. Mantiſſ.*

19. Nuci-prunifera arbor *Ind.* Orient. Populi albæ foliis ampliſſimis; ſeu Pampineis foliis, alba lanugine tectis *Pluk. Mantiſſ.* Carututec *Malabarorum.* Locis montoſis, ſaxoſis, præruptis, aridis, ad *Tercbucheani* montem, haud procul à territorio *D. Georgii* apud *Indos* luxuriant hæ arbores. *Idem.*

20. Nuciprunifera arbor foliis denſioribus, ſubtus argenteis floribus in prælongam ſpicam diſpoſitis, fructu tetragono *Pluk. Mantiſſ.*

21. Prunifera vel Nucifera ſeu Nuciprunifera arbor *Americana* præcelſa, anguſtis Lauri foliis, latè virentibus, Maſtichen odoratam fundens *Pluk. Phyt.* T. 217. F. 5. Maſtick of Ligon. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E maximis eſt & celſiſſimis inſulæ *Barbados* arboribus, ubi paſſim reperitur, & ad omne genus ædificia uſurpatur. Virgæ fuſcæ ſunt, glabræ, *Foliis* obſitæ, pediculis breviſſimis, ſi quos omnino habeant, inſidentibus, 3 uncias longis, mediaque latiſſima parte, unde verſùs utrumque

que extremum ſenſim anguſtantur, unam plus minùs latis, colore viridi amœno, glabris & ſplendentibus, Laurinis nonnihil ſimilibus; nervo uno medio & tranſverſis pluribus, pulchrè folium totum percurrentibus, intertextis, duris & minimè ſucculentis. *Fructus* parvus eſt, turbinatus, Nucis Avellanæ magnitudine & figura, ſub membrana exteriore pulpam paucam continens, peramplum, glabrum, durum oſſiculum ambientem, nucleo intus albo repletum.

In inſula *Barbados* ubique.

P. 1532. Ad Cap. de Myrobalano ſpeciem 7mam ad.

Arbor hæc Myrobalanus folio Fraxini alato, fructu luteo, oſſiculo magno fibroſo *D. Sloane* in *Cat. Jamaic.* dicitur. Arbor Indica Juglandi ſimilis 5ta ſeu Hobos *C. B.* An Ogegha *Pigafet? J. B.* & aliorum? Yellow Plums *Jamaicenſibus.*

Hujus deſcriptionem plenam & accuratam brevi, uti ſpero, nobis exhibebit *D. Sloane* in Hiſtoria Stirpium *Jamaicenſium.*

Myrobalani ad Prunos referendæ ſunt.

Quæ habet *D. Plukenet* de Myrobalanis in *Mantiſſa* ad *Almageſtum* pag. 132, 133. apud ipſum vide.

Tauneckia *Malab. Pet. Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 844. Myrobalanus Bellerica *Officinarum. D. Brown* obſervavit,

Ad 8 aut 10 pedum altitudinem aſſurgit hæc Arbor, trunci diametro 6 aut 7 unciarum. Figura & deſcriptio *Tuni* H. M. vol. 4. Tab. 10. p. 23. huic arbori ſatis bene convenire videtur.

22. Myrobalanus minor, folio Fraxini alato, fructu purpureo, oſſiculo magno fibroſo *Slon. Cat. Jamaic.* Prunes d'Ieaque *Roche.* Plums.

D. *Sloane.*

Arbor hæc non ultra 10 pedes in altum aſſurgit, crus humanum craſſitudine adæquans, recta, cortice incano obvoluta. Veris initio, poſtquam per aliquot menſes foliis nuda perſtiterit, *Flores* nonnulli præparvi, pentapetali, *ſtaminibus* luteis, è virgarum nudarum extremis & lateribus erumpunt, plures interdum ſimul in eodem pediculo, quorum unicuique in eiſdem ramulis nondum folioſis ſuccedit Fructus ovatus, glaber, pollicis magnitudine, primò viridis, deinde purpureus, per maturitatem ſapore ſubdulci non injucundo. Pulpa fructûs reſpectu pauca, oſſiculum grande, filamentis quibuſdam fibroſis obtectum. Folia poſtquam fructus maturuit exeunt, prope ſurculos extremos multa, alata: Pinnæ, mediæ coſtæ adnexæ, unciam longæ ſunt, mediâque latiſſima parte ſemunciam circiter latæ, colore viridi claro. Coſta media in folium impar deſinit.

Aprili & Maio menſibus Fructus matureſcit.

Ramis avulſis ſeu taleis ſeruntur, quemadmodum Nuces purgatrices, ad ſepes efficiendas; citò enim creſcunt, ſeu celeris auctûs ſunt, fructumque dulcem & hominibus eſculentum proferunt, quin & jumenta & omne genus pecudes eo libenter veſcuntur.

Fructu per maturitatem tranſverſim diſſecto, multi in ejus pulpa cernuntur vermiculi, unde comedentibus lumbricos generare & tormina ventris excitare creduntur.

In *Jamaicæ* inſulæ ſepibus ubique reperitur.

23. Myrobalanus *Curaſſavica* ſpinoſa, *Tacca* vulgo *P. E. P.*

Folia fert ſubincana, alata ſeu pinnata; *ſpinas* albas prælongas, materiem duriſſimam candidam; *flores* papilionaceos luteos, *fructum* Pruni inſtar dulcem.

24. Myrobalanus folio Fraxini alato, fructu luteo, oſſiculo magno fibroſo *Slon.* Cat Jam. p. 181.

P. 1530. Pruniferis adjiciendæ.

25. Pruno Sebeſtenæ ſimilis *Americana P. B. P.* 374. Fortè Tezcapatli *Novæ Hiſpan. Terentii* apud *Recchum* p. 413. Fortè etiam Tsjem-tani *H. M.* P. 4. T. 11.

26. Prunus ſylveſtris, cortice albicante, punctatis foliis, *Americana*, White Plum *Barbadenſibus* dicta *Pluk. Phyt.* T. 216. F. 8.

27. Prunus ſylv. *Virginiana*, fructu luteo-rubente, rotundo, oſſiculo lato & compreſſo *Pluk. Phyt.* T. 216. F. 7. ubi Synonyma vide.

28. Prunus *Jamaicenſis* fructu rubro, cujus ante maturitatem, folia non promit, *Pluk. Almag. Bot.* An Arbor ſine foliis *C. B?*

29. Prunus ſylveſtris inſulæ *Barbados*, Myrtifolia, fructu acerbo & ingrato ſapore *Pluk. Phytogr.* T. 217. F. 1. An Pruno cereo ſimilis Fructus *Africanus C. B.* 444.

30. Prunifera Fago ſimilis arbor, Gummi *Elemi* fundens, fructu figurâ & magnitudine olivæ, ex inſula *Barbad. Pluk. Phyt.* T. 217. F. 4. An *Icicariba Braſilienſium Piſonis?* In hujus oſſiculo Veneris immunda verenda à Naturæ penicillo figurantur.

31. Prunifera arbor ſeu Nuci-prunifera, folio dodrantali longitudine, lævi mollitie prædito, *Barbadenſibus Bull-bay* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 218. F. 1. Synonyma hîc vide.

32. Prunifera ſeu Nuci-prunifera arbor *Americana*, Lauri ſubrotundis denſioribus foliis, apicibus tantum mucronatis, Damaſcene-tree. *Barbadenſibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 217. F. 1.

33. Prunifera arbor *Maderaſpatana*, Mali *Perſicæ* foliis rugoſis *Pluk. Almag. Bot.* T. 312. F. 2. *Anninchil* & aliquando *Hoeligo Hottentottorum C. Bæ. Spei.*
34. Prunifera arbor *Americana*, nucleo oſſeo ſcaphoide prægrandi *Pluk. Almag. Bot.* An *Guitiiba*, cujus fructus *Guiticoroya* dicitur *Piſon.* & *Marcgrav.*
35. Prunus *Curaſſavica Macaxa* dicta, an Macaxocotlifera *Hernandez. P. B. P.*

P. 1536. Ad Cap. De Jujuba ſeu Zizypho.

1. Jujube *Americana* ſpinoſa, Loti arboris foliis & facie, fructu rotundo, parvo, dulci *Cat. Hort. Beaum.* Leguanaria vulgo *Commelin. Cat. Amſt. rar.*

Commelin. Locus hujus natalis eſt *Curacao* & Inſulæ circumjacentes, ubi fructus à Belgis incolis *Leguaan Beſien* appellantur; propterea quòd Animalia Quadrupedia, *Iguanæ* dicta, horum fructuum gratiſſima & dulci pulpa nucleum ambiente admodum delectantur. Ex hiſce fructibus rotundis, officulo tereti, nucleóque albicante præditis, mihi natæ ſunt variæ arbuſculæ, è quarum radicibus ligneis, longè latéque per ſolum diſperſis *caudices* attolluntur tripedales, ſpinis plerunque bicompoſitis horridi, & in ramos itidem ſpinoſos diſtributi: horum lignum durum, cortice cinereo amictum. Ad exortum horum rigentium aculeorum *folia* prodeunt ordine alterno inſidentia, pediculis brevioribus fulta, parte ſuperiore ſatura viriditate prædita, inferna parte terram ſpectante dilutiore virore perfuſa, 3 fere uncias longa, ſeſcunciam circiter lata, mucronata, non decidua, ſerrata, Loti arboris foliorum ſubæmula ſapore herbaceo.
Tenera eſt planta.

2. Jujubæ ſpecies *Indiana*, Surecchedde *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.* Eadem fortè cum præcedente, i. e. Jujuba *Indica* ſpinoſa folio & fructu longiore *Almag. Bot.*
3. Jujuba *Indica* Coryli folio ſpinoſa, fructu minori rubro *Pluk. Mantiſſ.* Eadem eſt cum Frutice *Biſnagarico* ſpinoſo, Coryli foliis denſis, ſpinis brevioribus craſſis *Pluk. Phytogr.* Tab. 29. F. 7.
4. Zizyphus *Zeylanica* argentea, Mali cotoneæ folio; Wælæmbilla Indigenis *Herman.* Folio in ſpecimine ſicco nobis à D. *Sherard* exhibito ſubtus præcipuè argentea erant, ſupernè ſublutea, lituris linearibus atro-rubentibus notata, per margines æqualia. *Flores* cum fructibus quibus inſident, è foliorum alis exeunt, in pediculis mediæ longitudinis, argenteo exteriùs colore, dum adhuc in gemma ſunt. *Fructus oblongus, ſulcatus, argenteus, nucleum includens ſubruffum, molliculum; pellicula nucleum involvens viſcoſo humore pauco madet. D. Sherard.*
5. Zizyphus *Africana* ſpinis validiſſimis armata. *Oldenl. Herman.* Fructus ſunt oblongi, depreſſi, Zizyphi magnitudine, ſaporis ſubdulcis & oleoſi, Folia conjugata. Caudex ſpinis armatur, quibus ramuli teneriores carent. Junio ſemen perficit.
6. Jujuba *Madraſpat.* ſpinoſa, foliis ſubtus ferrugineis D. *Petiver Act. Philoſ. Lond.* N. 274. p. 941. Yellenda-Maraum. *Malab.*

Ad 28 aut 30 pedum altitudinem aſſurgit, trunco 8 aut 10 digit. diametro. Hæc eſt arbor in qua Formicæ Laccam conficere creduntur.
Vires. Radicis, corticis aut foliorum decoctum ventris tormina lenit & fluxus omnes ſiſtit. Vid. Synon. conjecturalia loco citato.

7. Jujuba Eremitana ſpinoſa, folio maximo rigido *Petiver Act. Philoſ. Lond.* loco citato Collar-Yellendee *Malab.*

Maſanas ſeu *Ber* ſpecies eſt, verùm minima, ut quæ Frutex humilis ſit. Folia urinam ſiſtunt. Indigenæ cum oryza tuſam comedunt.

8. Zizyphus argentea, folio anguſtiore & longiore D. *Sherard.* Arbor *Jafnapatenſis* ex ſemine nata in Hort. D. *Blockiæ*, ſub nomine *Chuamandi.*
9. Jujubæ ſimilis Arbor *Maſcatenſis* non ſpinoſa, fructu rotundo, ex *Arabia* felice *Pluk. Almag. Bot.* Oenoplia fortè non ſpinoſa *C. B. Pluk.* T. 312. F. 3. hujus icon habetur.
10. Jujuba *Indica* ſpinoſa, folio & fructu longiori *Pluk. Almag. Bot.* Prunus *Zeylanica* ſpinoſa folio longiore *P. B. P.*
11. Jujuba *Indica* ſpinoſa folio & fructu rotundo *Pluk. Almag. Bot.* Prunus *Zeylanica* ſpinoſa, folio rotundo majori *P. B. P. Ilanda Zeylanenſibus* dicta.
12. Jujuba ſeu Zizyphus *Zeylanica* rotundifolia crenata minor, foliis ſubtus lanuginoſis *Pluk. Phyt.* T. 197. F. 2. Jujuba *Indica* rotundifolia ſpinoſa, foliis minoribus, magis viridibus *Breyn.* Prod. 2. Prunus ſpinoſa *Zeylanica*, folio rotundo minori *P. B. P.*
13. Jujuba ſeu Zizyphus *Africana*, mucronatis foliis, ſpinâ gemellâ *Pluk. Phyt.* T. 197. F. 3. An Leguanaria arbor *Arabica* ſpinoſa, foliis & facie Loti arboris *P. B. P?*
Inter pruniferas ſuperius extra locum ſuum collocatur.

P. 1536. Ad Cap. de Corno mare.

1. Cornus mas *Virginiana*, floſculis in corymbos digeſtis, à perianthio tetrapetalo albo radiatim cinctis *Pluk. Almag. Bot.*

2. Cor-

2. Cornus mas *Virginiana*, floſculis plurimis albidis, ex involucro tetrapetalo rubro erumpentibus D. *Baniſter Pluk. Phytogr.* T. 26. F. 3. Hanc è *Marilandia* nacti ſumus à D. *Petiver* communicatam. Eandem ibidem invenerunt D. *Vernon* & D. *Krieg.*

Cæterùm *Cornus mas* fructum habet umbilicatum. Flos ſc. ſummo fructui inſidet. Quocirca hinc ad *Pruniferas umbilicatas* transferenda eſt.

3. Cornus mas *Marilandica* folio breviore, floſculorum involucro quadrifolio majore, teſſellato, carneo.

Hanc habemus inter collectaneas tum D. *Krieg*, tum D. *Vernon.*

P. 1540. Ad Cap. de Ceraſo.

1. Ceraſus *Curaſſavica* fructu tetrapyreno. *Scinmeraka* Curaſs. *P. B. P.* Cer. *Jamaicenſis* fructu tetrapyreno. *Hort. Amſt. rar.*

Arbuſcula iſthæc, ſemine enato, excrevit nobis ad duorum pedum altitudinem, caudice duro, cortice griſeo tecto, in varios ramos brachiato.

Rami obſequioſi, *foliis* veſtiti ad intervalla ex adverſo binis, Clematides Daphnoidis ſimilibus, oblongo-rotundis, rigidiuſculis mucronatis, breviſſimis pediculis ramulis appenſis, nervo utrâque parte maximè conſpicuo præditis, ſupernè ſaturata viriditate nitentibus, infernè autem dilutiore, ſapore fatuo, nonnihil glutinoſo imbutis.

Fructum hujus arbuſculæ vix edulem, & auſtero-acidum eſſe experti ſumus. Eſt a. 4drangulus, ſulcatus, Avellanâ minor, in 4 partes dehiſcens, in quibus ſingulis ſunt 4 nuclei. Teguntur capſulæ cuticulâ carnoſâ, eduli, acido, dulci.

Creſcit ubertim in inſula *Barbados* dicta (inquit D. *Ruyſch*) indéque ſemina in *Belgium* ſunt tranſvecta. Eſt & indigena inſulæ *Curacao*, indéque in *Surinamam* modò demigravit.

2. Ceraſa *Hottentottorum* ſeu Licium *Africanum* fructu Ceraſi rubro *P. B. P.* 349. Item Rhamnus *Africana* Ceraſi fructu *Ejuſd. Pluk. Phyt.* T. 82. F. 5. Folia craſſa ſunt & ſubrotunda per margines æqualia ſatis ampla.
3. Cer. Sebeſtenæ domeſticæ foliis aliquatenus accedens, *Prom. B. Sp. Pluk Phytogr.* T. 97. F. 8. Lycium *Africanum* Betulæ folio *B. P. B.*
4. Cer. *Americana*, Myrti conjugatis foliis, fructu acerbo tetrapyreno *Pluk. Phytogr.* T. 157. F. 4. Sowre Cherry *Barbadenſibus* dicta. Eſt eadem cum prima ſpecie.
5. Cer. *Africana*, fructu rubro multiplici, folio longiori anguſto *Pluk. Phyt.* T. 158. F. 3. Fortè Cambui ſeu Myrtus *Americana* Sylv. altera *Piſon.* l. 3. c. 30.
6. Cer. racemoſa, foliis Amygdalinis *Americana Pluk. Phytogr.* T. 158. F. 4. Copalin ſeu Ceraſus dulcis *Indica Hernand.* p. 95.
7. Ceraſus *Canarienſis* mucronato Lauri anguſtiore folio, fructu fragiformi, monopyreno: Fortè *Morococks* Virginienſium *Ogilvii* v. Arbutus *Pluk. Almag. Bot.*
8. Ceraſus *Americana* ſeu de *Baccalaos.* The Newfound-land Cherry-tree *Park.* Th. 1518.
9. Ceraſus *Barbadenſis* pumila, in Ericetis arenariis proveniens. The Sandy-heath Cherry dicta *Pluk. Almag. Bot.*
10. Ceraſus *Indiæ Orientalis*, fragiformis, grandiori fructu, officulo ferè orbiculari, compreſſiuſculo, molli hirſutie villoſo *Pluk. Mantiſſ.*
11. Ceraſi fructu Arbor *Zeylanica* ægoceratos, cortice coſtum olente *Herman.*

Hæc arbor inſigni nota ab aliis omnibus nobis cognitis facilè diſtinguitur, quod infra ſurculos floriferos duo habeat cornicula tenuia deorſum reflexa & revoluta inſtar cornuum arietinorum.

12. Ceraſo affinis arbor baccifera, racemoſa, flore albo pentapetalo, fructu flavo monopyreno eduli dulci *Slon. Cat. Jamaic.* Baſtard Cherry-tree.

D. *Sloane.*

Plurimis *radicibus* longis, in terræ ſuperficie quaquaverſum diffuſis fundatur. *Truncus* exinde emergens 30 pedes altitudinis aſſequitur, cortice fuſco obſcuro tectus, fulcis aliquot exarato, rectus, Pyri noſtratis magnitudine, verſùs faſtigium in ramos aliquammultos ductus, *foliis* cinctos amplis, integris, glabris, ovalibus, obſcurè viridibus, $2\frac{1}{2}$ uncias longis, mediâque latiſſima parte unciam latis. *Flores* è ſurculis extremis exeunt, plures ſimul, pediculis incurvis tenuibus inhærentes, albi, pentapetali, ſambucinis ſimiles. *Baccæ* ſubſequentes rotundæ ſunt Piſi campeſtris magnitudine ferè, flavi ad Aurantiacum colorem vergentes, ſub dulci farinacea pulpa officulum ſimplex parvum ſingulæ continentes.

In ſylvis campeſtribus prope urbem S. *Jago de la Vega* ubique reperitur.

13. Ceraſus *Africana*, fructu racemoſo eduli, foliis Lauri latis D. *Sherard.* Fructus ab avibus & cercopithecis comeduntur, Julio matureſcunt: lignum ferri duritie. *Oldenland.* Folia Laurinis breviora & latiora ſunt.
14. Ceraſo affinis arbor baccifera racemoſa, flore pentapetalo herbaceo guttato, fructu coccineo monopyreno viſcido, ſemine rugoſo *Slon. Cat. Jamaic.* Ceraſa *Americana*, rugoſis, foliis fructu viſcoſo *Pluk. Phyt.* T. 158. F. 1. Clammy Cherries.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Recto, individuo *trunco* assurgit, corporis humani crassitudine, cortice propemodum glabro, luteo investito, ad 50 pedum altitudinem, propè verticem ramos quaquaversum diffundens, in surculos *foliis* obsitos nullo ordine positis, nullis ferè pediculis intervenientibus adnatis, 6 unc. longis, 2 ferè latis media latissima parte, dilutè viridibus, divisos. Arbores hujus generis circa finem Decembris folia amittunt. Februario sequenti *Flores* è virgis extremis adhuc nudis egrediuntur, multi simul, pediculis brevibus insidentes, coloris luteo-viridis seu herbacei, maculis fuscis punctati, pentapetali, petalis retrorsum reflexis. Explicitis aliquandiu floribus prodeunt folia mox descripta, unà cum *fructu*, sphæricæ figuræ, Pisi parvi magnitudine, colore coccineo eleganti, in pulpa seu carne tenui viscosa, unicum tessellatum rugosum album officulum continente, multas parvas valleculas seu cavitates in superficie sua globosa ostendente.

Cum priore.

Gallinæ *Guineenses* hujus arboris baccis saginantur.

15. Ceraso affinis arbor, bacciſera racemosa, fructu cœruleo, monopyreno, testiculato *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Multis exoritur *caudicibus*, cruris humani crassitudine, 30 pedes altis, ramis hic illic deorsum dependentibus, cortice propemodum glabro, canescente tectis, extremis virgis *foliis* pluribus obsitis, ex adverso binis, in semuncialibus pediculis, 4 unc. longis, sesquinciam latis, media sc. latissima parte. A principio etenim angusto ad medium usque paulatim dilatantur, exinde ad extremum sensim in punctum contrahuntur; tenuia sunt, glabra, obscurè admodum viridia, nervo insigniore media percurrente & transversos aliquot minores obiter emittente. Pro fructu *baccæ* sunt in racemum aut umbellam digestæ, pediculis 3 uncias longis, viridibus ramosis insidentes binæ simul, arctè sibi invicem adhærentes ceu conjunctæ essent, & velut testiculatæ. Colore sunt obscurè cœruleo, & in tenui pulpa officulum parvum, prædurum, propemodum rotundum continent.

In collibus sylvosis, *Red-hills* dictis, prope agros D. *Cope*, crescentem & fructus ferentem observavit D. *Sloane.*

16. Ceraso fortè affinis, Arbor racemosa, foliis Laurinis, ex adverso nascentibus, subtus albicantibus flore pentapetaloide *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arboris hujus, præcedenti simillimæ si non eadem fuerit, cortex albus est, striatus, glaber, cui subest lignum album, solidum. Prope ramulos extremos *folia* exeunt, bina sibi mutuò opposita, ad semuncialia plus minus intervalla, pediculis ½ unc. longis innixa, ipsa 3 circiter uncias longa, media latissima parte sesquinciam latitudine, inde ad utrumque extremum sensim decrescente, costâ media percurrente, & nervos transversos obiter emittente, firmata, glabra, supernè obscurè viridia, subtus albicantia. Summis ramis *Flores* insident agminatim velut in fasciculos congesti, pediculis ramosis fulti, parvi, in 5 segmenta divisi, *staminibus* multis medium occupantibus.

In insulæ *Jamaicæ* sylvis collegi.

17. Ceraso similis arbuscula *Mariana*, Padi folio, flore albo parvo racemoso *Pluk. Mantiss.*

Folia, in ramulo à D. *Sloane* ad me missо, Pruni: Spica palmaris aut longior, è *flosculis* plurimis confertis, albis, pentapetalis, calice quinquepartito canescente exceptis, *staminulis* & *apicibus* intus luteis, compositi. Folia figurâ suâ (ut dixi) ad Prunum accedunt, glabra, circum oras argutiùs serrata, acuminata, pediculis brevibus alternatim adnata. E *Marilandia* attulit D. *Vernon.*

Lotodendron *Madraspatanum* folio longiore pubescente *Mus. Pet.* 656. An Mallam Toddali *H. M.* Maula-poo *Malab.*

Folia & flores canescunt, & cum icone H. M. Vol. 4. Tab. 40. P. 83. conveniunt. Fructus calice exceptus Piso nonnihil major est, asper & pilosus, summitate depressa cum parvo apice in centro. Quatuor sulcorum vestigia ostendit, quorum singula interstitia singulos nucleos continent.

Elæagnus Americana Vaccinii nigri folio perforato *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 274. P. 940 *Cariwaopallez Malab.*

Quatuor aut quinque pedes alta est, virgis digitum aut sesquidigitum crassis. Ad bilem corrigendam, vomitumque aut diarrhœam sistendum valet decoctum foliorum ejus aut viticularum mane & vesperi sumptum. Indigenæ in intinctibus utuntur.

P. 1546. Ad Cap. de Olea, adjiciend.

1. Olea ſylveſtris *Africana*, foliis anguſtis acutis, Pylhout dicta, ex cujus ligno ſagittas conficiunt. *D. Sherard. Folia* in ramis valde crebra & conferta ſunt, à duabus ad tres uncias longa, ſemunciam lata.
2. Olea humilis *Africana* lucida *P. B. P.*
3. Olea ſylveſtris ſeu *Æthiopica*, foliis longioribus, utrinque virentibus *Pluk. Almag. Bot.* ſylv. *Æthiopica Park.* Th.
4. Olea Laurino folio *Portoricenſis*, ſummo margine crenato *Pluk. Phytogr.* T. 206. F. 6. Amygdali *Braſiliani* nomine à Clariſs. *Hermanno* aliquando accepta fuit.
5. Olea ſylveſtris argenteo folio *Zeylanica*, *Pluk. Almag. Bot.* Zizyphus argentea *Zeylanica* ſpinis carens, *Walæmbilla* Zeylanenſibus dicta *P. B. P.* vide deſcriptionem ſupra, inter Zizyphos.
6. Olea ſylv. *Barbadenſium*, folio anguſto pingui, leviter crenato *Pluk. Phyt.* T. 209. F. 3. Hujus arbor gummi inſtar *Elemi*, ut audio, fundit. *Pluk.* Folia huic in ramis crebra, palmam longa, unciam lata, acuminata, in ramulo à D. *Sherard* ad me tranſmiſſo minimè, quantum quidem ego diſcernere potui, crenata. Foliis majoribus minora quædam intermixta ſunt.
7. Olea folia *Curaſſavica* incana *P. B. P.*
8. Olea *Africana*, Nerii facie, foliis longiſſimis, an fortè Aſpalathus albicans, torulo citreo *C. B.* 392? *Rhodium* lignum quibuſdam Agallochum, Olea *Æthiopica*, ut videtur *Cordo* in *Dioſc.*

Oliva viridis ſalita clavis pedum impoſita ſeu tuſa ſeu integra, eos leniter corrodit, & radicem extrahit aliquandiu uſurpata. *Boccon. Obſervat. Cat.* 129. *Vires.*

Azadirachta *Indica*, foliis ramoſis minoribus, flore albo ſubcæruleo purpuraſcente majore *Breyn. Prod.* 2. *Commelin. Hort. Amſt. rar.* Azedarach. floribus albis ſemper virens *Hort. Leyd.* App.

Commelin.

Radice alitur longè lateque per ſolum diſperſa, numeroſis fibris capillata. Cortice caudex fuſco, rami autem vireſcente teguntur. *Folia* ad inſtar Fraxini ampla, ramoſa, ex multis foliolis ſibi mutuò ad coſtam reſpondentibus, impari ſemper alam claudente, adverſa parte obſcuriùs vireſcentibus, averſa autem dilutiore virore præditis, compoſita, profundè ſerrata, anguſta, ſeſcunciam longa, mucronata. *Flores* odorati, tetrapetali aut pentapetali in ramulorum extremis, necnon è foliorum alis enaſcentes, plures congregatim proveniunt, communi & longiori pediculo ſuffulti; ſinguli a. brevioribus pedicellis adnati, coloris ſunt ex albido cærulei, purpurâ permixti. Ex horum medio *ſtylus* emergit tubuloſus, purpureus, oblongus. *Fructus* viridi teguntur cuticula, ſuntque oſſei, anguloſi, oblongo-rotundi, olivæ minori ſimiles, colore griſeo, quorum ſinguli quaterna ut plurimum *ſemina* oblonga nigra continent.

Locus natalis *Ceylona*.

Qui è mediò florum è 5 petalis extrorſum nonnihil reflexis compoſitorum emergit tubulus, in ſui extremo dirimitur, in 16, 18, imò 20 lacinias minutiſſimas trepani in modum, ſub quibus laciniis è tubuli extremo interiore 10 ſtaminula brevia, luteola oriuntur. *Stylus* a. craſſiuſculus, è tubi fundo emergit, & tubi fundamento innititur,

P. 1550. Ad Cap. de Mangas.

Mango ſylveſtris *Madraſpatana*, fructu Ceraſi *Muſ. Pet.* 659. Chaut-maun-chedde *Malabarenſibus Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. cujus etiam mentio fit *Act. Philoſoph.* N. 264. p. 581.

Ad 12 aut 14 pedum altitudinem, humani cruris craſſitiem excreſcit. Fructus acidus eſt, Avellanæ nucis magnitudine. Decoctum radicis, corticis, foliorum, florum & fructuum, aut ſucci expreſſi cochlearia tria, manè & veſperi ſumpta urinæ acrimoniam leniunt, & gonorrhœam ſiſtunt.

D. Petiver inter *Mango ſylveſtrem* Madraſpat. *fructu* Ceraſi *Muſ. Pet.* 659. & *Chaut-maun-chedde* Malabar. ſe nullum in flore, fructu aut foliis differentiam obſervare potuiſſe ſcribit. *D. Plukenet* tamen *Mantiſſæ* 125. eas diſtinguit. Priori Manghæ ſylveſtris, anguſtis foliis, nitore lucentibus nomen imponit, *Maruttan-chedde* Malabarenſibus dici, & Theam Indorum ſapore ſimulare ait; alteri Manghæ ſylveſtris alterius, anguſtis denſioribus foliis Indiæ Orientalis, Caut-maun-chedde *Malabarorum* titulum donat.

P. 1558. Ad Cap. 29. Katou-mail-elou.

Huc refert ſed dubitanter D. *Petiver* Cocciferam *Madraſpat.* racemoſam *Urucu* folio molli flaveſcente, quam D. *Sam. Brown Punnunga Narree Malab.* nomine ex *India* miſit, corticéſque tum radicis tum trunci ad colicam & ventris tormina utilem eſſe ſcripſit. v. *Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 847.

P. 1562. pl. 5. add.

Arbor Cannalifera Indica, cortice acerrimo viſcido, ſeu mucilaginoſo, quæ Caſſia lignea offic. *Breyn. pr.* 2. Caſſia ligna fuſca, aromatica *C. B. P.* à Caſſia Cinamomea ſeu Cinamomo vero Zeylanico, facie nihil omninò differre, ſed tantum corticis ſapore, & aliquando craſſitie mihi affirmavit Cl. *Hermannus*, cui potior habenda fides. Hinc duæ priores ſpecies à *Breynio* pro diverſis ſpeciebus propoſitæ, tantum varietates dicendæ ſunt. D. *Sherard.*

P. 1558. Ad Cap. de Nirouri.

Nirouri *Salawaccenſis* minor Abrus folio *D. Petiver Act. Philoſ.* N. 276. pl. 182. *Keela-nellee* Malab. Quærit annon ſit, Fruticulus capſularis hexapetalos, Caſſiæ poetarum foliis brevioribus, ſubrotundis & denſiùs ſtipatis *Pluk. Phyt.* T. 182. F. 5. Item Kirganeli *H. M.* V. 10. Tab. 15. p. 29. Viti Idææ affinis, flore hexapetalo ex albicante *Commel.* notis in *H. M.*

Tota planta commolita & in pilulas efformatas (ſi duæ, tréſve mane & veſperi ſumantur) icterum & febres ſanat: cum lacte pota gonorrhœæ medetur.

Niruri vel Nir-Pulla H. M. P. 10. T. 27. Frutex Indicus, foliis oblongo-rotundis, alternatim poſitis, floribus hexapetalis in prælongis pediculis, fructu rotundo, ſex ſemina continente.

Arenoſa amat & ripas fluviorum, trium 4ve plus minus cubitorum. *Stipes* pollicem craſſus: *Rami* ſurculique graciles, cortice ſpadiceo [teneriores viridi] duri lignoſi. *Folia* in duabus proveniunt ſeriebus, oblongo-rotunda, tenuia, mollia, leniſſima, viroris ſuperné ſaturi, ſubtus hyalini ſurdi ſeu cinerei. *Flores* in tenuiſſimis miniato-purpureo-rubris petiolis vel ſolitarii, vel bini proveniunt, ſuntque parvi hexapetali cuſpidati, albicantes, venula in medio viridi ſtriati, in meditullio globulo viridi 6 venulis ſtriato præditi, odoris expertes.

Fructus globuli ſunt plano-rotundi, ac velut granulati, virides, florum foliis ſuccincti, in vertice ſtellula q. ſexcuſpidata dotati. *Semina* in illis ſex intra corticem continentur cartilaginoſum trilatera, exteriori convexo, duobus, ſpadiceo-nigra & nitentia.

Vires. Singulæ partes cum *Pipere longo* & *Cumino* in aqua decoctæ Catarrhoſæ adverſantur tuſſi & febribus eam comitantibus. *Folia* vel *Radix* in aqua Oryzæ ad Cataplaſmatis conſiſtentiam reducta tumores œdematoſos imminuunt. *Radix* trita & cum lacte vaccino, butyro recenti ac melle in Epithema confecta ac lateri affecto applicata, pleuritidi medetur: ejuſdem *cortex* vel etiam ipſa radix foliáve in ebutyrato lacte cocta phlegmata eliciunt. Ex eodem cortice in oleo decocto linimentum adaptatur antiœdematoſum, admixto ſale in aqua Oryzæ apozema exhibet antipleuriticum.

P. 1552. Ad Cap. de Perſea adde Synonyma ſeqq. è Cat. Jamaic. D. *Sloane* deſumpta.

Prunifera arbor fructu maximo Pyriformi viridi, pericarpio eſculento butyraceo, nucleum unicum maximum nullo officulo tectum, cingente. *Slon. Cat. Jamaic.* The Avocado or Allegator Pear. Agnacat *Scaligeri* exercit. 175. Ahua quauhuitl, ſeu Arbor querciformis, butyraceo fructu *Hernandez.* Pyri facie Agnacat *J. B.* Pyro ſimilis fructus in nova *Hiſpania*, nucleo magno *C. B.* pin. 439. Pomum *Nicaraguæ* Pyri ſpecie *Benzo Lugd. Cluſ. Nicaraguæ* pomum nuce rotunda *J. B.* T. p. 169.

D. Sloane.

Caudice corpus humanum medium craſſo, cortice caneſcente cinereo obducto, ſulcis profundis exarato ad 20 aut 30 pedum altitudinem exſilit. Ramorum extrema multis ambiuntur *foliis*, nullo ordine poſitis, in lateſcentibus uncialibus pediculis, 3 uncias longis, mediáque latiſſima parte ſeſcunciam latis, valdè glabris, coloris obſcurè viridis cum lutei tinctura, coſta media, è lateralibus aliquot nervis tranſverſis firmatis & nutritis. Inter folia exit pediculus brevis ſemuncialis, cui prope exortum petiolis perbrevibus adhæreat. *Flores* luteo-virides, quibus ſuccedit *Fructus* pyriformis utriuſque pugni magnitudine, externè viridis, cute lævi, pulpâ ſubtus unciam craſſa, viridi, molli, & ferè inſipida, valde nutritiva, nucleum continente magnum, nudum, nuce Juglande majorem, ſuperficie multis tuberculis & ſulcis inæquali, in duos magnos lobos dividua, inter quæ gemma ſeu corculum, ut vocant, latitat.

In *Jamaicæ* inſulæ agris & hortis ubique provenit.

P. 1563. Ad Cap. de Cinnamomo.

1. Cinnamomum ſeu Canella Peruana *C. B.* eadem arbor eſt cum canella alba *offic.* Arbor baccifera laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemoſo D. *Sloane* dicta.
2. Caſſia Cinnamomea Myrrhæ odore, folio trinervi, ſubtus cæſio, *Nicadawula* Cingalenſibus dicta *Pluk. Almag. Bot. Zeylanica* ſylv. cortice Myrrham redolente D. *Herman.*
3. Caſſia Cinnamomea, ſeu Cinnamomum ſylveſtre *Barbadenſium*, Arbor baccifera, fructu caliculato tetrapyreno, folio enervi *Pluk. Phytogr.* T. 160. F. 7. Canella *Peruana* fortè. Ex ſententia D. *Sloane* nihil aliud eſt quàm *Canella alba.*
4. Caſſia Cinnamomea ſylv. *Javanica*, rhomboide folio parvo, fructu calycúlato *Pluk. Almag. Bot.* Arbor baccifera Orientalis, fructu calyculato, folio rhomboide *Ejuſd. Phytogr.* T. 13. F. 3. Caſſia cinnamomea ſeu Canella do mato *Linſchoten.*

5. Cin-

5. Cinnamomum ex *Philippinis*, *Cililawan*, Cortex Caryophylloides *Rumphii*. D. *Herman.*

Folia longiora sunt & angustiora quàm Cinnamomi veri seu *Zeylanici*. D. *Sherard.*

6. Cassia sylvestris *Americana*, siliquâ subrotundâ crassâ, uncialem longitudinem vix excedente, ex Insula *Barbados* ad nos allata. *Pluk. Mantiss.*
7. Arbor Canellifera *Javanica*, cujus cortex fortè Macer *Javanis Breyn. fascic.* à clariss. *Cleyero* ex *India* dono missa.
8. Arbor canellifera *India*, cortice acerrimo, viscido seu mucilaginoso, qui Cassia lignea officinarum *Breyn.* Prod. 2. Cassia lignea fusca aromatica *C. B.* Hanc arborem revera distinctam esse ab utravis Canellæ *Malabaricæ* specie ramulus à Clariss. *D. Breynio* ad *D. Petiver* missus mihi satisfecit.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS OCTAVUS.

De Arboribus Bacciferis, & primo De Monopyrenis,

Baccifera albor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoso, esculento, subrotundo, monopyreno, pallidè luteo *Slon. Cat. Jamaic.* **The Bastard Locust-tree.** D. *Sloane.*

TRunco est admodum crasso, cortice glabro lutescente tecto, ramis quaquaversum in orbem sparsis, versus summitates suas *foliis* cinctis, pediculis ¼ unciæ longis insidentibus, ipsis 5 uncias longis, latitudine longitudinis dimidia, (media sc. part) in punctum desinentibus, colore obscurè viridi, superficie lævi. *Fructus* in extremis virgis proveniunt in surculo seu funiculo communi plures, suntque glabræ, virides, subrotundæ *baccæ*, Pisis majores, petiolis semuncialibus surculo adnexæ ex inferiore ejus latere, calice fusco quinquefolio coronatæ. Pulpa dulcis, alba, farinacea, officulum includit durum, fuscum, grano Piperis non majus, eique valdè simile.

In pratis loci *Liguanee* dicti reperitur.

Fructus maturi *Augusto* mense ab arboribus decidunt, sub quibus colliguntur & venum asportantur pro mensis secundis instruendis.

Baccifera arbor calyculata, foliis integris oblongis acuminatis, fructu rufescente *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Multos emittit hæc arbor ramos, lignosos, incurvos, cortice pallidiùs fuscescente, glabro cinctos, ligno albo. Surculorum extrema occupant *Folia* multa, pediculis ¼ unciæ longis insidentia, ipsa sescunciam longa, mediâque latissima parte unciam lata, utraque extremitate angusta, quavis interdum in obtusum & subrotundum apicem desinunt, glabra, per margines æqualia, absque ullis incisuris. In summis virgis proveniunt *baccæ*, parvæ, subrotundæ, angulosæ, plures simul, Sambucinis majores, & Piperis granis æquales, quadrantem unciæ longo petiolo incumbentes, in calicem parvum terminato, baccæ uniuscujusque basin amplectente. *Baccæ* autem colore sunt rubescente, pulpâ exiguâ, *semina* plura, parva, figuræ irregularis, vinaceis similia, continentes.

In Septentrionalibus insulæ *Jamaicæ* invenitur.

P. 1572. Ad Cap. De Catou-Patsjotti.

Frutex à D. S. *Brown* missus titulo *Tirnama-Pollee* Malabar. *Katou-Patsjotti H. M.* persimilis est, inquit D. *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 271. P. 845. cui *Patsjotti Zeilanica Lauro-cerasi folio leviter serrato* inscribitur. Qu. An Arbor *Africana* subrotundo folio, margine denticulis acutis asperato, floribus pentapetalis, atro-purpureis *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 263. Fig. 1 & 2?

Radix, cortex, & folia, vel in pulvere, vel in decocto sumpta, Febres hecticas, seu (ut vulgus loquitur) febres ossibus inhærentes sanant.

Ad 8 aut 9 pedum altitudinem assurgit, caudice brachium humanum crasso. Flores sublutei videntur.

Plant. 136. pag. 858. *Paule-maraum Malal. Patsjotti Zeylanica, Lauro-cerasi folio leviter serrato* præcedenti eadem est.

Arbor baccifera, laurifolia, fructu corallino, Ribium instar racemoso, calyculato, venenato *Sloan. Cat. Jamaic.* Currans tree.

D. *Sloane.*

Rosa isthæc arborea ad 15 præterpropter pedum altitudinem enititur, trunco semur humanum crasso, simplici & indiviso ad fastigium prope, ubi ramos fundit numerosos, quorum surculos *folia* obsident, nullo ordine posita, pediculis destituta, duas uncias longa, & ad finem seu extremum, ubi latissima, unam lata; ab angusto enim principio paulatim dilatantur in extremum subrotundum; superficie albicante Halimi instar. *Flores* non vidi. *Fructus* baccæ sunt subrotundæ, rubræ, parvis Pisis æquales, ligulæ seu funiculo communi 2 uncias longo, petiolo tenui quadrantali adnexæ, colore & nascendi modo Ribibus nostris persimiles, unde nomen. Unaquæque in pulpa rubente granula aliquot transparentia subrotunda rubra continet.

In *Jamaicæ* Septentrionalibus ad littus marinum inter agros D. *Abraham* & locum *The Devil's Bowling-green* dictum collegit *D. Sloane.*

P. 1573. Ad 1am Speciem Cap. 13ii seu Schetti adde Synonyma seqq.

Jasminum arboreſcens *Indicum*, flore tetrapetalo umbellato phœniceo, foliis laurinis latioribus *Breyn. Prod.* 2. 58. *Indicum* Laurifolium inodorum umbellatum, floribus coccineis *P. B. P.* 342. *Zeylanicum*, flore pavonino *Herman.* Cerasus umbellata pavonina, floribus coccineis *Ejusd.* Ratambala *Zeylanensium. Pluk. Phyt.* T. 59.

Ad speciem 2dam seu Bem-Schetti adde,

Jasminum *Indicum* laurifolium inodorum, umbellatum, floribus albicantibus & Schetti album *Pluk. Phytogr.* T. 109. Asserit D. *Petiver* non differre specie Schetti floribus coccineis, & floribus albicantibus: verum *Bem-Schetti* à *Schetti* simpliciter dicto differre tum Folii structurâ, tum Floris formâ.

P. 1574. Ad Guaiacum Patavinum *Park.* Hujus rami fructu onusti *Neapoli* in Festo S. *Martini* venduntur ad Cœnobii ostium. Cives plerique eos in manibus gestant cum Ecclesiam petunt in quadam velut processione.

Guiacana *Virginiana Pisamin* dicta *Park.* in Appendice descripta p. 1618. flores fert monopetalos, atro-puniceos, in 4 segmenta divisos, è brevibus petiolis racematim dependentes. Constant tubo crasso, pingui, in 4 petala parva obtusa diviso. Floruit in Horto *Beverningiano* 1688. mense Julio.

P. 1577. Ad Cap. de Arbuto.

1. Arbutus serratis foliis *Canarina*, cortice circumrupto, seu duodecies Anni spatio corticem abjiciens. *Pluk. Almag. Bot.* E *Tenariffa* allata est.
2. Arbutus angustiori folio non serrato, ex *Insulis Fortunatis*, aut potiùs Cerasus *Canariensis*, Adrachnes foliis magis acuminatis, fructu parvo, Fragiformi, monopyreno: an *Morococks Virginiensibus* dicti *Ejusd. ibid.* v. Cerasus.
3. Arbutus *Attica*, foliis longioribus & angustioribus, leviter crenata *Ejusd.* ibid. A. D. *Georgio Wheeler* habuit.
4. Arbutus humilis *Virginiana* ab *Abrahamo Muntingio* in Herbario *Belgico* descripta & depicta p. 126. est Sorbus Virginiana foliis Arbuti H. A. L. Bat.

P. 1579. De Terebintho.

1. Terebinthus *Americana* polyphylla *Commelin. Hort. med. Amst. rar.*

In arboream excrescit proceritatem, *radice* exigua; *caudice* molli, modicè crasso, cortice albicante prædito; quo læso humorem pinguem & viscidum fundit. Parte superiore in frequentes dispergitur ramos, quos *folia* vestiunt alternatim posita & pennata ex 7, 9q; foliolis, uni costæ prælongæ adnatis, sibique invicem oppositis, longitudine unciarum trium, latitudine a. unius, congesta, & brevioribus pediculis virescentibus fulta, ultimo & impari alam terminante. Hæc *folia* tempore hyemali decidua adversa saturâ, aversa verò pallidiore viriditate sunt prædita, margine nonnihil serrata, nervo per longitudinem excurrente inscripta, sapore subacido aromatico permixto.

Nec flores neque fructus vidit descriptionis auctor *D. Commelinus.* Natales suos debet *Curassaviæ Americæ* insulæ.

2. Terebinthus major, Betulæ cortice, fructu triangulari *Slon. Cat. Jamaic.* An Caboreiba *Pisonis*? Cabui-iba *Marcgrav.* An Arbor *Americana* resinosa, Pistaciæ foliis & fructu *Hort. Beaumont*? Tacamahaca foliis non crenatis *P. B. P*? Terebinthus *Americana* polyphylla, Palmalata dicta *Ejusd*? *Pluk.* Tab. 228. F. 6. An Betula arbor *Americana*, seminibus Lithospermi frumentacei æmulis *Ejusd*? T. 151. F. 1. The Birch-tree.

D. Sloane.

Plurimas fundit *radices*, in terræ superficie quaquaversum repentes, ad ulnarum aliquot in orbem spatium, è quarum medio seu centro exurgit truncus, crassus, cortice, è fusco rubente, glabro, membranaceo, (exteriorem intellige seu cuticulam) obvolutus, qui particulatim

culatim exuitur & decidit, Betulæ noſtratis in modum, unde nomen. Frequentes fundit ramos incurvos, ad 30 pedum altitudinem aſcendentes, cortice fuſco glabro tectos. Prope faſtigium plures exeunt ſurculi, 2, 3ve uncias longi, in petiolis ſemuncialibus *flores* aliquammultos ſuſtinentes, alios ſupra alios, è 5 craſſis, brevibus flaveſcentibus petalis compoſitos, cum multis in medio *ſtaminibus*: quibus ſuccedunt *Baccæ* triquetræ, Piſi parvi magnitudine, cuticulâ è fuſco rubente cinctæ, gummoſæ, Terebinthinæ odore; ſub cute latitat oſſiculum album, valde durum, triangulare, nucleum continens. Arbor foliis delapſis cùm aliquandiu nuda perſtiterit, primò flores exſerit, deinde brevi poſt *folia* egerminare incipiunt pinnata glabra, hilarè viridia, extrema ramulorum in orbem ambientia: coſta media 5 uncias longa eſt, & ad ſeſcunciæ ab exortu diſtantiam pinnarum conjugationes incipiunt, pediculis ½ unciæ longis hærentium. *Pinnæ* a. ſeſcunciam longæ ſunt, ¼tas unciæ latæ latiſſima prope baſin ſubrotundam parte, ſplendentes, & in medio folio ampliſſimæ. Coſtam impar folium terminat. Octo pinnæ ſeu 4 paria folium componunt.

Ubique frequens & obvia eſt in *Jamaica* & *Caribbeis* inſulis.

Vulnerata balſamum fundit odore & conſiſtentiâ Terebinthinæ, admodum vulnerarium creditum.

3. Terebinthus maxima, pinnis paucioribus, majoribus atque rotundioribus, fructu racemoſo ſparſo Hog-Doctor-tree *or* Boar-tree *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus Arboris Quercuum noſtratium magnitudinem & craſſitiem aſſequitur, & ad 50 pedum altitudinem rectà aſſurgit, in ramos numeroſos diviſus, quos emittere incipit ad 20 circiter pedum à radice diſtantiam. *Radices* in terræ ſuperficie natantes longiſſimè procurrunt, & à locis ſatis remotis alimentum attrahunt. Ex earum arborum genere eſt quæ Novembri aut Decembri menſibus folia exuunt, floréſque & folia nova Januario aut Februario nanciſcuntur. Primò flores è ſummis virgis egerminant, ſtaminei, è fuſco purpuraſcentes; deinde *folia* alata, è duobus plerunque pinnarum ſibi mutuò oppoſitarum paribus, & impari in extremo folio compoſita. Pinnæ autem ſingulæ coſtæ mediæ, petiolo ¼tas unciæ longo intercedente adnaſcuntur, ſúntque ſubrotundæ, 2 uncias longæ, ſeſcunciam latæ, ſplendentes, colore dilutè viridi, tenues, coſtulis ſeu nervis multis in ſuperficie apparentibus. *Fructus* pluribus oblongis, teretiuſculis, rubris *baccis* conſtat, in tenui, reſinoſa pulpa oſſiculum conforme continentibus. Unaquæque bacca communi racemi ſcapo ſemunciali petiolo adnectitur. Cortex trunci albicans aut incanus, propemodum glaber, niſi quòd vetus cortex hic illic à novo elevatur, maculis ſeu lamellis palmæ manûs magnitudine, levitérque arbori adhæreſcit, ut facilè decidat aut detergatur.

In hujus arboris trunco variis in locis maculæ nigræ cernuntur, quæ nihil aliud ſunt quàm gummi ſplendens, quod ſi pluviâ madefactum cutem tangat & adhæreſcat, eam unà ſecum avellit.

In ſylvis denſis & opacis mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* provenit.

Fidenter affirmatur à multis αὐτόπταις, ni fallant aut fallantur, quòd porci ſylveſtres vulnerati naturali quodam inſtinctu ad hanc arborem confugiant, ubi balſamo ejus vulneribus ſuis affricto brevi ſanantur, unde ei nomen, Hog-Doctor-tree.

Baccæ ejus ab omne genus columbis ſylveſtribus in cibum appetuntur & devorantur.

4. Terebinthus folio ſingulari, non alato, rotundo, ſucculento, tetrapetalo, pallidè luteo, fructu majore monopyreno *Slon. Cat. Jamaic.* Cenchramidea arbor, ſaxis adnaſcens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi, in plurimas capſulas, granula ficulnea ſtylo columnari hexagono præduro adhærentia continentes, diviſo, balſamum fundens *Pluk. Phyt.* T. 157. F. 2. The Balſame-tree.

D. *Sloane.*

Ad 20 plus minus pedum altitudinem aſſurgit, trunco crus humanum magnitudine adæquante, cortice glabro rubente-fuſco obtecto, radicibus multis ſeſquipedali à fundo diſtantia egreſſis ad terram deſcendentibus eámque penetrantibus. *Ramos* plurimos ſurſum tendentes in omnem partem emittit. Surculorum extrema *foliis* veſtiuntur, binatim oppoſitis, ad ⅛ unciæ intervalla; pediculis tantundem longis innixis, propemodum rotundis, 2 unciarum diametro, valde glabris, ſpiſſis, ſuccolentis, colore obſcurè viridi, coſtulis paucis in ſuperficie apparentibus. Ramorum ſummitates in plures dividuntur *flores*, qui *pediculo* ſquamoſo, ⅛ unc. longo ſulti, 4 valdè craſſis albicantibus petalis, & purpureis intus ſtaminibus componuntur; hos excipit *bacca* prægrandis, ſphærica, viridis aut rubeſcens, pollicis ſummi magnitudine, è tenui pulpa & cuticula oſſiculum continente compoſita.

In ſylvis campeſtribus *Jamaicæ* & inſularum *Caribearum* obſervavit D. *Sloane.*

Hæc arbor cùm in ſylvis campeſtribus & depreſſioribus creſcat, ubi rarius pluit, opportunitatem non habui fructum curioſè inſpiciendi, verùm quantum obſervare potuerim Viſci baccis perſimilis videbatur, duntaxat major.

5. Terebinthus *Americana* polyphylla, *Palmalatta* P. B. P. *Pluk. Phyt.* T. 228. T. 6. *vide* ſupra Terebinthus major, Betulæ cortice, fructu triangulari. *Slon. Cat. Jamaic.* Fructus fert rubros, oblongos, duros, inſtar Sorbi.

6. Terebinthus *Americana* trifolia lucida, *Palmalatta* vulgo *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 228. *vide* Malus *Americana* trifolia, Pomo Aurantii inſtar colorato.

7. Terebinthus *Americana*, Sorbi Aucupariæ foliis, rachi mediâ appendicibus alatâ *Pluk. Phyt.* T. 228. F. 7. Arbor *Americana* resinosa, foliis ad Rosarum folia accedentibus *Hort. Beaum.*

P. 1581. Ad Cap. de Lentisco.

1. Lentiscus humilis trifolia *Africana* P. B. P. Rectiùs (inquit D. *Sherard*) Rhus *Africanum* trifolium folio splendente majus. Datur enim hujus generis species minor. Utriusque specimen ad me misit D. *Sherard.* vide Rhas.

Cæterùm, (observante D. *Tournefort*) Terebinthus & Lentiscus flores habent stamineos, à fructu remotos, ideóque hinc removendæ, & ad Bacciferas floribus à fructo remotis referendæ sunt.

2. Lentiscus foliis latioribus & rotundioribus. *Folia* unciam longitudine excedunt, latitudine propemodum æquant, 4 aut 5 paria eidem costæ adnexa. D. *Sherard.*

3. Lentiscus foliis longioribus, modicè latis, acuminatis. *Folia* sescunciam aut 2 uncias longa sunt, semunciâ latiora, 4 vel 5 paria eidem costæ adnexa. Utriusque speciei specimen ex Horto *Badmingtoniano* ad nos misit consummatissimus Botanicus *D. Sherardus.*

Pistaceæ species fructu magno.

Nux Americana foliis alatis bifidis *Cat. Hort. Beaum.* Knippa *P. B. P. Hort. Amst. rar. N. A.* costâ foliorum appendicibus auctâ *Pluk.* T. 207. F. 4.

Commelin.

Radix lignea. *Caudex*, (qui in bipedalem altitudinem in Horto *Amstel.* excreverat) minimum digitum crassus erat, parte superiore in ramos diremptus, cortice griseo tectus. *Folia* nullo servato ordine, pediculis longioribus alatis nituntur, duo paria sæpius eidem pediculo appendentia, Laurinorum subæmula; teneriora verò & molliora, magísque mucronata, margine nonnihil undulata, non crenata, nutantia & terram spectantia; Horum nervi secundum foliorum longitudinem excurrentes, & ex pediculo originem ducentes, uni lateri propiùs quàm alteri adnascuntur, exiguos laterales nervulos fundentes, semilunamque quasi repræsentantes. *Fructus* duplici vestitus tegumento, altero coriaceo, altero duriore, forma & colore Pistaciæ similis, cujus quoque speciem esse censemus, multis autem numeris major. Putaminis durioris pars interior albicat, in quo nucleus albus, oleaginosus, pelliculâ fuscâ amictus. Perpetua fronde viret.

Locus natalis insula *Bonaire Americ.*

P. 1583. Ad Cap. de Visco.

1. Viscum Opuntioides ramulis compressis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Ex arborum truncis ad modum Visci baccis albis C. *B.* egerminat. Crescendi modo Opuntiæ proximè cognata esse videtur: *foliis* seu potiùs caulibus nullis: nam quod primò ex arbore erumpit, sive folium, sive caudicem appellare malueris, compressum est & subrotundum, colore obscurè viridi, ad sescuncialem ab exortu distantiam è lateribus hinc inde folium emittens, horumque singula alia bina opposita; deinceps successivè progrediendo alia ex aliis pari modo oriuntur, Ficûs Indicæ in modum, longitudine sescunciali, $\frac{1}{8}$vam unciæ lata, donec Planta pedalem altitudinem assequatur. Extremos ramulos occupant *Flores* parvi, flavescentes, bini simul; succedente unicuique *bacca* albicante, visci vulgaris baccis exactè simili.

Arbori innascentem observavi ad ripas fluvii *Hope-river* dicti prope domum D. *Gragb*, loco *Liguanée* dicto.

2. Viscum ramulis & foliis longissimis, striatis & radiatis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Ex arboribus dependebat vulgaris Visci in modum, caule tereti, viridi, lignoso, striato, pennam anserinam crasso, 2, 3^{ve} pedes longo, nunc compressiore, nunc rotundiore, medullâ amplâ. In varios dividitur ramos, & hi iterum in surculos, ad unius, duarum, triúmve unciarum intervalla. Ad singulas divisiones, caulis perpetuò cingebatur, ad modum ferè Plantarum *stellatarum*, subrotundis, sescunciam longis, viridibus *foliis*, caulibus similibus, duntaxat minoribus, & valde numerosis, ut fruticosa admodum videretur. Quem fructum proferat nescio; suspicor tamen præcedenti similem.

Ramis arborum Visci instar innascitur in Septentrionalibus insulæ *Jamaicæ* partibus.

3. Viscum latioribus & subrotundis foliis, flore purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

Hoc genus in reliquis cum vulgari Visco exactè convenire videbatur, foliis multò latioribus & hilariùs virentibus, surculis quibus flores insident, ipsisque floribus purpureis, differre.

Cum Visco vulgari in omnibus ferè *Jamaicæ* arboribus provenit.

Baccifera *Madraspatana* Visci arborei foliis latioribus *Mus. Pet.* 28. Caciun-chedde *Malab.* D. Petiver *Act. Philosoph. Lond.* N. 274. p. 944. An Kanelli-itti-Canni *H. M.* T. 10. F. 5. p. 9. p. 9. Bra-

Brachium humanum craſſa eſt, & ad 6, 7ve pedum altitudinem aſſurgit. Folia tincturam ſeu colorem rubrum reddunt. Radix decocta Tuſſi conducit. *S. B.*

P. 1586. Ad Cap. de Phillyrea.

1. Phillyrea latifolia ſpinoſa triphyllos, ſeu foliis ternis caulem circumambientibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 310. F. 1.
2. Phillyrea Oleæ *Epheſiacæ* folio *Hort. Med. Chelſeian. Pluk. Almag. Bot.* T. 310. F. 5.
3. Phillyrea Oleæ folio *Africana* D. *Herman.* Folia plantæ à D. *Sherard* nobis communicatæ Phillyreæ ſatis ſimilia erant, verùm alternatim adhærebant & non bina ex adverſo. Flores & fructus è foliorum alis exibant coacervati, & in uno pediculo plures, velut racematim.
4. Phillyrea minima Buxi minoris folio *Hort. Oxon. Pluk. ibid.*

5. Phillyrea folio acuminato, non crenato, fructibus rotundis, umbilicatis, Piſi parvi magnitudine, ex *India Orientali.*

Fructus per maturitatem Citrini ſeu Olivacei coloris ſunt, è circulis infra folia exeuntes, duo trésve ſimul in perbrevibus pediculis.

6. Phillyrea folio minore breviore, ſubrotundo, non crenato, floribus in pediculis è ſurculis egreſſis brevibus, confertis in corymbum circumactis. Ex *India Orientali.* Ramulum utriuſque ſiccum à D. *Petiver* habuimus.

P. 1587. Ad Cap. de Laureola.

1. Laureola ſemper virens *Americana*, latioribus foliis, floribus albicantibus, odoratis *Pluk. Almag. Bot.* Hujus icon habetur *Phytogr.* T. 95. F. 1. ſub exitum ætatis floret.

Fruticem hunc in Horto Illuſtriſſ. *Ducis de Beaufort Badmingtoniæ* in *Glouceſtriæ* Comit. Verno tempore florere, rarius Autumno, nos certiores fecit D. *Sherard.* Flores plures ſimul erumpunt è foliorum alis, flaveſcentes, tubuloſi, quinquifidi, cùm Laureolæ vulgaris flores ſint ſemper quadrifidi; unde forſan rectius ad Jaſmini ſpecies referenda.

2. Chamædaphnoides *Cretica* ſeu Laureola *Cretica* humilis *Alpini Park.* 205.

E radice parva alba, tortuoſa tres quatuórve exſurgunt *caules* incurvi, nigricantes foliis adeò crebris nullo ordine poſitis obſiti, ut eos ferè penitus contegant. Sunt autem *folia* longa, initio anguſtiora, indéque ad extrema ſenſim lateſcentia, craſſa, dura, ſuperne viridia, ſubtus caneſcentia, guſtu fervido palatum & fauces urentia. Quales flores & fructus proferat ignoravit Autor.

3. Laureola *Americana* anguſtiore folio, fructu acri & urente *Pluk. Almag. Bot.* ubi conjecturas de ſynonymis vide.
4. Mezereon *Africanum* folio craſſo Bocken-boom dictum D. *Sherard.*
5. Laureola minor ſylvatica, foliis ex adverſo naſcentibus, baccis rubris *Slon. Cat. Jamaic.* D. *Sloane.*

Caulis huic minimi ferè digiti craſſitudine eſt, viridis, geniculatus, teres, glaber, pedalis aut altior, ad ſemuncialia intervalla *folia* emittens bina oppoſita, uncialibus pediculis inſidentia, 4 uncias longa, ſeſcunciam lata, propè extremum, ubi latiſſima & ſubrotunda, coloris fuſci obſcurioris, ſplendentis, glabra, craſſa. Ex alis foliorum verſus faſtigium ſurculus exit parvus plures rubras rotundas *baccas* ſuſtinens, pulpa albicante maxima ex parte conſtantes. In ſylvis denſis & opacis inſulæ *Jamaicæ. D. Sloane.*

P. 1590. Ad Cap. de Chamelæa & Thymelæa.

1. Thymelææ linifoliæ ſimilis, floribus pallidis odoratiſſimis *P. B. P. Africana*, Linariæ folio, floribus albis, in extremo caulium, odoratiſſimis *Pluk. Phyt.* T. 113. F. 3. In Horto *Beverningiano* protulit baccam rotundam, rubram grano Piperis paulò minorem, pulpoſam, in qua unicum ſemen oblongo-rotundum in apicem deſinens, nigrum lucidum.
2. Thymelæa *Capenſis*, Nepæ *Theophraſti* foliis aculeatis, flore parvo purpureo, *Pluk. Phyt.* T. 229. F. 5. Polygala Aſtragaloides fruteſcens, Thymbræ facie & foliis, flore minore purpureo, fructu corniculato ſeu duplici roſtro corniculato prædito *Breyn.* Prod. 2. 85. Thymbra *Afric.* foliis ſpinoſis *Act.* Haffn. anno 1673.
3. Thymelæa *Africana*, Sanamundæ facie, Ericæ foliis anguſtiſſimis *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 228. F. 9. Item Erica *Africana* arboreſcens, Coris folio, flore flaveſcente *P. B. P.*
4. Chamelæa *Africana* tricoccos & tetracoccos, Taxifolia, fructu nigro ſummis ramulis plumulis ſeu villoſa cæſarie coronato, *Pluk. Mantiſſ.* An Cupreſſus *Æthiopica* coronata, fructu atro quadrifido *Breyn. Prod.* 2.
5. Thymelæa *Capenſis* ſpinoſa, Nepæ effigie, anguſtiori folio humilis & procumbens *Pluk. Mantiſſ.* p. 179.

6. Thy-

6. Thymelæa *Alexandrina*, Oleæ folio ſubtus incano *Ejuſd. ibid.*
Eadem foliis utrinque virentibus, ex eodem circa *Alexandriam* territorio *ibid.*
7. Thymelææ affinis quadricapſularis *Æthiopica* Criſtæ galli foliis villoſis, pericarpio magno pyramidali *Ejuſd. ibid.*
8. Thymelæa *Africana*, Polii anguſtioribus foliis, floribus in capitulo, ſummo caule glomeratis. Sanamundæ 3tiæ *Cluſ.* affinis, foliis Polii *Cap. Bon. Spei. Pluk. Mantiſſ.*
9. Thymelææ affinis puſilla planta, villoſis & crenatis foliis acuminatis *Prom. Bæ. Sp. Ejuſd. ibid.*
10. Thymelææ affinis Valerianæ Alpinæ minimæ facie, Planta utplurimum uncialis ex *Promont. Bæ. Sp. Ejuſd. ibid.*
11. Thymelæa *Æthiopica* glabra, Paſſerinæ foliis minor Ejuſd. ibid. p. 180.
12. Thymelæa *Africana*, Myrti *Tarentinæ* folii s& floribus, ſericea lanugine argentatis *Ejuſd. ibid.*
13. Thymelæa *Æthiopica* frutex Polygoni anguſtiore folio glabro, floribus cum tubulis, ex uno calyculo plurimis *Ejuſd. ibid.*
14. Thymelæa fruticoſa, Serpylli foliis hirſuta *Prom. Bæ. Sp.* An Sanamunda *Africana*, foliis Serpylli majoribus incanis *Breyn. Faſcic. 25. Ejuſd.*
15. Thymelæa Gnaphaloides *Africana*, foliis & floribus ſericea lanugine maxime tomentoſis *Ejuſd. ibid.* An Thym. foliis Serpylli candicantibus, ſerici inſtar mollibus Breyn. Prod. 2? 99.
16. Thymelæa *Æthiopica* fruticoſa, foliolis in longum ſtriatis, ſurculis valde tomentoſis *Pluk. Mantiſſ.*
17. Thymelæa *Æthiopica*, Paſſerinæ liratis foliis, ad caulem ſibi invicem incumbentibus, margine tomentoſis *Ejuſd. ibid.*
18. Thymelæa Scaphoides *Monomotapenſis*, ſeu foliis glabris triquetris, cavis, cymbæformibus, floribus ſolitariis amplis, ſummo caule villoſis *Ejuſd. ibid.*
19. Thymelæa *Æthiopica* fruteſcens, anguſtis Paſſerinæ foliis, denſa ſerie caulem veſtientibus, glabris, ad oras a. lanugine fimbriatis, floſculis in ſpica purpureis *Ejuſd. ibid.*
20. Thymelæa *Æthiopica*, ſpicata, glabra, foliis longioribus anguſtis *Ejuſd.*
21. Thymelæa, fortè, fruteſcens Juniperi latioribus foliis, Paralii modo denſiùs ſtipatis *Prom. Bæ Spei. Ejuſd. ibid.*
22. Thymelæa fruticoſa, Pinaſtri brevioribus foliis, floribus villoſis ex *Prom. Bæ. Spei. Ejuſd. ibid.*
23. Thymelæa *Æthiopica* Abietiformis, floribus phœniceis *Ejuſd. ibid.*
24. Thymelæa *Syriaca*, Ericæ maritimæ noſtrati ſimilis planta, ſummo caule floribus coronata, ex inſula *Cypro Ejuſd. ibid.*
25. Thymelææ affinis *Æthiopica*, Polii montani lutei foliis tomentoſis *Pluk. Phytogr.* T. 319. F. 2. *Almag. Bot.*
26. Thymelææ fortè affinis *Æthiopica*, foliis tridentatis & ex omni parte hirſutie pubeſcentibus *Pluk. Phytogr.* T. 319. F. 4. An Tlalyztomium ſeu Yztomium *Hernandez.* apud Recchum? p. 219.
27. Thymelæa *Capenſis* ſericeis & longioribus acutis foliis, caule geniculato piloſo T. 229. F. 4. An Thymelæa *Æthiopica* Paſſerinæ foliis *Breyn. cent. 1?*
28. Thymelæa *Æthiopica*, folia Milii Solis molli & hirſuto *Pluk. Phytogr.* T. 318. F. 7. *Almag. Bot.*
29. Thym. procerior, latis ſubrotundis & brevioribus Myrti ſericeis foliis *Prom. B. Sp. Ejuſd. Almag.* Bot. T. 323. F. 6. An Thym. *Hiſpanica* latifolia *Schol. Bot?*
30. Thym. *Africana*, Sanamundæ prioris Cluſii facie, ex *Prom. B. Spei Pluk. Almag. Bot.* T. 323. F. 7.
31. Thym. *Æthiopica* Paſſerinæ foliis minimis, lanuginoſa *Pluk. Almag. Bot.* T. 319. F. 1. An Sanamunda *Africana*, foliis anguſtiſſimis candicantibus *Breyn.* Cent. 1.

32. Sanamunda *Africana Park.* 203.

Caules è *radice* plures emittit lentos & obſequioſos, creberrimis geniculis nodoſos: Ad quorum ſingula bina exeunt folia, parva, ſubrotunda, cauli interdum adeò arctè appreſſa, ac ſi unita eſſent, & genicula quibus adhæreſcunt aphylla & reliquis duntaxat majora. *Flores* ſublutei ſummis caulibus & ramulis innaſcuntur. Radix longa, tenax, rugoſo cortice tecta.

33. Thymelæa parva fruticoſa incana, floribus amplis purpuraſcentibus *Oldenlandii.* E Cap. *Bæ. Spei.*

Valde ramoſa eſt hæc planta, ramulis foliis veſtitis brevibus, anguſtis, incanis, ex adverſo binis. *Flores* in ſummis virgis exeunt ſatis ampli.

34. Thymelæa Taxi folio breviori *D. Sherard.* Fruticoſa eſt & valde ramoſa hæc planta, foliis crebris, nullo ordine poſitis.
35. Thymelæa capitata minor *Africana*, Serpylli foliis aculeatis, *Pluk. Mantiſſ.* p. 181.
36. Thym. capitata, Lycopodii foliis reflexis, mucrone pungentibus, ſeu Alypum *Æthiopicum* ſpinoſum, capitulo ſucciſæ *Ejuſd. ibid.*

37. Thym.

37. Thym. capitata seu julifera, angusto Salicis folio *Prom. Bæ Sp. Pluk. Phytogr.* T. 229. F. 6. *Mantiss.* p. 181. Est frutex *Æthiop.* Cneori fol. *Breyn.* C. 1.
38. Thym. capitata seu Iulifera, longioribus & acutis foliis, glabris *Æthiopica Ejusd. ibid.*
39. Thym. capitata Rapunculoides, Nerii crassioribus foliis, summo capite tridentatis, *Æthiopica* coniformi calyce squamato *Ejusd. ibid.* Vide Scolymocephalum.
40. Sanamunda *Africana*, foliis angustissimis, floribus in summitate copiosis quasi umbellatis D. *Sherard.* Folia in ramulis creberrima sunt, angusta, acuta, unciam plus minùs longa. Planta in multos suprema parte divaricatur ramulos æqualis ferè altitudinis, flores in summitate sustinentes, ut umbellam æmulentur.
41. Sanamunda *Africana*, Satureiæ foliis densè stipatis, floribus in capitula rotunda dispositis D. *Sherard.*
42. Sanamunda *Africana* Roris marini foliis brevioribus, floribus brevissimis D. *Sherard.*
43. Sanamunda *Africana*, foliis angustis rarioribus, floribus in summitate corymbatim dispositis D. *Sherard.* Minus ramosa est quàm præcedentes, foliis etiam rariùs sitis. Flores in summis ramulis consistunt, velut in parvas umbellas digesti.
44. Thymelææ affinis frutex camphoratus *Curassavicus*, Rosmarini foliis latioribus splendentibus, flore carneo *Hort. Beaum.* Th. aff. fr. Camphoratus Rosmarini folio, flore carneo ex *Curacao Breyn. Prod.* 2.

D. *Sherard.*

Flos tetrapetaloides purpureus, Cneori *Matth.* æmulus. Lignum subcinereum est, quasi geniculatum, ex quibus geniculis *folia* sine ordine prodeunt Rosmarini, sed duplo crassiora. Tota planta camphoram spirat. Flos monopetalos, in 4 lacinias divisus, subtus tubulosus. Baccæ fuscæ, unicum nucleum includentes. E *Curassao* locis saxosis.

45. Thymelæa *Africana* Satureiæ foliis, floribus luteis D. *Sherard.* Flos tetrapetalos est & tubulosus.
46. Thymelæa *Africana* Juniperi foliis, floribus luteis D. *Sherard.* Folia furculis & ramulis approximant.
47. Rosmarini foliis Frutex *Africanus*, floribus in summitate ramulorum D. *Sherard.* An Thymelææ species?
48. Thymelæa *Africana*, Polygalæ foliis glaucis floribus umbellatim dispositis D. *Sherard.* Thym. è *Cap. Bæ Sp.* Myrti minoris folio *Mus. Pet.* 490. Caulis tenuis, rectus, crebris foliis vestitus paucis ramulis divisus.
49. Thymelæa Myrti foliis densè stipatis, floribus umbellatis D. *Sherard.* Flores in sicca externè lanuginosi videntur.
50. Thymelæa *Africana*, foliis sericeis candicantibus, floribus umbellatim dispositis D. *Sherard. Tarton-rair* è *Cap. Bæ Sp. Mus. Pet.* 490.
51. Thymelæa *Africana*, Lini angusto folio, floribus albis villosis umbellatim dispositis D. *Sherard.*
52. Thymelæa *Afric.* Lini angusto folio breviori, floribus rubris villosis, umbellatim dispositis D. *Sherard.*
53. Thymelæa *Afric.* Abietis folio, floribus longis tubulosis, umbellatim dispositis D. *Sherard.*
54. Thymelæa è *Cap. Bæ. Spei* Taxi foliis angustioribus *Mus. Pet.* 489. Flos longus tubulosus.
55. Thymelæa *Afric.* foliis liratis, squamatim cauli appressis D. *Sherard.*
56. Thymelæa *Afric.* Juniperi folio obtuso, flore amplo, utrinque villoso D. *Sherard.*
57. Thymelæa *Afric.* folio glauco angustissimo acuto; floribus longo tubulo donatis, è foliorum alis erumpentibus D. *Sherard.*
58. Thymelæa *Afric.* glauco folio latiori & breviori acuto; floribus longo tubulo donatis, è foliorum alis erumpentibus D. *Sherard.*
59. Thymelæa *Afric.* Juniperi foliis, floribus longo tubulo donatis, è foliorum alis longa serie erumpentibus D. *Sherard.*
60. Thymelæa humilior, foliis acutis atro-virentibus *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ampla nititur *radice*, digiti minimi crassitudine, è fusco rubente, cortice rugoso tecta, è pluribus minoribus teretiusculis, 3 uncias longis, alimento hauriendo altiùs in terram demissis radiculis seu fibris composita. *Caules* anguloси sunt, cortice incano obducti, sesquipedales, densiùs comosi, prope summitates *foliis* creberrimis obsiti, binis sibi mutuo adversis, unciam propemodum longis, non ultra $\frac{1}{10}$ unciæ latis, valde lævibus, duris, obscurè viridibus. *Flores* in foliorum alis sessiles, absque pediculis, tetrapetali, petalis longis angustis retrorsum reflexis, colore luteo-viridi pallido, cum *Staminibus* in medio concoloribus. Sequuntur pro fructu *baccæ* parvæ subrotundæ.

Prope *Port-Royal* urbem, loco *The Palisadoes* dicto collegi.

61. Thymelæa maritima Ericæ foliis, furculis tumidis & tomentosis *Sloan. Cat. Jamaic.* An Sanamunda *Africana* 5ta, seu Ericoides major *Breyn. Plant. Fascic.* p. 25? An San. *Afric.* 6ta seu Ericoides minor, ramulis admodum lanuginosis *Ejusd. ibid?*

D. *Sloane.*

Quatuor aut quinque pedum altitudinem assequitur, plures fundens *ramos*, lignosos, cortice glabro leucophæo tectos, furculos emittentes plurimos, incurvos plerunque, erectos, tumidos, lanuginosos & è pediculorum parte post folia delapsa residuâ compositos: quæ [partes] plerunque

plerunque rubescunt, & squamatim aliæ aliis incumbunt, tomento albicante intercedente. Summas virgas *Folia* multa ambiunt, brevia admodum, crassa, coloris sordidè viridis, Ericæ foliis similia, subsalsi & acris gustûs, inter quæ emicant *Flores* longi, oris in 4 segmenta seu lacinias profundè incisis, ut tetrapetali videantur, & reliquorum hujus Generis exactè similes.

In maritimis saxosis Septentrionalibus Insulæ *Jamaicæ*, prope ruinas urbis olim *Sevilla* Hispanis dictæ, loco S. *Christovals cove* vocato observavit D. *Sloane*.

P. 1590. Ad Cap. de Viburno.

1. Viburnum Americanum odoratum, Urticæ foliis latioribus, spinosum, floribus miniatis. Camara-vuba *Marcgr.* Camara-tinga *Pison. P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 233. F. 5. *Almag. Bot.*
2. Idem non spinosum, Melissæ foliis, floribus coccineis *P. B. P. Pluk. Phyt* T. 114. F. 4. Camara flore rubro *Marcgr.* quam nos ad Chamæpericlymenum retulimus. Synonyma plura vide apud D. *Plukenet* in *Almag. Bot.*

Flores parvi, umbellatim dispositi. Fructus seu baccæ rubræ, rara carne seu pulpâ donatæ. Folia multò minora sunt quàm superioris speciei. Lignum cum Sambuco aquatica convenit. Quæritur ob suavem odorem in coronamentis.

3. Viburn. Salviæ foliis obtusis, floribus albis. An. Camara flo. albo *Marcgr?* *P. B. P.*

Folia fert minora, subrotunda, graveolentia, *flores* pauciores albos; cætera convenit cum congeneribus *Americanus*.

4. Vib. Cisti fœminæ seu Salviæ foliis mucronatis, odoratum, minus, floribus incarnatis *Ejusd.* Vide Periclymenum.
5. Idem floribus luteis *Ejusd.* An Camara flore luteo, ex ripa fluvii S. Francisci *Marcgr.*? Vide Periclymenum.
6. Vib. *Americanum* odoratum, folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolis interceptis *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 114. F. 5.

Flores florum Persicæ coloris sunt: quos sequuntur baccæ nigræ. Vide Periclymenum, &c.

7. Viburni facie herbacea *Curassavica*, caule maculato *P. B. P.*

Folia fert bina ex adverso, Viburno quadantenus similia; *Caulem* maculatum: *Flores* exalbidos, quasi in umbella: *Semina* depressa, sicca. Multiplicatur ramulis vel avulsis, vel terræ immersis.

Quamvis hæc planta [primam speciem intellige, *Camara-tinga* Guil. Pisoni dictam] *Viburni Americani* titulo salutatur jam ab omnibus, D. *Rivini* tamen sententiâ, quocum & nos consentimus, haud concinnè satis, cùm non minùs flores quàm fructus à *Viburno* communiter dicto plurimùm recedant. Nempe Viburni nostratis flores sunt regulares, monopetali, laciniis 5 acutis divisi, quos excipiunt compressi *fructus* quasi ex lenticulari figura oblongi: Sed Americanum Pseudo-viburnum flores multùm diversos, è tubo longiore tetrapetaloides, monopetalos irregulares, itémque fructus rotundos gerit. Hanc sic describit *Commelinus*:

Altitudo tripedalis, crassities pollicaris, cortex cinereus: Rami juniores quadranguli. *Folia* bina adversa, forma & odore Lamii, hirsuta, serrata, pediculis brevibus. *Flores* in summis caulibus & ramulis umbellati, in eadem umbella lutei, albicantes, & incarnati, aut coccinei. *Floris* partium descriptionem vide in D. *Ruysch* observat. ad hujus plantæ descript. in *Commelin. Hort. Amst. rar.*

P. 1591. Ad Cap. de Rhoe.

1. Rhus sive Sumach *Africanum* trifolium, hirsutum & crenatum D. *Herman.* Rhus *Afric.* trifoliatum majus, foliis obtusis & incisis, hirsutie pubescentibus *Pluk. Tab.* 219. F. 7.

Folia pediculis unciâ longioribus, hirsutis & canescentibus insident. Crenæ altiùs incisæ sunt, & intercrenia majora. Ex seminibus nata est, 1691. Ramulum siccum hujus & seqq. communicavit D. *Sherard.*

2. Rhus *Africanum* trifolium, angustissimo folio, subtus incano seu Agni casti lobis D. *Herm.*

Folia in acutos mucrones exeunt: virgulæ etiam seu surculi extremi in hac specie valde tenues seu graciles sunt.

3. Rhus *Africanum* trifoliatum latissimo folio, parte aversa incano D. *Herman.*

Folia lata sunt, dentibus majoribus incisa, mucronata, pediculis satis longis nixa. Prima specie major est, foliis in acutum mucronem exeuntibus.

4. Rhus *Africanum* trifoliatum, foliis longissimis D. *Herman.* Folia

Folia vix unciam lata ſunt, 4 aut 5 longa, circa margines ſerrata, nervoſa, glabra, flavicantia. Piſtachiæ trifoliatæ nomine miſſum fuit.

5. Rhus *Africanum* longo & anguſto folio, ſubtus incano, non crenato.

E D. *Hermanni* penu depromptam communicavit D. *Sherard.*

P. 1591. Ad Cap. de Rhoe.

Huc referendum eſt Rhus *Virginianum* Lentiſci foliis *Baniſteri*, nobis *Hiſt.* p. 1799. deſcript. quam arborem D. *Plukenet Aroeiram* Luſitanis dictam, ſeu Lentiſcum Promontorii *Olindæ Piſonis lib.* 4. c. 13. eſſe conjectatur, cujus baccæ væneunt in Officinis noſtris aliquando pro vero Carpobalſamo. Hujus quoque (inquit) & altera varietas habetur, quæ (noſtro quidem arbitratu) eadem eſt cum Molle ſeu Lentiſco *Peruviana Hernandez* apud *Recchum* l. 3. c. 15. & à *Copalli Quahuitl Tepoztlani* Terentii apud Recchum 455. i. e. *Copalli Quahuitl Patlahoac* ſeu arbore Copalli latifolia *Hernandez* haud multùm abludere videtur. Errandi anſam nonnullis ſcriptoribus præbuit hæc vel altera arbor, cùm Lentiſcum noſtram Europæam *Virginiæ* Indigenam eſſe contendere vellent.

Huc etiam refert idem D. *Plukenet Molle* arborem Cluſii & aliorum, titulo *Rhois obſoniorum ſimilis Peruvianæ, ſerratis Fraxini pinnatis foliis, ſumma ſingulari pinna, alas claudente longiùs exporrecta:* additque hanc notam, De hac multùm fallitur Excellentiſs. *Cluſius*, & poſt eum *C. B.* quorum uterque aſſerit hanc arborem variare foliis, quæ in tenella diſſecta, in adulta nec inciſa, nec crenata ſunt, quemadmodum ramus adultioris arboris in *Matthiolo Bauhiniano* & *Cluſii cur. poſt.* pingitur. At pace tantorum virorum iſte ramus ex hujus arbore non eſt, ſed de *Aroeira* ſeu Lentiſco Promont. *Olindæ*, à Molle genuina *Cluſ.* plurimùm diverſa. *Pluk.*

6. Rhoi obſoniorum ſimilis leptophyllos, Tragodes, *Americana*, ſpinoſa, rachi media appendicibus aucta. *Pluk. Phytogr.* T. 107. F. 4. An Coriaria arbor ſpinoſa Acaciæ foliis & facie *P. B. P.* inter Addenda? *Fingrego* & Sabina arbor *Barbadenſibus* noſtratibus dicitur.

7. Rhus *Virginianum* Myrti foliis *Commelin. Hort. Med. Amſt. rar.*

D. *Commelin.*

Procera non eſt hæc planta, in fruticem excreſcens, cui *radix* tenuis, fibríſque capillata, *caudex* haud craſſus, cortice viridi tectus; parte ſuperiore in ramos brachiatur, quibus *folia* certis intervallis binatim poſita adnaſcuntur, ſatura viriditate perfuſa, craſſiola, formâ Myrti Italicæ ſimilia, ad oras minutiſſimis crenis nonnihil inciſa, in mucronem abeuntia, guſtu exſiccante, non ſine omni adſtrictione.

Ad foliorum exortum pediculus prodit longus, craſſiuſculúſque, cui *floſculus* innititur ſingularis, non rarò quoque bini, eidem pediculo innati, inodori, colore ex ſubluteo vireſcente, rubedine permixto, præſertim parte poſtica, pentapetali, è quorum medio umbo quidam exſurgit, cujus ambitu 5 exigua puncta prominula extant ſtaminum loco. Floret menſe Junio.

8. Rhus *Africanum* trifoliatum, foliis ſerratis *Herman. Africanum* trifoliatum majus, foliis ſubtus argenteis, acutis & margine inciſis *Pluk. Phytogr.* T. 219. F. 6. Hanc D. *Commelinus* pro Bem-Noſi *H. M.* Part. 2. ſeu Negunda mare *Acoſtæ* habet, minùs rectè, ut videtur D. *Ruyſch.* Vitex trifolia minor *Indica* ſerrata *Breyn. Prod.* 2.

D. *Commelin.*

E *radice* lignoſa, fibrata, intus albida, cortice fuſco amicta [in Horto *Amſtelod.*] in altitudinem tripedalem aſcendit. *Caudex*, cortice fuſco tectus, parte ſuperiore in laterales ramos diviſus, qui *foliis* ornantur tricompoſitis, pediculis longioribus innixis, quorum bina ex adverſo ſita, inter quæ tertium impar & majus eminet. Sunt a. hæc folia longiuſcula, anguſta, anteriùs cuſpidata, raris crenis ſerrata, adverſa parte ſaturè viridia, nitentia, averſa verò dilutè vireſcentia, guſtu nonnihil aromatico cum adſtrictione. Nec flores, nec fructus Autori noſtro protulerat cum eum deſcriberet.

Locus natalis *Promontorium Bonæ Spei.*

Differt à *Bem-Noſi* Foliorum pediculis non ut in illa binis ex adverſo, ſed inordinatè & plerunque ſingulatim è ramis prodeuntibus: Floribus etiam non ut in illa monopetalis & q. campanulatis, ſed pentapetalis, ut alias differentias omittam D. *Ruyſch.*

9. Rhus *Virginianum* humile *Hort. Lugd. Bat. Herman.* Altero humilius eſt, *foliis* nonnihil rugoſis & profundiùs dentatis. Flores minùs expanſi ſunt, & racemus compactior, nec ità diffuſus.

10. Vitex trifolia minor *Indica* rotundifolia *Breyn. Prod.* 2. Cara-Noſi *H. M.* P. 2. Negunda fœmina *Acoſtæ* ex ſententia D. *Commelin. Hort. Amſt. rar.* cap. 93. pag. 181. D. *Ruyſch.* Negundam fœminam eſſe negat, ſed Rhois ſeu Sumach ſpeciem vult.

D. *Commelin.*

Radice nititur lignosa, fibris plurimis prædita. *Caudex* [qui tunc in Horto Med. *Amstelod.* ad tripedalem altitudinem ascenderat] ramos protrudit non admodum obsequiosos sed fragiles, *foliis* tricomposítis amictos, ad exortum angustis, subrotundis, glabris, parte adversa atro & splendente virore præditis, aversa autem dilutè virescentibus, neque omni splendore privis, in pediculis communibus uncialibus & longioribus, sapore adstringente, Flores non vidit. Frigus & aeris injurias modicè fert.

Flosculi pentapetali sunt, pusilli, ex herbaceo lutei, staminibus 5 breviſſimis, minutiſſimis, nudis oculis vix ac nè vix quidem discernendis, inter petala mucronata ac repanda emicantibus, ornati. Ex horum umbilico umbo emergit, cujus apex in 3 lacinias tenues, reflexas, teretes, ac trigono posita inter se distantes, dispescitur.

11. Rhus *Africanum* trifoliatum minus, glabrum, splendente folio rotundo, integro *Pluk. Tab.* 219. F. 9. Lentiscus *Afric.* triphyllos *P. B. P.*
12. Rhus *Africanum* trifoliatum majus, splendente folio rotundo, integro, priori omnibus partibus majus est. Utrumque *Hort. Beauf.* colitur.
13. Rhus *Africanum* trifolium, foliis brevioribus, nervosis, superne glabris & splendentibus, subtus incanis.

Siccum communicavit *D. Sherard* è *Hermanni* penu depromptum.

14. Rhus *Afric.* trifol. majus, fol. subrot. integro molli & incano *Pluk.* Tab. 219. fol. 8.

Surculi hujus floriferi non tantum summos ramulos terminant, sed ex inferiorum foliorum sinubus exeunt. Siccatum ramum. à D. *Sherard* accepimus. Folia parte inferna, pediculi & surculi villosi sunt.

15. Rhus *Africanum* trifolium, foliis oblongis ex angusto principio in apicem latum desinentibus.
16. Rhois trifoliatæ facie Frutex *Salawaccensis*, floribus Juliformibus *Mus. Pet.* 678. Kobba *Zeylan.*

P. 1592. Ad Cap. de Cornu fœmina.

1. Cornus fœmina Laurifolia, fructu nigro-cœruleo, officulo compresso *Virginiana Pluk. Almag. Bot.* Cornus *Americana* sylvestris *domesticæ* similis baccâ cœrulei coloris elegantissimâ *Ejusd. Phytogr.* T. 169. F. 3. Cornus fœm. Laurifolia *Americana*, baccâ cœruleâ nigricante, apicibus eleganter coronatis, Amomum *Novæ Angliæ quorundam.*
2. Cornus fœmina, candidissimis foliis *Americana Pluk. Almag. Bot.*
3. Cornus fœminæ *Jamaicensis*, Canellæ foliis candidissima; An Cornus *Virginiana* trinervia *P. B. P.* 328? *Ejusd. ibid.*

Hæc Arbor [*Cornum fœminam vulgarem* intellige] fructu est umbilicato. Flos etenim summo fructu insidet, ideóque hinc removenda, & Bacciferis umbilicatis adjungenda est.

P. 1593. Ad Cap. de Rhamno.

1. Rhamnus cortice albo *Americanus*, flo. cœruleo *Pluk. Almag. Bot. Americanus* flo. cœruleo amplo *Breyn.* Prod. 2.
2. Rhamnus peregrinus, Rosmarini foliis, candidior *Ejusd. ibid.* In Horto Regio *S. Jacobi* apud *Westmonasterium.*
3. Rhamnus cordatis folisi, subtus cœsiis, *Maderaspatanus Pluk. Phytogr.* F. 4. Tab. 120.
4. Rhamnus *Maderaspatanus*, dependentibus foliis, spinis longissimis foliosis *Ejusd. ibid.* T. 219. F. 5.
5. Rhamnus *Maderaspetanus*, foliis pendulis, spinis longioribus nudis *Ejusd. ibid.* F. 4.
6. Rhamnus *Virginianus*, Verbenæ nodifloræ foliis angustioribus *Pluk. Almag. Bot.*
7. Rhamnus Lycii Myrsinitis facie *Gangeticus*, foliis densis ferè convolutis, Jasmini floribus & spinis gemellis *Pluk. Phytogr.* T. 55. F. 6.
8. Rhamnus *Maderaspatanus* Hyperici frutescentis folio, spinis brevibus duplicatis *Ejusd. ibid.* T. 108. F. 1.
9. Rhamnus (fortè) seu Arbuscula spinosa Euonymi folio, spinis gemellis Maderaspatana *Ejusd. ibid.* T. 218. F. 7.
10. Rhamnus (fortè) seu Arbuscula spinosa Euonymi folio, spinis singularibus, *Virginiana Ejusd. ibid.* F. 6.
11. Rhamnus *Africana* Cerasi fructu, Cerasa *Hottentottorum P. B. P. Vide* Cap. de Cerasо.
12. Rhamnus foliosis aculeis, Berberidis folio, *Chalepensis Pluk. Mantiss.*
13. Rhamnus spinis prælongis & validissimis, foliis multis vestitis. Ex *India Orientali* ad D. *Petiver* missa.

Folia parva, obtusa, ad Nummulariæ accidentia, duo triáve simul ex eodem puncto. *Flores* & *fructus* in summis ramis, hi satis grandes, ut baccarum ferè modum excedant, oblongi, per maturitatem nigri, calice excepti, non tamen profundo.

14. Rha-

14. Rhamnus ſpinis validis, rectis & etiam rectà extantibus, uncialibus & ſeſcuncialibus, fructu verrucoſo rotundo in racemulis ad ſpinas egreſſis. A D. *Petiver* accepi.

15. Rhamnus folio rhomboide, unciam plus lato, ſeſcunciam longo, utrinque albicante, glabro, per margines æquali, ſpinis rectis, acutis, è foliorum alis exeuntibus. Ex *India Orient.* acceptam communicavit *D. Petiver.*

16. Rhamnus *Americanus Monſpeliacæ* ſimilis flore & fructu majore *P. B. P.* App. *Foliis* eſt majoribus, latioribus & obtuſis, non mucronatis; Floribus purpuro-cœruleis quinquifidis, ex calicibus parvis, & per oras crenis minùs profundè diſſectis. D. *Sherard.* forſan idem cum 1. ſpecie.

17. Rhamnus Apii folio, racemoſo fructu, Lentiformi zizyphino, Siculis *Graneddi*, Netinis *Demoni Hort. Cathol. Cupani.* Folia tripartitò diviſa ſunt ad pediculum uſque. Singulæ etiam laciniæ ſuperiore parte dentatæ. Spinæ non multò longiores ſunt quàm Oxyacanthæ vulgaris: Surculi & Ramuli teneriores, ut in illa, rubent. D. *Sherard* communicavit.

Ad Cap. 18. De Molago-auram *H. M.* add.

An Rhois trifoliatæ facie frutex *Salawaccenſis* floribus Juliformibus *D. Petiv. Act. Philoſ.* N. 276. p. 1013. Shala-maraum *Malab. D. Brown.*

18. Katu-Kara-Walli H. M. P. 7. T. 17. Rhamnus *Indicus*, foliis & ſpinis geminatis ab eodem exortu, Floribus monopetalis quinque-partitis.

H. M.

Ramos habet rotundos, geniculatos, geminatis ad geniculos *foliis* inſtructos, oblongis, in cuſpidem ſtrictis, tenuibus, interiore parte lenibus, viroris nitentis, exteriore, in qua è coſta media laterales obliquo ductu egrediuntur & extuberant, ſcabra, coloris diluti & ſurdi; è quorum ſinubus exeunt *ſpinæ* pariter geminæ, oblongæ, cuſpidatæ, lignoſæ, & cum adultiores ſunt reflexæ; è ſpinarum ſinubus ſeu angulis egrediuntur *Flores*, petiolo brevi & nonnihil lanuginoſo hærentes, monopetali, quinquepartiti, cuſpidati, coloris viridis ac flaveſcentis; è foliorum interſtitiis 5 *apices* fuſci emicant: in medio ſtylus eſt, ad pedem lanugine alba obductus, cum capitulo flaviuſculo in vertice, nullius odoris. *Fructus* iidem cum *Walli-Kara.* Naſcitur circa *Klein-Mangatti*, & aliis locis ſublimioribus. *Locus.*

19. Rhamnus foliis buxeis minimis, confertim naſcentibus, ſpinis longis armata *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Lignoſa erat hæc planta, (cujus ramulum à *Jacobo Harlow* in *Jamaica* collectum nobis communicavit D. D. *Sherard*) cortice glabro vireſcente tecta. *Folia* exibant multa, agminatim congeſta, 3, 4ve ad idem punctum. Buxeorum conſiſtentiâ, parva, glabra, viridia, ab initio anguſto paulatim dilatata ad extremum ſubrotundum. Inter folia exeunt ſpinæ duæ, ſemunciam circiter longæ, virides, acutæ: indidem etiam egreditur pro *Fructu* bacca parva, & (quantum diſcernere licuit) coronata ſeu umbilicata, ut non certus ſim fruticem huc pertinere, quin potiùs aliò transferendum ſuſpicer.

P. 1596. Ad Cap. 25. Fruticem Tsjeriam Cottam *H. M.* ſimilem ſi non eandem ex *India* miſit D. *Sam. Brown* titulo Pulichee-Maraum Malab. quem D. *Petiver Act. Philoſ. Lond.* Bacciferam *Madraſpatanam* Ribis more floribus muſcoſis Juli inſtar appellat N. 271. p. 858. item *Muſ. Pet.* 621. Sex circiter pedes altus eſt, Carpi craſſitudine. Radix, folia & cortex thoracica ſunt, tuſſes, phthiſes & febres hecticas ſanant.

P. 1599. Ad Sectionem de Bacciferis monopyrenis.

Valli-Caniram H. M. P. 7. T. 3. Frutex *Indicus* baccifer, flore monopetalo tripartito, fructu oblongo racemoſo monopyreno.

H. M.

Caniram ſeu Nucis vomicæ ſpecies eſt, in declivi montium naſcens, circa *Paracavo* & alibi. *Radix* ei fibroſa, ſaporis amari. *Cauliculi* tenues, teretes, virides: *cortex* amarus. *Folia* hinc indè ex tenuibus petiolis viridi-dilutis provenientia, oblonga ſunt, ad pediculum rotunda, anteriora verſùs in cuſpidem contracta, ſuperficie plana ac glabra; ſupernè nitentia, ex fuſco viridia, ſubtus communis viroris, ſaporis amari & ſylveſtris. *Flores* faſciatim, in longiuſculis ac viridi dilutis petiolis, ex baſi foliorum naſcuntur, monopetali, parvi, flavi, trifoliati, rotundâ orâ in cuſpidem contracti. *Stamina* in medio ſex, parva, è flavo albicantia, nigro apice interiùs notata, inferius foliolis valdè parvis in orbem cincta. *Gemmæ* rotundæ è viridi flaveſcunt, apertæ, oblongæ ſunt & magis flavæ. *Fructus* oblongo-rotundi, parùm plani, interiore parte conſtricti & anguſti, primùm virides, dein flavi, minùs ſtricti, craſſiores & formâ magis oblongo-rotundi, decidente flore racematim proveniunt ſeptem vel octo: Officulum in ſe continent oblongo-rotundum, ſtrictum, ſuperficie aſperum, coloris primùm candidi, exſiccatum ex ruffo fuſci, ſaporis in totum amari. Floret menſe Maio, Junio & Julio ſemper frondens.

Vires. Morbum curat ſacrum. Decoctum foliorum (ut & folia trita) puſtulas & ulcera tollit, externè applicatum. Succus cum oleo *Coqui Indici* ana concoctus capitis & dentium dolores mitigat, ſpontaneam corporis laſſitudinem tollit; cum cera ad unguenti conſiſtentiam redactus ulcera gravia & inveterata ſanat. Radix trita & aqua Oryzæ permixta humores pituitoſos extenuat.

Meriam-pulli H. M. P. 7. T. 48. Frutex *Indicus* capreolatus, foliis cuſpidatis, ſerratis; floribus ex adverſo foliorum in umbellis; baccis rotundis monopyrenis.

H. M.

Frutex eſt ſuper terram repens, *Caulibus* viridibus, glabris, geniculatis, intus aqueis & fragilibus. *Folia* diſtinctis intervallis hinc indè in petiolis oblongis proveniunt, claviculis comitata, oblonga, cuſpidata, texturâ ſpiſſa, ſuperficie glabra & lenia, viroris vividi & nitentis, circa oras rubeſcentia, & apicibus cuſpidatis munita; ſapor acidus eſt & linguam vellicans, odor ſubgravis. *Coſtam* mediam albicantem, in prona parte extuberantem duæ laterales concomitantur, multis raris venulis interſperſæ. *Flores* umbellati in petiolis ad exortum foliorum è geniculis erumpentibus viſuntur tetra- vel pentapetali, ex viridi albicantes: in medio capitulum habent planum & rotundum cum ſuo ſtylo roſaceo. Stamina quatuor ſunt vel quinque pro numero petalorum, flavis apicibus inſtructa. Florum gemmæ oblongæ, ex rubro purpureæ & virideſcentes. *Fructus* baccæ rotundæ, faſciatim pendentes, glabræ, ex viridi rubræ; caro mollis, valdè ſucculenta, ex viridi fuſca, ſaporis ſubacidi, odoris gravis, ut folia *Mandara*. Officulum quod continent valdè durum eſt, nonnihil rotundum, ex viridi fuſcum, nucleus albus.

Naſcitur circa *Warapoli* & alibi, florens & frugens ad finem anni.

Vires. Ex foliis balneum antiparalyticum conficitur. Eorundem & Nelicæ ſuccus ophthalmiam tollit.

Scheru-Valli-Caniram. H. M. P. 7. T. 4. Frutex *Indicus* bacciſer, floribus monopetalis quadripartitis ſpicatis, fructibus oblongis monopyrenis, binis terniſve ſimul.

H. M.

Radix huic longa, craſſa, fibroſa; cortice cinereo ſubdulci; ligno ſubamaro. *Caulis* craſſus, tortuoſus, ad altitudinem 12 pedum aſſurgit, ramos 4 cubitis longiores tranſverſim ejiciens, cortice viridi, cinereâ ac ſcabrâ cruſtâ obducto. *Rami* duri lignoſi, cortice ex viridi fuſco nitente, longioribus viridibus ſpinoſis eminentiis muniti, ſaporis amari. *Folia* ſurculis ramorum ac etiam ſpinoſis eminentiis petiolis brevibus & viridibus inſident, oblongo-rotunda, anteriùs contracta, & in cuſpidem deſinentia, criſpa, textura craſſiori, denſa, ſuperficie plana, anteriori parte fuſco-viridia, nitentia, amara. *Flores* monopetali, ſupra originem foliorum in brevibus viridibus petiolis ſpicatim proveniunt, exteriora verſus quadripartiti, reflexi. *Stylus* viridi-dilutus cum capitulo viridi-fuſciori in medio eminet: *Stamina* quatuor parva, tenuiſſima albicantia, flaviuſculis *apicibus* dotata. *Fructus*, qui bini terniſve petiolis parvis inſident, *baccæ* ſunt oblongo-rotundæ, ſpiculâ parva in vertice eminente, primò virides & nitentes, tum flavi, ſaporis amari: nucleus in officulo albus nucis guſtum refert.

Locus. Naſcitur circa *Panani*, *Catour* & alibi, ſemper viret, florens tempore pluviali.

Vires. Succus cum oleo decoctus & capiti impoſitus humores pituitoſos elicit.

Bacciſera trifolia racemoſa, floſculis albis tetrapetalis, fructu nigro, monopyreno, fœtido *Slon. Cat. Jamaic.* Arbor *Jamaicenſis*, *denſiori* Tiliæ folio, triphyllos, floribus coactiùs ſeu ſpiſſiùs diſpoſitis *Pluk. Phytogr.* T. 147. F. 5. Hujus icon accuratior habetur T. 257. F. 2.

D. *Sloane.*

Frutex iſthic ad 6, 7^ve^ pedum altitudinem aſſurgit, *caudice* recto, cortice propemodum glabro, obſcurè fuſco obtecto. Ramorum extrema plurima geſtant *folia*, terna ſimul in eodem pediculo, unciam longo, colore viridi-claro. Surculi extremi in plurimos pediculos ramificantur, *flores* multos, perexiguos, albos, tetrapetalos, odoratos ſuſtinentes; quibus ſuccedunt totidem *baccæ* nigræ, rotundæ, grano Piperis majores, glabræ, in pulpa fœtida nigricante unicum album, oviſorme officulum ſeu fructum continentes, è membrana ſeu cartilagine tenui fragili & nucleo majuſculo viridi conſtantem.

Ad ripas fluvii *Cobre*, prope urbem *S. Jago de la Vega* oritur.

Bacciſera fruticoſa, flore luteo pentapetaloide, fructu purpureo monopyreno *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulem edit cortice rubente tectum, ramoſum, ramis geniculatis, & ad 4 vel 5 pedum altitudinem aſſurgentibus, ſumma parte *foliis* veſtitos per intervalla ex adverſo binis, pediculis præparvis inſidentibus, 3 uncias longis, mediâque latiſſima parte unam latis, utraque extremitate anguſtis, luteo-viridibus, glabris. *Flores* longi, monopetali, oris in 5 ſegmenta diviſis, colore flaveſcente, quos ſequitur *bacca* purpurea, grano Piperis major, in carne ſeu pulpa purpurea unicum figuræ irregularis, parvum, album officulum continens.

Prope urbem *S. Jago de la Vega*, variis in locis provenit.

Ber-

Berberis fructu Arbor maxima baccifera racemosa, foliis integris obtusis, flore albo pentapetalo odoratissimo, fructu nigro monopyreno *Sloan. Cat. Jamaic.* An Citharexylon arbor *Americana*, ex cujus ligno Citharæ & Panduræ fiunt *Pluk. Phytogr.* T. 162. F. 1? Fiddle-wood.

D. Sloane.

E maximis est & celsissimis *Jamaicæ* arboribus, ad 60 pedum altitudinem assurgens, recta, materie optima, crassa, cortice tecta è fusco albicante, intorta, dependente, seu arboris trunco laxè adhærente, cortici Cannabino è caule detracto simili. Prope ramulos extremos exeunt *Folia* crebra satis, nullo ordine posita, in pediculis uncialibus $3\frac{1}{2}$ uncias longa, sescunciam lata, medio sc. ubi latissima, ad basin angustissima, colore viridi-claro. E furculis extremis exeunt ligulæ, 6 uncias longæ, Ribesianis similes, quibus adnascuntur *Flosculi* multi, calice viridi excepti, albi, pentapetali, odoratissimi, quorum unicuique succedit *bacca* subrotunda, primò viridis, deinde flava, per maturitatem nigra, glabra, in pulpa tenui amplum ovale seu subrotundum officulum claudens.

In sylvis campestribus circa urbem *S. Jago de la Vega* ubique reperitur.

Mali folio subtus albicante Arbor baccifera, ligno durissimo, fructu monopyreno rubro, officulo cannulato *Sloan. Cat. Jamaic.* Iron-wood.

D. *Sloane.*

Viginti circiter pedum altitudinem assequitur hæc arbor, cortice glabro, albicante seu incano obvoluta, ramis incurvis brachiata; quorum superioribus partibus versùs extrema innascuntur *Folia* valde glabra tenuia, $2\frac{1}{2}$ uncias longa, sescunciam lata, figuræ ovalis seu ellipticæ, subtus albicantia, Pyri folia nonnihil referentia, pediculis brevissimis intercedentibus, adnata; ut & *Flores*, qui inter folia plurimi exeunt. *Baccæ* singulæ singulis insident pediculis, $\frac{1}{8}$ unc. longis, sub cuticula exteriore rubente pulpam intus concolorem, unicúmque officulum oblongum, angulosum, canaliculatum claudentes.

Lignum ei durissimum, unde nomen.

Baccifera racemosa fruticosa, Buxi folio nervoso, ad summitates latiori, fructu amaro monopyreno *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Frutex est tripedalis aut quadrupedalis, cortice cinereo obtectus. *Folia* ad semuncialia intervalla è ramis proveniunt, pediculis $\frac{1}{10}$ unciæ longis insistentia, unciam longa, $\frac{1}{4}$ lata, ab angusto principio latiora & rotundiora versùs apicem evadentia, intensè viridia, glabra, dura, spissa, unicâ costâ insigniore media dividente, & nervos transversos hinc inde emittente. *Fructus* multi, brevibus aut nullis pediculis insidentes, seorsim ex alis foliorum exeunt, sunt que baccæ ruberrimæ, rotundæ & compressæ figuræ, Berberibus majores, pulpa amaricante cinctum officulum ejusdem cum ipsis figuræ, nucleo intus latitante albo, continentes.

In montibus sylvosis inter agros D. *Bernard* & D. *Freeman* observavi.

Arbor baccifera, flore luteo monopetalo difformi, fructu Sphærico nigricante monopyreno *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caudices plures edit hæc Arbor, cruris humani crassitie, cortice glabro albo ferè obductos, ad 20 pedum altitudinem assurgentes, ramis & virgis surrectis, in quibus *folia* alternatim posita, pediculis $\frac{1}{10}$ unciæ longis insidentia, sescunciam longa, $\frac{3}{4}$ tas unciæ lata, media sc. latissima parte, splendentia, crassa, glabra, luteo-viridia, costa insigniore media secundùm longitudinem dividente. Ex alis foliorum egrediuntur *Flores*, nunc singuli seorsim, nunc plures simul, parvi, galericulati seu cucullati, pallidè lutei; quorum unicuique succedit *bacca* sphærica, nigricans, Pisi agrestis magnitudine, in pulpa tenui amplum rotundum albicans *semen* seu nucleum continens.

Cum priore invenitur.

Tsjeru-Caniram *H. M.* Part. 7. Tab. 2. Frutex *Indicus* baccifer, flore monopetalo quadripartito, fructu racemoso monopyreno.

H. M.

Ramis est rotundis, lignosis; *cortice* ex viridi fusco, ligno albicante, medullâ viridi. *Folia* oblongo-angusta, in cuspidem acutum desinentia, in furculis propriis, ex brevibus proveniunt pedunculis, crassa, solida, superficie glabra, saporis amari & ardentis. *Flores* monopetali quadripartiti, in furculis foliosis extuberantes, petiolis viridibus bini ac terni transversim erumpunt, & racematim excrescentes numerum plerumque duodenarium implent, gemmæ speciem referentes, ex viridi albicantes, anteriùs stricti, cuspidati, stelliformes extrorsum reflexi. *Stylus* viridiusculus, cum sua gemmula viridi in medio eminet; stamina nulla, nec calix, odoris expertes. *Fructus* baccæ rotundæ, ex viridi fuscæ, cuspidem breviorem in vertice gerentes; intus nucleum album habent, saporis subamari.

Nascitur circa *Poiga*, *Castello* & alibi, semper virens. Floret tempore pluviali.

Succus, ut & *Tsjetti-mulla*, ulcerosam scabiem & artuum dolores tollit.

Arbor

Arbor Virginiana Citriæ vel Limonii folio, Benzoinum fundens, *Commel. Hort. Amſt. rar.* Arbor Benzoinifera *Breyn. Prod.* 2. Hujus meminimus *Hiſt.* p. 1845.

E *radice* fuſca lignea, ſapore aromatico, ſurrigitur *caudex* rectus, cortice fuſco amictus. Ramuli juniores vireſcunt, quibus *Folia* alternatim inſident, Limoniæ aut Citriæ ſubæmula, tactu a. molliora, ſubſtantiâ tenuiora, margine non crenata, adverſa parte hilari viriditate, averſa autem albidiore prædita, in utroque extremo anguſta & mucronata, pediculis uncialibus fulta, 3 dig. lata, ſeſquipalmum longa, quæ manibus contrita odorem ſpirant ingratum, & maſticata ſaporem præbent Ribeſiorum nigrorum foliis non admodum diſſimilem, ſed remiſſiorem, per quorum medium nervus modicè craſſus porrigitur. *Flos* exiguus pentapetalos [hexapetalos D. *Plukenet*] luteo-herbaceus, brevi deciduus, qui menſe emicat Februario. Fructus, obſervante D. *Plukenet*, baccæ ſunt monopyrenæ. Folio eſt deciduo.

LIBRI VIGESIMI OCTAVI SECTIO TERTIA.

De Arboribus Bacciferis fructu Polypyreno.

HAS dividimus in *Dipyrenas* ſeu gemino in ſingulis baccis ſemine; *Tripyrenas*; *Tetrapyrenas* & *Polypyrenas*.

Pro *Dipyrenis* habemus Jaſminum, Liguſtrum, Frangulam, Berberin, & Indicas nonnullas hic recenſitas.

Pro *Tripyrenis* Alaternum, Sambucum, &c.

Pro *Tetrapyrenis* Vitem viniferam, Thee Sinenſium, Euonymum, Agrifolium, &c.

Pro *Polypyrenis* Capparin, Ericam bacciferam, item Indicas & Americanas multas.

De Arboribus bacciferis, baccâ ſeu fructu è multis acinis compoſito.

HUC pertinent Uva marina dicta & Rubus.

Arbores bacciferæ dipyrenæ, ſeu gemino in ſingulis baccis ſemine.

P. 1602. Ad Caput de Jaſmino.

1. Jaſminum album trifoliatum, flore magno, ex Inſula *Madera Pluk. Almag. Bot.* T. 303. F. 1. fortè *Azoricum* flo. albo *Griſleii V. L.*
2. Jaſm. Myrſinites triphyllum *Malabarienſe*, floribus oblongis rubellis *Ejuſd. ibid.* T. 303. F. 2. Jaſminum (fortè) flore rubro, quod in *Aſiaticis* hortis reperiri *Cluſius* refert: *v. C. B. pin.* 397.
3. Jaſm. *Malabaricum* triphyllon, pediculis alatis, floribus ex oblongo tubo in calathum quinquepartitum explicatis, colore puniceo *Ejuſd. ibid.* T. 303. F. 3. Huc (fortè) ſpectat Nela Naregam *H. M.* P. 10. T. 22. Frutex *Malabar.* trifoliatus, flore pentapetalo candidiſſimo, fructu triangulato *Commelin. Notis.*

Plukenetius noſter aliique multos frutices *Indicos*, ſub diverſis titulis deſcriptos, ad Jaſminum reducunt; nimirum,

1. *Tsjeregam Mulla* H. M. P. 6. T. 53. titulo, Jaſmini *Indici* odorati flore polypetaloide exalbido, ad genicula prodeunte, fructu Ceraſi minoris, gemello. Jaſm. Ind. latifolium fructu gemino *Tournef. El.*
2. *Tsjovanna Amelpodi* P. 6. *Bot.* 470. T. 47. tit. Jaſmini inodori, flore pentapetalo, fructu gemello, quaſi in unam baccam coalito.
3. *Velutta-Amelpodi* P. 6. T. 48. tit. Jaſmini *Indici* ſylveſtris inodori, floribus albis, ad unguiculos croceo tinctis.
4. *Schetti* album ſeu *Bem-Schetti* tit. Jaſm. *Indici* Lauri folio, inodori, umbellati, floribus albicantibus. *P. B. P.*
5. *Katu-*

5. *Katu-Mulla*, P. 6. T. 56. tit. Jaſm. *Indici* inodori flore pentapetaloide candidiſſimo, dicocci. Jaſm. *Ind.* latif. fructu biventri *Tournef. El. Bot.*
6. *Katu-Tsjiregam-Mulla* P. 6. T. 54. tit. Jaſm. *Indici* ſylveſtris inodori, Lauri folio, flore pentapetaloide, ſummis ramulis innixo, pentacocci. Jaſm. *Indicum* latifolium monococcon *Tournef. El. Bot.* appellatur.
7. *Katu-Pitsjegam-Mulla* H. M. P. 6. T. 53. tit. Jaſm. *Indici*, flore polypetalo candido, oris rufeſcentibus. Jaſm. *Ind.* anguſtif. fructu gemino *Tournef. El. Bot.*
8. *Tsjeri-Mulla* P. 6. T. 49. tit. Jaſm. *Indici* ſuaviſſ. flore albo pentapetaloide, quinis antheris grandiuſculis erectis ornato. Jaſm. *Ind.* Myrti Laureæ foliis, flore albo *Breyn.* Prod. 2.
9. *Nandi Ervatam* minor P. 2. T. 55. tit. Jaſm. *Malabarici*, Aurantiæ foliis, flore pentapetaloide niveo, fragrantiſſimi. In plurimis convenit cum *Arbore triſti Garciæ* & *Acoſtæ*.
10. *Nandi Ervatam* major P. 2. T. 54. tit. Jaſm. *Indici* odorati, Aurantiæ foliis, albi, flore multiplici roſeo, *Commelino* Syringa *Malabarica* lacteſcens, flore niveo pleno odoratiſſimo.
11. *Kudda-Mulla* P. 6. T. 51. tit. Jaſm. *Arabici*, flore amplo pleno odoratiſſimo, foliis ad genicula ternis: *Foula Mogori ſoprano Luſitanis.*

Jaſminum autem *Sambac* Arabum dictum *Nieuenhovio* in Itinerario deſcribitur ſub nomine *Fula de Mogori.*

Harum omnium deſcriptiones in *Hiſtoria noſtra* habentur.

4. Jaſminum *Azoricum* trifoliatum, flore albo odoratiſſimo *Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Jaſm. album trifoliatum, flore magno, ex inſula *Madera Pluk. Almag?* T. 303. F. 1.

Commelin.

Radice conſtat alba, multis fibris capillata. *Caudex* articulatus, cortice griſeo obtectus, in varios diſpeſcitur ramulos, tenues, longos & molles. *Folia* in geniculis terna, è communi pediculo longo prodeuntia, ac è lata baſi in mucronem deſinentia obſcuro virore nitent, Jaſmini *Indici* flavi odoratiſſimi *Ferrarii* latiora, iis tamen rotunditate ac rigiditate reſpondentia. *Flores* è viminum cymis prodeuntes, pediculis longis fulti, coloris ſunt candidi, odoris ſuaviſſimi, pentapetali, ut & tetrapetali, qui integri decidunt. Horum petala vulgaris Jaſmini petalis ſunt productiora & latiora, inter quæ prominet Styli capitulum. Fronde perpetua viret. Floret menſe Auguſto. Fructus nondum vidi. Soboles eſt inſularum *Azores* dictarum.

Fructus in Horto *Beaumontiano* viſus oblongo-rotundus erat & viridis, Lauri baccis magnitudine non cedens, antequam maturitatem fuerat adeptus decidit. *Flores* monopetali ſunt, è gracili tubo in 5 profundas lacinias, culmum latas, repandas, acuminatas, diviſi. Floribus ſubeſt calix exilis, denticulatus, pediculo unciali nixus. *D. Ruyſch.*

5. Jaſminum arboreum, foliis amplis oblongis, ſupernè viridibus, ſubtus leni canitie pubeſcentibus, flores albos, in 4 lacinias longas anguſtas ad umbilicum uſque partitos racematim ferens *Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.*

6. Jaſminum *Zeylanicum* inodorum maximum, Maharatambala *Zeylanenſibus. D. Herman.*

Folia ampliſſima, ſeſquipalmaria aut bipalmaria, palmum lata, craſſa, per margines æqualia, nervis plurimis à media coſta ad latera excurrentibus elatis ſtriata, binæ in ramis adverſa, baſi latiſſima abſque pediculis caulem amplexa. E locuplete penu *D. Sherard.*

7. Jaſminum *Zeylanicum* inodorum, petalis ad umbilicum uſque inciſis ſeu bifidis, Walpitſa *Zeylanenſibus D. Herman. S. Brown* lib. 4. 161.
8. Jaſminum *Canarienſe* foliis amplioribus, lætè virentibus, venoſis, hirſutis & aſperis, umbellatis. *Schetti* floribus purpureis, ex caliculis inflatis prorumpentibus *Pluk. Almag. Bot.* ad quem ex Inſulis *Fortunatis* advecta eſt, at ex *India Orientali* ad D. *Petiver.*
9. *Abrahamus Muntingius* in Herbario Belgico inter alias multas Jaſmini ſpecies Jaſminum ſemper virens *Americanum* flore luteo odorato majore deſcribit & depingit. P. 223. quod Geſſeminum *Indicum* flavum odoratiſſimum Ferrarii.

10. Jaſminum Periclymeni folio, flore albo, fructu flavo rotundo, tetrapyreno *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Ad 8 aut 9 pedum altitudinem evadit hæc arbuſcula, *caudicibus* pluribus, cortice luteo aut caneſcente corni fœminæ ſimili veſtitis. Rami plurimos emittunt ſurculos *foliis* obſitos, 2 uncias longis, unam latis, colore luteo-viridi, ſupernè parum hirſutis ſeu caneſcentibus, Periclymeni folia nonnihil referentibus, pediculis ſemuncialibus innixis. *Flores* multi ſimul in extremis ramulis, petiolis tenuibus inſidentes, albi, monopetali, in calicibus viridibus, margine in 5 ſegmenta ſeu lacinias profundè diviſo. Sequuntur *baccæ* ſphæricæ, Piſis majuſculis æquales, coloris Aurantiaci, in pulpa tenui concolore, 4 officula triangularia, ità coaptata, ut unum rotundum globulum efficiant, continentes.

11. Jaſminum Laurinis foliis, flore pallido luteo, fructu atrocæruleo, polypyreno, venenato *Slon. Cat. Jamaic.* Syringa Laurifolia *Jamaicenſis*, floribus ex flavo palleſcentibus, fortè Totoncopatli *Mexicenſibus*, Syringa lutea *Hernandez. Pluk.* T. 64. F. 3. Poiſon-berries. *D. Sloane.*

D. Sloane.

Cortex huic Arbori glaber, albicans *truncum* obvolvit rectum, 7 aut 8 pedes altum. *Rami* plurimi, quaquaversum protensi, versùs summitates suas seu extrema *foliis* multis cincti, glabris, obscurè viridibus, longis, à brevi pediculo ad medium usque latescentibus, deinde paulatim in punctum contractis. *Flores* multi inter folia exeunt, pallidè admodum lutei, monopetali quidem, verùm 5 incisuris adeò profundè crenatis ut pentapetali videantur, tubulo oblongo, eidem communi pediculo adnascentes. Unicuique succedit nigro-cærulea seu atro-purpurea *bacca* figuræ ovatæ, Pisi arvensis magnitudine, in pulpa valde succulenta plurima parva compressa *semina*, ejusdem omnia coloris, continens.

12. Jasminum folio integro obtuso, flore cœruleo racemoso, fructu flavo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Ad 10 aut 12 pedum altitudinem enititur, trunco crus humanum crassitudine æquante, cortice albo amicto, prope verticem in plures ramos divisо, *foliis* vestitos in agminula congestis, arboris cucurbitiferæ similibus, agminulis sibi mutuo oppositis. Prope summos ramos exeunt ligulæ seu funiculi quidam, multis cœruleis, monopetalis, quinquepartitis *floscul*is onusti: quibus totidem succedunt *baccæ*, ovatæ, *Ribesinis* majores, cuticulâ glabra luteâ tectæ, in pulpa modicâ *semina* aliquot flava continentes.

Circa urbem S. *Jago de la Vega* multis in locis copiosè crescit.

13. Jasminum fortè, folio Myrtino acuminato, aliorum adminiculo se sustentans, flore albicante racemoso *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Frutex isthic longum, sarmentosum, deorsum incurvatum *caulem* producit, teretem, crassitudine digitali, obscurè fuscum, 9 aut 10 pedum longitudine, imbellem, arbore *Fingrigo* aliisque vicinis quibus sive implicat aut innititur sustentatum, quamvis iis se circumvolvendo non scandat: summi ramuli in plures surculos dividuntur, *foliis* vestitos, binis semper sibi mutuo oppositis, 2 uncias longis, mediâque latissima parte unam latis, glabris, splendentibus, acuminatis, pediculis $\frac{1}{8}$ unc. longis insidentibus. Ex eorum alis exeunt pediculi communes, 3 uncias longi, ramosi, in fastigio & ramulis *flores* gestantes, parvos, virides, monopetalos, marginibus pentagonis, colore albicante.

14. Jasminum fortè, arboreum, foliis Laurinis, ex adverso nascentibus, oblongis, acuminatis; flore albo *Slon. Cat. Jam.*

D. Sloane.

Præcedentibus duobus nonnihil similis est, & ad 15 pedum altitudinem assurgit Arbuscula isthæc, *caudice* gracili, cortice griseo albicante tecto. Prope extremos ramulos *folia* exeunt bina ad intervalla, sibi mutuò opposita, pediculis semuncialibus hærentia, 6 uncias longa, media parte sescunciam lata, latitudine ad utrumque extremum usque continuè decrescente, glabra, crassa, obscurè viridia. Summis ramulis multi insident *Flores*, velut in fasciculos congesti, in petiolis tenuibus, longi, plerunque tubulosi, marginibus in 5 apices divisis.

15. Jasminum fortè, arboreum, foliis Laurinis obtusis, latioribus, atro-virentibus; flore pentapetalo, racemoso, purpureo, reflexo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Triginta interdum pedum altitudinem assequitur Arbor isthæc, cortice luteo seu cinereo propemodum glabro tecta. Surculi *foliis* obsidentur valdè lævibus, obscurè viridibus, pediculis $\frac{1}{4}$ unc. longis insidentibus, ipsis 4 unciarum longitudine, latitudine (media latissima parte) longitudinis dimidia, costa eminente media percurrente. *Flores* in surculis peculiaribus pentapetali, petalis reflexis, purpurascentes, medium occupantibus *staminulis* aliquot luteis.

In montibus prope rura *D. Elletson* loco *Liguanee* dicto.

16. Jasminum spinosum *Americanum* folio lucido subrotundo *P. B. P.* Lycium *Curassavicum* folio subrotundo *Rubba de Caballo* vulgo, *Ejusdem* & fortè rectiùs *Lycium* vocaretur. Ad Jasminum certè in methodo nostra non pertinet, siquidem fructu sit polypyreno.

D. Sherard.

Folia habet conjugata, ex angusta basi in latum & obtusum terminantia, digitum longa, & in extremo duos lata, ad margines nonnihil villosa, subrigida, lucentia, nervo per medium albente. *Fructus* rotundus, Avellanâ paulò major, striis tenuibus insignitus: intra cuticulam est membrana tenuis, continens plurima *semina* plana, parva, orbiculata, nigra, in pulpa, adeò ut totus fructus seminibus repletus sit. Caudex geniculatus, ex ruffo cinereus. Rami tenaces & sequaces, quibus ad domandos equos flagelli loco utuntur *Hispani*. Spinæ prodeunt supra non subtus folium.

P. 1604. Ad Cap. de Liguſtro adde,

Liguſtrifolia baccifera, fructu nigro caudato ex *America Pluk. Almag. Bot.* A *Philippo Boufflers* Belga accepit *D. Plukenet.*

Alcannæ quatuor ſpecies proponit *Abrahamus Muntingius* in Herbario Belgico; verùm priores duæ ad Phylliream pertinent.

Pag. 1605. De Frangula ſeu Alno nigra Baccifera.

1. Frangula ſeu Alnus nigra, rotundiore folio *Narbonenſis Schol. Bot. Pluk. Almag. Bot.*
2. Frangula minima rupeſtris, *Pruno ſylveſtri affinis Americanæ* foliis. Alnus (fortè) nigra pumila in *Broccenbergi* vertice *Thal. Harcyn. Saxono-thuring.* 15. Alnus ſeu Frangula Alpina ſaxatilis minima *P. B. P. Pluk. Almag. Bot.*
3. An Alnus nigra longiori folio *Virginiana?* Hujus ramulum ex Horto *Badmingtoniano* Celſiſſ. Ducis de *Beaufort* tranſmiſit D. *Sherard*, in quo folia 3 uncias longa, ſeſcunciam lata, acuminata, nervis atrorubentibus valde conſpicuis donata.

Flores è foliorum alii exeunt pediculis breviſſimis, albidi, pentapetali, adnotante *D. Sherard.*

P. 1606. Ad Caput de Berberi.

1. Berberis dumetorum latiſſimo folio Nᵃ Angliæ *P. B. P. Pluk. Almag. Bot.*
2. Berberidis facie Arbuſcula *Americana* ſpinoſa, foliis Lycio nonnihil ſimilibus *P. B. P.*
3. Berberidis facie arbor *Madraſpatana*, foliis non ſerratis *Muſ. Petiver.* 623. Davadurree *Malab. Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 709. An Tsjerou-Canelli *H. M.* V. 5. T. 50. p. 99.

Arbor iſthæc 30 aut 35 pedes alta eſt, cruris humani craſſitie. Decoctum corticis aut foliorum lumbricos necat: febres, cholicam, &c. ſanat, ut & dolores è flatibus ortos. Ligni decoctum ſanguinem purificat, choleram corrigit, flatus expellit, &c. Indi lignum hoc Santalum nigram vocant, interdum etiam Agallochum ſylveſtre. *Virer.*

4. P. 1627. Lycium Cretenſe ſeu Berberis Cretica *J. B.* vera Berberidis ſpecies eſt. In Horto *Altdorfino* fructum collegi *D. Sherard.*

1606. Cap. 5. Lycium Chamberambacum Lauri foliis, floribus comoſis *D. Petiver* Act. Philoſoph. Lond. N. 271. p. 843. Ad 30 aut 35 pedum altitudinem creſcit hæc arbor 8 aut 9 unciarum diametro. Fructus albus eſt, rotundus Piſi magnitudine. Decoctum radicis, corticis, foliorum, florum & fructuum tuſſes, ulcera pulmonum, phthiſes & febres hecticas curat. Quærit D. *Petiver* annon ſit Kanden-kara *H. M.* hoc capite deſcripta. Tetum-Cootan *Malabarenſibus.*

5. P. 1604. Berberis fructu, fruticoſa racemoſa, Fraxini folio alato, fructu nigro dipyreno *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad novem aut decem pedum altitudinem enititur hic Frutex, trunco brachium humanum craſſo, cortice obvoluto propemodum glabro, obſcurè fuſco, maculis albis aſperſo. Virgæ extremæ *foliis* exornantur pluribus, nullo ordine poſitis, alatis, & Fraxineis perſimilibus. Pinnæ impari numero in eodem folio 7, ad uncialia intervalla, binæ plurimùm ex adverſo, mediæ coſtæ adnectuntur, non tamen ſemper. E virgis ſeu ſurculis extremis funiculi aliquot ſeu ligulæ, pedem longæ exeunt, ad ſeſuncialia aut minora intervalla nodulum ſeu glomerem floſculorum triangularium, pallide flavicantium emittentes; quibus ſuccedunt *baccæ* oblongæ, primò rubræ, poſtea nigricantes, quarum unaquæque duo oblonga fuſca officula continet, altero latere plana, altero gibboſa; ut omnes ſimul Berberis racemulum ſimulent.

2. Buxi folio majore acuminato Arbor baccifera, fructu minore croceo dipyreno *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Trunco recto, femoris humani craſſitudine, cortice glabro, è viridi albicante obducto, ad 20 aut 30 pedum altitudinem aſſurgit. Prope faſtigium rami plures incurvi exeunt, quorum extrema *foliis* aliquammultis, alternatim ad $\frac{1}{4}$ unciæ intervalla diſpoſitis cinguntur, pediculis $\frac{1}{8}$ unciæ longis inſidentibus, ipſis unciam unam in longum extenſis, in latum media latiſſima parte $\frac{1}{4}^{\text{tas}}$ unciæ partes, nonnihil concavis, luteo-viridibus, Buxeis propemodum ſimilibus. Pro fructu è foliorum alis *baccam* producit rotundam, parvam, pediculo $\frac{1}{2}^{\text{tam}}$ unciæ longo inſidentem, grano Piperis minorem, cuticula tenui, propemodum ſicca, coloris Aurantiaci cinctam, è duobus ſeminibus in capſulis ſuis conjunctis & velut teſticulatis latitantibus, compoſitam.

3. Buxi folio minore integro rotundo bacciſera Arbor, fructu minore dipyreno. *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus Arboris ſuram humanam craſſitudine adæquat, cortice albicante propemodum glabro tectus, 10 aut 12 pedes altus: Secundùm ramulos ad ½ ſeu quadrantis unciæ intervalla ſuccreſcunt foliorum congeries, 3ium 4ve ſimul, è parvis protuberantiis exeuntium pediculis nullis, à principio anguſto in rotundam figuram extenſorum, diametro trientali, crenâ ex adverſo pediculi inciſorum glabrorum, colore luteo-viridi. *Baccæ* parvæ plures ſimul conſertæ, ſubrotundæ, glabræ, rubentes, ſub tenui pulpa putamen durum continentes, in quo oſſicula duo ſimul juncta, ſingula ſingulos nucleos parvos, albos claudentia, latitant.

In arenoſis maritimis prope locum dictum *Paſſage-Fort* reperi.

Myrti folio anguſto, acuminato, Arbor racemoſa bacciſera, fructu ſulcato ſeu cannulato dipyreno *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caudicem exſerit 15 pedes altum, cortice glabro pallido tectum, ligno intus duro, albo, ramis pluribus brachiatum; quorum extrema occupant *Folia*, bina plerunque oppoſita, pediculis ferè nullis, vix unciam longa, media latiſſima parte dimidiam lata, latitudine ad utrumque extremum uſque paulatim decreſcente, glabra, ad margines æqualia. *Flores* è ſummis ſurculis exeunt in parvis faſciculis, oblongi, pallidi: Quibus ſuccedunt *baccæ* oblongæ, medio craſſiores, & per ſiccitatem canaliculatæ ſeu ſulcatæ, binos majuſculos oblongos acinos continentes.

In collibus ſylvoſis prope domum D. *Batchelour* obſervavi, inque collibus *Red Hills* dictis.

Arbor bacciſera, Myrti folio latiore, fructu nigro Ceraſino dipyreno *Sloan. Cat. Jamaic.* **Black Cherries.**

D. *Sloane.*

Arboris hujus rami cortice fuſco, maculis albis hic illic aſperſo, obvolvuntur. *Folia* bina ex adverſo ſita, Myrti latifoliæ ſimillima. *Fructus* parvo ⅝ unciæ longo pediculo inſidet, Ceraſorum nigrorum ſimilis, unde nomen: prætenui nigrâ cuticulâ cinctus, in pulpa tenui, purpurea, ſubdulci oſſicula duo alba includens, uno latere plana, altero ſphærica, adeò ut duobus lateribus planis ſeu compreſſis coaptatis integram efficiant ſphæram.

In collibus ſylvoſis *Red Hills* dictis prope domum D. *Batchelour* obſervavit D. *Sloane.*

Bacciſera *Pearmeedoorica*, Lauro-ceraſi folio, fructu ſulcato, diſpermo *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 704. Vanamairaum *Malab.*

Hujus 4 ſunt ſpecies, *viz.* 2. *Vaidnanga.* 3. *Vaccanne.* 4. *Velvaccanne.* Omnes arbores ſunt amplæ, humani corporis medii craſſitie, 30 circiter pedes altæ, Folia in butyro decocta ad tuſſim leniendam exhibent indigenæ.

Baccæ racematim naſcuntur, ſuntque nigræ, granis Piperis nonnihil majores, in acumen ſingulæ exeuntes; ſulcatæ ac ſi duplices eſſent, per maturitatem interdum verſùs apicem fiſſæ. Utraque medietas unicum continet nucleum ſeu ſemen, loculo ſuo paulò minorem, baccæ interſepimento adhærentem, qua duplici membranula dividitur.

Bacciſera diſpermos *Madraſpatana* lanoſa, folio pyramidali *Muſ. Pet.* 620. Cheru-murree *Malab. Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 721.

Ad 2, 3ûmve pedum altitudinem excreſcit. *Folia* ad intervalla inæqualia pediculis ½ unc. longis inſident, prope baſin latiſſima, inde verſùs apicem ſenſim anguſtata, 3 uncias longa, unam lata. *Fructus* ſemunciali pediculo ſuſtinetur, *Tiliaceo* non valde abſimilis, racemulis ſparſis coactus, parvus, lanuginoſus, perſæpe teſticulatus; terni interdum ſimul in eodem pediculo. Infra unum fructum circulus niger notabilis conſpicitur.

Arbores Bacciferæ fructu tripyreno.

Ad Cap. de Alaterno P. 1609.

1. Alaternus minima, Buxi minoris folio *H. R. P.* An Alat. criſtata *Hort. Lugd. Bat.* ap. *Pluknet. Almag.*
2. Alaternus *Hyſicanenſis Africana*, Lauri ſerratæ odoratæ *Stapelianæ* foliis *Hort. Beaumont. Pluk. Phytogr.* T. 1296. F. 1.
3. Alaternus Arbuti foliis lucidis *Prom. Bon. Sp. Ejuſdem* ibid. F. 2.
4. Alaternus ſemper-virens *Africana*, foliis lucidis, ſpinoſa *Pluk. Phytogr.* T. 126. F. 3. E. dictatis clariſſ. *Hermanni.*
5. Alaternus vomitiva *Virginiana Munting. Herbar. Belgic.*
6. Alaternus latifolia major, limbis purpureis, *Africana Pluk. Almag. Bot. Phyt.* T. 256.

7. Alater-

7. Alaternus *aurea* ut & *argentea*, ex noſtra ſententia, non ſunt diſtinctæ Alaterni ſpecies, ſed varietates tantùm, ſeu luſus naturæ, ornatûs cauſa in Hortis curioſorum enutritæ.
8. Alaternus Eremitana Ilicis folio D. *Petiver. Veera Maraum* Malab. *Act. Philoſph. Lond.* N. 274. P. 943.

9. Alaternoides *Africana*, Ericæ foliis, floribus albicantibus & muſcoſis *Hort. Amſt. Rar. Part. alt.*

Hort. Amſt.

Caulem habet rotundum, ſeſquipedalem & fuſcum, cui nullo ordine adſtant *folia*, parva, anguſta, mucronata & rigida, ſupernè viridia, ſubtus alba, cui etiam plurimi adnaſcuntur ramuli, digiti longitudinem rarò ſuperantes, quorum acumina *floſculis* exornantur plurimis, albis, muſcoſis, pentapetaloidibus; quorum quemque ſequitur *capſula* ſeminalis caſtanei coloris, quæ tribus ſuis ſulcis totidem intus deſignat cavitates, quarum integumentum interius ſubflavum *ſemen* continet nigrum, triquetrum, quod ab una parte convexum, à duabus alteris planum, hilo albicante notatur.

10. Alaternoides *Africana* Telephii legitimi *Imperati* folio, flore viridi *Hort. Amſt. rar. P.* 2.

Hort. Amſt.

Radix ei lignoſa eſt; *Caulis* bipedalis, teres, lignoſus, fuſcus, qui varios emittit ramulos pedales & minores, virides primò, deinde cauli concolores. *Folia* ferunt nullo ſuffulta pediculo, craſſa, ſucculenta, inſtar Telephii legitimi *Imper.* ſed anguſtiora paulò, ſapore nonnihil adſtringenti. E foliorum alis parvi exoriuntur virides pediculi, qui è perianthio quinquifido *flores* ſuſtinent pentapetaloides & virides, præter ſtamina apicibus luteis prædita, *Stylos* habentes, quorum ſummitates quina lutea obtinent filamenta. *Flores* ſequuntur *Fructus* rotundi, fuſci, tria intus *ſemina* nigricantia continentes, magnitudine & figura Fruticis jam deſcripti ſeminibus non diſſimilia.

P. 1611. Ad Cap. de Sambuco.

1. Sambucus humilis *Zeylanica*, *Pawatha* Zeylanenſibus *P. B. P.*
2. Eadem *Curaſſavica Ejuſdem.*
3. Sambucus humilior fruteſcens, foliis eleganter variegatis *H. Edinburg. Pluk. Almag. Bot.*
4. Sambucus humilis ſeu Ebulus exotica, Marrubii aquatici laciniatis foliis *Hort. Pat. Pluk. Phytogr.* T. 221. F. 5. *A D. Doody* accepit.
5. Sambucus *Barbadenſibus* dicta, Coryli foliis ſubincanis *Pluk. Phyt.* T. 221. F. 6. Aningaperi *Braſilienſibus Piſon.* 218. Vide Groſſularia fructu non ſpinoſa, &c. *Slon. Cat. Jamaic.*

P. 1612. Ad Kaka-Toddali *H. M.* adde Synon.

Chamælæa *Malabarica* trifoliata ſpinoſa *Muſ. Pet.* Arbuſcula *Zeylanica* trifolia ſpinoſa; Piper redolens D. *Herman.*

P. 1607. Pu-Valli H. M. P. 7. T. 42. Frutex, *Indicus* baccifer, floſculis terrapetalis in eodem ſurculo pluribus, fructus officulo trinucleo.

H. M.

Rami cortice ſunt cinereo, ligno albicante. *Folia* in petiolis brevibus ſolitaria proveniunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, texturâ craſſâ ac ſolidâ, ſuperficie plana & glabra, viroris in recta parte nitentis, in averſa ſurdi: coſta media inferna parte extuberat, nervi tranſverſi inconſpicui. *Flores* in communibus ac brevioribus petiolis plures hinc inde congregati videntur, ſuntque gemmæ parvæ, quibus apertis, tetrapetali ſunt, obtusè cuſpidati, nullius odoris. *Stamina* in iis quatuor cum ſuis *apicibus*. *Fructus* baccæ parvæ, rotundæ, coloris ſubruffi, ſpiculo tenui & nigricante in vertice inſtructæ, carne intus ſucculenta ac dulci: in medio officulum eſt, valde durum & albicans, in quo unum, duo & ſæpius tria *ſemina* continentur, dura, glabra, coloris ex ruffo fuſci & nitentis.

Naturale ſolum eſt *Cotour*, *Petravide*, &c. Floret *Januario.*

Arbores Bacciferæ fructu tetrapyreno.

P. 1613. Ad Cap. de Vite.

1. Schembra-Valli *H. M.* Part 7. F. 6. Vitis ſylveſtris *Indica*, folio integro, acinis rotundis.

M. H.

Radix nodoſa 4 vel 5 craſſas diffundit propagines, molles, aquoſas, exteriùs nigricantes, intùs albeſcentes, ſaporis aquei, aſt parùm acrioris. *Caules* tenues, lignoſi, nodoſi, lanuginoſi, ſub lanugine virides. *Folia* in nodulis, longiuſculis, rubeſcentibus, craſſiolis petiolis

 prodeunt,

prodeunt, anteriùs cuſpidata, in margine denticulis inciſa, ſupernè viridi-fuſca, nitentia, lanugine obſeſſa, ſubtus viridia ſplendida. *Flores* racematim in petiolis craſſis, rigidis, rubris, lanuginoſis, è nodulis foliorum oriuntur, ac claviculos emittunt. *Gemmæ* primò virides, dein ex viridi dilutè albeſcentes & flaveſcentes. Eſt a. *Flos* monopetalos, quinquepartitus, cuſpidatus, rubeus, extrorſum reflexus; gemma media ſubrubra, apice rubro in vertice notata: *Staminula* 5 ſubrubra, flavis *apicibus* dotata, inter folia & mediam gemmam orientes, è medio foliorum eminent. *Fructus* uvæ planè rotundæ, initio virides, poſthac nigræ, craſſiori tunica, medullâ ſucculentâ acidâ, intus 4 trilaterata habentes granula, circa tunicam rotundiora, de cætero plana, coloris dum immatura ſunt ſubflavi & nitentis, nucleo albo inſtructa, ſaporis ſubamari & adſtringentis.

Locus. Circa *Oedeampere*, *Candenata* & alibi invenitur. Continuè floret & fruget, ſemper virens.

Vires. Succus cum oleo mixtus icterum oculorum tollit. Radix trita cum oleo & lacte *Coqui Indici* puſtulas, carbunculos & apoſtemata ſanat. Succus radicis cum Saccharo catharticum eſt, humores pituitoſos evacuans.

2. Vitis vulpina dicta *Virginiana* alba. Vitis Vinifera ſylveſtris *Americana*, foliis averſa parte denſa lanugine tectis, White Fox-grape noſtratibus dicta *Pluk. Phytogr.* T. 249. F. 1. *Almag. Bot.* 392.

Hujus meminimus in Hiſtoria ſub 4ta Vitis ſpecie ſeu Vite *Virginiana Park.*

Folium in ramulo quem habemus è *Marilandia* ſumma parte tripartitum eſt, ſeu in 3 cuſpides diviſum, verùm non uſque adeò anguloſum, & altè inciſum ac vitis noſtratis, circa margines duntaxat dentatum; ſubtus lanuginoſum & incanum. Fructus odoris & ſaporis eſt Vulpini, tradente *Parkinſono.*

Folium lutiùs eſt quàm longum: Latitudo ad 4 uncias accedit; nec multò minor eſt longitudo. Pediculus folii tenuis, hirſutus, tres uncias longus.

Sequenti plantæ eadem eſſe videtur, quam D. *Sloane* pleniùs deſcribit.

3. Vitis fructu minore, rubro, acerbo, folio ſubrotundo, minùs laciniato, ſubtus alba lanugine tecto *Slon. Cat. Jamaic.* Vitis viniſera ſylveſtris *Americana*, foliis averſa parte denſa lanugine tectis *Pluk. Phytogr.* T. 249. F. 1. Vitis vulpina dicta *Virginiana* nigra *Ejuſd. Almag.* p. 392. Wild Vine, *or* Water-Withy.

D. *Sloane.*

Caudex huic plantæ craſſus, humani cruris æmulus. Stirps ipſa creſcendi modo, cortice, altitudine, &c. *Vitem vulgarem* exactè refert. Rami albicante lanugine tecti, ſurculos hîc illîc emittunt, iiſque oppoſitos capreolos, 5 aut 6 uncias longos. Surculi ſeu Virgæ *folia* edunt rariora, pediculis uncialibus inſidentia, cordata ſeu ſubrotunda, Vitigineorum noſtratium propemodum figurâ, non tamen uſque adeò ſerrata ſeu anguloſa, circa margines dentata, duobus in tranſverſum digitis, mollia, ſupernè viridia, ſubtus alba. Racemum profert pro fructu mediocrem, uvarum minutarum, Ribium magnitudine, rubenti aut ſaturatè purpureo colore, rotundarum, ſapore grato, acerbo ſeu auſtero, pungente.

Locus. In collibus ſylvoſis mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* frequens provenit, arbores in eiſdem creſcentes operiens.

P. 1614. Ad Vitem *Canadenſem*, &c. nota. In quadam hujus generis ſtirpe obſervavit D. *Bobartus* ramulum foliis minùs inciſis, & vitis vulgaris ſimilibus, qui deciſus & in terram depactus folia ejuſmodi non inciſa retinuit, & eodem cum planta matre tempore fructum perfecit, pleriſque aliis maturiùs. D. *Sherard* communicavit.

Idem D. *Bobart* mihi retulit, ſe vitem habere uvas proferentem ſtriatas ſeu virgatas albo & rubro; nonnullas altera medietate albas, altera rubras; alias in eodem racemo omnes albas, alias rubras, D. *Sherard.*

4. Vitis *Madraſpatana* fructu azureo, folio ſubrotundo & anguloſo *Muſ. Pet.* 696. An Schunambra-valli *H. M.* Vol. 7. Tab. 11. P. 21. *Pereanrulta* Malab. nomine à D. *Sam. Brown* miſſa. Radix commolita & in aqua pota Bubones curat. *Mala-Labu Zeylan.* D. *Herman.*

5. Inter Plantas ſiccas D. *Sherardi* invenio folium ſub titulo Vitis *Canadenſis* Aceris folio; & quidem Acerno ſatis ſimile, in ſummitate tripartito diviſum.

6. Vitis Pearmedoorica, foliis ternis ſubrotundis ſerratis *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 707. *Muurlachedde Malab.*

Flores racematim naſcuntur Vitis vulgaris ad inſtar, aut potiùs *Virginianæ* repentis, à qua tamen differt *foliis* in eodem pediculo ternis, iiſque multò minoribus & rotundioribus.

Radices, cum aqua trita, Bubones diſcutiunt; eædem articulorum dolores leniunt.

7. Uvifera arbor *Americana* convolvulacea, fructu aromatico punctato: Barbadenſibus *Chequer-grape, i. e.* Uva teſſellata nuncupatur *Pluk. Almag. Bot.* 394. *Phyt.* T. 237. F. 4. An Nyalel. *H. M?* Sambucus *Indica Bontii* Hiſt. 108.

8. Vallia

8. Vallia-Pira-Pitica H. M. P. 7. F. 7. Vitis Sylveſtris *Indica*, folio tripartito, acinis rotundis majoribus.

H. M.

Caulis huic craſſus, nonnihil viſcoſus, aſtringens, ex viridi fuſcus. *Folia* in pedunculis oblongis, craſſis, è viridi fuſcis, tortuoſis ac rigidis, intus ſulco profundo ſtriatis, ampla ſunt & tricuſpidata, ad pedunculum ſemirotunda, profundè exciſa, rigida, aſpera, fractu facilia, ſupernè fuſco-viridia, ſubtus dilutiora, ubi & coſtæ ramoſæ plus ſolito eminent, ſaporis ſubamari & adſtringentis. Flores racematim provenientes monopetali ſunt, quinque-partiti, cuſpidati, ex viridi albicantes. *Stamina* 5 tenuia, *apicibus* albicantibus dotata. *Stylus* cum capitulo albicans. Fructus uvæ prægrandes, rotundæ, virides; intus pulpa ſucculenta, adurens, duobus vel tribus acinis inſtructa.

Pro loco ſibi eligit denſa nemora in *Paroe*, *Mangatti*, & alibi: plerunque flores & fructus habet.

9. Vallia Tsjori-Valli H. M. P. 7. T. 8. Vitis Sylveſtris ſeu Hedera *Indica* trifolia aut quadriſolia, claviculata, racemoſa, uvis albicantibus.

H. M.

Radix lenta eſt & admodum fibroſa, cortice nigricante, intus ex ruffo albicante: *Cauliculi* teretes, teneriores, virides, geniculati, aſperi, claviculati. *Folia* in ſurculis aſperis ex radicum geniculis oriuntur, terna, quaterna ac etiam ſolitaria, oblonga, angulis acutis eminentia; texturâ craſſa, denſa, plana, glabra, anteriori parte fuſco-viridia, adverſâ diluta, ſurda; Sapor lancinans & adurens. *Flores* in ſurculis foliaceis racematim videntur, parvi, monopetali, quadripartiti, cuſpidati, ex viridi albicantes. *Stamina* 4 flaviuſcula, noduloſa. *Gemmæ* albicantes planæ. *Fructus*, uvæ rotundæ, grandiores, racematæ, primò virides, exin albicantes, eburneæ. Caro mucilaginoſa, tranſparens. Acini oblongi, cuſpidati, bini ternive in diſtinctis cellulis ſeparati, pelliculâ albicante arctè obtecti, una parte convexi, altera plani, duriores, ex ruffo rubeſcentes, ſaporis in totum lancinantis.

Naſcitur in *Berkencour* & ſylvis denſis, ſemper frondens. Flores menſe Junio, & Julio; Fructus Octobri & Novembri leguntur. Aſthmati coveniunt. *Locus.*

P. 1622. Ad Cap. de Euonymo.

1. Euonymus Jujubinis foliis *Caroliniana*, fructu parvo, ferè umbellato *Pluk. Phytogr.* T. 28. F. 6. A foliorum ſimilitudine cum Rhamno cathartico (ni fallor) hæc planta. *Spina cervina Barbadenſibus* noſtratibus nominatur.
2. Euonymus Canellæ albæ foliis è *Maderaſpatan. Pluk. Phytogr.* T. 88. F. 5. A D. D. *Slare* ad exſculpendum accepit.
3. Euonymo adfinis *Æthiopica* ſpinoſa, Lycii foliis & aculeis, fructu Euonymi Pannonicæ *Cluſii* grandiore *Pluk. Almag.* T. 280. F. 5.

Euonymo adfinis Occidentalis, alatis Ruſci foliis, nucifera, cortice ad genicula fungoſo *Pluk. Phytogr.* T. 94. F. 4. Guaiacum *Americanum* alterum, fructu Euonymi *Breyn. Prod.* 1. Reliqua Synonyma videſis in *Almageſt. Botan.* D. *Plukenet.*

4. Euonymus *Novi Belgii*, Corni fœminæ foliis *Commelin. Hort. Med. Amſt. rar.* An Amomum Novæ Angliæ Corni fœminæ facie noſtrum p. 1799?

Radice alitur lignoſa: *Caudex* minimum digitum craſſus, rarioribus brachiatur ramis, quorum ſurculorum cortex dilutè rubeſcit. *Folia* inordinata pediculis hærent rufis, ſemuncialibus, & brevioribus, 3 uncias longa, ſeſcunciam lata, extremo in acumen producta, margine crenata, dilutè vireſcentia, Corni fœminæ ſimilia, aſt minora. *Flores* plures ſimul, umbellæ modo juncti, extremis ramulis inhærent, albicantes, puſilli, inodori, pentapetali, è quorum umbilico ſtylus prominet. Hiſce fatiſcentibus ſuccedunt *Fructus* trianguli, coloris ſpadicei, parvi, in quibus ſemina tria, maturitatem æſtate exeunte acquirentia. Folio eſt deciduo.

Non malè convenit hæc planta cum Euonymo Jujubinis foliis *Carolinienſi*, fructu parvo umbellato *Pluk. Phytogr.* jam tradita: differt, quod flores in noſtra è cimis cauliculorum exeant, cùm in illius ex alis foliorum emergant.

5. Euonymus *Virg.* rotundif. capſulis coccineis eleganter bullatis Baniſter *Pluk. Phytogr.* T. 28. F. 5.

Euonymus *Virginiana*, Ribeſii folio, capſulis eleganter bullatis *Baniſter Cat. Virgin. Commel. Hort. Amſt. rar.* Hujus mentio fit Hiſt. noſt. p. 1622. Spiræa Opuli folio *Elem. Bot.*

Commelin.

Radice eſt lignoſa, repente & fibroſa, è qua numeroſos emittit *cauliculos* ligneos, teretes, parùm craſſos, amaricantes, bicubitales, aut etiam proceriores, cortice cinereo obductos: Rami juniores nonnihil angulares, hilari viriditate perfuſi, aliquali rubedine permixta. *Folia* hyeme decidua, longis pediculis fulta, incondita, ſinuata, anguloſa, profunde ſerrata, Ribeſii foliis haud diſſimilia, adverſa parte hilariore viriditate prædita, averſa verò dilutiùs virentia, ſapore ſubamaro cum aliqua adſtrictione. Rami faſtigiantur in *Flores* umbellatim diſpoſitos quos ſuſtinent pedicelli longiores & tenuiores, pentapetalos, albicantes, rubedine non omnino

nino carentes. *Stamina* nivea *apicibus* purpureis ditata *Stylum* circumstant. Singulis floribus præteritis perficiuntur vascula seminalia 4 aut 5, bullata, parte inferiore conjuncta, cuspidata, perianthiis tetraphyllis insidentia. Perianthia, observante D. *Ruysch*, pentaphylla sunt. Quilibet alveolus capsulæ semin. unum duóve continet semina, albida, magnitudine & forma Violaceorum.

6. Euonymo affinis Arbor Orientalis nucifera, flore roseo. Styraci & Euonymo media, affinis, *Thè* Sinensium, & *Tsja* Japonensibus, flore simplici *Breyn.* Prod. 2.
7. Euonymo vulgari quodammodo accedens, à *Prom. Bon. Sp. Pluk. Almag. Bot.*
8. Euonymi nostratis folio Arbor *Africana* ex promont. *B. Sp. Pluk.* Almag. Bot. T. 280. F. 2.
9. Euon. *Æthiopicus*, Canellæ albæ foliis, magis acuminatis *Pluk. Phyt.* T. 280. F. 4.
10. Euon. margaritifera pentacoccos *Americana Pluk. Phyt.* T. 176. F. 4.
11. Euonymus *Virginiana* Teucrii foliis *Pluk. Mantiß.*

Euon. *Æthiopicus*, Rosmarini foliis, seminibus atronitentibus. *Ejusd. ibid.*
Euonymo affinis *Africana*, Myrtilli foliis grandioribus, ad imum petiolum noduligera *Ejusd. ibid.*
Euonymus *Marianus* Loti arboris folio, fructu parvo tricocco *Ejusd. ibid.*

12. Euonymus *Marilandica*, foliis ad Alaterni figuram accedentibus, floribus in tenuibus pedicellis ad foliorum exortum. An Euon. *Virgin.* Pyracanthæ foliis, capsulâ verrucarum instar asperatâ, rubente *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 5.

Folia Pruni Sylvestris foliis majora nonnihil & latiora esse videntur, circa margines tamen non pariter serrata aut dentata, aliquantulum duntaxat sinuata ad instar Euonymi, nervis transversis prona parte conspicuis donata. *Flosculi* minutissimi albi, in pedicellis tenuissimis semuncialibus singulis singuli, è ramulis circa foliorum exortum exeunt plures simul. Fructum non vidimus.

13. Euonymus caudice non ramoso, folio alato, fructu rotundo tripyreno *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Truncis pluribus, brachii crassitudine, ad 20 pedum altitudinem assurgit hæc Arbor, antequam ramos emittat. Cortice è fusco rubente amicitur, exceptis foliorum delapsorum vestigiis. Unius circiter pedis à vertice distantia, è trunco undique egrediuntur ramuli seu cauliculi, 2 uncias longi, *fructus* in ambitu sustinentes rotundos, initio virides, postea purpurascentes, cùm maturuere Piso hortensi majori pares. Petioli quibus cauliculis adnectuntur semunciales sunt. Pellicula exterior in 3 membranas expansas dirumpitur, quarum unaquæque in medio cristam seu eminentiam habet; tres, propemodum triangulares nucleos, loculis discretos ostendit unaquæque bacca, pulpa tenui coccinea cinctos. In summis ramulis exeunt *Folia*, nullo ordine, alata, mediâ costâ cui pinnæ adnascuntur pedem longâ. Pinnarum conjugationes unciali intervallo à se invicem distant, Costa a. in folium impar desinit. Primæ sescunciam longæ sunt, mediâque latissima parte unciam latæ, extremitate acuminatæ, ⅛ unciæ longis petiolis insidentes, glabræ, obscurè virides.
In Sylvis circa locum, *The Crawle Plantation* dictum collegi.

14. Euonymus *Marilandica* Rhois myrtifoliæ foliis, flosculis parvis herbaceis pentapetalis. An Euonymus *Virginiana*, Pyracanthæ foliis semper virens, capsulâ verrucarum instar asperata, rubente *Pluk. Phyt.* T. 115. F. 5.

Folia in ramulis bina opposita, è quorum alis exeunt in pediculis tenuissimis semuncialibus summa parte divaricatis, *Flosculi* bini, pentapetali, pallidi seu herbacei coloris, petalis subrotundis.
E *Marilandia* in Angliam reduces secum attulerunt D. *Vernon*, & D. *King*.

15. Euonymo affinis arbor spinosa, folio alato, fructu sicco pentagono & pentacocco, ligno flavo, Santali odore *Sloan. Cat. Jamaic.* La premiere sorte de bois epineux jaune *Du Tertre.* Prickly Yellow-wood. Ligon.

D. *Sloane.*
E maximis & altissimis est hujus Insulæ [*Jamaicæ*] arboribus, cortice incano & albicante, glabro, nisi quod hîc illic per totum truncum longis obtusis spinis, Galli calcarium æmulis muniatur. Rami 40 aut etiam plures pedes alti, brevibus aduncis spinulis obsitis, quorum extremis *folia* dense stipata insident, nullo ordine sita, alata, costâ mediâ purpureâ, & ad unamquamque pinnam aculeo armatâ 14 uncias longa: Pinnæ sibi mutuo non directè opponuntur; singulæ a. 2½ circiter uncias longæ sunt, unciam latæ, latissima prope basin parte, colore viridi gramineo obscuro, absque pediculis immediate adnatæ, glabræ; nullo in extrema costa impari foliolo. Rami in varios terminantur surculos, 2 uncias longos; multisiliquo, pentagono, viridi fructu onustos, unoquoque angulo seu segmento *semen* subrotundum, nigrum, lucidum, Aciculæ majoris capitelli magnitudine, extra siliquam ad mediam usque partem nudum extans, continente. Calcaria seu spinæ majores in trunco ad basin abruptæ odorem emittunt non injucundum, Santali citrini nonnihil similem.

In

In ſylvis campeſtribus inſulæ *Jamaicæ* ubique abundat.
Materies inter optimas Caribbæarum inſularum cenſetur. *Du Tertre.*

P. 1623. Ad Cap. de Agrifolio.

1. Agrifolium folio tenuiore magis acuminato & minùs corrugato, ſpinulis gracilioribus & longioribus armato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

In pleriſque ſimilis & omnino eadem eſſe videbatur cum Agrifolio *Ger.* ſeu vulgari. *Folia* duntaxat longiora erant, magis acuminata & minùs inæqualia ſeu corrugata ſinuoſáve ad margines, ſpinulis longioribus & gracilioribus, minúſque rigidis quam Agrifolii vulgaris, armata; quinetiam dilutiùs viridia.

In ſylva maritima, loco *Don Chriſtophers Cove* nuncupato, prope ruinas urbis olim *Sevilla* Hiſpanis dictæ obſervavi.

2. Aquifolium ampliſſimis foliis ex Inſulis *Fortunatis Pluk. Almageſt. Bot. Phytogr.* T. 262. F. 6.

P. 1624. Ad Cap. de Pai-paroca ſeu Couradi.

Huic Arbori eandem eſſe conjectatur D. *Petiver Poon-naſai* nomine *Malabarico* à D. *Samuele Brown* miſſam, quam ille Angolam *Malabaricam* Ulmi folio vocat. *Act. Philoſ. Lond.* N. 267. p. 714. Ad 6, 7ve pedum altitudinem aſſurgit, brachium humanum craſſa. Tota planta in pulverem redacta, cum butyro & melle exhibetur adverſùs frigiditatem ſeu impotentiam veneream.

P. 1625. Ad Cap. de Rhamno Cathartico ſeu Spina cervina.

Frutex *Marilandicus* non ſpinoſus, Rhamni Cathartici facie, floſculis in foliorum alis minimis confertiſſimis.

Folia quàm Pruni acutiora ſunt. Flóſculi minimi, in pediculis è foliorum alis egreſſis breviſſimis plurimi ſimul conferti, quot petalis conſtent in ſicca diſcernere non licuit. Color albus eſſe videtur.

P. 1626. Ad Cap. de Lycio.

1. Lycium *Italicum Bod. à Stapel. Pluk. Phyt.* T. 96. F. 6. Lycium Buxi folio *C. B.* Buxi foliis rotundioribus, *Syriacum* vel *Perſicum Breyn. Prod.* 2. *Oſrum* Perſarum, Rhamni ſpecies *Adolph. Vorſt. Hort. Leyd.*
2. Lycium cordatis foliis, magis ramoſum, ſpinis rectis, è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 201. F. 7.
3. Lyc. cordatis Buxi foliis, *Maderaſpatanum*, ad ſingulorum foliorum ſedem ſpinulâ parvâ donatum *Ejuſd.* T. 202. F. 4.
4. Lyc. minus, cordatis Buxi foliis, *Maderaſpatanum Pluk. Phytogr.* T. 97. F. 1. Ejuſdem conjecturas de Synonymis hîc vide.
5. Lyc. maximum cordatis foliis *Maderaſpatanum* hamatis ſpinis, floſculis ex uno pediculo racemoſo *Pluk. Phytogr.* T. 201. F. 6.
6. Lycium *Aſiaticum* non ſerratum Prunifolium minus, ex inſula *Rhodo.* An Lyc. *Hiſpanicum*, folio oblongo *C. B?* *Pluk. Mantiſſ.*
7. Lycium confertis Buxi foliis, ſpinis horridum, compreſſo Guaiaci triquetro fructu, *Malabaricum*, Cauraichedde *Malabarorum Ejuſd. ib.*
8. Lycium *Indicum* elatius, floribus calyculatis ex ſinu foliorum plurimis ſimul junctis, fructu albo, Piſi forma & magnitudine: Tetumecootan *Malabarorum Ejuſd. ibid.*
9. Lycium *Coromandelianum*, Phillyreæ latioribus foliis, ſpinoſum, floribus Jaſmini, longo tubulo donatis *Ejuſd. ibid.*
10. Lycium foliis Alaterni ovatis, alternis, circa margines æqualibus, floribus in ſummis ramulis velut umbellatim congeſtis.

Baccas producit parvas rotundas: ſpinulas minimas aduncas ad ſingulorum foliorum exortum. Ex *India Orientali.* D. *Petiver.*

11. Lycium folio ſubrotundo Coccygriæ figurâ, ſed multis numeris minore; baccis nigris Piſi magnitudine, è foliorum alis exeuntibus. Ex *India Orientali*, D. *Petiver* accepit, mihíque impertivit, ut & ſequentem ſpeciem.

12. Lycium parvis Buxi foliis, ſpinis minuſculis recurvis acutis, ad ſingulorum foliorum exortum binis.

13. Lycium Beloxylon, binis aculeis in ramorum faſtigiis, *Americanum Pluk. Phytogr.* T. 97. F. 5. Ex hujus ligno ſagittas, è fructibus atramentum conficiunt indigenæ, unde Dartwood & Ink-berry noſtratibus nuncupatur. In Hort. Regio *Hamptonienſi* nunc colitur.

14. Lyc.

14. Lyc. Myrti foliis ſubrotundis *Americanum* lacteſcens, limbis foliorum argentatis *Pluk. Phytogr.* T. 97. F. 7. In Hort. Medico *Chelſeiano* aliquandiu viguit.
15. Lyc. *Maderaſpatanum Indici Alpino* putati æmulum, foliis minoribus, bijugis & grandioribus aculeis horridum *Ejuſd. ibid.* T. 97. F. 7.
16. Idem foliis majoribus *Pluk. Almag. Bot.* T. 305. F. 3.
17. Lyc. *Maderaſp. Indici Alpino* putati æmulum, bijugis & gracilioribus aculeis horridum *Pluk. Phyt.* T. 202. F. 2.
18. Lyc. *Portoricenſe*, Buxi foliis anguſtioribus *H. Beaum. Pluk. Phytogr.* T. 202. F. 3. Berberidis facie arbuſcula *Americana* ſpinoſa, foliis Lycio nonnihil ſimilibus *C. B.* (fortè) *Agiahalid Ægyptiaca*, Lycio affinis *Park.* 1011. (i. e.) *Uzeg.* ſeu Lyc. *Indicum Alpino* creditum *de Plant. Ægypt.* Hæc enim diverſa eſt ab *Agiahalid Ægyptio* Buxi folio *J. B.* quod eſt verum *Agiahalid Alpini* ibid.
19. Lyc. ternis ſpinis unà cum foliis ad genicula ſimul prorumpentibus *Pluk. Phytogr.* T. 202. F. 1. Fortè Lycium *Creticum Alpin. exot.*
20. Lyc. *Biſnagaricum*, acuminatis minùs duris foliis, & aculeis ex oppoſito binis *Pluk. Phyt.* T. 97. F. 3. Tsjerou-Karæ *Hort. Malab.* ſimile ſi non idem.
21. Lyc. putatum *Indiæ Orient.* Capparis rotundioribus foliis, & aculeis ex adverſo gemellis *Ejuſd. ibid.* F. 4.
22. Lyc. majus *Americanum*, Jaſmini flore, foliis ſubrotundis lucidis *Ejuſd. ibid.* F. 6. Jaſminum ſpinoſum *Americanum*, folio lucido ſubrotundo *P. B. P.* item Lyc. *Curaſſavicum* folio ſubrotundo, *Rabba de Cavallo* vulgo *Ejuſd. P. B. P.* 349.
23. Lycium *Malabaricum*, ſubrotundis Pyrolæ denſioribus foliis, floribus Jaſmini, aculeis rectis validiſſimis, ex adverſo binis armatum *Pluk. Almag. Bot.* T. 305. F. 4.
24. Lyc. ſubrotundis foliis *Malabaricum*, ſpinis brevibus, craſſis, recurvis, ex uno verſu conjugatis armatum *Ejuſd. ibid.* F. 5.
25. Lycio cognatus frutex, Polemonii facie, triphyllos, è *Maderaſpatan. Pluk. Phytogr.* 202. F. 6.
26. Lycium *Africanum* Betulæ folio *P. B. P.*
27. Lycio ſimilis frutex *Indicus* ſpinoſus, Buxi folio *Breyn. Prod.* 2. *Commelin. Hort. Amſt. rar.* An Ebenus Jamaicenſis arbuſcula Buxi foliis ſpinoſa, flo. luteo papilionaceo ſiliquifera. *Pluk.* T. 89.

D. *Commel.*
Hæc nobis ſemine peregrè delato prodiit, *caudice* recto, qui ligno duro conſtans, in tripedalem proceritatem jam adolevit, ſub climate noſtro, libro atro-cinereo & ſpinulis obductus. Parte ſuperiore in plurimos undique diffunditur ramos, tenues, ſpinulis acutis tenuibus, alterno ordine, æquali quodam intervallo circumpoſitis, armatos; ad quorum exortum *foliola* oblonga, ſupina parte ſaturè viridia & nitentia, prona ex glauco cinerea, Lycii *Syriaci*, Buxi foliis anguſtiſſimis ſimilia, molliora tamen & latiora, nitentia, nonnihil mucronata, ſingula, bina, terna, imo quina pluráque ſimul juncta, cohærentia, ſapore amariuſculo adſtringente. Flores, multò minùs fructus nobis nondum protulit. Calore multo & exactiſſimâ culturâ indiget.

28. Lycium *Æthiopicum* Pyracanthæ folio *Commelin. Cat. Hort. Med. Amſt. rar.*

D. *Commelin.*
Tripedalis & altior hic frutex ramoſus, *radice* fundatur lignea, multa vimina emittente, obſequioſa, (præſertim juniora) coloris herbacei, ſpinis horrentia rigidis, & acutis, quarum nonnulla aliis longiores folioſæ exiſtunt. *Foliis* eſt inordinatè poſitis, Pyracanthæ in totum æmulis pediculis brevioribus fultis, longitudine duas uncias ſuperantibus, unciam ferè latis, ad exortum anguſtis, mucronatis, paululum crenatis, craſſis, rigidis, hilariore viriditate præditis, in exortu non raro coloris fuſci, ſapore amaro cum aliqua adſtrictione, perpetuò virentibus. *Florum* pediculi ex alis foliorum exeunt, tenues, firmi, unciam aut ſeſcunciam longi, qui bifurcati alios breviores producunt pedicellos *flores* ſuſtinentes numeroſos pentapetalos petalis oblongis, anguſtis, primò quidem planis & rectis, poſtea extrorſum reflexis, albicantes. *Stamina* 5 albida *apicibus* luteis capitata. *Calix* in 5 lacinias diviſus. *Floret* menſibus Auguſto Sept. & Octob. Flores cum pedicellis ſuis privatis facillimè à majori ſeu communi pediculo decidunt.
Floribus emarcidis ſuccedunt *vaſcula ſeminalia* tumida (non verò baccæ) oblonga, craſſiola, anguloſa, primò viridia, per maturitatem rubentia in 4 carinas dehiſcentia, quarum duæ tantùm ſibi invicem oppoſitæ ſepto intermedio gaudent: in unaquaque carina ſepto non gaudente unicum invenimus ſemen. D. *Ruyſch.*

29. Lycium folio oblongo ſerrato acuminato, ſpinis minoribus armatum *Sloan. Cat. Jamaic.*

In inſula *Madera*, prope urbem Funchal, hunc fruticem in ſepibus provenientem obſervavit D. *Sloane.*

30. Lycium Eremitanum Buxi foliis obtuſis D. *Petiver.* Todallee *Malab.* *Act. Philoſoph. Lond.* N. 274. p. 943.

Sex

Sex aut octo pedes altum est, carpi humani crassitie. Decocti radicis & corticis unum aut duo cochlearia infantibus propinata scabiei medentur. Baccæ ex alis foliorum exeunt.

31. Lycium Buxi folio rotundiore integro, flore purpureo tetrapetalo, spinis validissimis & longis armatum *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Hujus truncus caulisve, pollicem crassus, cortice glabro subviridi tectus, in surculos plures subinde divisus, ad 3, 4ve pedum altitudinem attollitur. Secundùm ramulos *Folia* alternatim exeunt, ad $\frac{3}{4}$tarum unciæ intervalla, propemodum ovalia, pediculis perbrevibus innixa, $\frac{3}{4}$tas unciæ longa, $\frac{1}{2}$ lata, crassa, glabra, splendentia, luteo-viridia, spinâ $\frac{3}{4}$tas unciæ longâ ad unumquodque appositâ. *Flores* ex alis foliorum erumpunt, plures simul, in pediculis brevibus, tetrapetali, purpurei, cum *staminibus* intus flavis.

In prato circa urbem *S. Jago de la Vega*, loco *The Hog-holes* dicto crescit.

32. Lycium *Eremitanum*; spinis foliaceis, Sesami flore D. *Petiv. Act. Philos. Lond.* N. 274. p. 944. Cammala *Malab.*

Quinque aut sex pedes altus est, carpi crassitie. Radix hujus & cortex tusa, & cum oryza manducata dorsi dolores & rheumatismos sanant.

33. Lycium Madraspatanum, folio Alaterni plano, Jasmini flore *Petiv. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 703. Clachedde *Malab.*

Duûm triúmve pedum altitudinem assequitur. *Folia* bina opposita in pediculis vix discernendis oriuntur, spissa, rigida, venosa, Alaterni vulgaris persimilia, sed non serrata. Fructum profert subdulcem, Pisi magnitudine.

Datur & alia species *Pedde-clachedde*, i. e. Clachedde major dicta, 5 aut 6 pedes alta.

Cortex radicum utriusvis cum aqua tritus & potus, bubones solvit & discutit, qui optimus eos sanandi modus ab indigenis censetur: idem cum succo Limonum tritus ulcera & abscessus curat.

34. Lycium *Chamberambacum*, Lauri foliis, floribus comosis *Petiv. Act. Philos.* N. 271. An *Kanden-Kara* H. M? Vol. 5. T. 36. p. 71.

Ad 30 aut 35 pedum altitudinem assurgit, 8 aut 9 unciarum diametro. *Fructus* rotundus est, albus, Pisi magnitudine. Decoctum radicis, corticis, foliorum tusses & ulcera pulmonum sanat, necnon tabem & Febres hecticas.

35. Lycium *Cap. Bæ Sp.* foliis Visci minoribus *Mus. Pet.* 261.
36. Lycium *Africanum*, crasso subrotundo folio, fructu nigro, spinis aduncis D. *Sherard.*
37. Lycium non spinosum, crassis & incanis foliis *P. B. P.*
38. Lycium *Africanum* fructu Cerasi rubro. Cerasus *Hottentottorum* vulgo *P. B. P.* Rhamnus *Afric.* Cerasi fructu ejusdem *Pluk. Phyt.* Tab. 82. F. 5. *vide* supra Cerasa *Hottentottorum*, item Rhamnum Africanum Cerasi fructu,
39. Lycium fortè, foliis subrotundis integris, spinis & foliis ex adverso sitis *Sloan. Cat Jamaic.*

D. *Sloane.*

Lignum huic album, durum, solidum: cortex rubescens, griseus, nonnihil scaber: Virgæ *foliis* adversis obsitæ, subrotundis, utraque extremitate parùm acuminatis pediculis destitutis, superne obscurè viridibus, glabris, duabus rubentibus longis acutis validis spinis è foliorum aliis nascentibus armatæ.

In insula *Barbados* collegi, ni fallat memoria.

Arbores bacciferæ fructu polypyreno.

P. 1630. Ad Caput de Cappare.

1. Capparis rotundifolia non spinosa *H. R. P.* Colitur nunc in Horto Reg. *Hampton. Pluk. Almag.*
2. Capparis, fortè *Maderaspatensis*, Euonymi pallentibus foliis, spinis brevibus duplicatis *Pluk. Almag. Bot.* Sub titulo Rhamni icon ejus exhibetur *Phytogr.* T. 107. F. 3. Capparis spinosa, duplicatis spinis *Mus. Pet.* 625.
3. Capparis *Orientalis* amplissimis subrotundis foliis. Adundee *Malabarorum Pluk. Mantiss.*
4. Capparis *Indica* spinosa, folio minore subrotundo brevi. *Gentilibus Indis* Nalauppæ, à *Malabaris* autem *Mucotarre* nominata *Ejusd. ibid.*
5. Capparis Indica spinosa, angustiori salicis folio *Pluk. Mantiss.* Capp. *Madraspatana* Balaustii folio *Mus. Pet.* 624. Paul-pronæ *Malab. Act. Philosoph. Lond.* N. 267. p. 707. Ad 5 aut 6 pedum altitudinem assurgit, éstque 2, 3ve digitos crassa. *Folia* valde rigida sunt & venosa, alia lata, alia angusta, omnia in punctum terminata, pediculis brevissimis. Decoctum ad gonorrhœam commendatur.

P. 1636. Ad plantam *Caaghiyuyo Braſilienſibus* dictam *Marcgrav.* & *Piſon.* adde Synon. ſequentia, Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis, longa & ruffa lanugine hirſutis, fructu majore cæruleo *Slon. Cat. Jamaic.* Texhuatl *Hernandez*, p. 413. Arbuſcula *Jamaicenſis* quinquenervis, minutiſſimè dentatis foliis, & caule pubeſcentibus, floſculis ex ſinu foliorum gemellis *Pluk. Phyt.* T. 264. F. 1.

P. 1636. cap. 20. Ad. *Panel-Madraſpatana*, folio anguſtiſſimo mucronato, fructu majore *Muſ. Pet.* 666. Aſhoga-maraum *Malab. Petiveri* in *Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 851. Ad 15 aut 16 pedum altitudinem aſſurgit, trunci diametro 7 unc.

P. 1639. Ad Cap. de Tataiiba Marcgrav. & Piſon. nota,

Hujus arboris lignum eſt quod **Fuſtick-wood** noſtrates vocant, de quo diximus Hiſtoriæ hujus P. 1810. 21. Arbor ipſa Do. *Plukenet* Xanthoxylum aculeatum Carpini foliis *Americanum*, cortice cinereo dicitur, *Almag. Bot.* T. 239. F. 3. Do. *Sloane* Morus fructu viridi, ligno ſulphureo tinctorio *Cat. Jamaic.* An lignum buxei coloris *Americanum J. B?* t. 1. p. 498. Hujus deſcriptionem & Hiſtoriam pleniorem & accuratiorem dedimus inter Iuliferas anomalas ad Caput de *Moro*.

P. 1638. Pada-Vara H. M. P. 7. T. 27. Frutex bacciſer *Indicus* foliis adverſis, 5 in ſummis ramulis petiolis floriferis, ſex ſeptémve flores & dein baccas polypyrenas conſertas ſuſtinentibus.

H. M.

Radices ex tuberculis ſupra terram repentibus hinc indè prodeunt, fibroſæ, cortice creceo. *Stipes* ad altitudinem 14 pedum exſurgit, brachii craſſitiem habens, cortice cinereo. *Caules* nodulati ſunt & cinerei, teretes, teneriores a. ex cinereo virides. *Folia* bina tranſverſim erumpunt, oblongo-rotunda, anguſta, cuſpidata, ſolida, denſa, glabra, ſaporis ſubdulcis, ſed diutiùs maſticata linguam parumper lancinantia: Coſta media ab utraque parte eminens, plures minores obliquo annulari ductu emittit. *Flores* in ſummitate ſurculorum ſupra originem foliorum ex uno nodulo quinque petiolis erumpunt, ac in ſingulo petiolo quinque, ſex, ſeptémve numero proveniunt, ſúntque parvæ gemmæ ſine calice, tetrapetalæ, exteriùs viridi-dilutæ, internè longis ac candidis pilis in totum obſitæ. *Stamina* in medio 4, brevia, tenuia cum *apicibus* albicantibus. *Stylus* craſſior, viridis in medio eminet, ex capitulo plano viridi, quod primordium fructus eſt, originem ducens. *Fructus* qui ſex, ſeptémve congregatim in ſummitate caulium conſpiciuntur, baccæ ſunt plano-rotundæ, ex flavo, ubi ad maturitatem pervenere, rubeſcentes, exteriùs in cortice ſex ſeptémve cancellis notatæ, ex quorum ſinuſlis ocellus ſubflavus extuberat. Caro intus denſa, flava ac humidior, ſaporis dulcis, linguam ſupra folia lancinans, numeroſa officula ex flavo albicantia, plana, oblonga & anguſta in ſe habet, putamine duriore, nucleo albicante.

Tempus & Vires. Naſcitur circa *Paruæ* & alibi; fructus menſe Januario maturi. Succus expreſſus & hauſtus inteſtinorum tormina tollit.

1. Arbor bacciſera, folio ſubrotundo, fructu Ceraſino ſulcato rubro polypyreno, officulis cannulatis *Slon. Cat. Jamaic.* **Barbados Cherries.**

D. *Sloane.*

Quindecim circiter pedum altitudinem aſſequitur hæc arbor, ſtipites emittens plures, cortice luteo, glabro tectos, ramis multis quaquaverſum expanſis caput ſpecioſum efficientibus, ſurculos ſubinde emittentibus binos oppoſitos, *foliis* pariter ex adverſo binis obſitos, ſubrotundis, glabris, intenſè viridibus, unciam longis, $\frac{1}{4}$tas unciæ latis, pediculis perexiguis hærentibus: inter quæ *flores* emicant, petiolis ſemuncialibus inſidentes, pentapetali, petalis cochlearis formâ, initio anguſtis, verſùs extremum latis ſeu ſubrotundis, colore purpureo: quibus ſuccedunt in pediculis uncialibus *fructus* rotundi, rubri, Ceraſi magnitudine, cute glabra uno pluribúſve ſulcis exaratâ, pulpam ſucculentam copioſam, rubentem, ſubdulcem non injucundam continente, cum pluribus intus triangulis ſulcatis ſeminibus, lateribus ità invicem coaptatis, ut unicum rotundum aliquot ſulcis exteriùs exaratum officulum componere videantur.

In *Jamaicæ* inſulæ hortis ubique colitur.

2. Arbor bacciſera, folio oblongo, ſubtiliſſimis ſpinis ſubtus obſito, fructu Ceraſino ſulcato polypyreno officulis cannulatis. **Couhage-cherry** *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Trunco aſſurgit recto, ſubinde nodoſo, cruris humani craſſitie, cortice fuſco dilutiore, glabro, tectos; ſulcis duntaxat ſuperficialibus hic illic leviter exarato. *Folia* Laurinorum figurâ hoc ſibi peculiare obtinent, quod inferiore ſuperficie ſpinulis prætenuibus creberrimis ſolio appreſſis obſita ſint, quæ tangentis manum ſeu cutem atque etiam veſtimenta penetrantes adeò ea implent, ut intra breve temporis ſpatium haud facilè detergi aut exeuti poſſint. *Flores* plures ſimul velut faſciculatim congeſti proveniunt, pentapetali, petalis anguſtis, extremo ſubrotundo Cochlearis inſtar, pallidè purpurei, cum luteis intus ſtaminibus: quibus ſuccedit *fructus*, figura & magnitudine *Ceraſi Barbadenſis* dicti, ſeu etiam Ceraſi noſtratis *Europæi*, ejuſdemque coloris, ſulcis aliquot caniculatus, in pulpa rubente ſucculenta triangulares quoſdam luteos acinos ſeu ſemina, exteriùs profundè ſulcata continens.

Circa

Circa urbem S. *Jago de la Vega* prope ruinas monaſterii, & ad ripas fluvii *Cobre* nuncupati in frutetis oritur.

Spinæ vix perceptibiles, inferiori folii ſuperficiei accumbentes, tangentis manum moleſto pruritûs ſenſu afficient.

Arbores bacciferæ ob fructum nondum curioſè obſervatum incertæ ſedis.

Frutex baccifer, folio oblongo integro, flore pentapetalo pallidè luteo, odoratiſſimo. Cloven-berries.

D. *Sloane.*

Frutex eſt parvus, ad 8 vel 9 pedum altitudinem aſſurgens, pluribus ſtipitibus gracilibus, brachio humano minoribus, cortice rubente incano obductis. Rami circa initium *Februarii* Folia vetera, $\frac{3}{4}$tas unciæ à ſe invicem diſtantia exuunt, eorúmque loco proveniunt *Flores* 4 aut 5 ſimul congeſti, pediculis ferè nullis, pallidè virides, pentapetali, cum ſtaminibus concoloribus, valdè odorati; quibus ſuccedunt *baccæ* ovales, nigræ, Pruni ſylveſtris parvi ſeu Acaciæ *Germanicæ* fructûs magnitudine, in 2 plerunque partes ſponte diffiſilæ, unde nomen. Poſt Flores nova exeunt *Folia*, pediculis $\frac{1}{10}$ unciæ longis hærentia, ipſa 3 uncias longa, unam in medio lata, valde mollia & lanuginoſa, luteo-viridia, coſtis ſubrubentibus.

In collibus ſylvoſis, *Red-hills* dictis, necnon loco *Caymanes* dicto obſervavi.

Frutex baccifer, flore pentapetalo cœruleo, fructu violaceo, *Slon. Cat. Jamaic*

D. Sloane.

Septem aut octo pedum altitudinem aſſequitur Frutex iſthic, virgis tenuibus, tenellis, cortice glabro albicante, *Foliis* luteo-viridibus, unciam 1 longis, dimidiam latis; *Flore* cœruleo pentapetalo, *baccam* poſt ſe relinquente, oblongam, ovalem, cœruleam.

In collibus ſaxoſis propè domum D. *Batchelour* reperi.

Solani fructu fruticoſa, foliis Laurinis oblongis integris, ſubtus hirſutis, flore minore purpureo *Slon. Cat. Jam.*

D. *Sloane.*

Habitu exteriore & creſcendi modo præcedenti affinis ſeu congener videbatur hic Frutex, quamvis id non fidenter affirmaverim, cùm fructum ejus nunquam viderim. Rami incano, glabro, ſtriato cortice tecti, ligno conſtabant albo. *Folia* ſurculis innaſcebantur ſibi mutuò oppoſita, pediculis priva, ſeſcunciam circiter longa, ſemiſſem lata media latiſſima parte, exinde utrinque ad initium & finem ſenſim anguſtiora, ſubtus hirſuta. Ex alis foliorum verſùs ſummos ramulos egrediuntur *Flores* pediculis trientem unciæ longis incumbentes ſingulis ſinguli, & interdum in eodem bini, parvi, purpuraſcentes, calice pentaphyllo cincti. Hæc ex ſicca.

In inſula *Jamaica* inveni, & inter plantas ſiccas repoſui.

Arbor baccifera, foliis oblongis acuminatis, floribus confertim ex alis foliorum erumpentibus, fructu minimo croceo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caudice recto, brachii humani craſſitudine ad 15 circiter pedum altitudinem aſcendit hæc arbor, cortice albicante, glabro, Corylino ſimili obducta. Multis fruticat ramis, *foliis* denſè obſitis, ad $\frac{1}{4}$ circiter unciæ diſtantiam, alternis, ut ni curioſè ſpectes & caute contempleris, ſurculos folia alata eſſe crederes. Unumquodque autem folium pediculo prætenui inſidens, duas uncias longum eſt, mediáque latiſſima parte $\frac{1}{4}$tas unc. latum, glabrum, colore luteo-viridi è foliorum angulis, quos cum ramis efficiunt, exeunt *Flores*, adeò parvi ut vix queant diſcerni, ſubrotundi, pallidè virides, multi ſimul petiolis deſtituti; quibus totidem ſuccedunt *baccæ*, acicularum grandiorum capitulis majores, coloris Aurantiaci, cuticula tenui flava, carne pauca, & officulis conſtantes.

In ſylvis & fruticetis campeſtribus, prope ripas fluvii *Cobre* appellati infra urbem *S. Jago de la Vega* reperitur.

Heliotropii flore, frutex baccifer racemoſus, folio rugoſo, fœtido, maximo, ſubrotundo, hirſuto, fructu albo *Slon. Cat. Jam.*

D. *Sloane.*

Trium quatuórve pedum altitudinem aſſequitur Frutex iſthic, caudice viridi fragili, plurimis eminentiis ſeu criſtis nullo ordine poſitis in ſuperficie extantibus; ramos fundit multos, *foliis* veſtitos, ſeſcuncialibus pediculis inſidentibus, abſque ullo ordine, 9 uncias longis, 3 latis, paullùm criſpis, rugoſis ſeu corrugatis, piloſis, obſcurè viridibus, odore fœtido & ingrato. Summi rami in plures dividuntur ligulas, inter ſe variè intercurſantes, caudæ ſcorpii aut Heliotropiorum in modum reflexas ſeu revolutas, ſuperiori latere plurimos ſuſtinentes *floſculos* oblongos albos, quibus ſuccedunt totidem *baccæ* albæ, pulchram in ſepibus ſpeciem exhibentes.

In locis apertioribus insulæ *Jamaicæ*, propè domum D. *Watson* Equitis aurati loco *The Seven Plantations* dicto collegi.

Heliotropii flore, frutex, folio maximo, oblongo, acuminato, glabro, *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

In plerisque cum præcedente convenit. *Folia* tamen nec corrugata sunt neque pilosa, sed glabra, at neque rotunda sed oblonga. Rami floriferi longiores sunt, superiori latere plures albicantes oblongos *flores* Heliotropiorum instar sitos sustinentes, quorum unusquisque oblongus est & in 5 cuspides divisus.

Iisdem cum præcedente in locis occurrit.

Baccifera *Madraspatana* Visci arborei foliis latioribus *Mus. Pet.* 38. An Canelli itti Canni *H. M?* Vol. 10. T. 5. P. 9. Causha seu Causha-chedde *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. P. 704.

Fructus est 4 plus minus pedes altus, cujus duæ sunt species, quarum altera *Perrecausha-chedde* dicitur. Radix, cortex & folia decocta & pota ossium dolores à frigore ortos leniunt & tollunt.

Taxi fructu arbor *Madraspatana*, Lauri folio *Mus. Pet.* 683. Perewoondel *Malab. Act. Philosoph. Lond.* N. 267. P. 712.

Frutex hic 6 circiter pedes altus est: Fructus Baccæ Taxicæ magnitudine; & ut officulum Taxi fructûs pulpâ humidâ totum ferè operitur, ità & hujus amplo calice, apice tantum glandis extante.

Folia & fructus pro cibo decoquunt Indi.

P. 1640. Ad Cap. De Rubo.

1. Rubus foliis longioribus, subtus molli lanugine obductis & incanis, flore & fructu minoribus *Slon. Cat. Jamaic.* Serpentia Rubeta mororum altricia Martyr. Dec. 3. Cap. 8.

D. *Sloane.*

In omnibus ferè cum Rubo vulgari seu Rubo fructu nigro *C. B.* exactè convenit, folia duntaxat longiora sunt, subtus albidiora, lanugine brevi molli obtecta, circa margines magis serrata: *Flos Fructúsque* minor.

Secus viam quà versùs *S. Annes* itur, loco *The Moneque Savanna* dicto collegi.

2. Rubus minor Alpinus, *Ætnicus*, rectus, canescens, flore candido *Hort. Cathol. Cupani.*

Hujus ramulum nobis communicavit D. *Sherard.* Spinulæ aduncæ minimæ sunt.

3. Waga *Eremitana* Spinosa, Mimosæ foliis subtus incanis D. *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 274. P. 944. Ea-cheddee *Malab.*

Rubi species est multùm se propagans & extirpatu difficilis. Indigenæ folia aquâ humectant, succúmque exprimunt, qui quoniam amarus est saccharo edulcorant, & ad dorsi dolores exhibent quos plerunque aufert.

4. Rubi sive Mori fructu *Americana* Arbor, foliis Laurinis, *Morilie* vulgo. *P. B. P.* Lauri facie *Curassavica*, è cujus radice atramentum conficiunt *Americani Ejusd.* Lauri facie *Curassavica*, volubilis, fructu mori, radice crocea, è quâ atramentum conficiunt *Americani*, quibus *Marilie* dicitur *Hort. Beaum.*

Planta est fruticosa humilis, *foliis* oblongis, angustis, mucronatis, lucidis, binis ad genicula ex adverso prodeuntibus. *Flores* fert in racemo seu fasciculo, rotundo, è summo ramorum prodeunte, albos, parvos, vix conspicuos, pentapetaloides, petalis seu segmentis reflexis, quibus immediatè subjiciuntur *acini*, qui floribus deciduis simul juncti morum referunt. Radix non ad atramentum conficiendum solummodo, sed & ad fœtum expellendum usurpatur.

5. Rubus Idæus, fructu nigro *Virginianus* D. *Banister Pluk. Almag. Bot.*

6. Rubus *Americanus*, magis erectus, spinis rarioribus, stipite cæruleo. In *Hort. Medic. Chelseiano* vigentem conspexit D. *Plukenet*, qui & Almagesto Botanico suo eum inseruit.

Rubus flo. albo pleno. *Hort. Reg.* Monsp.

Ad 6tam speciem nota, Hæc non est Rubi species, sed *Ceiba* arbor *Americana*, seu Gossipium arboreum maximum, spinosum, folio digitato, lanâ sericeâ griseâ ex sententiâ D. *Sloane Cat. Jamaic.*

P. 1641

P. 1641. Ad Cap. de Champacam nota.

Arbor hæc Uvifera Orientalis folio longo *Parad. Bat. Prodromi* Autori dicitur: Arbor Laurifolia *Chinenſis Martin. Atl. Sinic. Tsjampaca Indorum.* ſeu Arb. Uvif. *Indica,* foliis Lauri *Americanæ Breyn. Prod.* 2.

Add. Uvifera arbor Occidentalis folio rotundo, *Obe* vulgò *P. B. P.* Uvifera litorea, foliis amplioribus, ferè orbiculatis, craſſis, *Americana,* Sea-ſide Grape Barbadenſibus dicta *Pluk. Almag. Bot.* Qui & pro *Sideroxylo* ſeu Ligno ferrea duritie *Americano,* folio ſubrotundo *P. B. P.* eam habet. Alia Synonyma conjecturalia, apud D. *Plukenet* in Almageſto, vide Deſcriptionem in additionibus, ad Pag. 1791. Pl. 30.

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER VIGESIMUS NONUS:

De Arboribus Pomiferis, quarum Flos imo fructui cohæret.

P. 1646. Ad Cap. de Manchinello adde Synonyma ſequentia.

Arbor venenata 2da ſeu fructu pilæ magnitudine *C. B.* Meſpilus X. ſeu Meſpilo ſimilis fructus venenatus *Ejuſdem.* p. 454. Arbor venenata alia *J. B.* tom. 1. lib. 4. cap. 65. p. 505. Item Baxanæ arbori ſimilis, ſi non eadem *Ejuſd.* ibid. cap. 64. Item, Meſpilo ſimilis Fructus *Americanus, Ejuſd.* lib. 1. p. 72. Hujus etiam Fructus eſt Fr. orbicularis peregrinus nervis diſtinctus *Cluſ. exot.* de quo nos *Hiſt.* p. 1818.

P. 1650. Ad Cap. De Anona.

1. Speciei 1æ ſeu Ata-maram *H. M.* adde Synon. ſeqq. Anona foliis odoratis minoribus, fructu conoide ſquamoſo parvo dulci *Slon. Cat. Jamaic.* Anona Indica fructu parvo violaceo, *Herman. Cat. H. L.* ex ſententia D. *Sloane.* Item, An. *Ind.* pomo cœruleo *Ejuſd. P. B. P.* Cachimas Sauvage *Rochefort.* Anona *Ind.* fructu ex viridi & luteo, cortice ſquamato aſpero, nucleis nigricantibus parvis *Pluk. Phyt.* T. 134. F. 3. An Araticu do mato *Marcgrav?* Sweet-Sop. An Arbor *Salawaccenſis Catappæ Malabaricæ* folio, flore extus ſericeo *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 276. P. 1007?.
2. Speciei 2æ ſeu Anonæ-maram *H. M.* adde, Anona maxima, foliis oblongis anguſtis, fructu maximo luteo conoide, cortice glabro, in areolas diſtincto *Slon. Cat. Jamaic.* Anon Oviedi *Cluſ. Park. J. B.* Pomus ſive malum 9um ſeu Anon Oviedo *Cluſ.* in *Garc.* magnam cum Guanabano ſimilitudinem habens *C. B.* 434. item Pyro ſimilis exotica 3a, ſeu Pyro ſimilis fructus alter in nova *Hiſpania Ejuſd.* 439. Araticu ape *Marcgr. Piſ. Redi* Anona *Indica* anguſtifolia, fructu cœruleo, cortice ſquamato glabro *Pluk. Phytogr.* T. 134. F. 4. *Manjar Blanco,* Hiſpan. Cuſtard-Apple noſtratium.
3. Species 3a eadem eſt cum præcedente, ut ex Synonymis è *D. Sloane Cat. Jamaic.* additis apparet. Guanabanus a. *Oviedi* diverſa Arbor eſt.
4. Speciei 5tæ ſeu Araticu ponhe *Marcgrav.* adde Synon. Anona maxima, foliis latis ſplendentibus fructu maximo viridi conoide, tuberculis ſeu ſpinulis innocentibus aſpero, *Slon. Cat. Jamaic.* Guanabanus *Oviedi Cluſ. Lugd. Scalig.* & aliorum. Guan. Ovied. fructu ſquamato *J. B.* Fructus angulis donatus tertius, ſeu *Braſilianus* inæqualis ſemine fuſco fervido *C. B.* 406. An. *Indica* latifolia, fructu ſquamato aſpero, ſeminibus è flavo nigricantibus turgida *Pluk. Phytogr.* T. 134. F. 2. *The* Sowre-ſop Tree.
5. Species noſtra 6ta eadem eſt cum 2da.

Adde,

Adde,

1. Anona aquatica foliis laurinis atro-virentibus, fructu minore conoide luteo *Sloan. Cat. Jamaic.* Araticu-pana *Marcgrav. Pis.* Anona Americana juxta fluviorum ripas nascens, Pyriformi fructu, Sardinas muriâ conditas olente, semine ampliori pallido *Pluk. Phytogr.* T. 240. F. 6. Water-Apple, *or* Sweet-Apple.

D. *Sloane.*

Ad 30 aut 40 pedum altitudinem assurgit arbor isthæc, trunco corpus humanum medium crassitudine adæquante, recto, scabro, incano cortice cincto, ramis paucis, quorum surculi *foliis* vestiuntur pediculis ¼ unciæ longis innixis, ipsis 4 uncias longis, mediâque latissima parte sesquunciam latis, Laurinorum figurâ, glabris, obscurè viridibus, duris. *Fructus* pugni magnitudine, turbinatus Guanabani ad instar, pediculo unciali arbori appensus, fructu decidente restans aliquam pulpæ partem extrahit, foramine relicto. Cutis exterior primò viridis est, deinde flavus lineis duntaxat nonnullis in superficie reticulatus ut *Manjar blanco.* Semina in lineis à centro versùs circumferentiam tendentibus sita sunt, Fabæ magnitudine, oblonga, teretiuscula, cinerea, cristâ secundùm longitudinem decurrente, pulpâ coloris Aurantiaci, saporis parùm grati circundata, quamvis Mali Aurantii odorem aliquatenus & saporem participet, & esculenta sit.

Prope ripas fluvii *Black River* dicti supra pontem copiosissimè crescit, ubi fructum maturum Junio colligi.

Arborem hanc in *Historia* pro *Mancinello* perperam habuimus. Rustici in insula *Jamaica* fructum ejus esculentum esse D. *Sloane.* retulerunt.

2. Anona foliis subtus ferrugineis, fructu rotundo majori, lævi, purpureo, semine nigro, partim rugoso, partim glabro *Sloan. Cat. Jamaic.* Caymito *Ovied.* *The* Star-Apple.

D. *Sloane.*

Hujus Arboris truncus pedali est diametro, cortice fusco-rubente tectus, ad 30 aut 40 pedum altitudinem elatus, ramis & surculis quaquaversum extensis, & ad terram proximè pertingentibus. *Folia* alternatim è surculis exeunt in pediculis semuncialibus, 5 uncias longa, mediâque latissima parte duas lata, glabra, colore superne saturatè viridi splendente, subtus *fueillemort*, seu ferrugineo; sericeo splendore telam *Sattinum* dictam provocantia; pulchritudine & raritate quodcunque hactenus viderim folium superantia. Ad alas foliorum exeunt *Flores* plurimi, rotundi, parvi, purpurascentes, 5 parvis succulentis petalis & *staminibus* aliquot compositi. Quibus singulis succedit fructus purpureus, lævis, rotundus, pomo nostratibus *Pippino* dicto majori similis, pulpâ constans plurimum albicante, interdum purpurascente, venis aliquot lacteis intercursantibus, dulci & satis jucunda semina aliquot circa centrum fructûs dispositа includente, nigra, splendentia, rhomboide, fissuram albam in margine centrum respiciente obtinentia, majorem quàm quæ in fructu *Nisperas* dicto cernitur, unoquoque membrana tenui obvoluto. Si fructus transversim dissecetur, seminum loculamenta stellam repræsentabunt: Unde fortasse nomen.

In agris & hortis *Jamaicæ* insulæ ubique colitur, sponte non provenit, quod sciam.

Mensis secundis infertur ut alii fructus horarii, nec injucundus est, & ex signatura seu similitudine pulpæ cum spermate venereus admodum censetur. In insulis minor est quàm in continente.

3. Anona foliis Laurinis, glabris, viridi-fuscis, fructu minore rotundo, viridi-flavo, scabro, seminibus fuscis splendentibus, fissura alba notatis *Sloan. Cat. Jamaic.* An Anona *Curassavica*, fructu dulci. Sappa *Curassavica Honig Appell* seu pomum mellitum, item Mespilus *Curassavica* vulgo *P. B.P ? The* Nispero, Naseberry *or* Sappatilla-tree. Arbor Americana alatis foliis pomifera *Pluk. Phyt.* T. 269. F. 3.

D. *Sloane.*

Trunco recto, cortice fusco obducto, sulcis quibusdam prope fundum exarato, ad 30 circiter pedum altitudinem assurgit. Rami pariter rectà sursum nituntur, surculis extremis deorsum nutantibus, *foliis* densè obsitis, uncialibus pediculis insidentibus, 4 uncias longis, sesquunciam latis, glabris, tenuibus, splendentibus, colore sordidè viridi. *Flores* è virgis extremis exeunt plures simul, unoquoque petiolo privato ¾ unc. longo incumbente, è 6 pallidè viridibus foliis pro calice, & unico albo rotundo campaniformi petalo pro flore, in medio protuberante, & versùs summam partem angustiore, Arbuti florum aut Lilii convallium in modum, stamina intus viridia continente compositi. Cui *Fructus* succedit magnitudine & colore Pomi mediocris, rotundus, cuticulâ exteriore scabrâ; in pulpa subfusca, succulenta, per maturitatem dulci, semina plura, glabra nigra splendentia, cum fissura in margine alba & in testa modicè dura nucleum album claudentia continens.

Tota hæc arbor, omnesque ejus partes excepto ligno lactescunt, fructus etiam ipse cum maturus lacte adeò turgescit, ut avulsus illud copiosissimè extillet, quod si dissecetur, rivulos seu venulas lactè turgidas ostendit per pulpam decurrentes: tunc tamen adeò acerbus est & ingratè austerus, ut os mandentis constipet, nec edendo sit donec fracidus fiat, ut Mespili. A semine hic illic in hortis & agris *Jamaicæ* sato provenit, & fructum perficit; sed rariùs. In insula prope *Campeche* & in continente *Americæ* variis in locis sponte oritur, ubi Simiis & Cercopithecis alimentum præbet.

Pomorum

Pomorum usus præcipuus est ad mensas 2das instruendas, siquidem grato suo sapore palatis omnibus se abundè commendant.

4. Anona maxima, foliis Lautinis glabris viridi-fuscis, fructu minimo rotundo viridi-flavo, seminibus fuscis splendentibus, fissurâ albâ notatis *Sloan. Cat. Jamaic.* Auzuba de *Lopez de Gomara.* *The* Bully-Tree.

D. *Sloane.*

Ejusdem cum præcedente Generis est, duntaxat major, fructu a. minore. Trunci crassitudine Quercum adæquat, altitudine multùm superat, cortice fusco dilutiore, admodum scabro, seu profundis sulcis inæquali. Ramos fundit multos, ad extremitates suas plurimis *foliis* obsitos, nullo ordine positis, pediculis uncialibus fultis, 4 uncias longis, 2 latis, figuræ ovalis, colore viridi, glabris, tenuibus, siccis, costâ mediâ & lateralibus transversis pluribus donatis. *Fructus* inter folia exeunt in pediculis uncialibus, rotundi, nucis Myristicæ magnitudine, cute exteriori scabra, ad instar præcedentis seu *Naseberry* fructûs, cui colore similes sunt. Pulpa primò acerba, postquam fructus aliquandiu repositus fuerit dulcescit, plurimáque intra se oblonga compressa nigra splendentia *semina* continet, margine seu fissura alba præcedentis exactè simili notata, tantum minora.

Ex altissimis est arboribus quæ in montosis hujus Insulæ [*Jamaicæ*] Sylvis nascuntur. Materies magni usûs est ad efficiendas pro scandulas domibus integendis, cui valde idonea est. Fructus comeditur, nec injucundus est.

5. Anona *Americana* folio splendente ex *Vera Cruce P. B. P.*

Folia habet minora, nervosa, dilutiùs viridia, semina longissima & angustissima, ruffa.

Eadem folio non splendente ex *Sirinama P. B. P.* Folia omnium minima & brevissima, non lucida; Semina etiam minima, lucida, susca.

6. Anona *Curassavica* fructu dulci, &c. *P. B. P.* à penultima diversa esse videtur ex descriptione D. *Sherard* ad me missa, quæ sic se habet. *Folia* fert rigida, Laurina, lucida, glabra, alterna, nervo per medium rubente, lignoso, crasso. *Flores* è summis ramis exeunt, albi, ex petalis sex crassis, rigidis, cum stylo in medio nigricante, conflati, quibus subest *calix* hexaphyllos. *Fructus* pugni magnitudine est, edulis, extrinsecùs ex pallido nigrescens, seu cinereo-fusci coloris, sapor dulcis Sacchari instar. Fructus refert Mespilum, sed semina non conveniunt, nam sunt compressa, lucida, unguem lata. Arbor lactescit.

7. Anona trifolia, flore stamineo, fructu sphærico, ferrugineo scabro minore, Allii odore *Sloan. Cat. Jamaic.* Tapia Brasilienfibus *Marcgrav. Pis.* Nyrvala *H. M.* Part 3. P. 49. Apioscorodon, seu Arbor *Americana* triphylla, Allii odore poma ferens *Pluk. Phytogr.* T. 137. F. 7. *The* Garlick Pear-tree.

D. *Sloane.*

Ad 30 circiter pedum altitudinem assurgit Arbor isthæc caudice femur humanum crasso, cortice obscurè virescente tecto, quæ postquam per aliquot menses nuda seu foliis vidua perstiterit, *flores* primò protrudit circa ramulorum extrema, pediculis duas uncias longis insidentes, è multis plerunque virentibus uncialibus staminibus, purpureis apicibus capitatis stylum ejusdem altitudinis & coloris circumstantibus compositos: quibus succedunt *Fructus* pediculis 2, 3^ve uncias longis innixi, exactè sphærici, pilæ palmariæ magnitudine, sub cortice hirsuto pulpam farinaceam velut Pyri, subdulcem, Allium olentem, continentes, unde nomen Anglicum. Prope centrum multa collocantur *semina* majuscula, nigra, splendentia. *Araticu ponhe* similia, sed minora. *Folia* terna simul in eodem communi, 3 uncias longo pediculo, quorum unumquodque 4 unc. longum est, 2as latum media latissima parte, glabrum, crassum, obscurè viride, petiolo privato ½ unc. longo pediculo communi adnexum, figurâ suâ lobum pinnati sambuci folii imitans.

In sylvis campestribus *Jamaicæ* insulæ frequenter reperitur Nyrualæ descriptionem vide *Histor.* P. 1044.

8. Anona fortè *Indiæ Orientalis*, foliis oblongis, ex adverso binis, plurimis conspicuis venis parallelos secundùm latitudinem venustè decurrentibus, fortè Mangaiba *Brasilienfium Pison.* Satis propriè nominari posset, Anona utriusque *Indiæ* lævis, fructu ovali aureo, parte Soli obversa punctis rubris insignito *Pluk. Phytogr.* T. 135. F. 3.

9. Anona *Americana* sylvestris foliis & fructu maximis, *Soortsack* sylvestre vulgo *P. B. P.* Fructus infantis caput æquat, coloris flavescentis, saporis dulcis, non adeò grati. *Semina* maxima, pallida, glabra, lucida.

De

De Malo Aurantia & Limonia.

1. Malus Arantia, fructu rotundo maximo, pallescente, humanum caput excedente *Sloan. Cat. Jamaic.* M. Ar. *Indica* fructu omnium maximo, *Pumpelmus* dictò, medulla pallescente. *Herman. Cat. Leyd.* p. 405. Aurantium *Indicum* in insulis *Philippinis* 2dum seu alterum peramplum &c. *Ferr. Hesp.* lib. 4. cap. 14. pag. 429. *The* Shaddock-tree. *Vencu Sinensium Martin. Lusitanis* Jamboa *Hist. nost.* 1793. Malus Arantia utriusque *Indiæ*, fructu omnium maximo & suaviſſimo, *Belgis Orientalibus* Pumpelmos, *Virginiensibus* nostratibus (ab inventoris nomine qui ex Indiis *Orientalibus* ad oras *Americanas* primò transtulit) *Shaddocks* audiunt *Pluk. Almag. Bot.* p. 239.

D. *Sloane.*
In *Jamaica* seruntur, & vigent proficiúntque valde: quamvis fatendum sit, quemadmodum Aurantiæ *Sinenses* in *Jamaica* provenientes *Barbadenses* bonitate superant, ita *Shaddocks* in *Barbados* natas *Jamaicensibus* palmam præripere. Arbor hæc Aurantiæ per omnia similis est, duntaxat major. Fructus rotundus est, capitis humani magnitudine, cortex flavus, glaber, non admodum crassus, pulpa acidè dulcis, valde aromatica.

2. Limo sylv. *Madraspatana*, pumila, fructu parvo D. *Petiver* Act. Philos. *Lond.* N. 271. P. 846. *Caut-elmecha Malab.* nomine à D. *Sam. Brown* ex *Indiis* missa. Ad 4 aut 5 pedum altitudinem crescit. Fructum (dimidii Limonis magnitudine) Indigenæ muriâ condiunt pro intinctibus.
3. Aurantium *Chamerambacum* spinis longis robustis *Pet. Act. Philos. Lond.* N. 271. P. 847. *Mooellee-cruetto* nomine à D. *Sam. Brown* missa, qui *Coru Parkinsoni* speciem esse opinatur. Tres, inquit, hujus species sunt. Indi ex omnium fructu oleum ad paralysin sanandam efficax, parant.
4. Limo Madraspat. apicibus foliorum ferè sinuatis, fructu cuspidato *Pet.* in *Act. Philosoph. Lond.* N. 244. P. 333. item N. 271. P. 848. An Coru *Acostæ, Clus. Garciæ, Park.* & aliorum? An Mal-Naregam *H. M.* Vol. 4. Tab. 12. Pag. 27? *Corutree* ipsis *Malabarensibus* dicitur. *Coru* arboris descriptio habetur *Hist.* nost. p. 1657.

P. 1659. 5. Malus Aurantia *Zeylanica*, foliis longis angustis, appendiculâ longissimâ donatis *Breyn. fascic.* Hujus ramulum vidi inter plantas siccas à clariss. *Breynio* ad D. *Petiv.* transmissas.

P. 1661. Ad Cap. de Caniram adde Synonym. seq.

Cucurbitifera *Malabarienſis*, Oenopliæ foliis rotundis, fructu orbiculari rubro, cujus grana sunt Nuces vomicæ officinarum *Pluk. Almag. Bot.* Solanum arboreum Indicum maximum foliis Oenopliæ seu Napecæ majoribus, fructu rotundo, duro, rubro, semine orbiculari compresso, maximis, Nuces vomicas & Lignum colubrinum Officinarum ferens *Breyn. Prod.* 2. 92. Nux vomica vulgò Officinarum, compressa, hirsuta, *J. B.* t. 1. l. 3. p. 399. Nux vomica in Officinis *C. B.* 511. Colubrini ligni 3um genus in *Malabar*, vastæ arboris magnitudine *Acostæ C. B.*
Nos de *Nuce vomica* egimus inter fructus stirpium minùs cognitarum *Lib.* 34 p. 1814.

Malus *Americana* trifolia, fructu Pomi Aurantii instar colorato *Commelin. Cat. Amst. rar.* Arach. Simmeron vulgò. Terebinthus *Americana* trifolia lucida *Palmalatta* vulgò dicta *Herm. B. P. B.* minùs rectè ex sententia D. *Commelin.* An *Tapia Pisonis* & *Marcgr.*

Hanc arborem eandem esse cum Tapia *Pis.* & *Marcgr.* existimantibus vix consentit D. *Commelinus*, differentia aliqua in fructu & semine existente. Ego cur diversam sentiat rationem non video. *Arach Simmeron* Aurantium sylvestre significat. Marcgravius autem Fructum rotundum, Pomi mediocris magnitudine huic arbori tribuit, qui quando maturuit flavet instar Aurantii, ac corticem illi æqualem habet.

Malus *Americana* spinosa, Portulacæ folio, fructu folioso, semine reniformi splendente, *Blad-appel* vulgo *Commelin. Cat. Amst. rar.*

Caudex in Horto Amstel. bipedalis, fungosus, spinis ad foliorum exortum prodeuntibus singularibus, interdum pluribus, bicompositis, ad summitatem ramosus. Cortex per primam adolescentiam virescens, pòst cinereus. *Folia* 3 digit. longa, sescunciam lata, ad exortum angusta, ad extremum cuspidata, per oras æqualia, crassa, succosa. Ramuli ad spinas niveo tomento pilosò gaudent. Poma rotunda, exilia, quæ foliola crassiora emittunt. *Semina* parva, reniformia nitentia fusca.

P. 1604. Cumbulu *H. M.*

Hujus descriptio Adhatodæ *Zeylan. Herm.* per omnia non convenit, quoad flores, sed præcipuè vascula seminalia. In *Adhatoda* ad foliorum alas eriguntur spicæ, imâ parte nudæ, superiori

ſuperiori floribus verticillata ſerie junctis ornatæ, quorum utrinque unus ad genicula ſpicæ prodit, ex calice nunc quadrifido, nunc quinquifido, cui ſubjiciuntur foliola duo anguſta, è regione oppoſita: infra hæc prodeunt duo alia foliola, prædictis majora. Cæterum *Flores* ſunt candidi, ad flavedinem tendentes, ex galea ampla fornicata & ſulcata, ut & labio trifido conſtructi. Utraque pars [labium & galea] lituris purpuro-violaceis variegantur. E floris medio exeunt duo albentia *Stamina* fornicata, *Apiculis* luteo-viridantibus coronata, cum *Stylo* longiore abſque *apice*, futuri *fructûs* rudimento adnexo. *Fructus* oblongus eſt, bicapſularis. D. *Sherard.*

Adhatoda Canarienſis Oleæ folio viridi D. *Sherard.* Arbuſcula *Canarienſis*, Salicis aut potius Oleæ Sylv. *Barbadenſium* foliis & facie, ſeminibus ad tactum (quando maturis) è capſulis cum ſtrepitu diſſilientibus, Snap-Tree noſtratibus vulgo *Pluk. Almag.* p. 44. & 328. Salicis folio *Canarienſis* arbuſcula impatiens Noli me tangere ſeu arbor Crepitus, &c. Tab. 313. F. 1.

D. *Sherard.*

Plurimis fruticat ramulis, cortice albicante ſcabro tectis [juniores primo anno lætè virent] *Folia* ex oppoſito glabra, craſſiuſcula, ſequiunciam & duas uncias longa, ex anguſto principio in latitudinem ſeſe laxantia, & in acutum deſinentia oleæ ferè formâ, breviora tamen, utrinque obſcuro virore nitentia. Ex horum alis conjugato ordine exeunt pediculi ſemunciales, ſubinde longiores, *flores* ſuſtinentes in brevi ſpica, ex galea ampla, biſida, fornicata & labio trifido conſtructos. E medio emergunt duo *Stamina*, albentia, apiculis craſſis è luteo fuſcis coronata, cum ſtylo falcato abſque apice. Totus autem Flos ex albo luteſcit, lineis rufeſcentibus inſcriptus. *Calix* in 5 ſegmenta anguſta & acuta dividitur, quo continetur *capſula* oblonga & acuminata bifariam in duo loculamenta diviſa, ſeminibus repleta.

Adhatoda herbacea, Circææ foliis, parvo fructu *Tournef.* Inſt. r. h. 175.
Adhatoda flore minori *Tournef.* Inſt. r. h. ibid. Vide Bem-curini H. M. Part. 2. 33.
Adhatoda floris labio ſuperiori anguſtiſſimo & ad poſteriora reclinato ejuſd. Vide Carim-Carini H. M. part. 2. 31.

P. 1665. Ad Cap. 15. De Mamay arbore nota.

Arbor hæc D. *Sloane* Malus Perſica maxima, foliis rotundioribus ſplendentibus, glabris, fructu maximo, ſcabro, rugoſo, ſubrotundo, pulpâ dura, ſubluteâ, unum vel plura officula filamentoſa cingente, dicitur, & in omnibus ſylvis montoſis Inſulæ *Jamaicæ* abundare. Idem arborem hanc à *Mamee-Sappota* Jamaicenſium diſtinguit. Vide utriuſque arboris, viz. *Mamee* & *Mamee Sappota*, Synonyma apud D. *Sloane.*
Maminee, Momin vel Toddy-Tree *Hugheſii* Palmæ ſpecies eſt (ut opinatur D. *Sloane*) nimirum Palma *Hairi* dicta, non hæc Arbor.

1. Arbor Mali Perſicæ Mammeya dictæ foliis ſubrotundis, acuminatis, ex adverſo ſitis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Hujus arboris virgæ cortice glabro rubente integebantur. *Fola* ad genicula bina oppoſita ad intervalla circiter uncialia exibant, breviſſimis vel nullis pediculis donata, duas uncias longa, unam lata latiſſima prope baſin ſubrotundam parte, exinde ſenſim coarctata donec in punctum tandem deſinerent, glabra, ad margines æqualia, venis eleganter Mammeæ in modum ea percurrentibus ſtriata.
In una neſcio qua è Caribbeis inſulis collegit D. *Sloane.*

2. Arbor Mali Perſicæ foliis, anguſtis, oblongis, acuminatis, ex adverſo ſitis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E maximis eſt *Caribearum* inſularum arboribus, altitudine & trunci craſſitie inſignis, *Folia* circulis nonnihil aculeatis adnaſcuntur, ad uncialia ferè intervalla, bina oppoſita, abſque pediculis, 4 plus minus uncias longa, unam ad initium lata, latitudine exinde continuè imminuta donec tandem in punctum deſinant, circa margines æqualia, viridia, unâ in medio coſtâ tranſverſas aliquot è lateribus utrinque emittente.
Si non eadem ſit cum præcedente, ob ſimilitudinem proximum illi locum aſſigno.
In inſula *Barbados* inveni.

3. Mali Perſicæ *Mammeyæ* dictæ folio longiore Arbor maxima, cortice ſulcato cinereo amaro. *Slon. Cat. Jamaic.* Baſtard Pammee-Tree, or *Santa Maria.*

D. *Sloane.*

Ex ampliſſimis eſt hujus Inſulæ arboribus, adeò ut partes ejus omnes propiùs inſpicere, adeoque exactè diſcernere & deſcribere nunquam potuerim. Cùm junior adhuc eſt corticem habet delicatum, glabrum, flavicantem, maculis nonnullis albis varium; Adultæ & vetuſtiori cortex pluribus ſulcis inſculptus eſt ut Pruni noſtratibus Bullace dictæ; truncus longus, gracilis;

Folia lata, *Mammeyanis* nonnihil similia, unde cùm alias ejus partes nesciverim, huc eam retuli.

A nomine *Santa Maria* huic arbori ab *Hispanis* impositio, & corticis amarore à nonnullis pro arbore corticis *Peruviani* habita est, & viribus insignibus pollere credita, verùm experientia opinionem hanc refutavit. Lignum in usu est pro baculis efficiendis; cúmque arbor recta & procera sit, truncus pro malis navium inservit.

In sylvis insulæ *Jamaicæ* densis & opacis frequens est.

4. Mammee *Canarinæ* foliis & facie Arbor ex Insula *Johanna*, *Pluk. Mantiß.*
5. Malus Persica maxima, foliis magnis integris longis, fructu maximo oblongo scabro, officulo partim rugoso, partim glabro *Sloan. Cat. Jamaic. The Mammee-Sapota.*

Arbor Americana pomifera frondosis ramulis, foliis amplis, longioribus, obtusis, duris & venosis, margine æquali, *Mammee Sapota Jamaicensibus* audit. *Pluk. Almag.* p. 33. *Phytogr.* T. 268. F. 2. Hujus fructus est Nux seu officulum *Cypote* dictum *Clusio* & *J. Bauhino.*

D. *Sloane.*

Trunco assurgit recto, 30 pedes alto, corporis humani crassitudine, cortice cinereo tecto, sulcis hic illic exarato; ad 20 circiter ab exortu pedes integro seu simplici & indiviso, deinde ramoso, ramis quaquaversum æqualiter extensis. Summas virgas seu surculos undique obsident *Folia*, nullo ordine posita, pediculis uncialibus insidentia, pedem longa, 3 uncias lata, prope extremum ubi latissima, in obtusum apicem desinentia, pallidè viridia, glabra, tenuia, costâ unicâ mediâ, & nervis pluribus lateralibus firmata. *Flores* ex ipsis ramulis enascuntur, Floris lactis colore; quorum unicuique succedit *Fructus* oblongo-rotundus, duarum triúmve unciarum longitudine, in medio crassissimus, ubi brachium ferè adæquat, versùs utrumque extremum gracilior, cute aspera Cinnamomei aut ruffi coloris tectus, eminentiis & vallecu-lis variarum figurarum inæqualis. Cuti subest pulpa seu caro ½ aut ⅓ unciæ crassa, ejusdem coloris, dulcis & ab incolis *Marmelata* nativa dicta, ob similitudinem seu convenientiam in colore cum *Marmelata* Cydoniorum. Sub carne latitat officulum unicum, oblongum acu-minatum, altero extremo crassiore subrotundo; coloris Cinnamomei splendentis, excepta unica rima per marginem cinerea, superficie inæquali, nucleum unum continens.

Officulo feritur ut aliæ arbores frugiferæ, & per totum ferè annum fructum fert.

Fructus nonnullis jucundissimus habetur vel solus comesus, vel ob nimium nauseosam & fatuam dulcedinem cum succo limonum mixtus. Ob signaturam, seu figuram interseminei, nuci impressam, venereus admodum censetur.

Officulum hujus fructus *Cypote* dictum arboris Balsamum Peruvianum fundentis fructum fuisse absque fundamento, ut nobis videtur, ex aliorum relatione, scribit *Clusius.*

P. 1668. Ad Cap. De Arbore cucurbitifera ad.

Jarobam *Brasilienſibus Marcgrav. Pisonis*, quam nos Phaseolis accensuimus, *D. Sloane* Arboribus cucurbitiferis annumerat, sub titulo, *Cucurbitiferæ fruticosæ trifoliæ scandentis*; nec immeritò, cùm fructus Cucurbitæ arboreæ, *Calabash* dictæ, exactè similis sit, duntaxat minor.

In sylvis montosis inter agros *D. Freeman* & locum *Guanaboa* dictum reperitur.

1. Cucurbitifera arbor fortè, Rhamni facie spinosa, foliis oblongis confertim nascentibus *Sloan. Cat. Jam.*

D. *Sloane.*

Plures ab eadem radice trunci exoriuntur, brachium crassi, recti, 9 aut 10 pedes alti, cortice glabro albicante obvoluti, ramis & surculis rectâ extantibus divisi. *Foliorum* Rami agminulis è parvis protuberantiis confertim egredientium vestiti, ut in Arbore Cucurbitifera, duntaxat minorum, ad uncialia aut minora intervalla. Sunt autem *Folia* unciam longa, ¾tas lata prope extremum, ubi subrotunda & latissima, glabra, luteo-viridia. Surculi plerunque post sescuncialem longitudinem in aculeos desinunt, unde ab eorum multitudine Frutex spinosus videtur.

In sylvula inter *the Town Savanna*, & locum *two mile wood* dictum reperi.

2. Cucurbitifera arbor fortè, foliis subrotundis confertim nascentibus, ramulorum extremitatibus tumidis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arbor est ampla, multos emittens ramos, in ramulos hinc inde oppositos divisos, glabro albicante cortice tectos, cui subest lignum durum. Surculi divisione dichotomian observant, & ad extremitates suas tumorem incurvum obtinent, tertiam circiter unciæ partem longum, reliquo ramulo duplo majorem, scabrum, nigricantem, è quo tria ferè exeunt *folia* conferta, unoquoque pediculo quadrantem unciæ longo insidente, ipso sescunciam longo, & ¾ unciæ lato latissima prope extremum subrotundum parte, ab angusto enim principio paulatim dilatantur in finem rotundiusculum, súntque tenuia, luteo-viridia, & cucurbitiferæ arboris foliorum similia.

In sylvula prope locum *Don Christophers cove* nuncupatum in *Jamaicæ* partibus septentrionalibus collegi.

3. Cu-

3. Cucurbitifera arbor fortè, foliis oblongis, integris, acuminatis, confertim naſcentibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Rami hujus arboris recti ſunt, glabro albicante cortice tecti, cui ſubeſt lignum durum album. E ramis ſurculi ſeu ramuli exeunt bini ordine ſibi mutuò oppoſiti, in quibus ad intervalla uncialia aut longiora, ¼ unciæ longis pediculis inſidentium exeunt foliorum ſibi mutuo oppoſitorum aggregata; *Folia* ſeſcuncialia ferè ſunt, inque media latiſſima parte unciam propemodum lata, initio anguſta, & in acumen deſinentia, glabra, ſplendentia, & Cucurbitiferæ arboris foliis nonnihil ſimilia. Ex alis foliorum in pediculis tenuibus brevibus exeunt *floſculi* oblongi, perianthio parvo, è foliolis exiguis compoſito, excepti.

In *Jamaicæ* inſulæ Septentrionalibus collegi, & an à præcedente ſpecie differat dubito.

4. Cucurbitifera arbor fortè, foliis oblongis integris confertim naſcentibus, nervo folii medio & ramulorum ſummitatibus lanugine ferruginea obſitis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Surculorum ſeu ramulorum hujus arboris ſummitates pilis ferrugineis obtegebantur, ut & coſtæ ſeu nervi foliorum majores. Folia a. multa ſimul aggregata prodibant, Cucurbitiferæ arboris ſimilia, ¼ unciæ longis pediculis inſidentia, 2½ uncias longa, latitudine dimidia, ad apicem nonnihil acuminata, colore viridi obſcuro, glabra & ſplendentia.

In *Jamaica* inſula inveni, & inter herbas ſiccas repoſui.

5. Cucurbitifera arbor ſpinoſa foliis fere Ficûs, fructu Pomi magnitudine & forma: ſeminibus albis ſerie eleganti maſſulæ nigræ immerſis, ex *Prom. Bæ Sp. Pluk. Mantiſſ.*

6. Cucurbitifera arbor frondoſa, Caniram fortè genus alterum è *Maderaſpatan. Pluk. Almag. Bot.*

7. Cucurbitifera arbor ſpinoſa, fructu Mali aureæ facie, aromatica *Pluk. Phytogr.* T. 170. F. 4. An Chivef Theveto *J. B.*? item Peno-abſou arbor *Americana* è *Theveto J. B.* Tom. 1. lib. 3. P. 255?

P. 1674. Poſt ſpeciem primam Cap. 1. adde.

Palmapinus Amygdaloides ex inſula *Barbadenſi Pluk. Almag. Botan.* Amygdalus *Granatenſis De Laet.* An Palma Amygdaloides *Virginiana P. B. P.*

Cacao affinis Frutex ſpinoſus, Lycii facie, Jaſmini flore albo, fructu in diſpares particulas, inter ſe arctè hærentes diviſo *Slon. Cat. Jamaic.* An Jaſminum ſpinoſum *Americanum*, folio lucido ſubrotundo *P. B. B?* An Lycium majus *Americanum*, Jaſmini flore, foliis ſubrotundis lucidis, *Pluk. Phyt.* T. 97. F. 6. Lycium *Curaſſavicum*, folio ſubrotundo, *Rabba de Caballo* vulgo *Ejuſdem?*

D. *Sloane.*

Frutex iſthic ad 10 aut 12 pedum altitudinem aſſurgit, trunco brachium humanum craſſo, cortice ſcabro rubente tecto, ramoſo, ramis ex adverſo binis, ſpinis pariter oppoſitis acutis, ¾tas unciæ longis armato. *Folia* itidem bina oppoſita exeunt, unciam longa, dimidiam lata, luteo-viridia, glabra & nitentia, medio latiſſima, verſûs utrumque extremum ſenſim anguſtata, pediculorum expertia: è quorum alis egrediuntur *Flores* pentapetali, albi, calicibus viridibus ſemunciam longis cincti, ſtellati: quibus ſuccedunt *Fructus* ſemunciales, virides, umbilicati, digitum humanum in medio craſſi, verſûs utrumque extremum pyramidales, ſub cute tenui, viridi, concava, materiam nigricantem, nucibus Cacavis ſimilem; è particulis irregularibus, arctè ſibi mutuo appreſſis compoſitam continens.

Secus viam quæ ab urbe *S. Jago de la Vega* verſûs *Guanaboa* ducit collibus *Redhills* dictis invenitur ſpontanea.

P. 1676. Ad Cap. de Ahovai.

1. Penar-Valli fœmina H. M. P. 8. T. 47, 48. Ahovai *Theveti* fructu, longiore, triangulo floribus racemoſis, monopetalis, quinque partitis, fructui inſidentibus.

H. M.

Hujus natale ſolum eſt *Mangatti, Paroe, &c.* Ingens & latè ſe diſpergens planta eſt, florens tempore pluvioſo. *Rami* virides, ſtriati ſpadicei, quorum filamenta lignoſa, intus carne viridi, humida, interpolati. Sub cuticula exteriori, quæ facilè deglubitur, viridi-fuſci. *Folia* cum ſuis petiolis, oblongis, tortuoſis, craſſis, viridi-fuſcis, nitentibus ac interiùs lato ſulco ſtriatis videntur, oblongo-rotunda, anguſta, anterius brevi cuſpide eminentia, texturâ craſſa, ſpiſſa & mollia, ſuperficie plana, viroris in recta parte ſaturi & nitentis, in averſa parùm dilutioris, ſaporis amari. Coſta media craſſa eſt cum lateralibus utrinque extuberans. *Flores* in racemis viridibus, è foliorum alis egreſſis proveniunt, monopetali, quinque-partiti, ex albicante ſubvirideſcentes, cuſpidibus reflexis; craſſi ac carnoſi, intus pilis albicantibus oblongis obſiti, cum pede pollicem longo, qui primordium fructûs eſt. In medio tria craſſiola emicant *ſtamina*, in ſuperiore parte bifida, criſpata, & ſibi mutuo juncta, quæ cum tempore ità explanantur, ut in fructu ipſo baſin ejus triangularem conſtituant. *Calix* trifolius eſt. *Fructus* faſciati in pedunculis oblongis dependent, formam baltei ſclopetariorum (*Bandeliers* Anglicè) referentes, oblongi, tribus rotundiuſculis lateribus obſcurè extuberantes, circa pe-

diculos ſtrictiores, ad baſin latiores, quæ tribus rotundiolis lateribus circumſcripta eſt, & ex centro baſis tribus futuris ad angulos laterum ſtriati, cortice craſſiuſculo, qui primò viridis, dein ruffi eſt coloris, in medio columnam habet carneam triangularem, quam inter & corticem *ſemina* conſita ſunt, oblongo-rotunda, plana, in centro oblongæ membranæ, quæ tunicæ inſtar latus mediæ columnæ obvelat; ſúntque unà cum fructibus ſaporis & odoris Cucumerum.

Ex foliis tritis balneum præparatur adverſus corporis æſtus, nervorum contractionem, minores abſceſſus atque carbunculos. Ex iiſdem cum vaccino lacte ac recenti butyro linimentum antiſpaſmodicum conficitur.

2. Penar-Valli maſcula H. M. P. 8. T. 49.

Cum priore ex omni parte convenit, præterquam quòd hujuſce *Flores* quinque habeant ſtamina, & nullos proferant Fructus, quod ego non facilè conceſſerim, ni fortè ſit degener planta, caſu aliquo orta. Pictura tamen diverſam à præcedente plantam oſtendere videtur.

HISTORIÆ PLANTARUM LIBER TRICESIMUS:

De Arboribus fructu per maturitatem ſicco.

P. 1682. 1. Staphylodendron *Africanum*, ſemper virens, foliis ſplendentibus *Commel. Cat. Hort. Med. Amſt.* & *Ejuſd. Hort. rar.* Staph. Afric. folio lucido *P. B. P.* folio ſingulari lucido *Herman. Parad. Bat.*

HÆc arbuſcula 4 pedum altitudinem aſſecuta [in *Hort. Amſtel.*] craſſitudinis ferè unciæ, materie ſolida, cortice cinereo obſcuro tecta, multis luxuriat ramis, quibus adnaſcuntur *folia* incondita, 2as uncias longa, 1am lata, rigida, in mucronem deſinentia, margine nonnihil undulata, ſupernè obſcuriùs, ſubtus dilutiùs virentia, non deciduа, ſapore adſtringente prædita. *Fructus* rotundi ſunt, membranaceo, ſulcato, tumido, griſeo-fuſco obducti involucro, in quibus 4 nuclei oblongi, confertim juncti hoſpitantur. Horum ſinguli, peculiari membranula amicti formam habent triangularem, ſubſtantiam extus albidam, intus fuſcam calloſam, cornu inſtar perquam duram, oſſiculi Dactylorum ſubæmulam.

Folia ab unaquaque parte pilis breviſſimis rufis ſunt obſita, præſertim eorum coſtæ & pediculi.

Locus natalis *Promontor.* Bæ Spei.

Hermannus in *Parv. Bat.* hanc ſic deſcribit.

In Promontorio *Bonæ Spei* fruticat ad 6, 7ve pedum altitudinem, caudice brachium craſſo, in plures ramos diviſo. Hos numeroſa veſtiunt *folia*, non pinnata, nec terna, uti cæteris ſpeciebus, ſed ſingularia, eáque rigidiuſcula, alterno ordine; pediculis breviſſimis adhærentia, unciam lata, vix duas longa, ſubrotunda, mucronata; parte prona colore obſcurè viridi ſplendentia, ſupina brevi lanugine ruffâ, ad nervos & margines magis conſpicuâ, pubeſcunt, uti & ſurculi tenuiores. *Flores* circa faſtigia erumpunt ad foliorum exortus, pediculo unciali aut breviori ſuffulti, pentapetali, parvi, albidi, & ubi contabeſcere incipiunt obſoletè ſpadicei, petalis retroflexis, ex parvo incano calyculo emergentibus. His ſuccedunt veſiculæ pentagonæ, in quibus capſula rotunda, claudens 4 *Semina*, arctè juncta, oblonga, dura, ſulco per longitudinem inſtar Dactyli inſcripta.

In hybernaculo ab hyberno frigore ſubductum lætè viget apud nos, & flores quotannis profert.

P. 1683.

P. 1683. Cap. 15. de Mandioca adde; Arbuſcula hæc, adnotante D. *Sloane*, à *C. B.* in Pin. quinquies minimum pro 5 diverſis ſpeciebus proponitur. P. 512. Arbor venenata 3a, ſeu ſucco venenato, radice eſculenta denominatur. P. 90. Radix qua Indi veſcuntur & utuntur 3a ſeu Mandioca radix in Inſula S. *Catharinæ*, Item 4ta quo nos Synonymo uſi ſumus. Item 18a ſeu Caſſaven radix. Item 6a.

Caſſavi Orubicum Sylveſtre. An Cuguacu Caremia & Cuacu Mundijba *Piſon?* Foliis accedit ad Papaiam, niſi quòd laciniæ ſint latiores & anguloſiores, in 5 ut plurimum lacinias diviſis. Cortex eſt Ceraſini corticis inſtar: Radix tuberoſa.

P. 1683. Tacamahaca foliis crenatis, *Sadelhout*, ſeu Lignum ad ephippia conficienda aptum. An Tecomahaca *Hernand?* P. B. P.

D. *Sherard.*

Folia crenata ſunt, Roſarum formâ, primò terna, poſtea plura, quina obſervavi eidem coſtæ adnexa; quæ inter folia terna ſuperiora & bina inferiora alata eſt; pediculus autem inferior minimè. *Floſculos* fert parvos, albos, in faſciculis ad foliorum ortus: *Semina* trigona, Piſtaciis ſimilia, ſed triplò minora, pellicula nigricante carnoſa, dulci tecta, quâ *Indi* delectantur. Offículum albidum eſt, atque etiam nucleus. Indigenis *Pala de Su* dicitur.

Eadem foliis non crenatis *P. B. P. Folia* fert primùm ſingularia, poſtmodum terna, & tandem plura, uni coſtæ adhærentia. Fructus Piſtaciæ ſimilis cortex & lignum olent Tacamahacam.

P. 1686. Ad Cap. de Guaiaco.

Tres quas Botanici diſtinguunt Guaiaci ſpecies ætate tantùm differre ſtatuit D. *Sloane.* Junioris Arboris lignum pallidius eſt & majorum virium, verùm non ità diu durat. Flos exſiccatus palleſcit, nec colorem ſuum cœruleum retinet, unde *Jo. Terentio* apud Hernandez pallide luteus eſſe dicitur.

Hinc Guaicum *Jamaycenſe* Lentiſci foliis ſubrotundis lætè viridibus, flore albo *Pluk. Phyt.* T. 30. F. 3. & Guaiacum *Jamaycenſe*, foliis velut muriâ conditis, ſpiſſiùs virentibus, flore ſubcœruleo *Ejuſdem*, pro eadem ſpecie tum inter ſe, tum cum Guaiaco *Officinarum* habet.

Idem tamen D. *Sloane* aliam eſſe ſpeciem agnoſcit cum triplici in eodem folio pinnarum pari, quam ex inſula *Barbados* habuit, fortè *Portoricenſis* dictam.

P. 1690. Ad Cap. de Lauro.

1. Laurus vulgaris, folio undulato minimo ſeu breviſſimo *Breyn.* Prod. 2. An L. *Cypria Plinii*, quæ folio brevi, nigro, per margines imbricato, criſpa? *Pluk. Amag.*
2. Laurus vulgaris, folio minimo læviſſimo *Breyn. Prod.* 2. An Laurus *Delphica* Plinii *Pluk.*
3. Laur. *Maderenſis* anguſtifolia, pallida, odoratiſſima, venis foliorum averſa parte magis extantibus *Pluk. Phyt.* T. 119. F. 2.
4. Laur. Regia odoratiſſima *Maderenſis P. B. P.* latifolia *Azorica*, Cinnamomi odore *Hort Amſtel. Pluk. Almag. Bot.*

Folia fert latiora, breviora & rigidiora, minúſque mucronata quàm Laurus *Americana Aldini.*

5. Laur. *Azorica*, pallidioribus & latioribus foliis, inodora *Pluk. Phytogr.* T. 199. F. 3. An Laurus muſtacea *Pompeio Lenæo* Plin. l. 15. c. 30. folio maximo flaccido & albicante? *Pluk.*
6. Laurus *Indica* ſeu *Americana*, foliorum pediculis punicantibus *Pluk. Almag. Bot.*
7. Laurus *Africana* minor Querno folio *Hort. Amſt. rar.* P. 2.

Ex *radicibus* quas habet hæc arbuſcula lignoſas *caulis* erigitur rotundus, bipedalis & fuſcus, in varios diviſus ramulos rotundos & ſubrubros, quibus *Folia* adſtant oblonga, ſumma parte obtuſa, valde inciſa, ſplendentia, per quorum medium nervus excurrit, ex adverſa parte eminens, quorum ſapor ad ſaporem foliorum Lauri quodammodo accedit. Fructus per maturitatem ſicci ſunt, & unicum inſtar Lauri continent *ſemen.*

Lauri baccæ pulveriſatæ 3ß, pondere ſumptæ, in vino aut aqua Scabioſæ ſeu Pimpinellæ alióve convenienti liquore tepido Peſti efficaciſſimè adverſantur.

8. Lauri facie arbor, foliis ſupernè ſaturatè virentibus, ſubtus candore nitentibus, *Americana Pluk. Phyt.* T. 199. F. 4.
9. Lauri facie arbor, venuſtiſſimè venoſis foliis, lacte turgens, *Americana Pluk. Phyt.* T. 199. F. 6. *Cambodi* nomine ex *Indica* miſſa.
10. Lauri facie arbor grave olens, foliis pallidioribus, foliaceis pediculis, *Americana Pluk. Phyt.* T. 199. F. 5. An Arbor *Indica* Nerii foliis ſplendentibus, ex dictatis D. *Hermanni?*
11. Laurifolia arbor *Americana P. B. P.* Folia fert rigida, atro-viridia, altera parte pallida, conjugata. Bacca viridis & dura, lignum inſtar Myrti. Ex *Vera Cruce.* D. *Sherard.*
12. Laurifolia *Canarina* diphyllos *Pluk. Almag. Bot.* T. 305. F. 1. Fortè *Nimbo Javanenſium* prima ſeu Laurus *Indica Bontii. Pluk.*

13. Laurifolia

13. Laurifolia *Jamaicenſis* baccifera, fructu parvo oblongo ſtriato *Pluk. Almag. Bot.*
14. Laurifolia nucibaccifera *Virginiana*, Cornelian Cherry noſtratibus dicta *Pluk. Almag. Bot.* T. 304. F. 2.
15. Laurifolia *Terenatenſis* C. *B. Beretinus* fructus *Cluſ.* Exot. l. 2. c. 17.
16. Laurifolia fructu parvo typhoide, non pappoſo, gemello, ſiliquas æmulante, Arbuſcula è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 96. F. 7.
17. Laurus Tinus *Luſitanica* triphyllos *Pluk. Almag. Bot.*
18. Lauro Tino ſimilis, venoſis foliis glabris *Ejuſd. ibid.*
19. Laurus Tinus *Virginiana*, floribus albidis, eleganter bullatis D. *Baniſter Pluk. Phytogr.* T. 199. F. 7. item T. 305. F. 2.
20. Laurus-tinus *Madraſpatanus* trifoliatus *Muſ. Pet.* 259. Surnavul, *Malab. Act. Philoſ. Lond.* N. 274. P. 160.

Sex aut octo pedes altus eſt, brachium humanum craſſus. Decoctum corticis & radicis Venereos rheumaticos dolores lenit, & nodos diſſolvit.

21. Laurus *Madraſpatana*, Canellæ albæ foliis, *Pungalu Malab.* D. *Sam. Browne*, *Act. Philoſ. Lond.* N. 264. P. 583. D. *Petiver.*

Arbor eſt parva, 8 aut 10 pedes alta. Fructus decoctus & ad pulpam contuſus, tineam capitis, ut & ſcabiem ſanat; quod oleum efficaciùs præſtat.

22. Laurus Tinus *Madraſpatanus* trifoliatus, Punan-chidde *Malab.* D. *Petiver Act. Philoſ.* N. 264. P. 586. *S. Brown.* Frutex eſt 5 aut 6. pedes altus, femur humanum craſſus.

23. Laurus folio longiore, flore hexapetalo racemoſo, fructu humidiore *Slon. Cat. Jamaic.* An Euedexylum *Americanum*, folio magis mucronato *Pluk. Phytogr.* T. 176. F. 1? Sweet-wood.

D. *Sloane.*

Ad ſtaturam & magnitudinem Lauri vulgaris aſſurgit, multis luxurians ramis, quorum ſurculi foliis veſtiuntur, nullo ordine poſitis, ſemuncialibus pediculis inſidentibus, 7 unc. longis, duas latis media latiſſima parte, initio anguſtis, & in acutum mucronem deſinentibus, ſplendidis, duris, glabris, tenuibus, coſta media ſimplici plures tranſverſas laterales emittente; rupta aut compreſſa odorem gratum ſpirant, & Laurina in omnibus referunt. *Flores* albi, hexapetali, petalis latis brevibus, plures ſimul velut in faſciculo laxo diffuſi, extremis ſurculis pediculis 2 uncias longis adnexi. Singulis ſingulæ ſuccedunt *baccæ*, ovales, nigricantes, *Laurinis* majores, in pulpa tenui nigra nucleum unicum *Laurino* exactè ſimilem continentes.

Ad ripas fluvii *Cobre*, necnon in collibus *Red-hills* dictis in inſula *Jamaic.* reperit D. *Sloane.*

24. Laurus folio breviore, flore racemoſo minore. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arboris hujus rami cortice lævi, è fuſco rubente integebantur, cui ſuberat lignum durum, album, nonnihil aromaticum. *Folia* in ſurculis ad inæqualia intervalla alternatim ſita, pediculis $\frac{1}{8}$ unciæ longis inſidebant, ipſa $2\frac{1}{2}$ circiter uncias longa, unam lata media latiſſima parte, exinde ſenſim contracta donec in punctum tandem deſinerent, ſuperficie valde lævi, unicâ coſtâ mediâ, & tranſverſis aliquot nervis donata, præcedentis perſimilia, extremi ſurculi in pediculos varios diviſi, *flores* ſuſtinentes parvos, præcedentis pariter floribus perſimiles.

In mediterraneis Septentrionalibus *Jamaicæ* partibus oritur.

25. Lauro affinis, Jaſmini folio alato, coſtâ media membranis utrinque extantibus auctâ, ligni duritie ferro vix cedens. Iron-wood Ligon. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ligno eſt præduro, ſolido Buxi inſtar, colore pallidè luteo, cortice caneſcente tecto, ad 20 pedum altitudinem aſſurgens, ramis numeroſis in omnem partem extenſis, quorum extremis innaſcuntur *Folia* alata, ſeu è pinnis perexiguis cum impari in extremo foliolo compoſita: coſta folii integri media unciam & interdum duas uncias longa eſt, membranulis ſeu appendicibus utrinque extantibus alata, quemadmodum Saponariæ arboris, aut Aurantiæ folia prima; iſthmo ad pinnarum paria intercedente: Pinnæ autem ſingulæ $\frac{1}{4}$ circiter unciæ longæ ſunt, latitudine circa mediam latiſſimam partem longitudinis dimidiâ, versùs utrumque extremum paulatim continuè anguſtiores, glabræ, colore pallidè viridi. *Fructus* è lateribus ſurculorum exeunt, duo treſve ſimul, ſub membrana ſeu pulpa tenui, quæ per maturitatem in binas partes dehiſcit, unicum amplum *ſemen* ſeu nucleum continentes.

In *Jamaicæ* inſulæ ſylvis campeſtribus ubique naſcitur.

26. Laurifolia arbor, flore tetrapetalo, fructu racemoſo rotundo, cannulato & coronato, *Slon. Cat. Jamaic.* An Laurifolia *Jamaicenſis* baccifera, fructu parvo oblongo, ſtriato *Pluk. Almag. Bot.* p. 211?

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Rami huic Arbori recti, cortice glabro, obſcurè fuſco, cui lignum album ſubjacet, obducti, *Folia* è ſurculis extremis exeunt, nullo ordine, pediculis ¼tam unciæ longis inſidentia, duas uncias longa, à principio anguſto ad uncialem prope extremam latitudinem augeſcentia, obtuſa & ſubrotunda, glabra, ſplendentia, craſſa, & foliis *Corticis Winterani* arboris nonnihil ſimilia. Flores racematim in ſummis virgis proveniunt, oblongi, lutei, tetrapetali. Ima pars floris in fructum intumeſcit, parvum, rotundum, cannulatum & coronatum, grano Piperis minorem, ſed valde concinnum & elegantem.

In partibus *Jamaicæ* Septentrionalibus hanc arborem inveni.

27. Laurifolia arbor venenata, folio acuminato, copioſum lac præbens, ex quo inſpiſſato viſcus aucupum paratur *Slon. Cat. Jamaic.* Galactoxylon, ſeu Arbor *Americana* bacciſera, lacteum liquorem ex ligno fundens, qui durus inſtar gummi evadit *Pluk. Phytogr.* T. 185. F. 1. Milk-wood.

D. *Sloane.*

Truncus hujus arboris ſemoris humani craſſitudinem non rarò adæquat, cortice tectus exteriùs incano, propemodum glabro, interiùs è fuſco rubente, ¼ unciæ craſſo. Ad 20 aut 30 pedum altitudinem aſſurgit, in ramos plures diviſus, quorum ſurculi ad uncialia intervalla *foliis* obſiti ſunt, pediculis uncialibus aut longioribus nixis luteo-viridibus, ſubrotundis, 6 uncias longis, 3 propemodum latis, circa mediam partem, utraque extremitate acuminata, glabris, craſſis, coſtâ media percurrente, & nervos tranſverſos laterales obiter emittente.

Omnibus ſuis partibus copioſo lacte turget & venenoſa admodum habetur.

In Inſula *Jamaica* propè domum D. *Bourden* in *Guanaboa*, necnon circa Urbem S. *Jago de la Vega* in ſylvis; & in omnibus inſulis *Caribbeis* ad ſepes ubique reperitur. *Locus.*

Cortex profunde inciſus lac copioſum fundit, quod evaporatione partium humidiorum facta in viſcum abit. *Uſus.*

28. Laurifolia venenata folio leviter ſerrato, oblongo, obtuſo, copioſum lac præbens *Slon. Cat. Jamaic.* Tetlatia ſeu arbor urens Hernandez. p. 98. *Nieremb.* Tithymalus arbor *Americana*, Mali medicæ foliis amplioribus, tenuiſſimè crenatis, ſucco maximè venenato *Pluk.* T. 229. F. 8. Poyſon-wood *Lygon.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus arboris, duûm triumve pedum diametro, ad 40 aut 50 altitudinem aſſurgit, omnibus ſuis partibus lacte copioſo ſcatens, quemadmodum præcedens, cui per omnia ſimillima eſt, niſi quòd folia pluribus tranſverſis parallelis nervis ſtriata, non adeò acuminata ſed rotundiora & ovata, circa margines leniter ſerrata obtineat.

In ſepibus inſulæ *Barbados* invenitur.

29. Laurifolia arbor, folio latiore, longo, mucronato, lævi, ſpendente, cortice interiore in telas plurimas linearum æmulas extenſili *Slon. Cat. Jamaic.* Arbor *Americana*, Sindonophoros, Laurifolia, Ficûs Indicæ modo radicoſa, linteaminis ſpeciem miræ tenuitatis, quaſi telam araneam, ſub externo cortice proferens *Pluk. Almag. Bot.* Lagetto & Gawſe-tree.

D. *Sloane.*

Hujus arboris, (ut mihi narratum eſt mediocris) rami à D. *Leming* ad me tranſmiſſi ligno conſtabant albo, cum tenui intus medulla, cortice glabro, dilutè fuſco, exteriore ſtriato, interiore ſolido & albo, obducto, in plures ſurculos diviſi, *foliis* veſtiti in oppoſitis lateribus alternatim ſitis, pediculis ¼ unciæ longis inſidentibus, cùm decidunt veſtigium protuberans in ſurculo relinquentibus, unoquoque 4 circiter uncias longo 2½ lato prope baſin ſubrotundam ubi latiſſimum eſt, coſta ſimplici mediam percurrente, & plures laterales tranſverſas coſtulas emittente, colore luteo viridi, ſplendente, craſſo & glabro.

Verùm quod in hac arbore maximè rarum eſt & ſingulare, interior cortex è multis tunicis ſeu plagulis, (12 plus minus) componitur, albis & ſolidis apparentibus; qui ſi ad aliquam longitudinem exſcindatur & auferatur, cuticuláque exteriore ſeparata, digitis extendatur, filamenta è quibus componitur, intercedentibus maculis rhomboidibus, majoribus minoribúſve pro dimenſionibus in quas extenditur, telam efformant Moſſellinæ ſeu *Gauz* dictæ non abſimilem, longitudine latitudinéque rami è quo detrahitur longitudini & circumferentiæ reſpondentem.

Hujuſmodi autem linteamina, adeò exactè refert, ut in eorum inopia & caritate, pro iis non rarò uſurpetur, tam à viris quàm à fœminis ad veſtes matutinas; & niſi quis eam probè nôrit & curiosè aſpiciat, haud facilè diſtinguet. *Uſus.*

Mihi inſuper narratum eſt, quòd lotionem ferat hoc Genus non ſecus ac textiles Panni lînei.

In montibus mediterraneis inſulæ *Jamaicæ* loco *Luidas* dicto reperitur.

30. Lauro affinis Terebinthi folio alato, ligno odorato candido, flore albo *Slon. Cat. Jamaic.* An Lignum quod Aloes esse dicunt *Martyr?* Arbor roseo odore *Brasilienſis Jonſton. Dendrolog?* p. 408.

D. *Sloane.*

Arboris hujus truncus cruris humani craſſitudine eſt, cortice fuſco aliàs dilutiore, aliàs obſcuriore tectus, plurimis brevibus aculeis interdum armatus, ad 20 pedum altitudinem aſſurgens, ramis terram verſùs reclinatis, ligno intus candido, ſolido, odore perquàm grato & fragrante, medulla majore. *Folia* ramulis innaſcuntur alata, 3^bus, 4, aut etiam pluribus pinnarum conjugationibus, ſemunciam à ſe mutuò diſtantibus, ad mediam coſtam annexis, abſque ullo in extremo impari foliolo compoſita. Unaquæque autem pinna glabra eſt, colore obſcurè viridi, ſubrotunda, unciam circiter longa, mediâque latiſſima parte $\frac{1}{4}^{tas}$ unciæ lata. *Flores* in ramorum cymis faſciculatim oriuntur, candidi, *Sambucinis* ſimiles, tripetali petalis craſſis, cum ſtaminibus aliquot in medio; quorum unicuique ſuccedit *Fructus* grani Piperis magnitudine, ſub tenui, arida, fuſca cute, ſeu membrana, in duas carinas dehiſcente, *ſemen* rotundum nigrum, baccarum Lauri propemodum odore, continens.

Locus. In ſylvis ſaxoſis & montoſis inſulæ *Jamaicæ* ubique reperitur.

A colonis noſtris pro ligno *Rhodio* vulgò habetur, quod odore quidem nonnihil refert, quamvis ſi curioſè examinetur, ab eo longè differre deprehendetur.

Incenſi fumus odore eſt gratiſſimo, per prata latè ſe diffundente, unde odorem illum ſuaviſſimum quem *Columbum* prope littora *Cubæ* inſulæ ſenſiſſe Hiſtorici referunt, hujus fumi fuiſſe conjicio.

31. Lauro affinis arbor, foliis latioribus ex adverſo ſitis, cortice cannabino, ligno moſchum olente. Alleygator or Muskwood *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arborem hanc ob odorem quem expirat ſuaviſſimum huc refero, quamvis nec florem, nec fructum ejus viderim. Radicum propagines terram penetrant: truncus diametro eſt pedali; odor ei ſuavis Moſchi aut Lacerti *Alleygator* dicti, unde nomen: cortice glauco ſeu caneſcente integitur, in tenues membranas ſeu philyras Cannabis in modum delibrabili. Summa parte in ramos ſpargitur ſurculoſos, ad uncialia intervalla *foliis* obſitos, binis oppoſitis, pediculis gracilibus inſidentibus, duas uncias longis, unam latis, pallidè viridibus, tenuibus adeò ut venæ partes omnes percurrentes facilè queant diſcerni.

Ultra locum *Guanaboa* dictum, ſecus ſemitam quæ ducit verſùs agros D. *Bourden* creſcentem obſervavit D. *Sloane.*

P. 1694. Ad Cap. de Buxo.

1. Buxus *Africana* rotundifolia ſerrata *P. B. P. Pluk. Phytogr.* T. 80. F. 5.
2. Buxus Lauro *Alexandrinæ* foliis accedens, *Americana Ejuſd. ibid.* F. 6. Ex inſula *Barbad.* nobis primum advecta eſt.
3. Buxus Myrtifolia *Munting Herbar. Belgic.*
4. Buxifolius frutex *Africanus* D. *ten Rhine Breyn. faſcic.* 22. *Pluk. Mantiſſ.*
3. Buxus folio longiore.

Folia anguſtiora ſunt & longiora multò vulgaris foliis; longitudo ſcil. latitudinem plus triplo ſuperat in *Horto Beaumont.* primùm vidi. D. *Sherard.* Datur etiam ſpecies quæ latifolia vocatur, & revera folia vulgari multò majora obtinet.

P. 1695. Ad Cap. de Tilia.

1. Tiliæ affinis Laurifolia, Arbuti floribus albis, racemoſis, odoratis, fructu pentagono *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Ad 30 circiter pedum altitudinem aſſurgit, *caudice* craſſo, cortice luteo ſulcato tecto. Ramulos extremos *folia* occupant, inordinatè ſita, pediculis $\frac{1}{8}$ digit. longis innixa, duas uncias longa, unam lata, media ſci. latiſſima parte, glabra, coſta inſigni ſecundum longitudinem media dividente. E ſurculis extremis exeunt *Flores* plures ſimul in pedicellis $\frac{1}{8}$ unciæ longis. Urceolares ſeu *Ericæ ramulis ternis J. B.* ſimiles, verùm albi, ſuaviter admodum odorati; quibus ſuccedunt totidem pentagonæ, canaliculatæ, ſubrotundæ, ſiccæ *baccæ* ſeu ſemina, calice pentaphyllo obvallatæ, cujus ſingula foliola duos parvos apices ſeu ſpinulas ad baſin obtinent.

In montibus, loco *Liguanee* dicto, propè agros D. *Elletſon* invenit D. *Sloane.*

2. Tilia fortè Arbor racemoſa, folio longiore, ſubtus albicante, nervis purpureis inſignito, flore pentapetalo purpureo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

In multis præcedenti arbori ſimilis eſt, ideóque, quamvis fructum non viderim, ei ſubjungendum duxi.

plure

Plures emittit *virgas* lignoſas, graciles, cortice è fuſco diluto rubente, glabro tectas, ligno intus albicante, in ſurculos diviſas *foliis* obſitos $\frac{1}{2}$ unciæ à ſe mutuo diſtantibus, pediculis $\frac{1}{8}$ unciæ longis innixis, ipſis 2 uncias longis, ſeſcunciam latis, ſubrotundis, ad baſin tamen quàm ad apicem paulò amplioribus, obtuſis, ſupernè viridibus, ſubtus hilarè albicantibus, coſtâ mediâ, & nervis in ligulis 2, 3ve uncias longis, alternatim ſibi invicem ſuccedentes, privatis petiolis uncialibus, è ſinu ſolioli exeuntibus, inſidentes, è ſex craſſis, firmis, parvis, purpuraſcentibus foliolis, tanquam in calice ſingula ſemina ſubrotunda nigra continentibus, compoſiti.

In ſylvis inſulæ *Jamaicæ.*

3. Tiliæ ſpeciem inveni prope *Nion* in ditione *Genevenſi* fructu anguloſo, oblongo, triplo noſtratis majori. Foliis erat vidua. An fortè idem cum ſequenti. An potiùs Tilia folio maximo *J. B?* D. *Sherard.*

4. Tilia ſylvatica noſtras, foliis amplis, hirſutie pubeſcentibus, fructu tetragono, pentagono aut hexagono *Pluk. Almag. Bot.* An Tilia fœmina, folio majore, *Græcis* Philyra, *Guilandino*, Phillyrea *Caſtori? Pluk.*

3. Tilia Ulmifolia, ſemine hexagono *Merret. Pin. rerum nat. Brit.* p. 118. *Pluk. Almag. Bot.*

P. 1695. Ad Cap. De Vitice, Add.

Vitex Madraſpatana, foliis latioribus digitatis, floribus racemoſis *Pet.* in *Philoſ. Tranſact.* n. 244. p. 315. Nucheela *Malab.*

A vulgari Vitice differt foliis paulò latioribus, floribus magis ſparſis ad modum uvarum, in brevibus pediculis; cùm Viticis vulgaris flores arctiùs ſtipati ſint, & ad interſtitia velut verticillatim diſpoſiti. Fructus magnitudine & colore Piper nigrum refert, lævis tamen eſt & ſplendidus, calice amplo, campaniformi cinereo exceptus, qui dimidium ferè contegit, adeò a. durus & ſolidus eſt fructus, ut nucleus, ſi quem habeat, ægrè poſſit diſcerni, ſed totus ſimplex & uniformis ſubſtantia eſſe videtur, abſque ullo ſapore. *D. Petiver* vid. *Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 853.

Datur & alia ſpecies Indigenis *Cara* dicta, aut *Nuchulee* nigra, quia Caules nigricant. Flores & Fructus prioris ſimiles ſunt, ſed minores, nec ſupra 4 pedum altitudinem aſſurgit. Valet ad eadem quæ præcedens. D. *Brown.* Hic eſt Agnus caſtus niger ſeu Adhatoda *Madraſpatana* Hydropiperis folio *Act. Philoſ. Lond.* N. 244. p. 319. Eundem etiam pro Vada-Codi *H. M.* Vol. 9. Tab. 42. p. 79. habet D. *Petiver.*

P. 1696. Ad Cap. De Cotino ſeu Coccygria.

Cotinus minor folio oblongo *Munting.* Herbar. Belgic.

Cotinum ad radicem *Appennini* pluribus in locis, *Spoletum* verſùs, cultam obſervavi pro coriis repurgandis. Scotino vocabant indigenæ. D. *Sherard.*

P. 1697. Ad Cap. De Amomo racemoſo quod pro vero à multis habetur.

Doctiſſimus Vir & rei herbariæ peritiſſimus P. *Georgius Joſephus Camelli* S. J. pro Amomo vero ſeu legitimo novam nobis plantam offert quam *Indi Luzonis* inſulæ, è *Philippinis* maximæ, *Tugus* vocant: Cujus iconem & deſcriptionem ad nos tranſmiſit, unà cum literis humaniſſimis aliiſque rarioribus.

De Tugus ſeu Amomo legitimo.

Racemoſo *Tugus* ſeu *Biräo*, aliis *Caropi*, viſo florum faſciculo, deguſtatis ejuſdem uvæ acinis, ſeu oblongo ſemine, & facta collatione cum Botanicorum *Amomi* deſcriptionibus, *Tugus* legitimum *Dioſcoridis* eſſe Amomum decrevi.

Eſt autem *Tugus* planta quandoque ultra cubitos novem aſſurgens, *folio* ſimili plantæ *Tagbac* ſeu *Bagongbong*, excipe, quòd parte prona ſuavi obſitum ſit lanugine; venoſius præterea, longius, & ſuave-olens. Ad plantæ radicem ſeu caulis truncum, ex foliacei caulis meditullio racemiformis, & piſtillo ſeu Amomonti florum faſciculo non adeò diſſimilis prorumpit florifera & granigera foliorum ſeſquipalmaris congeries, floſculis exornata rubicundis, quibus uvæ in longiuſculum protenſæ collum, ſeu floris tubuli reliquias, ſubſequuntur, dulci & pauco cortice, unde à muribus & avibus plerunque unà cum ſemine depaſtæ, pauca admodum & exigua colligi poteſt quantitate [Amomum] quare & olim rarum fuiſſe, nec paſſim naſci *Virgilius* inſinuare videtur, cùm ſpondet, quòd *Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum.* Hæ uvæ quina communiter aut ſena continent ſubruffa, oblonga, inæqualia, aromatica, *Amagong* minùs acria, & Cubebis Officinarum ſuaveolentiora ſemina ſeu grana; ex quibus, trajecto filo, nunc per ſe, nunc ſociatis margaritis aut corallio nonnullæ puellæ *Indicæ Caropi* ſeu monilia ac armillas concinnare ſolent: Aliæ ex his & ſemine Belmuſci, iis *Marixon*, Arundinis lithoſpermi, iis *Tighi* dicti, Cannæ floridæ, iis *Ticoſticas*, Piſi coccinei, iis *Saga*, Amomonti præterea, *Badiang* & *Calamos* ſeminibus ſimilia nectere aſſuerunt. Ob gratum verò quem ſpirant odorem grana *Tugus* collo appenſa gerunt: ab infecto etiam præſervare aere,

& ictui mederi scolopendriæ, masticata si supra imponantur, experientia docuit. Radix similis est radici *Tagbac* seu Calami odorati, insipida, alba internè, deforis rubicundis & subodoratis, cepaceis contecta obvolucris. Ex *Borongam* scripto accepi, in caulium apicibus alium, & hunc inodorum ferre fructum, quem necdum vidi. Idem *Indi Indanenses* mihi affirmârunt; sed eos hallucinari censeo, & plantam *Tacbac* pro *Tugus* accepisse puto.

Provenit in *Borongam* & *Paranas*, *Capul* & aliis insulârum *Samar* & *Leyte* locis: nec dubito in *Luzone* quoque reperiri, maximè *Silanii* in torrentium profunditatibus. Nota, Florum *Tugus* recentia & tenella germina, aliquantulum Pseudamomum *Garciæ* Pedem columbinum referens exprimunt. Nè autem quicquam desideretur, mitto unà cum his scriptis & plantarum delineationem & granorum *Tugus* uncias sex. Similiorem *Castaneam* esse ovo non deerit qui objiciat, quàm folia *Tugus* foliis Mali Punicæ; quod lubens concesserim. Sed quicquid *Dioscorides* & *Plinius* de Amomo tradidere, solummodo de florigero, & semine turgente *Tugus* racemo intelligenda esse censeo, utpote quibus integra & ipsa Planta non innotuit. Hunc enim *Tugus* thyrsum deprehendit B. L. exiguè fruticare, palmam viz. plus minùs altitudine; ex ligno subruffo, seu lignosâ materiâ, floseulis & folliculis foliis *Mali Punicæ* similibus sese in racemi modum convolvere; sive ut *Bartholomæus Merula* vertit, esse fructum similem Botrûs: Inveniet semine uvis parvis simili, si seminis carnosum spectet & tegumentum, plenum, valde odorato & acri gustu, vim habente calefaciendi, adstringendi, & exsiccandi, & cætera legitimi Amomi signa, ut Pedis Columbini effigiem, si diligenter investigaverit.

Amomum in *Turcomania Armeniæ* provincia provenire scribit *Joannes Botero* Penes f. 93. p. 2. His subjungere libet quæ habet idem D. *Camelli de Champakha* & *Manguilang*.

De Pseudo-Amomo C. *Clusio* à *Joanne Pona* misso seu *Champakha*; & de Manguilang.

Amomum C. *Clusio* à *Joanne Pona* missum quoque, seu *Champakham* aliquando cum *Bauhino* & *Chabræo* esse legitimum Amomum & speciem ejusdem *Manguilang* putabam. *Champakha* in *Luzon*, in *Goa Zampem*, in *China Gipe* vocatur. Arbor est mediocris, foliis mucronatis, ramusculos alternatim ambientibus. Flos croceus involucro primùm unico coercetur; quo disrupto Folia duodena aut plura, crassiuscula, sesquiuncialia, odorem sanè omnium florum suavissimum longè latèque diffundentia expanduntur. Horum in umbilico ex viridi luteseens conulus, semini *Betre* quodammodo aut Piperi longo similis, & ad imum plurimis candidis, semine Cymini longioribus staminibus circumseptus assurgit. Hic masticatus foliis ipsius floris magis Cardamomum *Officinarum* sapit, redolet, & morsicat. Hunc Aromaticum florem, si mihi Amomum genuinum deesset, Amomo substituerem. Ex caudice autem & ramis crassioribus, nequaquam florem subsequendo, Fructus cinereus, Avellana nuce major, in racemum congestus provenit; cujus maturi crassa, nonnihil aromatica, & unifora theca finditur, quina, senáve, dura, nigra, compressa, & inæqualia, medullâ alba referta semina, & cuticula incarnata (sub qua massa lactea intensè amara & morsicans) cooperta gratiosè ostentat, & prodigè dispergit. Hujus Zhampakhæ speciem *Manguilang Zebuani*, *Bisayani Burac*, Alii *Laio*, & Alii *Huramao*, *Sinæ* verò *Inyauhuà* vocitant, quæ alta, ramosa, non comosa, & multùm distorta folia habens foliis Zhampakhæ latiora, duriuscula, nervosa, tantillum aromatica & subdulcia. Flore, qui sex crassiusculis & carnosis, digitum longis & ex viridi pallentibus foliis constat toto fermè abundat anno, qui odoris est Narciffini, saporis verò subdulcis, modice aromatici, morsicantis & nonnihil astringentis. Hic præ reliquis omnibus floribus hoc speciale habet, quòd non statim ac aperitur justæ sit magnitudinis, nec mox croceus ac odoriferus, sed quòd longo dierum tractu paulatim matureseat, & magnitudinis & coloris flavi, & odoris gratioli sumat incrementum. Hunc *Sinarum* & *Indorum* mulieres cum *Zhampakha* & *Balioco* oleo incoquant Sesamino, capillitio inungendo deservituro. Qua de causa aliquando opinio mea *Zhampakham* verum esse Amomum non leviter fulciri videbatur: Amomi sci. celebris unguenti mentionem legens, *Pinguescat nimio madidus mihi crinis Amomo*, apud *Sidonium*: *Indus odorifero crinem madefactus Amomo*; Apud *Senecam* quoque *pingui madefactus crinis Amomo*; apud *Ovidium*, *Spissáque de nitidis tergit amoma comis*: & denique apud *Persium*, *Compositus lecto crassisque lutatus Amomis*. *Fructus* verò florem non sequitur, sed ex caudice racematim propendet; mollis, atro-virens, subdulcis, & resinosum quid cum Junipero redolens, Avellanâ major & longior. *Semen* parvum, compressum, pallidum, insipidum & duriusculum.

Oleum ex flore fructúve *Mangilang* paratum conjuncturarum medetur doloribus, & tremores compescit manuum. Aqua florum destillata deliquiis succurrit animi, & cordis subvenit palpitationi. *Hinlalavea* Mangilang est sylvestris, fructu grandiusculo, rubro & eduli putris. An *Cunicani*?

P. 1698. Ad Cap. De Rhoe myrtifolia Monspeliaca.

Rhoi myrtifoliæ Monspeliacæ similis, foliis alterno ordine sitis, floseulis è foliorum alis egressis, confertis minimis, in pediculis breviffimis. Ex *India Orientali*. D. *Petiver*.

P. 1699. Ad Cap. de Spiræa Theophr.

1. Spirææ *Theophr* similis Frutex *Indicus*, latiori folio, spicis florum è foliorum alis exeuntibus *Pluk. Phytogr.* T. 63. F. 2. Fortè (inquit) Euonymi nostræ Jujubinis foliis *Carolinienses* varietas haberi possit.

In

In horto D. *Wilkinſon* Pharmacopœi Eboracenſis ingenioſi à D. *Dodſworth* obſervata eſt, & ad D. *Plukenet* ejus ramulus tranſmiſſus.

Hujus ramulum in *Marilandia* collectum Dº *Sloane* cum aliis multis rarioribus communicavit D. *Vernon.*

Verùm in noſtra *Marilandica* florum ſpicæ non è foliorum tantùm alis exeunt, ſed ſummos ramulos & ſurculos terminant.

2. Spiræa *Africana*, Satureiæ foliis brevioribus D. *Sherard.*

3. Spiræa *Africana* Ericæ bacciferæ foliis *Ejuſdem.*

4. Spiræa ſpicata, foliis oblongis, in ſummitate dentatis, floribus in ſpicam oblongam excurrentibus D. *Sherard.*

Hunc invenit D. *Sherardus Spoletum* inter & *Fulginium*, foliis oblongis, anguſtis, ſerratis floribus ſpicatis, aliquando quaſi in panicula. Initio *Maii* defloruerat. Abundat hoc in loco, unde in ſepe quadam aliquot centurias ulnarum longa vix alium fruticem obſervavi præter Liguſtri tantillum; unde miror à nomine ante obſervatum fuiſſe, præſertim in via tam frequentata, cùm flore eſſet adeò conſpicua.

5. Spiræa altera humilior, floribus expanſis, folio ſubrotundo ſinuato, *Stiriaca Bocc. Muſ. Pl. rar.* T. 96.

E *radice* lignoſa 5 aut 6 ſurculos emittit, tenues, rubentes, nodoſos, foliis cinctos *Hyperici*, ſed multò tenerioribus, quorum unumquodque dentatum eſt aut ſinuatum. *Flos* parvus, albus florum Spirææ *Cluſ.* ſtructuram imitatur, & in umbellam diffuſus eſt. A præcedente, i. e. *Hyperico fruticoſo Americano* flore albo differt, fructu minore, conſiſtentia delicatiore, foliorum ſerraturâ, & quòd planta herbacea potiùs quàm fruticeſcens eſſe videatur. In montibus *Stiriæ* invenitur, itinere à *Vienna* ad *Venetias*. Eadem eſt cum Fruticulo noſtro Alpino propè *Pontebam* invento

6. Spiræa tertia durior, anguſtifolia, floribus albis expanſis *Bocc. Muſ. Pl. rar.*

Mediæ quaſi Naturæ eſt inter præcedentes duas, de utriuſque fructificatione participans. Surculi quippe firmiores ſunt quàm *Stiriacæ*, folia anguſtiora & in extremo ſerrata, Flores albi, umbellati. A D. *Barelier* obſervata & denominata eſt.

7. Spiræa *Africana* Lariceis foliis, floribus albis D. *Sherard. Buchu* Hottentottorum.

Planta eſt pentapetalos, multicapſularis. Folia anguſtiſſima, oblonga, acuta, ramulos undique cingunt, non ut Laricea agminatim naſcuntur. Primarium ingrediens pulveris Cyprii *Hottentottorum.* Per deſtillationem ſuppetit oleum fragrantiſſimum, urinam ciens, nephritidem curans & capitis dolorem. In montibus abundat florens Martio, D. *Sherard.*

8. Spiræa *Africana* flore amplo, albo, exteriùs carneo, foliis Myrti Tarentinæ, D. *Sherard.*

Folia eſt in ramis crebris. Flores in ſummis ſurculis inter folia erumpunt.

9. Spiræa *Africana*, flore amplo albo, Roſmarini foliis brevioribus D. *Sherard.*

Flores huic in ſummis ſurculis conſiſtunt, non inter folia erumpunt ut in præcedente. Valde ramoſa & ſurculoſa eſt.

10. Spirææ congener ſpinoſa, folio ſubrotundo acuminato integro, Pulegii odore, fructu parvo oblongo cannulato acuminato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Frutex iſthic plures perſæpe ab eadem radice emittit virgas, quarum unaquæque pennâ Anſerinâ vix craſſior eſt, teres, lignoſa, colore fuſco nigricante, ad trium, & interdum 6, pedum altitudinem aſſurgens, gracilis, robuſtioris plantæ vicinia ad ſuſtentationem indiga. Surculi ex oppoſitis caulium lateribus exeunt plurimi, ſpinis acutis trientem unciæ longis armati, *foliiſque* veſtiti pediculis ⅛ unciæ longis inſidentibus, ad ⅓ unciæ intervalla, ſibi mutuò oppoſitis, propemodum rotundis, ſemunciali circiter diametro, extremis duntaxat aliquantulum acuminatis, colore luteo-viridi, nummulariæ nonnihil ſimilibus, verùm odore vehementi Pulegii. *Flores* in cymis parvi, pentapetali, multi ſimul, calice pentaphyllo excepti, colore & forma Spirææ *Theophr.* flores nonnihil referentes, quamvis non adeò denſe ſtipati ſint, nec ſpicam adeò elegantem efficiunt, ſed potiùs racemum aut umbellam. Succedunt plurima, parva, oblonga, canaliculata, fuſca *ſemina* ſeu Fructus ſicci, cum foliolis ſeu calice in ſummitate.

Locis campeſtribus ſylvoſis inſulæ *Jamaicæ* obſervavit Deſcriptionis Auctor D. *Sloane.*

P. 1699. Ad Cap. de Hedera trifolia *Canadenſe* adde

1. Hedera trifolia ſinuatis & dentatis foliis *Americana*, fructu baccarum inſtar, racemoſo, per maturitatem albicante ſtriato, ſicco; *Indebus Americanis* dicta. *Pluk. Almag. Bot.* In *Marilandia* collectam attulit D. *Krieg.* Eandem etiam ibidem invenit D. *Vernon.*

2. Arbor *Americana*, alatis foliis, ſucco lacteo, venenata *Pluk. Phyt.* T. 145. F. 1.

Folia ſeu mavis foliorum pinnæ latæ ſunt, acuminatæ, per margines æquales, plurimis tranſverſis nervis à coſta media ad latera excurrentibus. Surculus tenuis, è ramulo juxta folia exiens, *floſculos* minimos velut racematim diſpoſitos geſtat ad modum Epimedii fruticantis ſeu Hederæ trifoliæ Canadenſis *Cornuti.*

3. Hederæ triphyllæ *Virginianæ* aliquatenus accedens Arbor *Jamaicenſis*, fortè Nyrvala *H. M. Pluk. Almag. Bot.*

Huc etiam refer Arborem trifoliam venenatam *Virginianam* folio hirſuto in Horto *Comptoniano* viſam. p. 1799. *Hiſtoriæ* noſtræ breviter deſcriptam.

P. 1699. Ad Arbores fructu ſicco minore.

Pu-pal-Valli. H. M. P. 7. T. 43. Frutex *Indicus* foliis adverſis, floribus ſpicatis pentapetalis, fructu echinato, monoſpermo.

Rami hujus ſpadiceo-muſcoſi, ligno duro, cortice lacteo. *Folia* in pedunculis brevioribus, ſpadiceis, gemina, decuſſato ordine proveniunt, oblongo-rotunda, cuſpidata, viroris ſuperne ſaturi, ſubtus clari. *Flores* racemati in petiolis ex ſpadiceo rubeſcentibus, tenuibus, rotundis, qui ſupra foliorum exortum emicant, viſuntur, pentapetali, parvi, candidi, interiùs lanuginoſis pilis obſiti, in medio expunctati, circa orificium ſubvireſcentes. *Calix* arctus, viridis, circa baſin primordium fructûs continens. *Fructus* globuli lanuginoſi, cinerei, exteriùs ſpiculis acutis, quibus veſtibus adhærent obſiti, (*Lappas* noſtratium eſſe diceres) *ſemen* in ſe continent unicum, figurâ ovali, glabrum, durum, nigrum, admodum nitens: globuli aperti, odoris ſunt ſuavis & mellei.

Locus. Naſcitur poſt *Calnolan*, & aliis in locis, præſertim arenoſis & petræis. Floret tempore pluviæ, ſemper-virens.

Plantæ hujus ſemen, annotante D. *Commelino*, magnam habet ſimilitudinem cum *Alcea Carpini folio, ſemine roſtrato.*

Coccifera *Madraſpatana*, calyce magno, Staphylodendri *Africani* folio *Muſ. Pet.* 376. Vacaunuee *Malab. Act. Philoſoph. Lond.* N. 267. p. 706.

Hujus *fructus* cinereus eſt, rotundus, durus & ſplendens, Piſi majoris magnitudine, calyce amplo holoſerico tetrapetaloide exceptus, nucleo intus nigro, Lauri baccæ ad inſtar in medio diviſus. *Folia* primulum erumpentia incana ſunt, verùm adulta Staphylodendri *Capenſis* perſimilia, & ſubtus tantùm incana.

E baccis his compreſſis & hiantibus ſeu rimas agentibus Gummi quoddam durum nigrum, ſplendens emanare vidi. D. *Petiver.*

Unjala H. M. P. 7. T. 28. Frutex Indicus, foliis digitatis, floſculis racemoſis pentapetalis in ſummis caulibus, fructu rotundo compreſſo duro, unicum ſemen claudente.

H. M.

Locus. Frutex eſt naſcens in terris *Betimene*, *Calgolano* & alibi, florens tempore pluviali, frugens menſe Octobri & Novembri.

Folia in pedunculis ex viridi flaveſcentibus trina, quaterna, imò quina proveniunt, oblonga, craſſa, rigida, in cuſpidem contracta. *Flores* in ſummis ramis racematim ſpectantur, quini, ſeni & plures; gemmæ rotundæ ſunt & virides, planæ, capitulo albicante inſtructæ, pentapetalæ, cuſpidatæ, interiùs carne viridi; tranſverſim diſſectæ ſtellam referunt, ſaporis ſubacris & aromatici. *Fructus* floribus ſuccedentes ex rotundo plani ſunt & compreſſi, cortice craſſiori & duriori, ex viridi flaveſcente, unicum tantum ſemen, planum, rotundum ac albicans continent; in cujus meditullio pellicula rotunda, tenuis, albicans & tranſparens, ſaporis ſubamari.

Piripu H. M. P. 7. T. 54. Frutex Indicus foliis circa margines undulatis, floribus pentapetalis umbellatis, fructu conico, diſpermo.

H. M.

Caules rotundi geniculati, & ad genicula *foliis* veſtiti, pediculis ab interiori parte planis inſidentibus, oblongo-rotundis, cuſpidatis, circa oram criſpatis & leniter crenatis, mollibus, lenibus, viroris in recta parte ſaturi, odoris nullius, ſaporis adſtringentis. *Flores* umbellati viden-

videntur in geniculis caulium ad exortum foliorum, pentapetali, oblongo-rotundi, candidi, 5 *ſtaminibus* albicantibus inſtructi, cœruleis *apicibus* dotatis. Odor nullus. Florum *gemmæ* oblongæ, anteriùs ſtrictiores, candidæ, nitentes. *Fructus* gemmulæ ſunt ſeminales, conicæ, valdè duræ, coloris cinereo-fuſci: duo in illis *ſemina* parva, rotunda, dura, nigra.

Colitur circa *Pananie, Ainacoti* & alibi, floret Decembri, multùm æſtimatur. Succus pro balneo præparatur contra herpetem & impetiginem. Radix decocta alexipharmaca eſt, præſertim in aqua Oryzæ trita & umbilico illita.

P. 1702. Ad Cap. de Acere.

1. Acer majus folio rotundiore, minùs laciniato, &c. Hujus fructus alas habet breviores quàm noſtratis, & caſpulæ ſemina continentes turgidiores ſunt. D. *Sherardus*, qui non aliam in *Italia* Aceris majoris ſpeciem obſervavit.
2. Acer campeſtre minus C. B. conceptaculorum alis purpurantibus *Hort. Cath.* Diverſa videtur à noſtro vulgari Acere minore. Acer Medium dicitur *Hort. Pat.*
3. Acer *Virginianum;* folio majore ſubtus argenteo, ſupra viridi ſplendente, Acer floreſcens *Virginianum* vulgo *Pluk. Phyt.* Tab. 2. Fig. 4. In horto *Joan. Tradeſcantii Lambethæ*, ad Auſtrum enutritam ſæpius vidit, at florentem nunquam. Poſtea tamen in *Hort. Med. Chelſeiano* numeroſis floribus ruberrimis ornatum conſpexit. Vide *Par. Bat.*
4. Acer *Bengalenſe*, Laurinis foliis, fructu tergemino, totidem membranulis extantibus alato *Ejuſd.* T. 3. F. 1. Hujus deſcriptionem videſis apud D. *Plukenet* in Almageſto *Botar.* D. *Sloane* Acer Maximum, foliis trifidis & quinquifidis *Virginianum.* *Deſcriptionem inferius dabimus.*

Hæc Arbor antequam floruerat in horto Reverendiſſimi Epiſcopi *Londinenſi* viſa, *Arbor exotica foliis Fraxini inſtar pinnatis & ſerratis*, Negundo *perperam credita*, nobis dicta eſt Hiſt. p. 1798. Verùm D. *Plukenet* ex autopſia genus determinavit.

5. Arbuſcula *Bengalenſis*, Aceris minore folio incano, alternatim poſito *Pluk. Phytogr.* T. 14. F. 1.
6. Arbuſcula è *Maderaſpatan*, foliis Aceris, alterna vice lucidè virentibus *Ejuſd. ibid.* F. 2.
7. Arbuſcula *Zeylanica*, Aceris folio, baccifera, foliis è directo magis anguloſis *Ejuſdem ibid.* F. 3.
8. Arbuſcula *Biſnagarica*, Aceris folio parvo aculeata, foliis è regione binis *Ejuſd. ibid.* F. 4.
9. Acer minus, fructu orbiculari, Salicis folio *Braſilianum*, ſeu foliis & fructibus majoribus *Breyn. Prod.* 2. Frutex innominatus inſtar Salicis pumilæ, arenoſis locis naſcens *Marcgr.* 76. *Pluk. Almag. Bot.* Hæc arbuſcula *P. B. P.* proponitur nomine Oſtryæ ſeu Carpino affinis anguſto folio non ſerrato *Zeylanica, Wærellaghas Zeylan.* fructus vidi apud *Hermannum*; erant autem trianguli, membranacei, alati, tribus loculis inſtructi, quorum ſinguli includebant granum ſeu ſemen rotundum, ſpadiceo-nigrum, lucidum. Ex dictis patet fructus orbicularis non eſſe. D. *Sherard.*
10. Acer *Virginianum* odoratum *Hermanni Cat. Hort. Lugd.* Liquidambari arbor D. *Plukenetio* habetur.
11. Aceri cognata, Oſtrya dicta, floreſcens *Virginiana*, Carpinus floreſcens *Virginiana Pluk. Phyt.* T. 156. F. Fagus floreſcens *Virginiana*, Carpini foliis *Hort. Beaum.* Ex ſeminibus à D. *Baniſter* tranſmiſſis in horto *Comptoniano* copioſe ſuccrevit, *Pluk.* notante.
12. Styrax arbor *Virginiana* Aceris folio *Commelin. Hort. Amſtel. Rar.* erroneè dicta; Styrax enim illa longè diverſa eſt arbor, à D. *Plukenet* ad *Liquidambar* relata.

D. *Commel.*

Radice figitur lignoſa, fibris capillata: *Caudex* cortice griſeo amictus ſuperiore parte ramoſus. Ramuli per primam adoleſcentiam rubicundi: *Folia* incondita pediculis teretibus rubentibus caudici & ramis annectuntur, diviſurâ quinquepartita, per ambitum profundè ſerrata, foliis Aceris ſimilia, ſupernè ſaturè viridia, infernè incana, nervis purpuraſcentibus ad oras excurrentibus. Horum ſapor amariuſculus cum aliquali adſtrictione. Folio eſt deciduo.

Fructus, adnotante D. *Ruyſch*, Aceris æmuli neutiquam pilularem induunt formam, ita ut hæc planta non ineptè à *Plukenetio* decoretur nomine *Aceris Virginiani, folio majore, ſubtus argenteo, ſupernè viridi ſplendente.* Acer floreſcens *Virginianum* vulgo dicitur.

Suſpicor ego Arborem illam, quam D. *Commelinus* à Reverendiſs. Epiſcopo *Londinenſi* accepit, revera Styracem *Virginianam* Aceris folio fuiſſe, & D. *Ruyſch* erraſſe, qui pro Acere floreſcente *Virgin.* eam habuit.

13. Aceri aut Paliuro affinis arbor, caudice non ramoſo, folio Sorbi ſylveſtris, floribus pentapetalis racemoſis ſpecioſis purpureis, fructu ſicco, tribus membranulis extantibus alato *Slon. Cat. Jamaic.*

D. Sloane.

Hujus arboris *radices* terræ ſuperficiem apprehendunt. *Truncus* unciali circiter diametro eſt, rectus, non ramoſus, ad 40 pedum altitudinem aſſurgens; ab imo ad ſemipedalem uſque à ſummitate diſtantiam foliis viduus Palmarum in modum; cortice glabro albicante ſuccinctus, verſus faſtigium foliorum delapſorum veſtigia oſtendens, quemadmodum Braſſicarum Caules. *Folia* in orbem ſummitatem caudicis ambiunt, alata, perampla, coſtâ mediâ 3, 4ve pedes longâ, albicantia, lanuginoſa; pinnæ ſingulæ annexæ 6 uncias longitudinis, latitudinis unam obtinent, ad

baſin

basin intellige, à qua sensim decrescunt, in punctum desinentes; molles a. sunt & incanæ. Supra folia summum Arboris cacumen in multas virgas ramificatur, quaquaversum diffusas, 6 pedes longas, quorum summis surculis insident plurimi, peramœni, pentapetali, purpurei *flores*, cum luteis intus staminibus, quibus succedunt singulis singulæ *vesicæ*, glabræ, membranaceæ.

Prope *Hope-river*, loco *Liguanee* dicto, in collibus saxosis sylvosis oritur.

Anomala est hæc Arbor, nec Aceri, neque Paliuro *multùm similis; Arboribus tamen fructu siccos Lib. 33. Sect. 3tia comprehensis annumerari potest.*

14. An Acer *Sirinamense* folio lato subrotundo?

Cum sequentibus duobus D. *Sloane* flore convenire videtur. D. *Sherard.*

15. Acer scandens foliis Laurinis *Slon. Cat. Jamaic.* Acer *Bengalense* foliis laurinis, fructu tergemino, totidem membranulis extantibus alato *Pluk. Phyt.* T. 3. F. 1.

D. *Sloane.*

Hujus *Caulis* pennæ Cygneæ scapo vix crassior est, cortice albicante glabro tectus, ligno intus albo cum medulla satis crassa. Plantæ aut Arbori cuicunque vicinæ se circumvolvens ad pedum aliquot altitudinem ascendit, ramos subinde emittens, pedem longos, surculis oppositis donatos, quibus adnascuntur *Folia* quadrantalibus pediculis innixa, bina opposita, ad uncialia intervalla, 3 uncias longa, mediaque latissima parte sesquinciam lata, in punctum desinentia, costâ media percurrente, & nervos transversos hinc indè è lateribus obiter emittente, glabra, dura, tenuia, colore obscurè viridi. Ramulorum extrema ad 3 unc. longitudinem *floribus* cinguntur spicatim dispositis, singulis pedicellis quadrantalibus subruffis insidentibus, parvis, pentapetalis, luteis. *Fructus* è parte protuberante ubi semen cubat, & membranacea extante ceu alâ componuntur, Aceris majoris fructui exactè similes. Tria in hac arbore semina persæpe junguntur, cùm in vulgari Acere plura duobus nunquam viderim.

In insula *Jamaica* locis sylvosis campestribus ubique reperitur.

16. Acer scandens minus, Apocyni facie, folio subrotundo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Apocynum scandens majus folio subrotundo facie externa nonnihil refert, ad 4 aut 5 pedum altitudinem assurgens, *caulibus* teretibus adminiculis vicinis se circumvolvendo. Sunt autem *Caules* pennæ Anserinæ crassitudine, cortice glabro canescente tecti; *foliis* ad geniculà 3, 4ve uncias à se invicem distantia, binis oppositis vestiti, propemodum rotundis, 2 unciarum diametro, seu potiùs 2½ unc. longis, 1½ latis propè basin subrotundam ubi latissima, unde sensim imminuta latitudine in obtusum extremum desinunt, glabris, ad margines æqualibus, singulari in medio costa nervos laterales transversos emittente. Foliis oppositi enascuntur pediculi unciales, *flores* sustinentes umbellatim dispositos in petiolis semuncialibus pentapetalos, petalis cochlearis formam obtinentibus non tamen concavis, hoc est, initio perangustis, ad extrema latis & subrotundis, circa margines paulùm dentatis, quas sequuntur *fructus* è pluribus seminibus simul junctis compositi, membranulis extantibus Aceris seminum instar, alatis.

Locus. In collibus *Red-hills* dictis, secus semitam quà itur versùs *Guanaboa* ubique oritur.

17. Aceri vel Paliuro affinis, angusto oblongo Ligustri folio, flore tetrapetalo herbaceo *Slon. Cat. Jamaic.* Frutex innominatus 1us *Marcgr.* l. 2. c. 13. p. 76. Triopteris Indiæ Orientalis seu Arbuscula Amygdalæ nanæ folio dispermos, siliquâ Thlaspeos Dioscoridis, ternis amplioribus extantibus alis, Wænella *Ceylanensibus* dicta *Pluk. Almag.* p. 377. Triopteris *Jamaicensis* angusto Salicis folio, fructu minore fusco *Ejusd. ibid.*

D. *Sloane.*

Ultra 10 aut 12 pedum altitudinem non assurgit arbor isthæc; trunco nunc simplici nunc multiplici ab eadem radice exsiliente, cruris humani crassitudine, cortice dilutè fusco vestito, ligno superficialiter tantùm paucis quibusdam in locis adhærente, aliàs laxè dependente Cannabis impexæ in modum. Rami erecti, è fusco rubentes, multa in fastigiis suis *folia* gestant diversarum dimensionum, tam latitudinis quàm longitudinis respectu, pleraque tamen tres circiter uncias longa, semunciam lata latissima prope apicem parte, glabra, rigida, initio angusta, pediculis destituta, colore viridi saturatiore. *Flores* [ut & *fructuum* rudimenta] plures simul in summis virgis, in singulis tamen pediculis tenuibus singuli, virides, parvi, propemodum rotundi, 4 petalis canaliculatis, brevibus, crassis compositi, in quorum centro *Stylus* amplus viridis exoritur, cui succedunt 2, 3, 4ve rotunda, fusca pisa, in vasculo seu folliculo compresso latitantia, 2, 3, 4ve membranaceis appendicibus extantibus alato, ijsque vel depressis, ut in Paliuri vasculo, vel erectis, ut in Euonymi aut Laserpitii fructibus, ad modum Molæ Pneumaticæ velorum.

Variat hæc arbor tum cortice interdum arctè adhærente, tum foliis, quæ nonnunquam minora, tum statura humiliore, tum denique appendicum membranacearum in fructu numero; quæ varietates vel ætati plantæ, vel solo in quo nascitur debentur. Ad litus maritimum prope locum *Old Harbour* dictum, & in collibus *Red Hills* vocatis copiosè crescit.

Tres, si non quatuor ex hac planta distinctas species facit D. *Plukenet*, adnotante D. *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 267. P. 717. Vide locum.

Paliuro

Paliuro affinis Liguſtriſolia ſpinoſa, flore monopetalo difformi, fructu ſicco ſubrotundo *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arbor hæc, ſeu Frutex potiùs dicenda, multas ab eadem radice virgas ſeu ſtolones emittit, 10 aut 12 pedes longos, apicibus deorſum reclinatis, cortice albicante glabro tectos; versùs ramorum extrema plurimis brevibus incurvis aculeis ſibi invicem oppoſitis, ad ſemuncialia intervalla munitos: multa inſuper *folia* ibidem exeunt binatim ſibi mutuo pariter adverſa, in pediculis ſemuncialibus, 2 uncias ongâ mediâque latiſſima parte ſemunciam lata, colore viridi gramineo, glabra, utraque extremitate anguſta. *Flores* plures ſimul in extremis virgis conſiſtunt pediculis uncialibus nixi, bini plerunque ſingulis, unciam longi, monopetali, difformes, albicantes, cum plurimis prælongis purpuraſcentibus in medio ſtraminibus. Flore marceſcente pars ejus ima augeſcit, ſuccedente ſubrotundo *Fructu*, ſeu capitulo, ſeu baccâ ſiccâ, Piſo parvo non majore, figuræ ſingularis, ſubrotunda, cum ligula ſeu apice in ſummo.

In *Jamaica* multis pratorum locis invenitur.

Paliuro affinis arbor ſpinoſa, flore racemoſo herbaceo pentapetaloide, fructu ſicco, nudo, cannulato, lappaceo *Slon. Cat. Jamaic.* Rhamnus an potiùs Lycium, *Fingrigo Jamaicenſibus* dictum, fortè Katu-Karu-Walli *H. M. Pluk. Phytogr.* T. 108. F. 2. *Fingrigo.*

D. *Sloane.*

Hujus truncus ad femoris humani craſſitudinem excreſcit, cortice dilutè fuſco, glabro obductus, vix ultra 8 aut 9 pedum altitudinem aſcendens, cacumine terram verſùs nutante, infirmus adeò ut ſeſe ſuſtinere non poſſit, niſi arboribus vicinis, quibus interdum ſe circumvolvit, fulciatur. Rami bini ſibi mutuò oppoſiti ex adverſis trunci lateribus perpetuò alternatim exeunt, ut par ſuperius cum proximè inferiore ordine decuſſato crucis formam efficiat; quòd de foliis & aculeis pariter dictum eſto, quæ eundem cum ramis inter ſe ſitum obtinent. Aculei autem crebri ſunt, breves, adunci, validi, & ſylvas pererrantibus nimis bene noti. Arbor hæc, ut & aliæ ex *Indicis* & *Americanis* per aliquod tempus quotannis foliis penitus vidua eſt, emergentibus primò *floribus*, multis ſimul per totam arborem faſciculatim prope extremos ſurculos congeſtis, in pediculis tenuibus ramoſis, parvis, monopetalis, in 5 apices ſeu ſegmenta diviſis, colore luteo-viridi ſeu herbaceo, *Staminibus* albis, Sambuci odore. Brevi poſt tempore floris uniuſcujuſque pediculus elongatur, & *ſemen* ſuſtinet oblongum, canaliculatum, aſperum, nudum, majuſculum, fuſcum, punctorum extantium, brevium, hamatorum, Agrimoniæ aut Lappularum ſimilium ſed breviorum, ope veſtibus aut alii cuivis rei admotæ adhærentium. Fructu perfecto exeunt *folia* in ſummis virgis, pediculis, ⅓ unciæ longis inſidentia, ipſa 2½ uncias longa, unam lata media latiſſima parte, colore obſcurè viridi, Pruni ſylveſtris ſimilia.

In ſylvoſis.

Radicum decoctum unà cum Tiliaceis ad Luem Veneream utile cenſetur, ſi ſuper lapidem comminuantur, & pulvis ſucco Tiliaceo infundatur & agitetur donec craſſeſcat.

P. 1704. Ad Cap. de Fraxino. Ad ſpeciem 4tam. nota:

D. *Sherard.*

Fraxinus floriſera botryoides *Moriſ. Americana* florida *H. R. P.* Inter Piſas & Florentiam non aliam præter hanc vidi Fraxini ſpeciem: aliis etiam *Italiæ* in locis vulgaris eſt. Cum floret pulcherrima eſt, ut mirer valde à *Matthiolo* aliiſque *Italicis* ſcriptoribus non fuiſſe animadverſam. Unuſquiſque *flos* componitur ex 4 petalis longis anguſtiſſimis albis cum ſtamine in medio duobus apicibus obtuſo rotundis coronato. *Siliquæ* majores & latiores ſunt quàm in vulgari. Q. annon vulgaris flores ejuſdem ſtructuræ ſunt duntaxat minores. Nullum ligni genus, dum adhuc viride eſt, tam facilè ignem concipit & foco inſtruendo utile & idoneum eſt quàm Fraxinum.

P. 1705. Ad Cap. de Tamariſco

1. Tamariſcus *Monomotapenſis*, Ericæ tenuiſſimo folio, piluliſera, ramulis lanugine telæ aranearum inſtar implexis *Pluk. Almag. Bot.* T. 318. F. 4. Hujus, inquit, capitula tomento candicante in globulos ſummis ramulis orbiculatos ſunt conglomerata. Synonyma conjecturalia videſis apud D. *Plukenet* hoc in loco.
2. Tamariſcus *Indiæ Orient. Belgarum* æmula, ramulis Cupreſſi, *Autacoree Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*
3. Tamariſcus *Æthiopicus*, Sabinæ foliis incanis, flore phœniceo, Jaceæ capitulis inter ramulos ſparſis *Ejuſd. ibid.*
4. Tamariſcus *Monomotapenſis*, longioribus reflexis Ericæ foliis incanis ſummo ramuli faſtigio, ſpica ſpadicea gnaphaloide ornatus *Ejuſd. ibid.*
5. Tamariſcus ericoides foliolis incanis *Æthiopicus*, capitulis purpureis in ſummitate globoſis *Ejuſdem ibid.* Idem fortè cum præcedenti.
6. Tamariſcus *Æthiopicus*, Coridis folio incano, Jaceæ capitulis parvis tomentoſis, ad ramulos diſperſis *Ejuſd. ibid.*
7. Tamariſcus *Æthiopicus*, Coridis folio glabro, Herbæ Impiæ capitulis in ſpicam ſeſſilibus *Ejuſ. ibid.*

P. 1707.

P. 1707. Ad Cap. de Myrto Brabantica.

1. Myrtus *Brabanticæ* accedens *Africana* conifera *Pluk. Phyt.* T. 48. F. 8. Hæc eſt Arbor conifera odorata, foliis Salicis rigidis, leviter ſerratis è *Carolina*, Hiſt. noſt. p. 1800. deſcripta. Laurus ſerrata odora *Bod. à Stapel.* in *Theoph.* Hiſt.
2. Eadem foliorum crenis crebrioribus, minùs odorata. An Laurus *Africana* ſerratis foliis *Bartolin.* Act. Med. Anni 1673. Obſ. 24. Elæagnus *Virginiana* major *Baniſteri?*
3. Myrtus *Brabanticæ* ſimilis *Caroliniana* baccata, fructu racemoſo ſeſſili monopyreno *Pluk. Phytogr.* T. 48. F. 9. Fructum fert velut Saccharo candidiſſimo incruſtatum. Fortè Ambulon *Scaligeri* Exercit. 181. S. 24. de quâ ità ſcribit. *Aruchet* inſula fert arborem, cujus è cortice exit fructus candidus, Saccharati magnitudine & ſpecie Coriandri. Ambulon ei nomen eſt. Ambulon *J. B.* t. 1. 503. Ex hujus baccis candelæ viridiuſculæ, tactæ manum non polluentes, extinctæque fœtorem non emittentes, à noſtratibus parantur; indè Candle-berry ibi nominatur. D. *Plukenet.*

Hanc Arborem ex *Marilandia* habemus à D. *Vernon* & D. *Krieg* allatam: verùm folia ejuſdem iconi apud D. *Plukenet* non exactè reſpondent, ſunt enim extremis ſubrotunda, nec ullo modo inciſa, prout ibi pinguntur.

4. Gale *Campenſis* Ilicis coccigeræ foliis *Muſ. Pet.* 774. Fructus ſuave-olet, & ab avibus valde expetitur. In collibus arenoſis oritur.
5. Gale *Capenſis* Oxyacanthæ folio minori, D. *Sherard.*
6. Myrtus Brabanticæ affinis *Americana*, foliorum laciniis Aſplenii modo diviſis, Iulifera ſimul & fructum ferens *Pluk. Phytogr.* T. 100. F. 6. Cardiaca (fortè) Mulleriana *Indica Bod. à Stapel.*

P. 1709. Ad Cap. 9. de Carim-Curini add. Synon.

Adhatoda floris labio ſuperiori anguſtiſſimo & ad poſteriora reclinato *Tournefort.* Elem. Bot. 144.

Ad Bem-Curini add.

Adhatoda flore minori *Tournefort. Elem. Bot.*

Walli-Kara H. M. Part. 7. T. 18. Frutex Indicus ſcandens, fructibus in communi pediculo pluribus, per maturitatem ſiccis, monopyrenis.

Frutex eſt ſinuoſis ramis ſe arboribus affigens ac circumvolvens. *Radix* cortice rubro-ſanguineo, & cinereâ cuticulâ cruſtata, lignum habet album, interiùs ex cœruleo rubeſcens. *Stipes* craſſus, lignoſus, cortice cinereo, medullâ intus albicante fungoſa. *Surculi* teneriores ſpadiceo-fuſci, villoſa & mucilaginoſa lanugine induti. *Folia* è petiolis longiuſculis tenuibus, viridi-dilutis ac muſcoſis pendent, prona parte lenia & villoſa, ſupinâ breviſſimis pilis inſtructa, odoris cùm teruntur acuti & non ingrati; coſtâ mediâ cùm nervis inde exeuntibus prona parte eminentibus. *Flores* ſupra originem foliorum ſpicatim in brevibus petiolis cernuntur, monopetali, quinquepartiti, extrorſum reflexi, ſúntque gemmulæ rotundæ, muſcoſæ, ex viridi flaveſcentes: circa diſcum flaveſcentem 4 ſeſe breviſſima erigunt ſtamina, ſingula ſuis nodulis flavis dotata ac farinaceo rore aſperſa, odoris graveolentis. Poſt deciduos *flores* ſequuntur *fructus*, globuli virides & muſcoſi, cortice cum vetuſtiores ſunt ob punctula eminentia aſpero, intus viridi, bini mutuo uniti, ac in vertice tranſverſo communi ex ruſſo fuſco umbilico conſuti & ſtriati, intus unicum rotundum & totam capacitatem replens ſemen habent, quod cortice ſiccato & fiſſo ſponte prodit.

Locus. Natale ſolum eſt prope *Cochin* circa *Paloerti*, &c. ſemper florens vel frugens.

Vires. Semen cum oleo & croco coctum rabidi canis morſum fruſtra facit, modo in tempore adhibeatur.

D. *Commelinus* hanc plantam inter *Solani* ſpecies recenſeri poſſe exiſtimat, ut *Dulcamara*, & revera in multis Dulcamaran imitatur, baccæ tamen differunt.

Thymelææ facie frutex maritimus tetraſpermos flore tetrapetalo *Sloan. Cat. Jamaic.* Arbor *Americana* Salicis folio frondoſa *Pluk. Phyt.* T. 241. F. 5.

D. *Sloane.*

Frutex iſthæc ad 7 circiter pedum altitudinem aſſurgit, trunco brachium humanum craſſo; tenui, è fuſco valdè rubente cortice tecto, ſumma parte in varios ramos diviſo, quorum extrema ambiunt *folia* numeroſiſſima, nullo ordine poſita, unciam propemodum longa, vix $\frac{1}{16}$ unciæ lata ad extremum ubi latiſſima, pediculis deſtituta; initio valde anguſta ſunt, indeque paulatim latitudine augentur ad finem proxime, craſſa, ſucculenta, colore ſordidè viridi. E foliorum medio exit pediculus ſemuncialis, incurvus, *flores* aliquot ſuſtinens, flavos, tetrapetalos, *caliee* pentaphyllo viridi cinctos, in quo poſt florem delapſum ſuccedunt 4 *ſemina* nuda, aſpera, ſubrotunda, arctè juncta, Cynogloſſi æmula.

Ad littus maritimum Septentrionale inſulæ *Jamaicæ*, loco St. *Annes* dicto, & in inſula parva arenoſa *Houſe-Cayos* prope *Port-Royal* urbem florentem & fructum ferentem collegit D. *Sloane.*

Ad

Verbaſci folio minore Arbor, floribus ſpicatis luteis, tetrapetalis, ſeminibus ſingulis oblongis in ſingulis vaſculis ſiccis *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arbor hæc, ſeu mavis Frutex, ad 9 aut 10 pedum altitudinem aſſurgit, *ſtipite* crus humanum craſſo, cortice albicante glabro obducto, ramoſo, ramis terram verſus nutantibus. Verſùs ramorum extrema exeunt *Folia*, bina oppoſita, pediculis breviſſimis aut nullis, 3 uncias longa, ſeſcunciam lata, ſupernè viridia, ſubtus albicantia, Viburni foliis nonnihil ſimilia. Virgarum apices, in plures unciales ſurculos, ſeu pediculos dividuntur, quorum unuſquiſque plurimis, denſè ſtipatis, parvis, tetrapetalis luteis *floſculis* obſidetur, abſque pediculis adhærentibus in calice pallidè viridi: Succedit *capſula* oblonga ſeu ovalis, fuſca, *ſemine* majuſculo ejuſdem coloris repleta.

Ad ripas fluvii *Rio Cobre* dicti, necnon torrentium *Jamaicæ* & *Caribearum* inſularum invenit D. *Sloane.*

Verbaſci folio majore odorato Arbor, floribus pentapetalis albis *Slon. Cat. Jamaic.*

Præcedenti per omnia ſimilis & planè eadem eſſe videbatur: Folia duntaxat 6 uncias longa erant, totidemque lata: Flores pauciores, ampli, pentapetali, albi, cum flavis ſtaminibus. Folia odore gravi prædita.

Iiſdem cum præcedente in locis invenitur.

P. 1715. Ad Cap. de Erica.

1. Erica peregrina *Brancionis* Lobelio *J. B.* Tom. 1. lib. 10. p. 359. *Pluk. Almag. Bot.*
2. Ericæformis Juniperinis foliis, Fruticulus *Æthiopicus*, floſculis in cymis *Pluk. Almag. Bot.*
3. Ericæformis Coridis folio *Æthiopica*, floribus pentapetalis in apicibus. An Saniculæ Alpinæ genus Ericoides ex Prom. B. Sp. *Pluk. Almag. Bot.* T. 279. F. 5.
4. Erica Abietiformis *Æthiopica*, unionifera ſeu capſulis globoſis *Ejuſd. ibid.* T. 279. F. 3.
5. Erica *Africana*, foliis peregrinis glabris, floribus in ſummis ramulis, velut in umbella confertis *Ejuſd. ibid.* F. 4.
6. Erica tenuifolia, floſculis ſuave-rubentibus *Prom. Bæ Sp.* An *Micatlac Pihoaztli Novæ Hiſpan. Terrentii* apud *Recchum* 386? *Pluk. Phyt.* T. 175. F. 2.
7. Erica *Africana* minutiſſimis foliis, floribus copioſiſſimè ſparſis *Pluk. Almag. Bot.*
8. Erica Coris folio floribunda E *Promont. Bæ Spei Ejuſd. ibid.*
9. Ericæformis *Æthiopica* Cupreſſi foliis compreſſiuſculis *Pluk.* T. 279. F. 2. Fortè Cupreſſo-pinulus *Cap. B. Sp.* Breyn. Cent. 1. p. 22.
10. Ericæ ſimilis peregrina planta *Lobelii Park.* p. 1484.

Ad Ericam vulgarem nota,

Ericæ apud *Staffordienſes* noſtros uſus eſt Lupuli vice ad condiendum Cereviſiam *D. Plot. Hiſt. nat. Stafford.*

11. Erica flore variegato tricolori *Æthiopica* D. Oldenland. *Muſ. Pet.* 203.

Folia parva ſunt, brevia, cauliculis appreſſa. *Flores* in ſummis ramulis conferti.

12. Erica flore rubro *Æthiopica D. Oldenland*, Muſ. Pet. 204.

Folia huic præcedentis paria, nec minùs crebra, nullo (quantum diſcernere licuit) ordine poſito. *Flores* in ſummis ramulis crebriores & velut in thyrſum coacervati, minimi.

13. Erica globulis lanuginoſis albis tum in ſummis ſurculis, tum ramulis adhærentibus. Folia in ramulis creberrima ſunt, anguſta, brevia, Abietinorum modo ramulos cingentia.
14. Erica Corios foliis villoſis, floribus carneis in capitula globoſa digeſtis D. *Sherard.*
15. Erica è *Cap. B. Spei* hirſuta, ſtaminulis purpureis è capitulis albis lanoſis emergentibus *Muſ. Pet.* 765. Foliola anguſta brevia terno ordine ramulos cingunt. Eriocephalos *Bruniades Æthiopica*, Corios tenuiſſimis foliis & caule piloſiſſimis, Suffrutex peramœnus *Pluk. Mantiſſ.* Tab. 347. F. 9.
16. Erica *Africana* arboreſcens, Coris folio, flore flaveſcente *P. B. P.* Foliola minima ſunt, caulibus & ramulis appreſſa.
17. Erica *Africana*, Unedonis flore amplo, foliis cordiformibus, in acumen deſinentibus D. *Sherard.* Folia in caulibus & ramulis crebra, binatim adnexa, coſtâ mediâ ramo adnexa nullo interveniente pediculo. Flores ſummos ramulos occupant; plures coacervati.
18. Erica *Africana*, Abietis folio, floribus majoribus raris è foliorum alis D. *Sherard.*
19. Erica *Æthiopica* glabra, foliis tenuiſſimis, plurimis ſtaminulis purpureis pro floſculo ex ſquamoſo calice prorumpentibus D. *Sherard.* Ericæ ſcopariæ facie.

20. Erica *Africana* Roſmarini foliis minoribus, Unedonis flore D. *Sherard.* Flores confertiſſimi ſummos præcipuè caules aut ramulos occupant: Planta eſt valde lignoſa.
21. Erica *Africana* glabra, foliis anguſtiſſimis cauli appreſſis, floribus minoribus veſiculatis rotundis purpureis in ſummitatibus ramulorum conglobatis D. *Sherard.* Eadem floribus albis.
22. Erica *Africana* glabra, foliis anguſtis, cauli appreſſis, floribus veſiculatis rotundis dilutè purpureis D. *Sherard.* Florum ſitus in hac diverſus eſt à præcedente.
23. Erica *Africana* glabra, foliis craſſiuſculis, brevibus, cauli appreſſis, floribus majoribus veſiculatis rotundis carneis *D. Sherard.*
24. Erica *Africana* anguſtifolia glabra, floribus longis, tubuloſis, dependentibus coccineis, cum longiſſimis filamentis ſeu apicibus concoloribus D. *Sherard. Vide* iconem *Pluk.* Tab. 344. F. 6.
Flores inter folia è mediis ramulis exeunt, non è ſummis, ut multis aliis hujus generis.
25. Erica *Promont. Bæ Spei*, floribus albidis, ſtaminulis rubris *Muſ. Pet.* 636. *Folia* parva, brevia, cauli & ſurculis approximantia. Ramuli numeroſiſſimos ſurculos emittunt in quorum apicibus ſingulis ſinguli floſculi.
26. Erica *Promont. Bæ Spei* carnea, foliis & floribus villoſis *Muſ. Pet.* 637. Folia huic brevia & tenuiſſima à ramulis & ſurculis extant.
27. Erica *Africana* tenuifolia, floribus carneis bullatis D. *Sherard.* Flores in ſummis ſurculis conſervati numeroſiſſimi.
28. Erica tenuifolia Cap. B. Sp. floribus exiguis carneis denſè ſtipatis *Muſ. Pet.* 206. In altero è noſtris ſpeciminibus ſiccis folia craſſiora & breviora cauli & ramulis magis approximantia; in altero longiora & tenuiora, à ramulis & ſurculis extantia.
29. Erica *Africana* capite ſquamoſo, flore brevi filamento donato D. *Sherard.* Capitula tomentoſa eſſe videntur: Folia minima ſunt.
Sex ſpecies præcedentes *D. Sherardus* communicavit.

30. Erica S. *Dabeoci* Hibernis *D. Lhwyd.* Er. *Cantabrica* flore maximo, foliis Myrti, ſubtus incanis *Tournefort. Inſt. rei Herb.*

Ericæ ſpecies genuina eſſe videtur quoad floris formam, cum Erica tenuifolia Unedonis flore conveniens. Vaſculi ſeminalis forma Geranium imitari videtur. Cauliculi autem ubi florere incipiunt non minùs viſcoſi ſunt quàm Muſcipulæ,
In montibus *Mayo* ſqualido & ſpongioſo ſolo frequens eſt, ut & per totum *Hiar-Connacht* in *Gallovidia.*
Mulierculæ ſuperſtitioſæ ſurculos ejus ſecum circumferunt adverſùs incontinentiam.

31. Erica *Africana*, foliis tenuiſſimis quaſique capillaceis, floribus Unedonis oblongis D. *Sherard.* Flores Unedonis florum formam non exactè referunt, non enim urceolares ſunt, ſed potiùs cylindracei. Folia non tantùm tenuiſſima ſunt, ſed & breviſſima.
32. Erica *Africana*, Abietis folio breviori, floribus oblongis carneis D. *Sherard.* Flores deorſum aliquantulum incurvi videntur in ſicca, & è lateribus ramulorum inter folia exeunt, ut in aliis multis.
33. Erica *Africana*, Abietis folio longiore & tenuiore, floribus oblongis ſaturatè rubris D. *Sherard.*
34. Erica *Africana* foliis Lariceis argenteis, floribus longiuſculis, ſtaminum apicibus longiſſimis aureis D. *Sherard.*
35. Erica capitata nodiflora, globulis lanugine ex flavo vireſcenti obductis D. *Sherard.* Folia minutiſſima, bina ternáve ad eundem exortum; Florum globuli ſummos ſurculos occupant.
36. Erica *Æthiopica*, Roſmarini ſylveſtris folio, eleganter punctato; flore purpureo tetrapetalo. *Pluk. Mantiſſ.*
37. Erica Roſmarini foliis incanis, *Æthiopica*, floribus Arbuteis, magno calyce incluſis *Ejuſd. Ibid.*
38. Erica Coris folio hiſpido Cerinthoides *Africana Breyn. Cent.* 5.
39. Erica *Africana*, Coris longioribus foliis, Unedonis flore hirſuto fuſco *Pluk. Mantiſſ.*
40. Erica *Africana* parvis tenuiſſimis foliis, flo. Arbuteo fuſco *Ejuſd. ib.*
41. Erica ſpicata, floribus oblongis, ex carneo purpureis *Ejuſd. ibid.* Tab. 346. F. 9. Erica Afric. erecta paludoſa floribus longiſſimis tubuloſis erectis rubris, per caulium ſeriem diſpoſitis D. *Sherardus.*
42. Erica *Africana* Coridis folio, piloſa, floſculis minutiſſimis, purpureis, inter ramulos diſperſis *Ejuſd. ibid.*
43. Erica *Africana* tenuifolia, Unedonis flore, foliis longioribus, cauli appreſſis *Ejuſd. ibid.*
44. Erica *Æthiopica*, foliolis longioribus glabris, cauli appreſſis, floſculis aceroſis & ſquamatis calycibus incluſis *Ejuſd. ibid.*
45. Erica *Æthiopica* incana, foliolis Laricis in modum confertis, plurimis ſtaminulis purpureis pro floſculo, ex ſquamoſo calice prorumpentibus *Ejuſd. ibid.*
46. Erica *Africana* erecta, tenuiſſimis foliolis & caule eleganter piloſis, floſculis rarioribus parvis, amœnè purpureis inter foliola ſparſis *Ejuſd. ibid.*
47. Erica *Africana*, floribus perexiguis, herbaceis, in ſpicam diſpoſitis *Ejuſd. ibid.*

48. Erica

48. Erica *Africana* hirſuta, Thymi foliolis ternis, circa caulem ambientibus, floſculis ex carneo purpureis, ſtaminulis refertis *Ejuſd. ib.* Tab. 347. F. 1. Folia quàm Thymi multò minora.
49. Erica Serpylli hirſuto folio, pungente, *Africana*, flore purpureo pulchro *Ejuſd. ibid.*
50. Erica aculeata, foliorum lanugine cinerea *Ejuſd. ibid.*
51. Erica capitata ſeu nodiflora *Africana*, foliolis ad caulem armatis, floſculis ſtaminoſis. An Ev. noduligera, capitulis hirtis, ex purpureo fuſci coloris D. *ten Rhine Breyn. Cent.* 179? *Ejuſd. ibid.*
52. Erica capitata ſeu nodiflora *Africana* procerior, Corios grandioribus foliis, variè inflexis, prope ſummitatem ſurculi in breviores ramulos divaricata. *Ejuſd. ibid.*
53. Erica capitata ſeu nodiflora, Corios foliolis rectis *Æthiopica Ejuſd. ibid.*
54. Ericæformis Suffrutex *Virginianus*, floribus exiguis, vaſculo ſeminali oblongo, triſariam diviſo. *Pluk. Mantiſſ.*
55. Eriocephalos *Bruniades* Ericæformis, *Monomotapenſis*, capitulis globulorum inſtar, interiùs cavis & denſa lanugine tectis *Pluk. Mantiſſ.*
56. Eriocephalos *Bruniades Æthiopica*, Corios tenuiſſimis foliis & caule piloſiſſimis: Suffrutex peramœnus *Ejuſd. ibid.*
57. Eriocephalus Bruniades *Africana*, Lariceis argenteis & ſericeis foliis, capitulis ſtaminibus refertis globulorum inſtar, interiùs cavis & denſa lanugine tectis *Ejuſdem ibid.*

Haſce ſtirpes *Bruniades* appellat à nomine inventoris D. *Alexandri Brunæi.*

HISTORIÆ PLANTARUM

LIBER TRICESIMUS PRIMUS:

De Arboribus & Fruticibus siliquosis,

P. 1716. Ad Cap. de Siliqua arbore seu Ceratia.

CEratia agrestis *Virginiana*, folio rotundo minori, fortè Siliqua sylvestris rotundifolia *Canadensis* H. R. P. *Schol. Bot.* 26. *Pluk. Almag. Bot.*

Ceratiæ quodammodo affinis *Benghalensis*, foliis bigemellis subrotundis, siliquis admodum intortis, & in orbes circumflexis ex minio nigricantibus, fructu rubro, macula nigra insignito *Pluk. Phyt.* T. 82. Fig. 4. An Avaratemo *Brasilienſibus Pis.* 168?

Ceratiæ quodammodo affinis majoribus & longioribus foliis ex *India* Orientali, fabis atronitentibus. An Katou-Conna *H. M.* P. 6. T. 12. *Pluk. Almag. Bot.*

Ceratia carioſa, seu Saprolobus *Americanus*, *Barbadensibus* nostratibus **Rothean** nuncupata. *Pluk. Almag. Bot.*

Ceratoniæ affinis Arbor siliquosa, oleæ folio, flore tetrapetalo albido, siliqua tereti ventriosa; cujus interior tunica mucosa est & eleganter miniata *Slon. Cat. Jamaic.* Salix arbor folliculifera, obtusis foliis candicantibus *Americana* Pluk. Phyt. T. 221. F. 1.

D. *Sloane.*

Ad 30 etiam pedum altitudinem evadit hæc Arbor, trunco femur humanum crasso, cortice lævi, cinereo, investito, fastigio speciosо, ramis & virgis quaquaversum extensis. *Folia* crebra, nullo ordine posita, pediculis ¼ unciæ longis annexa, ipsa 3 uncias longitudinis obtinent, latitudinis unam, media scilicet latissima parte, glabra, supernè obscurè viridia, subtùs albicantia; unica costa notabili media percurrente, Oleæ foliorum æmula. *Flores* in summis seu extremis virgis proveniunt tetrapetali, albi. Succedunt *siliquæ* pediculis uncialibus, ramulis appensæ, 3 uncias longæ, ruffæ, teretes, pennæ Cygneæ scapo crassiores, hic illic protuberantes, nimirum ubi *Semina* cubant. Pisa 6 numero, mollia, pulpa coccinea circundata: quin & interior siliquarum membrana mollis est & coccineo colore imbuta. Pisa à formicis valdè expetuntur. Siliquæ per maturitatem solis calore se contorquentes aperiuntur, seminaque effundunt, & coccineam interiorem superficiem visui exponunt.

In campestribus sylvis insulæ *Jamaicæ*, circa urbem *S. Jago de la Vega* provenit.

Ceratoniæ affinis siliquosa Lauri folio singulari, flore pentapetaloide purpureo striato, siliqua crassa brevi, pulpa esculenta & purgante semina ambiente *Slon. Cat. Jamaic.* **The Bichy tree.**

D. *Sloane.*

Quamvis hæc Arbor septennis tantum erat, semine è *Guinea* allato, orta, 20 tamen pedes altitudine æquabat, trunci crassitie suram humanam. Recta erat & teres, cortice propemodum glabro, à fusco rubente tecta, canescentibus aut albis maculis hic illic aspersa: Rami circumquaque diffusi erant, inferioresque longiores. Surculorum extrema plurimis foliis densè stipatis, & plerumque binatim oppositis obsita. Pediculi duabus protuberantiis, altera ad exortum suum ex arbore, altera ad extremum ubi foliis inserebantur, extumescebant. *Folia* ipsa 6 uncias longa, mediáque latissima parte 2 lata erant, glabra, tenuia, costa insigniore media percurrente, nervosque transversos ad latera obiter emittente, dura & *Cacao* arboris foliis exactè similia. *Flores* singuli seorsim è ramulis exeunt, pentapetali, petalis ad ungues junctis, flavi, purpureis lineis striati, cum stylo in medio flavo, surculorum viridium ramosorum 3 uncias longorum extremis insidentes. Succedit *siliqua* grandis, brevis, lata, in qua latitant plures Fabæ seu semina magna, pulpa dulci esculenta cincta.

In agris D. *Bourden* plantatam hanc arborem reperi.

Juglan-

Juglandis folio fruticosa, foliis pinnatis, costâ mediâ membranulis utrinque extantibus alatâ, siliquâ quadrangulâ. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Caulem obtinet lignosum, angularem, medullâ albâ repletum, bipedalem aut altiorem; in cujus surculis proveniunt *Folia* alternatim posita, pinnata, costâ mediâ pedem circiter longâ, angulosâ & striatâ, cui ad intervalla circiter uncialia adnascuntur pinnæ binæ oppositæ, [unaquâque duas uncias longâ, unam latâ prope extremum subrotundum ubi latissima,] glabræ, luteo-virides.

In aggeribus prope locum *the Crawle Plantation* dictum observavit D. *Sloane.*

Lauro-cerasi foliis siliquosa fruticosa *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Hujus virgæ sub tenui viridi cortice lignum molle albicans, medulla in medio copiosâ farctum occultabant. *Folia* ad genicula exibant bina opposita, rariùs singula, pediculis trientem unciæ longis insidentia, ad quatuor uncias in longum extensa, in latum binas, latissima trans medium, prope extremum parte, utraque extremitate angusta, costâ mediâ nervos aliquot arcuatos emittente, superficie æquali, succulenta, & Lauroceraſi foliis similia. In fastigio brevem, incurvam, acuminatam *siliquam* gestabat, duobus in valvis eminentibus nervis, ei qui in media rachi est elatiori similibus.

In insulis *Caribeis* oritur, locum non memini.

P. 1719. Acacia Americana *Robini*, eadem planè planta fuit cum Locus *Park.* siquidem D. *Breman*, qui id optimè novit, quique D. *Robino* familiaris erat, D. *Hermanno* Locus *Park.* pro Acacia *Americana Robini* ostendebat, & affirmabat illam ipsam plantam esse quam *Robinus* secum in Hortum Paris. ex America intulit. De planta illa *Cornuti* quod dicam non habeo, an figmentum sit, an nova Acaciæ species; certè nihil simile à multis annis in horto Regio cultum fuit aut cognitum.

Waga *Pearmædoorica* Tamarindi folio, floribus comosis, siliquâ undulatâ, scabrâ *Pet. Act. Philosoph. Lond.* N. 267. p. 712. Ereweta maraum *Malab.*

Trunci hujus arboris diameter 8 aut 10 uncias æquat, altitudo 20 circiter pedes. *Folia* Tamarindi aut Abrus; media costa uniuscujusque pinnulæ superiori lateri vicinior est. Pinnæ a. conjugatim absque pediculo mediæ folii rachi adnascuntur, 8 plerunque, rariùs 10, superioribus semper ampliſſimis. *Flores* è tenuibus duntaxat filamentis, semunciam longis, componuntur, regularem & elegantem plumam efficientes, omnes ab eadem basi in pediculo nudo unciâ paulò longiore exeuntes. *Siliquæ* nigricant, tunicâ velut picatâ tecta, rimis rugisve parvis scabræ; unaquæque in varios velut globulos dividitur, monilis instar, singulos unciam propemodum longos, $\frac{3}{4}$tas unciæ latos, compressiusculos, in medio tamen tumidos.

Pulvis ramorum, foliorum, florum, fructuum in aqua potus & externè etiam applicatus herpetes sanat.

Acacia non spinosa Batavica Coluteæ folio *Herman.* Foliorum ad mediam costam annexorum conjugationes plures, nullo in extremo impari.

1. Acacia arborea maxima, non spinosa, pinnis majoribus, flore albo, siliquâ contortâ, coccineâ, ventriosâ, elegantissimâ *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

E maximis est arboribus in hac insula nascentibus, Quercubus nostratibus multò amplior, materia alba, molli, nihilominus tamen durabili; ad 60 pedum altitudinem ascendens, cortice incano seu albicante, multis ramis, sulcisve hiulco obtecta. *Ramis* luxuriat multis, nonnullis etiam à terra non procul, foliis decompositis seu ramosis vestitis: Costæ mediæ majores seu primariæ, in minores multas, densè sitas, binis ordine inter se oppositis, dividuntur, hæ autem pinnis seu foliolis creberrimis, parvis, majoribus tamen quàm in hujus Generis multis, obsitæ sunt, colore obscurè viridi, glabris, Tamarindi arboris similibus, unde nomen vulgare. *Flores* in ramis proveniunt, pediculo 2 uncias longo insidentes, è plurimis albicantibus filamentis, rubente capsula exceptis, circa idem centrum in formam exactè sphæricam seu globulum aut corymbum Ceraſi magnitudine diffusis, perquam odoratis. Sequuntur *siliquæ* è pediculis fuscis, duas uncias longis dependentes, parùm contortæ, seu spiraliter circumvolutæ, medii digiti crassitie, colore coccineo pulcherrimo, ventricosæ, seu hìc illic protuberantes, per maturitatem non siccæ sed humidæ, cúmque aperiuntur intus albæ, inque singulis protuberantiis pisum unicum continentes nigrum, exactè sphæricum, velut Pruni Sylv. fructus, humidum, pulpâ interiore virenti.

Ad torrentium & fluviorum ripas, necnon in agris humidioribus *Jamaicæ* & *Caribbearum* insularum nascitur.

2. Acacia arborea maxima, pinnis vel foliis minimis, flore odoratissimo flavo *Slon. Cat. Jamaic.* An Mizquitl *Michuacanensis Hernandez*? Wild Tamarinds.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Truncus hujus Arboris ad 30 pedum altitudinem aſcendens, Quercûs noſtratis caudicem magnitudine æquat, cortice glauco obſcuriore tectus, ſulcis multis exarato; lignum durum rubeſcens protegente. Plurimos emittit ramos, incurvos, caneſcentes, æqualiter in omnem partem extenſos. *Folia* ſurculos occupant alata, è pinnis omnium in hoc genere minimis compoſita ad mediam coſtam annexis, colore ſordidè viridi. Propè ramorum extrema exeunt *flores*, in pediculis ſemuncialibus, flavi, perquam odorati, globoſi, è multis filamentis in orbem circumfuſis, aliorum hujus Generis in modum compoſiti; quibus ſuccedunt *ſiliquæ* unciales, incurvæ, teretes, fuſcæ, ſubinde protuberantes, in pulpa fungoſa pallida, *ſemina* aliquot parva, oblonga, fuſca, duriſſima continentes, incurva, concava, & ſeminum Acaciæ Ægyptiacæ *J. B.* perſimilia.

Arbuſculæ juniores multis oblongis albis ſpiris armantur.

Flores adeò ſuavem & validum odorem ſpirant, ut vel prope eos ambulare jucundum ſit.

Gummi mucilaginoſum rubicundum exſudat, pro opopanace falſè habitum: Ad Gummi *Arabicum* propiùs accedit, ut pro eo non ineptè poſſet uſurpari.

Circa Urbem S. *Jago de la Vega*, ad margines viæ qua verſùs *Paſſage-Fort* itur, locis campeſtribus apertis copioſè creſcit.

3. Acaciis affinis arbor ſiliquoſa, flore ſubrotundo ſingulari, flore ſtamineo albido, ſiliqua tereti ventrioſa, cujus interior tunica eſt mucoſa & eleganter miniata *Slon. Cat. Jamaic.* Cynophallophoros ſeu Penis caninus *Charibbæarum* arbor, foliis ſubrotundis rugoſis, clavos pulpiferos phalloides pro ſiliquis gerens *Pluk. Phyt.* T. 172. F. 4.

D. *Sloane.*

Arbor iſthæc ad 20 circiter pedum altitudinem aſſurgit, *caudice* ſemur humanum craſſo, cortice obſcurè caneſcente tecto. Rami deorſum nutant, incurvi, hic illic tuberculis inæquales. *Folia* è caulium lateribus utrinque alternatim exeunt ad intervalla circiter ſemuncialia, pediculis fuſcis ſemuncialibus inſidentia, 2 uncias longa $1\frac{1}{4}$ lata, figuræ ovatæ, coſta media, tranſverſas aliquot fibras emittente firmata, glabra, tenuia, obſcure viridia, *Flores* è ſummis ſurculis exeunt, è plurimis prælongis albis ſtaminibus, capſula viridi incluſis, conſtantes: quos ſequuntur 3 uncias longæ, teretes, virides, glabræ, ventricoſæ, *ſiliquæ*, in quibus ſub quavis protuberantia latitat Piſum unicum, (ad 4 aut 5 numero) viride, pulpa alba molli circundatum. Interior mucilaginoſa ſiliquæ membrana coccinei coloris eſt. Siliqua hæc eodem modo ſe aperit, quo præcedentis; ejuſque pulpa non minùs avidè à Formicis appetitur quàm illius. Pediculo 2 uncias longo ab arbore dependet, & ad ulterius extremum tenuis eſt.

In campeſtribus ſylvis inſulæ *Jamaicæ*, circa urbem S. *Jago de la Vega* provenit.

P. 1722. Ad Pl. 6. de Thora Paeroa *H. M.* ſeu Cajan arbore, ad. ſynon.

Arbor trifolia Indica *J. B.* Tom. 2. lib. 17. p. 386. Laburnum humilius ſiliqua inter grana & grana juncta, ſemine eſculento. *Slon. Cat. Jamaic.* **Pigeon-peaſe**, quia Columbæ iis veſcuntur.

P. 1720. Ad Cap. de Colutea veſicaria.

Colutea *Africana* annua, foliis parvis mucronatis veſiculis compreſſis. *Hort. Med. Amſt. rar. P.* 2.

Eadem foliis cordatis, & veſiculis minùs compreſſis *Ejuſd.*

Colut. *Afric.* veſicaria, veſiculis compreſſis, floribus atro-rubentibus Volkamer. *Flor. Norimb.*

Radicem habet prima fibroſam & albicantem, quæ *caulem* emittit bipedalem & rotundum: Huic *folia* ſeu potius pinnæ adnaſcuntur in eodem pediculo 10, 12 aut plura ipſi mediæ coſtæ adnexa, uno impari extremum claudente, parva, anguſta, viridia. Ex ſingulis foliorum alis longi exoriuntur pediculi, qui *Flores* producunt parvos, papilionaceos, atro-purpureeos, quibus ſingulis ſingulæ ſuccedunt *ſiliquæ* membranaceæ, primò virides, deinde ſubalbidæ & diaphanæ, compreſſæ & parùm aut vix turgidæ, quæ intus continent 3, 4ve ſemina, parva, fuſca, reniformia. Menſibus floret æſtivis & Autumni initio ſemina perficit. Altera, quæ foliis gaudet cordatis, à priore non differt niſi ſolâ foliorum figurâ, & ſiliquis membranaceis minùs compreſſis.

Colutea *Africana* veſicaria, veſiculis compreſſis, floribus atro-rubentibus *Volkamer. Flor. Norimberg.* Eadem cum priori.

Pulchrior hæc Colutea humilioris ſtaturæ reſpectu cæterarum eſt: Ex *radice* ſiquidem fibroſa, tenui *cauliculus* erigitur rotundus, tenuis admodum, foliis pinnatis anguſtioribus alterno ordine cinctus. Ex alis foliorum pediculi oriuntur longiores, *floſculis* atro-purpureis onuſti, pendulis, papilionaceis, tetrapetalis. His defloreſcentibus *Siliquæ* ſequuntur latiuſculæ ac compreſſæ, ſimplices, membranaceæ, quarum in ſinu foventur *ſemina*, reniformia, fuſca, mox ſolitaria, mox bina, quandoque etiam terna.

Patriam agnoſcit *Promont. Bæ Sp.* unde ſemina ad nos tranſlata feliciſſimè progerminârunt.

1. Geniſta

P. 1723. Ad Cap. de Genista, ad.

1. Genista flore croceo lutescente D. *Oldenland.*

Rami lignosi, rubentes *surculos* hinc inde emittunt, rectà ferè extantes, seu rectos cum eis angulos efficientes, ad modum Corrudæ vulgaris, satis crebros, brevi albente lanugine hirsutos, nullo ordine positos, *foliis* minimis angustis, brevibus, acutis, ab eadem origine pluribus, vestitos. In extremis surculis *Flores* conferti, papilionacei, mediocres, è croceo lutescentes, *Siliquæ* & *semina* in ramulo sicco, ante maturitatem collecto nulla comparuere. Camphoratam Monspelienſium æmulari videtur, surculis & foliis. Genistæ non multùm similis. A D. *Oldenland* accepit D. *Petiver*, mihique communicavit. Huic similem habemus à D. *Sherard* acceptam nomine Genistæ *Africanæ* capitatæ luteæ, Nepæ foliis subhirsutis, cujus rami non rubescebant.

2. Genista floribus minimis luteis D. *Oldenland.* G. *Afric.* Camphoratæ folio, flor. luteis minimis *Oldenland Tournefort. Institut.* 644.

Minor esse videtur quàm præcedens, ramulis concoloribus, surculos creberrimos emittentibus. *Folia* in surculis crebriora minoraque. *Flores* non in summis tantùm surculis consistunt, sed secundum longitudinem surculorum & summorum ramulorum ex alis foliorum exeunt, pediculis brevibus.
Siccam ab eodem Amico accepi.

3. Genista tota argentea Prom. Bæ Spei D. *Oldenland.* An Gen. *Afric.* arborescens calice ferrugineo scabro. fol. Salicis pumilæ argenteæ flore purpureo D. *Sherard.*

Hæc planta Genistam excepto flore parùm admodum refert. *Folia* etenim lata sunt & subrotunda, per margines integra, Salicis pumilæ rotundifoliæ foliis figurâ sua accedentia. *Flores* in summis ramulis conferti, ampli, calice, ut in hoc Genere, amplo subrotundo excepti: Hanc cum *Sherardina* eundem omnino dicerem, ni color calicis obstaret, cujus me mentionem non feciſſe miror.

4. Genista floribus luteis in capitulum congestis Promont. Bæ Spei *Ejusd.*

Perelegans hic Frutex *folia* obtinet numerosissima, brevia, perangusta, hirsuta & pilosa. Rami surculos crebros ad latera extantes emittunt, capitula sustinentes globosa, è numerosissimis foliolis hirsutis & pilosis, flores luteos undique amplectentibus composita. Ramuli lanuginosi rubescunt. Hanc etiam à D. *Sherard* habuimus nomine *Genistæ Africanæ Capitatæ luteæ* foliis *tenuissimis villosis.*

5. Genista, floribus in summis caulium dispositis Promont. Bæ Spei D. *Oldenland.*

Præcedenti similis est, verùm foliola paulò longiora sunt, minus hirsuta, rigidiora & pungentia, ut ad Genistam spinosam meritò referri possit. *Flores* in summis caulibus congesti, foliolis pariter majoribus, longioribus, hirsutis circumvallati, verùm postquam aperiuntur in spicas magis excurrunt, quamvis antequam explicentur in capitula globosa pariter congesti videntur. Florum calices ipsaque petala exterius hirsuta sunt.
Has omnes Genistæ species dictas à *Promontorio Bonæ Spei* ad D. *Petiver* transmisit D. *Oldenland*, Medicus & Botanicus egregius. Foliis & facie externa Ericam potius referunt quàm Genistam; hanc enim floribus præcipuè imitantur, unde non ineptè, me judice, *Erico-Genistæ* dici possunt.

6. Genistellæ tinctoriæ species minor.

Hujus specimen nobis exhibuit D. *Sherard*, Genistæ tinctoriæ vulgari simile, sed omnibus partibus minus, foliis pro plantæ modo brevioribus. *En le Bois d' Esterelle* collegit.

7. Genistella aculeata latifolia hirsuta, ramosissima, floribus spicatis, siliquis brevibus hirsutis.

Folia parva sunt, in caulibus & ramulis crebra, vix semunciam lata ⅓tias unc. longa, obtusa & velut ovata, nervosa, hirsuta, absque pediculis adnata. Aculei breves è foliorum alis exeunt. *Flores* in summis ramulis spicati, flavi, quibus succedunt *siliquæ* breves, hirsutæ admodum, purpurascentes. Semina in specimine sicco nobis à D. *Sherard* communicato nondum maturuerant.

8. Genistella minor villosa, Passerinæ foliis, spinulis innocuis D. *Sherard.* umbellatim ramosa, altiuscula, Passerinæ foliis mollibus H. *Cathol. Cup. Supplem. ult.* A Genistella montis *Ventosi* distincta est.

9. Genistella minor angulosa, non spinosa, floribus è foliorum sinubus exeuntibus D. *Sherard.* In Italia inter Mediolanum & Taurinum collegit.

Virgulæ

Virgulæ angulosæ sunt ut in Genista scoparia: Folia reliquis Genistellis similia. Flores in surculis velut spicati, ex alis tamen foliorum cæteris similium exeunt.

10. Genista non spinosa, Laricis foliis, *Æthiopica, Pluk. Mantiß.*
11. Genista *Æthiopica* glabra, longioribus foliis, ex uno puncto plurimis, flore majore luteo *Ejusd. ibid.*
12. Genista minima *Æthiopica*, foliolis Thymi confertis, splendentibus glabris *Ejusdem ibid.*
13. Genista arbor *Æthiopica*, Salicis odoratæ folio, flore flavo. An Myrto-genista *Breyn. cent. Ejusd. ibid.*
14. Gen. *Æthiopica* fruticescens, Ruscі longioribus foliis, maxima *Ejusd. ibid.*
15. Gen. *Africana* cinerea, Ericæ supinæ nostratis maritimæ facie, apicibus foliorum spinosis, floribus rubescentibus summo caule glomeratis *Ejusd. ibid.*
16. Genista Astroites, Juniperinis pungentibus foliis, *Æthiopica*, floribus saturatè luteis *Ejusd. ibid.* Palma est ramosissima surculis incana lanugine obductis, floribus numerosissimis onustis, ut tota fere planta floribus operiri videtur. Siccum à D. *Sherard* obtinuimus.
17. Gen. Aspalathoides polyanthos major *Cap. Bæ. Sp. Breyn. Fascic. rarior.* 24. *Ejusdem ibid*
18. Genista-spartium aculeatum minus seu Aspalathoides *Africanum* aphyllon. *Ejusd. ibid.* Ex Prom. *Bæ* Spei ad D. *Stoneſtreet* à fratre suo allata est.
19. Genista-spartium spinosum monospermon, Polemonii folio singulari, hiulculis conspicuo, flore parvo candicante *Promont. Bæ. Sp. Pluk. Mantiß.*
20. Genista Capensis spinosa, Liguſtri folio, pentaphyllos, floribus spicatis rubris *Pluk. Phyt.* T. 185. F. 5. *Folia* texturæ densioris esse videntur, glabra, circum oras æqualia, unciâ longiora, semunciam plus lata, costa folii media subtus protuberat, & in apiculum acutum desinit. Florum spicæ in pediculis è foliorum alis egressis è floribus densè stipatis constant. Exsiccatæ ramulum impertivit D. *Sherard.*
21. Genista *Africana* foliis Salicis pumilæ argenteæ minor D. *Sherard.* Folia in apice bifida seu crenata sunt. *Flores* in summis surculis ex alis foliorum exeunt nunc singulares, nunc in communi pediculo bini ternive.
22. Genista *Africana* arborescens, purpurea odorata D. *Sherard.* *Folia* obtusa sunt & ferè ovata, unciam lata, sescunciam longa, æquis marginibus. *Flores* secundùm ramulos ex alis foliorum exeunt, plerunque singulares, interdum bini, pediculis sescuncialibus aut longioribus incumbentes.

23. Genista *Africana* spicata lutea, Laricis folio brevi viridi D. *Sherard.*

Flores foliis intermiscentur, & surculi folioſi supra flores exsurgunt.

24. Genista *Africana* fruteſcens, Laricis foliis brevibus incanis D. *Sherard.*

In hac etiam Flores in summis virgis foliis intermiscentur.

25. Genista *Africana* capitata lutea, Laricis foliis sub hirsutis, floribus magnis D. *Sherard.*

Flores in summis virgis velut in capitula conglobati sunt, interdum etiam inferiùs è virgarum lateribus exeunt.

26. Genista *Africana* lutea, Laricis foliis subhirsutis, floribus parvis D. *Sherard.*

In hac etiam flores in capitula conglobati summas virgas occupant foliis intermixtis.

27. Genista *Africana*, Laricis foliis glabris, pluribus simul nascentibus, floribus luteis amplis è foliorum alis.

Folia tenuissima capillacea plura simul agminatim ex eodem puncto exeunt. Ramuli juniores caneſcunt, & deterſa canitie rubent.

28. Genista *Africana*, Laricis foliis glabris, pluribus simul nascentibus, floribus amplis luteis in ramulorum summitatibus.

Huic etiam folia tenuia & fere capillacea, agminatim nascentia ut in Larice. In summis virgis flores ampliſſimi, duo treſve simul.

29. Genista-spartium *Africanum* trifolium, floribus cœruleis, foliis minimis, in spinulam desinentibus D. *Sherard.*

Planta exigua esse videtur. Spinulæ in quas foliola desinunt recurva sunt.

30. Genista *Africana* fruteſcens, foliis Linariæ angustioribus glaucis, flore luteo D. *Sherard.*

Caulis ramulos creberrimos emittit, foliis Linariæ angustioribus & brevioribus non admodum crebris vestitos. Flores è foliorum alis singulatim exeunt in prælongis & tenuibus pediculis.

31. Genistæ

31. Genista *Africana* frutescens, foliis Genistæ tinctoriæ latioribus, flore luteo D. *Sherard.*

Folia versùs apices latiora sunt & obtusa. *Flores* singulares in surculis è foliorum alis exeúntibus inter folia, duo majora, unum minus existunt.

32. Genista *Africana* frutescens, Nummulariæ hirsuto folio, floribus parvis purpureis D. *Sherard.*

Folia in acutum velut spinulam terminantur. Flores è foliorum alis exeunt singulatim, pediculis brevibus aut nullis.

33. Genista *Africana* foliis Linariæ angustissimis glaucis, floribus spicatis luteis D. *Sherard.*

Folia capillaceæ ferè tenuitatis sunt, tres interdum uncias longa, mollia & flaccida. Florum spicæ in caulis & ramulorum cymis.

34. Genista *Afric.* Pinastri foliis, floribus spicatis luteis D. *Sherard.*

Hujus folia non minùs angusta & tenuia sunt quàm præcedentis, rigidiora tamen & pungentia, & Pinastri similia. Florum spicæ in summis pariter caulibus & ramulis.

35. Genista *Africana*, Satureiæ foliis viridibus, floribus parvis luteis, in breves spicas digestis D. *Sherard.*

Folia angusta, acuta, crebra, ut ramulos ferè occultent, Juniperinorum aut Ericæ cujusdam in modum.

36. Genista *Africana*, Ericæ folio, floribus parvis luteis in capitula congestis D. *Sherard.*

Folia breviora, non tamen minùs crebra quàm in præcedente. Valde surculosus versùs summitatem erat ramus à D. *Sherardo* communicatus, & in surculorum fastigiis florum capitula ferè totidem quot surculi.

37. Genista *Africana* Ericæ bacciferæ foliis, siliquis breviſſimis hirsutis D. *Sherard.*

Flores in summis caulibus & ramulis plures congesti.

38. Genista *Africana* foliis capillaceis glabris, floribus minoribus luteis D. *Sherard.*

Valdè lignosa, & ramosa est hæc planta, humilis tamen, & in terram reclinata. Surculi tenuiores rubescunt. *Flores* è foliorum alis exeunt singuli in pediculis tenuibus foliosis.

39. Genista *Afric.* frutescens, foliis Rosmarini vel Ledi Silesiaci angustioribus, floribus parvis luteis D. *Sherard.*

Flores summos caules seu ramulos occupant, foliolis intermixtis. Habetur etiam floribus amplis.

40. Genista *Africana* lutea, Kalialbi foliis, D. *Sherard.*

Hujus etiam flores summos ramulos occupant, súntque perampli, carinâ præsertim.

41. Genista *Afric.* frutescens lutea, foliis Rosmarini vel Ledi, *Silesiaci* angustioribus, floribus amplis D. *Sherard.*

Ramulos seu surculos emittit numerosos, in quorum cymis *flores* plures, è foliorum alis exeuntes, ampli, &, ut in sicca videtur, saturatè crocei.

42. Genista *Africana* frutescens, foliis ternis angustissimis & quasi capillaceis, floribus cæruleis *D. Sherard.*

Folia acuta sunt & pungentia. *Flores* in superiori ramulorum parte ex alis foliorum plures simul exeunt, ut planta verticillata esse videatur. Ad Cytisos referri posset.

43. Genista *Africana* frutescens, Ruscí angustis foliis *Oldenlandii Tournefort. Institut. rei herb.* 644. Planta foliis Ruscí minor *C. B. Sp. Breyn. fascic.* 25. Frutex *Æthiopicus* foliis Ruscí, flore papilionaceo, sericea lanugine fusca villos. *Pluk.* Tab. 297. Idem angusto & minori folio *Ejusd. ibid.*

Folia habet creberrima, nervosa, angusta, in longos & acutos pungentes mucrones producta: *Flores* plures simul in summis caulibus, supra quos exurgunt ramuli tres quatuórve, in quos caulis ad exortum fasciculi floriferi dividitur. Hoc non est constans in omnibus.

44. Genista *Africana*, Camphoratæ folio villoso, floribus parvis D. *Sherard.*

Folia capillaceæ tenuitatis sunt, breviſſima, conferta admodum & villosa. Ramuli tomento incani. *Flores* in summis ramulis lutei spicati.

45. Genista *Africana* frutescens, folio *Tarton-raire*, flore purpureo *Oldenlandii Tourneſ. Instit.* rei herb. 644.

Planta est valdè ramosa, foliis parvis, argenteis, crebris admodum & confertis in ramulis & surculis. *Flores* in summis surculis inter folia emicant.

46. Genista *Africana* purpurea, sericea minima, D. *Sherard.*

Folia parva, brevia vix semunciam longa, angusta, acuta, satis crebra in ramulis.

47. Genista *Africana*, Camphoratæ folio, floribus luteis minimis *Oldenlandii Tournef. Inst.* r. h. 644.

Hæc etiam planta ramosissima est. Flores in surculis longa serie foliis intermixti. Eadem esse videtur Genistæ floribus luteis minimis D. *Oldenland* superiùs descriptæ. A D. *Sherard.* accepi.

48. Genista *Africana* frutescens, spicata purpurea, foliis angustissimis *Oldenlandii Tournefort. Inst. rei herb.* 644. Genistella minor non spinosa *Æthiopica*, foliis Serpylli candicantibus & serici instar mollibus *Breyn. Prod.* 2.

Hujus spicæ valde tomentosæ sunt, *folia* angusta, longiuscula, acuta.

49. Genista *Africana* arborescens, calice scabro, foliis Salicis capreæ rotundifoliæ, floribus amplis purpureis D. *Sherard.*

Est & alia species calice ferrugineo, Fol. Salicis pumilæ latif. argenteæ.

50. Genista *Africana*, Ericæ breviffimis foliis, floribus parvis in capitula lanuginosa congestis *Ejusd.*

Rami huic erectiores sunt quàm in plerisque congeneribus. Folia in summis surculis longiora sunt & majora quàm in ramulis inferioribus.

51. Genista *Africana* frutescens, Lavendulæ folio brevi, floribus amplis purpureis *D. Sherard.*

52. Genista *Africana* lutea, Corrudæ foliis *D. Sherard.*

Folia ad intervalla ramulos cingunt, plura simul, tenuissima, acuta. *Flores* in surculis singuli seorsim sparsim nascuntur.

53. Genista *Africana* minima, Thymi foliis, Flore purpureo *D. Sherard.* G. *Afr.* minima, foliis Myrti in exquisitum mucronem desinentibus *Oldenlandii Tournef. Institut.* 644.

Flores in surculis foliis intermiscentur.

54. Genista *Africana* capitata lutea, Nepæ foliis subhirsutis *D. Sherard.*

Nepæ seu Genistæ spinosæ vulgò dictæ species censenda est.

56. Genista tinctoria *Madraspatana*, foliis sericeis, *Nellarrandee Marab. D. Petiver Act. Philos. Lond.* N. 264. p. 589. pl. 25.

Sex aut 8 uncias alta est, in solo sicco oritur.

57. Genistella spicata spinosissima.

Foliosa est, *foliis* angustis, brevibus, acutis, in caule non admodum crebris: è quorum alis exeunt spinæ longæ, ramosissimæ, rigidæ. Medius spinæ scapus è lateribus hinc inde emittit spinulas secundarias, & hæ etiam interdum alias. Summum ramulum occupat *spica* oblonga, è *floribus* luteis, non admodum crebris composit.

A D. *Sherard* accepimus.

58. Genista *Africana* arborescens, lato orbiculari folio, absque pediculis *D. Sherard.*

Hæc Planta cum Genista parum similitudinis habet, ni fortè in floribus.

59. Genista incana, Chamæiteæ ferè foliis, floribus in summis ramulis pluribus simul è foliorum alis exeuntibus.

Caules & rami teretes, incani, *foliis* ad intervalla vestiti alternis, unciam longis, semunciam latis, acuminatis, pediculis brevibus innixis; è quorum sinubus seu angulis, quos cum caule efficiunt, exeunt rami multi. Summos caules occupant *flores* plures simul in eodem pediculo è foliorum alis exeunte, flavi, calice hirsuto albicante excepti. *D. Sherard.*

60. Genistella fruticosa angustifolia, incana, spinosa, floribus minimis.

Planta est humilis, ramulis confertis, unde fruticosam denominavimus, *foliis* angustis oblongis canescentibus. Ramuli in spinas exire videntur.

61. Genista marina Laburni siliquis brevioribus. *Hort. Cath.*

Hujus vimina à D. *Sherard* accipimus, quæ ramosa erant; flores & siliquas non vidimus.

Jacobus Zanoni Genistam suam arborem Creticam folio perpetuo à Spartio secundo spinoso *Alpini* plantam diversam esse contendit, & multis probare nititur.

62. Spartium *Africanum* frutescens, Ericæ foliis *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Ex *radice* lignosa *caulis* exurgit 2, 3ve pedes altus, lignosus, cinereus & crassitiem calami scriptorii rarò superans, qui undique nisi abscindantur ramulos emittit, quod absciforum, stigmata

stigmata satis demonstrant. Ramuli undique *folis* ornantur exiguis, viridibus, pilisque minutissimis præditis, nunc solitariis, nunc pluribus instar Laricis junctis. Ramuli flosculis ornantur papilionaceis & albicantibus. Flores sequuntur *siliculæ* semen unicum reniforme continentes. Seminibus & ramulis avulsis facile propagatur.

63. Spartium *Africanum* frutescens, Ruscifolio, caulem amplectente *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radix fibrosa & albicans *caulem* emittit pedalem, rotundum & cineraceum, in ramos aliquot divisum, qui juniores rubent, tandem cum caule concolores evadunt. *Folia* ramulos amplectuntur, nullo habito ordine Ruscæmula, in mucronem acutissimum exeuntia. In ramulorum summitatibus *Flores* apparent in perianthio 5fido & acutissimo papilionacei, lutei, quos silicula sequitur, in aculeum acutissimum exiens, semen continens unicum reniforme.

Floret Junio & Julio, Septembri semina perficit. A Planta leguminosa *Æthiopica* foliis Ruscí *Breynii* Cent. 28. diversa est.

64. Genista *Africana*, Ruscí foliis, ramulis tomento obductis D. *Sherard.*

Folia Ruscí æmula, in ramulis creberrima, ut totos obtegant & occultent; in mucrones longos, tenues, acutissimos exeunt: Ramuli & surculi tomento candicante penitus obducti sunt, quod, ut puto, singulare est, & huic plantæ proprium.

65. Genista *Africana*, Ruscí foliis longioribus, floribus luteis, in globum congestis. Genista Sphærica vulgò D. *Sherard.*

Folia in ramulis conferta sunt, quàm Ruscí angustiora, nervosa, in acutum & pungentem mucronem desinentia. Summos ramos occupat caput grande sphæricum, è squamis oblongis mucronatis & floribus intermixtis compositum.

66. Genista *Africana* frutescens, Ruscí nervosis foliis *Oldenlandii Tournef. Institut. rei herbar.* 644.

Eadem est cum Planta leguminosa *Æthiopica* fol. Ruscí *Breyn.* Cent. 169. in *Hist. nostra* descripta.

67. Genistæ affinis Arbor Anonym. flore Coluteæ, Buxi folio *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Lignum huic durum, solidum, album, cortice glabro, glauco tectum. *Folia* surculos vestiunt, alternatim posita, pediculis $\frac{1}{8}$ unc. longis intercedentibus annexa, sesquiunciam circiter longa, media latissima parte $\frac{1}{4}$ unc. lata, unde paulatim coarctantur versus utrumque extremum; per margines æqualia, superficie splendenti, paucis nervis intertexta, colore luteo-viridi. Ex alis foliorum exeunt *Flores*, parvi, luteo-virides, duo trésve in eodem petiolo, singuli è galea & labello bifido compositi, seu potiùs papilionacei. *Semina* succedunt bina simul, in modum præcedentis arboris seminum sita, cordis prout vulgò pingitur formâ, seu superiore parte velut crenata, limbo extante seu alâ parvâ foliaceâ cincta.

Ad plantam *Clusio rar. plant. Histor.* p. 105. sub titulo *Anonymi flore Coluteæ* descriptam in multis accedit: Item ad Kodatsjari *H. M.*

In insula *Jamaica* alicubi observavi, locum non bene memini.

68. Genista alba *Tab.* ico. mo. Cytisus scoparius vulgaris flore magno albo *Tournefort.*

69. Genista trifolia, flore maximo, Genistæ Hispanicæ simili, siliquis alba lanugine obsitis. In Horto *Beverningiano* culta.

70. Genistella fruticosa parva, surculis densis foliis minimis. Flores lutei sunt, inter folia sparsi. A D. *Sherard* habui. Fortè Genista Hyperici fol. C B.

71. Genistæ similis frutex, foliis cœsiis *P. B.* P.

72. Genista *Æthiopica* incana, foliis angustissimis, prælongis, densiùs stipatis, floribus parvis luteis *Pluk. Mantiss.*

73. Genista *Æthiopica*, flore flavo, foliolis inflexis & araneosa lanugine fimbriatis, summo ramulo circa flores glomeratis *Ejusd. ibid.*

74. Genista non spinosa, Rosmarini foliis *Æthiopica ejusd. ibid.*

75. Genistæ tinctoriæ similis planta *Æthiopica*, Linariæ folio, flore luteo *Ejusd. ibid.*

76. Genista tinctoria arborescens *Lusitanica*, flore parvo luteo, folio singulari virente: In *Hort. D. D. Uvedale Enfeldiæ* enutritam conspexit *Pluk.* Hujus virgulæ nostratis vulgaris ad instar, angulosæ sunt, virentes, lentæ, tenuissimæ, quarum aliquæ pedem superant; aliæ breviores sunt.

77. Genista parva, Gallii albi facie, ex oris *Coromandel.* Pluk. *Mantiss.*

78. Gen. *Æthiopica*, non spinosa, foliis Ericæ villosis, ex uno puncto confertis, floribus parvis spicatis, luteis, calicibus longioribus immersis *ejusd. ibid.*

P. 1733. Ad Cap. 20. De Pongam seu Minari add. Synon. seq.

Crista pavonis monospermos tertia, sive Arbor Vespertilionis maxima *Indica*, Juglandis folio majore, floribus spicatis albicantibus odoratis, siliquâ nonnihil falcata, semine renali latissimo *Breyn. Prod.* 2. 39. Phaseolis accedens *Malabarico* alatis foliis glabris monospermos siliqua latiore brevi *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 310.

Ad Cap. 19. De Tsjude-Maram.

Periclymenum *Sinenſe* variegatum, flore ſanguineo amplo *Breyn. Prod.* 2. 82. An Periclymenum *Ceylanicum* herbaceum, foliis variegatis, diverſicoloribus maculis ornatis *P. B. P.* 363.
Anonymos flore Coluteæ *Cluſ.* capſulâ & ſemine convenit cum Polygala, obſervante D. *Sherard.*

Crotalaria arbor *Africana*, Styracis folio molli incano, flore cœruleo *Amman. charact. plant.* Geniſtella arboreſcens Styracis folio major, flore cœruleo *Cap. B. Sp. Breyn. Prod.* 2. Pluk. Phyt. T. 185. F. 2. In Horto *Comptoniano* viget, cujus inſigne ornamentum eſt.

P. 1736. Ad Cap. de Coral arbore, nota

Tuinamtiiba *Marcgr. D. Hermanno* Coral arbor Occidentalis, ſemine miniato, hilo nigro notato dicitur, & à Mouricou *H. M.* atque etiam à Coral arbuſcula *Ferrarii* diverſa ſtatuitur.
Adde,

1. Coral arbor non ſpinoſa, ſeminibus rubris *P. B. P.* Phaſeolis accedens Arbor non ſpinoſa *Coral* dicta, fructu rubro, inſtar Corallii expoliti ſplendente *Pluk. Almag. Bot.*
2. Coral arbor polyphylla non ſpinoſa *P. B. P.* D. *Plukenet* in *Almageſto ſuo* Botanico duplicem ſpeciem polyphyllon non ſpinoſam hujus Arboris proponit; nimirum
3. Phaſeolis accedentem *Coral* arborem polyphyllam, foliis durioribus glabris, non ſpinoſam: &
4. Phaſ. acced. Arborem Indicam *Coral* dictam polyphyllon, non ſpinoſam, foliis mollibus ſubhirſutis *Phytogr.* T. 104. F. 3.

Harum ſuperiùs inter Phaſeolos mentionem fecimus.
Ultimam ſpeciem eſſe conjectatur Dr. *Sloane* Arborem illam quam deſcribit ſub titulo

5. Arbori Coral affinis, non ſpinoſa, Fraxini folio rotundiore, foliis & ramulis pubeſcentibus, *Hiſt. Jamaic.*

D. *Sloane.*
Hujus Arboris virgæ cortice lanuginoſo albicante integuntur; ligno eſt molli, medullâ amplâ. *Folia* ſurculos undique cingunt, 7, 8^ve^ uncias longa, pinnata, pinnis rachi mediæ petiolo $\frac{1}{10}$ unciæ longo intercedente adnexis, rotundis ſeu ovatis, ſingulis in tranſverſum ſeu diametraliter $\frac{1}{10}$ unciæ partem extenſis, utrinque lanuginoſis & albicantibus, impari coſtam terminante. Virgarum ſummitates ad 4 aut 5 dig. ſpatium in florum papilionaceorum ſpicas exeunt ut in aliis congeneribus, quorum ſinguli calice albo ſuſtinentur; *Semina* eorumve conceptacula non obſervavi, ideóque quid de eis dicam non habeo.
In mediterraneis Inſulæ *Jamaicæ* obſervavit Autor.

6. Corall arbor *Americana*, rigidis craſſiſque foliis D. *Herman*, foliis venoſis, ſubtus hirſutis D. *Sherard.*

7. Corall arbor non ſpinoſa, flore longiore & magis clauſo *Slon. Cat. Jamaic.* An Arbor Coral *Americana* maxima *Herman.* Cat. p. 189? Phaſeolis accedens arbor ſpinoſa Coral *Americana* maxima *Pluk. Almag.* p. 293? ſeu Phaſeolis accedens, Arbor non ſpinoſa, Coral dicta, fructu rubro inſtar Coralii expoliti nitente *Ejuſd. ibid?* An Coral Arbor *Americana* ſeminibus rubris *P. B. P.*

D. *Sloane.*
Hujus truncus 9 circiter digitorum diametro erat, cortice è fuſco rubente aut cineraſcente tectus, propemodum glaber, exteriore duntaxat membrana hic illic abſcedente. Ramos & ſurculos crebros habuit ſurſum rectà nitentes, *foliis* multis veſtitos, nullo ordine poſitis, ^3bus^ ſemper in eodem communi triunciali pediculo, [medii petiolo unciali] $2\frac{1}{2}$ plus minus uncias longis, tantundem ad baſin latis, colore pallido ſeu luteo-viridi perfuſis, coſtâ media plures nervos tranſverſos emittente, *Coral* Arboris foliis perſimilibus: Summos ramulos terminabant ſpicæ 6 unc. longæ *Florum* unciæ quadrantibus diſtantium, pediculis $\frac{1}{8}$ unc. longis inſidentium, unoquoque ſeſcunciam longo, tubuloſo, ex unico, pulchrè colorato, coccineo petalo conſtante, plura pallide rubra, uncialia *ſtamina* continente; in quorum medio *ſtylus* erigebatur vireſcens, qui in *ſiliquam* tandem abit, 2, 3^ve^ uncias longam, ventrioſam, h. e. ubi Piſa cubant, tumidam & toroſam, interſtitiis anguſtam.
In ſepe hortum D. *Cunning* circundante, in urbe *S. Jago de la Vega* creſcebat, ubi eam collegit D. *Sloane* deſcriptionis Auctor.

8. Coral arbor polyphylla non ſpinoſa, Fraxini folio, ſiliqua alis foliaceis extantibus, rotæ molendinariæ fluviatilis, vel ſeminum Laſerpitii inſtar aucta *Slon. Cat. Jamaic.* Coral arbor polyphylla non ſpinoſa *P. B. P.* p. 328. Ligni quoddam genus *Ayauw* dictum Laet. p. 637? Radix qua piſces velut ſoporantur *Ejuſd?* p. 374. An Phaſeolis accedens Coral arbor polyphyllos, foliis durioribus, glabris, non ſpinoſa? *Pluk. Almag.* p. 293? D. *Sloane.*
Dogwood-tree.

D. *Sloane.*

Caudicem habet hæc Arbor 25 pedes altum, rectum, cortice obductum propemodum glabro, Fraxineo simili, pluribus maculis majusculis albis infecto, corporis humani crassitie: Lignum album est & nonnihil fœtidum. Rami & surculi crebri, circa Decembrem mensem prorsus nudi, Januario aut Februario *floribus* undique erumpentibus obtecti sunt; foliis aut fructu nondum apparente. Sunt a. illi Papilionacei, coloris sordidè albicantis cum levi purpuræ tinctura. Petala non latè expansa sunt, sed sibi mutuò arctè accumbunt. Unicuique flori succedit *Fructus* seu *siliqua*, 2 uncias longa, 4 tenuibus fuscis membranis, semunciam latis undique extantibus per longitudinem alata, rotæ molendinariæ fluviatilis radiorum, aut membranacearum appendicum Laserpitii seminum ad instar: intus a. in fungosa, fusca & velut articulata materia 5 aut 6 *semina*, pisáve albicantia, quadrangularia, oblonga, molliter cubant. Fructu maturo proveniunt *Folia* alata, Fraxineorum in modum, è pinnis plurimum sex, duas uncias longis, unam latis, costæ mediæ ex adverso annexis, & impari folio alam terminante composita.

In insulæ *Jamaicæ* sylvis campestribus ubique oritur.

Cortex radicis in pulverem tritus, & sacculis inditus in fluvio lotis pisces inebriat; ad tempus sci. brevi enim ad se iterum redeunt. Idem præstat cortex tusus & in stagnum conjectus. Pisces autem hoc modo soporati, esui idonei & non insalubres habentur. *Locus. Vires.*

9. Phaseolis accedens, arbor Piscipula. Coral dicta polyphyllos, non spinosa, orbiculatis ferè foliis amplioribus, sericea hirsutie villosis *Pluk. Mantiss.* A *Barbadensibus* colonis **Dogwood-tree** nuncupatur, atque ob pisces necandi aut venandi vim Ἰχθυόθηρον dici meretur. Præcedenti eadem esse videtur.

10. Coral arbor non spinosa trifolia, Lauri folio. *Crista di Gallo* Lusitanis *Mus. Pet.* 760.

P. 1737. Ad Caput de Brasilia arbore adde Synonyma seq.

Acacia glorioſa, spinis armata, (cujus lignum *Brasilium* dictum) tinctoria *Pluk. Almag. Bot.* Crista Pavonis Coronillæ folio 3ª seu tinctoria maxima *Brasiliana*, flore variegato parvo odoratiss. siliquâ aculeatâ, lignum *Brasilium* dictum ferens *Breyn. Prod.* 2. 37. Erythroxylum *Brasilianum* spinos. foliis Acaciæ *P. B. P.*

Ad Cap. de Ligno *Sapou* add. Synon.

Acacia glorioſa *Zeylanica* tinctoria, amplioribus foliis, spinosa *Pluk. Almag. Bot.* Crista pavonis Coronillæ foliis 2da seu tinctoria *Indica*, flore luteo racemoso minore, siliquâ latissimâ glabrâ, lignum rubrum *Sappan* dictum ferens *Breyn. Prod.* 2. Erythroxylum seu Lignum rubrum *Indicum* spinosiss. Coluteæ, foliis floribus luteis, siliquis maximis *P. B. P.* Cæterùm non est, ut opinabar, hujus arboris lignum quod **Logwood** nostratibus dicitur, sed Lignum *Campechianum* à Provincia Continentis *Americæ Campeche* dicta denominatum, ubi nostrates *Jamaicæ* Insulæ coloni & nautæ magnam harum arborum copiam quotannis cædunt, lignúmque indè *Jamaicam* deportant, unde in *Angliam* infectorum gratia transvehitur. *Sloan. Cat. Jamaic.*

Erythroxylon *Curassavicum*, pisces fustuarios redolens. *Stockvis-hout* vulgò. *P. B. P.* inter Add. Cytiso quodammodo affinis arbor quadrifolia spinosa Americana, &c. *Breyn. pr.* 2.

Ramus quem Hermannus ex dono *Kiggalaerii* habuit spinosus est & Asellos seu pisces fustuarios Belgis *Stockvis* dictos oluit. *Folia* rigida, subrotunda, cordiformia, alterno ordine ramis adnexa. *Flores* lutei, papilionacei. Chamægenistæ similes. *Siliquæ* membranaceæ, planæ, in media planitie juxta longitudinem habentes scissuram quasi cultelli cuspide studio esset incisam. *Semina* compressa, orbiculata.

P. 1739. Ad Cap. de Acacia Malabaricâ globosa *Intsia* dicta, adde

Dubitat D. *Commelinus* an Acacia *Javanica* sulcata, caule & foliorum costis spinosis *Cat. Hort. Beaum.* seu *Durij-Spinge Ricat Javanica*, quam describit *Hort. Med. Amst. rar.* p. 205. huic arbori eadem sit, propterea quòd semina *Intsiæ* mollia sint & amara, Acaciæ autem *Javanicæ* dura & insipida. Reliqua descriptio alterutrius alteri satis aptè convenit.

P. 1743. Ad Cap. de Sena.

Sennæ speciebus ex *Hermanni Cat. Hort. Leyd.* desumptis adde Synonyma seqq.

Ad 1mam. seu Paiomiriobæ primam speciem Pisonis add.

An Paiomirioba utriusque Indiæ Apios Americanæ folia D. *Petiver. Act. Philosoph. Lond.* N. 271. P. 854. Cheru-Cunnai *Malab.* idem.

An Ecapatlis seu parva Sambucus *Hernandez.* p. 112? An Sofera *Alpini, Vesling. Belli* Epist. ad Clus. p. 307. Hoxocoquamoclit *Cam?* h. p. 75. *Hermannus* Sopheram distinctam & ab hac diversam Sennæ speciem facit, titulo Sennæ Orientalis fruticosæ *Sofera* dictæ, cui Ponnam Tageræ *H. M.* Synonymam constituit.

Ad 2am seu Pajomiriobæ 2dam speciem *Maregrav.* & *Pison.* Senna minor herbacea, plerunque hexaphylla, folio obtuso *Sloan. Cat. Jamaic.*

Ad

Ad 3tiam ſeu Loto affinem *Ægyptiam C. B.* i. e. Abſus *Veſling.* Senna exigua *Maderaſpatenſis;* ſeu tetraphylla ſiliquifera glabra, florum pediculis inter foliorum exortus diſpoſitis *Pluk. Phytogr.* T. 60. F. 1. *Semen atro colore ſplendidum parvis includit ſiliquis, Cicerum æmulis.*

Chamæriſta Pavonis major *Commelin. Hort. Amſt. rar.*

Commelin.

Radicibus prædita eſt tenuibus, albicantibus, quæ in plures fibras ſunt divulſæ: è quibus *caulis* exſurgit ima parte ramoſus, teres, bipedalis & brevior, pilis breviſſimis pubeſcens, medulloſus. *Rami* per interſtitia uncialia & breviora frondibus ſeu foliorum alis ornantur, alternatim ſitis, ex 11 aut 12 pinnarum paribus compoſitis, Mimoſæ ſpinoſæ 2dæ *Breyn.* ſubæmulis, pedicellis vix ac nè vix quidem conſpicuis præditis, margine æquali. Ex alis foliorum, ut & eorum intervallis exeunt *flores* ſingulares lutei pedicellis tenuibus ſemuncialibus fulti, quibus adnaſcitur foliolum, formâ à reliquis valde diverſum, mucronatum, anguſtum. Florum petala quina, ſcutellata, quorum ſuperiora inferiora magnitudine excedunt, ſuntque eorum ungues purpureo colore perfuſi. *Staminum* cum ſuis *apicibus* & *ſtyli* deſcriptiones qui deſiderat hîc videat: Floribus emarcidis ſuccedunt ſiliquæ oblongæ, mucronatæ, numero floribus pares, compreſſæ, in quibus *Semina* rotunda, cuſpidata, ſplendentia, ſubnigricantia.

P. 1743. Ad Cap. De Sena ſpeciem 2dam ſeu Senam Italicam. Round-leaved Sena.

Hujus deſcriptionem pleniorem & accuratam è D. *Sloane* hiſtoriâ Plantarum Jamaicenſium hûc tranſcribere non pigebit.

Caulem habuit viridem procumbentem, adeò infirmum ut ſe ſuſtentare non potuerit, 4 plus minus pedes longum, hîc illic ramulos tenues emittentem, frondibus ſeu *foliis* obſitos alatis, 3 unc. longis, è pinnarum ſibi mutuò oppoſitarum 6, 7ve conjugationibus, nullo in extremo impari folio, compoſitis, *Senæ Alexandrinæ* ſimilibus ſed obtuſioribus. *Flores* pediculo communi ſeu Spicæ 3 uncias longæ inſident, ſinguli petiolo privato parvo annexi, 5 amplis, apertis, flavis petalis, reflexione ſua cavitatem efficientibus, *Stamina* aliquot obſcure viridia claudentibus, compoſiti. Succedunt *Siliquæ* ſeu folliculi ſulcati, meniſci figurâ, ſeſcunciam longi, unciam lati, membranacei, utrinque primò virides, dein nigricantes, eminentiis aliquot [8 aut 9] protuberantes, ſub quibus latitant totidem *ſemina* ſeu piſa, valde irregularis triangulæ aut pyramidalis figuræ.

Loco *Half-way-tree* dicto in horto D. *Berry* creſcentem obſervavit D. *Sloane*, ubi annua non eſt quemadmodum in *Italia*.

1. Caſſia minùs fruticoſa, hexaphylla, Senæ foliis *Slon. Cat. Jamaic.* An Caſſia *Americana* fabacea *Syen.* not. in *H. M.* part. 1. p. 38. An Caſſia ſylv. *Americana* ſiliquâ ſubrotundâ craſſa, uncialem longitudinem vix excedente, ex inſula *Barbados* ad nos allata *Pluk. Mantiſſ.*

D. *Sloane.*

Caules plures, ſeu virgæ tenues, teretes, minimi digiti craſſitudine, cortice dilutè fuſco, corticis ramorum coryli juniorum colore tecti, ab eadem radice rectà ſurſum feruntur ad 5 aut 6 pedum altitudinem, ſuntque lignoſi, fragiles, prope ſummitates ſuas ramoſi, ramulis *foliis* multis alatis, Coluteæ ſimilibus, obſitis; pinnæ autem in ſingulis foliis perpetuò ſenæ, binis adverſis, ut 3 conjugationes efficiant, rotundæ, luteo-virides, odore ingrato. Summis ramis innaſcuntur *Flores*, flavi pentapetali, Caſſiæ ſimiles, florum papilionaceorum modo ſiti, magis tamen ſparſi, multa *ſtamina* viridia continentes, medium occupante *ſtylo* incurvo, Caſſiæ fiſtulæ Alexandrinæ *C. B.* æmulo, cujus (ut dixi) floribus per omnia ſimiles ſunt. Flores ſequuntur *ſiliquæ*, ſeſcunciales aut longiores, coloris fuſci dilutioris, unicam ſeminum ſuorum, compreſſorum, in pulpa fuſca, ſubdulci, reliquam ſiliquæ partem implente latitantium, ſeriem continentes.

In frutetis *Jamaicæ* & *Caribearum* inſularum paſſim naſcitur.

Folia Senæ loco uſurpantur & bene purgant. Pulpa ejuſdem ſaporis eſt & earundem virium cum Caſſia vulgari.

2. Senæ ſpuriæ ſeu Chamæ-Caſſiæ Orientalis ſpecies perelegans, Manmerrellemaram *Malabarorum Pluk. Mantiſſ.*

3. Caſſia Pearmeedouvica folio Senæ obtuſo, ſubtus pubeſcente *Petiver Act. Philoſoph. Lond.* N. 276. p. 699. Chengunnee *Malab.*

Flores hujus *Caſſiæ fiſtulæ* Offic. exactè referunt: Folia Senæ nonnihil ſimilia, verùm ſubtus incana ſunt, & in obtuſum deſinunt cum ſpinula in medio. Ad 16 aut 18 pedum altitudinem aſſurgit, trunco crus humanum craſſo. Decoctum foliorum & florum intro aſſumptum & radix commolita cum aqua & ſucco Limonis tantillo ſcabiem & pruriginem ſanat.

4. Senna ſpuria *Maderaſpatana* caule ad foliorum alas geminatis & ſubrotundis appendiculis auriculato *Pluk. Almag. Bot.* T. 314. F. 4.

Criſta pavonis auriculata, non ſpinoſa, ſiliquis membranaceis *Madraſpatan. Muſ. Pet.* 653. Avaree *Malab.*

5. Senna

5. Senna spuria humilis *Americana*, foliis Herbæ mimosæ, siliquis erectis *Pluk. Phytogr.* T. 223. F. 3.
6. Senna spuria *Virginiana*, Mimosæ foliis, floribus parvis nictitantibus *Ejusd. Almag. Bot.* T. 314. F. 5.
7. Senna spuria *Occident.* Mimosæ foliis, siliqua singulari, seminibus spadiceis quadrangulis *Ejusd. Almag. P. B. P.* Chamæcrista Pavonis *Americana*, Mimosæ foliis latioribus major, flore aureo amplo *Breyn. Prod.* 2. Non est hæc Herba mimosa spuria seminibus quadratis *Hist. nost.* cum siliquas tantùm singulares obtineat.
8. Senna spuria foliis angustioribus, flo. luteo amplo *Pluk. Almagest. Bot.* Chamæcrista Pavonis *Indica*, Mimosæ foliis angustioribus, flo. luteo amplo *Breyn. Prod.* 2.
9. Sen. spur. *Orientalis* fœtida, glabra, foliis monetam *Japonicam Kupang* dictam referentibus *P. B. P. Pluk. Almag. Bot.* Chamæcristæ Pavonis affinis *Indica*, Cassiæ folio, siliquis compressis latissimis, propendentibus, floribus ampliſſimis in summo ramorum spicatis *Breyn.* Wellia Tagera *H. M.*

Eadem minor fœtidissima *P. B. P.*

11. Senna spur. Occidentalis, Mimosæ foliis, siliquâ singulari maxima *P. B. P.* Chamæcassia *Americana*, siliquâ maximâ maculatâ *Breyn. Prod.* 2.
12. Senna spuria *Occidentalis* latifolia fœtida glabra *Pluk. Almag. Bot.* Chamæcassia latifolia *Americana*, spinosa, fœtida, glabra *Breyn. Prod.* 2. *Malè inscribitur spinosa.* Rhamnus Myrtifolius ex insula S. *Christophori Cornut.* Cassia Sylvestris insularum *des Antilles H. R. P.* Hujus ramuli auriculis acutis spinarum instar hinc indè ad exortum racheos cauli adnascentibus sunt ornati.
13. Senna spuria latifolia fœtida hirsuta *Pluk. Almag. Bot.* Chamæcassia latifolia *Americana* fœtida hirsuta *Breyn. Prod.* 2.
14. Senna spuria *Maderaspatana*, foliis è numerosis pinnularum conjugationibus, Viciæ in modum, compositis, & ferrugineâ lanugine villosis *Pluk. Almag. Bot.*
15. Senna spuria tetraphylla, siliquâ latâ compressâ *Sloan. Cat. Jamaic.*

Secus viam quæ ab urbe S. *Jago* versùs *Guanaboa* ducit, locis *Red-hills* dictis copiosè provenientem observavit D. *Sloane.*

Frutex isthic, an Arbor potiùs dicenda, ad 5 plurimum aut 6 pedum altitudinem assurgit, quamvis interdum 15 pedes altum viderim, cortice fusco, splendente, glabro tectum, caudice brachio humano non crassiore, secundum quem ad uncialia intervalla collocantur *folia*, duobus semper pinnarum paribus constantia, pediculis ¾ unciæ longis innixarum, sibi mutuo oppositarum; primi paris pinnæ parvæ sunt, si cum secundi pinnis conferantur, quæ circa dimidiam unciam à pinnis in eadem costa distant, sùntque unciam & amplius longæ, dimidiam latæ, glabræ, supernè obscurè virides, costâ mediâ & nervis aliquot lateralibus exindè egressis firmatæ. Ex alis foliorum & summis ramulis exeunt *Florum* spicæ, 2 uncias longæ, quorum unusquisque parvo, quadrantali petiolo insidet, 5 capsularibus foliis viridibus, & 5 amplis petalis flavis compositis, cum stylo intus incurvo seu sulcato. Petalis decidentibus stylus in *siliquam* extumescit, nigram, splendentem, unciam circiter longam, ¼tam unc. latam, ad utrumlibet costæ mediæ subluteæ latus, in pulpa nigra subdulci, duos seminum subrotundorum, nigrorum splendentium ordines continentem.

16. Senna spuria *Sirinamensis*, triphylla & tetraphylla, flore amplo luteo D. *Sherard.*
17. Sennæ spuriæ aut Aspalatho affinis Arbor siliquosa, foliis bifidis, flore pentapetalo vario *Sloan. Cat. Jamaic.* p. 150.

Arbor est foliorum respectu singularis, quæ bina in uno pediculo.

18. Senna spuria arborea spinosa, foliis alatis ramosis seu decompositis, flore luteo, siliquis brevibus sulcatis nigris, Sabinæ odore *Indian Savine-tree.*

D. *Sloane.*

Ad 15 pedum altitudinem assurgit, *caudice* nonnihil incurvo, femoris crassitudine, *cortice* incano albicante glabro obducto: in ramos plures divisos, curvos, aculeatos, *foliis* ad intervalla inæqualia cinctos alatis & decompositis: costa media 4 aut 5 digitos longa est, totidemque obtinet paria frondium seu foliorum pinnatorum, pinnis semunciam inter se distantibus, unaquaque intensè viridi, glabrâ, & propemodum rotundâ, semunciali diametro, ad unum extremum defectum patiente, seu angulo impresso velut crenata, altero paullùm acuminata, unáque splendente. Ramorum summitates in plures *florum* spicas dividuntur, 3 uncias longas, quorum unusquisque hexapetalos est, coloris flavi saturatioris, quibus delapsis restant *siliquæ* unciam longæ, obtusæ, coloris nigri, glabræ, planæ, sulcis aliquot exaratæ, *semina* continentes.

Tota planta omnésque ejus partes contusæ odore balsamico vehementi nares olfacientis feriunt.

Circa locum *Passage-Fort* dictum, & secus viam quâ indè versùs urbem S. *Jago de la Vega* itur, copiosè provenit.

21. Sena Spuria angustifolia *Indiarum Pluk. Phyt. Bot.* An Chamæcassia angustifolia *Indica Breyn. Prod.* 2? Tlalhoaxin Novæ Hispaniæ *Terent.* apud Recchum 425.

22. Senna

22. Sena *Orientalis* hexaphylla, siliquis longis incurvis, *Tora* Indorum vulgò. *Pluk.* ibid. Sena Orientalis hexaphylla, *Tala* Zeylanensibus *Hermanni*, cujus mentio fit in hoc capite. Tabeara *Malab.*
23. Sena spuria *Orientalis*, tenuissimis siliquis tetraphylla, *i. e.* Tagera *H. M. Hist. nost.* p. 1743. Chamæcassiæ affinis tetraphylla, siliquis tenuissimis, semine tereti, apicibus obtusis, quasi abscissis, longitudine secundum latitudinem siliquæ posita *Breyn. Prod.* 2.
24. Sena spuria *Virginiana*, siliquis hirsutis, rotundifolia D. *Banister Pluk. Almag. Bot.*

P. 1741. Ad Cap. 3tii Speciem 2dam adde Synon. seq.

1. Crista pavonis monospermos prima, sive Arbor vespertilionis Juglandis folio minore spinosissima, flore viridi-luteo ad foliorum alas, semine & siliqua villosa *Breyn. Prod.* 2. 39.
2. Crista pavonis monospermos secunda, sive Arbor vespertilionis *Indica*, Lentisci folio spinosissima, flore racemoso luteo parvo odorato, siliqua & semine glabro *Breyn. Prod.* 2. 39.

Ad vires nucis Bonduch adde:
In morbis omnibus à flatibus oriundis, ructibus flatulentis, torminibus intestinorum, Hernia ventosa, remedium est singulare & specificum Nucis tinctura, Spiritus, aut Extractum: Ut pluribus experimentis comprobatum est, à medico quodam nostrate non incelebri.

P. 1741. Ad Cap. de *Paianelli* adde Synon. seqq.

Clematis arborea *Malabarica* maxima fœtida, Juglandis folio, pinnis longioribus, flore albicante, amplo fœtido, siliquis compressis, latissimis *Breyn. Prod.* 2. 34. *Bignonia* arbor *Indica* foliis oblongis *Tournefort. Elem. Bot.*

Ad Cap. de *Palega Paianelli* add. Synon. seqq.

Clematis arbor. *Malab.* Max. Jugl. fol. pinnis rotundioribus flore albicante, ampliſſimo fœtido, siliquâ compressâ latissimâ *Breyn. Prod.* 2. 34. *Bignonia* arbor *Indica* foliis cordatis *Tournef. Elem. Bot.*

P. 1746. Ad Cap. de Cassia.

1. Cassia *Americana* spuria, fistilis dicta *P. B. P.*
2. Cassia fistula *Javanica*, flore carneo *Commel. Hort. Amstel. rar.*
Florum colore & foliorum longitudine excepta, simillima est Cassiæ fistulæ *Brasilianæ.*

P. 1749. Ad Cap. de Tamarindo.

Tamarindus *Bisnagarica*, siliqua productiore dispermos, seminibus velut isthmo interceptis *Pluk. Phyt.* T. 64. F. 4.

P. 1749. Ad Cap. de Pala add. Synonym. seqq.

Nerium lacteſcens *Malabaricum* maximum pentaphyllum, polyanthemum, flore minimo racemoso odorato, viridi-albicante, siliquis propendentibus longissimis *Breyn. Prod.* 2. 77.

P. 1750. Ad Cap. de Padri add. Synon. seqq.

Clematis arborea *Indica*, Juglandis folio, flore luteo spicato minimo, siliquis longis angustis quadratis atque retortis, seminibus substantiâ lignosâ obductis *Breyn. Prod.* 2.

P. 1752. Ad Cap. de Mandsjadi ad. Synon. seqq.

Crista pavonis Glycyrrhizæ folio maxima *Indica*, flore subluteo minimo spicato, siliquis angustis longissimis, ubi semina occultantur, protuberantibus, semine orbiculato compresso sanguineo *Breyn. Prod.* 2. 38. Phaseolus alatus arboreus, fructu orbiculato compresso coccineo. *Herman. Cat.*

P. 1752. Ad Cap. de Mandaru.

In *Act. Philos. Lond.* N. 271. P. 852, 856. Species aliquot *Mandaru* invenio inter plantas *D. Sam. Brown* ex Indiis missas, nimirum Aateener chedee *Malab.* quam D. *Petiver* Mandaru Chamberambacam, foliis rigidis venosis, subtus pallescentibus vocat; & dubitat annon sit Chovanna Mandaru 1 *H. M.* Hujus truncus (inquit D. *Brown*) 6 pedes altus est, ramis multis Orgyiam longis obsitus, qui horizonti parallelos excurrunt, neque ascendentes, neque descendentes.
Usus. Nullius in medicina usus est, verùm ex ejus corticibus Indigenæ funes efficiunt.
2. Cheeru-Mandaree *Malab.* item Caut-Mandaree *Eisdem Act. Philos. Lond.* N. 244. p. 333. Hanc D. *Petiver* Mandaru Unaneercoondica, floribus majoribus venosis, Cristæ Pavonis siliquâ vocat.
A præcedente differt foliis tenuioribus & minus venosis, siliquis multò minoribus, rectis. & mollibus, semunciam latis, 3 paulò plus uncias longis.

P. 1753

P. 1753. Ad Cap. de Cadaga-Pala. Synon.

Nerium lacteſcens *Malabaricum*, Chamæceraſi Alpinæ, ſive Mali Aurantiæ, foliis rugoſis, flore albo odorato, ſiliquis propendentibus longis *Breyn. Prod.* 2. 76.

P. 1761. Ad Cap. de Caaroba Piſonis add.

1. Ceratia *Braſiliana*, pinnatis Fraxini foliis, Ornus *Hiſpanica* i. e. Spaniſh Aſh *Barbadenſibus* dicta *Pluk. Mantiſſ.* Arbor *Americana*, pinnatis Fraxini foliis &c. *Ejuſd. Phyt.* T. 140. F. 3. & *Almageſt.*
2. Ceratia agreſtis *Virginiana*, folio rotundo, minori *Pluk. Almageſt.* Fortè, Siliqua ſylveſtris, rotundifolia *Canadenſis H. R. P. Schol. Botan.*
3. Ceratiæ quodammodo affinis *Bengalenſis*, foliis bigemellis ſubrotundis, ſiliquis admodum intortis, & in orbes circumflexis ex minio nigricantibus, fructu rubro, maculâ nigrâ inſignito *Pluk. Phyt.* T. 82. F. 4. An Avaratemo *Braſilienſibus Piſonis?* In Horto *Comptoniano* enutritam vidit D. *Plukenet.*
4. Ceratiæ quodammodo affinis, majoribus & longioribus foliis ex *India Orientali*, fabis atro-nitentibus, An Katou-Conna *H. M?* P. 6. T. 12. *Pluk. Almag.*

P. 1763. Ad Cap. de Syringa.

1. Syringa Laurifolia *Jamaicenſis*, floribus ex flavo pallentibus *Pluk. Phyt.* Tab. 64. F. 3. Huc fortè pertinet *Totoncapatli Mexicenſibus*, Syringa lutea *Hernandez* apud *Recchum* 115. fortè & Jaſminum *Virginianum*, flore albo Laurifolium D. *Baniſter.*
2. Syringa lutea inodora *Munting. Herbar. Belgic.* An Totoncapatli ſeu Syringa lutea *Hern.* Cap. 19. fol. 115?
3. Syringa ſcandens *Madraſpatana*, Fraxini foliis denſioribus claviculis donata *Pluk. Phyt.* T. 288. F. 1. Caut-mullee *Malab. Petiv. Act. Philoſ.* N. 264. P. 586. Hæc planta D. *Plukenet* liberalitati claviculas ſuas debet, adnotante D. *Petiver*: rectiùs etiam epitheton *ſcandens* omiſiſſet, cùm erecta, ad 3um 4ve pedum altitudinem aſſurgens, in multos ramos diviſa ſit, flore valde fraganti, fructu parvo.

P. 1764. Ad Cap. de Avaratemo add. Synon.

Acacia arborea major ſpinoſa, pinnis quatuor majoribus, ſubrotundis, ſiliquis variè intortis *Slon. Cat. Jamaic.* Unguis cati, arbor *Americana*, ſiliquoſa ſpinoſa *P. B. P.* Acaciæ ſimilis ſpinoſa, Ceratoniæ foliis geminatis, floribus albis lanuginoſis, ſiliquâ compreſſâ corniculatâ, ſeminibus nigerrimis ſplendentibus *Hort. Beaum.* Acaciæ quodammodo accedens, Myrobalano Chebulo *Veſlingii* ſimilis, Arbor *Americana* ſpinoſa, foliis Ceratoniæ in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi, compreſſa, corniculata, ſeu cochlearum vel Arietinorum cornuum in modum incurvata, ſeu *Unguis cati Breyn. Prod.* 2. Acaciæ quodammodo accedens, ſeu Ceratiæ & Acaciæ media *Jamaicenſis*, ſpinoſis bigeminatis foliis, floſculis ſtamineis atro-nitente fructu, ſiliquis parùm intortis.

Ad Cap. de Niir-Pongelion, add. Synon.

Clematis arborea *Indica*, Juglandis folio, longiſſimis floribus, ſiliquis teretibus longiſſimis contortis, ſemine ſubſtantiâ fungoſâ ligneâ incluſo *Breyn.* Prod. 2. 34.

P. 1765. Ad Cap. de Iſora-murri add. Synon.

Helicteres Arbor *Indiæ Orient.* ſiliquâ varicoſâ, & funiculi in modum contortuplicatâ *Pluk. Phytogr.* T. 245. F. 2.

Hujus arboris ſiliqua à *Cluſio* depingitur in notis ad *Garciam*, Cap. de Betre ſeu Betele.

Draco arbor Indica ſiliquoſa Populi folio. Angſana vel Angſava *Javanica Commel. Hort. Amſt. rar.*

Commel.

In arbuſcula trienni è ſemine nata *Folia* incondita erant, pediculis longis tenuibuſque ſulta, formâ Populi ſimilia, in totum verò minora, duas uncias longa, vix ſeſcunciam lata, mucronata, tactu mollia, glabra, nitentia, hilariore virore ad flavedinem inclinata perfuſa, ſapore fatuo. Fructum ritè perſcrutatum cum eo haud male convenire reperi quem *Monardes* deſcripſit *Hiſt. Simpl. Medicam. ex Novo Orbe* delatorum. Et quamvis multi (quibus nunquam data fuit occaſio hos cernere fructus) pro fabula habeant, quod *Monardes* de figura Dracunculi huic fructui à natura inſculpta tradit, ego tamen veram eſſe hiſtoriam judicavi: ablata enim tunica exteriore, diſperſæ per fructum cernuntur plures venæ, è quarum diſtributione & concurſu Dracunculi figuram ſibi imaginantur homines, ſicut facere aſſolent ex ignis flamma, &c. Hi fructus, pediculis longioribus innixi, colore ſunt cinereo, rotundi, plani, utrinque tamen in medio ſui tumidi, & duri, margine membranacei, coſtulis eminentibus præditi. *Semina* in unoquoque fructu bina ternáve oblonga, incurva, rubicunda, dura, glabra, ſplendentia, renis aut phaſeoli gracilioris figuram nonnihil imitantia. Humor

quem

quem fundit arbor hæc ſcarificata in lachrymam rubram condenſatur, eadémque eſt quæ tenuibus involucris junceis involuta, Sanguis Draconis in lachrymis audit in Pharmacopoliis. *Floribus* gaudet luteis odoratis.

Virtutibus adſtringentibus pollet, & in affectibus aphthoſis præ cæteris remediis conducit.

P. 1786. Ad Cap. de Waga Add.

Waga *Madraſſpatana*, Mimoſæ foliis pinnatis, ſiliquis maximis compreſſis *Muſ. Pet.* 698. Chata-maraum *Malab. Act. Philoſoph. Lond.* N. 271. p. 858. Truncus diametro & pedali, 16 aut 17 pedes altus.

P. 1767. Ad Cap. de Nerio.

1. Nerium arboreum, folio latiore obtuſo, flore luteo minore *Slon. Cat Jamaic.*

D. *Sloane.*

Arboris hujus truncus cruris humani craſſitudine eſt, cortice albicante, propemodum glabro ſuccinctus, ad 15 circiter pedum altitudinem aſſurgens, ramos longos incurvos cortice pariter albicante obductos emittens; quorum extrema occupant Folia pediculis uncialibus inſidentia, 4 uncias longa, mediâque latiſſima parte 2½ lata, obſcurè admodum viridia, glabra, ſplendentia, coſtâ mediâ & pluribus tranſverſis nervis intertexta. Ad alas foliorum exeunt *Flores* in petiolis ramoſis, ¼ unciæ longis, flavi, pentapetali, & velut intorti, tubulo, ſemunciali, perquam odorati, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* geminæ, longæ, cornuum inſtar bifurcæ, ut in reliquis Oleandris.

Prope ripas fluvii *Rio Cobre* dicti, circa urbem S. *Jago de la Vega* frequenter invenitur.

2. Nerio affinis arbor ſiliquoſa, folio palmato ſeu digitato, flore albo *Slan. Cat. Jamaic.* Leucoxylum, arbor ſiliquoſa, quinis foliis, floribus Nerii, alato ſemine *Americana*, Pſeudapocyni genus quinquefolium *Pluk. Phytogr.* T. 200. F. 4. An Nerii facie arbor *Ad. Lob?* White-wood.

D. *Sloane.*

E maximis eſt hujus Inſulæ arboribus, *caudice* craſſo admodum, recto, *cortice* glabro, albicante obducto, ligno intus præduro, albo. *Folia* digitata pediculis 3, 4^ve^ uncias longis inſident, Digitatæ foliorum portiones è pediculi cujuſque apice, velut è centro communi, exeunt, quarum unaquæque glabra eſt, obſcurè admodum viridis, æqualis ferè ubique latitudinis. Folia quotannis decidunt, arbore per aliquot ſeptimanas nuda, quo tempore proveniunt *Flores* non ſeorſim ſinguli, verùm plures unà, pediculis uncialibus innixi, perampli, albi, monopetali, difformes, Stramonii æmuli, caduci & citò poſtquam aperiuntur defluentes. Succedit unicuique *Siliqua* 5 aut 6 uncias longa, quadrata, lineis aliquot in ſuperficie eminentibus, coloris fuſci, , in qua *ſemina* cubant multa, Nerii nonnihil ſimilia, cui Arborem hanc valde affinem exiſtimo.

In agris humidioribus ad fluviorum ripas & littus maritimum *Jamaicæ* & *Caribearum* inſularum copioſè naſcitur.

3. Nerium arboreum altiſſimum, folio anguſto, flore albo *Slon. Cat. Jamaic. Americana* lacteſcens, longiſſimo folio, flore albo odoratiſſimo *Hort. Beaum. Americanum* maximum, folio nonnihil mucronato *P. B. P. The* wild Jaſmine-tree.

In ſylvis inſulæ *Jamaicæ* loco *Liguanee* dicto, copioſè creſcentem obſervavit D. *Sloane.*

4. Nerium arboreum, folio maximo obtuſiore; flore incarnato *Slon. Cat. Jamaic.* Quauhtepatlis ſeu Arbor ignea *Hernandez* p. 67. Nerio affinis *Barbadenſis* arbor latifolia, flore purpureo, Jaſmini odore *Pluk. Phyt.* Tab. 207. F. 2. Clematis arborea *Americana* Lauri nis ampliſſimis foliis, flore Laccæ colore, odoratiſſimo *Jamaicenſibus* & *Barbadenſibus* noſtratibus *The* Jeſſemy-tree nuncupata *Ejuſd. Almag. Bot.* Jaſmine-tree.

D. *Sloane.*

Lacte ſcatet albo, cathartico, in Colica & Lue Venerea utili, quod tutiùs operatur extrinſecùs umbilico inunctum. Corrigi & præparari poteſt eodem modo quo Eſula, Scammonium, &c.

In hortis Inſulæ *Jamaicæ* ubique provenit.

1768. Ad Nerii ſpeciem 3^tiam^ adde.

Nerium *Indicum* anguſtifolium, flore incarnato odorato ſimplici *P. B. P.* 356. Belutta Areli *H. M.* P. 9. 3.

Ad Speciem 4^tam^ adde Synon. ſeqq.

Nerium *Indicum* flore rubeſcente pleno *Breyn.* Prod. 2. 76. *Indicum* latifolium flore rubro, & aliquando variegato, odorato pleno *P. B. P.* 356. Tsjouanna-Areli *H. M.* P. 9. 3.
Nerium lacteſcens *Malabaricum* maximum, &c. *Breyn.* v. codaga Pala *H. M.* P. 1. 85.
Nerium lacteſcens *Malabaricum* maximum, &c. *Breyn.* vide Pala *H. M.* P. 1. 81.

5. Nerii

5. Nerii fortè species, floribus amplis luteis, folio Guajavas D. *Sherard.* E *Sirinama* accepta. Folia in oblongum & acutum apicem desinunt.
6. Nerio affinis Arbor versicolori materie, Lauri folio lucido, flore pentapetaloide sulphureo amplo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Arbores quibus versicolor est materies *Laet.* p. 328? An Xylocistе Arbor *Americana Pluk? Phytogr.* T. 239. F. 2. Spanish Elm *or* Princes wood.

D *Sloane.*

In ampliſſimam, proceram & ſpecioſam arborem adoleſcit. Aſſeres & tabulas latas ſuppeditans, ad menſas & ſcrinia conficienda, Lignum Ulmi mollitie & pectine eſt, unde nomen Spaniſh Elm. Lineis multis undantibus pallidè fuſcis ſeu caneſcentibus, pulchram ſpeciem exhibentibus, varium, unde nomen Prince-wood, Arculariis noſtris valde expetitum. Lineæ illæ aliquid heterogeneum eſſe videntur, circulos ligni annuos intercedens. Cortex cinereus eſt, glaber, abſque ulla omnino aſperitate. Ramulorum extrema *foliis* denſè obſita ſunt, $\frac{1}{3}$ unciæ longis pediculis inſidentibus, ipſis 2 uncias longis, mediâque latiſſima parte unam latis, latitudine paulatim decreſcente verſùs utrumque extremum, glabris, non ſerratis, hilarè viridibus. *Flores* plures ſimul conſiſtunt, ampli, ab anguſto principio paulatim dilatati, floris campaniformis ferè in modum, marginibus in 5 ſegmenta diviſis, coloris ſulphurei, vel flavi florum *Mirabilis Peruviani.* Fructum non vidi.

In tractubus *Septentrionalibus* Inſulæ *Jamaicæ* frequens eſt. Creſcit etiam copioſè prope domum D. *Batchelour*, in collibus *Red-hills* dictis.

Cum junior pro circulis doliariis in uſu eſt apud vietores.

Cæditur & in *Europam* tranſmittitur magnâ copiâ in uſum Arculariorum.

7. Oleandri folio lucido frutex è *Cap. Bæ Sp. Muſ. Pet.* 277. Hujus Specimen à D. *Sherardo* obtinuimus, verùm flore & fructu viduum.

P. 1772.

1. Mangle Lauroceraſi foliis, flore albo tetrapetalo *Sloan. Cat. Jamaic.* An Cereiba Braſilienſibus *Marcgrav.* p. 127. An Karij Kandel ſeu Kanil Kandel *Hort. Malab.* Part. 6. p. 59? Kandela arbor floribus in eodem pediculo ternis, fructu anguſtiore *nobis.*

D. *Sloane.*

Cum *Mangle Pyri foliis* &c. in pleriſque convenit, non ultra 15 aut 16 pedum altitudinem attingens, trunco non uſque adeò craſſo, cortice glabro, è viridi albicante veſtito, ramulis arborem propagantibus ex eiſdem cum * præcedentis ramulis trunci locis exeuntibus. Rami in ſumma arbore verſùs extremitates ſuas hîc illic articulati ſunt, ubi folia ſibi invicem oppoſita exeunt, in pediculis prætenuibus, $2\frac{1}{2}$ unc. longa, mediâque latiſſima parte unam lata, glabra, mollia, coſta inſigni media percurrente, colore obſcurè viridi. *Flores* multi in ſummis ramis. * *Mangle Pyri foliis.*

2. Mangle julifera, foliis ellipticis, ex adverſo naſcentibus *Sloan. Cat. Jamaic.* An Cereibuna *Piſonis?* Kada Kandel *H. M. Part.* 6. p. 67?

D. *Sloane.*

Arbor hæc prægrandis eſt, ad 30 aut 40 pedum altitudinem evadens, *caudice* craſſo, unáque cum ramis *cortice* fuſco glabro, veſtito; *foliiſque* ornato bino ordine ſibi mutuò oppoſitis, ad duûm triúmve unciarum intervalla, pediculis $\frac{1}{3}$ unciæ longis inſidentibus, ipſis $2\frac{1}{2}$ uncias in longum extenſis, in tranſverſum duas, media latiſſima parte, figurâ ovali, glabris, integris, coſta inſigniore media percurrente, & nervulos paucos ad latera obiter emittente. Ex alis foliorum prope faſtigium emergunt ligulæ aliquot, unciam longæ, in quibus verſùs extrema ſeu ſummitates apices plurimi albicantes ſeu granula herbaceæ exiſtunt, in rotundum diſpoſita, quos Julos aut flores nondum explicitos fuiſſe exiſtimo.

Loco *Old harbour* dicto, ad litus maritimum inter cæteras hujus generis arbores vigentem obſervavi.

Ad Cap. De Mangle Pyri foliis &c. adde.

Hæc eſt Arbor *Oſtreifera* dicta, quia Oſtreæ ramis ejus in mare demiſſis adhærent, eademque eſt cum *Pee-Kandel.* H. M.

3. Mangle foliis oblongis integris, utrinque molli lanugine holoſericea obductis *Sloan. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Viginti circiter pedes alta erat hæc Arbor, ramis quaquaverſum extenſis patula, ligno albo, medullâ paucâ. Ramulos ſeu virgas multas emittit, cortice glabro, albicante obductos, quorum extrema *foliis* pluribus cinguntur, perbrevibus aut nullis pediculis donatis, denſè ſtipatis, unciam circiter longis, dimidiam latis, utroque extremo anguſtis, nervis aliquot conſpicuis roboratis; alba nitente lanugine pubeſcentibus, ut holoſericea videatur.

2. Mangle julifera, foliis ſubrotundis, verſùs ſummitates latiſſimis, conſertim naſcentibus, cortice ad coria denſanda utili. *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Triginta pedum altitudinem aſſequitur hæc arbor, trunci diametro circiter pedali, cortice glauco hirſuto. Virgæ extremæ *foliis* denſè obſitæ ſunt, pediculis ſemuncialibus inſidentibus, ipſis 2 uncias longis, unam latis latiſſima prope ſummitatem parte, in rotundum apicem deſinentibus, glabris, luteo-viridibus. E mediis foliis exit *julus*, ſeu ligula, 2 uncias longa, in ſuperiore ſua medietate plurima rotunda, albicantia holoſericea capitula ſeu granula herbacea ſuſtinens, acicularum capitulorum magnitudine, quibus ſuccedunt *ſemina* multa, gigartis ſeu uvarum vinaceis ſimilia, ſed majora, ligulæ lateribus utrinque adhærentia, pyramidalia & anguloſa.

Ad ripas fluvii *Freſh River* dicti, loco *Caymanes* dicto creſcentem obſervavit D. *Sloane.*

Cortex ad coria pro ſoleis calceamentorum interioribus denſanda uſurpatur.

5. Mangle *Zeylanica*, folio lucido venoſo in acumen producto *Kirindiwæl* Zeylanenſibus D. *Herman.*

Perim-Kaku-Valli H. M. P. 8. T. 32, 33, 34. Faba arborea *Indica*, ſiliquis 6, 7^ve^ pedes longis, palmam latis, Fabis intus plurimis ad 30 uſque, oblongis, planis, cordiformibus. Phaſeoli novi orbis ſeu Fabæ purgatricis latiſſimæ variatio longior *J. B.* t. 2. l. 17. p. 76.

Herba eſt naſcens poſt *Mangatti* & alibi, ſemper virens, & fructus vel maturos vel immaturos habens, ob uſum Fabarum quæ alvum & vomitum promovent, inter merces numeratur. *Stipes* immani fit craſſitie, 5 hominum amplexus implens. *Rami* tranſverſi longè latéque ſuper arborum vicinarum faſtigia repunt, primò virides, dein nigricantes. *Folia* in ſurculis communibus viridibus, qui ad exortum ventre extuberant, ac interiùs ſulco ſunt ſtriati, geminata, & in duabus proveniunt ſeriebus, oblongo-rotunda, uno latere, quod à petiolo medio averſum, latiori & rotundiori, texturâ parùm tenuia & rigidiuſcula, viroris in recta parte ſaturi, in averſa diluti, ſaporis ſylveſtris; *coſta* media viridi-albicans, utrinque eminens. *Flores* conferti proveniunt, omni ex parte ſurculo circumpoſiti, ac ſibi mutuo valdè vicini, præcipuè cùm in gemmis ſunt, quæ ſe in 5 aperiunt folia, ſtelliformiter cuſpidata, viridia. *Stamina* ex illis emicant 10, oblonga, *apicibus* viridibus inſtructa, quæ deinde pallidè flaveſcunt, & poſtea croceo ſuffunduntur colore. *Stylus* inter illa brevis ac rubens ſe offert: ſuntque flores odoris grati, melini, qui ad faſtigium ſurculorum conſiti diutiùs in gemmis clauſi manent, inferiores priùs aperiuntur. *Flores* hi utut parvi, & à communi Florum fabaceorum forma recedentes, dant ſiliquas illas prægrandes; aſt cùm maxima parte decidunt, ac nullum in illis ſiliquarum appareat rudimentum, diu dubitatum an falſi ſint nécne. Sunt a. hæ *ſiliquæ* quæ in ramis pediculis craſſis, lignoſis dependent, immanis magnitudinis, longitudinem 5, 6, 7^ve^ pedum, latitudinem palmæ adæquantes, rectæ, vel tortuoſe, annulariter, aliíſve modis inflexæ, complanata habentes latera, & in utroque latere craſſa coſta præcinctæ, foràs cochleata cavitate extuberantes, ſtriatæ, odorem florum *Kaida* ſpirantes, quarum cortex viridis ſi vulneretur, reſinoſum lucidum ac candidum gummi exſudat: cùm ſicca ſunt cortex durus, lignoſus, corneus ac cinereo-nigricans eſt, exteriùs tranſverſis ſtriatæ ſulculis, in utriuſque limbi parte inſtar atramenti nigerrimæ, glabræ ac nitentes. Longo tempore ramis adhærent, atque in illis viſuntur, cùm ſurculos de novo floriferos ejiciunt. *Fabæ* in una ſiliqua 30 plus minus, ſingulæ in ſuis loculis continentur, per interſepimenta tranſverſa ſejunctæ, convexo limbo, ſiliqua ad angulum loculi ſui inferiorem filamentis longis adhærentes; *nucleum* habent album cujus pulpa dura, denſa, pinguis, oleoſa: teneriores Fabæ corticem habent candidum, & nitentem, ac valdè craſſum, venis minutis cancellatim condenſè pertextum, cujus ſapor aſtringens pulpam intus candidam, aqueam in duos lobos diviſam, ſaporis aquei, ſylveſtris, ſubamari, inter lobos oculo præditæ; ſiccæ multò ſunt contractiores, & ſuturis mediis laxatis aut ruptis ſe ſolvunt, inter nuclei lobos larga cavitate turgentes.

P. 1791. pl. 30. Add. Arbor uvifera Tabacenſis *Breyn. Prod.* 2. Occidentalis folio rotundo, Obe vulgo *P. B. P.*

Obe arbor eſt ex *Curaſſavia*, uvas ferens, vulgò *Druyven-boom. Folia* habet ampla, rigida, lucida, rotunda, in levem mucronem abeuntia, ramorum geniculis preſſiùs adſtantia. *Flores* in racemo ſeu uva diſpoſiti, parvi, villoſi. *Fructus* Ceraſi ſeu uvæ viniferæ magnitudine, oblongi, ſaporis acido-dulcis, includentes *oſſiculum*, quo nucleus continetur extus ſubrubens, intus candidiſſimus, ſexangularis, aſtringentis aluminoſi ſaporis. *D. Sherard.*

Aſpalathus arboreus ſeu Pſeudo-ebenus Buxi folio, flore luteo patulo, ſiliquâ latâ brevi chartaceâ, ſemen exiguum reniforme complectente *Slon. Cat. Jamaic.* An Lignum Ebeni ſylveſtre *J. B.* tom. 1. lib. 3. p. 394? An Guiro-pariba *Maregr.*? Ebenus Jamaicenſis arbuſcula, Buxi foliis ſpinoſa flore luteo, papilionaceo, ſiliquifera *Pluk.* T. 89. F. 1. Ebony.

D. *Sloane.*

D. *Sloane.*

Arbor isthæc plurimis longis fuscis *radicibus*, sub terræ superficie repentibus donatur. *Caudex* femur humanum crassus, plerunque incurvus, ad 40 pedum altitudinem assurgit, cortice tectus è fusco nigricante, pluribus sulcis secundùm longitudinem exarato, superiore plagula ab inferioribus non raro abscedente, contortâ & cannabis impexæ simili, adeóque lentâ ut ad quodvis vinciendum apta sit. Interior pars ligni valde dura est, colore fusco nigricante, fragilis, sed tamen ad durandum firma, exterior alba, mollis, & putredini obnoxia, ut in omnibus ferè arboribus. Versus summitatem in ramos se diffundit, plurimis minutissimis spinulis obsitos, canescentes, tempestatibus siccis foliis prorsus nudos. Post pluvias primò egrediuntur *flores* in ramulis creberrimi flavi, papilionacei, patuli, parvi, cum stylo in medio incurvo viridi, suaveolentes : post quos brevi proveniunt *folia* parva, apice subrotundo, (ubi latissima) semunciam longa, ¼ unc. lata, pediculis destituta, colore obscurè viridi, glabra, splendentia, & Lycii foliis similia. Succedunt *siliquæ* latæ, tenues & velut chartaceæ, breves, fuscæ, pisum continentes fuscum, reniforme.

In sylvis campestribus insulæ Jamaicæ ubique crescit.

Lignum ob colorem brunneum [Bæticum aut fuscum] rarum, quodque polituræ capax sit, in Europa plurimùm expetitur, & inter alia mercimonia ab insulis huc adfertur, sub Ebeni appellatione, quamvis ab Ebeno vero ex Indiis Orientalibus & Insula *Madagascar* allato plurimum differat.

P. 1808. Ad vires Agallochi add.

Hujus vires in sananda podagra & rheumatismis mirabiles sunt ; à medicis nostris celebrioribus plurimis experimentis comprobatæ.

Ebenus Arbor *Indiæ Orientalis*, foliis Fagi amplioribus, Anonæ dulcis fructu magno, coronato eduli, *Tumbamaram* & *Carpamaram* Malabarorum *Pluk. Mantiss.*

P. 1814. 1. Scheru-Katu-Valli-Caniram. vel Tsjeru-Katu-Valli-Kansjeram H. M. P. 7. T. 5. *Nux vomica fructu minore.*

Rami cinericei sunt : *Folia* obscurè viridia : *Flores* monopetali quinque-partiti ; *Fructus* curtis pedunculis ramis adnexi, globosi, deformes, minores quàm *Caniram*, cortice glabro, maturi primùm flavescunt, indè rubescunt, Arantiorum instar, carne intus mucilaginosa, oleosa ac viscida, ex rufo-viridi flavescente, tribus 4^ve^ cellulis distincta, in quibus includuntur *semina*, formâ pænè ut *Caniram*, parùm oblonga, plana, albicantia, cuspidata, quorum pulpa durior, nervosa, transparens. Fructus amari sunt, semina minimè.

Nascitur in insula *Baypin* & inter *Cockin* & *Poaka*, semper virens. Floret mense Augusto, fructus Januario mense leguntur.

Fructus contusi & capiti impositi maniacis prosunt. Radix trita cum pipere diarrhœam sistit & ventris cruciatus, cum oleo decocta & illita artuum dolores lenit.

Add. Synonyma seqq.

Solanum arborescens *Indicum*, foliis Napecæ minoribus, fructu rotundo duro, & semine orbiculari compresso minoribus *Breyn.* Nux vomica minor *Moluccana*, Lignum colubrinum Officinarum *P. B. P.*

P. 1814. 2. Nux vomica altera. Fructus orbicularis peregrinus 1 *Clus.* Exot. lib. 2. cap. 9. Fr. peregr. granis nucis vomicæ similibus *J. B.* l. 3. c. 149. Modira-Caniram H. M. P. 8. T. 24. Nux vomica Officinarum Caniram 1^ma^ Parte descripti fructus est.

Cum *Caniram* in prima parte descripta in omnibus pæne convenit, sed hæc Arbor, illa herba, cujus fructus cortice duro viridi-fusco, & pulpa interiore albicante, ac maturi spadiceo-nigrescentes, cum illi *Caniram* miniatè rubescant. *Modira* dicitur ob similitudinem mystacum ; *Modira* enim mystax est. Natale solum est circa *Mangatti*, *Paroe* & alibi, semper fere florens vel frugens.

Folia cum Zinzibere & lacte ad consistentiam unguenti cocta Arthritidem *Vilvada* Malabaribus appellatam abigit ; balneum ex illis præparatum idem præstat. *Virtus*

Add. Synonyma seqq.

Solanum arborescens *Indicum*, foliis Napecæ majoribus, magis mucronatis, fructu rotundo, duro, spadiceo, nigrescente, semine orbiculari compresso maximis *Breyn.* P. 2. 93. Nux vomica Officinarum vera, & ipsissimum lignum colubrinum *Commelin.* notis.

3. Arboris Indicæ ramulum à D. *Sherard* accepi cum hac inscriptione Ghad-hakadura, Nux Vomica Officinarum, cujus Folia Canellæ Zeylanicæ foliorum figurâ erant, & pariter trinervia, sed breviora & latiora crassioráque.

Cæterum Novam Nucis Vomicæ speciem proponit Doctissimus Vir P. *Georgius Kamellus* è S. J. literis *Manilæ* Insularum *Philippinarum* ad me datis, quam legitimam *Serapionis* vocat, cujusque iconem & descriptionem cum aliis rariorìbus ad nos misit. Descriptio autem & historia sic se habet.

4. Igasur,

4. Igasur, seu Nux vomica legitima *Serapionis Camelli*, Faba S. Ignatii vulgo.

Catalongay quam alii *Cantarà* vocant : est Nuces Vomicas legitimas Serapionis ferens Planta, quæ arbores quasvis altissimas sese involvendo scandit : Truncus lignosus, levis, porosus, & brachialis quandoque crassitudinis, corticisque scabri, crassi, & cinerei : Folia ampla, nervosa, amara, Folio fermè similia : Florem Balaustiæ similem fructus insequitur Melone major, qui delicatissimâ cuticulâ, quæ splendens, lævis, & viroris luridi, ceu Alabastrini coopertus, subter quam alius cortex delitescit substantiæ quasi lapidescentis. In hoc, carne amaricante, flavâ, & molli, qualis est caro fructus Mangæ, interjectâ, nostræ seu legitimæ Serapionis Nuces Vomicæ, quæ recentes ab argentea lanugine splendicant, juglandinis vix non pares, inæquales, variæque formæ, non rarò quatuor, & viginti coarctantur ; quas Indus *Igasur*, & *Mananaog*, id est, Victoriosas, Hispanus nucleos, seu *Pepitas de Byssayas*, aut *Catbalogan*, alii *Fabas Sancti Ignatii* vocant. Hæ resiccatæ avellanâ nuce cum putamine pares, aut etiam paulò majores, nodosæ, durissimæ, diaphanæ & quasi corneæ substantiæ sunt, saporis semini citri multò intensius amari, coloris autem inter album, & glaucum, prout & Serapio tradidit.

Multi nescio quo oraculo edocti, Nucem *Igasur* reticulæ fructus *Salagsalag* immittunt, ex collo suspensum gerunt, & ità ab omni veneno, peste, contagio, incantationibus magicis, Philtris, & specialiter à sopto, seu veneno, quod solummodo insufflatum perimere narrant, imò & ab ipso dæmone se liberos, ac immunes esse imaginantur.

Quod *Ch. Miralles* in suis collectaneis affirmat scribens non tantùm virtutem habere depellendi corporis morbos, sed & malignis spiritibus speciali quadam oppositione resistendi ; Malos etenim *Barangas* dictos ad præsentiam hujus nucis inquietari, conturbari, & sudore suffundi, ac si in nescio quo arduo negotio, angustiis, periculisque pleno versarentur. Quòd experientiâ didicisse, insuper, & id ipsum sibi alios fide dignos visos affirmasse addit. Unde pactum cum dæmone habere dictos *Barangas*, seu maleficos herbarios suspicatur, præsertim cum rumor ferat hosce impios medicos, si in simplicium cognitione erudiri velint, consanguineorum proximum interimere obligari.

Alii à jam dicto sopto, seu toxici insufflamine quo malevoli Indi passim quos malè cupiunt perimunt, Alexium Lopez in Guiguan, & Petrum Oriol, præter alios hacce nuce præmunitos, servatos fuisse ferunt. Sumunt autem, uti Vulgus narrat supradicti Herbarii eis familiaria & nota Aconita, quæ faucium latere uno recondunt, buccâ alterâ verò *Contrayerbas*, prouti *Hujates* loquuntur, id est, Antidota, nè videlicet sibimet ipsis mortem masticent : his ità ore detentis arte, & dexteritate diabolicâ sibi contrarios, & infensos viperarum more intoxicato halitu impetunt, quo perculsi, ac perplexi mox humi prosternuntur, & animam agerent, nisi eis jam experto remedio hacce scilicet nuce opem ferant. Addunt si quis hanc nucem secum portarit, ipsum qui similibus deleteriis buccellis alterum interficere attentaverat pœnas confestim luere Talionis, uti Indus qui Alexium Lopez inter fictas amicitias, de medio tollere cupiens, casualiter hanc nucem secum habentem expertus fuit : quâ occasione primùm Hispanis innotuit *Igasur* virtus, & efficacia. Quomodo autem naturaliter ut nonnulli volunt, *Igasur* virtutem toxici, in distans agendo repellat, judicent alii.

Pulveris *Igasur* ℈j. quondam Vincentio Olzinæ temperamenti melancholici prædito ad vomitum ciendum propinavi : Hic dyspepsia, diarrhœa, & frequenti vomitu, cum ructibus acidis, nec non flatuum copia molestabatur ; sed statim ac sumpsisset tremore totius corporis trium horarum spatio persistente, unà cum pruritu, & vellicationibus convulsivis horrendis, ut pedibus insistere nequiverit, quæ in maxillis vehementiores erant, ac magis molestæ, ità ut quodammodo ridere cogeretur, correptus fuit. Nulla interim notabili pulsus alteratione, Vomitu, aut alio quopiam insequente symptomate. De reliquo dein non nihilum melius sensit.

Similem tremorem, & convulsiones spasmodicas quas V. Olzina expertus fuit, sensit, & passus est *Johannes Osaëta*, unà cum summa præcordiorum angustia, vertigine, animi deliquio, & sudoribus frigidissimis. Hic Melancholico-Hypochondriacus sanitatis cupidus nucem recentem integram devoraverat. Cui Oxymel, & oleum cum tepida exhibendo, quo plurimum viscosi phlegmatis cum nucis particulis rejecit, opem tuli.

Joachimus Affin Nucis sumpserat partem tertiam, & simili modo ut V. Olzina, & Johannes Osaeta ultra tres horas affectus fuit. Hic præter motus contractivos, & involuntarios, formicationis sensum, & specialiter in capite expertus fuit. Similes denique pœnas A. Varaona, A. Girau, & alii luêre.

Vulgus autem Nucem *Igasur*, ad cuncta absolutè corporis humani mala amovenda, nullâ habitâ temporis, morbi, ætatis, aut dosis ratione indifferenter exhibet, & adhibet, miraculososque inde subsequutos effectus narrat ; narrat videlicet magnisaciendo suam Panaceam, & deprædicat successus bonos, reticens infaustos : Nec dubium quin aliquando, à tam vehementi spirituum animalium irritatione, ac alteratione humorum ab hac nuce causatâ, heterogenia, ac incongrua, unà cum tam infesti medicamenti particulis eliminentur, quibus rejectis, humoribusque crasi meliori restitutis, sanitas optata subsequatur.

Qua ratione virtute polleat, & repellendi, & alliciendi, uti vulgus opinatur, nunc scilicet sanguinem de vulneribus profluentem sistendo, nunc Lapidis colubrini instar, venenum è viperarum, aut etiam aliorum venenum vibrantium animalium morsibus, uti è vulneribus telis intoxicatis inflictis proliciendo : ignoro.

Nucis *Igasur* denique vires, & virtutes, non propriâ experientiâ, sed relatione acquisitas, nec non de variis Indorum, aliorumve curiosorum, & observationibus, & adnotationibus excerptas, ac collectas, amicè quondam à Dominico Gonzales rogatus in formam digessi se-

Modus quentem.

Modus ordinarius, & communis utendi Nuce *Igasur* est, imponendo eam integram tantillo aquæ calidæ, spatio donec amara reddatur, exhibendo dein dictam infusionem. Alii pulveris modicum in substantia propinant. Alii unum, alterumve offerunt deglutiendum frustulum. Alii nucem integram Amuleti ritu de collo suspensam gerunt.

Vomitum pluries causare solet, dejectiones nonnunquam, motus spasmodico-convulsivos fermè semper in Hispanis, Indis non. In Veneni periculo, & spirituum inordinatè tumultuantium conflictu, posthabitâ temporis ratione usurpanda erit: In aliis accidentibus, aut morbis jejuno ventriculo in aurora, attamen vomitûs ciendi gratiâ convenientius unâ alterâve post assumptum cibum horâ dosi ℈ss. cum aliis levioribus vomitum cientibus exhibebitur.

Qui nucem integram secum portarint, affirmant multi (fides sit penes authores) præservare à Peste, incantationibus magicis, philtris, sopto, seu herbarum venenatarum afflatu, aëris præterea nescio quo ut volunt contagio, Hispanis *Malaire*, & pasmo, id est, stupore, Indis *Sautan* (à quo similiter præservare ferunt Corallium nigrum, Ungulam Rhinocerotis, Dumbagam, Ingo, & Testudinis scutum:) Catalepseos attamen species potiùs esse videtur; eo etenim correpti, terrore veluti panico perculsi, corruunt, sensibus & voce privati obstupescunt, mortuisve sæpius similes obrigescunt: Revulsoria verò, & crudeli musculorum in tibiis, ac brachiis flagellatione, quâ sanguis inibi aggestus dein scarificationibus elicitur, revocantur, & curantur.

Nucis frustulum, aut fragmentum (aut rasuræ modicum) Viperæ, *Basul*, est Erucæ pilosæ, atque nociferæ ad tactum vehementem pruriginem causantis species, aut aliorum venenatorum animalium morsui, vulneri sagittâ, vel alio intoxicato telo facto ad impositum, venenum lapidis Colubrini instar adhærendo extrahere, communicavit F. de la Zarza. Alii in hæmorrhagia narium, & ad sanguinem è vulneribus profluentem sistendum, pulverem recommendant.

In Malviento, Malaire, Soutan, & Pasmo, Catalepseos species est, stupore, Apoplexia, Paralysi, sive syderatione, Lethargo, Epilepsia, Morbo caduco, Asthmate, & catarrho maligno, ac suffocante, dentium dolore, & aliis defluxionibus frustellum supponitur linguæ apophlegmatizandi gratiâ, ità enim caput à copia viscosi phlegmatis liberatum, ægri pluries levamen percipiunt, & sæpius jamjam agonizantes, ut ità dicam, resuscitantur, & aut confiteri, aut alia quæ pro tunc conveniunt declarare valent.

Pulverem, aut infusum, aut oleum infra descriptum propinant, & dilaudant in febri tertiana & quartana. Veneni periculo, aut supra: Sopto, *Buyasso*, est *Buyo*, seu Betele confectio mortifera (cum semine ut opinor Stramonii, aut simili narcotico) quæ si assumpta non perimit, hominem perplexum, attonitum, hebetem, stupidum, & torpidissimum reddit: Ab hujuscemodi confectione devorata, aut masticata, infra posito oleo curata fuisse scio, & Botete Sardinæ nocivæ comestæ suspicione.

Ad urinas item, Menses, & Puerperia suppressa provocanda, partum difficilem facilitandum, secundinam, fœtum mortuum & Lumbricos expellendos efficacem reperi.

In dolore colico præterea, cibi indigestione, cruditate ventriculi, & concoctione læsa, diarrhœa, Tenesmo, & obstructione Epatis, ac lienis, uti & in omnibus supra enumeratis morbis exhibent.

Oleum verò ex *Igasur* simpliciter infusione paratum, emeticum est efficacissimum, valet ad eadem quæ nux ipsa: Hoc ad magi *Barang* præsentiam effervescere, & vase quo asservatur exilire vir retulit fide dignissimus. Idem & alii in suis scriptis affirmant.

Hoc oleum alii efficacius reddere cupientes componunt: Ex Igasur, Tambal de Garigara Tambal de Sangil, Tambal de Bornei, Salagsalag, Camaesa, Manungal, Alagao, Salibutbut, Tambalisay Marbar Molavin, Borogtongon, Palyaccan Panambuc, Pancoro, Nola lasson, Batagapon, Oringun, & aliis, vulgò Jazeite de Tambal, à corticè sc. emetico Mananangtang appellatur. Violenter purgat per superiora, & inferiora, dosis ʒj. ʒij.

Liceat his subjungere quæ à prædicto Rev. Patre D. *Georgio Camelli* S. J. *Manilæ* in insulis *Philippinis* degente accepi de Ligno Colubrino, ejusque speciebus.

De Ligno Colubrino Manungal.

Manungal arbor mediocris est, litore gaudens & palustribus: facillimè radicatur & propagatur: éstque duplex, Una radice videlicet flava levissima, intensè amara: *folio* parvo, Laurino amaro, mucronato & dilutè virenti: Fructu rubello & orbiculari. Hanc alii Indorum *Pansan*, *Palangarian*, *Palagian & Biderapate* vocant; Radicem verò *Lingtong-gamag* & *Linatonganag*. Hæc, uti & caudicis materies adeò levis est, ut frustum tricubitale unicam vix pendeat libram; resiccata subere difficiliùs scinditur, quapropter ex viridi & recenti trunco tutores clypei ob levitatem accommodatissimi, scutaque armorum impetus facilè eludentia ac impenetrabilia efformantur.

Altera radice est albicante, similiter levissima atque amara, folio autem crassiusculo & amplo, flore rubello, qui assumptus colicum compescit dolorem.

Manungal ligni aut radicis, quæ efficacior, decoctum venenis frigidis omnibus, venenatorumque animalium ac Serpentum, unde ligni Colubrini nomen, Hispanis *Palo de Colubra*, morsibus succurrit. Febrifugum est & anti-asthmaticum, obstructiones inveteratas reserans, & cibi restaurans dejectam appetentiam. Ictero præterea 8 dierum spatio medetur, in aurora haustum: lumbricos pellit, & alvi profluvia curare solet. Decoctum ex ʒii factum vice unica epotum dejectiones quinas ferè causat sine molestia. In dolore colico & dentium, flatuum

flatuum copia, indigestione & repletione ventriculi prodest & apophlegmatismo masticando deservit. Oleum inde insolatione paratum vulneribus ex *Sompit* [sunt cannæ ad ignem torrefactæ & veneno illitæ] doloribus aurium, Scabiei & lepræ conferre volunt.

Ab eodem D. *Camelli* alterius arboris rarioris Historiam accepi, quam hîc quoque subjiciam.

De Arbore corticis emetici *Manananangtang* Insularum *Philippinarum*, Camelli.

Arborem *Manananangtang*, id est, liberans carcere detentum, alii *Palo de Barugo*, *Bolong*, *Mancasili* & *Mancaisa* vocant. In Buraguen *Palaguirum* & *Palaguison*: Alii denique *Tambal Sapacæuca*, id est vomitoriam, appellant.

Arbor ipsa inter mediocres major est, facie similis *Sambuco*, *caudice* non recto, qui triplici vestitur cortice, primo subfuscis maculis albicantibus & intersectis viridibus variegato; Secundus lutescit & maculis notatur albis; Tertius candicat, crassus est, & adverse amarus, in medicinam receptus, qui siccatus in tubulos convolutus affertur. Datur autem pulvis ejus ad 3i & communiter in decocto *Manungal*. Pituitosa, lenta & biliosa per vomitum & secessum potenter evacuat: unde in febribus, ventriculi repletiones aut humoris viscosi turgescentia, cachexia & hydrope feliciter exhibetur. In omni veneni periculo, & ad ventris educendos lumbricos plurimum facit. Pulvis crassiusculè tritus, matracio inclusus [cavendum nè immediate carnem attingat, nam exulcerare solet] & calidè impositus testium discutit tumorem. *Flos* magnitudinis est Caryophylli aromatici in caliculo quinquefolio, ex albo in flavum vergens seu cerei coloris, inodorus. *Fructus* rari, in longioribus racemis, Ceraso majores, pentaphori, & formæ fructuum *Banguiling*, ex viridi flavescentes, officula communiter quina, pisis paria, inæqualia, saporis ex leguminoso amari, libróque obvoluta papyraceo ac rubente claudunt. *Folia* uno & sesquicubitali in ramusculo novem aut undecim, ferè spithamiæa, seu foliis Castaneæ longiora, teneriora, & nervulis canescentibus exarata. His ramusculis, qui alternè adhærent decidentibus rami teneriores qui Morelli & Sambuci modo hiantes & inanes, pulchrè & eleganter eorum candidis signantur vestigiis. *Radix* cortice tegitur nigricante, ejusdémque virtutis & efficaciæ est cum caudicis cortice. Paratur exinde oleum ex infusione emeticum & solutivum. Syrupum quoque ex hoc cortice, radice Cocculi Orientalis, sarmentis Macabuhay, & Nuce Vomica nostra seu Serapionis parvi, in febribus perutilem.

P. 1812. Ad Cap. de Coculo Indo seu

Coculis Officinarum. Solanum racemosum Indicum arborescens, Coculos Indos ferens.

Arbuscula Coculos hosce proferens *H. M.* Part. 7. Pag. 1. describitur sub titulo *Natsjatam*; in hunc modum.

Folia in brevibus ac viridibus surculis plura, formâ cordis, anteriùs cuspidata, vel etiam obtusiora, superficie plana, lenia, textura duriore, superne ex fusco viridia, subtus diluta & surda, saporis subamari. *Flores* in racemis oblongis, viridioribus, hinc inde ex crassioribus erumpunt ramis, pedunculis brevioribus albicantibus insidentes, monopetali quinquepartiti, candidi, exteriora versùs reflexi, apicibus flavis, odoris Sambucini. *Fructus* conferti, petiolis crassis ex racemis oblongis cubitalibus pendent, ex albo virides, uvæ rotundæ formam referentes, primò albi, deinde rubri, per maturitatem nigri.

Nascitur in arenosis circa *Warapoly*, *Angecaimali* & aliis locis, semper virens.

Integra planta cum gingibere trita, pannóque oblita pedum clavos tollit. Radix cum Bubuli fœcibus, & Arundine Indica concremata idem præstat per modum suffumigii. Fructus vires & usus jam dedimus.

Clarisi. *Commelinus* rectè meo judicio hanc plantam ad Solanum refert, & in eadem olim sententia *Cordus* fuit.

P. 1899. App. add.

Melianthus *Hysiquanensis* minor fœtidus *Catal.* ad finem *Parad. Bat. Herm.* Melianthus *Americana* minor. *Institut. Rei Herb.* Tournef. p. 431.

E *radice* lignosa brachiata *caules* emittit tricubitales & ampliores, è viridi pallentes, subhirsutos. *Folia* alterna, pinnata, & costa, cui pinnæ adhærent superiori parte alata est, inferiori minime; pinnæ undecim numerantur in una costa, serratæ, una parte virides, altera incanæ, & rugosæ, ob nervorum inscriptiones. Ad foliorum ortum stant duæ cuspides, seu pili longissimi, erecti, acuti. Daturam fortiter olet. *Semina* nigra, lucida, subrotunda, vulgari minora, Floruit *Parisiis*. D. *Sherard.*

Arbores & Frutices Indici minus cognitæ & incertæ sedis.

Tetrapteros *Madraspatana* Lauri Tini folio D. *Petiver*, Veanaungoo *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. P. 699.

Hujus arboris truncus ad 5 aut 6 pedum altitudinem assurgit, deinde multos emittit ramos, rectos, 12 aut 13 circiter pedes longos. Virgæ cinerei sunt coloris. *Folia* pediculis brevibus insident, ovalis ferè figuræ, præsertim juniora. *Fructus* alis 4 membranaceis, dimidium propè digitum latis, integrum longis, obsidetur, & pediculo circiter digitali innititur: Saporis est non ingrati, & commanducatus Salivam luteo colore tingit.

Cocci-

Coccifera Buxi foliis oblongis & subrotundis, fructu cuspidato, calyce amplo, è *Madrasspatan. Mus. Pet.* 632. Erembillee *Malab.*

Sex aut octo pedes alta est; Lignum ferri ferè duritie. *Folia* inordinatè oriuntur, brevibus aut nullis pediculis, Buxum referentia, sed rigidiora & plerunque longiora, præsertim in ramis frugiferis. Singulæ *baccæ* duos continent nucleos, nigricantes, membrana tenui separatos.

Radix & folia decocta & pota tineæ capitis medentur.

Coccifera Pearmeedooricus Convolvulaceus, folio cordato, tuberosa radice *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 709. Chendee *Malab.*

Radicem habet rotundam, crassam, tuberosam. *Fructus* grano Piperis paulò major est, operculum ejus fragile, & in duas partes dividi videtur.

Indigenæ è foliis extractum efficiunt adversus acrimoniam urinæ & gonorrhœam.

Coccifera *Chamberambaca*, Cassiæ fistulæ minoris folio, fructu reniformi *Petiver Act. Philos. Lond.* N. 271. p. 856. Cauta-cudde *Malab.*

Pista & cum aqua commixta eam pendulam reddit instar albuminum ovorum, quæ pota gonorrhœæ medetur.

Arbor *Sirinamensis* foliis Laurinis dentatis, floribus Melampyri amplis, spicâ foliaceâ D. *Sherard.* Folia in spica non tantùm minora multò sunt inferioribus, sed & figuræ diversæ, nimirum subrotunda.

Aliam huic cognatam habemus foliis minoribus & angustioribus, floribus parvis, folia tamen in summitate figuræ alis inferioribus pariter diversæ & subrotundæ sunt.

Frutex siliquosus *Madrasspatanus*, Glycyrrhizæ foliis alternis *Mus. Petiv.* 476. Vedudee *Malab.* D. Brown. Tenuibus est ramis, 4 aut 5 pedes altus. Omne genus vermibus expellendis utilissimum est.

Baccifera *Madrasspatana* Myrti Laureæ foliis perforatis, sed vix conspicuis *Mus. Pet.* 361. Cungee *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 711.

Frutex est quatuor circiter pedes altus. Quatuor ejus species sunt 1. *Cungee* simpliciter dictus. 2. *Cadal-Cungee*, qui tripedalis. 3. *Mala-Cungee*, qui paulò humilior, 2½ pedes altus 4. *Shera-Cungee*, sesquipedali non major.

Primi duntaxat generis fructus ab Indis comeditur; omnium simul vel etiam singulorum planta tota cocta & pota luem veneream aut Rheumatismum inde ortum sanat.

Angola *Pearmeedoorica*, folio subrotundo serrato *Petiv. Act. Philos. Lond.* Chaddache *Malab.*

Ad 18 aut 20 pedum altitudinem assurgit; truncus humani cruris crassitiem assequitur. *Folia* incana sunt, rotunda, eleganter serrata instar Toddali, verum pediculi breviores sunt. Flores racematim nascuntur. Germina antequam explicantur holosericea sunt.

Cum lacte aut aqua calida trita scabiem etiam desperatam sanat.

Arbor Aristolochiæ foliis *Maderasspatana*, fructu parvo, Medicæ adinstar convoluto, An gummi Elemi fundens Arbor Orientalis? *Pluk. Phytogr.* T. 13. F. 2.

Arbor Orientalis, Bellidis spinosæ solidioribus foliis; capsulis parvis quadripartitis, *Kiluke Cingalensibus* dicta *Ejusdem* ibid. F. 3.

Arbor *Americana* triphylla, fructu Platanum quodammodo æmulante, Button-wood i. e. Lignum sibularium, nostratibus dicto *Ejusd. ibid.* F. 4. E Scabiosarum est genere, vid. Scabiosam.

Arbor *Bisnagarica*, Myrti amplioribus foliis, per siccitatem nigris, Cubebæ sapore, an Myrtidanum *Hippocratis*? fortè Comacum Antiquorum, *Cumuc Javanis* modernis, quo nomine & *Cubebæ* ab iis insigniuntur. *Ejusd.* T. 140. F. 1.

Arbor *Americana* pinnatis Fraxini foliis, fructu reniformi Phaseolum exprimente, Spanish Ash i. e. Ornus Hispanica *Barbadensibus* nostratibus dicta. Balsamifera fortè est; an *Hoitziloxitl Mexicensibus Hernand.* 51. *Ejusd. ib.* F. 3. *vide* supra Ceratia *Brasiliana.*

Arbor *Americana* baccata, cujus baccæ crapulariæ, i. e. Tipple-berries *Barbadensibus* audiunt. *Ejusd. ib.* F. 4. V. *Almag. Bot.*

Arbor *Virginiana*, Pisaminis folio, baccata, Benzoinum redolens, fortè Balsamum ex Peru *J. B.* t. 1. *Ejusd.* Tab. 139. F. 3. An Benjoinum, cujus Arbor folio Citri *J. B.*? Benzoinifera aut Benivisera *Garciæ*?

Arbor *Americ.* baccifera Myrtifolia, viminalibus virgis seu Flagellifera major, *Barbadensibus* Rodwood dicta. *Ejusd.* ibid. F. 6. Synon. v. in *Almag. Bot.* Myrto Laurifolio similis *Hort. Beaum.*

Eadem longiùs mucronatis seu cuspidatis & punctatis foliis seu Flagellifera minor *Ejusd.* ibid. F. 7.

Arbuscula viscosa, Elæagni foliis lætè virentibus, *Americana*, tricoccos; aliàs, Ricini fructu arbuscula *Bermud.* foliis longioribus viscosis, nostratibus colonis Broom, Ejusd. T. 141. F. 1.

Flos parvus est, apetalos ex calice pentaphyllo herbaceo & staminibus multis conflatus, ut eum describit D. *Sherard.* qui & plantæ ramulum ad nos misit.

Arbor *Americ.* Lentisci foliis, fervida, an *Holoquo-huitl* seu arbor *Chilli Mexicensium Hernand.* p. 50. Fustick-wood *Nevisensibus* perperam dicta. *Pluk. Phytogr.* T. 141. F. 3.

Arbor Lonchisolia *Indiæ Orientalis*, comantibus floribus & ferè corymbosis: an Arbor Laurisolia *Chinensis Martinii? Ejusd.* T. 142. F. 1. nihil aliud est quàm *Mangai.*

Arbor *Americana* Oleo-melliflua, cuspidatis foliis, crenatis, & dilutè virentibus, polypyrena; Wild Honey-tree. i. e. Agriomelidendros *Barbadensibus* dicta, eò fortè quod in hujus arboris ramis sylvestres apes pro mellificiis suis favos construunt. *Pluk.* ibid. F. 3.

Arbor *Indica* Mali Aurantii foliis obtusioribus, è *Maderaspatan*, an *Akara-Patsjotti* Hort. Malab. P. 5? *Ejusdem ibid.* F. 2.

Arbor *Bisnagarica*, Tiliæ foliis, *Canschi Malabaricæ* aliquatenus accedens *Ejusd. ibid.* F. 2.

Arbuscula *Vetadagu Malabaricæ* similis, è *Maderaspatan. Ejusd. ibid.* F. 3.

Arbor *Maderaspatensis*, foliis Galactoxyli *Americani* foliorum æmulis, fortè *Tsjela Malabarensium Hort. Malab.* P. 3. *Ejusd. ibid.* F. 4.

Arbor *Javanica*, Persicæ foliis *Herm.* Cat. Mss. è *Maderaspatan*; fortè Curutu-pala *Hort. Malab.* P. 1. *Ejusdem* ibid. F. 5.

Arbor *Surinamensis*, Lauri densioribus foliis, quinis ab uno exortu prodeuntibus *Ejusd.* T. 144. F. 1.

Arbor Prunifera sphærulas saponarias ferens tetraphylla ex *India Orientali Pluk. Phytogr.* T. 14. F. 6.

Arbor siliquifera, Faginis foliis *Americana*, floribus comosis *Pluk. Phytogr.* T. 141. F. 2 Synonyma vide apud D. *Plukenet.* in *Almagest.*

Arbor baccifera *Indica*, foliis majoribus splendentibus, flore pentapetalo *Commel. Hort. Amst. rar.*

Sexto à satione anno in altitudinem quadrupedalem excrevit: *Caudex* pollicem crassus, cortice subnigricante amictus. *Folia* incondita, pediculis brevioribus, pilosis & ferrugineis nixa, longitudinem æquant duarum palmarum, latitudinem a. unius, extremo mucronata, ad oras non crenata, adversa parte virore nitentia, aversa a. omnis splendor & viroris intentio abest: præterea obsita sunt tomento piloso, præsertim in primo ortu, per adolescentiam verò hirsutiem amittunt. Venæ laterales à costis foliorum oriundæ, non binatim aut conjugatim sed incondito ordine prodeunt. Costarum pars supina dilutè virescit, prona colore ferrugineo prædita est: idem observare est in venis lateralibus è costa oriundis; ist hæc hirsuties tamen in sensus non incurrit, nisi oculi microscopio muniantur. E ramis lateralibus *flores* oriebantur mense Julio pentapetali, pediculis brevioribus fulti, luteoli, dilutiore viriditate permixti; inter horum petala cuspidata *stylus* emergit è prominentia nitente, *& 5 stamina apicibus albis capitata, quorum unumquodque peculiari petalo oblongo, luteo, ceu vagina succingitur.*

Folia exsiccata masticata saporem amaricantem & nonnihil adstringentem, paulò post dulcedinem linguæ communicant succi *Catechu* ad exemplum, alliciúntque multum laticis aquosi in ore masticantis.

Ob teneritatem frigoris impatiens est.

Arbor venenata, Lysimachiæ luteæ in modum trifoliata, ex Insulis *Caribbæis Pluk. Phytogr.* T. 144. F. 3. An Tangaraca 1. *Pisonis?* Erva do Rato *Marcgr.* l. 2. p. 60.

Frutex *Æthiopicus* Portulacæ folio, flore ex albido virescente *Commel. Hort. Amst. rar.*

D. *Commelin.*

Radicem agit fibrosam, quæ *caudicem* producit bipedalem, ramosum, cortice virescente tectum. *Folia* per intervalla alternatim ramis adnascuntur, pediculis brevioribus sulta, 2 circiter uncias longa, unam lata, mucronata, pallidè viridia, margine æqualia, tenuia, tactu mollia, nullo sapore excellente. [Sapore amaro D. *Ruysch*] *Flores* sunt pusilli, pentapetali, staminibus aliquot ditati, ex albido virescentes, è foliorum alis emicantes, qui senescentes decidunt, nullo Fructûs rudimento relicto. Modicum frigus perferre haud recusat.

Locus natalis Promontorium Bonæ Spei.

Ex umbilico stylus prodit brevissimus, subalbidus, sub cujus fastigio quina pullulant *stamina* stellatim disposita, apicibusque croceis ornata. Præter dicta stamina alia 13, 15, plura paucioráve visuntur brevissima, petalis incumbentia, & ex iis quoque prodeuntia. Per totam ferè æstatem floret.

Phaodendros seu Arbor *Indiæ Orient.* tædifera, Torch-tree nostratibus dicta. Ex hujus enim ramulis tædæ & facies parantur, quæ semel accensæ viatoribus iter nocte suscipientibus optimum lumen præbent. Nicoone *Malabarorum Pluk. Mantiss.*

Arbuscula *Barbadensis*, Cisti foliis ferrugineis, hirsutis, circa caulem ad intervalla confertis *Pluk. Phytogr.* T. 144. F. 4.

Arbor *Americana*, alatis foliis, succo lacteo venenato, fortè Ahoay-miri *Pison.* p. 308. *Ejusd.* T. 145. F. 1.

Arbor lactescens aculeata, foliis quernis, *Americana*: Bdellifera fortè seu Arbor Bdellium ferens in *America.* Quercinis foliis arbuscula spinosa lactescens *Portoricensis P. B. P. Ejusdem ibid.* F. 2. Arbor

Arbor aculeata, *Barbados* insulæ, ramulis incurvis scenam topiariam efformans, lachrymifera, fortè Arbor Stacteflua seu Myrrham liquidam fundens *Americana*, nostratibus colonis Weeping-Bower nuncupata *Ejusd. ibid.*

Arbuscula *Barbadensis* amplexicaulis triphylla, *Mail-elou Malabarica*, foliis tenerioribus, & petalis alatis *Ejusd. ibid.* F. 4.

Arbor *Americana* Convolvulacea, Broad-leaf i. e. platyphyllos *Barbadensibus* dicta *Ejusd.* T. 146. F. 1.

Arbuscula volubilis *Americana*, subrotundis Cassiæ fistulæ foliis latè virentibus; *Barbad.* insulæ in sepibus frequens. An Colubrinum lignum 3tium *Garciæ*, foliis Lentisci *J. B. Ejusd. ibid.* F. 3? Reliqua Synonyma videsis apud Autorem.

Arbor *Maderaspatensium*, Pavettæ seu Malle-amothe *Malabarorum* &c. similis.

An Arbor *Malabarensium* fructu Lentisci *C. B.* & *Joh. Nieuhof.* Itiner. fol. 167? *Eiusdem* ibid. p. 147. F. 1.

Arbor *Indica*, *Tsjocatti Malabarensium* haud absimilis *Maderaspatana* foliis autem non crenatis *Ejusd.* T. 147. F. 2.

Arbor *Indica*, Mali Medicæ amplioribus foliis *Maderaspatana*, fortè Ponna seu Ponna-maram H. M. P. 4. *Pluk. Phytogr.*

Arbor Cambodiensis, *Guttam Gambi* fundens, ex dictatis clariss. D. *Hermanni*, à præcedente plurimùm diversa.

Arbor baccifera *Orientalis*, folio rhomboide, fructu calyculato *Pluk. Phytogr.* T. 13. F. 3. Cassia Cinnamomea seu Canella do mato *Linschot.* part. 4. *Ind. Orient.*

Laurifolia *Africana* Commel. *Hort. Amst. rar.*

D. Commel.

Radix rubicunda, lignea, è qua *caudex* assurgit rectus, duro constans ligno, cortice nigro amictus, parte superiore in ramos brachiatus. *Folia* alterno situ, pediculis brevioribus fulta, 3, 4ve digitos transversos longa, sescunciam lata, imò non rarò quoque latiora, Lauri nobilis non dissimilia, margine paululum undulata, cuspidata, inferiùs dilutiore, superiùs intensiore virore prædita. Flores fructúsque nobis nondum visi.

Locus natalis promontorium *Bonæ Spei dictum.*

Arbor *Marilandica* foliis pinnatis, pinnis longis acuminatis, inferioribus utrinque duabus tribúsve denticulum, hinc indè unicum duósve, non longè ab apice emittentibus, fortè Rhois species.

Pinnarum in foliis singulis 5 conjugationes, foliolo impari costam terminante. Erant autem Pinnæ oblongæ, modicè latæ, in longos & acutos mucrones desinentes, per margines æquales, exceptis dentibus illis majusculis exertis.

Arbor *Americana* ampliss. foliis, aversa parte nervis extantibus, hirsutie ferruginea refertis, Leather-coat-tree i. e. Scortea arbor *Barbadensibus* dicta *Pluk. Phytogr.* T. 222. F. 8.

Arbor *Indica* baccifera, Verbasci foliis, lanuginosa, Lobloll *Barbadensibus* dicta; fortè Lablari Arbor *Americana* ex *Bonairo P. B. P.* 345. An Mureci *Pernambucensibus Pison.* l. 4. c. 32? fortè etiam *Ezquahuitl* i. e. Sanguinis arbor 1a, Verbasci folio *Hernandez.* l. 3. c. 22. *Pluk. Almag. Bot.*

Arbor *Americana*, ampliss. Pergamenis foliis, superficie nitidissima, fructu Pyriformi, crustaceo cortice loricato *Pluk. Phytogr.* Tab. 257. F. 1. Spanish-Pear nostratibus, & quibusdam Shell-pear i. e. Pyrus corticosus, & testaceus; aliis Avocata-pear ab Hispanico Aguacata, unde fortè *Aguacat* Scaligeri. *vid.* Prunifera arbor fructu maximo, Pyriformi viridi &c. D. *Sloan Cat. Jamaic.*

Arbor *Americana*, amplioribus subrotundis duris & nervosis foliis, fructu pugni majoris magnitudine; Insulis *Fortunatis* & *Jamaicensibus* nostratibus *Mamee* nuncupata *Pluk. Almag. Bot.* T. 268. F. 1. A Mommina seu *Mameè* arbore *Phytogr.* T. 204. F. 2. plurimùm differt.

Arbor *Americana* teneriori folio, floribus circa ramulos velut corymbosis, ex Insula *Jamaicensi Pluk. Phytogr.* T. 147. F. 4.

Arbor *Americana* triphylla, numerosis staminulis, apicibus purpureis præditis, floris umbilicum occupantibus *Ejusd. ibid.* F. 6. Huc forte spectat *Nyrvala* H. M. P. 3. T. 42.

Arbor spinosa, rigidioribus Fraxinellæ foliis, in aculeum abeuntibus, *Maderaspatana Pluk. Phytogr.* T. 148. F. 1.

Arbor *Indica*, Lauroceras foliis è *Maderaspatan*, fortè *Kopang* arbor *Novanglicana* antiarthritica *P. B. P. Ejusdem ibid.* F. 2. certò Kopang arboris folia Lauroceras finis similia sunt, ut ex ramulo ad D. *Hermannum* misso & D. *Sherard* communicato didici.

Arbuscula *Indiæ Orientalis* hexaphylla, flosculis exiguis in spicam dispositis, folio teneriori. *Ejusd. ibid.* F. 3.

Arbuscula *Ind. Orient.* hexaphylla, foliis firmioribus, spicatis floribus, calice amplo. *Ejusd. ibid.* F. 4.

Arbor *Americana*, Faginis foliis glabris, crenis ratioribus per marginem dentatis, ex Insula *Barbados Ejusd.* T. 241. F. 3.

Arbor *Americana*, Salicis foliis frondosa, *Bermudensibus* Birch-tree i. e. Betula dicta, forte *Sassaf* Syrorum *Rauwolffii Ejusdem ibid.* F. 5.

Arbor *Americana*, foliis ad Chenopodii ampliora folia accedentibus, ex Insula *Barbados Ejusd.* T. 242. F. 1.

Arbor *Americana*, foliis à concursu nervorum ima parte longiùs productis, subtus lanugine candicante tomentosis, *Rotennissade Sirinamensibus* dicta *Ejusd.* T. 242. F. 2.

Sideroxylon *Africanum*, Cerasi folio *Commel. Hort. Amst. rar.*

D. *Commel.*

Radice sustinetur lignea, *Caudex* præduro ligno constans, cortice furvo insipido tectus, in ramos fuscos satis numerosos divaricatur. *Folia* uncialia & longiora, ad Cerasi pumilæ folia accedentia, brevibus pedicellis fuscis alternatim ramulis inhærent, margine nonnihil crenata. splendentia, in mucronem abeuntia, hilariore viriditate prædita, sapore subamaro.

Frigoris modicè patiens est, viroris perpetui.

Promontorium bonæ Spei hanc quoque producit.

Sideroxylon *Ambonense* D. *Herman.* cujus ramulum à D. *Sherard* habuimus, à præcedente diversum est, siquidem folia alata obtinet & majora rotundioráque, per margines æqualia.

Arbor *Zeylanica*, Cotini foliis, subtus lanugine villosis, floribus albis, Cuculi modo laciniatis *Pluk. Phyt.* T. 241. F. 4.

Flores albi in quatuor longas & angustas lacinias ad unguèm ferè dissecti, plures simul in surculis peculiaribus è ramulis egressis. Surculi a. floriferi foliolis aliquot vestiti sunt, binos ad intervalla ramulos emittentes, & ramuli iterum binos pedicellos, quorum apicibus, ut & ramulorum surculorúmque, flores insident albi, nudi.

Hujus arboris ramulum è *Marilandia* habemus à D. *Vernon* & D. *Krieg* allatam.

Arbor *Maderaspatana*, Lapathi sanguinei ferè foliis, corymbosa, Pautan-chedde *Malabarorum Pluk. Mantiss.*

Arbor baccifera *Indica*, Lauri subrotundo folio, flosculis numerosis ad Lichenis petræi stellata capitula prope accedentibus : Curaumchiddee *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbor *Indica* baccifera, Lauri pallidioribus foliis, tetraphylla, floribus spicatis, Toulcutte *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbor baccifera, Abutili foliis, lanugine ferruginea villosis : Punnanga-narree *Malabarorum Ejusd. ibid.* An fortè Peragu *H. M.* P. 2. F. 25.

Arbor *Indica* procera, Cucurbitæ foliis, fructu oblongo, quadrangulari Mallearresh *Malabarorum Ejusd. ibid.* Herbacea (inquit) planta nobis esse videtur.

Arbor *Indica*, Lauri amplioribus foliis, obtusis, è regione binis, floribus Jasmini, summo ramulo umbellatim positis, ex Insula *Johanna Ejusd. ibid.*

Arbor *Jamaicensis* inodora, foliis Camphoriferæ similibus *Pluk. Almagest. Botan.* T. 265. F. 2.

Arbor sycophora, Caryophylli Aromatici foliis & facie, *Jamaicensis Ejusdem* ibid. T. 266. F. 1.

Arbor Sycophora *Jamaicensis*, foliis minoribus; fortè Itti-Alu H. M. P. 1. F. 26. *Ejusd. ibid.* T. 266. F. 2.

Arbor *Jamaicensis*, *Bon* Arabum foliis haud multùm dispar *Ejusd. ibid.*

Arbor *Americana*, Sebestenæ foliis pallidioribus, longis petiolis insidentibus, cortice candicante *Ejusd. ibid.* T. 270. F. 2.

Arbor fortè Balsamifera, An Nerio affinis *Malabarica* summo folio mucronato *Pluk. Almag. Bot* ? T. 269. F. 4. Ad oras *Malabaricas* collegit D. *Alex. Brown.*

Arbor fortè Balsamifera, An Nerio affinis *Malabarica* prælongis rigidioribus & subrotundis foliis, per siccitatem nigris *Pluk. Almag. Bot.* T. 270. F. 1.

Arbuscula baccifera *Canariensis*, Syringæ cæruleæ foliis, purpurantibus venis, fructu monopyreno, *Yerva-mora Hispanorum Pluk. Almag. Bot.*

Arbor *Americana*, Guaiaci *Patavini* folio, Styracis fructu D. *Herman. Ejusdem ibid.*

Arbor Insulæ *Jamaicensis*, Guaiavæ foliis & facie, fortè Guitito-roba *Brasilienstum Marcgrav.* Green-apple Belgis *Pluk. Almag. Bot.* T. 267. F. 2.

Arbor *Malabarica*, folio *Sambac* Arabum τετράπλευρος seu quadripinnato fructu, 4 foliaceis, secundum longitudinem extantibus alis donato *Ejusd. ibid.* T. 263. F. 3

Arbuscula *Indiæ Orientalis* perrara, Salignis rigidioribus foliis, è regione binis, quodammodo adumbratis, Lithospermi angulosa semina, in spicâ magnâ speciosâ, quamplurimis ramulis falcatis coagmentatâ præferens *Ejusd. ibid.* p. 44.

Arbuscula *Canariensis*, Salicis aut potiùs Oleæ Sylvest. *Barbadensium* foliis & facie, seminibus ad tactum (quando maturis) è capsulis cum strepitu prosilientibus ; Snap-tree nostratibus vulgo *Ejusd. ibid.* In Horto Regio S. *Jacobi* enutritur. *Vide* Adhatoda *Canariensis*, Oleæ folio viridi.

Arbor *Æthiopica* leguminosa, cordatis foliis, siliquis latis brevibus, ruffa lanugine vestitis *Pluk. Almag. Bot.* T. 266. F. 3. Quoad vascula seminalia magnam habet conformitatem cum *Curini* Malab. speciebus.

Arbuscula *Indiæ Orientalis*, corticem tenuissimum, lævem, colore & sapore Caryophylli aromatici, proferens *Pluk. Almag. Bot.* An cortex hujus sit *Seiteragi Arabum*, J. B. Tom. 1. l. 462.

Arbor *Jamaicensis*, Pruno Sylvestri affinis. *Canadensis* simili folio, Betulæ in modum virgulosa *Pluk. Almag. Bot.* T. 268. An Glans unguentaria *Matthioli C. B.*? Balanos myrep-

myrepsica, *Pharagon* incolis ad montem *Sinai Bellon.* Obs. l. 2. c. 61? Macalep album *Rauwolfii.* Fortè etiam Avellana purgatrix & Ben *Monardis* cap. 47.

Arbor insulæ *Jamaicensis*, alterno situ, fraxini foliis, margine non crenatis, *Pluk. Almag. Bot.* T. 270. F. 3. Bacciferam esse suspicor.

Arbor *Jamaicensis*, Fraxini alatis foliis, floribus pentapetalis corymbosis *Ejusd. ibid.* Tab. 269. F. 1.

Arbor *Malabarica*, Fraxini ferè folio, ossiculo fructûs octangulari *Ejusdem ibid.* T. 269. F. 2. An Neli-pauli seu Bilimbi altera minor *H. M. P.* 3. pag. 57?

Arbuscula Azederacti ferè foliis alatis, ex oris *Coromandel. Ejusd. ibid.* T. 270. F. 4. An Frutex Petroselini foliis *Virginianus* D. *Banist. Cat. Virginiensis?*

Arbuscula Arbuti alatis foliis *Africana*, fortè Jamboloins *Park. Theat.* 1636. *Pluk. Almag. Bot. Phyt.* T. 141. F. 4. An Carandas *Carciæ?* Auzuba *Oviedi?*

Arbor *Malabarienſis*, alatis foliis quinis, floribus muscosis in spicam digestis *Pluk. Almag. Bot.* T. 265. F. 4.

Arbuscula *Æthiopica* hexaphylla, seu Lauri *Stapelianæ* foliis, sericea lanugine obductis, circa caulem ad intervalla senis *Pluk. Almag. Bot.* T. 265. F. 2.

Arbor Ulmifolia *Jamaicensis* baccifera, foliis ternis ad nodos caulem ambientibus *Pluk. Almag. Bot.* T. 266. F. 3.

Arbuscula *Jamaicensis*, Elæagni foliis ternis, communi pediculo longissimo insidentibus *Ejusd. ibid.* T. 266. F. 2.

Arbuscula *Jamaicensis* baccifera, Hederæ *Virginianæ* triphyllæ foliis crassioribus, subtus lanuginosis *Ejusd. ibid.* p. 48. T. 267. F. 1. Molaga-maram *H. M.* huic maximè convenit.

Arbusculum *Americanum* amplexicaule, Cerasi folio, corymbosum. *Pluk. ibid.* In horto *Chelseiano* viget.

Barba Jovis Antiquorum *Munting. Herbar. Belgic.*

Stratiotes arborescens *Ejusdem.*

Indigofera longifolia, & rotundifolia *Ejusdem.*

Arbor *Americana* latiori & acuminato folio, trinervi, utrinque glabro, & margine leviter crenato, *Mespilboom Belgis Sirinamensibus* dicta, *Pluk. Phyt. Almag. Bot.* T. 267. F. 4.

Arbor *Sirinamensis* & *Antegoana*, foliis venosis, supernâ parte glabris, subtus densa lanugine, Veluti instar, velatis, *Pauboom* Belgarum *Ejusd.* T. 250. F. 1.

Arbor *Americana* ampliori folio trinervi, inferiùs alba lanugine incano; fortè Arbor racemosa *Brasiliana* foliis Malabathri *Breyn. Cent.* &c. *Ejusd. ibid.* F. 2.

Arbor *Americana* densioribus foliis, prona parte villosis, supina splendentibus, glabris, Cinnamomum putatum, ex *Sirinam. Ejusd. ibid.* F. 3.

Arbor *Americana* folio prægrandi, acuminato, venustè venoso, aversa parte villis virentibus obsito, ad pediculum strictiori. *Ejusd. ibid.* F. 4.

Arbor *Sirinamensis*, Hydrolapathi foliis, fulva lanugine pronâ parte villosis. Gumme-Boom Belgis *Sirinamensibus. Ejusd. ibid.* F. 5.

Arbor *Americana* prælongo angusto acuminato folio, inter Caryophyllum & Piper Orientale medio, sapore aromatico. Ex *Sirinam. Ejusd. ibid.* F. 6.

Corallinum lignum. *P. B. P.*

Arbor *Malabarica* mucronatis foliis, firmioribus, venosis, Cacaviferæ æmulis, floribus ad summum ramulorum comantibus *Pluk. Phytogr.* T. 262. F. 3.

Arbuscula *Jamaicensis* pentaneuros, foliis crassis, leviter dentatis, superna facie ferruginea, prona candicante & molli lanugine villosis *Pluk. Almag. Bot.* T. 264. F. 3.

Arbuscula *Jamaicensis* Malabathri angustioribus foliis, leviter crenatis, superna facie per siccitatem nigris, subtus autem argenteis, & præ lævore splendentibus *Ejusd. ibid.* T. 265. F. 1.

Arbuscula *Jamaic.* quinquenerviis minutissimè dentatis foliis, & caule pubescentibus, floscults ex sinubus foliorum gemellis *Ejusd. ibid.* T. 264. F. 2.

Arbor *Africana*, subrotundo folio, margine denticulis acutis asperato, floribus pentapetalis atro-purpureis *Pluk. Almag. Bot.* T. 263. F. 1. & 2.

Arbor baccifera, Biti *Malabaricæ* foliis majoribus, aversa parte molli hirsutie pubescentibus, Taxi fructu duro, glandiformi, vel fructu parvo, calice membranaceo integro propemodum immerso. Perewoondel *Malabarorum.* Ex foliis arboris placentulas conficere norunt Indigenæ, quas in deliciis habent: Fructus quoque illis pro cibo sunt. *Pluk. Mantiss.*

Arbor *Americana* tænidiophoros, vittas & tæniolas plurimas tramosericas, sibi invicem incumbentes longitudinaliter, sub externo cortice ferens *Ejusd. ibid. Virginiensibus* nostratibus *The* Ribband-Tree & interdum Lace-Tree & Basse-Tree nuncupatur. An *Mahot* arbor Caribbæana *Rochefortii?*

Arbor *Jamaicensis* Lauri foliis, prona parte æris Cyprii expoliti colore fulgentibus, & quasi Sandyce tinctis, Chrysodendros Americana *Pluk. Almag. Bot.* T. 263. F. 2. Hujus fructus Star-Apple nostratibus audit, estque fortè è genere Mespilorum, *Sappadilias* Hispaniolensibus dicta.

Citharexylon *Americanum* alterum, foliis ad marginem dentatis *Pluk. Phyt.* T. 161. F. 5.

Citharexylon Arbor *Americana*, foliorum venis latè candicantibus, ex cujus ligno Citharæ & Panduræ fiunt, fortè *Caaopia* Brasilienſibus *Pison.* Lusitanis *Pao de Lacra*, Fiddle-wood nostratibus Insulæ *Barbados* incolis dicta *Pluk. Phyt.* 162. 1.

Citharexylon seu Lyrodendros ἴυγλ⊙. Arbor *Americana* materialis triphylla, è cujus ligno Fidiculæ fiunt, an Tapia *Marcgravii?* Barbadensibus nostratibus Timber-Fiddle-Tree nuncupata *Pluk. Phyt.* T. 162. F. 2.

Coryli

Coryli ſeu Avellanæ folio oblongo & acuminato, Frutex convolvulaceus capreolatus *Americanus P. B. P.* An Hopwood Barbadenſibus dicta? ſuperius ponitur. *Ejuſdem ibid.* F. 3.

Frutex *Biſnagaricus* ſpinoſus, Coryli foliis denſis, ſpinis brevioribus craſſis *Pluk. Phyt.* T. 29. F. 7.

Nioræ *Hort. Malab.* ſimilis è *Maderaſpatan*, Arbor exotica Ceratiæ foliis corymboſa *Ejuſd.* T. 49. F.

Nir-ſchulli *Hort. Malab.* accedens è *Cormandel*, Gratiolæ affinis Indiæ Orientalis, Digitalis æmula. *Ejuſd. ibid.* F. 3.

Padri Malabaricæ ſimilis, arbor è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 53. F. 1. h. e. Clematis arborea Indica Juglandis folio, flore luteo ſpicato minimo, ſiliquis longis, anguſtis quadratis atque contortis, ſeminibus ſubſtantiâ lignoſâ obductis *Breyn. Prod.* 2.

Poutaletsjæ *Malabaricæ* ſimilis arbuſcula *Maderaſpatenſis Pluk. Phyt.* T. 54. F. 1.

Soldæ *Malabaricæ* ſimilis arbor *Maderaſpatenſis*, nucamentis donata *Pluk. Phyt.* T. 61. F. 4.

Terebinthi minoris æmula, foliis anguſtioribus & rotundioribus, Arbuſcula *Biſnagarica.*

Wadoukæ *Malabaricæ* haud multùm diſpar, Frutex aculeatus è *Maderaſpatan Pluk. Phyt.* T. 69. F. 7.

Calabura alba *P. B. P. Pluk. Phyt.* T. 152. F. 4. Almag. Bot. p. 75.

Calabura rubra foliis laurinis *Ejuſd. Pluk. Almag.* p. 75. ubi plura Synonyma conjecturalia vide.

Carappa arbor ex *Curaſſavia Ejuſd.* Folia ei Laurina, ſolida & ſplendentia, ex adverſo bina.

Kina-Cina *Americana* Nucis folio D. *Lignon.*

Folia quàm Nucis latiora ſunt & ſubrotunda, nervis pluribus arcuatis firmata, duo paria ad coſtam mediam annexa, cum impari in extremo, D. *Sherard.*

Elemnifera *Curaſſavica* arbor *P. B. P.*

Granati folio *Curaſſavica* arbor lucida *P. B. P.*

Melanomma & Melanoxylon, Arbor Laurifolia nucifera, gemmis nigricantibus Americana: Blackbud Barbadenſibus *Pluk. Phyt.* T. 205. F. 3.

Kopang arbor *Novanglicana* antiarthritica *P. B. P.* Vide ſupra, Arbor *Indica* Lauro-ceraſi foliis, &c. *Pluk.*

De hac arbore D. *Creſcentius Matherus Boſtoniâ* in *Nova-Anglia* ad clariſſimum *Senguardum* ſic ſcripſit, Non invenitur in Terra *Nova-Anglicana* niſi unico in loco, nimirum in valle quadam aquoſa inter innumeros Cedros, ac revera, eſt planta cedro digna; ab Indis *Kupang* nominatur. Viriditatem ſuam durante hyeme non amittit. Quamplurimarum apud nos herbarum vires non *Anglis*, ſed ſolùm *Indis* quibuſdam innoteſcunt. Qui iſchiadico vel quovis articulari dolore laborant, ſi pars malè affecta in ſudatorio collocetur, ex horum foliorum fumigatione, miro modo perſanantur. D. *Sherard* communicavit.

Lablari Arbor *Americana* ex *Bonairo P. B. P.* vide ſupra Arbor *Indica* baccifera *Pluk. Almag. Bot.*

Folia fert adverſa, lucida; floſculos in ſummo, quaſi in umbella, qui in ſicca integri non apparuerunt. *Idem.*

Leguanaria Arbor *Arabica* foliis & facie Loti arboris *P. B. P.* vide Jujube *Americana* ſpinoſa, &c.

Lauri facie *Curaſſavica*, è cujus radice atramentum conficiunt *Americani P. B. P.* vide Rubi ſeu mori fructu arbor, &c.

Laurifolia arbor *Americana Ejuſd.*

Lignum dulce ex *Bonairo*, An Ibiraee Piſonis *Ejuſd.*

Lignum *Americanum* fœtidum, merdam olens *Ejuſd.*

Pale Foulatio *Luſitanis. Stinckhout Belgis*, quo piſces interficiunt. *Foliis* eſt rigidis, obtuſis, digitalibus, nullo ordine natis. Floſculi in racemis erectis. Ab *Ahovai* diverſum eſſe flores arguunt. D. *Sherard.*

In ramulo ſicco, quem à D. *Sherard* mutuatus ſum, folia circa margines undata ſeu criſpa videbantur.

Muſſænda arbor *Indica*, floribus in ſummis ramulis velut in faſciculos diſpoſitis, è quorum medio emergit folium latum ſingulare flavicans.

Folia in ramulis ex adverſo bina, 3 uncias longa, duas lata, ellipticæ ferè figuræ, niſi quòd in mucronem exeant; mediâ coſtâ, & lateralibus venis indè exeuntibus ſupina ſuperficie extantibus & valde conſpicuis. Verùm notâ illâ folii è medio florum exeuntis, & elati ab aliis omnibus nobis cognitis arboribus facilè diſtinguitur. D. *Sherard* ſiccum contulit. Flores parvi ex oblongo tubo in 5 ſegmenta brevia expanduntur.

Frutex *Africanus* Salviæ foliis anguſtis acutis ſubtus ferrugineis, floribus ſpicatis tubuloſis quadrifidis.

Folia in caulibus & ramulis crebra, baſi ſua abſque pediculis adnata.

Arbor *Africana* pappoſa, Oleæ foliis rariùs dentatis, an Virgæ aureæ ſpecies? D. *Sherard.* *Folia* in ramis creberrima, 3 4^ve uncias longa, ſemunciâ latiora, obiter interdum dentata. Flores in ſummis ramis plurimi congeſti, de quorum ſtructura nihil certi adferre poſſumus. Simpla

Simpla Nobla *Canariensium*, planta amplioribus oblongis foliis, splendentibus, ternis circa caulem ambientibus, venosis *Pluk. Almag.* 343. Duo semina post singulos flores sequuntur Umbelliferarum ad instar.

Margaritifera arbor *Sirinamensis Ejusd.*

Sagittaria Arbor *Americana*, an *Aninga* Pisonis? *Ejusd.*

Ebenus *Jamaicensis* arbuscula, Buxi foliis, spinosa, flore luteo Papilionaceo, siliquifera *Pluk. Phyt.* T. 89. F. 1.

Fagi foliis alterno positua latis *Bisnagarica* Ejusd. ibid. F. 10.

Biti Malabaricæ accedens Arbor *Maderaspatana*, flore peculiari *Pluk. Phyt.* T. 18. F. 1.

Cupi Malabaricæ accedens Arbor Laurinis foliis *Maderaspatana Ejusd.* T. 171. F. 3.

Melanacrodryon, Arbor *Americana* spinosa Prunifolia, baccas atramentarias proferens, quæ ad spinarum radices cincinnis exornatur *Pluk. Phyt.* T. 205. F. 2. **Inkwood** & **Ink-berry** Barbadensibus dicta.

Ophioxylon *Americanum*, foliis oblongis mucronatis, leviter serratis Bardanæ instar, subtus lanuginosis. Lignum Colubrinum *Barbadensium*, **Snakewood** illic nuncupatum *Pluk. Phyt.* T. 210. F. 1.

Frutex *Marilandicus* folio crasso glabro Aurantiacorum colore & consistentia, floribus flavis fasciculatim congestis. Folia crassa pallide viridia, colore & consistentia, quantum ex sicca conjectari licet, Aurantiacorum, nullis neque in prona neque in supina parte nervis apparentibus, per margines æqualia, longiora & acutiora quàm Aurantiaca. Flores fasciculatim in surculo congesti, ampli, monopetali, flavi, maculis aliquot nigricantibus notati: E tubo brevi in campanulæ formam dilatari videntur, margine tamen in aliquot segmenta diviso, plurimis intus apiculatis *staminibus.*

Arbuscula *Mariana*, aceris *Virginiani* folio, baccifera, osficulo singulari, striato, compresso, *Pluk. Mantiß.*

Arbuscula *Mariana*, brevioribus Euonymi foliis, pallidè virentibus, floribus Arbuteis, ex eodem nodo plurimis spicatim uno versu prorumpentibus *Pluk. Mantiß.* qui quærit, An sit Myrtilli *seu* Vitis Idææ species, flore majori? Vitis Idææ *Marilandica* 5ta nostra.

Arbuscula *Mariana*, Ligustri foliis ternis circa caulem ambientibus, floribus plurimis ad ortus foliorum amœnè purpureis, *Pluk. Mantiß.*

Arbuscula *Indica* Buxi folio, baccifera, ex alis foliorum sigillatim fructum edens. *Erembillee Malabarorum Pluk. Mantiß.* Hujus baccæ sunt & calyculatæ & coronatæ, rotundæ fuscæ.

Arbuscula claviculata Periplocæ foliis, heptaphyllos, ex Insula *Johanna Pluk. Mantiß.* An Acer scandens minus, apocyni facie, folio subrotundo *Cat. Jam.* 182?

Arbuscula convolvulacea, Salicis odoratæ latioribus foliis, Provinciæ *Marianæ Plukenet. Mantiß.*

Arbuscula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio, subtus lanato, fructu racemoso, fervidiore, odoro: Perreaurulla *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbuscula baccifera scandens, spinosa, foliis Buxi pallidioribus, *Coodemoocatarre Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbuscula amplexicaulis Ligustri foliis, siliquifera, longè latéque se spargens: *Ponellee-chedde Malabarorum. Ejusd. ibid.*

Arbuscula *Mariana*, Pruni Sylvestris longioribus alternis foliis, lætè virentibus, flosculis plurimis ad foliorum alas oriundis *Ejusdem ibidem.* An Frutex Anonymos 5tus *Marcgr.* lib. 2. cap. 5.

Arbuscula *Africana* tricapsularis, Anonidis vernæ folio singulari, flosculis oblongis pentapetalis luteis, calyce magno bullato villis obsito exceptis, summo ramulo confertim nascentibus *Pluk. Mantiß.* Hujus (inquit) capsulæ seminales Sisyrhynchii parvi sunt æmulæ, in quibus semina parva nigro-splendentia, Anonidum more deliquium patientia, plurima intra parietes continentur. In Horto D. *Uvedale* latè virentem conspexit.

Arbor quinquefolia & heptaphylla è *Terra Mariana*, frondosa. An de Mespilorum genere? *Pluk. Mantiß.* p. 26.

Balsamifera Juglandis folio *Americana.* Arbor *Indica* Juglandis folio *Cat. Hort. Lipsi.* olim edit. *Pluk. Almag. Bot.*

Balsamum caprarium *Antegoanum* & *Nevisense* fœtidum Arbuscula Americana Balloten olens, Scammoneæ foliis punctatis, ferruginea lanugine obductis, floribus parvis, pentapetalis, spicatis *Pluk. Phyt.* T. 80. Hæc revera est de Ricinorum genere.

Corallinum lignum P. B. P. *Pluk. Phyt.* T. 169. F. 1. Glycyrrhiza vel Glycyrrhizæ affinis, arborescens *Americana*, floribus ex luteo & rubro variegatis, folio acuminato, siliquâ latissimâ *Breyn. Prod.* 2.

Coru Indorum, mali aureæ foliis, floribus albis, *Parencoruttee Malabarorum Pluk. Mantiß.* An Mal Naregam *H. M.* P, 4. T. 12? est de Pruniferarum censu.

Coru *Indorum*, Limoniæ foliis, grandioribus aculeis horrida, *Perencalla Malab. Pluk. Mant.*

Erythroxylon *Americanum*, Hydrolapathi foliis, nuculas pyramidales, filamentoso cortice inclusas, nucleo versicolore proferens *Pluk. Phyt.* T. 175. F. 5. **Red wood** Barbadensibus vulgo. Fortè Bresilio simile lignum, *Vernimbock* Germanis dictum *J. B.*

Escharoxylum seu Lignum focale *Americanum*, in focis construendis maximè usitatum *Pluk. Phyt.* T. 175. F. 6. *Cui fructus pyriformis, octies striatus, Oxyacanthæ Virginianæ magnitudine, per maturitatem ligneſcens.* An Lignum fomitis vicem præbens *Clus.* Exot. lib. 1. cap. 8. **Fire-spitz** Barbadensibus. Materies arboris adeò dura est, ut fruſtula collisa ignem instar Silicis ejiciant.

Euo-

Euodexylon *Americanum* folio magis mucronato *Ejuſd. ibid.* F. 2. Sweet ſmelling wood Barbadenſibus.

Frutex ſive Arbuſcula bacciſera ſubrotundis foliis, Chryſanthemi floribus, *Africana Pluk. Mantiſſ.*

Frutex *Indicus* Prunifolius, fructu hexagono, cum officulo ſingulari multinucleo, ex inſula *Johanna Ejuſd. ibid.*

Frutex *Æthiopicus* bacciſer, Teucrii acutioribus foliis ſcabris, ad caulem imbricatis *Ejuſd. ibid.*

Frutex Anonymos, foliis Lauri-Tini minoris *Breyn.* faſc. rar. 23.

Frutex *Virginianus* pentapetaloides, Circeæ foliis rigidis, fructu calici immerſo, baccam mentiente, foliorum petiolis eleganter fimbriatis *Pluk. Mantiſſ.*

Frutex *Africanus*, Terribilis *Narbonenſium* folio, capitulis oblongis ſquamoſis *Breyn.* faſc.

Frutex *Africanus*, lanceatis foliolis duris, mucrone pungentibus *Pluk. Mantiſſ.* Ad D. *Stone-ſtreet* allata eſt.

Fortè ex Ericarum eſt genere.

Frutex ſcandens, Petroſelini foliis *Virginianus*, claviculis donatus. In Horto D. *Sam. Reynardſon* mercatoris *Londinenſis* cultum vidit, inque *Comptoniano Fulhamiæ ejuſd. ibid.*

Uruſchhuki veſchenuki vocatur Arbor *Japonenſis*, ex quâ cortice ſauciato fluit Lacca, quâ utuntur *Japonenſes* ad pigmentum Laccæ conficiendum. Capitur Lacca & ſolvitur in oleo quod exprimitur ex fructibus oblongis, cuticulâ coriaceâ velut *Thea* tectis, & *Japonenſibus Tſubaki* vocatur, *Chinenſibus Sonqua.* Arbor *Uruſchuki* foliis eſt *Billingbing* ſimilibus, cortice viridi, fermè inſtar Salicis, naſcens in ſylvis. *Tſubaki* eſt fructus elegans plantæ floribus rubris tam plenis quàm ſimplicibus inſtar malvæ; foliis gaudet rotundis craſſis. Horum fructuum oleo lavant *Japonenſes* capillos ut citiùs creſcant. D. *Sherard.*

Ciſtus *Japonicus* flore Lilii. Naſcitur in *Japonia*, vocatur *Satſaki* ſeu *Satski.* Colitur in hortis. Reperitur floribus plenis, ut & albis, & ex miniato variegatis, &c. Ex hujus arbore faciunt opera topiaria. D. *Sherard.* Eſt Ciſtus Indicus, Ledi Alpini foliis & floribus amplis H. L. Bat.

Kanski eſt arbor folio in 8 partes laciniato, ex cujus medulla levi fungoſa, candida lamellæ inſtar chartæ fiunt ad flores artificiales conficiendos. D. *Sherard.*

Ulmi foliis nonnihil ſimilis *Zeilanica* capreolata. D. *Herman.* Folia conjugatim ramis adnaſcuntur contra quàm in Ulmo. Capreoli ex apice pediculorum qui folium ſuſtinet egrediuntur.

Frutex *Africanus*, floribus parvis, 4 petalis, ſpicatis, foliis longis anguſtis, ſummitate quaſi abſciſſa D. *Sherard.* Folia ſemunciam, rariùs unciam longa, anguſtiſſima ſunt. Flores ex alis foliorum exeunt pediculis brevibus nixi.

Frutex *Æthiopicus* foliis longis, anguſtis, acutis, creberrimis, Roſmarinum quodammodo æmulantibus, floſculis ſpicatis D. *Sherard.*

Frutex *Prom. Bæ Sp.* Pinaſtri foliis ternis, floribus parvis pentapetalis ſpicatis. Fortè Geniſta *Æthiopica* Pinaſtri foliis triphylla *Pluk.* Tab. 268. F. 1.

Vaſculifera viſcoſa, calice majore è *Cap. Bæ Sp. Muſ. Pet.* 496. Planta foliis Leucanthemi villoſus.

Planta *Africana* foliis Ruſci aculeatis, floribus rubris. Frutex *Æthiopicus* coniſer, fructu parvo ſparſim inter folia Ruſci, ſeminibus cylindraceis *Pluk. Phyt.* Tab. 297. F. 2.

Eupatorioides *Cap. Bæ Sp.* foliis rigidis teretibus contortis *Muſ. Pet.* 209. Alypi ſpecies eſſe videtur D. *Sherard.* Floſculi in capitulum congeſti ſunt.

Herba terribilis *Africana*, foliis Tithymali paralii *D. Sherard.* Alypum è *Promont. Bæ Sp.* foliis minimis *Muſ. Pet.* 804.

Euodexylum ſeu Lignum odoratum Americanum, folio amplo ſubrotundo, profundè venoſo, fructu glandiformi, Beretini inſtar nullo calice donato *Pluk. Phyt.* T. 176. F. 1. Sweet-wood Barbadenſibus.

D. *Sloane.*

Arbor iſtæc grandis erat, virgis cortice fuſco tectis, ligno intus duro. *Folia* in extremis ſurculis, nullo ordine poſita, pediculis uncialibus, robuſtis fulta, ſubrotunda, 6 uncias longa, mediâque latiſſima parte quatuor lata, ſupernè glabra & ſplendentia, ſubtus nervis variè diſcurrentibus inæqualia, unde & in ſupina parte ſulcata apparent.

In inſula *Barbados* invenit D. *Sloane.*

Salicis folio lato, ſplendente Arbor, floribus parvis, pallidè luteis, pentapetalis, è ramulorum lateribus confertim exeuntibus *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

In multis hæc Arbor præcedentem [Bacciferam racemoſam fruticoſam, Buxi folio, &c.] referebat, verùm fructum ejus nunquam vidi. *Truncus* ſemoris humani craſſitudinem adæquat, *cortice* rubente & propemodum glabro obtectus, in plures ramos ad 20 aut 30 pedum altitudinem aſſurgentes diviſus. Virgæ extremæ *foliis* multis, nullo ordine poſitis, eas in orbem ambientibus, onuſtæ. Pediculis a ſemunciam longis inſident Folia illa, 2 unçias longa, non ultra

¼ unciæ lata, mollia, glabra, obscurè viridia, costa tamen albicante; medio latissima, latitudine exinde versùs utrumque extremum paulatim imminuta. *Flores* plurimi conferti è ramulis exeunt, 3, 4ve simul in pediculis ⅛ unciæ longis, perexigui, pallidè flavi, pentagoni, ad singulos angulos, velut stamine quodam erecto.

In collibus sylvosis *Red Hills* dictis, ad margines viæ quæ versùs *Guanaboa* ducit copiosè nascitur.

Acrochordodendros seu Arbor *Indica* prægrandis, foliis integris, Platani fructu verrucoso minore, sive Fragiformi duro, cujus singuli bati seu tubercula sunt capsulæ seminales. Melius forsan Arbor *Indica* prægrandis, foliis integris, fructu rotundo parvo, Fragiformi è tuberculis capsularibus compositio. Nellacarumbac *Malabarorum*, *Pluk. Mantiss.*

Convolvuli capsulâ frutex *Madraspatanus* Ulmi minoris folio *Pet.* vide *Act. Philos. Lond.* N. 267. P. 711. Perraia-chedde *Malab.* D. *Brown.*

Sex aut 8, interdum 12 pedes altus est, crus humanum crassus. *Folia* ejus facie & texturâ Ulmi vulgaris folia referunt, inordinatè posita, perbrevibus pediculis fulta. E foliorum sinubus exeunt *capsulæ* singulæ binæve, in filamentum terminatæ ut in Convolvulo vulgari, verùm unicum duntaxat semen seu nucleum continentes. Unaquæque capsula perbrevi insidet pediculo vix ultra semunciam longo, calice tecta è 4 rotundiusculis foliis compositio.

Totaplanta in pulverem redacta fluxum urinæ nimium cohibet. Lac articulorum dolores lenit.

Datur & alia hujus species non lactescens, Solo-peraia dicta, ad eadem utilis.

Toddali spinosus *Madraspatanus*, medio nervo ex altera parte folii percurrente *Mus. Pet.* 689.

Planta est humilis, bipedali altitudine, spinosa. Pulvis totius, baccis exceptis (quas quia capri non attingunt pro venenosis habent indigenæ) adversus Apoplexias, Epilepsias, Paralyses, & motus Convulsivos exhibetur, quos ad miraculum usque sanat.

Coccifera *Madraspatana*, Capparidis facie spinosa, fructu Umbellæ modo nascente *Mus. Pet.* 631. Code-maoca-tara *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 274. P. 260.

Hujus decoctum tineam capitis in infantibus & scabiem curat. Atqui 3um 4ve annorum contusam externè applicare debent.

Frutex *Africanus* aromaticus, flore spicato exiguo *Hort. Amst. rar.* P. 2.

Radicem habet ligneam, fuscam; *caulem* tripedalem, rotundum, fuscum & tenuem, qui in varios divaricatur ramulos, in alios minores dividendos. His adstant *Folia* exigua, supina parte viridia, pronâ cinericea, quales etiam ramulorum extremitates, quæ in capitulum excrescunt, ramulorum productionem novam vel extensionem demonstrans; quarum extremitatum quædam ipso hyberno tempore in spicam extenduntur spithamiæam, quam undique verticillis crebrioribus ambiunt *flosculi* exigui, fusci, & ut apparent, quinquifidi, qui an post se relinquunt *semina* quaterna nuda me latet, cùm hactenus in conceptaculis videre non licuit. Semina tamen ex *Africa* accepta exigua sunt. Odorem & saporem terebinthinoso-aromaticum exhibet, nec sapor longè recedit à Balsamo *Copaiva.*

Frutex *Africanus* Ericæ foliis, glutinosus flore spicato albo D. *Pancras Hort. Amst. rar.* P. 24

Radix hujus fruticis lignosa & alba est, ex qua *Caulis* erigitur spithamiæus, rotundus & subflavus, qui in varios divaricatur ramulos, rotundos & virides, qui undique foliolis nullo sustentatis pediculo, parvis, tenuibus & nonnihil succulentis ambiuntur. Ramulorum summitates ornantur *floribus* plurimis in spicam dispositis, albis, monopetalis, & in 5 lacinias divisis qui perianthio sustentatur bipartito, è quorum medio unà cum stylo albicante *Stamina* exeunt 4 *apicibus* luteis prædita. Floret æstivis mensibus, verùm semina in Horto nondum perfecit. Hujus fruticis ramuli glutinositate sua tangentis digitos sibi reddunt annexos.

Frutex *Sirinamensis* foliis alternis acuminatis, subtus hirsutis D. *Sherard.*

Surculi teneriores pilis ferrugineis mollibus lanuginosi sunt.

Pentaphora *Madraspatana*, Nerii flore, tubo longissimo *Pet. Act. Philos.* N. 224. P. 331. pl. 38. Cambee-chedde *Malab.* Ad 4 aut 5 pedum altitudinem assurgit, brachium humanum crassus.

Arbor *Salawaccensis*, Lauri folio, fructu filo longo terminante, flore ex utriculo quasi erumpente *Mus. Pet.* 610. item *Act. Philos.* N. 276. P. 1021. Ad 20 aut 25 interdum pedum altitudinem enititur. *Indi* oleum per expressionem è nucleis eliciunt, quod Berberin seu paralysin curat extrinsecus inungendo partem affectam, & cochleare dimidium manè & vesperi intus assumendo. Cortex arboris (qui admodum crassus est) contusus, aquæ infusus, & per totam noctem expositus ad rorem cœlestem bibendum, & manè colatus Gonorrhœæ medetur, si per aliquot dies mane & vesperi modicum ejus bibatur.

Arbor *Sirinamenſis*, foliis conjugatis, floribus ternis pentapetalis, An Caſſiæ ſpecies D. *Sherard.*

Arbor *Sirinamenſis*, foliis Laurinis conjugatis lucidis, floribus ſtamineis ſpicatis, fortè *Mangle* ſpecies. D. *Sherard.* Floſculi in globulos congeſti videntur.

Arbor *Sirinamenſis*, foliis Laurinis alternis, floribus ſpicatis, ſtamineis; an *Pimento* Species?

Arbor *Sirinamenſis*, Fraxini foliis rotundioribus lucidis, floribus ſpicatis, papilionaceis parvis cœruleis D. *Sherard.* D. *Hermannus* ad Syringum eam refert, cum qua parùm habet ſimilitudinis præterquam floris colore.

Frutex foliis parvis cordatis, floribus ſtamineis, ad foliorum exortus abſque pediculis naſcentibus D. *Sherard.* Foliorum pediculi tenuiſſimi ſunt.

Arbor *Sirinamenſis*, Guaiavas folio, flore amplo purpureo, in ſummitate ſingulari.

Frutex *Sirinamenſis*, Salicis capreæ foliis alternis, floribus parvis in globulum congeſtis, ad ſolii uniuſcujuſque ſedem. D. *Sherard.* Hujus ſpeciem minorem vidi apud D. *Dampierre*, D. *Sherard.*

Arbor *Sirinamenſis*, foliis ex eodem exortu ternis, floribus parvis pentapetalis, tubuloſis umbellatim naſcentibus. An Apocyni Species? D. *Sherard.*

Arbor *Sirinamenſis*, foliis pinnatis lucidis, floribus parvis, papilionaceis luteis ſpicatis D. *Sherard.* Folia ſpiſſa nervoſa.

Apocyni ſubrotundi foliis conjugatis Frutex *Sirinamenſis* floribus ſpicatis parvis, è foliorum ſinubus D. *Sherard.*

Arbor *Sirinamenſis*, Corni maris foliis, floribus è foliorum alis tubuloſis longiſſimis, in 4 ſegmenta diviſis D. *Sherard.*

Elengi *Hort. Malab.* facie Arbor *Sirinamenſis*, foliis alternis, lucidis, ſubtus incanis D. *Sherard.*

Arbor *Sirinamenſis*, Urticæ foliis, ſubtus villoſis, floribus è foliorum alis tubuloſis, villoſis, longiſſimo filamento donatis D *Sherard.* Folia moſchum redolent.

Momo arbor *Sirinamenſis*, in cujus ſtaminum ſummo apices ſunt Caryophylliformes D. *Sherard.* Foliis eſt digitatis, non rigidis D. *Sherard.* Aliam hujus ſpeciem nuper vidi apud D. *Dampierre*, plus duplo minorem. Goſſipii arboris ſpeciem eſſe aſſerit, & ſiliquas amplas proferre.

Liquidambaris fructu Frutex *Amboinenſis*, Equiſeti geniculatis foliis, *Caſſuarina* dictus D. *Sherard.* Semina in pilulas echinatas Sparganii æmulas conglobata ſunt.

Arbor *Javanenſis*, Viſci foliis latioribus, conjugatis, *Dammara alba* dicta, D. *Sherard.* Folia nervis per longitudinem ductis Graminea imitantur.

Arbor hortenſis *Javanorum*, foliis Viſci anguſtioribus aromaticus, floribus ſpicatis ſtamineis luteſcentibus *Muſ. Pet.* 350.

Foliorum pediculi ab exortu ſuo è caule deſcendunt aliquantulum, deinde ſurſum reflectuntur & angulum rotundum efficiunt. Folia ſemunciam circiter lata ſunt, palma longiora, in acutum mucronem deſinentia. Hujuſce aliam ſpeciem foliis Sanamandæ 3iæ *Claſ.* viridibus vidi inter Plantas D. *Dampierre.*

Jaſmini flore Planta *Cap. Bæ Sp.* foliis Sedi majoris *Muſ. Pet.* 249. *The* **Trumpet Flower.**

Eadem foliis & floribus minoribus, denſiùs ſtipatis. Hoc genus Plantæ **Trumpet Flowers**: *i. e.* Flore tubæ æmulo donatæ dicuntur.

Pini facie frutex *Africanus*, Cyperi capitulis umbellatis D. *Sherard.*

Frutex *Africanus*, Roris marini foliis & facie D. *Sherard.*

Lewiſanus *Capenſis* Serpylli folio, *Pet. Gazophylac.* Tab. 5. Fig. 7.

Lewiſanus *Africanus*, Ericæ folio, capitulo majori D. *Sherard.*

Hæ duæ plantæ è Cupreſſo-pinuli D. *Breynii* genere ſunt.

Gallii facie planta *Africana*, fruteſcens, ſemine duplici compreſſo ſtriato D. *Sherard.*

Sedum *Cap. Bæ Sp.* Serpylli folio hirſuto, floribus albis comoſis *Muſ. Pet.* 290. D. *Sherard* ad Spiræam potiùs referendam putat hanc plantam.

Delphinii capſulâ fruticulus è *Cap. Bæ Sp.* folio anguſto punctato *Muſ. Pet.* 391. Spirææ ſpecies eſſe videtur.

Planta è *Cap. Bæ Sp.* floribus denſè conglomeratis, foliis Taxi minoribus, apicibus ſpiniferis *Muſ. Pet.* 456. Spicata *Africana* Coris folio fruteſcens ſeu Coris Alopecuroides nonnullis.

Altera ſpecies foliis brevioribus denſiùs ſtipatis.

Camphorata *Africana* fruteſcens D. *Sherard.* Folia huic tenuiora multò ſunt & longiora quàm Camphoratæ vulgari.

Capparis Fabago *Africana* fruteſcens, flore albo D. *Sherard.* Folia in ſicco noſtro ſpecimine minora ſunt quàm Fabaginis vulgaris.

Triopteridis fructu planta *Africana*, Capparidis Fabaginei foliis, efloluteo D. *Sherard.*

Arbor

Arbor baccifera *Barbadensis* Morifolia, simplici officulo, magno, conoide striato, polycarpos, sive multiplici nucleo parvo. Mulberry-leaf-tree ab Insulanis nostris nuncupatur *Pluk. Mantiss.* p. 22.

Arbor *Indica*, Fagi amplioribus foliis densis, fructu Anonæ dulcis. Sumtrapoonne *Malabarorum. Ejusd. ibid.* Hujus arboris folia mirabiliter flatus discutiunt, & optimum hisce regionibus præstant carminativum.

Arbor baccifera *Ind. Or.* Ilicis Suberiferæ foliis, fructu calyculato, calycibus intus azureo tinctis *Ejusd. ibid.*

Arbor baccifera, Althææ foliis parvis, subrotundis *Ind. Orient.* Chaddacho *Malabar. Ejusd. ibid.*

Arbuscula *Indica* Alni lanato folio minoris æmula, orbiculata bacca calyculata. Vacaunne *Malabarorum Ejusd. ibid.* p. 23. *v.* Coccifera *Madraspatana* calyce magno, Staphylodendri Africani folio *Mus. Pet.*

Arbor *Indica* Pyri folio, fructu Nucis moschatæ simili, tricapsularis. Cattakai *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbor *Indica*, Pyri densioribus & subrotundis foliis, fructu Nucis moschatæ magnitudine, summo vertice coronato. Cammaulmaram *Malabarorum Ejusd. ibid.* Hujus fructus tussientibus & raucedine laborantibus opitulatur.

Arbor *Indica*, Pyrolæ minoris folio, cucurbitino flore, fructu Myrobalani. Cambeechedde *Malabarorum.* Hujus fructus bene coctos comedunt Indigenæ. *Pluk. Mantiss.*

Arbor *Africana* rigidiusculis & splendentibus Salicis foliis ex *Promont. Bæ. Spei. Ejusd. ibid.*

Arbor *Africana*, foliis Arbuti, Spirææ floribus in spicam densiorem adactis *Ejusd. ibid.*

Arbor *Sirinamensis*, Lauri densioribus foliis, mediâ costâ per longitudinem tuberculis velut perforatis conspicua: Arbor *Indica* ἄγνῳπος floribus umbellatis, tetrapetalis *Hist. nat.* p. 1787. *Ejusd. ibid.*

Arbor *Indica* baccifera. Ligustri foliis densioribus & firmioribus, fructu Pungalu *Malabarorum Pluk. Mantiss.* p. 25.

Arbor *Indica*, Euonymi brevioribus foliis, floribus ad stipitem racemosis. Cungee *Malarorum Ejusd. ibid.*

Arbor *Americana* Myrti *Bæticæ* latifoliæ facie, aromatica *Pluk. Mantiss.*

Arbor *Americana*, Myrtiformis, foliis graveolens: An Arbor ex *Sirinama* seu *Americana*, Myrti Laureæ foliis, *Elemi* resinam fundens *Breyn. Prod.* 2. 18. *Ejusd. ibid.*

Arbuscula baccifera Myrtifolia, in ramulorum cymis, fructu racemoso cœruleo. Cariwaopulle *Malabarorum Pluk. Mantiss.* Tota planta aromatica est,& Uva sapore acri Piperis.

Arbor *Indica*, Pruni sylvestris folio, Corni maris fructu longiore, cujus lignum Santalum nigrum ab Indigenis habetur. Davadarre *Malabarorum Pluk. Mantiss.* p. 26.

Frutex *Marilandicus* tetraphyllus, floseulis purpureis, in surculis è foliorum alis egressis, petiolis tenuissimis.

Folia in ramulo inferiora, è quorum alis surculi floriferi exeunt, superioribus minora sunt, nec ullo ordine posita, *Uvæ ursi* ferè similia. Surculi floriferi foliolis minimis vestiuntur, è quorum sinubus exeunt pedicelli *flosculos* sustinentes intense purpureos. Ramulus supra flores assurgit, & ad intervalla 4 foliis cruciatim dispositis, sesquunciam longis, semunciâ latioribus, æquis marginibus, cingitur. Quot petalis flosculus constet in sicca discernere non licuit. *Fructum* nondum perfecerat, ideóque qualis sit nescimus.

Arbor *Indica*, cujus folia sunt Lauri *Aldin.* similia, apicibus rotundioribus retusis, ac magis venosa, fructu Amygdali, ex cujus nucleis oleum exprimitur ad varios usus. Elippemaram *Malabarorum Pluk. Mantiss.* p. 20.

Arbor *Indica* Cerasi Laurinæ foliis, flore albo, fructu Piniformi. à D. *Jacobo Coningham* in *India Orientali* observata *Pluk. Mantiss.*

Arbor *Indica* baccifera, Laurinis lucentibus foliis, ex oris *Coromandel.* Malacungee *Malabarorum Ejusd. ibid.* p. 21.

Arbor *Indica* pallidioribus foliis, fructu conoide ex magno calice emergente, Cautmogullamaram *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbor Laurifolia *Indica*, fructu ad caulem racemoso, Oleæ magnitudine & forma, villoso, seminibus Anonæ nucleorum æmulis referto *Ejusd. ibid.*

Arbor *Indica*, longis mucronatis integris foliis, fructu albicante, Nucis *Palmæ Indel* dictæ æmulo. Asshogamaram *Malabarorum Pluk. Mantiss.*

Arbor *Indica*, ovali folio, flosculis plurimis in spicis summo caule dispositis acinifera. Pulicheemaram *Malabarorum* Ejusd. ibid, p. 22.

Arbuscula corymbosa *Ind. Or.* folio fermè ovali figurâ, Sirrunarvelle *Malabarorum.* Hujus folia *Sida-Pou* H. M. P. 6. T. 59. foliis haud absimilia *Pluk. Mantiss.*

Arbuscula *Americana* baccifera, flosculis comosis, & foliorum Tremæ *Brasilienssium* æmulis *Ejusd. ibid.*

Arbuscula baccifera, Asclepiadis folio, fructu Tiliæ tetragono. Chermurre *Malabarorum Ejusd. ibid.*

Arbor *Pearmeedoorica* Juglandis folio, fructu racemoso villoso trinucleato. Toulecutte *Malab. Pet. Act. Philosoph. Lond.* N. 267. p. 714.

Trunci hujus diameter 6 aut 8 est unciarum, altitudo 20 circiter pedum. *Folia* bina ordine costæ mediæ adnascuntur, nullo in extremo impari costam terminante, perbrevibus pediculis insidentia, venosa admodum, venis utrinque elatis, subtus mollia, præterquam in ramis adultis. *Flores* numerosi, velut racematim congesti, singuli 5 petalis exiguis lanuginosis compositi: dum in gemma adhuc sunt antequam explicantur totidem parvis è viridi canescentibus calicis foliis, ad fundum usque floris fissis obtecti. Hæc non decidunt sed restant fructûs basi subdita, qui nucis *Avellanæ* magnitudine est, & acuminatus, corii Bubalini colore & mollitie, tres nucleos continens.

Virtus. Decoctum corticis, foliorum & fructûs flatus & dolores colicos lenit & aufert.

Arbor *Africana* spicata foliis digitatis obtusis D. *Sherard.* Ex foliis nonnulla appendices habent ad pediculum instar Aurantiacorum.

Arbor *Eremitana* Lauro-cerasi folio D. *Petiver.* Sumtrapoonee *Malab.*

Folia crassa sunt, & Lauro-cerasi persimilia, nonnulla tamen rotundiora, brevibus pediculis nixa: Ad insertionem pediculorum exeunt racemuli *florum* exiguorum absque ullis ferè pediculis, quibus succedunt *fructus*, quos quia nondum maturuerunt non examinavi, ex iis tamen nonnulli Ceraso majores erant, foliaceo calici, Sameræ Ulmi simili adhærentes. Sex aut octo pedum altitudinem assequitur, carpi humani crassitiem.

Arbor Eremitana, Ponnæ minore crassioréque folio *Pet. Philosoph. Transact.* N. 274. p. 395. Cammal Muraum *Malab.*

Folia crassa sunt & rigida; costâ mediâ supernè sulcatâ, subtus valde elatâ, obtusa & persæpe bifida, brevibus pediculis nixa, densè sita, nullo ordine. Ex horum sinubus exeunt *Florum* hexapetalorum, Lauri Tini similium racemi. Flos unusquisque pediculo quadrantali, (qui potiùs ipsius tubus esse videtur) insidet; 28 circiter pedum altitudine est, diametro pedali aut majore. Pulvis radicis aut corticis raucedini confert.

Partes quædam Plantarum minus cognitarum.

Lignum *Campechianum*, species quædam *Brasiliæ* Jo. de Laet. lib. 5. cap. 28. p. 274. Campeche-wood *of Chilton, Hackluyt* part. 3. p. 461. *of Parker* ib. p. 603. *of Middleton, Purchas* lib. 6. cap. 10. p. 1246. Logwood *or* Palo Campechio of Mr. *Rich. Hackluit.* Logwood of *Rawlins, Purchas* lib. 6. cap. 7. p. 891. of the *Earl of Cumberland* ib. vol. 4. p. 1147. An Lignum Brasilio simile, cæruleo tingens *J. B.* tom. 1. lib. 4. p. 492? Logwood.

D. *Sloane.*

Hoc genus ligni in asseres discindi & detruncari plerunque solet, ulnam circiter longos, duarum triúmve unciarum diametro, colore exteriùs sordido & cœnoso, ab aeris injuriis, cœno, aut aquâ salsâ contracto, interiùs pallidè fusco rubente. Ponderosum est; exteriore autem parte ad tingendum inutili à cædentibus spoliari, aut dealburnari solet.

Circa oppidum *Campeche* magnâ copiâ quotannis cædi solet à *Jamaicæ* incolis illuc commeantibus, & *Jamaicam* adferri, unde in *Angliam* infectorum gratiâ transmittitur.

Usus. In molis ad id præparatis in pulverem comminuitur in usum tinctorum, & pro basi aliorum colorum inservire dicitur, siquidem panni hoc colore infecti ad alios imbibendos & retinendos idonei redduntur.

Lignum Insulæ *Bonaire* Belgis *Stockvisch-hout* Lact. l. 18. cap. 15. p. 688. An Curaqua seu Brasilium Hispanorum *Hernandez*? p. 121? An Cytiso quodammodo affinis Arbor quadrifolia spinosa *Americana*, flore luteo odorato, siliquâ planâ membranaceâ, admodum compressâ, per medium planitierum secundùm longitudinem (Serræ leguminosæ in morem) sese aperiente *Breyn.* Prod. 2. p. 40. Nicaragua-wood.

D. *Sloane.*

Hoc lignum rubore & pondere Brasilio vero propemodum par & æquale est. Asseres seu trunci in quos dissecatur 3 circiter pedes longi sunt, non teretes sed compressi, semipedali ferè latitudine, nonnullis in locis crassiores quàm in aliis, cavitatibus hic illic depressis inæquales, cortice albicante tecti.

Locus. Ex *Americæ* provinciis, *Nicaragua, Rio de la Hacha, & Santa Martha* dictis *Jamaicam* copiosissimè singulis annis infertur, ad eosdem usus ad quos præcedens.

Pseudo-santalum croceum *Sloan. Cat. Jamaic.* An Arbor *Guianæ*, Piratiminere vulgò *Letter-hout De Laet.* lib. 17. cap. 14. p. 645. Pis. Mantiss. aromat. p. 171. Brazilletto.

D. *Sloane.*

Ligno *Campechiano* simillimum est hoc genus, duntaxat minus, & in asseres longiores plurimùm dissecatur, pondere, colore, usibus ad illud proximè accedit.

In pratis & collibus insulæ *Jamaicæ* abundat, ubi cæditur quotannis & in *Angliam* transmittitur in usus tinctorum.

Arbor

Arbor quæ vel *Brasilienſem* rubedine ſupera. *Ind. Orient.* part. 6. cap. 56. p. 123. Arbori *Braſilianæ* affinis *C. B.* p. 393. Logwood *of Battell*, Redwood.

D. *Sloane.*

Lignum hoc magis poroſum eſt, laxum & leve, quam quodvis præcedentium. E *Guinea Jamaicam* aliquando adfertur ſegmentis craſſiuſculis, in uſum tinctorum in *Europam* tranſvehendum.

Planta fruticoſa ſcandens, ex cujus caule fiunt ſcipiones cinerei, flexiles, ſtriati & tuberculati, nervis & tuberculis ſpiraliter diſpoſitis *Slon. Cat. Jamaic.* Supple Jacks,

D. *Sloane.*

Caulis ſupradictus pollicis circiter craſſitudine eſt, levis, glaber, cinereus, fibris in lineis ſpiralibus ſibi invicem parallelis decurrentibus tuberculis etiam ad intervalla ſpiraliter diſpoſitis ornatur.

In ſylvis reperitur, eſtque proculdubio caulis cujuſdam plantæ ſcandentis fruticoſæ.

Planta fruticoſa ſcandens, cujus caulis loco chordæ muſicis inſtrumentis adhibetur *Slon. Cat. Jamaic.*

D. *Sloane.*

Nervi hi ſeu funiculæ plantæ cujuſdam ſcandentis caulis erant, exteriori cortice denudatus: Glaber is erat, albus, abſque nodis aut articulis, Graminis canini vulg. radici nonnihil ſimilis, & magnitudine par. Fibræ in hoc caule ſpiraliter decurrunt, atque exſiccando ſponte à ſe invicem abſcedunt & ſeparantur.

In ſylvis apertioribus pratorum circa urbem *S. Jago de la Vega* reperitur planta hæc, à Fidicinibus Nigritis, quibus vice chordæ inſervit. *Locus & Uſus.*

Radix fruticoſa lutea, Glycyrrhizæ ſimilis, cortice fuſco, dentibus mundificandis inſerviens *Slon. Cat, Jamaic.*

Minimi digiti ferè craſſitudine erat *radix* iſthæc, cortice ſubfuſco tecta, intus flava etiam magis quàm Glycyrrhizæ. Utroque extremo in multas ſpargitur fibras ſcopulæ ad inſtar, quæ ad mundandos dentes à *Nigritis* adhibebantur. Vitium ſarmentis in eoſdem uſus à *Canarienſibus* inſulis allatis, & ſanguine Draconis tinctis per omnia ſimiles erant.

In ſylvis apertioribus *Jamaicæ* inſulæ à *Nigritis* è terra eruebatur.

Fructus elegantiſſimus De Laet, lib. 17. cap. 4. p. 633. An Fructus exoticus, Stramoniæ modo tuberculis obſitus *J. B.* tom. 1. lib. 3. p. 327? i, e. Fructus exoticus 5. *Cluſ.* Exot. lib. 2. cap. 15. p. 36? Fructus ovalis, ex fuſco ſubrubens, tuberculis mucronatis obſitus *C. B.* 406. Palmapinus maritima *Barbadenſis* & *Jamaicenſis*, fructu orbiculari pomiformi, ſquamato putamine tecto *Pluk. Almag. Bot.* Tab. 323. F. 3.

D. *Sloane.*

Fluctibus marinis in littora *Jamaicæ* frequenter ejicitur, nec in *Jamaicæ* ſolùm, ſed, quod mirum, in inſularum etiam Zephyro-boreali *Scotiæ* lateri adjacentium, unà cum aliis fructibus, ut v. g. Fructu exotico cinereo cum lineis & tuberculis duris *J. B.* tom. 1. lib. 3. p. 328.

Reſina pici ſimilis inodora *Slon. Cat. Jamaic.* Gum Colliman or Carriman *of Robert Harcourt.* Purchas l. 6. cap. 16. p. 1276. *Park.* p. 1670. *Piſ. Mantiſſ. aromat.* p. 171. *Montagne.*

D. *Sloane.*

Prunis injecta ſuffitu ſuavem odorem reddit, qui capite prono naribus exceptus ter quatérve in die, vertiginem tollit, cerebro frigido & humido conducit, & paralyſi medetur. Vaſe ſtanneo liquefacta, ſupra corium extenſa & lumborum regioni applicata, dolores quos poſt partum mulieres perſæpe iis in partibus ſentiunt mitigat & tollit; nervos etiam confortat, podagricos doloreslevat, & vulnera ſanat:

Plan-

Plantarum quarundam minus cognitarum partes ad morbos quosdam medendos valde celebres.

Faba Bengalenſis, Myrobalani ſpecies à nonnullis credita D. *Dale*.

Ad hæmoptyſin ſeu ſputum ſanguineum & omnes in genere hæmorrhagias remedium eſt præſtantiſſimum; ſanguinem modicè incraſſans, venarum & arteriarum oſcula obturans & rupturas conſolidans, humores acres & erodentes mitigans & contemperans.

Baccæ Bermudenſes, à nonnullis quos conſului, Palmæ cujuſdam inſula illa frequentis fructus exiſtimati; ab aliis Quity Piſonis p. 162. D. *Dale*.

Ad chloroſin ſingulare & ſpecificum medicamentum ſunt, poſt chalybeata incaſſum uſurpata, morbum illum debellantes & ſanantes. Spiritus, tinctura, aut extractum exhibenda ſunt potiùs quàm baccæ crudæ.

Caſſamuniar aliàs *Ryſagone* dicta, quam pro Zedoaria Geiduar dicta C: *B.* p. 36. D. *Dale* habet.

Hujus vires in Apoplexia, Epilepſia, vertigine, motibus convulſivis, ſuffocatione uterina, torminibus inteſtinorum ſanandis admirabiles multis experimentis ſibi comprobatas, celebrat D. *Joannes Peachy* M. D. aliiſque omnibus hactenus cognitis medicamentis ad prædictos affectus debellandos uſitatis præfert.

Nomen *Caſſamuniar* fictitium eſt, ad Plantam celandam impoſitum. Cùm enim radicem hanc viridem inter Herbas ſiccas à D. *Sam. Brown* collectas & *Indiæ Orientalis* Societati oblatas ſub nomine *Bengalle*, & in frequenti uſu eſſe apud Indos intelligerem; quibuſdam hujus Urbis pharmacopolis rem aperui, qui literis in Indias miſſis radicem hoc titulo petierunt & acceperunt. D. *Sloane Act. Philoſ.* N. 264. p. 580.

Planta *Ceylonica*, Menthæ aquaticæ in inſula *Ceylon* naſcentis ſpecies eſſe videtur. Anglis Earwort.

In ſurditate ſingulare & ſpecificum remedium eſſe perhibetur, multis experimentis comprobatum.

Perigua herba. An *Peragu H. M.* P. 2. p. 41.

Hujus vires in Diabete curanda inſignes à quodam medico literis ad D. *Burwell* Coll. Medici *Londinenſis* Præſidem datis ſuâ propriâ experientiâ teſtatas invenio.

Serapias ſeu *Salep*, Orchidis ſpecies eſſe videtur, & à nonnullis Serapias Dioſcoridis eſſe creditur.

Admirandarum virium eſſe perhibetur ad abortus præcavendos. & è *Turcia* ad nos tranſvehitur.

Semina *Ruſſica* ſeu *Muſcovitica*, quæ nonnulli graminis Mannæ ſpeciei cujuſdam in Polonia naſcentis, in cibis uſitati ſemina eſſe arbitrantur, alii medullam cujuſdam Palmæ *Sagou* congeneris granulatam.

Ad Rachitidem puerorum curandam medicamentum efficaciſſimum eſſe plurimis experimentis ſibimet comprobatum, ad Virum nobiliſſ. D. *Rob. Boyle* ſcripſit Medicus quidam Ruſticus inſignis, cui ſemina iſthæc in prædicto morbo experiunda tranſmiſerat.

Caſſiny, An fortè Alaterni quædam ſpecies, è *Carolina*.

In variolis perſanandis præſtantiſſimum medicamentum habetur.

Fructus

Fructus exotici.

Fructus *Indicus* oblongus, quadrangulus, sulcis inter angulos depressis, scabris, brevi pediculo insidens, nucleo intus duro, putamini arctè adhærente. Fructus hi tenui surculo scabro ad intervalla innascuntur, vix unciam longi, crassitie diametro longitudinis ferè dimidiâ.

Siliqua lata, longa, compressa, recta, marginibus parallelis, fabis intus protuberantibus, ovatis.

Javillos, Fructus est orbiculatus, depressus, in medio paululum elatus instar Trochisci seu placentulæ, in ambitu *Shillingium* æquans. Contra omnis generis venena valere dicitur. D. *Sherard.*

Ikakos Prunus est ex albo & rubro instar Macaxæ, saporis non adeò grati. Arbor supra viri altitudinem non excrescit. Fructus siccus erat sulcatus. D. *Sherard.*

Cocimitos, videbantur semina Mespili *Indici*. Fructus est instar nucis cum putamine, maturus verò scaber est & puniceus, ferè ut Ficus fuscus. *Idem.*

Phaseolo maximo similis fructus. Mittebatur ex *Cartagena* hac inscriptione: Hic est fructus *Capotes*. Fructum fert instar magni Pomi fusci coloris Cinnamomei extrinsecus, intrinsecus coloris Cinnamomei dilutioris sive fusci incarnati. Arbor fert folia Laurinis valde similia. *Idem.*

APPEN-

APPENDIX.

HERBARUM

Aliarumque

STIRPIUM

IN

Insulâ *LUZONE* Philippinarum

Primariâ Nascentium,

A Rev^do Patre GEORGIO JOSEPHO CAMELLO, S. J.

Observatarum & Descriptarum

SYLLABUS:

Ad *JOANNEM RAIUM* transmissus;

Additis etiam plurimarum *Iconibus*, ab Autore propria manu ad vivum delineatis; quas ob sumptuum in *Chalcographos* erogandorum defectum impræsentiarum emittere non licuit.

Plantæ Capillares & Saxatiles.

CUSCUTAM *& Epithymum* cum D. *Johanne Rayo* in sua Universali Plantarum *Historia*, unam eandemque plantam statuerem, sed capillacea filamenta *Cuscutam*, congestorum florum glomos *Epithymum* dicerem. Floret *Januario*; abundat eo portûs Cavite, Malvæ Sylvestri, Heliotropio minori, & Acaciæ veræ implicata.

1. *Cuscutam alteram*, seu *majorem*, Indis *Mabuhu* & *Malobohog*. Collegi in colonia *Malate*, supersternitur autem plerumque *Vitici maritimæ secundæ*, longis, filum ligatorium crassis, viridibus, & flavis viticulis, saporis nullius manifesti, quæ commansæ lentorem dimittunt: ex ramusculorum verò sinubus pediculos exerit, albis & sessilibus sphærulis consitos, *Aprili* mense in trifolios candidos, & croculis refertos flosculos abeuntes. An hujus loci *Contrayerba de Chusgon*, vel *Guamacucho*, seu *Marannon*? sunt autem capillamenta per intervalla nodosa, acria ut *Piper*, arboribus innascentia. *Vide in Hist. Peruviana*, Calancham.

2. *Lomotlomatan*, aut *Chaychay*, est *Adianthum verum*, seu *Capillus Veneris legitimus*.

3. Hujus Speciem monstrosam foliis biunciâ latioribus, collegi in monte *S. Petri*. Petiver *Gazophyl. Naturæ & Artis* Tab. 4. Fig. 4.

4. *Malalomotan*, seu *Lauhilauhihan*, est *Polytrichum aureum*, *Callitrichum*, *Ebenotrichum*, seu *Trichomanes*, abundat cum *Polypodio*, *Adiantho*, & Dryopteride *Dalechampii* in villa *S. Petri*. Crebros autem ut Botanicorum *Trichomanes*, tripalmares, ex subruffo nitentes, subhirsutos, & tenues spargit cauliculos, foliis quasi Adianthi *Matthioli*, obliquis, rotundiusculè crenatis, & denuò minutim incisis, non rarò triginta unâ in costâ, nec geminâ utrinque foliorum serie, sed alterno ordine subeuntibus. Sæpiùs ut *Adianthum* ex apicibus procedentibus radicatur flagellis. *Radix* capillaris.

5. *Adianthum nigrum quorundam*, seu *Dryopteris Dalechampii*, folia palmaria, multifida, mucronata, majusculè denticulata, & denuò minutim incisa, costâ superiori longiore inferiori, parte pronâ paucâ rubigine punctata, altrinsecus plumatim dissita & saporis ex subacerbo-dulcescentis promit in junceis, & cubitalibus cauliculis. *Radix* fibrosa, fusca.

6. *Dagabas*, seu *Darias*, est *Filix ordinaria* Officinarum.

7. *Paco*, seu *Havet* est *Filix similis* Filici Officinarum, cujus asparagi crudi, cum sale, oleo & aceto eduntur. Hanc alii *Tagonlipun* vocant, eò quòd ea venefici sese invisibiles reddant, ut credit Indorum superstitiosum vulgus.

8. *Filix aurea Naicensis* ex fibrosa, & cespititia *radice*, creberrimos, graciles, fuscos, & sesquicubitales attollit cauliculos; foliis frequentissimis, tenuibus, tri-penta-aut heptaphyllis, & aureolo pulvere dapsiliter obductis, obsitos, visu gratiossimam constituentes plantam.

9. *Locdo*, *Filix est major caudice carens*, folia seu palmas habens bicubitales, similes palmis, Palmæ *Pitogo*, foliola similia foliis *Adianthi* longâ serie disposita.

10. *Caladondon*, seu *Capapangani*, aut *Palacmo*, est *Filix major caudice carens altera*, Trifolium odoratum *redolens*. *Folia*, seu palmas habens fragiles, sæpè orgyiam longas, foliis alternè exeuntibus, unciam fermè latis, dodrantem longis, utróque margine, seminali pulvere limitatis consitas. Substituitur Meliloto. Aqua stillaticia cum aliis odoriferis Tabaco nasati præparando deservit.

11. *Balingavio*, *Filix est magna*, in alto caule radiatim cauliculos palmas, seu ramos spargens. Hæc tumores contumacissimos efficaciter resolvit.

12. *Muging*, *Filix est maxima*, similis Hamamangpang.

13. *Hamamangpang*, *Filix est maxima arborescens*, seu *Filicastrum monstrosum*, caudice assurgens bicubitum crasso, altitudinis Palmæ *Pitogo*, seu duarum orgyiarum, palmas, seu ramos emittit, duarum & trium orgyiarum longas, quorum caulis crassitudinis brachialis est, & bicubitali distantia foliis orbatus, qui postea per palmaria intervalla alios, & sesquipedales pandit ramusculos, foliis digitum indicem longioribus onustos. Dictæ palmæ hujus arborescentis Filicastri, ubi protuberant fuscâ obsitæ sunt lanugine, & elegantissimè baculum pastoralem, seu episcopalem repræsentant. Harum apices teneros, *Indi* odoris gratiâ lixivio incoquunt ad capillum denigrandum. His, & extirpant lichenes, contusos nempe, & sub cinere coctos imponendo.

14. *Maladagabas*, seu *Malapacon* est *Lonchitis aspera*.

15. *Asplenium* seu *Lonchitis scandens*, Indis . In fruticetis uvidis adolescere gaudet, funiculis sat vietis, longis, per palmaria intervalla, alternatim folioso, & sesquidodrantales ramusculos, exerentibus, vicina amplectitur & involvit. Foliola alternè exeuntia, Senæ majoris foliis paria, sed rotundiuscula & crassa, viginti quinque unâ in costâ.

16. *Hemionitis* Luzonis *prima*. Vix dodrantem attollitur, folio verò luxuriat vario, nunc longo, tenui & crenato, nunc relictis duobus minoribus crenatis, tertium longum, angustum & non crenatum exporrigit, jam simili secundo assurgit, ad apicem denuò in varias dilatato incisuras crenatas, jam aliis diversissimis gratiosè superbit.

17. *Hemionitis* Luzonis *altera*, Indis *Sagumay* & *Nito*, à capillari cespite, crebros, communiter sesquipalmares, & sæpiùs in orgyias duas longos & scandentes abit cauliculos, qui foliis ad imum ornantur, quorum quodlibet ex quatuor, & hæc rursum ex aliis quatuor tenuibus, & digitum auricularem longis componuntur. Reliqua minora, & incertæ formæ cauliculos alternatim insequuntur, & concomitantur, aversâ parte, ut Filicina, gerentia pulverem subruffum.

18. *Phyllitis Anglicano-Luzonis*. Quina aut sena, in sesquiuncialibus pediculis, subrotunda, humo affixa, & atro-virentia mittit folia, tria verò aut plura in dodrantem longioribus cauliculis, mucronata & alata, partéque pronâ, fuscâ pube, florentis Filicis modo, obsita habet. Radix ex multis complicata cirris. Ipsa planta *Scolopendriæ* substituitur *Officinarum*.

19. *Phyllitis fruticosa*, Indis *Lagolo*, Orgyia altius excrescit, Folia viginti quinque uno latere, formæ & magnitudinis *Scolopendriæ Officinarum*, parte supernâ glabra, infernâ nunc totaliter, jam striatim, virgatímque fuscâ, & tomentosâ lanugine pubescentia alternatim scapos ambiunt. Vulneraria est, tibiarum præcipuè exulcerationibus deservit.

20. *Phyllitis fruticosa altera* scandens, Indis *Panaypay*. Scandit accubitu, folia alternè exeuntia, bipalmaria, exucca, obscurè virentia, leviter obliquè incisa, & circiter viginti uno gerit in ramusculo. *Radix* ut *Lagolo* ex infinitis fibris densum componit cespitem.

21. *Dapodapo*, *Polypodium est ordinarium* Quercino simile.

22. *Larog*. *Polypodium* est *Monstrosum*, *exoticum* C. Clusii, aliis *Bonseg*. Habent pro Antidoto, & Febrifugo.

23. *Polypodium Phyllites primum*, folio gaudet cubitali, unciam lato, in mucronem abeunte, facie *Phyllitidis*, radix *Polypodio Querno* non habitior.

24. *Polypodium Phyllites alterum* Antipolanum, arb. *Santol* folia mittit mucronata, sesquicubitum longiora, carnosa, supernè glabra, infernè quasi punctata, & helva lanugine obducta. *Radix* ut *Quercini*.

25. *Polypodium minimum*, folia erigit vix semissem lata, ferè spithamæ, quæ ab apice usque ad medium brunno obducta semine ; *Radix* repens, tenuissima.

26. *Polypodium parvum arboris Zapotl* Indis *Cabcàbun*, radice serpit tenui, folia sunt ferè Salicis, alterna, per uncialia intervalla assurgentia, palmaria, latissima unciam lata, ex obverso luteo semine prægnantia.

27. *Polypodium Falcatum*, Indis *Bocàlas*, folia habet in bipalmaribus distantiis appensa, falcata, & lateris unius appendice caudata, tenellula, latè virentia, lata uncias duas ad medium, longa vix non dodrantem. *Radix* longissimè prorepit, fibrarum loco, tomentosâ congerie sese arboribus implectens.

28. *Polypodium triphyllum*, parvum est, folia erigens ex duobus uncialibus, & tertio sesquipalmari, composita, pulcra, & plura simul à radice exeuntia, quorum minima pulverulento donantur semine.

29. *Polypodium*

29. *Polypodium arboris Balete,* monſtroſum eſt, foliis luxurians cubitalibus, ſpithamææ latitudinis, in craſſis, & cubitalibus pediculis, quæ flaveſcentia, nervis luculentioribus, & neglectioribus pulcrè viridibus, variè hinc inde oberrantibus; fiſſa in profundiores lacinias, & ubi non finduntur, ad medium excurrentem nervum, diverſis hiant foraminibus. *Radix* magna.

30. *Polypodium monſtroſum alterum, Marianum, arboris Rhymay.* Provenit ad arbores *Rhymay,* folia promens bicubitalia, dodrante latiora, mucronata, nec inciſa ſed integra *Phyllitidis* modo, tenera, & clarè virentia.

31. *Muſcus arboreus* candidus & odoriferus, Indis *Saliaga.* Recens eſt odoratiſſimus, *Moſchum,* & *Ambarum* redolens, reſiccatus minus olet, ſed revocatur ejus odor aſpergendo modicum olei Seſamini, & ad ignem calefaciendo. Vinum in quo Muſcus arboreus maceratus, *Serapio* altum ait inducere ſomnum, ventriculum corroborare, vomitiones compeſcere, & alvi ſiſtere profluvia, *Quod expertus ſum.*

32. *Muſcus terreſtris, Lycopodium erectum,* non repens, Indis Urinas movet, & calculos comminuit, & vinum reſtituit pendulum. An Scorbuto, ubi ſanguis ſpiritibus depauperatus, conveniat?

33. *Muſcus Marinus* Indis *Digman. An* Indorum *Culaman?* ex quo ut *Sinæ* ex *Chianchiau,* decoctum, ulteriori decoctione in pellucidam abit gelatinam.

34. *Viſcum Luzonis primum,* Indis *Dapo,* foliis gaudet quaſi Pruni, ſed bijugis, flaveſcentibus, craſſiuſculis, ad cauliculorum genicula prodeuntibus. Ad hæc plures proveniunt *baccæ,* ſubluteæ, punctatæ, ferè orbiculares.

35. *Viſcum Luzonis alterum,* Indis *Mampul,* ſeu *Crocodilifugum.* Hoc primùm habui benevolentiâ *J. Molleri,* cum additione efficaciſſimum eſſe contra *Viperarum* morſus, & inſultus *Crocodilorum,* Salivam ſiquidem ejus qui ſemel illud maſticaverit, ſemper Viperarum mederi morſibus: Sed ſalivæ aliquid tribuendum puto, & reliquum exaggerationem cenſeo: & ſi canis collo ſuſpenſum habuerit ligni fruſtum, ab omnibus *Crocodilorum* inſidiis ſecurum fore, magnæ certè Herbæ cum *Crocodilo* antipathiæ ſignum, ſi verum: cum *Crocodili* canibus præ cæteris animalibus ſpecialiter inſidiantur. Id ipſum mihi dein experientiâ compertum affirmat *Joannes Montemayor.*

36. Eſt verò *Viſcum,* quod ſæpius *Vitici* innaſcere obſervavi, ſcandens, ſeſquipalmari in diſtantia geniculatum, foliis proportionaliter latis, palmum longis, mucronatis, ſibi oppoſitis, craſſis, lævibus, & lanuginoſo tomento pubeſcentibus, ubi tenellula ſunt. *Flores* ſemper trini uno in pediculo, creberrimi, rubentes, hiantes, & crocis dotati, ad foliorum exeunt ſinus. *Fructus* ſunt baccæ exiguæ, oblongæ, & quaſi pyriformes, in denticulato caliculo. Abundat in villa *Naic. Joannes Mollerus* affirmat ad ejus præſentiam *Centipedas,* & Serpentes obſtupeſcere, & obrigeſcere: quod & tradunt de *ligno Colubrino* Manungal: & eum qui illud ederat, indemnè viperas manibus tractaſſe, vidiſſe.

Alii *Mampul* vulnerariam ſtatuunt.

De Cichoraceis, Sonchis, Spicatis, Galeatis, Nodiſloris, Verticillatis & Corymbiferis.

1. GUILAY, ſeu *Sumag* eſt *Cichorium Sylv. Luzonis primum,* latifolium, flore luteo tricubitale.

2. *Arulatag* eſt *Cichorium Syl. Luzonis ſecundum,* Primulæ Veris *folio,* ſed aſperiori & tenaciori, dodrantali: *Flore* parvulo, cœruleo, *ſemine* oblongo, fuſco in aſperis pericarpiis, *radice* alba lignoſa, frequentiſſima, Planta fruticoſa eſt, & amans rudera.

3. *Singandagat* eſt *Cichorium Luzonis tertium,* montanum *folio* bipalmari, variè denticulato, *flore* cœruleo, parvo ex ſtaminibus conſtante. *Radix* lignoſa alba.

4. *Malaſambon* eſt *Cichorium Luzonis quartum,* folio *Guilay* minori, ſed huic ſimili *Conyzam* redolente, *Flore* luteo ut *Quilay.* Abundat in arvis *Mayhalique.*

5. *Chondrilla Luzonis prima,* ſeu *Sambongcala* folio gaudet quaſi *Primulæ Veris,* incano ut folium *Salviæ, flore* luteo, caule in alas diviſo, *radice* ex bulboſa multiplici, ut ſecunda, aut ut *Dens Leonis* Monſpelienſium.

6. *Chondrilla Luzonis ſecunda,* ſeu *Tabatabacoxan,* folia humi ſpargit, ut prima & tertia, ex quorum medio *caulis* variè brachiatus procedit, cubitalis in alarum ſummitatibus *floſculi* cœrulei, ex floccis congeruntur.

7. *Chondrilla Luzonis tertia,* ſeu *Bitoon,* Planta eſt bulboſa, *folia* pandit humo affixa bipalmaria, & ſpithamæa, unciam lata, crebris nervis fulcita, craſſiuſcula, ex quorum medio plura palmaria, vimineáve procedunt quaſi ſtamina, *floſculis* trifoliis, cœruleis triungui caliculo inhærentibus coronata. *Radix* alba, bulboſa, varia, carnoſa, ſubdulcis, & multiplex.

8. *Tagolinao* eſt *Sonchus lævis,* qui teretes, ſubviolaceos, teneros, & cubitales mittit *cauliculos,* quos *folia* prima ſubrotunda, ſecunda verò longiuſcula, utraque per intervalla leviter crenata, parte aversâ purpuraſcentia, & pube obſita ambiunt. *Saporis,* & *odoris* non eſt ingrati, *Indi* ſucco decocto, & infuſo utuntur in febribus, calidâ epatis intemperie, & faucium exulceratione in collutione. *Flos* fermè ſphæricus, coccineus in pappum abiens, ſemen

candidum, semine lactucæ minus. *Radix* tenuis, fibrosa, alba. Umbras amat, vix lacteſcit.

9. *Tagolinao altera*, montana est, major & vix differens.

NODIFLORA.

10. *Chamæsyce Luzonis major*, perperam *Chelidonium*, Indis *Gataſgatas*, *Tagvaſtagvas*, & *Botobotoniſſa*, aliis *Borobotones Sadang*. Planta est cubitalis, variè brachiata, lacteſcens: *Caule* tereti, subhirsuto, geniculato: *Foliis* Chamædryos latioribus, ex viridi rubiginosis, minutim crenatis, sessilibus sibi oppositis, & trino nervulo exaratis: Pro *flore*, ad geniculum in unciali pediculo, binos, ex viridi rubentes, muscosos & Pilulares fert globulos, ex perexiguis floſculis congestos. *Semen* minutissimum, fuscum, in triangularibus vasculis. *Radix* longa, fusca, lignosa, & fibrosa. *Succus* cum oxymelite in diarrhœa, dysenteria, sputo sanguinis, & vomitu utiliter exhibetur. *Folia* contusa, sub cinere cocta, rupta conglutinant, & vulnerata mirabiliter cicatrizant. Decoctum in faucium exulceratione, in inflammatione verò cum *Tagolinau*, pro gargarismo.

VIRES.

11. Hujus speciem, foliis rarissimis, longiusculis, & tenuissimis, collegi in montibus *Antipolo*.

12. *Chamæsycen* legitimam *Offic.* Indus *Borobotones*, *Saycana munti*, & *Sisiohan* vocat. Hanc *Officinæ* Mexicanæ *Chelidonio* substituunt turpi errore, ut *Manilenses* Majorem. De reliquo in vulneribus, ut vocant primæ intentionis mira præstat, sistit etenim sine mora sanguinem, etiamsi venæ incisæ fuerint, vulnerata conglutinat, & ad cicatricem brevi perducit.

13. *Chamædrys Sphæritis*, seu *Nodiflora*, *Balabalanoyon* Indis, caliculis teneris, quadratis, & quandoque tricubitalibus assurgit, sed tunc aliis circumvicinis sese acclinando fulcitur: *Folium* Chamædrys *Officinarum* angustius, rarum, incanum: *Floſculi* candidi, in sphæricis, & quadriungulo caliculo insidentibus nodis: *Semen* nigrum, minutissimum. *Radix* exigua, alba, lignosa. Tota planta subincana, *saporis* ex subadstringente dulcescentis, abundat *Silanii*. In febribus autem, Scorbuto, Hydrope, pruritu, & ulceribus repentibus usitatur *Chamædrys* Officinarum.

14. *Chamædryos species* est Indorum *Hinlalayon*, cauliculis repit incanis, ut tota planta, crassis, rotundis, & frequenter brevioribus brachiis expansis: *Folium* incano, & uberiori tomento pubescens, inodorum, quasi exuccum, subscrispum, alternum, per intervalla rariora leviusculè incisum, amariusculum si benè masticetur. *Flos* pusillus est, & luteolus. *Semen* minutum, duriusculum in quadricocco vasculo. *Radix* alba, sat longa, tenuis, fibrosa. *An* Leucas *Dioscoridis*?

15. *Syderitis Sphæritis*, seu *Nodiflora*, Indis *Botobotoniſſa*. Caule assurgit tricubitali, quadrato, per palmaria intervalla, geniculato, & *foliis* sesquipalmaribus, subhirsutis, subamaris, & non nihilum odoriferis, crenatis, & mucronatis stipato: *Floſculi* candidi in viridibus, & sphæricis pilulis, ad geniculum exeuntibus. *Radix* lignosa, albicans.

16. *Syderitidem communem*, Indus *Panſipanſi*, *Solaſolaſian*, & *Carocanſule* vocat, & vulnerariam agnoscit.

17. *Veronica Nodiflora*, Indis

18. *Bellis Nodiflora*, *flore perpetuante*, *fruticosa*, Indis *Bocquingang*, in *Jucatan* coloris candidi, *Saemul.* coloris Sanguinei purpurascentis *Czakmul*. Planta est cubitum altior, pluribus brachiata ramis, *folia* oblonga, mucronata, subhirsuta, bina ac bina ad genicula expanduntur: *Cauliculi* longi, rubentes, hirsuti, lignosive. *Flores* sunt purpureæ, aut candidæ, sphæricæ, & imbricatæ spicæ, succi expertes, hinc suo colore in annum durant; substratis duobus foliis insidentes, non tamen ipsi sunt flores, ex qualibet siquidem hujus spicæ squammula floſculus prodit neglectus, flavus, qui vix observatur. *Semen* cuilibet flavo floſculo succedit minutum, compressum, gilvum. *Radix* exigua, alba, lignosa. Vulneraria, & antidysenterica est.

SPICATA.

1. *Polyrrhizos Luzonis prima*, Spica multiplici, obliqua, incana, *floſculis* bifoliis, violaceis & exiguis gaudet. *Folia* parva, mucronata, sibi opposita, similia foliis *Capsici*. *Radix* lignosa, alba, fibrosa.

2. *Polyrrhizos altera* attollitur dodrante, *folia* habet similia priori, sed majora, *caliculos* quadratos, ut prior. *Spica* superbit sociata, compressa, ad foliorum sinus exeunte, *floſculis* bifoliis, violaceis consita. Abundat cum priori ad thermas *Lacûs* Baii.

3. *Polyrrhizos Luzonis tertia*, Hispanis *Yerba de las cinco Vagas*, aliis *de Ilocos*, *de Pangasinan*, & *de D. Pedro Gordillo*. Coliculis enascitur teretibus, tenuibus, geniculatis, bicubitalibus: gerentibus *folia* sibi opposita, viscosa & insipida, *Daphnoidis Clematitidis* angustiora. Flores *Jasmini*, inodori, ex longo tubulo quinquefolii, albi, quorum unum ad umbilicum gutta sanguinea notatum est, ex summitatibus procedunt: *Semen* subsequitur, in fusca, bivenstri, & modicè compressa siliqua, quæ dissiliendo longiùs spargit gilvum, dulce, & leguminosum semen. *Radix* alba, lignosa, multiplex, & capillaris, cujus *cortex* subdulcis, valdè viscosus. Planta integra contusa, aut decocta, absque aliâ additione, mundificat, digerit incarnat, & cicatrizat vulnera recentia spatio octo dierum, si majora fuerint, ut erat femur, *Petri Gordillo* lanceâ perfossum, & femur *Indi* cornu *Buffali* totaliter, seu de parte in partem confossi; scilicet herbæ decoctum bibendo, vulnus lavando eodem decocto, & reliquum vulneri superimponendo contusum. Gummata Gallica, si decocto laventur, dissipat & desiccat.

VIRES.

deſiccat. Diarrhœas, dyſenterias, & hæmorrhoidum fluxum nimium ſanat, ſi patiens recoctum hauriat. Ulcera, verò & apoſthemata interna curat, per inferiora, ni fallor depurgando.

4. *Polyrrhizos Luzonis quarta*, Indis *Bucasbucas*, caule aſſurgit tereti, geniculato, crebro, brachiato, & tenui: *Foliis* perpaucis, ſimilibus quintæ, ſed minoribus: *Spicis* verò majoribus, creberrimis, concinnè imbricatis, folliculoſis, viridibus & ſæpè palmaribus, ex quibus *floſculi*, cœrulei, ex caliculo in quina foliola inciſi prominent: *Semen* parvum, durum, reniforme, in mucronatis vaſculis. *Radix* lignoſa, longa, & multiplex. Gaudet incultis, ut Tertium.

5. *Polyrrhizos Luzonis quinta*, eſt *Planta Ornithophora*, Hiſpanis *Yerba de los Paxarillos*. Caulículos ſpargit frequenter brachiatos ut Tertium, ſed alternè, de reliquo teretes, ſtriatos, geniculatos. *Folia* parte pronâ obſcurè, aversâ clarè virentia, fere bipalmaria cum pediculo, ſibi ex adverſo oppoſita, odoris & ſaporis fatui.

6. *Ruta Sylveſtris Luzonis*, Planta eſt bicubitalis, fruticoſa, ramoſa, creberrimis dotata, ac luxurians ramis erectis, ut *Belbedere* Italorum: *Folia* Onobrychis, *vel* Anthyllidis *primæ* modo diſpoſita, vehementer & *Rutam*, & *hircum* olent. *Flores* gerit quinquefolios, puſillos, frequentes, cœruleos, in creberrimis, & uncialibus ſpicis. *Semen* parvum.

7. Pro *Stachyde* Dioſcoridis *Fuchſius*, *Caſtor*, *Lonicerus*, *Tabernamontanus*, *Lacuna*, & *Lobelius* habent *Scorodotim* Plinii, ſeu *Marrubium* agreſte *Tragi*, aut *campeſtre* Chabræi, *quod* Pſeudoſtachys eſt *Matthioli*. *Matthiolus* verò, *Dodonæus*, & *Flandrorum* nonnulli *Sphacelum* Guilandini, quæ *Stachys Luſitanica* Herbariorum apud *Lobelium*. Anguillara *Lavendulam*.

8. *Stachym Luzonis*, *Indi Cabling*, & *Cadlum* vocant. *Folio* eſt *Meliſſæ* Conſtantinopolitanæ, *flore* verò *Stœchadis Arabicæ* modo ſimillimè in ſpicam congeſto. Quapropter hanc plantam, ſalvo doctiorum judicio *legitimam Dioſcoridis Stachym* eſſe cenſeo: *Stachym* ſiquidem ob culmorum florigeras extremitates verticillatim in ſpicas, congeſtas, dictam fuiſſe affirmant *Eruditus Lobelius*; & alii, unde & *Solers Anguillara* Spicam Lavendulam *Stachym* eſſe opinatus fuit. *Marrubio* cæteroquin eſt multò magis ſimilis, quàm *Stachys Matthioli*, ſed & in reliquis cum *Dioſcoridis* accuratius collata, deſcriptione convenit. Cæterùm herba eſt benè, & ſuaveolens, montana, & hortorum incola, bicubitalis, ſociatis, quadrangularibus, ſubvilloſis, ſubviolaceis, & fragilibus *cauliculis* brachiata. *Folio* ſubrotundo, in mucronem vergente, bipalmari, ſeſquipalmum lato, crenato, hirſuto, incano, craſſiuſculo, ſucciſo, non adeo frequenti, & ex adverſo proveniente. Summitates communiter triplici, bipalmari, ex alternè bijugis, & uncialibus ſpicis, nec non intervenientibus minoribus foliolis concinnè, verticillatim & farctè conglomeratis, ſpica, quæ denuò novis cùm ſemen maturari cœperit, coronari ſolet foliis, ut Spica major, componitur. *Flores* bifolii, cœrulei cum ſtaminibus & croculis, in caliculo. *Semen* parvum, nigrum. *Radix* alba, & verrucoſo-fibroſa. *Indis* communiter folia, & Spicæ, tomenti loco, ob gratum odorem, ad explendos deſerviunt pulvillos. Nos *Betonicæ* ſubſtituimus.

9. *Gratioſa* ſine flore ſemper, ipſa tota flos, aut florida planta, quam Hiſpani *Paradiſiacam*, *Zaraſſam*, ſeu floridam *Indi*, Chinæ *Joaàn* vocant, non immerito.

10. *Meliſſophyllum ſine flore perpetuò floridum* vocabimus ob *Meliſſæ* quem ſpirat odorem, areolis, pulvilliſve hortorum diſtinguendis aptiſſima planta, ſi ornatum, non diuturnitatem quæras. *Caules* erigit flaventes, quadrangulares, creberrimè alatos, geniculatos, bicubitales, teneros, ac fragiles. *Folia* ſibi adverſa, *Meliſſæ* latiora, & profundiùs inciſa, in circumferentia pulcrè flava, latitudine unguis digiti auricularis, medium color coccineus colorat. *Radix Scrophulariæ* modo nodoſa, alba, inſipida. Semper vivit ſine ſemine, & non tantùm humo defixi ramuſculi facillimè radicantur, ſed & neglectim projecti mox radices agunt. *Sinæ* vulnerariam dicunt, alii ad ſputum ſanguinis laudant, decocto quoque ad attenuandam materiam viſcoſam & flatulentam utuntur. *Folia* ſub cinere cocta ſuppurationem promovent *Paronychyiæ*, Ulcera antiqua mundificant, & cicatrizant.

11. Deſcriptæ Meliſſæ floridæ ſpecies eſt *Maliana*, ſeu *Mayana* Indorum, Hiſpanis *Oja morada*, ſi libet *Meliſſam cardiacam ferrugineam* vocare licet: *Folia* habet ſequipalmaria, & aliquando unà cum pediculo ſpithamæa, rariùs, & profundiùs inciſa, totaliter ferrugineo obducta colore: *Flores* in palmaribus ſpicis, majuſculos, cucullatos, cœruleos verticillatim diſpoſitos. *Folia* aſſa, & ſeſamino illita oleo, tumores diſcutiunt, & ſcrophulas. Decoctum in caſu ex alto utiliter exhibetur. *Radix* albida, verrucoſo-nodoſa, fibroſa, ut *Joaàn* Semen.

12. *Gamagamatiſſan*, *Salimbagat*, *Salimbangun*, ſeu *Calembangun* Indorum, *Hederæ terreſtris* eſt ſpecies *Spicatæ*: Ab *Hedera terreſtri vulgari* differt, & diſtinguitur, quod *floſculos* non in cauliculis, & foliorum habeat exortu, ſed tantummodo in apicibus ſpicatim digeſtos; *Folia* item ab *Hederæ terreſtris* foliorum rotunditate non nihilum declinant, uti & *flores*, cætera conveniunt. *Schroderus* Vulnerariam, aperitivam, & abſterſivam facit, Uſûs creberrimi in tartaro renum, pulmonum, aliarumque partium incidendo, reſolvendo, adeóque confert & obſtructionibus inde natis, & ictero: Conducit eroſionibus, & ulceribus viſcerum abſtergendis: Extrinſecus adhibetur creberrimè ad calculum renum reſolvendum in balneis, ad dolores colicos mitigandos in enematibus cum lacte & *Chamomilla*. *Matthiolus* ob plantæ amarum guſtum abſtergere, attenuare, & aperire cenſet, facultate propriâ viſceribus vulneratis auxiliari, ſuccum ærugine mixtum utiliter inſtillari ulceribus cavernoſis, oleum colicos, & alios inteſtinorum demulcere cruciatus. *Lærius* ſuccum cum *Orizæ* pulte, & *Ovorum* in aceto coctorum vitellis, ad violentas, & malignas Diarrhœas dari utiliter ſcribit. *Chabræus* ad torſiones poſt partum contuſam commendat ventri impoſitam. Expellendis item vermibus equorum efficacem *Gamagamatiſſan* vulgus vulnerariam deprædicat omnium præſtantiſſimam,

VIRES.

præstantissimam, quod experientia comprobat. *Indi* pulverem foliorum exhibent ad ʒij in asthmate, hydrope, morbo Gallico, spasmo & dysenteriâ. In febribus tribus continuis diebus succum propinant, ad vomitum, aut sudorem ciendum, enemata simul ex eodem succo injiciendo, & febres tolluntur. Alii ex *Gamagamatissan Agonoy*, & *Apalla* Unguentum conficiunt, quod Balsami vulnerarii ad instar mira præstat. In dysenteria cum tenesmo, in enematibus proficuam expertus sum in *N. Alarcon*, & aliis. In calculo pellendo, & abstergendis obstructionibus efficacissimum, Elixier, seu salem sponte suâ resolutum didici, in *P. de Sylva*. Asthmaticis prodesse aquam cum Syrupo deprehendi in *F. Juliano*, *P. Clain*, & *H. Cebreros*.

12. *Verbena Luzonis* bicubitum assurgit, *caule* erecto, perfectè quadrato, striato, aspero, inani & multifariè brachiato; *Folium* sesquiunciale, in unciali pediculo, ut *Herbæ Sacræ* quorundam, aut *Dalechampii*, sibi oppositum, frequenter denticulatum, in mucronem protendens, clarè virens, nonnihil olidum, insipidum. *Spicæ* creberrimæ, ad foliorum sinus exeuntes, palmares, ex verticillatim, pusillis, pallidè rubentibus & cucullatis, congestis flosculis concinnantur. *Semen* orbiculare, parvum, fuscum. *Radix* neglecta. An *Verbena Peruviana*? quæ ad Lumbricos, dysenterias, cephalæam, & philtra ni fallor à *Chabræo* deprædicatur.

13. *Docotdocot* herba est similis *Verbenæ*, cujus pericarpia vestibus pertinaciter inhærent. Apices crudi eduntur in Asthmate. An *Ladani Segetum*, seu *Ancorariæ quorundam* Species? *Sinarum Chianchiau*? Cujus viscosum decoctum, aut infusum, ulteriori decoctione in pellucidam, & insipidam (ut Indorum *Culaman*) cogitur gelatinam, quæ dein refrigerata aquæ innatat sine dissolutione, & minutim incisa, addito *Saccharo* cum frigida ad caloris æstum attemperandum, aut mitigandos febrium ardores bibitur. Planta est aquatica, pluricaulis, variéque brachiata, bicubitalis, serpens *cauliculis*, geniculatis, cavis, hirsutis, striatis & quadrangularibus, ex *radice* crassiori, lignosa, subruffa, multis capillata fibris, enascentibus. *Folia* similia gerit *Malvæ Syl. Luzonis*.

14. *Padurut*, subhirsuta, insipida, crenata, uncialia & triuncialia, & ex adverso dispositа. *Flosculi* in spicis verticillatim summitates occupant, pusilli, rictum fingentes.

15. *Capanatolot*, *Gandarusa*, seu *Subul*, *Lysimachiæ* esse videtur *Species*. Suffrutex est tricubitalis, *caule* rotundo, geniculato, ex atro-rubente. *Folium* sesquipalmare, mucronatum, sociatum, angustum, aliquando tantillum, & rariùs incisum, *odoris* gravis, *saporis* fatui. *Flos* parvus, luridus, cœruleus Spicas constituit longiores. *Folia* imposita dolorem renum, & capitis ab æstu sublevant. *Succus* propinatur asthmaticis ad vomitum provocandum.

16. *Carduus aquaticus*, seu Indorum *Dilivaria*, Aliis *Sapinit*. Suffrutex est, gaudens enasci ad fluviorum margines, *folium* pandit rigidum, pedale, sociatum, bellè *Acanthii* modo laciniatum, & spinis horridum. *Flos* in apicibus spicatim conjugatus, ex cœruleo pallescit, lati- & unifolius, umbilico, & quatuor staminibus cum crocis dotatus, calici insidet. *Fructus* glandi æqualis, in denticulato calice acerbus, dentes confirmat vacillantes. *Radix* alba, longa, teres & frequens, masticata dolorem placat dentium.

17. *Herba Obstetricum*, Indis *Casopangil*, *Macalalavang*, *Asuangay* & *Pacapis*. Hispanis *Yerba de las Paridas*. Tricubitum altior est, *caules* emittit quadratos, geniculatos: *Folia* subrotunda, minutim crenata, sesquipalmaria, & nonnunquam spithamæa, sibi opposita, & atro-virentia: *Flores* parvi, quinquefolii, dulciter rubentes, cum umbilico, & longiusculis, crocatisque staminibus ex tubulo procedentes, in latè diffusam Spicam, copiosi, quasi in umbellam diffusi, stellato insident caliculo: qui deciduo *flore* carnosus evadit, lætè rubet, & quasi in disco acinum tricoccon, aut quadricoccon, ex cymatili ferrugineè splendentem ostentat. *Semen* ex orbiculari compressum est. *Folia* sub cinere cocta, & oleo *Sesamino* peruncta doloribus medentur conjuncturarum, spasmo & contracturis; *Radicis* decoctum sudores movet, alvum dejicit. Succus foliorum verrucas *Cologos* exstirpat, & ulcera mundificat. Obstetrices iis utuntur pro puerperarum balneis, fotibus, & talibus. *VIRES.*

18. *Telephium Sempervivum*, seu *Sinarum Kalanchauhuy*, semper viret, & projectum quocunque vivit, & radicatur. *Caule* assurgit pollice crassiori, bicubitum alto, tereti, geniculato, viridi, cauleaceo & succoso: *Folium* similiter crassum habet, & succo plenum, sibi ex adverso positum, diversimodè, & incertis incisuris sinuatum, quod ob majores, & profundiores incisuras, triphyllum, penta- aut heptaphyllum evadit. *Flores* verò super quadrangularia vascula pulcrè flavos, gratiosos, & quadrifolios in majori, & diffusiori spica quasi in umbellam dispositos, explicat, quibus corniculata ut in *Aquilegia* receptacula, sed multò minora succedunt, *semine* referta minuto, nigro, orbiculari. *Radix* alba, carnosa, nodosa, incondita. Cæterum ipsa planta substituitur *Sempervivo*.

19. *Scorpioidem Matthioli*, quam C. Bauhinus Telephium, & alii Telephium Scorpioidem vocant, dubito esse *legitimum Dioscoridis Telephium*, eò quod *Dioscorides* in tam exacta *Telephii* descriptione, seminis, aut fructus, utpote probabiliter neglecti, aut admodum exigui, mentionem nullam faciat; & experientia comprobat crassifolias, carnosas, & succulentas plantas, ut *Sempervivas*, *Portulacas*, & *Crassulas* plerumque omnes, semen afferre valde minutum, atque pusillum. Indis *Maragason bigala*, Luzonis *Telephium alterum*, aliis *Paitan*. Memini me in cultis *Mayhalique* aliquando collegisse plantam *saporis* non nihilum salsi, facie & foliis *Portulacæ*, at habitiorem, & cauliculis tantisper tenuioribus *Portulacæ*, *flores* habebat perpusillos & albidos. *Semen* inconditum, & quasi facie seminis *Dauci*, sed ad foliorum sinus prodeunte, ut in *Telephio* Luzonis *tertio*. *An Telephium Dioscoridis*? Quod *Galeno* ordine secundo intenso exiccat, & detergit.

Scorpioidem

20. *Scorpioidem* autem calidam ordine tertio, & ſiccam ſecundo eſſe tradit. Hanc *C. Bauhinus* Telephium *Dioſcoridis* eſſe ſtatuit, at *Telephium* Dioſcoridis exiccat, & detergit ſecundo ordine intenſo, quod proprium eſt qualitatis temperatè calidæ, & ſiccæ. *Scorpioides* autem *Matthioli* quæ *C. Bauhino* eſt *Telephium*, & ut ipſe ſcribit *Ciſalpino* Herbam *dici* amoris, cujus folia cuti applicata, aut rubefaciunt, aut veſicant, & puſtulas excitant: atqui rubefacientia, & veſicantia qualitatis ſunt intensè calidæ, & tertium caloris gradum excedentia, ergo *Telephium* Scorpioides *C. Bauhini*, *Telephium* eſſe nequit *Dioſcoridis*, quod *Galeno* ordine ſecundo exiccat, & detergit. Cum ſolo vires mutare plantas agit *Matthiolus*, cui aliquid conceſſerim, ſed meminerit etiam, *non omnia ferre omne ſolum*, & velle plantas omnes invenire uno ſub cœlo, ſtirpéſve *Italiæ* accommodare iis quæ quibuſdam regionibus tantùm ſunt propriæ atque particulares, ut in *Colocaſſia*, *Aconito*, & aliis infra videbitur, exoticum eſt.

21. *Portulaca*, Indis *Gulaſiman*, *Sayican* & *Sanicay*. Sedum minus *Indis*, Hiſpanis *Yerba del Pollo*. Excellens eſt vulneraria, & utiliſſima in dyſenteria, ſiſtit ſanguinem, ex vulnere, vena inciſa, & naribus profluentem.

22. *Telephium Luzonis tertium*, Hiſpanis *Yerba del toſton*, id eſt, *Nummularia*. Excreſcit ſeſquicubitum, ſæpiùs tamen reclinatum, quàm erectum, per humum plerumque repit, *caulículis* teretibus, communiter rubentibus, & geniculatis per longiora intervalla. *Folia* craſſiuſcula, ferè rotunda, variæ magnitudinis, maximum palmare in unciali pediculo, variæque formæ, nervoſa, conjugata, parte aversâ albicantia, ſucco ſcatentia viſcoſo, & modicè morſicante. Floſculi minimi violacei, pentapetali, quaſi campanulati, ad caulium genicula, in longiori quaſi ſpica, & plures ſimul in unam quaſi umbellulam congeſti exeunt. *Semen* laturi ſemine *Aniſi* compar, hirtum & inſipidum. *Radix* alba, craſſiuſcula & nodoſa, foliis multò magis morſicat. Utuntur eo *Indi* decocto, ubi refrigerare, & obſtruere, puta incraſſare opus eſt.

23. *Flammula Sinenſis*, ſeu *Samtanghuy*, pluricaulis in rectum attollitur, altitudinis tricubitalis, *cauliculos* lentos, vietos, teretes, ſtriatos, quaſi geniculatos, albâque medullâ farctos ſpargendo, qui *foliis*, (quorum breves pediculi, & nervi per ea excurrentes fermè rubent) ſeſquipalmum quandoque longis, & uncias duas cum ſemiſſe latis, ſucco lento non tamen acri ſcatentibus, alternatim conveſtiuntur. Summitates *Floſculis*, inodoris, pentapetalis, ex longiori tubulo, ſeu ex oblongo, hirſuto, & viſcoſo glutine oblito caliculo ſeſe pandentibus, vividiſſima *Sandyce* nitentibus, & in ſpithamæam ſæpe ſpicam aſſurgentibus congeruntur. *Semen* per decennium nullum obſervare potui. *Radix* calamum ſcriptorium craſſa, carnoſo craſſo & flavo, cooperta *cortice*, in medio exile gerens lignum, inficiens luteo, crebra & multiplex longiſſimè ſerpit, atque profundiùs deſcendit, intenſæ commanſa eſt acrimoniæ.

Ex *Flammula* vulgari *Matthiolus* aquam elicuit, eâdem qua herba ipſa acrimonia, hanc efficaciſſimam eſſe in morbis frigidiſſimis. Folia ſemicontuſa carnem non ſecus exulcerare, ac ignis. Oleum inſolatione paratum Iſchiadicis, Articulorum, Iliúmque doloribus prodeſſe, urinæ anguſtiis, & renum calculis inunctione, & enematibus. Quid verò *Sinica* poſſit non ſum expertus. *VIRES.*

24. *Plantago Cervina*, ſeu *Indorum Catujud*, planta eſt bicubitalis aliquando, à *radice* plantaginea, ſed ex croceo-rubente, *caulem* erigit quadratum, geniculatum, ad cujus imum *folia* plura, foliis *Plantaginis* anguſtifoliæ ſimilia per humum diffunduntur, per caulem ſubeuntia pauca ſunt, aſpera, tenuia & conjugata, ſummum *flores* phœniceo-cœrulei, quadrifolii pulchelli occupant, in longiorem diſpoſiti thyrſum. *Semen* copioſum minutiſſimum, rotundum in vaſculis ſubrotundis, ſuper quatuor tenuia foliola congeſtis.

25. *Amaranthi* in *Luzone* adoleſcunt *Species quinque*: ſcil. 1. *Arvenſis* ſeu Sylveſtris & decolor. 2. *Purpureus* ordinarius major. 3. *Purpureus* lætè rubens, ſpica maxima, diffuſa, monſtroſa, & viſu jucundiſſima. 4. *Candidus* tenuifolius ſpica ſimiliter variè diffuſa. 5. Et *Viridis* ſpicis mediocriter diffuſis. 6. *Atriplex* Indis *Harùm*. 7. *Altera*, folia habet, ex viridi, & rubro variegata. 8. *Tertia* ex læta purpura, & niveo variegata. 9. *Quarta*, tota obſoletâ rubet purpurâ. 10. *Quinta* tota floridiſſimâ nitet purpurâ.

26. *Maglimba Caffrorum*, ſeu *Bangue*, Cannabis non tantùm ſpecies, aut congener planta, ſed ipſa *Cannabis*. Nam non differt, præterquam quod *Semen* minus, & non ita candicans ſit. Sed aliquid regioni indulgendum, neque ideo pro diverſa habenda eſt *Bangue* planta, à *Cannabe*, quòd hujus ſemen genitale ſemen exiccet, illius in venerem reddat procliviores, pro temperamenti videlicet, uti & exhibendi rationis formâ. *Bangue* Icon *Hiſtoriæ Lugdunenſis* ſpuria eſt & illegitima.

27. *Cannabim Sylveſtrem*, Indi vocant. *M. de Leon*, Plantam monſtrabat quinquefoliam, quâ quis munitus, ſecurus eſt ab omni vulnere ſeu invulnerabilis. An ſtupefaciens, prohibens ſanguinis profuſionem? Num eadem ac illa, quâ ſe curabat in *Tayavas* ſerpens vulneratus, & quâ collectâ, à ſerpente ſanato relictâ, mulier inepta manſit donec herbæ reliquias abjeciſſet. An *Panayaman* Jolenſium?

28. *Bayangbang prima*, frutex longis virgultis fruticat, *caulis* teres, *folium* alternum ſubrotundum, palmare, craſſius, tomento pubeſcens, ſapore adſtringens. Flos ad foliorum angulos in longis ſpicis, puſillus, albus, muſcoſus.

29. *Bayangbang altera* fruticoſa eſt planta, ut prior, *Perſicariæ* quodammodo ſimilis, *folia* bipalmaria, mucronata, alternè enaſcentia, parte ſuperna virent, infernâ purpuraſcunt. *Caulis* ex rotundo carinulatus. *Floſculi* candidi, neglecti, muſcoſi in palmaribus ſpicis ex foliorum alis prodeuntes. *Semen* nigrum, *Portulacæ*, in ſphæricis vaſculis crebrum. *Succus* dyſentericis, *Aqua* data in febribus prodeſt.

30. *Tubularia prima*, Indis *Tampinamo*, planta est fragilis fruticescens, *foliis* bipalmaribus, atro-virentibus, parte prona morellis variegatis maculis, si in opaco provenerit, si loco patente, & soli expositio, totaliter ex violaceo-ferrugineis, sibi oppositis, leguminosis. *Flos* ex parvo caliculo in palmarem, & purpureum tubulum protensus, candidus, quinquefolius, inodorus & creber in ramorum apicibus appensus, communiter trinus, uno in pediculo; *Semina* glandiforme *pericarpium* in carnoso, & purpureo calice, *Semen* habet quaternum, oblongum, magnitudinis *Pisi*.

31. *Tubularia altera*, Indis *Bagavag*. *Folia* habet *Tabaco* similia, minora, obscurè virentia, trina, ac trina *caulem* teretem ambientia. Inter folia congesta, apicem constituentia, *pediculi* prominent sesquiunciales, binos ac binos è folliculosis, & sesquiuncialibus *calicibus*, pentaphyllos, candidos, & suaveolentes *flores* sustinentes, quinis staminibus cum crocis, ut prior ornatos. *Semen* lunare in quadricocco vasculo, quod in calice absconditum latet.

CORYMBIFERA.

1. *Absinthium Seriphium*, seu *Marinum minimum* repens, Indis *Capopot*, *Maharag*, *Hanangan*, *Pisic* & *Polvos*, idem *Sternutatorium*. Provenit copiosè in arvis *Mayhalique*, demessa *Oriza*. *Caulículis* serpit quandóque spithamæis, creberrimè brachiatis, in orbem diffusis, foliolis incanis, acutè ut *Absynthii Ægyptii* folia incisis, vix semissem longis, alternè exeuntibus, circumseptis. *Flores* ad foliorum sinus exeuntes, sunt corymbi, ex viridi flaventes, ex congestis staminibus, semine *Cannabino* minores. Floret *Februario*, tota planta odorifera est, ac quasi *Petroselinum* spirans, amara quoque, & acrimoniæ particeps, unde diuretica, diaphoretica, incidens, digerens, & extergens. Masticata apophlegmatizat. In pulvere sternutatoria est.

2. *Parthenium* est *Cotula*, seu *Anthemis Sylvestris*, aut *Chamæmalum fœtidum*, & non *Matricaria*. Hoc *Lobelius*, & *Rondeletius* serosos, adustos, salsos, melancholicosque Elephantiaseos humores per inferiora educere tradunt.

3. *Parthenii*, seu *Cotulæ* maritimæ species est planta quam *Indi* Popotan, & vocant, *odoris* est gravis, & incana lanugine obsita, *caulibus* repens crassiusculis, *foliis* formæ foliorum *Matricariæ*, verùm incisuris rarioribus, magísque rotundiusculè circinatis. *Flos* luteus est corymbus, similis *Chrysanthemi* nudi, nullóve circumambientibus foliolis cinctus orbiculo.

4. *Matricaria hujas*, *Sinis Peecachoy*, *flore* texturâ multiplicato, candido, aut ex candido purpurascente: *Folio* verò incano, & secundâ rotundiore.

5. Altera *Hispanis*, Rosa de Japon, *Sinis* Ugcahuy, *flore* est aureo, pleno, non staminibus sed foliis, eleganti Folio priori longiori, & magis viridi.

6. *Chrysanthemi nudi* species est Indorum *Silisilihan*, *Turay*, seu *Subo*. Planta est cubitalis, *radicis* exiguæ, *foliis* alternis, palmaribus cum pediculis, crenatis, in aliquot lacinias dissectis, *Matricariæ foliis* propemodum similibus, sed angustioribus. *Floribus* aureis, orbicularibus quorum prominens stamineus umbo, nullis cingitur radiatim foliolis, & pluribus in summitate congestis, in pappum abeuntibus. Apophlegmatismo deservit, dolorem lenit dentium, & vesiculas discutit oris masticata, aut in collutione.

7. *Chrysanthemi Species altera* Antipolana, major est *Silanensi*, foliosior, *foliis* sibi oppositis, & minus speciosis, innumeris ramusculis brachiata, cubitum altior; *Flos* pariter nudus est, verùm *Silanensi* qui globosus, longior, & pallidior. *Folia* priori magis, imò *Pyrethri* modo morsicant.

8. *Chrysanthemum radiatum* maritimum *Cavitense* repens, seu *Luzonis* tertium, planta, est humilis, longè serpens, crebrò brachiata, seu frequentibus *ramusculis*, geniculatis & gracilibus sese diffundens, *foliis* uncialibus, tenuibus, bijugis, incanis, *Pilosellæ Luzonis* æmulis.

9. Verùm in hortum translata foliis luxuriat sesquiunciam latis, & palmum longis, imò ex eodem semine aliæ plantæ foliis senis laciniis superbæ propullulârunt.

10. *Flos* pulchellus, aureolus, frequens, pentaphyllo insidens perianthio, constans septem, aut novem foliolis, & prominente stamineo cono, ex quo rursùm minutissimi, & pentapetali supereminent flosculi.

11. *Cnicum*, seu *Carthamum*, Indis *Cassuba*, *Catzumba*, & *Lago* vocant.

12. *Malucanam Acostæ*, Indi *Agonoy* vocant, Hispani *Yerba de Molucco*, si placet *Eupatorium aquaticum* voca. Descriptionem vide apud *Acostam*, aut etiam *Historiam Lugdunensem*, ubi pro flore *Chamæmeli* lege *Chrysanthemi* radiati. *Folia* contusa sub cinere cocta, ac imposita tumefacta emolliunt, & ad suppurationem disponunt, aperta mundificant, incarnant, læsa denique quæcunque fuerint ad perfectam deducunt cicatricem, quapropter in vulneribus, ut præstantissima vulneraria cæteris omnibus antefertur. Alii utuntur succo, alii Oleum Balsamicum, alii Unguentum ex ea componunt. Succus, decoctum, aqua, aut Syrupus in urinæ retentione, renum calculo, hydrope, menstruis retentis, difficultate partûs, dysenteria, colica & scorbuto, & præcipuè ex radicibus mira, & magna præstant. Balneum, aut fotus ex *Agonoy*, *Parietaria*, & *cæpa* in retentione urinæ, colica, pedum œdematoso tumore, & testium efficacia sunt, & utilia. Apicibus Indi leguminis modo decoctis vescuntur, sed aliam speciem esse ferunt rubram, quæ si in cibum venerit, vomitu, ventris torminibus, & alvi fluxu interimit. *Radicibus* recentioribus cum ana *Curcumæ*, & oleo recenti *Nucis* Indicæ *Cocci* simul contusis, & expressis, alvum emolliunt, & repurgant.

VIRES.

13. *Conyza Helenitis*, odoris Salviæ, eſt *Planta Bantanica* C. Cluſii *Exot. f.* 92. quam Indi *Sambon, Lacarbulan, Lagdanbulan, Anacadbulan, Olacdanbulan, Guitinguitin, Gabuen, Lalacdan, Ayoban, Alibon*, & *Hantilibun* vocant. Apices formæ, & odoris Salviæ, radix *Helenium* ſapit, & hæc Alexipharmaca eſt. Apicum decoctum ſanguinis diſſolvit grumos, ex caſu aut contuſione, cum vino paratum, etiamſi per annum menſtrua retenta fuerint, ea evocat, datum ſub veſperum pro ſudore. Similiter perquam commodè exhibetur in ſputo ſanguinis, dyſenteria, teneſmo, ulceribus, vulneribus majoribus, & apoſtemate interno. Cum *Vitice* maritima, *Alagao, Pandacaque* & *Coloncogon* deſervit pro balneo vapor. in Scorbuto. *VIRES.*

VERTICILLATA.

1. *Mari* aut *Polii, Origanum ſuaviter olentis*, ſpecies eſſe videtur Indorum *Suganda, Tarahampac*, ſeu *Talacnaſi*. Locis *creſcit*, ubi pluvialis diutius ſtagnans perſtiterit, aut etiam ad aquarum fonticulos, cum Sio aquatico aniſum reſipiente, quod Indi *Tala* vocant: rotundis, hirſutis, necnon creberrimis brachiis expanſa, propemodum ſerpens. *Folia* ſociata, ſeſſilia, ſubrotunda, crenata, hirſuta, odoris ſuaviſſimi, ac pergrati, *Thymum* cum *Origano* redolentis, ad quorum ſinus *floſculi*, perpuſilli, trifolii, cœrulei prominent. *Semen* parvum, fuſcum, rotundum. *Radix* alba fibroſa. Planta ſupina eſt, & *Origano* ſubſtituitur. Quâ ſæpius cum *Abſinthio Scriphio huyati, Schœnantho, Mentha, Malva, Parietaria*, & *Coſto Arabicâ*, in iis qui ingnioribus obſtructionibus laborabant, in fotu ſæpius reiterato, feliciter uſus ſum.

2. *Pulegium* tenuium eſſe partium varii tradunt: utrum autem in *Europa* tanto, ut in *Luzone* abundet Sale volatili non obſervavi, ex ſummo etenim Lagenæ aquæ *Pulegii* ex herba ſicca bis deſtillatæ *Manilæ* cryſtallos nitroſos, longiuſculos, & alios ſtellatos, qui ubertim efflorvere, collegi. Unde in Scorbuto, utpote ubi Sale volatili ſcatentia expetuntur, non inutilem fore herbam puto. Quod certè & expertus ſum, in aſthmate verò mixturam, ex Julapio ex aqua *Pulegii* parato, aqua *hederæ terreſtris huyatis*, & guttis aliquot Eſſentiæ corticum *Aurantiorum*. *VIRES.*

3. *Ocymum Vulgare*, Indis *Balonoy, Solaſi* & *Omotan*.

4. *Ocymum Caryophyllatum*, Indis *Camangao* & *Sangig*.

5. *Mentha* hortenſis minima.

6. *Menthaſtrum tenuifolium*, Indis *Baribari* & *Camangſi*.

7. *Menthaſtrum latifolium*, Indis *Locoloco*, aut *Coloncolon*. Utuntur eo Indi in tinnitu aurium, teneſmo, ſanguine extravaſato, internis apoſtematibus, & menſium retentione.

8. *Menthaſtrum latifolium aquaticum*, Indis *Palingharab*.

9. *Parietaria*, Indis *Maglingſi*.

10. *Sium aquaticum*, Indis *Tàla*.

11. *Gnaphalium Luzonis*, ſeu *Kali ſupinum*, Indis Hiſpanis *Varilla*. Eſt herba incana, communiter una cum *Chamædry* ſupina incana, in ſcrobibus paluſtribus *Mariquinæ* abundans, tota incano tomento, lanæ Xylinæ ſimili obſita, ſeſe latè per humum diffundens cauliculis rotundis, foliis bijugis & ſubrotundis: ad quorum genicula crebra vaſcula, perianthio amplexa, magnitudinis ſeminis *Boraginis*, in quinas valvulas diviſibilia, crebro, nigro, rotundo & minutiſſimo *ſemine* repleta congeruntur. Sal Alcali fit incendendo manipulos herbæ *Kali* ſemiaridæ ſuper foſſam, ubi deflagrante herbâ, deciduus ſuccus in maſſam, ſeu Salem *Alkali* coagmentatur.

12. *Momordicam ſecundam Botanicorum*, ſeu *Herbam St. Catharinæ* Italorum, *Balſaminam alteram* Matthioli, *Balſaminam fœminam* Dodonæi, Hiſtoriæ Lugdunenſium & Chabræi. *Balſaminam perſicifoliam* Penæ & Lobelii. *Balſaminam Amygdaloidem* Geſneri. *Balſamellam* Cordi. Indi Luzonis *Camantigui*, Byſaiarum *Tacurangam* aut *Surangam*, in Siao *Laccà*, Sinæ *Quequehua* vocant. Icon omnium optima eſt *Fuchſii*, quam & *Chabræus* (cui propria diſplicet) titulo *Lyſimachiæ* lævis exhibet. Mercuriali Dodonæus herbam impatientem, ſeu *Noli me tangere* herbariorum ſubjungit, at huic magis affinis eſt *Camantigui*, quam *Momordicæ* facie, & nec ei vires *Mercuriali* inferiores, alvum ſiquidem movet, & bilem ac aquas repurgat ut illa, abſtergit, menſes & ſecundinas trahit, & tumores emollit. Uſus ſum ea cum utilitate in clyſteribus. *Noli me tangere* ergo, ob impatientiam, potius *Perſicariæ* ob quandam acrimoniam, aut *Mercurialis* ob faciem, ſpeciem dixeris quàm *Momordicæ*. Si vires, *Balſamellæ* æmulam aut *Perſicariæ*. Vulnera ſiquidem recentia admirabiliter conglutinare quotidiana monſtrat experientia, contuſa autem, & ſub cinere cocta folia, ſunt applicanda. De reliquo olim *Indiabus* ad ungues rubicandos, & perpetuante inficiendos colore deſerviebant, *folia* ſcil. cum *flore* contuſa, calce viva commixta, imponendo, nunc non niſi pueri, delectanturque puellæ hacce unguium decoratione. Vario autem hæc planta *flore* adoleſcit, pleno, ſimplici, candido, rubello, coccineo, luteo, violaceo, & ex his diverſimodè picturato. *VIRES.*

13. Speciem ſpecioſam habeo, quæ flore luxuriat multifolio, trino communiter, ab unius folii ſinu propendente, qui nunc totus dulciter rubeſcit, nunc nive candidior, crebrius verò ex niveo, & Sandycino gratioſè variegatus. Ex corniculato autem caliculo, & foliis frontatis, ut *Conſolidæ Regiæ* Botanicorum componitur. Maturæ, ſubhirſutæ, & pallentes ſeminis pericarpia, ad tactum *Noli me tangere* herbariorum ritu diſſiliunt, & diverſimodè convolvuntur, ſemenque ſubfuſcum, tantillùm ſcabrum & rugoſum, & *milio* duplò majus, longè latéq; disjiciunt. *Caulis* quandoque tricubitalis, nodoſo-teres, cauleaceus, valde rubens (in planta florem rubrum emiſſura) & craſſior, folium nonnunquam ſpithamæum, crenatum, &c. emittit.

14. *Lychnis Luzonis, spinosa.* Lignosis, geniculatis, quadratis, & cubitum altis, brachiatisque gaudet *cauliculis*. *Folia* Lychnidis *Coronariæ* paria, at glabra, & non hirsuta, ex quorum angulis *flores* croculi, & pulchelli, ex tubulo, in quinque desinentes acuminata foliola, cum tribus staminibus, levi, unguiformi insidentes *caliculo*, exeunt, quorum quivis bino defenditur aculeo, & diutine immortales persistunt. *Semen* maturat *Decembri*, duriusculum, hordei grano compressius.

15. *Alsine Luzonis prima*, Indis *Tayutu*, *folia* habet in viticulis crassioribus, angulosis, quæ frequenter agunt radices, *Chamædryos*, bina ex adverso posita, denticulata acutè, glabra, nervo per medium excurrente crassiori, saporis holeracei, & nullius qualitatis manifestæ. *Flores* ex foliorum alis singuli, sed sociati, ex candido erubescunt, quorum pars anterior deorsum in rictum reflexa hiat, & super hanc posterior bina laciniâ partita in trisulcum divisa folium eminet. *Semen* in oblongo, & tereti vasculo minutissimum. *Radix* alba, exigua, capillaris, ipsa planta palmaris est, repens, brachiata, lætè virens, in cultis nasci gaudens & vulneraria.

16. *Secunda*, cauliculis serpit angulosis, *folia* crenata, subhirsuta, bina ac bina, brevibus in pediculis, subrotunda. *Flores* singulares, alternè ad foliorum sinus exeuntes, in longissimis pediculis, minores, sed similes floribus *Tayutu*, ex cœrulo albicantes. *Semen* in ovato receptaculo minutum. *Radix* crebra, alba, fibrosa. Sapor fatuus.

17. *Tertia* angustifolia est, & similiter *cauliculis* serpens angulosis, ut secunda, variè quoque est brachiata, *folia* oblongo-mucronata, numeri incerti ad geniculum exeuntia, sessilia, ad quorum exitus plures, candidi, pentapetali *flores*, in longiori ramusculoso pediculo. *Radix* ruffa, lignescens.

18. *Quarta* facie ferè est *Rorismarini*, tenuifolia scilicet sesquipalmaris, brachiata, serpens, *foliis* sociatis, quæ parte aversâ candicant, & modicè acria. *Cauliculi* ruffi teretes, geniculati, subasperi. *Flosculi* parvi, albidi, bini uno in pediculo, aut trini. *Radix* alba, fibrosa.

19. *Quinta* Indis *Alibangon*, est palmaris, *caule* quadrato *folio* crassiusculo, tantillùm morsicante sociato. *Flore* candido quadrifolio, ferè semper trino in uno pedunculo. *Semine* minutissimo, in orbicularibus capsulis. *Radice* pusilla.

20. *Sexta*, & major, repit, subhirsuta est, & pluricaulis, qui rotundi, geniculati, rubentes, crassi, *foliis* sociatis, crenatis, ferè palmaribus obsiti. *Flores* candidi, formæ florum *Chamæmeli*, in radiato pericarpio. *Semen* oblongum, pusillum, stamineo-papposum. *Radix* alba, capillaris, tingens subglaucum.

UMBELLIFERA.

1. *Daucum Creticum*, Indis *Damoro*, *Lamudio*, & *Damuru*.

2. *Apiastrum Luzonis*, Indis *Papuà*, Hispanis *Caffrinno*. Hortorum viis distinguendis, sepiendisve deambulacris ut *Buxum*, aptissima est planta, pluricaulis, ramosa, & smaragdino virore semper nitens. Hujus spadicei, asperi, & solidi *caules*, senos quandoque excedunt cubitos altitudine, *ramis* plurimis undequaque brachiati, qui *foliis* polyphyllis, in incertum, aut *Apii* Sylvestris modo crenatis, & laciniatis, crassiusculis, ut *Cicutæ* splendentibus, gratè virentibus, profundè incisis, *Petroselinum* modicè sapientibus, perpetuis copiosissimisque vestiti. *Flores* exigui ex albo flaventes, in umbellam dispositi, in baccas piso minores, coloris murini, cœrulo tingentes, & semen compressum includentes, abeuntes. *Radix* alba, magna, multifida, foliis graveolentior, succo scatet lacteo, gummoso. *An* Species *Panaces*? *Papuæ* apicibus vescuntur *Indi*, folia contusa rupta consolidare ferunt, & urinæ mitigare ardorem.

3. *Fœniculum* Indis *Haràs*.

4. *Pyrethrum Persicum*, Arabibus *Alkalkarà* affertur cum *Costo*, & *Ligno Aloes à Gutzaratensibus*. *Radix* est ferè facie radicis *Liquiritiæ*, internè subfusca, & radiatim stellata. Commansa vehementissimè salivam provocat, & ut *Pulegium* cum sali nitrosi frigoris inductione, ardet. Pota partum facilitat, illita venerem stimulat.

MALVÆ, & MALVACEA.

Malvæ Sylvestris in Luzone observavi *Species Sex*, omnes foliis crenatis, & floribus flavescentibus.

1. *Prima* est Sylvatica, hæderacea, repens: Planta subhirsuta, crebris, teretibus, & sesquicubitalibus *coliculis*, serpens & scandens. *Foliis* subrotundis, alternis, *Hæderæ terestris* modo incisis, sesquiuncialibus, paucis, viscosis, insipidis, parte aversâ albicantibus. *Flos* pentaphyllus flavus, similis flori *Padurut*, quale & semen.

2. *Secunda*, Indis *Palis*, præter hæderaceam, omnium est minima, ramusculis creberrimis, lignosis densè fruticat, *Folium* breve, unciale, & vix majus, obscurè virens, quasi cordiforme, seu frontatum, aut mucronis loco incisum. *Flos* parvus, flavus. *Caseolus* exiguus. Hâc jejuno stomacho masticatâ, & scrophulis impositâ, *Caspar Angelo* in se scrophulam ovo parem, & in *Philippo de los Rios*, multas parvas resolutione discussit.

3. *Tertia*, Indis *Pamalis*, i. e. *Scoparia*, ramosa est, ex viridi flavescentibus palmaribus, unciam latis & tenuibus foliis. *Flos* flavus, ut reliquarum, &c.

4. *Quarta*, Indis *Palispalisin*, *folia* habet obscurè & obsoletè virentia, duriuscula, sesquipalmaria, ad palmum lata & quasi ventricosa ad medium, *Florem* gerit majorem cæteris, flavum & pentapetalum ut reliquæ; *Caseolum* minimum.

5. *Quinta*

5. *Quinta*, Indis *Padurut*, eſt *folio* reliquarum latiori palmum unum, & modicè longiori, pediculum versùs latiſſimo, & reliquis lætius virideſcente. *Flore* mediocri. *Caſeolo* verò reliquis majori, in luculentiori caliculo.

6. *Malva Luzonis ſexta*, ſeu *Indorum Talopang*. Planta eſt hirſuta, aſpera, ſeſquicubitalis. *Caulis* teres, vietus, corticis contumacis, ut *Palis*, *Pamalis*, *Padurut*. *Folia* ex obſoleto viridi rubiginoſa, crenata, alterna, ſimilia quartæ, aſt non ventricoſa ut illius. *Caſeolus* magnitudinis *Malvæ ord.* ſubhirſutus, in pentaphyllo *calice*, ex fuſco, & lunato conſtat *ſemine*. *Flores* flavi, ut in reliquis.

7. *Althæa Theophraſti*, ſeu *Abutilon Avicennæ*, Indis *Paltoc*.

8. *Alcea Luzonis prima*, Indis *Balungbong*, *folio* quoad figuram, & tomentoſam lanuginem ſimillimo eſt *Althææ* Officinarum: *Flore* verò, & ſemine ſimilibus *Colotcolotan*.

9. *Alcea Luzonis altera*, Indis *Colotcolotan*, & *Dalupan*. Tricubitalis eſt, brachiata *ramuſculis* valdè lentis, *folio* aſpero, atrè virenti, crenato, necnon profundioribus laciniis ſinuato: *Flore* ex purpureo albicante, *caſeolo* in decem alabaſtris, ſtellato caliculo, ſemine ſubrotundo in hirtis vaſculis, quæ obviis veſtibus matura, ut *Lappæ majoris* echinata capitula inhærent.

10. *Alcea Luzonis tertia*, Indis *Gamaygamayan*: Planta alta cubitum, ubertim piloſa, paucis comata foliis: *Folium* pentadactylos, unde & nomen, *Quinquefolio vulgari* accedens. *Flos* candidus eſt, forma floris *Padurut*. *Radix* multiplex, alba, fibroſa.

11. *Sabdariffa* eſt *Indorum Malacolotan* quæ multiplicibus aſſurgit *caulibus*, quinos, aut ſenos cubitos altis, hos *folia* Cardiacæ *ſimilia*, modicùm hirſuta, crenata, tricuſpidata, inſipida, odoris non ingrati, alternatim ambiunt. Ad quorum angulos *floſculi*, lutei, *Paſſao* floribus ſimiles prodeunt. *Semen* neglectum in parvis capſulis.

12. *Paſſao prima* aliis *Puli*, *Pongloan*, & *Tambalaguiſay*. Lignoſis, bicubitalibus, ramoſis, & puniceis fruticat *ramis*, ſeu virgultis: *Folia* alternè proveniunt ſubrotunda, crenata, ſubaſpera, modicè morſicantia, & multa viſcoſitate plena, ad pediculi imum binis ſtipata unguibus, ad quorum ſinus *floſculi* plures, pentapetali, lutei congeruntur. *Semen* parvum, orbiculare, amaricans, in uncialibus pericarpiis, & corniculatis ferè ut *Aquilegiæ*. *Radix* alba, lignoſa, mediocris. *Vide* infra *Bunglao*.

13. *Paſſao altera, ſeu major*: (An *Corchorus Plinii*, & *Theophraſti*, vel *Melochia Serapionis* :) de *Chorchori* viribus varii varia, alii facultate ſimilem faciunt *Altheæ*: *Foliis* triplo majoribus luxuriat priori, ſeu bipalmaribus, minutim crenatis, alternis, in mucronem vergentibus, & ad imum duobus apophyſibus, ſeu laciniis caudatis. *Caliculis* ſtriatis, ſeu carinulatis, geniculatis, rubentibus: *Flore* ſimili priori: *Seminis* receptaculo, ex tereti carinulato, oblongo, & fere triunciali, in ejuſdem longitudinis pediculo. *Semine* ſimili priori. *Semen* ʒj pondere aſſumptum venenatorum animalium morſibus, febribus, morbo gallico, aſthmati, indigeſtioni, hydropi, peſti atque diarrhœæ auxilio eſt. In Morbillis datum copioſiſſimè ſudorem ciet. *Folia* ulcera emolliunt.

14. *Paſſao congener* planta etiam eſt *Pyramidalis* ſeu *Turritis*, Indis *Lingindayat* dicta. *Caules* emittit teretes, tenues, vietos, bicubitales, quos *folia* ambiunt alternatim, ſpithamiæa ſæpius cum pediculo, & vix digitum lata, denticulatim crenata inſtar ſerræ, atro-virentia, ex quorum angulis *flores* rubicundi, quinquefolii, explicati, ſtellato *calici* inſidentes propendent, quibus vaſcula ut Avellanæ, turgida, ſemine *Erucæ* minori, pentafora, & corticoſa ſuccedunt. Hujus flore, & radice *Bacog* olim *Indi* dentes rubro inficere ſolebant, ſicuti flore *Camantigui* ungues.

15. *Lingindayat alteram* Indi *Lingi*, *Tambalquiſu*, & *Pangalagan* vocant. Similis eſt priori, at *folio* nequaquam ſerrato, ſed lævi. *Cortex* contumaciſſimus eſt, funiculis parandis deſerviens, & magis vietus, quam ſit prioris, & *Balimbago* arboris. *Semen* quoque minus habet, & anguloſius, amariſſimum, quod *Indi* Byſaiarum *Pangalagan*, & *Tambalquiſu* vocant, & venenis reſiſtere perhibent. Exhibent autem internè in convulſivo illo affectu, Indis *Coro*, *Pagcurut* & *Dalongdong*, & externè cataplaſma ex ſemine contuſo, umbilico imponendo. Alii verò in ſuffumigio cum *Alibotbot* radice.

16. *Seſamum*, Indis *Lingi*. Hiſpanis *Ajongoti* & *Alegria*.

17. *Paſſao* & Malvaceis *affinis* eſt, & Planta *Salingſaguin* quæ tricubitalis eſt, *cortice* ex viridi purpuraſcente, *folio* Olivæ, alterno per longiora intervalla prodeunte, *Fructu* ante florem naſcente, formæ tubuli ſeſquiuncialis, craſſitudinis calami triticei, ex rubro virentis, *ſemine* albo lapilloſo referto, qui dein deciduo flore magis tumeſcit. *Flos* in ſummo novelli fructus, in perianthio ex quatuor unguibus, luteus & quadriſolius.

18. *Malvam arboream*, ſeu *Indorum Malopang*, & *Fuyo*, Johannes Ferrarius, *in cultura florum* vocat *Roſam Sinenſem*, quam eleganter & depingit & deſcribit. *Sinæ* verò *Tiutzhuyenhuy* vocant. Flore luxuriosè ſuperbit, ſimplici, & multiplicato folio concinnè adornato: naſcitur & exoritur cum aurora innocens & candidus, ad meridiem pudore ſuffuſus erubeſcens viget, moritur, & ſepelitur cum Sole regiè, ſeu purpureus.

19. *Belmuſcus Honorii Belli*, ſeu Indorum *Maricom*, *Ducum-marucum*, *Caſtiogan*, *Calopi*, *Dalopang*, in Siao *Tonquili*, in Marianis *Camang*. Horologii præſtat vicem, *florem* etenim circa nonam matutinam referat, claudit circa tertiam, an Inſulæ *Quilolæ*, & *Mindanao planta*? cujus florem ſolem conſtanter ſequi habet *Kircherius* in magnetiſmo plantarum. *Belmuſci* mentionem facit in ſua ſtirpium Sciagraphia *Dominicus Chabræus*, ſcribens plurimùm æmulari *Bamiam* Ægyptiorum.

20. *Bamiæ* verò congener, ſi non eadem, eſt planta *Lubie Endigi* Mauritanorum, quam *Leonardus Rauwolffius Trionium Theophraſti* eſſe cenſet. De reliquo *Belmuſcus* in *Luzone* paſſim in campeſtribus provenit, *caules* profert purpuraſcentes, viri ſtaturam altitudine excedentes, pilis quibuſdam pruritum, & ardorem cauſantibus, uti & *folia* & *ſemina* pericarpia, obſitos, ramuſculiſque crebrò & diverſimodè brachiatos. *Folia* ſimiliter piloſa, crenata, ſpithamæa,

inferiora secundùm quinos elevatiores, atque purpureos nervos, in totidem angulos explicata, verùm apicem versùs subeuntia in trinum tantummodò desinunt profundius incisa mucronem & longo inhærent pediculo. Ex horum alis *flores* pentapetali, foliis palmaribus, *Malvæ Roseæ* simplicis floribus paribus, *floribus* arboris *Balimbago*, & *Anabo* simillimi, lætè flavescentes, quorum fundum purpura gratiosè inumbrat, super radiis cinctum caliculum, ex unciali perianthio erumpunt, quibus dein hirta, subfusca, unciis tribus nonnunquam longiora, in mucronem vergentia, pentagona & pentafora, ut in *Bamia Ægyptiorum*, & in *Trionio Theophrasti*, subsequuntur vascula, formæ fructûs *Bilingbing*, quæ aperta quinque interstincta argenteis parietibus, qui utrimque fusci, striati, reniformis, & suaviter Muscum redolentis seminis ordine consiti sunt. Hoc *hujates Indæ* filo traductum, & *Amomi* seu *Tugùs* semine injecto, armillarum loco, pro amuleto, uti & odoris gratiâ secum ferunt. *Radix* multifaria, alba, insipida, & multa mucilagine viscida, qua pro Althææ radicibus utor. Ex *floribus* & *semine* paratum syrupum, in tussi, & defluxionibus utor, incrassat etenim & expectorat. *Radix* contusa imposita, *Calamayo*, i. e. *Herpetem miliarem* sanat. *Semen* in *Bohemia* vidi, titulo Seminis *Moschi*.

21. *Belmusci Speciem alteram* observavi *Silanii minorem*, *Seminis* receptaculum vix erat unciale, nigrum & valde hirsutum *Semen*, & reliqua omnia minora.

22. *Althæa Luzonis peregrina arborescens*, seu Indorum *Anabo*, *caulibus* pluribus, rotundis, *Belmusci* solidioribus & glabris orgyia assurgit altioribus. *Folia* alterna, lævia, leviter sinuata, non crenata, quorum nonnulla tricuspidata, *Althææ* peregrinæ hortensis *Dodonæi* similia, multis exarata nervis, & plura uno in ramusculo. Flores simillimi sunt quoad formam, magnitudinem, & colorem floribus *Belmusci* & *Balimbago*: Verùm non ad foliorum sinus ut in *Belmusco*, sed in summitatibus plures simul congeruntur. *Semen* in nigris, uncialibus, pentagonis, pentaforis, lævibus, mucronatis & solidiusculis *vasculis*, pentagono in caliculo, fuscum, subrotundum, durum, internè flavescens, dilutè luteo tingens, insipidum, creberrimum, coarctatum latitat. *Radix* lignosa. Abundat *Mariquinæ*.

23. *Althæa Luzonis peregrina altera*, seu *urens*, sive Indorum *Anabo maybulu*, i. e. pilosa, suffrutex est *foliis* gaudens magnis, spithamam latis, sesqui-spithamam longis, tricuspidatis, minutim incisis, creberrimis exaratis, nervis minoribus, præter septem luculentiores, foliis arboris *Alum* similibus, & pilis ad tactum molestè urentem pruritum causantibus, obsitis, quæ alternè enascuntur. *Flores* ad foliorum sinus, plures in longiori ramulo exeunt, ex quinis dehiscentibus alabastris, deorsum reflexis, & totidem subrotundis, sublutescentibus, & ad imum purpurascentibus foliolis, de speciosa propendente corona, umbilicum constituente, componuntur. Seminis *pericarpium*, vasculo seminis *Aquilegiæ* majus, & propè simile, ex quinque latioribus, alatis & cornutis, ac in unum vasculum coalescentibus quasi siliquis constat, quæ ubi *semen* maturum, fatiscunt & dissiliunt, & expansæ stellati floris formam effingunt, *semen* nigrum, durum, oblongum & insipidum sub piloso reconditum tomento retinentes.

24. *Althæa arborea*, est Indorum *Balimbago*, seu *Malavarensium Bupariti*. De qua infra inter arbores. Malvaceis & congener est arbor fruticescens, Indi *Guamamela*, *Tacurangan*, *Arogangan*, vocant; Sinæ *Poxenbuy*; Nos *Malvam Roseam*, & *Rosam sine spinis*. De qua infrà inter arbores.

SILIQUOSA.

1. *Lupinus Luzonis primus*, *centumfolius*, Indis *Sambasamba*. *Cauliculis* assurgit ramosis, concavis, teretibus, & bicubitum altioribus. *Folia* gerit decomposita, ex foliolis centum, Acatiæ paribus, sed magis congestis, alternatim appensa, amara & viscosa si mastricentur. *Flosculi* sunt minimi flaventes. *Semen* fuscum, reniforme, parvum, in helvi coloris, & triunciali siliqua, cujus ventriculi hiatibus, seu fissuris interstinguuntur. Gaudet satis aquosis *Orizam* inter, abundat in *Taytay*.

2. *Lupinus Luzonis alter tenuifolius*, seu Indorum *Darias*. *Caulem* fert teretem & gracilem. *Folium* alternum, tenuissimum sesquipalmare. *Florem* similem quinto, sed aut cœruleum aut flavum. Siliquam sesquiuncialem, supernè hamatam, *Semine* minimo turgentem, in pericarpio hirsuto, quod totam integit siliquam, & in quinos dehiscit ungues, seu alabastros.

3. *Lupinus Luzonis tertius*, *folii punctati*, seu Indorum *Tabuhu* assurgit caule pollicem crasso, tricubitali, rotundo, ramisque frequenter brachiato. *Folium* fert conjugatum, fermè palmare, nervulorum à medio excurrentium loco punctatum. *Florem* ex croceo rubentem. *Semen* in acutis siliquis, unciis duabus longioribus, parvum ut Capsici, sed ventricosum magis.

4. *Lupinus Luzonis quartus latifolius*, seu *Botochotocan*. *Caulem* attollit quadratum, sesquicubitalem brachiatum. *Folium* alternè exiens, palmum latum, sesquipalmum longum, obtusum, simile *Pomi Hierichuntini*, ad pediculum binis lunaribus unguibus donatum. *Flos* mediocris cœruleus. *Semen*, quod simile est quinti, in utriculis ventricosis.

5. *Lupinus Luzonis quintus*, *pentaphyllus*, seu Indorum *Calaycagay*. *Caule* tereti, tres fermè in altum assurgit pedes, *Foliis* pentaphyllis, sesquipalmaribus, alternis, ex angusto in longum protensis. *Floribus* luteolis, odoris gravis, majoribus, pentaphyllis, inhærentibus calatho, in quinos diviso ungues. *Semen* lenti compar, reniforme, nigrum, splendens, sonum edens, unde nomen, in turgidis & utricularibus, palmaribus & mucronatis aculeo, palearibusque & tenuis siliquis.

6. *Lupinus Luzonis*, *sextus esculentus*, seu Indorum *Mani*, & *Nirembergii*. Est Mexicanorum *Cacaquate*, Johannis Bauhini *Fructus Amygdaloides sub terra nascens*, Lerii *Mandobi*, *Mundubi* Brasilienſium *Marggravii*, seu *Aracus Americanus* Parkinsoni. Planta est amphicarpa *fructum* ferens

ferens ſubter & ſuper humum, ſeſquicubitum circiter, alta, verùm & longè latéque ſeſe diffundendo, ſerpit, & frequenter radices agit. *Folia* habet *Senæ* foliis triplo majora, quatuor ſemper in uno, & palmari ac alterno ramuſculo, ſuper quem, in triuncialibus pediculis exeunt, lætè flavi, quadrifolii, ex uno latiori & tribus minoribus, ſteriles *Flores*. Infrà foliorum ramuſculos propullulant, debiles, carnoſi, albi, palmares & ſpithamiæi ſtyli, qui ubi ſeſe ſenſim humo inſinuaverint, fructum inibi concipiunt & germinant, qui eſt ſiliqua griſea, ſeſquiuncialis & longior, aut etiam minor, ex tereti contorta, ſtriata, & reticulatè rugoſa, nucleo ſtrepitum edens. *Nuclei*, nucleo nucis avellanæ minoris, pares & ferè ejuſdem ſaporis, attamen magis oleoſi. Eduntur ad ignem toſti, & jamjam ſatis toſti, ultimò tantillo ſacchari inſperſo, quaſi incruſtantur. *Vide* Monardum *cap.* 60.

An *Mani* idem ac *Abſus Alpini?* ſed non niſi folia conveniunt.

7. *Lupinus Luz. arboreſcens*, ſeu Indorum *Acapulco*, *Sonteg*, aut *Gamut ſabuni*. Planta eſt arboreſcens, ſeſquiorgyiam ſeſe attollens. *Folia* gerit decompoſita, alterna, in cubitali pediculo conjugata, numero viginti quatuor, & plura, palmo longiora, & uncias binas lata, obtuſa, & fere ſeſſili in pediculo. *Flores* in prælongas concinnè congeſtos ſpicas, aureos, gratioſos, inodoros, pentapetalos, cum crocis, & unguibus. *Semen*, in ſiliquis ferè ſpithamæis, anguloſis, & tribus membranis, ſeu ſagittarum alis criſtatis, quaſi ungulatis, aſperis, nigris, copioſum, fulvum, cordiforme cum infundibulo, compreſſum. Ex Foliorum ſucco, & florum pulvere fit Unguentum, quod lichenes, & malam ſcabiem deſiccat. Alii contuſis foliis perfricant lichenes, ſed acris herba multùm ardet.

8. *Fœnum-græcum Sylveſtre*, Indis *Catanda*. *Sufuy*, aliis *Soſuſoſuyan*. Aſſurgit ſeſquicubitum, *ramis* pluribus luxurians, ſparſis, ſtriatis, hirſutis, teretibus, & lætè virentibus. *Folia* Loto ſiliquoſæ lobo tetragono ſimilia, alternatim in longiori pediculo, ex lato in mucronem tendentia, tria, quatuor, ſed ſæpius quina uno ex pediculo hærentia mittit. *Flores* ad foliorum ſinus, & in apicibus prodeuntes, quadrifolii, lutei, levi inſidentes caliculo. *Siliquæ* palmares, tenues, recurvæ, *Fœnugræci* corniculis tenuiores, & minus acuminatæ. *Semen* habent copioſum, magnitudinis ferè *Fœnugræci* Off.

9. *Plantam Anil*, ex quo *Indicum* conficitur, in Luzone *Tayom*, Mexici *Xiuchquilitl*, in Champetze, *ſeu* Jucatan *Czoch*, Sinæ *Lanzi* vocant. Maſſa ipſa *Indici*, *Mexici*, *Mohuitli*, in Jucatan *Noiczoch* audit. Fit autem in dolio putrefacta folia pedibus conculcando, ut eo facilius ſupernatans ſuccus in vas juxta poſitum defluat, huic tertium adſtat, ità diſpoſitum, ut exſiccando ſuccus purus, & percolatus in illud defluat, qui dein vaſculis exceptus minoribus ſolis, aut ignis beneficio ſpiſſatur. Alii foliis putrefactis calcem vivam addunt. In uſum feritur pigmentarium, & tinctorium planta *Tayom*, quæ teneris, & gracilibus eſt cauliculis, plurimis, & bicubitalibus, quos *folia* alternatim, parva, Senæ, novem uno hærentia pediculo, ex glauco virideſcentia, ſubamara, Onobrychi ſecundæ *Dodonæi* ſimilia, amplectuntur. Ad foliorum ſinus *floſculi*, ex flavo rubentes, bifolii, racematim congeruntur, quibus parvæ, crebræ, unciales, falcatæ, & frequentius ventricoſæ ſuccedunt, ſiliquæ *ſemen* continentes gilvum, ex rotundo compreſſum, amarum. *Radix* alba, fibroſa, mediocris. *Folia* Anil maſticata, dolorem leniunt dentium, ut *Sideritis*. Fotus ex decoctis, & foliorum pulvis ulcera deſiccat antiqua, manantia. Infuſum per decem dies potum intumeſcentiam tollit ſplenis. Succus ad vulnera recentia, rupta item conſolidanda excellit, verùm præſertim mulieribus à partu difficili ruptis prodeſt. *Chabræus* ramuſculos *Anil* ſibi miſſos ad *Coluteas* refert. *VIRES.*

10. *Coluteæ*, ex Quajhan *Inſularum Marianarum* una, miſſæ inſcriptione *Yerba purgante de los Zamorros*, *Semen* accepi, quod ſatum, in plantas excrevit annuas, *Senæ* ſimiles; *Caules* bicubitales, brachiati, teretes. *Folia Senæ*, plura uno in pediculo, ſubrotunda, quaterna, ſena, decem aut etiam quatuordecim ſociata. *Flores* quinquefolii, ex ramuſculorum angulis prodeunt, lutei, inodori, teneris in pediculis, cum crocis, ex perianthio quadrifolio, quibus ſuccedunt palmares, calamum ſcriptorium craſſiores, ſpadicei, teretes, ex delicata conſtantes membrana, & bivalves folliculi, ſeu Siliquæ: *Semen* copioſum, fuſcum, inſipidum, & inæquale habentes. *Radix* mediocris, ſublutea.

11. *Colutea Luzonis Fœtida*, Indis *Tayomtayoman*, Hiſpanis *Hediondilla*. Coluteæ *Marianæ* ſimillima eſt, fœtorem, & magnitudinem ſi excipias, *Marianæ* enim minor eſt, caule, & foliis: De reliquo facie eſt *Sopheræ* Alpini, *foliis* quatuordecim, & pluribus ab uno pediculo conjugatim hærentibus. *Radix* deforis pulla, cortex radicis interior citrinus, & ipſa radicis materies alba, & lignoſa.

12. *Colutea Luzonis fœtida altera*, Indis *Balungay*, differt à priore, quod in hac *folium* ſit duplo majus, mucronatum, & virore magis opaco inumbratum, in illa obtuſum, ac flavens ut Coluteæ *Marianæ*; in flore, & ſiliqua conveniunt.

13. *Trifolium Dictamnoides primum*, Indis *Kaliskiſdalag*, & *Calayiacay*. Florum ſquammatas ſpicas carnibus & piſcibus, uſui diuturniori deſtinatis interſpergunt, ut à putredine præſerventur. Planta eſt bicubitalis, inodora, cujus tomentoſis ſpicis, & foliis *Cabling*, Indi tomenti loco, ſuos quibus indormiunt pulvillos replent. *Folium* gerit trifolium, ex majori, palmari, ſubrotundo, & duobus minoribus, compoſitum, alternè proveniens, incanum; ad cujus ſinus, longâ ſerie quaſi in ſpicam diſpoſitæ, alternatim excurrunt folliculoſæ, & multùm tomentoſæ capſulæ, in quibus floſculi perexigui, candidi latent, in ſiliquas parvulas, & ſemen minimum abituri. Tomentoſis ſpicis Obſtetrices utuntur in ſuffumigiis puerperarum.

14. *Trifolium Dictamnoides alterum*, Indis *Payangpayang*. Planta eſt fruticeſcens ut primum, *folium* habet duplo majus priori, & mucronatum. *Florem* phaſeoli, nullo folliculo coopertum phœniceum, in longiori ſpica, congeſtum. *Siliquam* ſeſquiuncialem, tenuem & compreſſam. *Folia* contuſa cum calce viva mixta, *Indi* imponunt ulceribus ſordidis, quæ mundificant, & caſtrant.

15. *Trifolium*

15. *Trifolium pratense*, Indis *Lingalingahun.*

16. *Tribulus terrestris*, Indis *Baguin.*

17. *Polygonum latifolium* erectum, seu *Flos ambarvalis*, *Folia* alterna, sesquiuncialia, *Flores* phaseoli, phœnicei, *Semen* in vix uncialibus, ventricosis, & congestis lobulis, subflavum, & subrotundum.

18. *Polygonum tenuifolium* erectum, *Folia* gerit pauca, alterna, obtusa, & pronâ parte albicantia; *Flosculos* minimos, flavos. *Semen* pusillum, orbiculare in sphærico vase.

19. *Polygonum centumgranatum*, Indis *Sambasamba.* Sesquicubitale aliquando exurgit, *Foliola* subrotunda, sociata, triginta uno in pediculo habens, ad quorum par unum continuò granum unum viridiusculum hærens, ab iisdem solis ad occasum complectitur, & absconditur. Planta graveolens, saporis amariusculi. Commendant ad flatus.

20. *Scorzionera Luzonis minima* acaulis, Indis *Lubilubi*, & *Gandanguſa*, id est *herbam Cervi* vocant. *Folium*, & *radix* reliquis *Scorzoneris* similia. *Folium* spithamæum, anguſtum. *Radix* vix sesquipalmaris, tenuis. *Flosculi* in tenero, & unciali pediculo, flavi, ex senis mucronatis foliolis, stellati. *Semen* in oblongo, angulosо, mucronato, vasculo, splendidum, nigrum, angulosum.

21. *Cochleariam aquaticam*, Indi *Taquebsoso*, aut *Taquebcohol* id est *Cochlea reptans.* *Yahungyahung*, id est *Scutellariam.* *Hongothongot*, id est *Cochlearem*, & *Malabalugbudagis* id est *Auriculam muris* & *Holoholo* vocant. Hispanis perperam *Ravaza.* *Ravaza* etenim est *Sium* aquaticum. *Cochleariam* voco ob foliorum Cochleari similem figuram, acrem, & non ingratum *Cochleariæ* saporis affinitatem, uti & *Cochleæ* tardigradum reptatum, repit verò viticulis longioribus, crebrò radices agentibus. *Folia* crenata, magis lata, quàm longa, & modicè sinuata, ex nodosa, & capillata radicula, pediculis prælongis hærentia exerit, formæ foliorum *Ranunculi* aquatici *Dodonæi*, saporis acris, & ex oleraceo nescio quid *Petroselini* sapientis, inter foliorum angulos breves pediculi, capsulas minimas gestantes, seu seminis rudimenta prominent. *Florum* vestigia, aut conceptus adeò exigui, ut observari nequeant. Provenit secùs lentè decurrentium rivulorum ripas, aliisve locis sabulosis, & humentibus. Utuntur *Indi* succo in scabie, lepra, morbo gallico, & Scorbuto. Contusa folia, & fuligine mixta gummata desiccant gallica.

22. *Pyrola Luzonis* cauliculo assurgit spithamæo, lignoso, tenui, quinis aut senis quercinis, crenatis, alternè exeuntibus *foliis* donato, ex quorum alis *flosculi* prodeunt ex tubulo pentapetali, candidi, *Jasmininis* similes, cum stamine longiori. *Seminis* capsula, orbicularis, carinulata, trivalvis, semine minuto, rotundo plena. *Radix* fibrosa.

23. *Myos-otis*, seu *Auricula Muris Luzonis*, ex alba, parva, & multiplici *radice* plures, & bipalmares, aut spithamæos, rectósve mittit caliculos, *Foliola* alternè brevibus hærent pediculis, ex quorum nexu *flosculi* singuli, in longioribus pedunculis jucundè cœrulei, ac campanulati dependent, quibus *semen* parvum & orbiculare, in parvis succedit *vasculis.*

24. *Acetosa Nigritarum*, seu *Indorum Lingat* in alsiosis provenit cavernis, Muscum inter & Adianthum, ejus crassus, tener, & rubens *cauliculus* levi lanugine, sicuti *folia* parte aversâ, quâ ex viridi candent, pubescit, pronâ ex purpureo virent, & candidis variegantur maculis, quæ cordis figuram, latere uno, altero majorem plerumque repræsentant, succo scatent gratè acetoso. *Flos* quadrifolius est, internè candidus, deforis suaviter rubens. *Semen* in triquetro, & trivalvi, & quasi corniculato, *vasculo*, pulverulentum. *Radix* exigua, fibrosa.

25. *Oxylapathum*, Hippolapathi hortensis effigie, Sinis *Quintatzhay*, *Acetosella*, Indis *Daraaisig.*

26. *Igbangsa* suffrutex, gaudet *folio* decomposito, communiter ex novem minoribus, at similibus arboris *Banquiling*, alternis, & nervulis pulchrè exaratis. *Flore* albo, odorifero, pentapetalo. *Semen* parvum, in vasculis acutis.

27. *Herbam Verecundam*, alii *Tactum fugientem*, *Impatientem*, *Vivam*, *Sentientem*, *Mimosam*, & *Æschynomenam* vocant. Indis *Xia*, *Chia*, *Mahihihin*, id est *Verecunda*, aliis *Quirungquirung*, in Champetze *Smutzt*, in Siao *Mahentiquilang*, Hispanis *Vergonzosa*, vide Monardum, *f.* 74. id est capite. Cùm nullam legitimam Verecundæ majoris Iconem inveniam, *Acostæ* enim, & *Historiæ Lugd.* quam & *Chabræus* exhibet, non est fideliter desumpta, veram & ex viva delineare placuit. Crescit autem hæc speciosa & admirabilis planta locis petrosis & umbrosis, *radice* tenera, ac fibrosa, variè superficie tenus per humum sparsâ, *cauliculo* tereti, subpurpureo, rugato, palmum alto: Cujus summitati ramuli foliorum decem, aut quindecim, usque ad triginta quatuor foliola nonnihilum rubentia, sibi æquali oppositа ordine proferentes: in thyrsum coacti hærent: Ex horum ramusculorum medio, septem, aut plures, unciis duabus longiores, & singuli plures flosculos congestos sustinentes assurgunt pedunculi. *Flosculi* ipsi, levi caliculo, & ex quinis componuntur aureis, ac subrotundis foliolis, quibus ovatæ capsulæ, *semen* rotundum, & minutissimum concludentes subsequuntur. In hortum verò transplantata Herba, sextuplo major evasit, in qua dein nonaginta foliorum ramulos, & ultra centum numeravi florum pediculos, ubi me & amicos, suâ sæpè recreat verecundia, impatiens videlicet omnis attactûs, cujuscunque vel minimæ rei allisione, ut lapillo projecto, aut etiam manu percussa terra, illico quasi perterrita sua contrahens terram versùs foliola, mox impatientia, verecundia, aut timore sepositо, eadem iterum explicatura. *N. B.* quò Sol ardentior, eò verecundior, & magis tactum refugiens. Hanc bicubitum excrescere Vir fide dignus narravit, alius in *Peruvio*, eam Viri altitudinis vidisse affirmat, qui eam urinas, & menses ciere dicit, somnumque inducere profundissimum, si ejus decocto ante horam somni caput abluatur. Indi *Hujates* utuntur ea in affectu convulsivo *Pacurot*, in Suffumigio. An herba quæ manus attrectantium refugit, attrectata verò squallet, apud *Salamas* Arabem in Horto universi? Est *Herba Viva* Acostæ.

28. *Verecunda*

28. *Verecunda minor* in omnibus majori ſimilis eſt, ſed admodum puſilla, ità ut ejus *caulículus* ultra unciam vix aſſurgat, nec longiores ſunt foliorum ramuſculi, *Flores* ſimiliter lutei, ſed breviſſimis innixi pediculis, ex umbilico ramuſculorum thyrſum conſtituentium prominentes. Modus autem ad tactum ſeſe contrahendi, ſeu verecundiam fatendi omnino contrarius eſt priori, nam non terram versùs foliola complicat, & ſuffragines demittit, aut inclinat, ſed centrum versùs, ſeu ſupernè ſeſe conſtringit.

29. *Herbam tactum fugientem* audivi inveniri in *Peruvio* à D. Antolino, cui cùm Verecundas, & Mimoſam monſtraſſem, illam ab his diſtinctam aſſeveravit, ramuſculos nempe per humum diffundentem, & non ſcandentem, *folia* ſimilia habentem *Mimoſæ*, ſed ſibi in oppoſitis ramulis, viticulos geniculatos, *Semen* compreſſum lenticulare in ſiliquis, & non ſolùm folia, ſed & geniculatos cauliculos contrahentem.

30. *Herbam tactum fugientem Peruvianam aliam*, ità deſcribit *A. Catantzcha.* Spinoſa eſt: *Folia* ſena uno in pediculo gerens, quæ ad contactum contrahuntur: *Florem* fert ſphæricum ſuaviter odoriferum, qui conſtat ex ſtaminibus roſeo-morellis, apicibus aureis coronatis. Plantam Indi *Tapatal* vocant. An eadem cum antecedenti? & hæc an *Braſilienſium* Caaco, *Marggravii?*

Sunt autem & aliæ quàm plurimæ plantæ, & arbores quæ tantùm, ſolis ad occaſum, dum frigidus aëra veſper recreat, & ſaltus reficit jam roſcida Luna, aut etiam decerptæ, evulſæ, ac diutius manibus contrectatæ ſua folia contrahunt, ſquallent, marceſcunt. Ut *Tamarindus. Cupang, Acatia* utraque, *Maraobarau, Cathoray, Czakzinkin*, videtur eſſe *Criſta Pavonis Sinenſium*, Breynii. *Colutæa Tayumtayuman*, videtur eſſe *Chamæcriſta Pavonis* Braſilienſium, Breynii. *Mimoſa*, quàm Indi *Caloò, Sagamamin, Mangadolong*, & in Siao *Matangpune*, Botanici verò *Piſum Coccineum Americanum* vocant, eſtque *Liquiritiæ Sylveſtris ſpecies*, foliis ſaporis Liquiritiæ, *Lupinus centumfolius* Sambaſamba. *Lupinus arboreſcens. Polygonum centumgranatum* Sambaſamba, *&c.* non tamen ut ſupra deſcriptæ, Verecundæ illicò ad quemvis ſine mora clauduntur tactum. Aliæ verò ad tactum Semen longè latéque diſpergunt, & notabilem ſtrepitum edunt. Ut *Noli me tangere Herbariorum. Cucumis Aſininus. Ricinus major. Acetoſella. Lipay. Polyrrhyzos vul.* & *Momordica altera Botanicorum*, ſeu *Indorum Camantigui*, &c. De plantis aliis *tactum fugientibus* infra, ubi de *Spongia*, & *Plantis Marinis Saxeis*, & *Zoophytis.*

1. *Stramonium Luzonis primum*, Cluſio *Datura*, vel *Burladora. Donna bella* Hiſpanis, Indis *Talampunay, Taquiobong, Tayobong, Cachibu, Catubung, Cayangcang maputi*, & *Durtod.* Radicis contuſæ cum vino expreſſum *Dom. de los Riòs*, ſocio propinavit, qui poſt profundum ſomnum, aliquot diebus manſit attonitus delirando. Oleum ex ſemine expreſſum in vulneribus Balſami vicem gerit, volis manuum inunctum ſomnum conciliat. Semen aceto tritum aduſtis, Eryſipelati, & Herpeti utiliter inungitur. Ad ſemen epotum efficax eſſe inveni *Oleum Emeticum*, ex *Mananangtang* & aliis Contrayerbis, ſeu Antidotis, paratum, quod Indus *Haplas* vocat, Hiſpanus *Oleum de Pepita.* *VIRES.*

2. *Stramonium Luzonis alterum*, Indis pariter *Talampunay*, planta eſt in multos perennans annos. Caules attollit glabros, ſplendentes, violaceos, variè brachiatos, teretes, tricubitales. *Folium* priori ſimile, at brevius. *Flos* ex bina, aut trina campana deforis violacea, internè candida, ex fermè ſpithamæo tubo, in quina, acuminata ad labra diſpeſcito quaſi folia componitur. *Fructus* ſubſequens jam echinatus, jam verrucoſus ex viridi pallens, Stramonio hujati ordinario magis compreſſus, nec tetraforis ut illius, maturus molleſcit, & multifariam dirumpitur. *Semen*, quaſi ſemen Fœnugræci compreſſum. Hoc in lacte maceratum, in parva doſi exhibitum ſomnum conciliat, qui ſi profundior ſucceſſerit, exhibetur radix Nymphææ Lavaz. Hujus Pomi dimidium in vino expreſſum dedit *N. Duarte*, Fr. de Vargas *in* Hilohilo, dormivit triduum profundè, ſudore diffluens, & ſæpius urinam reddens, expergefactus quaſi attonitus manſit. Seminis fumus infundibulo hauſtus dolorem applacat dentium. Radicis cortex in tabaci tubulo Hiſpanis, Sinis, & Indis in uſum venit in Aſthmate. Expertus eſt J. Frixolius, J. Ruizius, & D. Guſman cum utilitate. **Sweet-Bark to perfume Tobacco**, Catalogi *Johanne Petiverii*, eſſe videtur. *VIRES.*

3. *Pomum Hiericonteum*, Hiſpanis *Verengena del monte*, Indis *Turumpalat, Tarampola, Talong*, propriè eſt *Melongenis* & *Larog, tunavi.* Fructus pulvis ſternutatorius eſt. Fumus ex ſemine per infundibulum acceptus dolorem lenit dentium, Stramonio efficacius, ut Experientia monſtravit in *J. Aſſin.* D. Gertrude, Emanuela, Andrea, Petronilla.

Oleum ex Semine ventriculo inunctum vomitus & nauſeam ſiſtit. Semen piſcationi deſervit medicæ, & Crocodilos enecat, ut *Cocculus Levanticus.* Radicis decoctum lumbricos pellit, & dolorem tollit dentium.

4. *Pomum Hiericonteum alterum*, Indis *Tagotong.* Simile eſt priori ſed omnia ſpinis acutis horrida, ità ut & ex ipſo plano folii aculei enaſcantur. *Flos* eſt Melongenis, ſeu Mali inſani. *Fructus* hirtus, nec ſternutatorius, ſaporis acido-dulcis quem pueri innocuè eſitant. Adoleſcens in campeſtribus.

5. *Solanum* Off. Indis *Unte.*

6. *Solanum Halicacabum*, Indis *Catimum* & *Hulagdup*, & *Talinongtino.*

7. *Solanum Halicacabum peregrinum*, vide infra *Varia.*

8. *Artemiſiam* Indi *Finiſſas* vocant, *Japones* Moxa, utuntur tomento, ex deſiccata, & conquaſſata herba parato, ad cauteria actualia inurenda.

9. *Malodotodo* herbæ lac, *Indi* oculis febricitantium inſpergunt, ad promovendum ſudorem.

10. *Punayaman*

10. *Punayaman*, herbâ stupefaciente *Joloès* instante bello utuntur, quâ epota tantus universo corpori inducitur stupor, ut nullomodo, etiamsi vulnera inflicta fuerint majora, nec gutta Sanguinis profluat. An illa, quam *M. de Leon* monstrabat ?

11. *Alangitrigit* planta est folii parvi, ex atro virentis, simili Thymelææ.

12. *Baguśi* adversus omnia venena, morsus animalium venenatorum, & pestem laudatur.

13. *Sanguilo* foliorum decoctum cum flore Arecæ factum, suaviter, & indemnè hecticos, & hydropicos relaxat.

14. *Dayungśunga* exulcerationes sanat faucium.

15. *Dumba* capitis curat tineam.

16. *Galapon* herba abundat in *Lugban*, *Mahayhay*, & *Tayavas*, volunt esse *Alisma* Dioscoridis.

17. *Balisong* philtra dissolvere ferunt.

18. *Dalumtamenes* ad pleuritidem commendant.

19. *Budir* radix pota tumores corporis dissipat.

20. *Ricinus major*, Indis *Tangantangan*, & *Linganhali*, Hispanis *Higuerilla del infierno*. *Unus* ordinarius:

21. *Alter* totus colore rubro-ferrugineo coloratur : uterque in multos durat annos, & arboresçit. Oleum expressum, in hydrope ad gutt. 5. propinatum potenter educit aquas. Colico item dolori, & renum calculo medetur. Exterius exhibetur oleum, & folium contracturis, luxatis, spasmo, & similibus nervorum affectibus folia contusa, assa, & aceto consperśa ubera à lacte grumefacto indurata, restituunt, ut Flores *Gumamelæ*. Plura vide infra *Oleum Ricininum*.

22. *Bantanà* folium sub cinere coctum, & ulceribus impositum pus efficaciter prolicit.

23. *Pagangdang*, menses, secundinas & fœtum mortuum pellit.

24. *Birungbirung*, oculos recreat inflammatos. An Verecunda ?

25. *Arangan* radix ulcera emollit, folium tumores discutit.

26. *Tahalac*, seu *Amolong* dentes vacillantes corroborat.

27. *Magindato* confert in dysenteria Radix ; est arbor rara, & amans fluvios.

VIRES. 28. *Loon* contra retentionem urinæ, & Spasmodicum affectum *Pacurot*, seu *Dalongdong* commendatur.

29. *Limeum primum Indanense* locis enascitur uvidis, & uliginosis. Planta tota atrè viret, & pilis pubescit, *folia* fermè quatuor tantum, sibi opposita, negligenter crenata, obtusè mucronata, fermè palmum lata, & sesquipalmum longa. *Flores* ex albo morelli, quadrifolii, congesti in racemulum foliolo amplexum subrotundo. *Radix* digitum crassa & longa, fibris capillata est.

30. *Limeum Indanense alterum*, uda amat & alsiosa, & aquarum scaturigines. *Folia* exerit ad summum septem, *Lilii Convallii* ampliora, obscurè virentia. *Fructus* parvi, ovales, in ovalem compacti racemum, primùm Chermesino, mox gratiosè perpolitæ ferruginis relucent colore, quasi vitrei essent. *Semen* parvum, compressum, fuscum. *An* Indorum *Oloot* ? Herba fructu nigro, perpolito, vitreo.

31. *Limeum Luz. tertium Macatense*, lapidicinis, ac petrosis asperginibus innascitur. *Folia* priori latiora, ex fibrato, viridi, oblongo, ac carnoso bulbo impellit fermè Sena, è quorum medio duriusculus, & angulosus assurgit caulis, aliquando cubitalis, spithamæam in spicam, ex coacervatis, parvis, sessilibus, & sexangularibus pericarpiis, desinens, Semine farctis pulverulento.

32. *Barta* magnum est Contrayerba, id est Antidotum.

33. *Amindan* herba est bicubitalis, *foliis* longiusculis secùs vias proveniens. Magnum est Contrayerba, sed fructus ejus *Gallinis* venenum est.

34. *Bolol* seu *Oloolo* radix urinam pellit, emollit, ulcera & tumores discutit.

35. *Aptat* succus fœtum expellit mortuum.

36. *Panaoli* herbæ folia sub cinere assa, dolorem renum & capitis mitigant, ut *Mandalusæ*. Ventris dolorem leniunt in cataplasmate cum foliis *Tangantangan*.

37. *Calintama* corticis recentis rasura dolorem & inflammationem genarum ex destillatione ortam tollit.

38. *Taquebsol* planta crescens in cultis cum flore morello, ad scabiem, & gummata Gallica cum fuligine folia contusa. Annon *Malaviuas* ?

39. *Lohor* vel *Lohorhor* herba est leguminosa, folio simili *Cananhanun*.

40. *Carangcang*, herba est, seu gramen spica valde aperta.

41. *Dalagan* radix camphoram redolet, decoctum ejus ad spasmum, diarrhœam & confortandum ventriculum.

42. *Pongus* radix prodest in dysenteria.

43. *Panaica* confert in balneo doloribus articulorum.

44. *Payasu* emollit & maturat ulcera pertinacia.

45. *Langingi* herba est consolidans, unde *Consolida* à multis vocatur.

46. *Sagubæ* folia masticata dolorem leniunt dentium.

47. *Baje* vulneraria est, ut *Oiomoiom* & *Tebate*.

48. *Tueg* prodest asthmaticis. Ut *Oplinjugat*.

49. *Bagatapon* efficax est antidotum.

50. *Bagosalac* deservit pro balneis.

51. *Saguiavan* est contra lethargum.

52. *Colangtang* deservit pro dentifricio dentibus corroborandis.

53. *Cayanga* deservit ad vulnera, ulcera & scabiem, in *Cantanduan*.

54. *Thaumantin*

54. *Thaumantin*, ſeu *Flacquetin*, *Jaſminum* eſt *Mexicanum*, Hiſpanis *Maravilla Quilalas*. Folia ulcera emolliunt, cauliculi contuſi, & ſub cinere cocti, ruptis & luxatis impoſita, conducunt. Radix alvum ſubducit.

55. *Oponopon*, radicis infuſum anodynum eſt, & dolorem leniens.

56. *Tabal* ſeu *Tibalan* venenatorum animalium medetur morſibus.

57. *Taramlampang* ſudores potenter promovet.

58. *Tagantan* exhibent in recidivis.

59. *Gaan* planta gaudens paluſtribus ſimilis eſt *Baruc*.

60. *Hagichic* ſeu *Burburan* planta folii perampli.

Nomina plantarum, quarum non innotuere niſi nomina.

1. *Agingay*. 2. *Anacan*. 3. *Alha*. 4. *Alimongohay*. 5. *Amahitay*. 6. *Apanang*. 7. *Baſo*. 8. *Balig*. 9. *Balot*. 10. *Barit*. 11. *Biaſun*. 12. *Bilao*. 13. *Bugan*. 14. *Bunac*. 15. *Buntocaſo*. 16. *Buntocmaya*. 17. *Camanratihan*. 18. *Carlin*. 19. *Caſindit*. 20. *Colanta*. 21. *Colis* ſeu *Colit*. 22. *Cumpay*. 23. *Damang*. 24. *Davag*. 25. *Dita*. 26. *Dugnay*. 27. *Gamat*. 28. *Guguling*. 29. *Hangor*. 30. *Halilimocan*. 31. *Halit*. 32. *Handanata*. 33. *Havili*. 34. *Holiquir*. 35. *Ingaoingao*. 36. *Lacpacun*. 37. *Lanalana*. 38. *Lara* eſt *Capſicum*. 39. *Linadan*. 40. *Locotan*. 41. *Luyaluya*. 42. *Malit*. 43. *Manaliſir*. 44. *Mananao*. 45. *Matanrolang*. 46. *Palaypalayan*. 47. *Panaguli*. 48. *Pangran*. 49. *Picſuc*. 50. *Soriangdaga*. 51. *Tacqui*. 52. *Tagonſala*. 53. *Talangholo*. 54. *Tangis*. 55. *Ticog*. 56. *Tubandalag*. 57. *Tubotubo*. 58. *Tulabahay*. 59. *Tulang*. 60. *Tulatulan*.

1. *Calamayo*, radix curat Calamayo, id eſt Herpetem miliarem, ut radix *Belmuſci*. *Calamayo* planta eſt maritima, caulis flaveſcit, corticis raſuram propinant quibus à ſolis æſtu dolet caput.

2. *Calabſa* eſt herba dulcibus & ſtagnantibus innaſcens aquis.

3. *Balicbalic*, folia & cortex diſſolvunt tumores.

4. *Aguthay* apices contuſi impoſiti, ſanant ulcera, vulnera.

5. *Paytan* lac curat lichenes.

6. *Bunglao*, ſeu *Bunglio*, herba eſt foliis *Chegri*, & his lætioribus, provenit ad fluviorum margines. *Folia* capiti impoſita, dolorem ejuſdem tollunt, *Cortex* hæmorrhagias ſiſtit, ex toto fiunt balnea leproſis, ſcorbuticis, & morbo gallico affectis perutilia. An *Paſſao* altera, vel *Lingindayat* ? *VIRES.*

7. *Caſcaſumba* eſt planta ſimilis plantæ *Ciceris*, *Floſculis* albis, & in his habet foliola piloſa, quibus nodoſa ſuccedunt pericarpia. *Folia* contuſa cum tantillo calcis vivæ, proſunt in vulneribus, & ulceribus antiquis, in dolore dentium & ſanguinis profluvio ex vulnere.

8. *Sagao, an Thlaſpi* ? Valet contra venena, febres, alvi fluxus, colicam, lumbricos, morſum ſerpentum, dolorem capitis contuſa impoſita, & additur decocto pro enematibus ordinariis.

9. *Oleum Ricininum inunctum*, reſolutione emollit, & tollit mammas induratas, tumores hypochondriorum, œdematoſos item & flatulentos hydropicorum & ſcorbuticorum (ubi & enemati additur) materiam præterea viſcidam cauſam variorum dolorum, colicæ, ventriculi, nauſeæ conjuncturarum & tendinum. Prodeſt in verminatione puerorum, alvo adſtricta, contractura, ſpaſmo, paralyſi. *Potum* ad gutt. vi. educit aquas hydropicorum, lumbricos, flatus, placat dolores colicos ſtomachi & expellit cauſam nauſeæ, dolorem conjuncturarum, & ulcerum manantium. *VIRES.*

10. *Solanum Halicacabum peregrinum*, ſeu *Cor Indum*, aut *Piſum cordatum*, Indis *Apalla Nibun*, viticulis ſeſe implectendo aſſurgit quadrangularibus: *Folium* ex ter trinis, quinqueſulcis, minoribus componitur foliolis. *Flos* candidus eſt & exiguus, quadrifolius. *Fructus* trinus, magnitudinis piſi minoris, niger, candidâ cordis effigie inſignitus, in triquetra, & criſtata burſula. Ad cordis affectus valere tradit *Chabræus*.

De Arundinibus Indicis cavis ſeu Cannis.

ARundines illas foliis *Zingiberis*, cavas, prægrandes & fortiſſimas, ſexaginta quandoque cubitos longas, ſeu altas, & pedes duos in diametro parte infimâ craſſas, Hiſpani *Cannas*, Sinæ *Choù Theù*, Indi *Cavayang* vocant. Ex horum *Davong*, ſeu teneris germinibus (quibus decoctis *Indi* veſcuntur) alii & radice *Zingiberis*, Fructu *Batuan*, ſeu C. Cluſii *Baruce*, ſpadice *Arecæ*, & apicibus *Carampalet*, ſeu *Bilangbilang*, id eſt *Halymi*, ſale & aceto condimentum, quod *Chara* & *Achara* vocant, inappetentiæ ciborum inſtaurandæ accommodatiſſimum componunt. Ex *Cannæ* germinibus, & *Papyri* Veterum, ſeu *Cannæ* farctæ *Ovay*, Hiſpanis *Bexuco* apicibus, addito goſſipii modico, & calcis vivæ tantillo in China omnis Papyrus, aut Charta ſcripturis apta, Hiſpanis *Papel de Bexucillo*, lege *Bexucquillo*, conficitur. *Emporetica* verò ex hujus reliquiis, & Orizæ paleis: Alia verò fortiſſima in *Japonia* ex ſericeis, & bombycinis reliquiis, ſeu ſtupis. Ex his Cannis domus integræ, menſis, ſellis, lecticis, & cæteris neceſſariis inſtructæ, curioſè & affabrè parantur. Pontes & majores naves onerariæ. Ex

his demùm nescio quæ non, imò omnia sibi necessaria *Indi* elaborant, ità ut quidam facetè *Indum* unico Volo omnia facere dixerit, est autem Volo culter grandior secandis, ac findendis Cannis accommodatus.

Harum autem *Cannarum* multæ inveniuntur species.

1. *Cavayang totòo* est *Canna vera* ità propriè dicta, spinosa, quæ in internodiorum integerrinis interstitiis foramina avellanâ nuce minora habet. Rarò fructificat, hinc superstitiosis *Indis* est famis augurium, & prognosticum, fructus coloris est lutei pallescentis, formæ fructûs *Batad*, dependet racematim ex quovis articulato internodio, ab imo ad summum usque; reperitur in flumine *Malamica*.

2. *Patong*, spinosa est & omnium maxima, circumferentiæ quinque aut sex pedum nonnunquam, & altitudinis decem aut duodecim orgyiarum.

3. *Calingingan*, & 4. *Sambong*, similiter spinosæ sunt.

5. *Guiling cavayang*. 6. *Bayiuguin*, & 7. *Tayovanac*, sunt sine spinis.

8. *Tangnang* seu *Cabugavan*, altitudinis uti & crassitiei est *Patong*. Secundus cortex, & germina in decocto prosunt in casu ex alto. Ex hujus necdum perfectè maturæ internodiorum intervallis, seu *Palasayavang*, recisis, eximitur philyræ chartæ simillima telicula, quæ defectum Papyri supplere solet. Hanc telam Indi *Holbo* & *Bamban*, aut *Bambaqui* vocant.

9. *Osio*, & 10. *Sagobat*, montanæ sunt ut *Tangnan*, harum secundi corticis & radicum, aut potius furculorum decoctum mulierum lochia repurgat, ad hydropem item & arthritidem, sputum sanguinis, pectoris per urinam educenda apostemata interna, casum ex alto & urinæ ardorem commendatur. A *marina pastinaca* læsis succurrit, dolori oculorum contusa germina, & sub cinere cocta, imposita conferunt. Pulvis Cannæ ustæ ulcera desiccat antiqua & manantia, ut *Sandaraca nativa*.

VIRES.

11. *Lilibonan* angustæ concavitatis, sed fortissima.

12. *Lunas* spinis caret.

13. *Lugao* parva est.

14. *Aiyiyong* rectissima est omnium.

Reliquæ species sunt. 15. *Hinabuian*. 16. *Sasamal*. 17. *Anos*. 18. *Calamba*. 19. *Paricas*. 20. *Tubo*. 21. *Pavolovang*. 22. *Malahypon*, &c.

Cannarum aliæ minores sunt, & delicatiores, ut

1. *Bacacay*, quæ tantæ est duritiei, ut cultrorum, forficum, novaculæ, & limæ vicem subeat: hac etenim ligna poliunt, vestimenta rescindunt, barbam deponunt, & hâc captivi nonnunquam compedes, ut limâ surdâ rupêre. Est verò pollicem crassa, rectissimis tubulis, orgyiâ unâ sæpè longioribus, quibus utuntur, pro tubis seu Catapultis pneumaticis, aut Exploforiis quibus sagittæ parvæ, ex assulis ipsius *Bacacay* factæ, veneno illitæ, & parte inferâ plumarum loco, cucullo ex foliis plantæ *Bamban* caudatæ exploduntur. *Bacacay* cinis verrucas, clavos, & callos exstirpat.

Species *Bacacay* sunt. 2. *Carayie*. 3. *Bombong*. 4. *Cayari*. 5. *Boò*. 6. *Damolohan*, seu *Caboloan*. 7. *Caragnas*. 8. *Lilicsum*. 9. *Bucave*, seu *Balocavi*, aut *Balocahui*.

2. Ex *Caraye*, & 3. *Bongbong* internodiis communiter vasa ad aquam apportandam fiunt ob amplitudinem.

5. *Boò*, seu *Bulo* minor est *Carayie*, hæc ut narrant fert fructum magnitudinis Arecæ, cujus os magnum est, ligneum, ramulosis spinis obsitum, nucleum latum, compressum, & delicatum continens, hoc Indi *Bical*, & *Surogsurog* vocant (Alii tamen fructum *Boò* esse negant, sed arboris *Tagolibas*, quam & *Hobom* vocant) & sese superstitiosè eo contra *Caymanes*, seu *Crocodilos* præmuniunt, narrando quod ad *Crocodili* præsentiam hiet, & adaperiatur, verúmne sit mihi experientiâ non constat, multi tamen verum, & compertum esse affirmant.

Ignatius Alzina in Historia MS. *Byssiarum* scribit, fructum *Ronas*, similem esse fructui *Livong*, sed nuce juglandinâ longiorem, in superficie retiformem, & curiosè elaboratum, ac solidum, in saxis maritimis varias inter algas, & quisquilias nascentem: inveniri dicerem, non nasci: & ab *Indis*, pro *Anticrocodilio* haberi. An idem ac *Surogsurog*? per torrentes in mare delatum. *Visci* genus *Crocodilifugum* Moleri *vide* suo loco. *p.* 4.

9. *Bucave*, *Balocavi*, seu *Balocahui*, est *Canna* omnium longissima, internodiis *Cannæ* veræ, duritie *Bacacay*, solida ut *Bexuco*, firma & fortis, concavitatis valdè parvæ, & angustæ, hastis ac lanceis aptissima, fructum fert parvum ut *Cicer*, viridem. *Radicem* venenis resistere tradunt. In hujus *Cannæ*, internodiorum concavitatibus *Bulaso*, ex incluso altore succo, aut aqua concrescit, ac congelatur. Est verò *Bulaso*, seu Garciæ *Tabaxier*, aut *Sacchar Mambu*, sive legitimum Spodium *Arabum*, materia communiter candida, duriuscula, & friabilis, solubilis, & saporis expers, in Canna *Bucave*, & *Boò*, & *Bacacay*, concrescens. Luzonis *Indi* calculo renum, & urinæ ardori mederi ferunt. *Chabræus* ad virgæ, & testium vulnera vacalere tradit. *Garcias ab Horto* ad internos & externos ardores, biliosas febres, & dysenterias, atque præsertim biliosas defluxiones commendat: In inveterata biliosa diarrhœa multùm profuisse expertus sum. *Avicenna* radicem *Cannæ*, vel *Arundinis* ustam *Spodium* esse putabat, alii *Alcannæ* præposito scilicet articulo scribunt. Refrigerare autem (quod difficile esset si cinis esset) & exiccare, stipticum esse, & confortare cor, conferre cordis tremori, & Syncopi ex cholera ortæ, refert. Colligitur verò *Bulaso* varii coloris, nivei, candidi, lactei, vitrei, leucophæi, & quod vilius, ac impurius nativi, ac fordidi. Pluries colorem *Cornu Cervi* non probè ad candorem usti refert, hinc forsitan error esse *Arundinis* ustam radicem? Anno 1694. ex 600. mense *Novembri* cæsis Cannis *Bucave* collegi circiter Spodii uncias septem.

ſeptem. Ex Canna *Boò* collectum in majoribus eſt fragmentis, nec ità pellucidum, limpidum, ac vitroſum ut ex Canna *Bucave* exemptum. Ex Canna *Bacacay* necdum vidi, ſed etiam inveniri multi affirmant.

De Arundinibus Indicis farctis, ſeu Bexucis.

1. *Arundines Indicas farctas* in Luzone *Bexucos*, ſeu *Bechucos*: Indi *Ovay*, & *Nay*: Sinæ *Theèng*: Luſitani *Rottas*: Hiſpani *Juncos*, & *Cannas de la India*, delicatiores verò *Bengalas* à regno Bengalæ, & Germani *Arundines Hiſpanas* vocant. *Junci marini viminei* vocari poſſent. Hæ non aſſurgunt in rectum, ſed longè, latéque, vimineis rectis, teretibus, glabris, & terſis, firmiſſimis, & fractu contumacibus, vietis, foris luteo, fuſco, ruſſo, aut ſpadiceo quaſi vernice oblitis, ſarmentis, ſeu funibus non rarò centum & quinquaginta orgyiarum longis ſerpunt, & prorepunt, nec non aduncarum ſpinarum adminiculo, altiſſimas quáſve arborum conſcendunt. Reperiuntur craſſitudinis quandoque carpi, poroſæ ſunt, & inciſæ aquam puram, ſanam, potabilem, & ſufficientem ſiti ſatisfaciendæ ſuppeditant. *Indi* in montanis degentibus, & itinerantibus ſanè maximi ſolatii. Ex harum germinibus, & ſtolonibus in *China* charta conficitur. An *Papyrus* Veterum ut vult *Lacuna*?

2. *Balinguay*, ſeu *Hoag*, ſpinis caret, verùm foliorum apicibus in prælongum protenſis capreolum vicina apprehendit, ſeſe innectit, ac implicat. *Folia* ſunt *Cannæ*, alterna, & ſeſſilia. *Fructus* ſunt ſubacidi, & virides, acini, racematim ex ſummitatibus dependentes. *Radicum* decoctum venenis reſiſtit, & febribus, fiſtuloſa, & erodentia coercet ulcera. Hinc alii ex ſucco, & foliorum pulvere Unguentum parant ad eadem proficuum.

3. *Uay*, aut *Ouay*, ſeu *Juncus marinus vimineus* magis ordinarius, totus ſpinis horridus, folia emittit decompoſita, ex unciam latis, pedem longis, ſeſſilibus, mucronatis, & in marginibus, & ad nervum, ſeu coſtam per medium excurrentem aculeis hiſpidis, Fructum *Ouay* Indi *Paquiti* vocant, quem *C. Cluſius*, *Exot. Lib.* 2. *Cap.* 3. titulo Peregrini, & ſquammoſi fructûs ità deſcribit. Magnitudinis eſt nucis avellanæ, niſi extima pars in mucronem deſineret, orbicularis, petiolus cui inhæret brevis, tribus appendicibus veluti calyce fructum imâ parte apprehendens, qui tanquam ſquammulis ſerie quâdam in obliquum diſpoſitis conſtat, ab extimo verſus petiolum vergentibus. Adde quod flaveſcat maturus, & oſſiculum *Cicere* minus includat corneum, quod carne quâdam candida, mucilaginea, aciditatis gratiſſimæ ſit obvolutum, hoc maſticatum ſitim lenit, infuſum, aut decoctum febricitantes recreat, & renum ardore laborantibus utiliter datur. Hujus generis ſunt duo illi fructus, quos Cluſius adjungit: Et ille quem titulo Fructus Palmæ-Pini deſcribit Chabræus, ſimiliter & Palmapinus Lobelii. *VIRES.*

4. *Labnit* eſt Arundo Indica farcta, cujus fructum *Catapi*, & *Bacapic* vocant. Hæc & *Ethium*, & *Libgung* cæteris, & longiores ſunt, & craſſiores, lanceis, haſtis, ſcipionibus, & ſimilibus aptæ: Fructum ferunt gratioſè ſquammatum, flaveſcentem, cujus ſquammulæ lineolis nigris limitatæ, formæ *Paquiti*, ſed Amygdalo cum ſuo viridi putamine, ſupparem, edulem, carnis acido-dulcis, ſuper majus, inæquale, fuſcum, & planè corneum officulum.

5. *Paraſan*, ſeu *Pallaſan* omnium eſt maxima, hujus flore *Apes* plurimum delactantur, racemum autem fructuum habet bicubitalem. *Radicis* ſuccus ſupprimit Hæmorrhagiam nimiam poſt partum.

6. *Limba* rubra eſt, ſed nigro apta infici, aut tingi colore, quod aliæ non admittunt.

7. *Hovay* foliis eſt Cannæ.

8. *Ithi* dura, ac tenaciſſima.

9. *Lotocan* findi non poteſt.

10. *Anahat*, & 11. *Onot* valde parvæ ſunt, & tenues. Reliquæ ſunt,

12. *Ovay ſin babayie*. 13. *Alaroc*. 14. *Borongan*, *ſeu Botongan*. 15. *Alac*. 16. *Ditan*. 17. *Danan*. 18. *Hangbul*. 19. *Malaminatay*. 20. *Biris*. 21. *Tocco*. 22. *Limoran*. 23. *Matitipan*. 24. *Tamolin*. 25. *Palanog*. 26. *Malabacacay*. 27. *Poco*. 28. *Napnap*. 29. *Samulid*. 30. *Talopagnun*. 31. *Ubalan*. 32. *Malaſiag*. 33. *Locmuy*. 34. *Nucot*. 35. *Tavin*. 36. *Podlos*, *ſeu Purlos*. 37. *Tipono*. 38. *Yuag*. 39. *Gayoran*. 40. *Apis*. 41. *Bavogo*. 42. *Babuyian*. 43. *Ungali*. 44. *Tacung*. 45. *Ygboy*. 46. *Hoag*. 47. *Tagſaun*. 48. *Sabonotan*. 49. *Yantoc*, *ſeu Lantoc*. 50. *Albangan*. 51. *Talolora*, & plures aliæ, omnes ſpinoſæ, florigeræ, & fructiferæ. Univerſim autem, hæ viminoſæ arundines, aut Junci, ſunium, viminumque loco deſerviunt, ad oneroſa mercium volumina, aut faſces colligandos, pondera quævis graviſſima ſuſtinenda, domorúmque contignationes, *Indorum* ſcilicet connectendas, quamvis & rerum ſupellectilem conſtituentium ſexcenta millia inde quoque parentur.

1. *Nito*, & 2. *Baguſara*, aliis *Sagmay*, arboribus *Viſci* modo innaſcuntur, tenues ſunt & puſillæ, coloriſque naturaliter aurei. Ex digitum annularem longis & craſſis, geniculatis & carinulatis matribus, ſeu bulbo-caulibus, prælongos, teretes, calamo ſcriptorio tenuiores, vietè flexibiles, geniculatos, ramoſos & aphyllos emittunt funiculos. Radices habent ſubalbidas, capillares. Flores ſunt pentapetali, in tubuloſum calcar deſinentes, coloris palearis, inodori. His ſuccedunt ex rotundo-hexagona pericarpia in mucronem abeuntia, triſora & ſemine pleno pulverulento. Ex dictis funiculis *Bagſaræ* qui aurei, & *Nito* quæ flava & nigra

invenitur, aut *Limba* nigro tincta colore, & *Hirau* infecta colore rubro pyxides, scatulas & cistulas affabrè variegatas contexunt, *Buyio* seu *Betele* reponendo deservientes.

3. Has species non ineptè *Visco-Vexucos Aphyllos* intitulabimus. Alia species minor, quam Indus *Udtu* vocat, mortifero morsui serpentis minimi, ejusdem nominis medetur.

De Arundinibus Vallatoriis.

Arundines Vallatoriæ sunt: *Tigbao*, *Bagatigbao* vel *Bidiahao*, *Tulibao*, *Boho*, *Agusahis*, *Tangbu*, *Talahib*, *Tanlac* seu *Tarlac* aut *Tadlac*: quæ nunc plumosa juba, nunc internodiorum, seu geniculorum tantummodo numero, aut longitudine, aut foliorum pauco discrimine, fragilitate aut soliditate inter sese differunt: harum radicum decoctum urinas movet, menses evocat, & carunculas in pudendis absumit. *Tadlac* germen, aut asparagum in lapidem conversum vidi, & alium asservo; est autem substantiæ pumicis, formæ teretis, digitum annularem crassum, eoque longior, parte infimâ in obtusum mucronem desinens, superna quasi triangularis, & quinis subalbidis, totidemque fuscis circulis aut zonulis undulatus, levis & lævis, coloris ex griseo rubentis. Germen *Talahib* similiter lapidescere referunt.

1. *Angingay* Canna Vallatoria similis Sacchariferæ, cum qua adolescit, pilo urente obsita, & hinc exosa.

2. *Tambo* etiam similis est Sacchariferæ quoad folia, & *Jubam*, sed non crassitie, crassa est digitum, alta orgyias duas.

3. *Tigbao* apices contra urens venenum *Basul.*

His pauca, & de *Oriza* adde, cujus in *Luzone* numerant Indi *Pampangi* species 21, & plures.

1. *Pinacpacan* pilosa est.
2. *Paledagol* est Oriza ferè rubra.
3. *Sinangduyong* amans uliginem.
4. *Pinucgut* nigra est, & hæ quatuor species præ cæteris copiam, & nunquam deficientem aquam expetunt. 5. *Macan.* 6. *Yloylo.* 7. *Paralimdim.* 8. *Quinastuli.* 9. *Malaat* 10. *Maningbo*, & 11. *St. Francisci.*

Species sunt Orizæ magis ordinariæ 12. *Carayum* est caudata aristis.

13. Oriza quam *St. Petri* vocant, grano est longiori, & palea contumaci.
14. *St. Pauli* grano crasso, & paleâ tersa.
15. *Maligquit* decocta valdè glutinosa evadit.
16. *Maligpit*, grano longiusculo & tenui.
17. *Sinanqui* tria semper grana, unâ in spicæ serie profert.
18. *Macundit* granum parvum, sed reliquis magis odorum habet.
19. *Dinumèro* grano est Maligpit tenuiori.
20. *Lacatan* communiter ut *Sinangduyong*, & *Pinucgut* pro pane quem *Suman* vocant deservit.
21. *Sinaguing* Palantanos resipit.

Indi *Bysaiarum* recensent species Numero viginti, & plures.

22. *Pugit* Oriza est parvo, & odorifero grano.
23. *Binitlibit* grano parvo, longo & retorto.
24. *Dinumvaga* rubet à longè.
25. *Tapùl* grano nigro.
26. *Mindanao* rubro.
27. *Pinacpacan* alato, seu cristato, & piloso.
28. *Bacayau* pulvis pruriginem causat, ut 29. *Oyoy* quæ parva, & 30. *Cochian* quæ magna est. 31. *Bysaia* Oriza ordinaria.
32. *Cabylau* odorifera, & cortice rubro.
33. *Capapamgangan* longa.
34. *Xarymayan* cortice albo.
35. *Kaya* parva est.
36. *Balayangdin* cortice picto, & variegato.
37. *Goyonon* parva, viscosa, seu glutinosa.
38. *Kabagbag* alba, & parva.
39. *Balednim* alba, & magna.
40. *Kabanau* plantâ est altiore, grano magno, & cortice picto.
41. *Malisod* parva est, & alba.

Indi *Tagalismi* Orizæ species excolunt sequentes.

42. *Pilicmata* Oriza & parva optima.
43. *Quedamalin* parva est.
44. *Nagsuhay* immatura nigricat.
45. *Sinampaga* rubet ut Sanguis.
46. *Quinanday* rotunda est, & glabra.
47. *Pididotong* nigra est, & glutinosa, ut 48. *Malagquit.* 49. *Inodg.* 50. *Lauva.* 51. *Macan.* 52. *Camboja.* 53. *Casobon.*

Arundinea

Arundinea granigera sunt sequentia.

1. *Arundo Lithospermos* Gesneri, seu *Lacryma Jobi* Dodonæi in Luzone *Tiquassay, Pintaca, Tigbi,* & *Balantacan.*

2. *Milium Solis,* seu *Lithospermum minus* Officinarum, in Luzone *Tigbimunti. Dyrac* & *Salanguisuc,* ubi Spontaneum ut majus.

3. *Arlay,* lege *Adlay, Panicum* est *Boholanum* albescens, longiusculum.

4. *Batar,* lege *Batad, Panicum* est *Zebuanum* durum, & nigro rubens, caule, & folio *Maizii,* jubâ *Cannæ* Sacchariferæ.

5. *Borona,* lege *Dauva, Milium* est *Indicum* semine *Cannabino* majori.

6. *Biri, Milium* est *Indicum* semine *Batar* minori.

Milii Indici Pliniani, & Lobelii, seu *Frumenti Turcici* Dodonæi, aut *Tritici Peruviani* Chabræi, sive *Indorum Maizii* floccelli, seu capillamenta spicæ fructûs in diarrhœa, & dysenteria in pulvere auxilio sunt. Vulnera recentia sanant, polypos in cinere reprimunt, in pulvere hœmorrhagias sistunt. Ejusdem Spicæ fructûs arista, sive turunda in suffumigio usque ad sudorem, prodest calori in volis manuum molestanti. Ejusdem decoctum calculos propellit. *VIRES.*

Ex granis torrefactis, contusis, cum modico mellis Saccharini mixtis, & q. s. Aquæ simul confermentatis *Indi* potum conficiunt *Chica* vocatum, æstivo ardori, & febrium siti leniendæ pergratus.

De Arundinibus Sacchariferis.

Arundines Sacchariferas, Hispani *Cannas dulces,* Sinæ *Kam-chya,* & Indi *Binayhay,* & *Dubo* aut *Tobo* vocant. Harum radicum succus capillum crescere facit ut fructus *Lagayray,* & *Pastinacæ marinæ* medetur nocifero ictui. Saccharum verò non ex decocto sed succo in molendinis, quæ *Ingenios* & *Trapitzes* vocant, expresso, despumato, & additâ calce vivâ, & lixivio forti, ad mucilaginem consumendam, ad debitam consistentiam coacto, & reposito ut congeletur, paratur. Ne inter despumandum nimium efferveseat, unum alterumve injiciunt cochlear *Olei Sesamini.*

Species inveniuntur ad minimum viginti:

1. *Binatong* maxima est, ad imitationem *Cannæ Patong,* crassitudinis non rarò brachialis, valdè spongiosa & porosa, sat dulcis, & deforis ex atro virens.

2. *Pinarasang* est longissima ad imitationem *Bexuci Parasang,* crescítque sine termino in multos annos, & rescissis prioribus, quovis anno longiores anni præcedentis mittit cannas: tenax est & rubicunda: Reliquæ post annum jubam ferunt plumosam, hæc nunquam.

3. *Maburuc* mollis est & tenera, mediocris, colore ex flavo & rubro variegata, plantatur ut edatur.

4. *Minay* mediocris, longioribus internodiis, similiter ut *Maburuc,* non pro Saccharo, sed ut edatur colitur.

5. *Dinay,* minor est quam *Maburuc,* tenerior quam *Putiang.*

6. *Putiang* delicata est & candida.

7. *Sagao* durissima, tenacissima atque dulcissima, & *Saccharo* parando omnium aptissima.

8. *Bugug.* 9. *Balug,* & 10. *Timultug,* similiter coluntur pro *Saccharo* conficiendo.

11. *Bulilao* variegata est flavo, rubro & viridi.

12. *Salagi,* & 13. *Sinanduyion* coloris sunt morelli.

14. *Saligao,* & 15. *Alta,* coloris nigri.

16. *Tambong,* & *Tico,* coloris fusci.

18. *Cquinalamba,* & 19. *Linoya,* solidæ & durissimæ.

20. *Buructuto* fragilis, tenera, striisque albis & nigris virgata.

21. *Butcunsinamo* nonnihil compressa est, nec ita teres, ut reliquæ.

De

De Plantis Arundinaceis.

AD genus Arundinaceum referemus *Amomum*, *Calamum odoratum*, *Calamum floridum*, *Arundinem Indicam floridam*, *Zedoariam*, *Gaidoar*, *Curcumam*, *Zingiber*, *Zerumbeth*, *Costum Arabicum*, *Galangam majorem*, *Ticala*, *Amomonti*, *Panaon*, *Dalican*, *Alibangon*, *Hamacacu*, *Arundinem Lithospermon*, *Panicum*, & *Melium Indicum*, *Juncum odoratum*, & *Baliyoco*, &c.

1. *Amomi legitimi Dioscoridis*, seu Indorum *Tugùs*, *Birao*, seu *Caropi* descriptionem, annò tibi misi elapso, cum aliis.

Amomum, seu *Togòs* observo legitimum, & spurium : *Legitimum* plures ab unâ radice emittit scapos ut *Bagongbòng*, florem habet odoriferum, fructum formæ, & magnitudinis Arecæ minoris. *Spurium* folium gerit legitimo longius, aversâ parte albicans : *orem* fert inodorum, fructum maturum magnitudinis & crassitiei *Capsici* majoris. *A. dela Zarza.*

Tugùs radix coloris est palearis, juxta quam ex foliacei caulis medio prorumpunt plures simul florum thyrsi palmares, aut sesquipalmares, ad imum paleari, ad summum cinnabarino obducti colore. Caules assurgunt nudi, absque foliis, altitudine circiter trium spithamarum ex alternè sibi incumbentium foliorum protensis atque canaliculatis petiolis, seu malis Scapis, compacti, mox folia Palantinis affinia, duas aut tres dodrantes longa, sex aut octo digitos ubi latissima, lata, explicantur. Planta ubi floruerit subsistit, semine maturando intenta. *Joseph Encalada.*

2. *Calamum odoratum*, quem Indi *Tagbac*, alii *Bagongbong* vocant, cùm *Dioscoridis* verum *Calamum Aromaticum* esse in tanta sententiarum controversiâ ac confusione asserere absolutè non ausim, describere nihilominus placuit, quia in pluribus cum *Calamo aromatico* convenire invenio. Crescit in palustribus, & ad fluviorum margines, quod & *Theophrastus* & *Plinius* tradit. *Radix*, ut ità dicam, ex filamentis, ac fibris compacta esse videtur : Crassa est, & ex viridi flavescens, aut etiam purpurascens, lævis, corticosa & squammosis quibusdam imbricata obvolucris. Hæc carnosa involucra, & tuberosa calami pars radici proxima, transversaliter scissa assulatim frangitur, & *Folio Indo* suaveolentiâ parem spirat odorem, qui non idem, aut tantus in calami, aut caulis parte reliquâ, nec in reliqua crassiore radicis parte, sed solummodo tuberoso radicis capite vehementior deprehenditur. Ex *radice* crebræ exeunt fibræ, seu radiculæ, calamum scriptorium crassæ. *Caules* attollit sesquiorgyiam altiores, rectos, læviss̃imos, teretes, & farctos, pollicem crassiores, qui foliis nervosis, uncias quinas latis, & sæpius spithamam amplis, & cubito longioribus alternè convestiuntur. In caulium fastigiis *flores* congeruntur coloris palearis, sesquiunciales, quadrifolii in rictum hiantes, quibus fructus nuce juglandina cum viridi putamine, potiores, virides, & trifores, semine rotundo, & *piso* minori prægnantes subsequuntur. Usus hujus *Calami* est in balneis, in affectibus uterinis, convulsione, spasmo, contracturis, scorbuto, nervorum affectibus & conjuncturarum doloribus.

VIRES.

3. *Calamus floridus Ammomides*, Indis *Ganda*, *Monossol* & *Dalansali*. Considerata plantæ *Gandæ* cum planta *Tugùs* similitudine, *Gandam Ammomidem* esse statui ; Plantæ quippe eadem cum *Tugùs* forma, natalitia eadem, societas inseparabilis, *folia* similiter pronâ parte nonnihilum *lanuginosa*, sed minora : *Florum* racemosus thyrsus simillimus, ita ut facilè, aut ex malicia pro illo subtrudi, aut etiam minus peritis imponere, hunc pro illo colligendo possit. Attamen *fructu*, *acinisque* caret, & nequaquam, ut in *Tugùs* seu *Amomo* immediatè ad radicem verùm è caulium exit summitatibus. *Flores* longioribus innixi pediculis, candidi sunt & ad medium flavescentes, suaveolentes, & gratiosi, ex tribus foliis tenuibus quasi laciniis, & aliis tribus frontatis, quorum medium fermè sesquiunciam latum, umbilico uno, & uno stamine suo majori croco fastigiato compositi. *Radix*, ut radix *Tugùs*, aut *Tagbac*, formæ majoris *Zingiberis*, aut minoris *Cannæ*, alba, & rubentibus telicularum reliquiis aut vestigiis geniculata superficie tenus. Hanc *Indi* Alexipharmacam & febrifugam esse ferunt. Provenit copiosè in *Caraga*, *Mindoro*, utì & *Indangensibus* præruptis cum *Tugùs* & Planta sequenti.

4. *Calamus floridus*, seu *Ganda altera*. *Folio* luxuriat *Gandæ primæ* tenuiori, sed longiori. *Flos* constituitur ex campanulato calyce, nodo sphærico insidente, tribus candidis foliolis mucronatis, & alio amplo, nonnihilum crispo & fimbriato, internè rubente, & ad marginem aureo tincto colore, quod crocum magnum unâ cum umbilico exporrecto annexum habet. Ambit verò trinus ac trinus cauliculum racemi, qui ex ramorum summitatibus propullulat. *Radix* similis priori.

5. *Arundinem Indicam floridam*, seu *Cannacorum*, aut *Florem Cancri* quorundam, *Indi* Luzonis *Ticasticas*, alii *Biasbias*, *Quentason*, id est *Sphæritem*, & *Pangates* vocant. Ejus *radix* fracturas ossium ferruminat, & rupta consolidat, recens, contusa, sub cinere cocta, & imposita.

6. *Cannacorus floridus alter* flore superbit, ex croceo roseo colore punctatim interspersо.

7. *Cannacorus tertius* seu Indorum *Mamban*, aut *Bamban* papyraceo, lævi, & *Curcumæ* folio est simili. *Flore* albo, ex sex foliolis, fructu *Avellanâ* nuce æquali, candido, osseiculum lapideum inæquale, ut osseiculum *Olivæ* continente. *Radix* ut *Zingiberis*, sed major, insipida, inodora. *Caules* tricubitales, teretes, ramosi, farcti, enodes & fragiles. *Radicem* adversus veneficium *Barang* commendant ; uti & contra mortiferum venenum, ovorum ni fallor *Araneï*, qui Tabaco inhærere solent, quorum fumus unà cum *Tabaco* haustus horrenda causare solet Symptomata, ejusdem *Mamban* Radicis succus.

VIRES.

8. *Cannacorum quartum Abang*, & *Gaguiguig*, vocant, similis est *Mamban*, at folio majori, fructum gerit ex croceo rubentem, ex triquetro tricornem, semine nigro, oblongo, & inæquali repletum.

9. *De*

9. *De Zedoaria, ſeu Indorum Tamogcanſi.* Exul hortorum, locis incultis, opacis ſub tutatrice umbra, & paluſtribus vicinis, ſibi in pluribus ſimilis provenit Plantarum trias: *Zedoaria, Gaidoar,* & *Curcuma. Zedoaria* folia *profert* lævia, duos tréſve cubitos longa, bipalmum lata, aut etiam latiora, in mucronem deſinentia, atrè virentia, & ad coſtam medium ſecantem ſpithamæâ, & ſubfuſcâ macula ſtriata, quâ à foliis *Gaidoar,* & *Curcumæ* diſtinuguntur. *Caules* conſtant foliaceis involucris alternè implicatis. Juxta caules ad radicem florum exit bipalmaris congeries, in ſpithameo ſcapo, cujus quaſi imbricatus *thyrſus* parte infima viret, mediâ nativo interlito virore purpuraſcit, ſummâ omnino rubet, ínque varios panditur folliculaceos alveolos, ex quibus prominent *flores* diſcolores, ex croceis ſcilicet, & his internis, extimis verò rubellis foliolis concinnati, calices dixeris diſſectis profundè, & diverſimodè per ambitum labellis: in his gemina communiter ſuccreſcunt *ſemina,* pipere majora, quæ ferè ob aquam in alveolis ſtagnantem putreſcunt. Hunc florum faſciculum *Indi Tamo* vocant, quem in aurora collectum, ſcilicet quando ſuis in alveolis rore collecto, & ſtagnante abundat, bono ſucceſſu, ad attonitos, & ſtupefactos revocandos adhibent, excutiendo videlicet rorem continentem in caput patientis, ut humectetur, ubi ſponte exiccare ſinunt. *Radices Zedoariæ, Gaidoar* & *Curcumæ, Zingiberis* fermè ſunt formæ, ſed majores, magis teretes & carnoſiores, nec fibrillis internè ſcatentes, ut *Zingiber, Coſtus, Galanga, Calamus odoratus,* deforis pallent, & exiguis ſuperficie tenus interſectæ zonulis, [*lege* geniculis,] & ſubrotundis protuberantes matribus multifariè per humum ſerpentes, diverſiſſimas aſſumunt figuras. Ex his crebræ radiculæ, craſſius filum ligatorium craſſæ prorepunt, varias pellucidas, & nodoſas glandes ferentes. Diſtinguuntur ab invicem ſequentibus:

Zedoariæ recens ex cœrulo internè candicat, ſubamara eſt, nonnihilum aromatica, cùm acrimonia, odoris autem nullius ſpecialis, niſi contrita fuerit, in reſiccata odor, & amaritudo intenſior.

Barac ſeu *Gaidoar* recens internè ex albo flaveſcit, magis amaricat Zedoariâ, minus acris eſt & odoris infeſti: *Curcumæ* croceo ſaturè rutilat colore, inaſſuetis odoris eſt parumper adverſi & ſaporis fermè inſipidi, niſi tantillum amaricaret, in deſiccata amaror intenditur.

Gaidoar ſublucidum, & magnitudine glandis quod Garcias ab horto deſcribit, meo judicio videntur nodoſæ illæ glandes, ex radicum radiculis *Gaidoar* propendentes.

10. *Gaidoar* ſive *Zedoariam* alteram, Indi *Barac,* aut *Badac* vocant, hâc & *Zedoariâ* in veneni periculo ſudores provocant, in convulſione verò, ſpaſmo, arthritide & Scorbuti doloribus exinde balnea, & fotus, necnon inunctiones ex ſucco, oleo mixto *Ricinino,* commendant.

11. *Curcuma Officinarum, Crocus Indicus Aurifabrorum,* ſeu *Terra merita,* in Luzone *Dulao* vel *Dilao:* Sinis *Achiò*: In Leyte *Calavaga:* in Siao *Cuning:* in Bohol *Quinambac*: in Marianis *Mangu. Folium* folio *Gaidoar* magis flaveſcit, florum thyrſus non juxta, ſed ex ipſo caulis ſinu prorumpit, qui totus ex candido erubeſcit. *Curcumæ* radix recens, contuſa, oleo Nucis Indicæ *Cocco* irrorata, & ſub cinere in folio proprio cocta, ac tepidè parti contrariæ cui aſſula, ſpina, aut ſpiculum infixum hæſerit impoſita, illud expellere brevi tempore, quotidiana confirmat experientia. Sic *Franciſcus Colin* ſcribit ſpatio quatuor dierum expuliſſe *Cannæ* fragmentum (ex offendiculo ab inimicis *Indis* armato) quod ſeptendecim diebus talo inflictum hæſerat, tollendo unà omnem dolorem, & inflammationem, & tumorem. Alia ſimilis offendiculi pars ex arundine, digito longior, quæ triginta diebus pedi infixa hærebat, ſequenti extracta fuit cataplaſmate, *VIRES.*

℞ *Lumbricorum ter.* No. viij. Rad. *Curcumæ rec.* Stercoris *Anatis,* ana q. ſ. Foliorum arb. *Caryophylla* ferentis No. iij. miſce contuſa.

Curcumæ radix ſupradicto modo præparata, ac impoſita emollit apoſtemata, & tumores pertinaces continuando tandem reſolvit, vulnera recentia conglutinat, ulcera calloſa & ſordida emollit & extergit, contuſa & ſugillata fovet dolorem leniendo, & luxatis auxilio eſt. Suppoſitorii vicem agit, in ejus formam efficta, ſale & oleo illita. Succus & pulvis urinas, menſes & ſecundinas promovet. Succus epotus ebrietati reſiſtit, oculis inſtillatus defluxiones, & phlegmonem arcet, auribus infuſus tubercula emollit, & maturat, illitus inflammationes, & eryſipelata reprimit, Succo Limonum mixtus, & inunctus ſcabiem deſiccat. Subſidentiâ depuratus, & ſiphone injectus ſine mora retentam evocat urinam, in peſſo. Expreſſum, ex per noctem infuſis in lacte *Cocci,* ana rad. *Curcumæ* & *Agonoy,* alvum ſine moleſtiâ ſubducit, alvo adſtrictæ aptus potus. Dolorem ventriculi & Colicum à flatibus ortos diſcutit emplaſtrum ex ana Rad. rec. *Curcumæ,* & fol. *Piperis* longi. In dolore pleuritico Indis *Danipang,* prodeſt efficaciter cataplaſma ex radice *Curcumæ, Buraven, Nino, Lubigan, Tangantangan Macalpi* & oleo *Cocci* paratum, exhibendo dein ſuccum [*lege* decoctum] foliorum aut radicis *Zerumbeth.* Alii Cataplaſma ex *Zerumbeth, Nino,* arb. *Danata* foliis, & raſura *Tabog* conficiunt. In obſoniis plebi tenuioris fortunæ Croci locum ſubit. *VIRES.*

De reliquo & *Curcumam & Zedoariam Matthiolus, Schroderus, Cordus,* & alii nequaquam ſtatuiſſent duplicem, rotundam ſcilicet & longam, ſi eis recentem videre plantam contigiſſet, nullomodo etenim duplex eſt, ſed diverſæ unius radicis ſunt partes: Rotunda mater eſt, aut tuberoſæ glandes, longa ejus ſunt brachia.

De *Palantinis,* ad Caulo-arundinacearum ſiquidem plantarum genus potiore jure, quàm ad arboreum ſpectant: Utpote radice arundineâ, caudice cauleaceo, ac herbaceo, flore, & florum thryſo analogo Curcumæ, & hujus generis plantis, caulo-arundinaceis ſeu imbricato gaudentes.

1. *Brochardi*, & *Cotovici* Pomum Paradisi. *Ficus Indica* Linschotani. *Lerii* Pacoaire, *Pacovera* Theveti. *Musa* Arabum. *Persarum* Darache Mous. *Syrie* Mose. *Pican* Malayorum. *Bengalensium* Quelli. *Guineæ* Bananas. *Malabaris* Palan, *unde corruptè* Plantanus, *& pejus* Platanus, *melius & proprie* Palantanus, *& Luzonis* Sagum, una eademque, annua, & omnium herbacearum maxima est planta.

Nequaquam lignifera est arbor, *caudice* siquidem caulo-arundinceo, ex viridi albescentibus, nervosis, spongiosis, & succulentis compacto obvolucris, trium sæpius orgyiarum longo, pedes tres quatuórve crasso assurgit. *Folia* sex cubitorum, & longiora, bicubitum lata, sponte sua nunquam, à ventis verò exagitata, pennarum adinstar transversaliter in lacinias multifariè finduntur. Quorum (quæ ramos dixeris) decem, aut duodecim tantùm, integra habet planta, quorum novissimum in longum tubum arctissimè convolutum, erectum exporrigitur, mox justam magnitudinem adeptum sese explicaturum. Ex foliorum meditullio, in summitate plantæ, magnum, coniformem, & ex pluribus rubicundis imbricatim coacervatum tegumentis, Elatis, seu Spathis, mittit spadicem, Indis *Poso*, & *Ubur* dictum, qui eis unà cum *Tarotamsi*, seu fructibus teneris decoctus in cibum venit, ut *Doat* seu spadix *palmæ Cocciferæ*, Hispanis *Palmito*. Hujus spadicis unicum obvolucrum, Elate, seu Spathe octodecim, aut viginti protegit *flores* : (coloris ex albo obsoletè rubentis, constantes ex duobus foliolis, longo, scilicet & carinulato, & altero lato utriculari, quinis staminibus cum crocis, & longiori umbilico uno) totidem subsequentium ficuum prodromos, & sic in reliquis. Tempus dein racemum (Indis *Cabuli*, & *Bulig*) non rarò 150 ficubus, magnitudinis *Cucumerum* onustum, reponendi à foliis aliquot in planta marcescentibus desumitur, & indicatur, vel ubi aliquot ficus in ipsa planta jamjam flavescunt, quo sublato, unà & caudex neglectus emoritur, aut mox exscinditur, nullo siquidem modo, uno plures affert racemos, certa attamen in germinibus à radice assurgentibus, quæ Indus *Saha*, & *Suli* vocant, remanet, & adolescit spes fructûs ulterioris. *Radix* formæ est majoris, & tuberosæ radicis *Cannæ Indicæ* cavæ, carnosa, & cauleacea, ut caulis *Brasicæ*, crebris minoribus barbata radicibus, ut in *Curcuma*, sed proportionaliter crassioribus.

Palantanorum species plures viginti numerantur.

2. Palantini *Tinduges*, seu *Tongduces* omnium sanè maximi, pedem communiter Romanum, & nonnunquam cubitum longi, uncias sex, octo, & amplius crassi, cortice crasso coriaceo ut reliqui contecti, caro flavet, in aliis rubet, in cæteris albicat, & horum delicatior est, nec crudi ut reliqui, sed assi, *saccharo*, *cinamomo*, & *vino* aspersi, esitantur. Racemus verò horum proportionaliter suos nutrit *Tongduces*, seu *Tongduques* : majorum videlicet tantùm octo, aut decem ; mediocrium XV. aut XX. minimorum XXX. aut XL. Ex his *Vinum* paratur non expressione, sed Vinum ardens, contusis scilicet, confermentatis, & destillatis, ut ex *Tritico*, *Oriza*, *Pomis*, *Quaiavis*, & lacteo succo *Palmæ Cocciferæ* Tuba *dicto*, fieri solet.

3. *Palantani Anipa*, seu *Sabnipa* sive *Dacnipa*, sunt præstantiores cæteris, unciis sex longi, propemodum triangulares, flavi, odorati, & gratâ quâdam acedine sapidissimi.

4. *Boloy* sunt odoriferi.

5. *Saba*, *Pinocol*, seu Episcopi appetiscibiles sunt, & Sani, carne albida, vix non quinqueangulares, & Anipa breviores, horum planta omnium maxima est, & nonnullis in regionibus racemum mittunt orgyiam longum.

6. *Canarà*, *Sinarocsac*, *Taiong*, *Ynambac* similes sunt *Canaræ*.

7. *Pagara*, *Pacol*, vel *Pegoja*, *Lisohan*, *Butulan*, seu *Buthuan*, ob lapillos quibus referti sunt exosi sunt, cùm cæteroquin fertiles sint, sani, & optimi gustûs; aqua attamen ex inciso caule stillans, biliosis prodest alvi fluxibus, & urinæ ardori, cinis verò radicum partum facilitat epotus. Fructus contusus aceto parando deservit.

VIRES.

8. *Bunguran*, [lege *Bungulan*, seu *Bogonoram*,] seu *Glorias* & *Duca*, minores sunt quàm *Tongducques*, subflavi, dulces, suaves, & molliusculi, beneolent, sapiunt melius, eduntur avarè, & digeruntur pessimè.

9. *Torlong dato*, & *Torlong Binocot*, ob figuram nobilium vocant digitos, saporis sunt suavissimi, planta verò ut & racemus parvus.

10. *Yrior*, seu *Gapis*, alii *Palantano de Moluco* vocant, sunt ordinarii, lutei, intensè breves, & crassi, hi ad solem curantur, & siccantur, ut fiant *Palantani* passi, racemum habent magnum.

11. Aliud genus *Palantanos de Batavia* vocant, fructu turgente, adinstar mediocris melonis.

12. *Pinitogo*, seu *Tampuhin* sunt omnium minimi, quoad caulem, racemum, & fructum, qui rotundiusculus est, & magnitudinis pruni majoris.

13. *Tinacgacan*, [lege *Binonga*] aliis *Lynoios*, racemum habent fructu reliquis magis congesto, parvo, ut *Pinitogo*, viridi, suavi, molliusculo, facilis digestionis, & cortice tenero.

14. *Galayanes* sunt tenues, & crocei.

15. *Cubaos* breviores.

16. *Cambinges*, [lege *Sungay cambing*,] formæ sunt cornuum capræ.

17. *Binticohol*, seu *Ternatenses*, *Hartabellacos* quatuor Species.

18. *Gayoran*. 19. *Sapar*. 20. *Booy*. 21. *Talip*, lege *Tarip*, & *Pinoti*, &c.

22. *Palantano* congener, & simillima est planta *Abacà*, caule, magnitudine, folio, fructu, qui parvus, asper, durus, & insulsus est. Ejus Species No. 26. si non plures. *Abacà* id est *anticipare*, nam caulis antequam fructum promat exciditur, non ad escam, sed ad vestiendum Indum aptissimus. Ità ex *Labnisan*, seu filamentis crassioribus. quæ ex caulis obvolucris facili, & pauco beneficio præparatis extrahunt, conficiunt funes, & alia hujus generis. Ex tenuioribus fibris parant *Tinagsa* quâ communiter vestiuntur. Illa autem quæ *Nipis*, &

Magamay

Magamay vocant ex delicatiſſimis conficiunt filis, & feſtis diebus dedicata ſunt. *Yhalaſun*, ſeu *Ponoan* id eſt *reliquis melior*, eò quod fila habeat, alba, longa, multa, ſortia, & omni tempore: hanc *Abaca* ſpeciem, alii *Poonan* vocant eò quod planta citò intereat, ut *Yhalas*, & non niſi ſemel prolificet. Secundam ſpeciem *Inuſa* vocant, id eſt *mirabilem*, & quod & caulis, & hinc fila educantur quatuor ulnis longiora. *Lipotanay* plurimos à radice mittit proles. *Yhayup* fila habet ſuavia, & albiſſima. *Layahun* caule eſt magno, & albo. *Agotay* Sylveſtris cum fructu eduli. Reliquæ ſpecies ſunt *Alman*, *Sinamoro*, *Laquis*, *Tuigun*, *Inti*, *Bunayon*, *Iros*, *Anos*, *Turubugun*, *Hinaton*, *Abot*, *Poſoanna*, *Limoſuaca*, *Minalarbarna*, *Mananling*, *Loò*, *Bubu*, *Lapnis*, *Lupis*, & *Lanote* cum reliquis, parandis vilioribus telis deſerviunt, ad carbaſa dedicatis.

De Zingibere, ſeu Luiya.

Zingiber Indus *Luiya*, vel *Loiya*, Sina *Gingù* vocant: Ut experirer florem nè ferat, nécne, horti domeſtici incolam eſſe feci, uti annò elapſo unicam radicem, libram pendentem erui: ſed & trium & quatuor librarum eruuntur: reliquas immotas reliqui florem expectans, quem tamen necdum vidi, ſimillimum attamen eſſe flori *Zedoariæ* Indi affirmant. *Zingiberis* ſiliquam cum ſemine *vide* Lobelii *Obſerv.* Creſcit *Zingiber* locis incultis, umbroſis, & ſubuvidis, quamvis & à *Sinis* lucri cauſâ ſedulo excolatur. Propagatur radice, & non ſemine. A radice multiplices, & cubito altiores, & ſibi invicem ſuccreſcentibus foliis conſtantes, graminei, & fragiles protruduntur caules, qui *foliis* ab octo, uſque ad viginti, acutis, unciam latis, ſeſqui-palmum longis, ex utroque caulis latere alternatim diſpoſitis, exornantur, vinciuntur. Nulla gerentes in ſummitatibus ut ſcribit *Nirembergius* capitula *Stræd-hadi* ſimilia. Quod *Antonius Pigafeta* caules ſcribat palmum altos eſſe, æquivocatio ſubeſt: *Hiſpanus* enim ſpithamam palmum vocant. E contra rectè *Chriſt. Acoſta* trium, quatuorve palmorum altitudine aſſurgere tradit; ut apud *Cluſium* in *Exoticis*, & non trium, aut quatuor cubitorum, ut habet *Hiſtoria Lugdunenſis*. Ipſam radicem quoque rectè *Chabræus*, & *Matthiolus* aſſerit geniculatis repere internodiis, & foliis eſſe arundinaceis, ſed magis nigricantibus, & non *Iridis*, aut *Gladioli*, ut vult *Nirembergius*, & *Monardes*. Quantùm verò ipſa planta, ab *Iride* differat, ex adjecta videre licet icone, unde *Iconem* apud *Chabræum*, *Matthiolum*, *Hiſt. Lugdunenſem*, & *Lobelium* extantem, aut plantæ teneræ admodum, necdum in juſtam figuram excretam, aut ſpuriam eſſe cenſeo.

2. *Zinziber alterum* loca amat magis arida, caules, folia, & radix non tantùm luxuriant, ſed ſunt graciliora: *Radix* ſolidior, nec ità ſucculenta, & hinc minus cariei obnoxia, magis fervida eſt & æſtimata priori. Provenit copiosè itinere quô *Silanio*, *Lianium* itur.

Valleſius Methodo Medendi, *fol.* 285. docet in putridâ à refrigeratione cauſatâ, cum externum frigus jam receſſit, & homo jam apertè febricitat, rectius incipi à miſſione Sanguinis, quàm à calefacientibus, & laxantibus cutem: Et Controverſiarum Medicarum, *lib.* 7. An liceat refrigeratis ſecare venam? citans *Galenum* 8 *Method. cap.* 4. ubi ſanguinem mittere feſtinanter præcipit in diaria febri, ex cutis obſtructione: concludit non modo mitti debere ſanguinem ubi adeſt refrigeratio, ſed & præproperè faciendum, in turgeſcentia ſanguinis, ex ſubita pororum conſtipatione, & humoris ſeroſi repercuſſione ab ſuſcepto ut vocant aëre.

Idem docent *Petrus Paſchalius*, *Williſius*, *St. Cruſius*, & plerique alii faciendum. *Sennertus* per *Bonetium* in *Epitomen* redactus *fol.* 532. titulo Ephemeræ curatio & anguſtia cutis. *Santacruſius* de Impedimentis, *fol.* 256. *cap.* XX. Refrigeratio cutis. Verùm in *Luzone*, & adjacentibus hæc doctrina locum non habet, omnes ſiquidem febricitantes à refrigeratione cutis, moriuntur infallibiliter ſi ſanguis mittatur; ſive ſit Diaria, ſive Synochus putrida; Ut contigit *Curuzaleguio*, *Iſatio*, *Bifanio*, *Guſmano*, *Bannuelos*, *Willareal*, & aliis. Ratio eſt ni fallor, quia in *Luzone* ob calidum & humidum clima, natura evacuationi per diapnoen nimiùm aſſueta, hâc ſuppreſſâ, & ſpiritu vitali à Sanguinis miſſione ſubtracto, neceſſariò ſuccumbit. *Secundò* quia ſemper ſi refrigeratio necdum abſolutâ concoctione contingat, conjuncta eſt ventriculi cruditas, hinc Enema, ante ſudoriferum injectum utiliſſimum eſt. *Tertiò* quia plerique in *Luzone* degentes labe affecti ſunt ſcorbutica, qui non depauperatione ſpiritus vitalis, ſed reſocillatione opus habent.

Zingiberis decoctum factum cum Semine *Aniſi*, & q. ſ. *Sacchari*, & calidè epotum, *Luzonis* commune, & efficaciſſimum eſt ſudoriferum in refrigeratione, vel tranſpirationis inſenſibilis ceſſatione: Scilicet cum æſtuantes, vel etiam ſudore actuali ſuffuſos frigidior aër, aut ventus aſperior refrigeraverit, mox articulorum, necnon muſculorem, & capitis dolore atrociſſimo, vigiliis, & febri ardenti, ſiti, cum ciborum innapetentia, & corporis totius ſumma corripiuntur laſſitudine, & inquietudine à ſupradictis doloribus ortâ, & tunc ad ſupradictum potum, tanquam ad jam expertum, certum, & comprobatum remedium confugiunt, à venæ ſectione, ut vipera fugiendo. Si Diaria in Putridam abierit, idem reiteratur potus: ſed cum vino paratus, & addita *Contrayerba* Luzonis, *ſeu* radice *Doſo*: Vel cum ex *Zingiberis*, *Cinamomi* ana ℈j. *Sal. Petr.* ℈ij. pulvere pro Doſi. Et ut ſudor facilitetur, contrectetur prius, & comprimatur manibus totum corpus à pedibus uſque in caput, & admoveantur plantis pedum lateres benè calidi, & propinetur potus. Non neglectis Hypochondriorum contrectatione, Enemate, aut etiam vomitorio, (ſi unà cum refrigeratione ciborum cruditas, ſeu indigeſtio adfuerit) donec uſque ſudor copioſior fluxerit. *Zingiberis* recentis ſucco tepefacto fovent, ungunt,

ungunt, & sæpius moribundos, ac summe debilitatos, vaporem masticatæ radicis insufflando vitâ donant, Obstetrices, suos nëonatos alumnos. Potus factus ex *Zingibere*, cortice arb. *Dapedape*, & rasura *Cocci*, per triduum exhibitus, auxilio est alvi fluxibus cum tenesmo. Spasmo, Convulsione, Paralysi, pedum formicatione, & stupore ex *Scorbuto*, laborantibus, multùm debilitatis, & frigida intemperie ventriculi effectis prodest, & recreat, modicum vini generosi, cum tantillo succi rad. *Zingiberis*, & *Doso*, partem affectam dein iisdem contusis, & sub cinere calfactis fricando, ungendo, fovendo, sed & pulsus, cor, synciput, & plantas pedum. Succus vulnera recentia cicatrizat, colicos dolores à flatibus tollit, raucedinem sublevat. In Ictero commendatur cum *Curcuma*, in cibis, & in *Chiara*. Succum spatio duodecim horarum in petra, aut pyritide relictum, eam findere narrant. An calculo renum proficuus? A veneno præservare potum, & appensum ferunt *Zingiber*, sed sumere præassumpto jam veneno, interimere narrant.

De Zerumbeth, seu *Zingibere Rubro*, *Sylvestri*, seu *Ternatensi*.

Zerumbeth, alii *Zingiber ruhrum*, *Sylvestre*, *Ternatense*, & *Marem* vocant. Indi *Banglay*, & *Pangasam*. Sub principium mensis *Junii* cum ventorum nubibus se turba protrudit, vagaque Hypotadæ regione sparsa incessat auras, cumque pluviæ creberrimæ, & hinc inundationes exorbitantes annuè *Luzonem* irrigare solent, exerit, & pandit *Zerumbeth* folia, foliis *Zingiberis* in omnibus similia, verùm ad omnem dimensionem triplo majora; *Caules* plures tricubitales, & altiores assurgunt, è radicum tuberosis matribus, seu capitibus, quorum costam utramque quinquaginta sæpius folia, ordine alterno disposita, dilutè viridescentia, spithamâ longiora, & sesquiunciâ latiora amplexantur. *Radix* item formæ est *Zingiberis*, constans tuberosis capitibus, superficie tenus articulatis brachiis, & inutilibus radiculis, quæ in nodosas glandes intumescunt, quarum unam viginti septem unciarum in horto erui domestico, sed multò majores dein passim in incultis erui conspexi: coloris autem est Crocei, ità ut inter *Gaidoar*, & *Curcumam*, medium obtineat coloris gradum, odoris vehementis, Theriacalis, & saporis intensè aromatici, cum amaritudine, & acrimonia. *Mechinum* ni fallor *Lobelii*, internè solida, nec facilè cariei obnoxia, fibris quibus *Zingiber* scatet, carens. Deforis verò, ex alis seu bulbo-tuberosæ radicis sinubus perplures prodeunt tenues, & teretes
VIRES. radiculæ, nodosis, ut in *Zedoaria*, terminatæ glandulis. Ad *M. Julii* exodium radix *pistillum* coniformem, imbricatum, seu spithamæam progerminat clavam, ex foliaceis compactam squammis, ex cujus quolibet folliculo successivè flos exit unicus, coloris albicantis, constans foliis quatuor, tenuioribus duobus, latiori, & mucronato uno, & quarto amplo, repandè reflexo, subflavo, & duobus staminibus cum umbilico.

Radice *Zerumbeth* condiuntur cibi, quos croceo inficit, & jucundè simul aromatizat. Succus cum *Balanti*, *Batuan*, & *Pangalamayo* dysenteriæ medetur. Menses, & urinam evocat per se exhibitus. Venenis, herbis nocivis præsiscinè, & serpentum morsibus efficaciter resistit. Nauseam, & vomitus, ventriculi dolores à flatibus, & colicam sedat, si simul & deforis stomacho imponatur rad. rec. contusa, & sub cinere cocta. Ità, addito *Ol. Sesamino* præparata, vidi in duobus fratribus curatas hernias carnosas contumaces, annotinas, & aliis remediis non cedentes, Filiis *Barredo*. Octiduo continuato discussi scrophulam majorem sub mento *D. M. Bollio*, & alias filio *D. C. Franco*. *Ecchymosim* in tibia à mense uno in *C. E. Rodriguez*, Molestissimas puncturas, & dolores à flatibus sub scapulis à duobus mensibus in *C. P. Vasquez*. Serapio *Zerumbeth*, foliis ex viridi citrinis, *Salignis*, & odore *Citri* esse rectè habet; quod verò arborem dicat, parùm interest, pro arbore planta subsitui, aut subintelligi debet. *Indi* in pleuritide potu ex foliis, aut radice *Zerumbeth* pro sudore, utuntur; Parti affectæ imponunt *Zerumbeth*, *Nino*, & *Danatæ* arborum foliis, mixtam rasuram *Tabog* in cataplasmate. *Tapay* fit ex radice *Zerumbeth*, seu *Pangasam*, *Zingibere*, *Galanga*, cort. arb. *Tongol*, foliis *Ocymi Garyophill. Betele*, *Suganda*, *Arthemisia*, bulbis *Schœnanthi*, Ligno *Taratara* & Semine *Dauci Cretici*, contusis, & succo *arundinis Saccharifer*æ, & farina *Orizæ* subactis, in placentas efformatis, & umbrâ desiccatis. Hoc *Tapay* deservit pro Vinoso liquore *Pangasi* parando. *Pangasi* fit ex *Oriza* munda cum aqua, ad aquæ consumptionem decoctâ, super stoream extensa, ubi supradescripto placentarum *Tapay* pulvere conspergitur, cooperitur, & acescere finitur; jam acida in vasa majora fictilia reponitur, superfusa aqua & q. s. *Mellis*, ut confermentescant, & vinescant, vinescit autem spatio decem dierum. Hoc vini genus *Indi* conficiunt, quô sua læti celebrant festa, liquorem longis tubulis ex fundo vasis hauriendo. Reaffunditur autem tantùm aquæ, quantùm vini exhaustum est, donec imbecillius reddatur. Quod alii ipso die nativitatis filiorum conficere solent, terrâ defodiunt, & usque in diem Nuptiarum defossum relinquunt, ubi non tantùm non corrumpitur, sed plurimùm melioratur. *Bysaianis Binarcan*, alii jam fermentatum *Pangasi* per alembicum destillant, & vinum seu aquam ardentem eliciunt, iis *Dalisay*. Sed & *Orizam* dicto *Tapay* fermentatam in panes cogunt, aqua decoquunt, quos addito pauxillo *Saccharo* edunt, ordinarium Vulgi jentaculum. Hoc decoctum *Pangasi*, Diarrhœâ laborantibus prodest, ventriculum enim confortat, & digestionem adjuvat. Quod & vinosum *Pangasi* præstare credo.

De

De Coſto Arabica, ſeu Indorum Magbay.

1. SImili fermè modo creſcit, ut *Zingiber*, & *Zerumbeth*. Planta *Megbay*, ſeu *Lampuiyang*, quæ *Coſtus eſt Arabica*, ſive Coſtus *Arabicus*, & *Syriacus* effigie *Zingiberis* Penæ, & Lobelii, caules promit, *&c.* extollit altiores *Zingibere*, minores *Zerumbetho*; ſed non erectos, ut hæ, verùm ad latus procumbentes, foliis ſtipatos uncias tres latis, & novem longis. *Radix*, ex omnibus hujuſmodi radicibus, ſimillima eſt *Zingiberis* radici, coloris deforis palleſcentis, internè ex candido parumper flaveſcit, ſubſtantiæ farinaceæ, & friabilis, cui creberrimæ impactæ ſunt fibrillæ. Sapore *Zedoariâ* magis amara eſt, aromatica, acris, & ſuaveolens. *Pena* dum recentem mitiorem, & vetuſtiorem recenti magis amaram eſſe dicit (Hinc ni fallor, *Coſti*, in *dulcem*, & *amaram* diſtinctio) non aberrat à vero, quod & *Garcias ab Horto*, & ipſa in aliis confirmat experientia. *Florum* thyrſum ſeu faſciculum habet *Zedoariæ* ſimilem rotundiorem tamen & tantillùm ſolummodo, hiantibus alveolis, ex quibus floſculi prominent qui pallido colorantur purpuriſſo. *Fructus*, ſeu ſeminis receptaculum, corticoſo-ſiliquoſum, ut *Cardamomi* minoris *Officinarum*, eo majus, triventre, triſore, album & ſupernè purpuraſcens. *Semen* ſimile ſemini *Boraginis*, oblongum, ſtriatum, aſperum, nigrum, guſtu acre & quaſi ut *piper* morſicans. Coſti Arabicæ *radix* contuſa, folio *Plantani* obvoluta, & ſub cinere cocta, ventriculo impoſita, eum mirabiliter confortat, ventri, coli lenit cruciatus, uteri regioni, aut pudendis, tumores illibi exortos diſſipat. Prodeſt & in ſuffocatione uteri, in ſuppreſſione urinæ, menſium, & ſecundinarum mora nimia. Succus, decoctum, aut pulvis valet ad ſupradicta, & in morbillis, febribus, flatuum moleſtia, venenis, & venenatorum morſibus, coercet vomitus, curat diarrhœas, & lumbricos expellit. *VIRES.*

2. *Coſtus legitima*, olet florem *Zhampacæ*, Mauri *Gutcharatenſes Uplot* vocant & *Putzu*.

3. *Coſtus Sylvarum*, odoris eſt *Arabicæ*, foliis item, ſed minoribus, vix palmum longis, *caules* cubitales, *radix* exigua, fibroſa, apices folioſis faſtigiati thyrſis, grana oblonga, candida, molliuſcula, carnoſa continent, ex quibus propagatur.

De Galanga *majori, ſeu Indorum* Langcoaz.

IN deſcriptione *Galangæ majoris*, mihi, cum *Cluſio* nullomodo ſatisfacit *Chriſt. Acoſta*, & hoc ob adjectam Iconem (*Acoſta* plantas in *India* vidiſſe, in *Europa* pinxiſſe videtur) quam potius junioris *Zedoariæ*, aut *Curcumæ* eſſe dicerem, quàm *Galangæ*, nam hæc nequaquam, ut dictæ plantæ, radicum fibris appenſas habet nodoſas glandes, & ipſa etiam folia contradicunt.

1. *Galangam majorem* Indi *Ancoas*, vel potius *Lancoas*, & *Langcaoaz* vocant, nonnulli Botanicorum *Zingiber maſculum*, ſed perperam. *Caules* arundinaceos, ex foliorum apophyſibus arctè compactos mittit, duos, treſve cubitos altos, *foliis* ſtipatos mucronatis, alterne exeuntibus, foliis *Coſti Arabicæ* ſimilibus, ſed his magis atrè virentibus. *Radix* quæ creberrimis minoribus intricata eſt fibris, aut radicellis, purpuraſcit, craſſa eſt & nodoſa, frangenti contumax, & radicibus *Arundinis* ſimilior, quàm *Zingiberis*, ſaporis aromatici cùm intenſa acredine, & odoris grati, ac vehementis. Florem *Garcias ab Horto* candidum eſſe tradit, quem necdum vidi, quia in horto domeſtico ultra ſexennium plantata necdum floruit, *Indi* ſimilem eſſe Flori *Coſti Arabicæ* narrant. *Radix*, indigeſta, ac cruda in ventriculo detenta concoquit, inflationes tollit, colicæ ac uteri obſtructionibus, ac à materia flatulenta, aut frigidâ intemperie productis affectibus opitulatur. In Errhinis confortat caput. Recens contuſa, & calidè impoſita prodeſt, in imbecillitate ventriculi, diarrhœa à cruditate, & vulneribus intoxicato inflictis ſpiculo. *VIRES.*

2. *Galanga* minor *Mauris* Gutcharatenſibus dicitur *Kuniien*.

3. *De Planta Ticàla.*

Planta *Ticàla* ſimilis eſt Plantæ *Bagongbong*, & ab ea fructu ſolummodo differt, qui formâ, & magnitudine eſt *gratioſæ Pineæ*, ſeu fructûs *Ananàs*: verùm ex capſulis, aut receptaculis carnoſis, acido-dulcibus, edulibus, uncialibus, ex morello rubentibus, teſſellato ordine digeſtis, ſupernè ſubrotundis, & florum veſtigiis coronatis, in conum deſinentibus, & ſemine *Amomonti* vix non ſimili, ſed crebriori repletis componitur.

4. *De Planta Amomonte.*

Amomonte, ſeu *Aromonte* planta novella trium aut quatuor ſpithamarum *alta*, non rectum ſed in obliquum, ſeu cochleatim aſſurgit; de reliquo verò caules pollicem craſſos, ferrugineos, ex foliaceis plicis conſtantes, & ad duas orgyias aſſurgentes adulta emittit: *Folium* in ſeſquipalmari diſtantia, folio *Tugùs*, ſeu *Amomi* ſimile eſt, & minus alternum, clarè virens, pedem longius, & albo ex adverſo caneſcens tomento. *Florum*, ac *fructuum* elegantiſſimus faſciculus

ad radicem, seu caulis partem infimam, ut in *Amomo*, *Costo*, & *Zedoaria*, protuberat, compositus ex novem ordinibus, uncialium, & purpurascentium tubulorum, viridi ac mucronato folliculo ad medium usque coopertorum, ex quibus tubulis flosculi identidem unciales, candidi, campanulati, & in summo trifidi, exporrectâ linguâ prominent. Jam dicti tubuli posthac semine gravidi, nuce avellanâ magis ventricosi facti, tribus finduntur, aut dehiscunt rupturis, & semine, semine *Raphani* pari, nigro, duro, insipido, copioso, arctè congesto, atque foraminulo naturaliter pervio, ut semen *Badiyang*, ità ut commodè filo induci queat, turgidi gratiosè superbiunt. *Radix* arundinacea est.

5. *De Planta Pamucug.*

Pamucug in *Samar*, in Leyte *Hamamacu* vocant, plantam altitudinis staturæ humanæ. *Caules* attollit, digitum crassos, sarctos, geniculatos, & *foliis* per palmaria intervalla, alternè sitis, glabris, latitudinis palmaris, & pedalis longitudinis obsitos. *Flores* ad folii geniculum exeuntes, innumeri, purpurei, trifolii, quorum medium seminis petiolus, similis semini *Cnici*, occupat, ex nescio qua sessili congerie protuberantes, formam quasi sphæricam juglandinâ nuce majorem, ità simul congesti repræsentant. Hujus plantæ contusa folia, jugulo imposita, spinas piscium œsophago inhærentes, ut radix *Doso* extrahere ferunt. Verùm felicius, & brevius extrahitur forcipula ex arundine in fine fissa, cui assula parvula filo alligata sericeo, quæ fissuram adaperiat, leviter inseritur, adaptatâ forficulâ spinæ, filo assulâ extrahitur, ut forficula claudatur, & spinam apprehendat.

6. *Alibàngon* planta est bicubitalis, *radice* minori *Tacbag*, caule rubente, quinis, aut senis dotato arcuatis assurgit ramusculis, *folia* communiter novem uno in ramusculo, foliis *Lampuiyang* similia, sed omnia una ex costa, seu latere, præter infimum dependent. *Florem*, & *fructum* non observavi.

7. *Pandon*, planta similiter arundinacea est, ut *Alibangon*, *Pamùcug*, *Amomònte*, *Ticàla*, & *Dalicàn*, de reliquo simillima *Amomo*, à quo non nisi sapore fructûs distinguitur. *Panaon* plures ab una radice attollit scapos, scapo *Dalican* humiliores. *Folia* foliis *Dalican* longiora, & ampliora. *Fructum* ad Scapi truncum differentem à fructu *Dalican*.

8. *Dalican* similis est Plantæ *Bagongbong*, floreum, & semine prægnantem thyrsum ferens ad radicem ut *Birao*, seu *Amomum*. *Dalican* ab una radice unicum emittit scapum, altiorem scapo Panaon, sed folia breviora, & angustiora quàm *Panaon*, fructum fert subter terram.

Plura vide post Batatas.

Huc, & ad arundinaceum genus spectat, ni fallor, & *Cardamomum* omne *Officinarum*. Quod Lobelius in adversariis asseverat, scribens plantas esse *Zingiberi* consimiles. *Gutcharenses* Mauri ferunt esse plantam tricubitalem, foliis Cannacori, floribus albis, qui crocis referti sunt, alii Plantam esse tricubitalem, folia habere foliis *Zerumbeth* latiora, foliis verò Curcumæ angustiora: Florem simillimum plantæ Cannacori, sed candidum, & flavum, & rubrum, crocis, seu antheris refertum. Medicos apretiare semen plantæ floris flavi. Radicem esse arundineam, & modicè morsicantem. Hæc à fide dignis.

1. *De Schœnantho, & Baligoco,* seu *Junco odorato duplici. Schœnanthi* meo videri optimam descriptionem exhibet *Chabræus* in Sciagraphia stirpium: *Iconem* verò *C. Clusius* in Exoticis, quæ equidem flore caret; sed neque in *Luzone*, aut adjacentibus florere observo, quod & *Nirembergius* in Historia Naturæ adnotat, alibi nihilominus locorum florere credendum, præsertim cum id ipsum multi viri docti suis affirment scriptis, & insuper florem ad sputum sanguinis valere tradant. Quod autem *Clusius* cum *Monardo* Junco odorato *Rosæ* odorem contra assertionem *Dioscoridis* neget, nescio quâ ratione, cùm recenter deficcatus odorem *Rosarum* spiret fragrantissimè. Sed nec ideò annuam censendam esse puto plantam quod *Clusio* frigore perierit, nam in *Luzone* & adjacentibus regionibus perpetuo viret, ex uno bulbo-caule plantato in multas, & amplas excrescens plantas. Tertiò nequaquam culpandus *Serapio*, qui nodosam esse dicit radicem, cum prætenera atque novitia, & capillaris *Clusii* brevi interierit tempore, adeóque non habuerit sufficiens, ac requisitum tempus ad radicem matrem, & hanc articulato-nodosam generandam; profert autem & nodosam, & capillarem cursu temporis utpote semper virens planta, & cum infima folia continuò exarescant, putrescant, decidant, necessariò ut in *Acoro* videtur, & contingit, longior, articulata necnon nodosa remanet, *Radix*, radicellis, seu fibrosis cirris implicata creberrimis, ut in appicta icone videre licet, ubi cæpaceum, seu bulbosum simul appictum caput, quod ex flavo rubet, quò verò planta vetustior, eò major, longior, liquosior, insipida, & nullius prorsùm odoris est *radix*. Quod *Galenus* Schœnanthi calamos, ac radices non minus acres, quàm folia esse tradat, de Calamis, & bulbo, seu ex cæpaceis tunicis composito capite intelligendum esse puto, cùm hæc communiter plura simul unâ ab radice proveniant, & fermè semper relicta nodosa radice evellantur, aut abjecta deficcentur. *Schœnanthum* præterea inter nociva Capiti recenset *Tillmanus*, & *Schœnbornius*: Ast hujates *Indi* eo crebrò additamenti loco, aromatizandi gratiâ piscibus decoquendis adjiciunt, nec dolore capitis infestantur, imò cibos jucundè conditos habent. Syrupus, Succus, Infusum, aut Decoctum *Salaus*, *Tanglat*, *Tanglar*, seu *Tanglay* id est *Schœnanthi*, urinas, menses, partum, flatus, hydropicorum aquas, & renum pellit calculos, ultimum in *P. de Sylva*, & *A. Fabregas* expertus sum.

VIRES. Adversatur venenis, & præcipuè in fotu ad vulnera sagittis veneno illitis dilaudatur. Decoctum pro collutione dentes vacillantes confirmat, dolentes placat per se, vel cum *Origano*, *Roremarino* & *Nitro*. Aqua *Schœnanthi* sine vino ex recentibus bulbo-cæpaceis capitibus destillata,

lata, non tantùm eſſe aperitiva, ſed aliquo modo laxativa: prout in *A. Dias*, *J. Zarzuela*, *A. Robles* & *P. Navarro*, inſignioribus obſtructionibus laborantibus operabatur. Eſſentiam ex ſpiritu proprio, & Tinctura paratam efficaciſſimè deobſtruere expertus ſum in *B. Raio Doria*, *M. Merino*, *St. Olmeido*. Verùm hâc adhuc efficacius obſtructiones expedire obſervavi, in *P. de Sylva*, *A. Marin*, *M. de Salas*, & *P. Vaſquez*, Elixir, ſeu ſalem *Schœnanthi* ſponte ſuâ in liquorem reſolutum. Oleum dd. ſine additione elicui fragrantiſſimum ex tunicato-cæpaceis bulbis ſat copioſum.

2. *Baliyoco*, *Bariyoco* vel *Balicocog* eſt *Juncus odoratus alter*, qui crebra germina, non tamen ità bulboſa aut capitata ut *Schœnanthum* ab una emittit radice. *Folium* propè unciale, ſeſquipede longius, ſtriatum, ſubaſperum. *Florum* cauliculus de medio exurgit bicubitalis, conſtans ex ſibi invicem incumbentibus foliis infernè, ſupernè in ſpicam ex octo circiter ſpicellis compoſitam abiens, quam non niſi reſiccatam & malè tractatam habui. *Radix* ex innumerabilibus, intricatiſſimiſve, ac odoriferis componitur capillaribus cirris, quam *Indiæ* in *Leyte*, & *Samar* oleo incoquunt Seſamino, capillo curando deſervituro.

3. *Panobolan* eſt Juncus cujus medulla pro Ellychniis deſervit. *Simis* . Pulchellus, densè ſtipatus, arvorum *Orizæ* Juncellus, *Indis*

1. *Cyperus rotundus minor Officinarum*, ſeu Indorum *Motha*, *Surſur*, *Onoran*, *Cuſung* vel *Golonlapas*, facie eſt omnino *Dulcichini Botanicorum*.

2. *Cyperus eſculentus Luzonis*, ſeu Indorum *Apulit*, aut *Pogos*, eſt *Italorum Traſi*, provenit ad lentè decurrentium fluviorum ripas: pro folio piſum majus capientes, & ſeſquicubitales erigit tubulos, per intervalla intergerinis papyraceis interſeptos valvulis, quorum nonnulli in uncialem neglectam, & parùm ſpecioſam deſinunt ſpicam. Cirratæ ex creberrimis fibris radici deforis nigri, ſeſſiles & quibuſdam zonulis articulati implicantur globuli, avellanâ nuce majores, qui crudi, cocti, & ex polline in pultes redacti eſitantur.

3. *Cyperus eſculentus Sinicus*, ſeu *Maatchi*, vel *Peetchi*, ſive *Canarinorum* & *Indiæ Cazeras*, folium habet ſurrectum, teres, tubuloſum, ſeſquipedale, porri ſectilis facie: *Radicem* fuſcam, fibroſam, de qua ſeſſiles, aliquot liris cincti, deforis ſubruffi, internè candidi ut *Apulit*, caſtaneâ majores, aut pares, & Nuce Indica *Cocco*, ac *Amygdalis* ſuaviores eſu, ac dulciores, bulboſive dependent glandes. *Florem* non obſervavi, quia inundatione periêre plantæ.

Cyperoides ſunt *Daat* [lege *Laas*] *Ticcoi*, *Ticquio* [lege *Ticquinticquinan*,] *Pangrun*, *Panguſan* & *Balangot*.

4. *Gramen Cyperoides* primum, folium habet anguſtum, erectum, latere uno acutum, altero carinulatum. *Caules* quadrangulares, ſtriatos, panicula ex crebris glomoſiſque ſpicellis coronatos. *Semen* minutiſſimum, triquetrum. *Radicem* cirroſam & fuſcam.

5. *Alterum* folium habet ſubhirſutum, carinulatum in cincinnum pronum. *Cauliculos* teretes, & ſtriatos, ſeſquipede altiores, panicula & pluribus ſubfuſcis, aceroſiſque ſpicellis, & trino corrigulato folio compoſita redimitos. *Semen* parvum, rotundum & flavum, radix cirroſa, fuſca.

6. *Tertium* folia habet Gladioli, latiuſcula, obtuſa, nonnihilum nutantia, ex ſtriato obliquè carinulata. *Caules* Junceos, compreſſos, quadrangulares, ſeſquipedales, ad quorum apices qui rectà in mucronem deſinunt, panicula exit crebrioribus, & minoribus fœcunda ſpicellis, fatiſcente unico corrigulato folio. *Semen* minimum triangulare. *Radicem* fuſcam, cirroſam.

7. *Quartum* Holoſtio accedit *Matthioli*, folia propemodum capillaria, rigidiuſcula, carinulata & ſeſquipede longiora: Spicarum cauliculos teretes & ſtriatos, ſpicellas grano hordei pares, fuſcas, aceroſas ad cauliculi ſummitatem obliquè exeuntes. *Floſculi* albicantes, triticei: *Semen* duriuſculum trinum atque rotundum in ſingulo pericarpio. *Radix* alba, fibroſa.

8. *Quintum* folium gerit dorſo elevatum ſeu anguloſum. *Caules* triquetros, craſſiuſculos, farctos & bipalmares, paniculam ſparſam ex pluribus in prælongis pediculis cohærentibus, compreſſis & longiuſculis ſpicellis, & ſubjecto plerumque, bipalmari corrigulato folio. *Semen* fuſcum triquetrum, *radicem* cirroſam, ſubruffam.

9. *Sextum* ſimile eſt *Quinto*, ſed minus, paucioribuſque ſpicis, quæ, uti & *radix* albicant.

10. *Septimum* Indis *Malobotan*, Hiſpanis *Botoncillo blanco*, folio eſt anguloſo, ut *Cyperus* rotundus minor, *ſpica* brevi, fermè orbiculari, glumoſa, & candida in caule triangulari, trinóve ſubjecto corrigulato *folio*, quâ matureſcente aliæ ſubcreſcunt. *Semine* fuſco & ex longo compreſſo. *Radice* alba, geniculata, ut *Graminis Officinarum*, verùm aromatica, Cyperumve reſipiente.

11. *Octavum* ſimillimum eſt *ſeptimo*, at minus habitius, ſpicáve aſperiori & viridi, non alba. *Radice* item aromatica & geniculata. Hoc & antecedens in decocto variolis eliciendis deſervit.

12. *Gramen Officinarum majus* & *minus*, Indis *Hincacavayan*, *Cogon*, vel *Leen* eſt *Gramen maximum*, aſperum, foliis triticeis majoribus: *Juba* plumoſa: *radice* graminis ſed multò craſſiore. *Radicis* decoctum in ſputo Sanguinis, Dyſenteria, Aſthmate, & ad urinam laudatur purulentam. *VIRES.*

Balin, *Balili*, *Balilit*, *Baliri*, *Tagabangun* ſunt gramina orgyia altiora, & contra ventum ſeſe projicientia.

13. *Gramen Mannæ* cujus *ſemine* lacte decocto, in *Moravia* & *Bohemia* veſcimur, Indis *Paguiſguiſan*, & *Palutput*. Utuntur eo in ſuffumigiis puerperarum. *Radix* febrifuga eſt.

14. *Gramen Crucis*, ſeu *Ægyptiorum Nemelen*, Indis *Varit*, *Tabun* & *Luelue*. Chabræus *ſemen* contra calculum veſicæ & renum commendat.

15. *Gramen*

15. *Gramen Ululad*, seu *Uladulad*, id est *Vermiculare*, sive Luzonis *Calamagrostis* bicubitum assurgit, *caulibus* subrotundis, per longiora intervalla geniculatis: *Foliis* subasperis *Schœnanthi*; spicam pandit plerumque ex decem sesquiuncialibus paniculis constantem, hæ *semen* quaternâ serie dispositum pronâ parte, obvolucro supernæ partis adhærens, & defensum condunt. *Flos* fuscus est, *semen* albicans, lenticulare, *radix* coloris terrei fibrosa. Planta masticata tantillùm adstringit, & salivam linguam & fauces radendo reddit subcruentam, ut *Penæ* Calamagrostis.

16. *Gramen tectorum*, seu Indorum *Malavivas*, & *Sambilao* Polygono affine est *gramen*, viticulis serpit subhirsutis, teretibus, per longa intervalla geniculatis, succo mucilagineo, claro, & dulci plenis, quem ad ardorem oculorum leniendum instillant. *Foliis* est *Damasonii*, subasperis, & tantillùm crispis, alternatim ad nodosa genicula exeuntibus. *Flos* ex lato prodiens folliculo cœruleus est, & trifolius, cujus medium sena occupant stamina, & tribus caliculi loco excipitur candidis alabastris. *Semen* nequaquam florem insubsequitur, sed in folliculo quo flos eruperat in ventricoso, & duplici vasculo, & distincto à floris pediculo hærente pediculo, delitescit parvum nigrum, rugosum & dulce, quod immaturum lactescit. Amphicarpa de reliquo est planta, *semen* habens, & in ramusculis super terram, in folliculis, &
VIRES. radicellis subter humum propendens, absconditum. *Folia* contusa, addito pauxillo salis & sub cinere cocta, oculorum, & capitis tollunt dolorem, & inflammationem fronti adalligata.

17. *Malavivas altera*, minor & tenuifolia, priori magis erecta est, nec tantùm serpens, *radice* exigua, fibrosa, candida. Apices flosculis cœruleis, trifoliis spicatim *congestis* coronantur. *Semen* maturum dulce, griseum, & scabrum ex capsulis triangularibus longè projicitur. Alia præter hæc de Juncis, & graminibus collecta habui, sed copiâ tædio affectus dirupi.

1. *Bagongbong Bysaiarum* est *Tagbac Tagalorum*, ab una planta attollit triginta, quadraginta & plures cannas, seu scapos, majores quàm sint *Tagbac* Bysaiarum. *Folia* foliis *Tagbac* Bysaiarum breviora sunt, latiora, & magis obscura. *Fructum* fert in cannarum summitatibus ovi magnitudinis, corticis crassi, qui maturus rubet. *Folia* contusa Apostemata discutiunt.

2. *Tagbac Bysaiarum* ab una radice non emittit, præter unicum scapum minorem *Bagongbong*. Folia *Bagongbong* foliis longiora, angustiora, & ex viridi pallescentia. *Fructum* fert ad radicem magnitudinis *Nucis Juglandis*, corticis tenuis, qui maturus flavescit, & quem *Indi* Leytenses *Catotang* vocant.

3. *Panoypuy* Planta est maritima, odorifera, ut *Tagbac*.

4. *Podnan*, Planta est folii ampli, *fructûs* rubri, quem suo *Betelo* Indi admiscere solent.

De Arundinaceo-Tuberosis.

1. IRidem Luzone alit adventitiam.

2. *Gladiolo* ut ferunt abundat in adjacentibus.

3. *Xyride* gaudet, ni fallor, etiam adventitia, quæ *folio* luxuriat crebro *Iridis* majoris, alterno, & continuato exitu in amplum quasi flabellum juxta scapum divaricato. *Radix* lutea est, longa, solida, nodosa, ac veluti geniculata ut *Iridis*. *Flos* inodorus, creber, in tenui caule, super nodosum, & orbiculare pericarpii rudimentum, formæ parvæ *Tulipæ*, non *Iridis*, ex senis uncia longioribus foliolis concinnatus, deforis luridè lutescens, internè croceus, & purpureis crebrò, nitidissimè maculis, ut *Lilium* Sylvestre respersus, tribus crocis, & uno trifido stamine umbilicatus, *semen* in pericarpio trifori, ex rotundo triangulari, orbiculare.

4. *Acoro* luxuriat *Luzone*, *Samar*, & *Leyte*, Indi *Lubigan*, & *Cachimor gamot* vocant, *radice* est mediocri, aromatica.

De Bulbaceis Tunicatis.

1. HYacinthus Indicus *tuberosus* in *Luzone* adolescit adventitius. *Hispanis* Vara de S. Joseph. *Sinis Lilio-Asphodelus* Mexico delatus, *flores* gerit suaveolentes, *Hyacinthi Tuberosi*, sed in candido maculis sanguineis variegatos: Folia *Violæ luteæ* Cheyri: *Radicem* Lilii *albi*, sed flavam.

2. *Lilio-Narcissus*, seu *Pancratium Mexico* missum, *folia* promit surrecta, hujati obscuriora, tenuiora, & magis tersa: *Flores* hujati similes, candidi, petalis tenuioribus, in quorum medio calix calici *Narcissi* similis, cui sena palmaria, & viridia, antheris fastigiata incorporata sunt stamina, explicantur, è quorum medio viridis protenditur umbilicus.

3. Bulbus Scillæ mediocris.

4. *Bacong*, *Baconghacong*, [lege *Agubagan*] est Luzonis *Pancratium*, seu *Narcissus Liliaceus*, quoad bulbum & folium similis est *Narcisso Liliaceo* Indico purpurascenti, Floræ, *Joannis Ferrarii*: Flore

Flore luxuriat candido, & verecundè, & ſaturè rubente lineis albis virgato, candido *lilio* ſuppare, at magis dihiſcente, qui in ſummo caulium faſtigio, quorum plures uno impelluntur à bulbo, menſe *Januario*, umbellatim erumpit, ſuaveolens. *Bulbus* ſubrubens, & magnus, ut *Scillæ* imò non rarò quatruplo major. Propagatur non tantùm ex bulbis, ſed & ex carnoſis, ex ovali compreſſis, & ovo æqualibus promis, quæ floribus ſuccedunt, enaſcitur. *Bulbi* ſub cinere cocti ſuccus cum *ſaccharo* mixtus expectorat, obſtructiones hepatis, lienis, & meatus biliarii expedit, urinas movet, & flatus diſcutit.

5. *Abud*, *Abur*, *Catungal*, vel *Talaonod* Indorum Hiſpanis, *Cebolla del Monte*, Joannes Ferrarius in Flora *Narciſſum vocat Indicum*, *Moly* vocabimus *Luzonis rotundifolium*. Folia exerit ampla nonnunquam ſpithamas binas longa, præter pediculum ſpithamam unam cum ſemiſſe. *Flores* candidi hexapetali floreum conſtituunt & umbellatum corymbum. *Floribus* ſuccedit deciduis, viridis, & bulbiger fructus.

Bulbus è flavis componitur tunicis, cujus ſuccus [l. decoctum] urinas, menſes, partum, & ſecundinas & fœtum mortuum, pellit. Igne coctus, & impoſitus dolorem lenit colicum, & veneno reſiſtit *Botete*, eſt Sardina nocifera. In retentione urinæ additur inſeſſibus cum *Cæpa*, & *Parietaria*. Vapor Bulborum aqua decoctorum, & per infundibulum receptus prodeſt aſthmaticis. *VIRES.*

6. *Cynoſorchis* ſeu Indorum *Malayamuc* bicubitum aſſurgit, *folium* habet atrè virens, ſplendens, fermè ſpithamiæum, mucronatum : *Florem* tenuifolium, virentem, frequentem, Myodem : Pappi pericarpia parva anguloſa : radicem bulbo-tuberoſam multiplicem.

7. *Cynoſorchis altera*, ſeu *Alibangon* folio gaudet latiuſculo, craſſo : *Flore* candido, odorifero, *Zoophoro* : *Radice* oblonga, bulbo- tuberoſa, cui aliæ binæ ſubrotundæ annexæ ſunt.

8. *Cynoſorchis tertia* Indis *Doſodoſoban*, *Tuguituguian*, *Pamaog*, & *Bingda* : Hiſpanis *Cola del Monte*, natalibus gaudet humidis, & opacis, *folium* gerit ſimile folio *Lilii convallii* : *Flores* ſunt hexapetali, ex albo rubentes, nutantes, quibus vaſcula triangularia *ſemine* pappoſo repleta ſuccedunt. *Radix* annotinè ſuperaccreſcit una ex orbiculari compreſſa, ſolida, viridis deforis, albeſcens internè, contumax, ſuper humum radicata, & aliquot Zonulis, ut *Cyperi* radices cincta : hæc ſub cinere cocta raſa, aut contuſa viſcidam ac lentam emittit mucaginem, cujus uſus glutini, loco ad inſtrumenta muſica coaptanda. In medicina, ad confracta conſolidanda deſervit. *VIRES.*

De Aconito Pardalianche.

MEnſe Julio quodam in colle paulò remotiori à villa S. Petri ſub veſperum ubi recurvis frondibus arcuant arborum ramos, viridémque tendunt fornicis umbram, oberrans, caſu in rem mihi antehac nuſquam viſam incidi: radiculas, rudi jam foliorum germine initiatas, projectim per humum ſparſas (ſolum petroſum eſt) turpi pariter ac lurido, ut dein ſubſequentia folia, pallentes virore, cæterùm glabras, & ſplendicantes, incertis per intervalla diſtinctas quaſi geniculis, necnon verrucoſo-villoſis & fuſcis hinc inde obſitas proſtantiis per quas altorem ſuum attrahunt, & quibus leniſſimè terrâ ſuperficie tenus inhærebant, ut nullum omnino carpendo reſiſtentiæ, vel minimæ adhærentiæ ſignum manus evellens perciperet. Interim mox ſuſpicione, verúmne *Aconitum Pardaliancheſ* eſſent, compulſus, & curioſitatis gratiâ, Manilam in hortum domeſticum detuli, loco repoſui umbroſo, utì inveneram, nec humo obrui, ubi ſuo tempore in cauliculos graciles, teretes, ſpithamæos, & tantillum ſubhiſpidos, ſeu lanuginoſos excreverunt, foliis dotatos perpaucis, ſubhirſutis trino majori ſeu luculentiori nervulo diſtinctis, inæquali, ipſos cauliculos ambientibus ordine, & quo florum thyrſo proximioribus, eò minoribus, è quibus inferiora duo, triáve erant majora cæteris, unciam plúſve minúſve longa. Floſculi calatho, & ex duobus tantùm exiguis, luridis, caryophyllæis floribus ſimilibus foliolis conſtantes, pyriformibus, ſtriatis, & per intervalla punctuatis nitebantur, vaſculis, quæ mollibus ſtipata alabaſtris, occiduo dein flore ſumebant incrementum, gilbóve tincta colore maturum eſſe pulverulento-pappoſum ſemen, ſex diſrupta inciſuris oſtentabant. Quoad iconem ſolertis cæteroquin Matthioli, quæ & in Hiſtoria *Lugdunenſi* & flore addito in ejuſdem Hiſtoriæ appendice conſpicitur, non dubito quin ſit illegitima, ſuppoſititia, ſpuria & adinventa : Nam quomodo eam propemodùm erectâ pingit radice, cùm ut Plinius tradit, in nudis cautibus nullo juxtà ne pulvere quidem nutriente, provenit, vel ut ipſius Matthioli utar verbis, quomodo in nudis, & arduis montium ſummitatibus, cautibúſve ſine fibrillis, aut capillamentis in plano, erecta excreſcit, nutritur, exiſtit. Sed nec credibile eſt ex horto Seplaſiarii Trevirenſis Authori Hiſtoriæ Lugdunenſis miſſam, & ex monte *Les Eſchelles Allobrogibus* dicto allatam, adeò abſolutè ſuiſſe in omnibus ſimilem, ut nec plura habuerit foliola, nec pauciora, totidemque internodiis geniculatam, formam denique ad amuſſim unam eandemque ſibi ſimilem, ipſiſſimamque fuiſſe cum illa quam depingit Matthiolus.

Aconitum Mariquinense fungigerum.

Cauliculis spithamæis, candicantibus, & subdiaphanis: folio inæqualiter inciso, alterno, subaspero, atro-virenti: Radice verò candidâ Coralli aut Dentariæ forma, in saxis inter muscosa, locis uvidis, apricis & tesquis enascitur: pro semine aut flore ad foliorum sinus subhirsutos mittit fungulos, coloris luridi.

De Thora Luzonis prima.

Thoram unifoliam (rarissimè bifoliam observavi) in dumetis *Sti. Petri*, unà cum *Aconito Pardalianche*, *Ophioglosso*, *Arisaro*, *Scorzonera* minima, *Cynosorchi*, & *Magsoloro*, seu *C. Clusii Pentaphyllo Indico* promiscuè enatam inveni.

Folium habet subrotundum, novemdecim fermè semper discriminatum nervulis, luculentioribus scilicet, & magis prostantibus, novem facie unâ, alterâ decem, per intervalla fimbricatum, obscurè viridescens, & subhirsutum, parte pronâ ex violaceo rubens, succulentum, & humo fixum. Flos ante folia prorupit, in planta ad hortum domesticum translatâ, erat autem in palmari cauliculo, qui binis condecorabatur longiusculis foliolis, à supradictis distinctis; caliculo ex quinis alabastris insidens, nonnihilum ventricosa, candidissima, supernâ parte dilatata, & in tenuissimos incisa floccellos, *Cymba*, minori onusta foliolo. Radices sunt bini aut trini, ut *Cyperi* rotundi globuli, sed quasi geniculati, aut zonulis articulati, candidi, splendicantes, & vix non diaphani, ex albis, & longioribus dependentes radicellis.

Aliam dein *Thoræ* speciem, & majorem erui Lianii; habebat verò folium quasi in mucronem desinens, nec fimbriatum ut prior, tantillùm erectum, & nervulos alternatim plicas sequentes numero viginti septem: Radicum quoque nodos majores, & plures, in prælongis filamentis. Hanc Indi *Taingangbabuy*, id est, *Auriculam porci* vocant.

An *Thoræ* Valdensium species? Aut Limei Historiæ *Lugdunensis*; quod idem ac *Thoram* Valdensium esse dicerem.

Thoræ fortasse subjungendus est *Flos ille*, quem *Silanii* inveni in incultis gramine *Cogon* coopertis, ubi *Doso* abundat, qui ut *Thoræ* & *Pulsatillæ* antequam folia prodeant, prorumpit, erat autem hians, ex violaceo purpurascens campanulatus, & in quina folia per lacinias ductus, intus habebat columnam cum basi coniformi, cui sphærula cum quatuor defluentibus fasciolis insidebat, propullulat verò ex rubente, in incertas fissuras fatiscente, ventricoso, & uncia longiori utriculo; horum utriculorum communiter bina aut trina, à fibrosa radicula, sibi succedentibus squammosis tunicis capitata, assurgunt.

De Contrayerba, seu Doso.

Contrayerba, quam Indi Luzonis *Dosò*, aut *Dusù* vocant, in *Samar*, & Leyte *Gosol*: Sinæ *Samlay*: & in Jucatan *Scabulchaù*, id est, *Reginam Plantarum*. Locis provenire assuevit hæc *Bezoartica* planta opacis, & humectis, ut in roscidis montanis Silanensibus. Foliis trinis, quaternis, propemodum sphæricis, attamen in mucronem obtusum vergentibus, nervulis admodum exiguis exaratis, (de reliquo *Plantagini* latifoliæ vix non similibus, non tamen ideò speciebus *Plantaginis* annumeranda, ut vult *Chabræus* in sua ad *Sciagraphiam* stirpium appendice) bellè virentibus, crassiusculis, seu carnosis, & succulentis, lævibus, & parte pronâ albicantibus, modicâve lanugine obsitis, & sæpe tantillum in circumferentiali margine, qui striâ purpureâ limitatus, crispatis; primùm ubi è radice protruduntur fistulosè contortis, mox in planum expansis, humóque affixis, sed nullis ut vult Monardes ramis per solum diffusis, cum non sit ramifera planta. Florem fert pusillum, & argenteum, septenis ex foliolis, quorum unum majus, cæteris in medio striâ aureâ, radio purpureo circumdatâ, lætè refulget, unciali de reliquo pedunculo, & duabus byssinis alabastris, totidémque subviridibus foliaceis fasciis incumbit. Radices sibi ipsis ac & succrescentes, variæ, variis innectuntur fibrillis, ex quibus creberrimi, & pallentes propendent globuli: Ipsæ radices deforis coloris sunt ex helvo rufescentis, intus candidi, levibus interciæ squammulis, odoris nullius manifesti, nisi contritæ: Permansæ verò aromatici, & vehementis cum modica acrimonia conjuncti sunt saporis: Siccatæ rugantur, duræque & solidæ fiunt. Propter majusculas radicum *Doso* imagines, non deerit, qui cum *Georgio Ongaetti Pharmacopœio Goano*, objiciat *Contrayerbam* in *Europæ* Officinis prostantem, esse radiculas oblongas, inæqualiter nodosas, & subruffas: Cui respondeo quod *Dosò*, ut & reliquarum plantarum imagines fermè omnes ex plantis vivis, & recentibus desumpserim, eásque plerumque omnes plantarum ipsarum magnitudinem ad vivum exprimere. Secundo non video quid obstet, nè *Contrayerba*, quæ in Jucatan extenuatâ, & pusillâ radice eruitur

eruitur (unde fermè omnis in *Europam* defertur) in *Luzonis* humidioribus major, vitioſiórque exiſtat, adde quod ex decem libris recentium vix unica colligatur ſiccarum. Præterea ſi alicujus herbæ, variæ plantæ uno in horto multoties, imò indies ab orientis, aut occidentis ſolis adſpectum, & aliis de cauſis, variè & ob invicem ſæpius multùm differre videntur, quis *Contrayerbam* regionis occidentalis, ab orientali : aut *Sylveſtrem*, à domeſticata, ac hortenſi nonnihilum degenerare poſſe negabit.

De Aloe & Viſco-Aloeticis.

1. FOLIA habet *Aloës* Scillæ ſimilia, mucronata, ultra cubitum longa, quatuor aut quinq; uncias lata, unam craſſa, lævia retrorſum repanda, utroque latere crenata, aſperis & retuſis aliquot ſpinulis aculeata, amaro, luteo, lento, tenacique ſucco plena : Florum *Scapus*, quandoque tricubitalis, digitum auricularem craſſus, à cujus medio, uſque in ſummum, è tenui filo centeni non rarò partim obſerrati & erecti, partim adaperti, & propenduli duas ferè uncias longi, pyramidatim caulem ambientes, & ex rubro flaveſcentes aſſurgunt *Flores*. Hos *Dioſcorides* & *Tragus* albos, incarnatos *Matthiolus*, *Geſnerus* luteos, ex cœrulo-purpuraſcentes *Pena*, & *Lobelius* eſſe dicunt. Non autem prodeunt, ex oblongis calycibus, ſed calyces ſunt, ſupernè laciniati, ſcilicet pars infima uſque in medium integra eſt & indiviſa, ſeu campanulanata, ſuperior in ſex diſſecta labella, quorum tria extima, ex flavo palleſcentibus intimis, magis rubeſcunt, ex florum umbilico ſena prominent ſtamina, aureis faſtigiata apicibus. *Floribus* ſuccedunt ovata magnitudinis avellanæ vaſcula, *ſemen* habentia minutum. Nec facilè dixerim cur apud *Coſtæum*, *Matthiolum*, *Dodonæum* & *Penam* caulis pingatur ramifer, cum nullus eorum florigerum *Aloës* caulem ramiferum eſſe ſcribat, ego ſanè nullum inter tot viſas floreſcentes *Aloës* plantas, ramos ferre, aut laturos animadverti.

Aloës, Hiſpanis *Savila*, Luzitan: *Yerba bavoſa*, Sinis *Kamlauchuyzo*, Mauritanis *Elia* & *Caladaru*, Indis *Dilanbuaia*. Decorticata, aqua fontanâ macerata, & dein decocta *Aloës* folia, eſitata cum ſaccharo conducunt Aſthmaticis, ambuſtis particula aſſi folii impoſita, ampullas prohibet.

2. *Aloës muricatæ* ſeu *Magey* folia aſſa, punctim cæſa, & retorta, ut ſuccus exprimatur, qui hauſtus curat convulſivum morbum *Pacurot*, quo lingua & verenda retrahuntur : in fotu verò *VIRES.* vulnera conſolidat recentia. Tumefacta, luxata ſolatur, & contuſa, & prolapſum inteſtinum rectum reſtituit, & teneſmi lenit moleſtias. Cinis apicum foliorum ad calculum commendatur & cancrum. Succus ad menſes & urinam.

3. Huc ſpectat & *Ananas* ſeu *Pinna*, id eſt, *Strobulus eſculentus Indicus*, foliis *Aloës* muricatæ cum palmite Arecæ exhibitus fructus non bene maturus, lumbricos efficaciter pellit, prodeſt *VIRES.* & calculoſis abſtergendo, febricitantibus julapium ex ſucco.

4. *Viſco-Aloës Luzonis prima*, Indis *Malaapag* & *Bulitic*, Sinis *Tiaulàn*, viſci modo arboribus, ut reliquæ ſpecies innaſcitur. Loco aëre perflato ſuſpenſum diutiſſimè vivit, florétque. *Folium* habet ſpithama longius, ſeſquiunciam fermè latum, ſucculentum, craſſum, læve, nervique loco ad medium anguloſum, in ſummitate latere uno altero magis eminente. *Florum* vietus *cauliculus*, pluribus floribus gratioſis, candidis, ſuaviſſimè olentibus, & roſeis variegatis maculis onuſtus de medio propendet foliorum. *Radices* crebræ, virentes, longè arborum implexæ truncis diſcurrunt.

5. *Viſco-Aloës ſecunda* foliis eſt propemodum ſimilibus primæ, ſed latioribus ; & ut illa in ſummitate inciſis. *Flos* major eſt, inodorus, elegans aſpectu, pentapetalus, *Zoodes* & floridiſſimâ nitens purpurâ. *Semen* pulverulentum & fuſcum, in unciali & ex triquetro-carinulato vaſculo. *Radices* longiſſimæ, facie vermium repentes.

6. *Viſco-aloës tertia* folio eſt latiori at breviori jam deſcriptis, nec ſupernè inciſo, ſed ſubrotundo. Florum emittit plures cauliculos, *flores* odoriferi, foliis quinis, ex albo in morellam vergentibus purpuram, & ſexto coloris ſanguinei, necnon aureis punctato notis, conſtat. *Seminis* minutiſſimi, pericarpia vix non palmaria, ſexangularia, coronata. *Radix* repens ut priorum.

7. *Viſco-Aloës quarta* folio luxuriat multò carnoſiori cæteris, ſed angulo carent, & in mucronem deſinunt ut folia *Achori*. Flagellum emittit fermè cubitale, vimineum, floſculis flaveſcentibus denſiſſimè ſtipatum, quibus crebra, piſo minora, ſexangularia, & flaveſcentia ſuccedunt pericarpia. Radix reliquis tenuior eſt, cirroſo-capillaris.

8. *Viſco-Aloës quinta*, quibuſdam *Vainilla*, ſed perperam. Planta eſt arboribus innaſcens, ſcandens rependo longis teretibus, digitum auricularem ferè craſſis ſarmentis, & his ex viridi pallentibus, nitidis, & terſis, carnoſis & ſucculentis ut folium *Aloës*, ſed ſaporis acris ac ferventis, ut *Arum* aut *Dracontium*, perque ſeſquipalmaria intervalla geniculatis, ubi è quovis geniculo alternè neglectum emittit foliolum, vel potius exiguum unguem, aduncum, vix ſemiunciam longum, uti & repentes radiculas, quibus fulcitur & prorepit. Similiter ad genicula in racemis, flores inodori, magni & elegantes, ex quinis flavo-pallentibus, & uncialibus petalis, è quorum medio aliud quaſi campanulatum, & rictum efformans leonis amplum & incarnatum, crebris villis, ut intima floris *Iridis* petala obſitum erumpit. Pro *fructu* cylindricum habet, & corticoſum fructum ſemine minuto farctum, Capſico ſtupido *Cziizbik*, i. e. *Vainillæ* nonnihilum ſimilem. *De Vainilla ſuo loco.*

9. *Visco-Aloës Luzonis quinta*, seu *Pseudo-Vainilla* quorundam est Malavarensium *Perende rotundum.*

10. Hujus species est, & eorum *Perende quadrangulare*, quæ caule scandit cauleaceo, viridi, quadrangulari, retorto, & per bipalmares distantias geniculato, ubi folium alternè enascitur, & ex adverso folii cincinnatus capreolus, quo sese innectendo attollit. Folium, & botrus est vitis viniferæ. Planta acris est saporis, ut Ulceraria Alexandri, hinc ut hæc, & *Surog-surog*, & *Dracontium Lunàs* ad sordida ulcera detergenda, cancrum mortificandum, & hypersarcosin consumendam deservit. Internè exhibetur ad Molam uterinam deturbandam, an & ad partum facilitandum, & fœtum mortuum expellendum ?

VIRES.

11. *Perende tertia*, sarmento scandit triangulari.

12. *Visco-Aloës septima*, folia fert crassa, unciam lata, cum semisse palmum longa, obtusè mucronata, per uncialia alternè exeuntia intervalla. *Florem* dilutè purpureum, omnium hujus generis plantarum maximum, binum ac binum ex uno geniculo prodeuntem, in crassis, geniculatis & cubitalibus scapis. *Radix* longissimè serpens, carnosa & subviridis.

13. *Visco-Aloës octava*, longè altéque scandendo arbores vincit, amplectitur & exornat. *Folia* impellit crassa, alterna, in unciali distantia, digitum lata, & sesquipalmum longa, mucronata & dilutè virentia. Ex adverso cujusvis folii, in triuncialibus pediculis *Flores* parvos, trinos, pluresque hexapetalos, odoriferos, flavescentes, & pallidiori purpura commaculatos. *Radix* multiplex ut reliquarum specierum.

14. *Visco-Aloës nona*, seu Sinarum *Lanhua*, Planta est quasi Bulbosa, arboribus innascens, ut reliquæ species, attamen *Sinæ* hanc ob floris suaveolentiam in fictilibus magnâ curâ adolescere cogunt. Ex innumeris radicum fibris quasi tuberosum habet caput, ex hoc folia crebra, & plantæ assurgunt multæ, ut densè stipatum ex *Narcissi*, aut *Hyacinthi tuberosi* foliis, cespitem effingant, crassiora autem & contumaciora sunt folia, quàm *Narcissi*.

15. *Visco-Aloës decima*, florum scapos habet palmares, figuræ *Cornu Cervi Rangiferi*, è quorum sinubus *flores* protrudit Myodes, flavos, tenuifolios, quorum medium folium seu sextum latiusculum est, rictum efformans. Seminis *pericarpium* palmare, ex hexagono carinulatum, sessile & virideſcens. *Folia* alterna, sesquipalmaria, unciâ latiora, in summo subrotunda.

16. *Visco-Aloës undecima*, florum *caules* exerit longos, fermè tricubitales, ramosos & vietos, *flosculis* aureolis, exuccis, creberrimis, & purpureis guttis variegatis, onustos : quibus seminis farinacei ac pulverulenti *pericarpia* succedunt, sexangularia, digitum indicem longa, supernè ventricosa, & flore suo perpetuò coronata, infernè tenuia, & adstricta. *Folia* alternè exeuntia, sesquiunciam lata, palmos duos longa, carnosa & perpolita.

17. *Visco-Aloës duodecima*, seu *Indorum Bacong-Dapo*, i. e. *Visco-Pancratium* : Bulbos gerit & folia *Pancratio Mexico* misso similia, sed magis contumacia, arboribus tantummodo innascitur, ut reliquæ *Visco-Aloës* species. *Indi* bulbos ad partum accelerandum laudant & adhibent.

18. *Visco-Aloës decima tertia*, seu Indorum *Talatalaroan*, Planta est nonnisi arboribus innascens, rependo scandens, ut *Polypodium*, sed geniculatis virgultis, quæ inter articulorum internodia, in tuberoso-fungosam congeriem assurgunt, ubi frequentibus comantur fibris, quibus pertinaciter inhærent. *Folia* sunt orbiculares disci, petiolo de medio exeunte innixi, crassi, palmares, succulenti, lacte violaceo scatentes, convexi, supernè ex albo, & purpureo, aut etiam viridi & purpureo variegati, ut *Lingat*, internè, seu parte aversa morelli coloris. *N. B.* Nonnulli perperam *Cocculum piscatorium* Orient. *Talatalaroan* vocant, cum *Lactang* legitimè vocetur.

19. *Visco-Aloës decima tertia*, seu *Visco-Pancratium alterum*, quasi in bulbum abit ut duodecima, attamen minus capitatum ac specioſum : Folia exporrigit alternâ serie sibi invicem incumbentia, angulosè complicata, crassa, & contumacia, sesquicubitum fermè longa, obtusa, & uno altero latere longiora, infernè geniculata ut reliquarum nonnullarum. *Radix* longè, latéque prorepens per arborum ramos.

20. *Visco-Aloes Luzonis decima quarta.* Si *Visco-aloës* species quædam sunt *Myodes* & *Zoophoræ*, ut *Orchides*, hæc *Ornithophora* est, columbam etenim non inconcinnè, in suo repræsentat *flore*, tribus rotundis, & majoribus foliis, & capitello, quod oculis, & rostello gratiosè donatur. Ex longè repentibus, & plurimis radicibus *folia* emittit tria, quatuórve, palmo latiora, palmos binos longiora, in obtusum desinentia mucronem, & inter hæc *caules* plures, cubitales, quasi ramosos, angulosè retortos, *floribus* stipatos magnis, niveis, diutissimè, & sine exaggeratione mense integro viventibus, qui constant, præter illa tria supra dicta columbam effingentia, aliis duobus auriculatis, duobus mucronatis, & alio alato, ac bifido folio in duo abeunte cornua, quæ omnia in umbilico stellula flava connectuntur.

Huc referre licet *Visco-Apocynum* triplex, quæ inter Apocyna reposita sunt. Similiter, & *Visco-Bexucus Nito*, *Sagumay*, & *Bagsara*. Imò & *Viscum Indicum Lobelii*, & ejusdem *Visco-Aloes* quæ in adversariis depingit.

Antonius Calancha in Historia *Peruviana* refert in *Paraquay* Cedro, Fago, & aliis innasci *Carduos* foliis peramplis, radices demittentes, seu Juncos, viminum loco deservientes, quæ non radicantur, sed superficie tenus humi repant, ad triginta passus. Producunt *fructum* Indis *Guenbe*, qui congestus est in spicam, spica *Maizii* duplo-majorem, & ut hæc foliis coopertam, ex acinis albis, teneris, & gustus delicioſissimi, gratissimique. *An Species Visco-Bexuci ?*

21. *Visco-Aloes decima sexta*, Indis *Pugapung*, omnium longissimis, viridibus, & crassis rependo scandit viticulis, foliis lætè virentibus, longiusculis, & frequentibus stipatur, Arbores altissimas in cacumen usque circumcingendo, & adornando.

22. *Manaog* planta arboribus innascens, an una ex descriptis ? *Indi* ejus carnem, & radicem suo adjiciunt *Haplas*, est oleum ex plurimis compositum Alexipharmacis.

De

De Tuberoſo-Capitatis, Turbinatis, & Oblongis.

1. *Arizarum Luzonis, Polyflorum*, Indi *Clavoa* vocant: *Folia*, ſi planta recenter è ſemine nata, fert *Ari*, ſed minora; quod autem in incultis provenit, vix ſeſquiunciam longa, in hortum tranſlatum quadruplo majora, annoſius factum *foliis* luxuriat mucronatis, pronâ parte ſplendentibus, ſeſquiunciam latis, ſpithamam longis, & ſeſquiuncialibus apophyſibus caudatis. *Flos* viridi, longo, & imâ parte in petiolum magnitudinis nucis *Juglandis* aſtricto tegitur obvolucro, quo dehiſcente ſuperinſequuturi ſeminis racemulum, circum cauliculum, in ſeſquipalmare, pallidum, & rugoſum flagellum deſinentem, duodecim candida quaſi foliola, quorum extrema purpuraſcunt, appenſa ſunt. *Semen* maturum, rugoſum, luteum, & viridi coopertum teliculâ, *Coriandri* ſemine par, racematim ſupradicto in petiolo, ſeu capſula deliteſcit. *Radix* tuberoſa capitata, parva, alba, crebra, & mordax eſt ut *Aronis*.

2. *Arum Ægyptium*, ſeu *Pſeudo-Colocaſſia*, *Culcas*, Indis *Gabi*, *Gavay*, *Laquay*, *Suni*, *Soli*, *Gandus*, in India *Allu*. Hiſpanis *Manto de N. Sennora*. Luſitanis *Brettalla*, Sinis *Githau*, vocatur. Hoc communiter decoctum in uſum ut *Rapum* venit, unà cum teneriorum foliorum ſtolonibus. Crudum *Ari* modo fauces caſtigat præmorſum. *Folia* oleo peruncta *Seſamino* ambuſtis medentur. Recentis radicis ſcobs morſui *Scolopendræ* opitulatur, adimpoſita. *Pampangi* ejus in uſum recepti quatuor recenſent Species.

3. *Gandus Bondoc*, aut *Gandus ſa Sanglei*, ſeu *Sinenſe*, aliis & *Gandus Layas* dictum eſt ſylveſtre, acerrimum, & proliferum.

4. *Gandus Bacor* radice eſt unica, magna, deforis nigricante, villoſa, cujus icon paſſim apud Botanicos proſtat.

5. *Gandus Lapang* proliferum, ſylveſtri minus, & ſuavius.

6. *Gandus Binogogut*, caules foliorum nigreſcunt, *radicem* crudam edunt, nec fauces fervente adurit acrimonia.

7. *Gabe* de reliquo paluſtribus, uliginoſis, & ſecus fluviorum ripas ſeri gaudet: Facie, radice, & folio eſt *Ari*, ſubglauco, nunquam madente, nec appendicibus, ut *Ari* folium diviſo, ſed *Nymphææ* Luzonis *Lavàs* modo coaleſcente, & ſcapo de medio procedente. *Radix* majuſcula, unica, vel pluralis, ruffeſcens, fuſca, ſubnigra, griſea, aut candicans. Piſtillos ut ità dicam, ſeu floris, aut fructûs nucamenta, ſpecimina, aut ſupplementa, *Indis* Bunga, & Sila, Gabi mihi antehac nunquam viſos, Anno 93. plures ab una radice exeuntes (prouti *Myconus* pingit) in *Buruhan* vidi, & decerpſi: *Caulis* ſpithama longior erat, obvolucrum, & acinorum rudimenta viridia, pars autem ipſius piſtilli ſuperior flaveſcens.

Gabi Species Byſaiarum Indi qui ferè hiſce ſolummodo radicibus vivunt, ſexaginta enumerant plures: quarum non niſi Nomina ſubjungo.

Bacotan, Bagatumao, Balivat mapula ſin lavas, Binagongbong, Binagung, Binato, Binoquitnun, [l. *Binoquirnun,*] *Buris, Cabarangan, Cabato, Cobcob, Colonovac,* [l. *Caloſinovac,*] *Dacunga laquay, Domatog, Gamot ſin loti, Garoc, Ganguiun, Ginuri, Hinagnaya, Hiniving, Idag, Iito, Inihag, Irivan, Itutlug, Labavan, Labohan, Limilicay Saalad, Linavaan, Liniſuic, Limucuc, Lugao, Magtuio, Magſoloro, Macagbang, Matamponay, Minaja, Minavas, Miva, Munca, Nipis, Nitao, Paandaraga, Pacpacbalor,* [l. *Papaclolot,*] *Pinayao, Pinija, Quinilata, Quinivaitan, Sinitan, Sinundajanum, Sinurutun, Socſocbahe, Songonbahe, Sonogan, Soſonacta, Talaor, Tumao, Tumnao,* aut *Humnao,* [l. *Humao,*] *Tucao, Tupung, Turingan, Umalag,* [l. *Umalal,*] *Vait ſinanay*, No. 62.

Gabi autem familiæ pauca, utpote congenera, *de Aris*, & *Dracontiis* ſubjungo. Invenio autem præter *Dracontium Matthiolo tantummodo notum*, quod in rerum natura inveniri dubitat *Dodonæus*: negant adverſaria *Penæ*, & *Lobelii*: videre cupit *Bauhinus*, nec affirmare audet *Chabræus*: Ego cum ejuſdem *Aconito Pardalianche*, & *Faba Ægyptia* creſcere ſuſpicor.

1. *Arum Luzonis maximum*, ſeu Indorum *Biga* quod folia protrudit ſæpè bicubitum lata, tricubitum longa, præter ſcapum, *Aro* quoad formam ſimilia, ſubrotunda, dilutè cum ſplendore virentia, in craſſis, & maculatis ſcapis. *Floris* ſupplementâ, aut piſtillos, plures ab uno caudice inter folia, ſeu juxta quodvis folium binos ac binos, proprio defenſos ad inſtar cuculli tegumento, è membranaceis erumpentes faſciis, qui recenter propullulantes, odorem *Zhampacæ* ſuaviter ſpargunt, fert pollicaris craſſitudinis, cultriformes, paleares ſuper racemoſos fructuum racemos, erectos. *Radix* magna, longa, acriter morſicans, non eſt edulis, ſed raſa vibices tollit, & fronti affricta hemicraniam diſcutit.

2. *Bigæ* alterius folia non ſunt rectè continuati marginis, ſed ſeſquipalmaribus eminentiis undulati. *Radix* ſimilis priori.

3, 4. *Arum Luzonis maximum Callian*, & *Talian* folia ferunt ſcutiformia ut *Biga*, ſeſquipede ampliora, plantæ ſunt ſpinis horridæ, *radix* verò earum, quæ unius eſt cum caudice ſubſtantiæ, ultra orgyiam longa, teres, trium in diametro cubitorum, libras centum quandoque pendens, in fruſta conciſa, ad ſolem deſiccata, & dein decocta editur.

5, 6. *Arum Luzonis maximum Pallavan*, & *Bulirao* folia minora, ſed truncos, & radices ſæpius majores habent quàm *Callian*, & *Talian*, ſex ſcilicet aut octo annorum plantæ. Plantæ ſunt Sylveſtres, ſponte provenientes, *Indis Montanis* ferarum magis, quam hominum conſortio aſſuetis ſolummodo in cibum cedentes, reliquis autem non niſi tempore neceſſitatis, & famis.

7. *Dracunculus Luzonis primus*, seu Indorum *Gavay Sinbuya*: Paluſtria amat, & alſioſa, *folia* fert *Rumicis* ſpithamiæa, albis commaculata notis, & ad radicem in lata expanſa circumvolucra, è quorum medio, plures, virides, teretes, & cubitales caules aſſurgunt, in apicibus quaſi in geniculum inſertos racemos fructuum habentes, ſeſſilium, rubentium, magnitudinis minoris *Olivæ*, nucleos albos, dulces, eſſe *Dactylorum* craſſiores continentes. *Radix* majuſcula, longa, alba, acris, & fervens ut *Ari*. *Leytenſes*, & *Omauvani* hanc plantam *Pananquilon* vocant. Radicis ſcobs modico ſalis mixta, & infra contactum piloſæ, & nociferæ *Erucæ* Baſul, (quo carnem, imò & oſſa ſubjecta corrumpit, corrodit, & carcinomate terribili inficit) applicata, promptè, efficaciter, & ſine mora, ad miraculum, pilos tantæ malitiæ expellit. Eadem præſtat *Pilá*, & *Papaiya*.

8. *Dracunculus Luzonis ſecundus*, ſeu Indorum *Payao*, vel *Alipayong* per longiora intervalla è radice plura ſimul, deorſum nutantia, inferiore, atque pronâ parte albicantia, & *Aro* ſimilia folia, aut potius *Hederacea*, ſibi invicem abſque caule ſuccedentia arrigit. *Radix* teres, longa, ſerpens, unciam cum ſemiſſe craſſa, fuſca deforis, internè candida, carnoſa, & ſummè fervens, ut *Dracontium Lunàs*, hinc inde minoribus radiculis fibrata eſt. Florum ſupplementitia nucamenta plura ſimul ex medio attollit foliorum, parva, vix uncias binas longa præter ſcapum, ſubflava, & cucullo defenſa.

9. *Dracunculus Luzonis tertius*, ſeu Indorum *Gabinohan*, folio gaudet ſagittæ, at fermè ſeſquicubitali; terſo, & perpolito, digitum craſſo, tricubitali, necnon flaventibus, & ex atrovirentibus maculis perquam eleganter variegato, innixo ſcapo. *Radix* ſerpens ſimilis Radici *Payao*, ſed deforis alba, & modicè morſicans.

10. *Dracontea Luzonis*, Indis *Tocotlangit*, id eſt, *Fulcrum cœli*, Planta eſt ſpontanea, montana, edulis, caule quandoque cubitali, albicante, ſed unico aſſurgit: *Folio* quaſi trino multifulco, ſeu variè laciniato, ad cujus initium piſtillus, ſeu racemus palmaris, in palmari cauliculo, è denſè congeſtis viridibus, & initio paribus ſeminibus conſtans aſſurgit. *Radix* candicat, & dulceſcit, & in longum prorepit, crebris, carnoſis, & longis comata fibris, relictis annotinis emortuorum caulium veſtigiis, & parte anteriori futurorum caulium, tuberculis gravida ſulcat humum.

11. *Dracontium Luz. primum*, Indorum *Magſoloro minus*, eſt *Pentaphyllum Indicum C. Cluſii*, hoc alii *Tambal*, id eſt, *Medicinam de Borney*, *Cacalong*, *Pacpaclavin*, *Bagongbagòng*, *Tunganbaſing*, & Hiſpani *Corazon* vocant. Provenit ſecus decurſus aquarum, locis umbroſis, & arenoſis, *folio* communiter pentaphyllo, aut heptaphyllo, rarius bino, ex ſolida, candida, friabili, ſubdulci, nec *Dracontii* modo acri, & *Officinarum Serpentariæ* ſimili, ſed magis ſeſſili radice prodeunte, è longo pediculo in quinas, aut ſeptem profundas, & ad pediculum uſque fermè pertingentes lacinias diviſo, nervo ſingula folia à pediculo ad mucronis ſummum ſecundum longitudinem ſecante, & venis quibuſdam à nervo, in latera excurrentibus præditis. *Florum* ſtriatus, ſolidiuſculus, & ſeſquipedalis, caulis quatuor *Herbæ Paridis* ſimilibus foliis coronatur, & octo, aut decem puſillis, ferrugineis, hexapetalis redimitur *floſculis*, quibus defluentibus baccæ aliquantulum mucronatæ, quaſi triſoræ, & coloris corallini, ſemine orbiculari, canabino pari, & roſeo repleta ſuccedunt. *Radix* deſiccata ſubamara eſt, reſiſtit efficaciter venenis, febres fugat, alvi fluxus & vomitus compeſcit, & ventriculum admirabiliter confortat, hinc prodeſt in diarrhœa, ex indigeſtione.

VIRES.

12. *Dracontium Luz. alterum*, ſeu Indorum *Tayobong*, *ſeu Magſoloro majus*. Planta eſt maritima littore gaudens, *folia* mittit magna, polyphylla, *Dracontii An-an* pallidiora, minora, & rarioribus laciniis diſſecta, in orbem ex quaſi aliis quinis digeſta, & decompoſita: *Caulem* abſolutè nudum, orgyia altiorem, ex tereti ſtriatum, piſum majus capientem in cavitate attollit, qui in faſtigio aliquot palmaria *folia* congeſta gerit, inter quæ filamenta innumera cubitalia prorumpunt, & *flores* centum, albi, hexapetali (quorum tria petala majora reliquis) crocis pleni in floreum & pendulum corymbum ut in *Corona Imperiali* diffunduntur. Floribus evaneſcentibus menſe *Junio* ſuccreſcunt ex ſphærico turbinati, magnitudinis *Quajavæ*, & ut hæ Coronati, triſori, & ſex ſulcati carinulis, virides, carnoſi, & de palmaribus fermè propendentes pediculis, fructus, qui maturi molleſcunt, & rubent, pulpa verò candida quâ immaturi farcti erant, in viſcoſam, & lentam tunc abit mucilaginem, cui crebra ſemina, coloris triticei, magnitudinis ſeminis *Aurantii*, & proſtantibus ſtriata ſulcis innatant. *Radix* terſa, alba, tuberoſa, ex rotundo ſeſſilis, tenuiſſimâ contecta cuticulâ, bipalmum lata, radici *Dracontii Lunàs* ſimillima, ſed major, & ut hæc fervens. Ex hac aqua marina curatâ fit panis genus, *Indis* uſuale.

13. *Dracontium Luz. tertium*, ſeu *Indorum Lunàs*, aut *Lonàs*. Hiſp. *Cebolla de la Perſia, & Siam*, aliis *Raiz de Pedro Gomez*. Folia communiter fert in cubitalibus, & pictis ſcapis, penta- aut hepta-phylla ut *Magſoloro* minus, ſed majora, obſcurè virentia, & pluribus exarata nervis. Florum *nucamentum* Martio antequam folia, erumpit, teres, vix non ſeſquipedale, digitum auricularem craſſum, flaveſcens, maleolens: tegumento, ſeu vagina quæ deforis pallet, internè purpureis conſperſa maculis obvolutum. *Radix*, prolifera, magnitudinis ſeſſilis *Rapi*, candida, terſa, ſuccoſa, & delicatiſſima tecta cuticula, quibuſdam quaſi zonulis cincta, *Aro* ſine comparatione magis fervens, & acris, quæ præſentaneum eſt remedium demorſis à ſerpentibus, ut experientia comprobat. *Cancro* item mortificando contuſa deſervit, ut *Alexandrina*, & pota ſpaſmo correptis efficaciter ſuccurrit.

VIRES.

14. *Dracontium Polyphyllon Luz. quartum*, Indis *An-An*, & aliis *Tocotlangit* majus. *Folio* luxuriat unico, verùm hoc polyphyllo, & ex plurimis decompoſito, multifariè laciniato, ramoſo, radiatim in orbem expanſo, & multoties orgyiâ ampliori, terſo, & atrè virenti. Hujus bicubitalis ſcapus, craſſitudinis carpi, ſubaſper, necnon verſicoloribus, ac luridis maculis variegatus eſt. Menſe *Maio* antequam folium appareat, monſtroſum caput, floris loco à terra protuberat, omnium primò autem cubitale, in circumferentia criſpum, helvum, & formæ collaris

collaris explicatur involucrum, de cujus medio pugni craſſitudinis piſtillus, ſeſſilibus circumdatus futuri fructûs prodromis aſſurgit: *Piſtillo* verò huic novello (qui tractu temporis in tricubitalem attollitur, *fructu* rubro, oblongo, ſimili nucibus *Colocaſſiæ legitimæ* undique conſitum) in ſeſquipalmari, decuſſatim ſtriato, & carnoſo ſuſtentaculo, inane, fœtens cadaverosè, ſubrotundum, cubitale, rugoſum, & rubiginoſum ſuperinſidet caput. Radix ex rotundo-ſeſſilis, ſupernè circum ſcapum lacunata, frequentiſſimis calamum ſcriptorium craſſis comata radicellis, palmos quatuor, aut quinque lata, rubet deforis, & internè, faucéſque adurit ut *Arum*. Raſura radicis vibices ſanat, & venenatorum medetur morſibus. Nonnulli ad aſthma commendant.

15. *Dracontium Luz. Polyphyllon quintum arboreſcens*, ſeu Indorum *Bani*, aut *Hamamato*. Hoc num *Dracontium arboreſcens*, an *Sambucum Luz.* intitulare debeam ambigo: Pro titulo *Dracontii* militant, foliorum congeries in foliaceam umbellam digeſta, radicum fervor, & acrimonia: Pro *Sambuci*, folia ſimplicia, plantæ fragilitas, & acinorum, ac florum aliqualis ſimilitudo. Vel potius *an Coſtus legitima Officinarum?* Ob folia *Sambuci*, ferulaceum caulem, & radicis, ſi bene recordor, ſubſtantiam ſimilem *Coſto*. Sed hæc accuratius datâ occaſione conferenda, & conſideranda. *Bani* majoris, & ferulacei fruticis, orgyias duas alti, *folia* crenata *Sambuci*, mollia, in umbellam diſpoſita, ſaporis ex acerbo morſicantis, nunc ter trina, aut ter quina, nunc numeri incerti uno cohærent pediculo, aut ramuſculo. *Radix* ſubfuſco, ſcabro, & tenui primum veſtitur cortice, quo abraſo alter rubeſcens, & craſſus, & mucilagine refertus patet, qui maſticatus linguam exaſperat, & fervidè morſicat: Unde *Indi* ejus infuſo, ut cort. arb. *Macupæ*, ad linguæ immunditias, & ſcabritiem tollendam in collutionibus utuntur; & quid ni ſcabritiem auferat, cum ſi majori quantitate corticis decoctum, aut infuſum imprægnatum fuerit, & veſicas excitare, & fauces moleſta intumeſcentia, ac ardore mortificare viderim. Radicis matrix alba, lignoſa, ſolida eſt, & inſipida. *Flos* minimus, pentapetalus, cinnabarinus, in majori corymbo, ex medio foliorum aſſurgit umbella; qui in coloris glauci, orbiculares, baccis *Juniperi* pares, & molles abit acinos. *VIRES.*

16. *Dracontium Luz. Polyphyllon ſextum* eſſe videtur Indorum *Bagung*. Planta eſt prolifera, cujus propagines *Sulay*, & *Butig* vocant: Folio ſimili *Dracontio Lunæ* bicubitalem ementitur arbuſculam, ſeu palmam: *Radix* magna, rotunda, ſeſſilis, *Gabi* quoad ſubſtantiam ſimilis, attamen non tantæ eſt bonitatis ad veſcendum. Hujus ſpecies ſunt *Ngapatung*, *Tabung* vel *Tagbung*, & *Upao*.

De Tuberoſo Capitatis, Turbinatis, & Oblongis: ſed ex genere Scandentium.

1. *Nami*, ſeu *Corot*, vel *Gayos*: Folia gerit, nunc tria *Phaſeoli* modo, nunc ter trina in uno, & alternatim ex longis, vietis, ſpinoſis, & ſcandentibus viticulis, exeunte pediculo, quinque majoribus ſecta nervis, palmam lata & in mucronem vergentia, hirſuta, & præter majores, frequentiſſimis exarata nervulis. *Radix* deforis candida, internè flava, multi-tuberoſa, & crebris barbata fibrillis. Editur curata, ſiquidem recenter eruta edi non poteſt, eò quod ſtuporem, & ebrietatem inducat, ſed aquâ marinâ, ut acrimoniam unà cum mucilagine qua ſcatet deponat macerata, dein decocta, attamen ſubſtantiæ reliquis hujus farinæ radicibus eſt nobilioris. Cæterùm venenatorum medetur morſibus, cruda adimpoſita.

2. Hujus ſpecies eſt *Diving*, *Gamang* [l. *Gamat*] planta eſt ſcandens folio & Sarmentis *Xicamæ*. *Radix* ſeſquicubitum craſſa, bicubitum longa, alba, eſculenta, cruda & decocta, ſed abſumpta friabili, & farinacea ſubſtantia tomentoſum relinquit magma.

3. *Gavay* folium habet *Gulaypatan* Phaſeoli, viticulis ut *Xicama* vicinis ſeſe innectendo ſcandit. *Siliquæ* herbaceæ, virides, quadrangulares, unciam latæ, ſeſquipalmum longæ, ſi foliaceas ſpectes proſtantias, ſi ipſius ſiliquæ corpus, digitum auricularem non excedit, folium lacerè inciſum ſupernè, & aliud infernè ſiliquæ adnatum dixeris. *An* Lobi cartilaginei ex Inſula *S. Mauritii* C. Cluſio à *Wibrando* miſſi? *Semen* eſt rubens, & exiguus phaſeolus. *Radix* alba, longiuſcula, craſſa, quæ cocta editur.

4. *Xicama*, *Chicama*, ſeu *Singcama* amplexi-caulis eſt planta ſcandens vimineis viticulis foliis *Phaſeoli* donatis: *Siliquas* fert, flavis, ſplendentibus & pruritum, ac ardorem ut Urtica cauſantibus pilis, obſitas, bipalmares: *Semen* rubrum, vel ex rubro, & flavo variegatum reniforme, *phaſeoli*, quod canes necat, & hominem, ſi in cibum venerit, ut *Batavi* Anno 1643. experti ſunt in *Mariveles*, unde pro ſatu optimum affertur. *Radix* facie, & ſaporis eſt *Rapi*, ex ſeſſili turbinata, magnitudinis quandoque mediocris *Melonis*, editur cruda, vel etiam *ſale, pipere, oleo* & *aceto* condita.

5. Alia ſpecies *Xicamæ* radices fert parvas & dulciſſimas.

6. *Anipay*, *Lipay*, an *Lipao* Byſaiarum? eſt *Xicama Sylveſtris prima*, folium habet *Phaſeoli*, ſed majus, tantillum fimbriatum: *Folium* candidum, ſubhirſutum: ſiliquam ruffis tectam pilis, *Xicamæ hortenſis* latiorem: *Semen Xicamæ hortenſis*.

7. *Anipay*, id eſt, *Urtica Secunda*, folium fert parvum tantillum in margine undulatum, trinum ut *Phaſeolus*: *Florem* magnum ex atro purpureum quaſi in racemo trinum ac trinum: *Siliquam* primæ majorem, aureis & relucentibus pilis ſcatentem, ſed intolerabilis pruritus, &

ardor

ardor summus, quem contactu causat, omni *Urtica* vehementior, incautos & curiosos non omne quod lucet aurum esse docet.

8. *Anipay tertia* folium mittit magnum: *Siliquam* helvam, uncias sex longam, unam latam, pilis obsitam aureolis & refulgentibus: *Semen* compressum, splendidum, & in fulvo variegatum.

9. *Anipay, Lipay* seu *Xicama Sylvestris quarta* folio simili est tertiæ: *Lobum* gerit brunnum, monstrosum & visu horridum, sesquipalmum longum, & palmum unum latum, squammatim undulatis coopertum plicis, pullis & urentibus horrentem pilis: In lobo ferè trinos, rubidos, aquilis variegatos maculis, hilo magno in paleari nigro, prouti *Phaseolus Brasilius* cinctos, & vix non castaneæ pares condit Phaseolos.

Hæc de Trifoliis, *sequentia Folii* Hederacei *& ferè singulari.*

1. *Ubi* seu *Obi* est Marianarum *Dago*. Planta est quadrangulari, spinoso, & unico sarmento scandendo vicina amplectens. *Folium* habet folio *Betele* & latius, & longius, magis mucronatum, & septem majoribus fulcitum nervis, quod aut singulare, aut sociatum pro plantæ luxu emergit. *Radix* multi-tuberosa, formæ incertæ, sæpius tamen vix non figuræ est manus, suis digitis distinctæ, quandoque quinquaginta librarum, deforis morella, aut fusca, internè candida, vel flavescens, aut etiam rubescens: habetur in deliciis elixa, assa & frixa. *Flore & semine* caret. Propagatur ex in frusta concisa radice.

2. *Ubi* Species sunt *Quinampay* vel *Tinapay, Apare* vel *Apale, Balibaran, Agogocay, Batang, Gorohan, Himigda* & *Tinicor, Apare* spinis caret, minor est quam *Ubi*, sed simili cortice, figura oblonga ut *Camotl*, alba & dulcis ut *Balibaran* sed parcioris substantiæ.

3. *Borot* radix sylvestris, similis *Apare*, dulcis & deforis villosa, & solidis, ac peracutis à radice assurgentibus aculeis, ut *Ubi*, admirabiliter nè ab Apris depascatur defensa. Videtur esse *Nica Sylv. Marianorum.*

4. Hujus species est *Tugui* vel *Togui, T. Hagmang, B. Cabla, P. Nica Marianorum domestica*, quæ longos, duros & acutissimos mittit à radice aculeos, quibus incautos non obstantibus etiam calceamentis pedibus humo clavat, atque affigit. *Folium* palmo uno latius & longius propemodum rotundum, modicè mucronatum, & novem luculentioribus exaratum nervis, in spithamæis pediculis, singulare.

5. *Abobo* seu *Abogo*, Planta amphicarpa, prælongis & calamum scriptorium crassis viticulis vicinis quibusvis sese innectendo involvit. *Folium* alternum, mucronatum, & in demissiores apophyses pronum, palmum cum semisse latum, & undecim aut tredecim insignioribus nervis, in marginem usque tendentibus dilatatum est. Ad cujus angulos seu sinus rapo-poma, seu fructu-radices sessiles, tuberosæ, inæquales, & minimis quasi papillis punctatæ, amaricantes, & magnitudinis *Cydonii* protuberant: Hæ unà cum radice, cujus unà eademque est substantia cum his fructu-radicibus, aut rapo-pomis quæ viticulis innascuntur, *Indorum* sunt Panis quotidianus: editur verò bene maturus, coctus, atque putamine delibratus.

6. *Abobo sin Yraia* seu *Murium* sylvestris est, & edi interdicitur, utpote venenatum, ac pernicioſum.

7. *Oravi*, vel *Ulavi*, & *Yuing*, folia habent *Ubi*, radicem *Abobo*.

8. *Banayan* seu *Gayduy* folia habet *Ubi*, sed longa & magis tenuia ut *Apare*: Radicem alit maximam profundissimè sepultam, quæ cruda editur.

9. *Malaubi* radix est tenuis, odorifera sed vomitoria.

10. *Malatugui* vietis viticulis ut *Tuguituguihan* sese circumvicinis involvendo scandit. *Folio* est alterno, mucronato, heptanervio, ad cujus sinus, ut in *Abobo* sessiles & inæquales glumi, formæ *Gallæ Turcicæ*, coloris deforis nativi, internè candidi, scatentes mucilagine lactea, & saporis farinacei prodeunt. *Radix* pulla subrotunda, & ut *Cyclaminis* sessilis, crebris, pallidis, fibrosisque capillata radiculis. *Flos* exiguus, albidus, muscosus & odoriferus, interjectis parvis, ut illi sinuum foliorum, glumulis, qui ni fallor seminis vicem habent, racematim cohærendo propendet.

11. *Tuquituquian Paquit*, folio luxuriat sociato, simili folio *Dago* Marianorum. *Flore* ad sinus foliorum in spithamæis, & ramosis racemis copiosissimo, minutissimo, flavescente, & ad solis occasum suaveolente: Subter foliorum exitus glumosa rapo-poma, ut in *Abobo* protuberant, turbinata, aut oblonga, vesca & brevibus radiculis consita.

12. *Ubiubihan, Ronas* seu *Banag camagsa*, est *Pseudo-China Luzonis*, sumitur & substituitur pro *China* præmissa decoctione. Duplex est, subdulcis & rubra radice, folio amplo.

13. Altera folio angusto, mucronato, radice candida & amara.

14. *Panaon* volunt esse speciem *Ubi*, sed ad radicem super humum non absimilem ferre narrant fructum *carduo*, qui internè variis distinctus divisionibus, nucleos edules, dulces, semine pares cannabino recondat.

15. *Dalican* folio est simili *Panaon*, à quo pluralitate tantummodo virgarum, & parvitate fructûs differt.

16. *Zhunno* Sinense sarmenta mittit teretia, tenuia, spinosa, geniculata, ut *Ubi*, & *Tugui*: Folia alternè exeuntia, quinquenervia, *Betele* foliis longiora: *Radix* figuræ, & magnitudinis est fructus *Papayiæ* ventricosæ, fermè spithamiæa, inæqualis, duro, subnigro, & scabro contecta cortice, internè carnosa est, & solida, coloris sanguinolenti, seu crudæ carnis, albicantibus fibris intertexta: Saporis summè adstringentis, & succi rubentis, tenacis, & glutinosi. Hanc *Sinæ* consolidandis vulneribus perutilem, & dysenteriæ proficuam esse ferunt.

Species

Species dictarum edulium radicum ſunt, & *Baco*, *Baguing*, *Bagongbong*, *Bananug*, *Binitvanun*, *Cagayanum*, *Catotang*, *Cquibcquib*, *Dubayan*, *Gatal*, *Luping*, *Minirbo*, *Molog*, *Palas*, *Polog*, *Pulahan*, *Quinorot*, *Sanà*, *Sinava*, *Sulavan*, *Tarag*, *Tocal*, & plures aliæ.

17. Huc ſpectat & Mexicanorum *Camotli*, ſeu Haitinenſium *Batata*, Champechanorum *Iz*, quam alii *Ages*, & *Aies* vocant, eſt verò illa oblonga edulis *radix*, differentiſſimorum ſaporum, odorum, colorum, & formarum, cujus viticuli foliis, & floribus luxuriant longiſſimè ſerpendo *Soldanellæ Luzonis*, ſeu *Cangcong*, qui crebro radices agunt, ex quibus creberrimas *Batatas*, *Camotes*, *Ages*, ſeu fructu-radices hinc inde propendentes, & humi latentes habet. Quæ ſuo eruuntur tempore, & locis umbroſis uſui aſſervantur quotidiano. Folia *Camotli* contuſa utiliter imponuntur ictui *Paſtinacæ Marinæ*, *Raya*.

18. *Quacamotle* Mexicanis, *Yucca* Champetzanis, Haitinis *Xauhxauh*, aliis *Manihota* eſt illud genus *Batatæ*, quod Pani *Caſſavi* conficiendo deſervit. Folio *Cannabino* ut *Chabræus*, ſeu pentaphyllo ut *Nirembergius*. Plura vide apud *Nirembergium*.

19. *Baay* ſpecies eſt *Batatæ* albæ, carnis ſpongioſæ, & fibroſæ, unde non editur, ſed rejecto tomento ſugitur.

20. *Hettig*, *Æſtum Plinii*, foliis eſt *malvaceis*, radice candida, & flava.

21. *Igname* [l. *Inhame*,] aut *Poſtades*, radix formæ incertæ, deforis pulla, intus alba.

22. *Papas*, folia habet ſeptem aut novem, uno in pediculo, radicem & atro-rubentem, internè candidam, aut flaveſcentem, gummoſam, & friabilem, ex qua farinam potui *Chunno* parando conficiunt, hæc ex *Chabræo*. *Papas*, *C. Bauhinus Solani* tuberoſi titulo eleganter deſcribit, & depingit. An idem ac *Hettig*?

23. *Radicem Mechoacan purgantem*, ſeu *Xicamam de Mechoacan*, id eſt, *Rapum* Mechoacanenſe *Nirembergius* caules habere ſcribit tenues, & volubiles, folia rara, figuræ cordis: *Flores* longos, coccineos: *Fructum* magnitudinis, & formæ *Peponis*: *Semen* album, tenue, latum cum bombycinis, & argenteis filis: *Radicem* rotundam, candidam, lacteſcentem, & guttur adurentem. Ex quibus colligo Plantam ni fallor eſſe ex genere *Apocyni*. Addit genus eſſe triplex, marem, quod varii eſſe *Jalapam*, ſeu *Mechoacan nigrum* tradunt, fœminam, & tertium radice tenuiori: ſibi forma, & viribus ſimile. *An* hujus Species? *Batata purgativa*, ſeu ejuſdem *Nirembergii Caxtlatlapan*? quam habere tradit caules teretes, volubiles: *Folia* hederacea: *Flores* campanulatos, purpureos: *Radicem* ſubrotundam, candidam, teneram dulcis, & grati ſaporis. Et hæc an *Radix alba Peruana purgans*? Fabianus Mexicanus *Radicem Mechoacan* refert folia habere ſubrotunda, ſuavia, & folio *Capparis* ſimillima, *fructum* magnitudine *Coriandri* in racemis: *Radicem* oblongam, ſubflavam ad colicos dolores, & ſputum ſanguinis utilem. Hanc, & non Purgantem deſcribit *Nic. Monardes*, folio ſcilicet circinatæ rotunditatis, in mucronem deſinente, & fructu racematim cohærente magnitudine *Coriandri*: *Cluſius Semen Mechoacæ* in caliculo, ſeu ſiliqua, nigrum, & *Scammoneæ* ſimile eſſe ſcribit. *Florem Mechoacæ Dodonæus* citans *Monardum* ex quinque majoribus foliis compoſitum eſſe tradit. *Folium* verò Smilacis lævis.

24. *Mechoaca Sylveſtris*, & *Vomitoria* eſt *Xicama de Guanaxuato*, *Sacatekas*, ſeu *Colima*. Folia habet *Melonis*: Radicem albam ut *Mechoacæ*, ex turbinato oblongam, quæ per vomitum purgat ad drachmam ſemis data. Præter *Jalapam*, & *Mechoacam* mittitur Mexico, & *Mataliſta* radix purgans. *Mataliſta* communiter in fruſtis oblongis, ex radice in oblongum diſſectâ, plurimis, albis, craſſis, contumacibus fibris intertextâ, inter quas ſæpius ſuccus gummoſo-reſinoſus compactus cernitur. Alias verò affertur tranſverſim in craſſas taleolas conciſa, quarum nonnunquam aliquas, tres, & dimidiam ſpithamam in circumferentia habentes obſervavi, unde colligo radicem integram capite humano ferè duplò majorem eſſe.

Saqualtipan radix purgans in taleolas ſecta, ſolidæ concretionis, & ponderoſa ut *Jalapa* recens, carie non exeſa, coloris albi gradum *Jalapam* inter, & *Mechoacan* medium habet.

Quandoque etiam *Jalapæ* commixta affertur, *radix* in palmum amplis taleolis, ſat albis, *Jalapâ* levior, cariem non ſentiens, ad tactum aſpera, ob frequentes tomentoſas fibras quibus ſcatet, *an* radix *Mataliſtæ* junior? aut *an* Species *Jalapæ* altera?

De Plantis aquis innaſcentibus.

DE *Faba Ægyptia*, ſeu *Colocaſſia Dioſcoridis*, ſive *Indorum Bayino*, & *Sida Dioſcoridis*, ſeu *Theophraſti Loto Ægyptiaca*, ſive *Luzonis Nymphæa Lavàs*. Anno ſcripſi, V. D. elapſo.

1. *De Faba Ægyptia* Bayino, & Sida *Theophraſti* Lavaz.

Fabam Ægyptiam legitimam *Dioſcoridis* in *Luzone* Baymo *vocant*, alibi *Alupay*, in Leyte *Tacay*; Florem *Bulac Bayino*; Fructum *Bungalo*. Sinæ *Lien*, ejus florem *Huhua*, id eſt, *Florem Lacûs*: radicem edulem *Ngneu*, fructum *Lienzu*, & *Lienpo*. In lacu *Baii* Manila ſex leucis diſſito copioſè provenit: In *China* communiter in omnibus arte factis ſtagnis, lacubus, ac piſcinis feliciter adoleſcit, ſed & hortorum incolam curioſi *Sinæ*, arte & induſtriâ eſſe cogunt, eam in vaſtæ amplitudinis fictilibus, luto tenaci ex paluſtribus allato, & aqua diluto, repletis

ſerendo

serendo. In hujuscemodi vas puerulus quondam (cui præter alium quinquennem aderat nullus) florem decerpere cupiens inciderat, hunc cum morte colluctantem quinquennis latere latus fictilis perforando vitâ donavit, qui *Sinarum* Imperatoris dein intimus consiliarius, & militiæ supremus, ac celeberrimus dux (cui in hodiernum parem non exstitisse *Sinæ* deprædicant) ob valorem, & virtutem militarem. *Czakulia*, id est, *Margaritta* conservans regnum, cognominatus fuit. De *Colocassia*, seu *Faba Ægyptia*, quamvis *Dioscorides*, & *Theophrastus* optimè scripserint, de *flore* nihilominus paucula adjicere placuit: Duodecim nempe constat foliis frontatis, purpureis, uncias tres fermè latis, quatuor longis, in quorum medio caput occultatur papaverinum *Indis* Bungalo *dictum*, quod, & quale eleganter C. *Clusius*, *Exot. L.* 2. titulo *Fructûs Peregrini*, & valde elegantis, describit, & depingit. Adde quod nuces pumilarum glandium similes, putamine tegantur duro avellanarum adinstar. De reliquo verò recens 300 & ultra candidis staminibus vix non uncialibus circumvallatur, de quibus croci lutei unciales, & de his rursum quasi granula argentea semine *Anisi* potiora propendent. Scapi, seu caulium vieti, & prælongi funes, digitum auricularem crassi, spinulis obsiti sunt lævibus, rupti verò telas aranearum offerunt, & novem per longum excavati fistulosis foraminibus deprehenduntur. *Folium* sesquicubitum amplum, & majus, 22, aut 24 altioribus & per circumferentiam excurrentibus striatum est porcis, circinatæ propemodum, rotunditatis, unde patet galero potius simile esse, quàm folio *Lapathi*. Ex Folii umbilico pediculus, aut scapus longissimus, cauli fructum, vel florem sustinenti similis procedit, radici connexus, quæ edulis, alba, sat crassa, similiter ut floris, aut folii funis perforata, necnon per pedalia circiter intervalla ventricosis geniculis est interstincta. *Fructus*, rejecto putamine aquâ macera-
VIRES. ratus, delibratus, foliorúmque germine in sinu latente (quod amarum, & cujus infusum visum clarificat) repurgatus, saccharóque respersus in diarrhœa, & aliis alvi profluviis exhibetur. *Radix* verò decocta, & cruda tabidos reficit, & consumptos.

Bayino, seu *Colocassiæ*, *Lavaz*, seu *Sidam Theophrasti*; utpote iisdem natalibus exeuntem plantam, cujus fructum *Tunàs*, florem *Pulao* vocant, subjungo. Hanc alii Talailo, *Bysaiani* Gavaygavay *vocant*: inter arundineas autem frondes, calamósque palustres provenit hæc speciosa *Nymphææ* species, aut *Theophrasti Sida*, vel potius *Lotus Ægyptiaca* Dioscoridis, si radix non contradiceret. Folium *Nymphææ* est, sed tantillùm, levitérque fimbriatum, & tredecim majoribus, seu insignioribus, & his bifurcatis, seu ad extremum bifidis, per ambitum nervis est discriminatum. *Flos* occlusus glandiformis est nodus, adapertus autem ex quatuor smaragdinis alabastris, octodecim argenteis foliis, & quinquaginta circiter aureis unguibus, quorum apices crocis ut *Liliorum alborum* staminа fastigiati, componitur. Huic caput fermè sphæricum, magnitudinis minoris capitis *Papaverini*, at neutiquam striatum, sed quodammodo, ex insinuatorum floris unguium vestigiis squammatum succedit; Semine subdulci, leguminoso, quod matures cens rubicundum, maturum ex cinereo flavescens, *Erucæ* semine majori, densè repletum, quo *Indi* lacte Nucis Indicæ *Cocco* decocto vescuntur. Hoc somnum alioquin conciliat, refrigerando venereos compescit motus, & desiccando Gonorrhœæ auxilio est. *Radix* tenuis est, alba, multiplex, nec crassa, aut clavæ similis, ut in *Nymphæa*; nec rotunda, *Mali Cotonei* amplitudine, ut in *Ægyptia Loto*, nisi forsitan ex tenui, & multiplici propendeat, ut in *Cypero* esculento. Et lapidem *Lavaz*, seu florem insequentem teneriorem fructum in lapidem conversum habui, coloris erat grisei, duritie *Lapidis Bezoar*: formæ ex sphærico compressæ, vestigium pediculi retinens, & variis lineis circularibus, & transversim excurrentibus exaratus, quem iisdem, imò & majoribus pollere viribus, quibus semen *Lavaz* referunt, magnique æstimant hujates *Indi*. *Sida Theophrasti* non est *Althæa* palustris nonnullorum, sed planta lacustris *Lobelio*, *Dodonæo*, & aliis: Hinc *Dalechampio* eadem ac *Nymphæa*: verùm *Sida* semen habet orbiculare, milio majus, saporis diluti: *Nymphæa* latum, lenticulare, nigrum, pingue, amarum, hinc potius *Sidam Theophrasti* non quidem ipsissimam esse *Nymphæam*, sed congenerem plantam statuerem. Esse qui *Fabam Ægyptiam*, Lotum *Ægyptiam*, *Niloticam*, aut *Euphrateam* esse censeant, habet *Chabræus*: At *Colocassia Dioscoridis* est *Luzonis*, jam descripta, *Bulac Bayino*, & *Sida Theophrasti* (quæ eadem esse videtur planta, ac *Lotus Ægyptiaca*) est Luzonis *Lavaz*; liquet ergo esse distincta.

His addenda sequentia:

2. *Malalavàs*, quæ *Lemma* est legitima *Theophrasti*, planta est neglecta, tenerrima, & semper altè sub undis deliteſcens, foliis *Catungal*, seu *Narcissi* Indici *Joannis Ferrarii* rotundifoliæ, minoribus, quæ capitis dolorem ex solis ardore contractum applacant: Super aquas emergentibus, sesquiuncialibus pentagonis, & his crispè fimbriatis, & alatas pericarpiis, *floribus* candidis, trifoliis, & rotundipetalis coronatis, *semine* repletis oblongo, albo, minuto, mucilagine scatente. *Radix* exigua, fibris comata. Plantam pro *Lemmate* in *Historia Lugdunensi* depictam, *Chabræus* pro quadrifolia *Lente Paluſtri* habet.

3. *Nymphæa Tocal* vocata, seu malis *Morsus Ranæ* maximus *Daguiensis*, folio, superbit aquis innatante, fermè cubitali, è cujus folii scapo, palmum unum ab ipso folio flores exeruntur creberrimi, in fasciculum conglomerati, *floribus* Aurantii pares, pentaphylli, candidi, villosi.

4. *Nymphæa minima*, seu *Ranæ morsus Gabigabihan* vix sesquiuncialis est planta, superiori similis, quoad folia, & flores, sed pygmæa.

5. *Stratiotis Ægyptiæ Antiquorum* Species est *Guiapo*, quam & *Darairo* [l. *Dalairo*] vocant, Hispani *Lechugas del infierno*: Facie est *Plantaginis* umbilicatæ *Lobelii*, aut *Lactucæ* crispæ latifoliæ. Provenit in *Lacu Bay*, & exinde profluentibus fluviis, unà cum *Cangcong*, seu *Brassica Marina* devecta, refluis pulchro spectaculo revehitur undis. Planta est sesquipalmaris, & spitha-

ſpithamiæa, foliis ex viridi-flaventibus, flabelli-formibus, ab imo medium uſque hirſutis, & fermè digitum craſſis, ſpongiæque modo poroſis, pars ſuperior ampla, criſpa, & admodum ſinuata eſt, delicata de reliquo, & novem altioribus, ſeu plicis fulcita nervis. Inter folia in uncialibus pediculis, in candidis, & cochleari-formibus folliculis, *floſculi* granulati, ex medio lætè virentibus foliolis, *capſulæ* ſucco viſcoſo plenæ inſidentes latitant. *Radice* nititur alba, inæquali, digitum craſſa : de qua frequentes millenis dotatæ capillamentis, palmares, & ſpithamiææ exeunt radiculæ, ſeſe in circuitum plumarum adinſtar explicantes, quarum adminiculo planta erecta, & in æquilibrio poſita aquis innatat. Si manibus contractetur, pruritum cauſat, decocta ſaginandis deſervit porcis, in cibum aſſumpta alvum potenter commovet, cruda maſticata linguam validè adurit. *Guiapo* abſtergit, & mundat veſtes, & vaſa oleo infecta ſi eo laventur.

De Spongia, & Plantis Marinis Saxeis.

1. *Impalan* in Inſula *Zebuana*, *Talicod* in Leytenſi vocant *Zoophytum* ad maris littora in illis fungoſis littoralibus ſaxis, quæ *Matriporas*, & Hiſpanis *Arezifſes* vocant, naſcens: Quod cùm è ſuo latibulo prodit, extenditur in formam placentæ, digitum craſſæ : cùm verò tangitur, contrahitur ſuum versùs foramen ubi delituerat, & nonniſi circumferentiam marginis arctè contractam & criſpatam deforis relinquit, formæ majoris cujuſdam *Roſæ*. *Indi* Morbo laborantes Gallico ſolâ aquâ decoctum hoc *Zoophytum*, ſeu plantam animatam, edunt, & jus bibunt, per triduum, unde ulcera, & gummata vehementius efloreſcere contingit, dein balneis utuntur aquæ dulcis cum detergentibus, ut *Macabubuhay*, *Malungay*, Lagundis *Saloquiguy*, *Lactang*, *Salagſalag*, & *Dapedape*, & his deſiccantur. An *Species Spongiæ*? *Franciſcus Colin* in ſua Inſularum *Philippinarum* Hiſtoria refert, Anno 1642. in *Coſta de Igbabao*, à Viro fide digno, ſub veſperum ad maris littus, inter alia curioſa, viſa fuit in quadam à recedente mari relicta ſcrobe, *planta ſimilis* magnitudine, foliis, & caule *Braſſicæ ordinariæ*, magis viridis tamen, & conſiderando rem ſanè eſſe particularem, quod in Saxis, & ſub aqua marina, adeò elegantis formæ creſcat planta, mox ſeſe ad avellendam accinxit, verùm ſtatim ac detegit contrahebatur, & magis inſiſtendo eam comprimendo coarctabatur, donec tandem totaliter ſeſe muſcoſæ congeriei inter matriporas ſcatenti ingeſſiſſet, ac evanuiſſet. Die inſequenti ductus curioſitate in eundem rediit locum, plantam die antecedenti viſam lætè virentem invenit, & dum cautè pedetentim appropinquâſſet, caulem apprehendit fortiter, ſed quamvis ad plantam retinendam multùm laboraſſet, nihilominus manibus evoluta aufugit, nec in manibus præter ſpumoſam reliquit mucilaginem. Et hæc planta an *ex genere Spongiarum*? Vel eis hæc cum priori congeneres, ac analogæ plantæ ? De quibus quod avulſorem ſentiant, tactum fugiant, contractæque multò difficilius abſtrahantur ad inhærentibus tradunt *Plinius* & *Ariſtoteles*. Spongiam maturam, ac ſiccam Indi *Lapalapa* vocant.

Hujus generis *marinas*, *& tactum fugientes plantas*, variæ formæ ſe vidiſſe ſcribit *Ignatius Alzina*, in ſua MS. Hiſtoria *Biſayarum*.

2. *Coralloidem graphii formæ*, ſeu *Plantam Marinam tactum fugientem* mihi obtulit Anno 1690. *Antonius Bandeira*; ſubſtantia eſt corallina, alba, terſa, ſolida, teres, non geniculata, in mucronem deſinens, ſeu formæ pedalis, & rectiſſimi graphii, & calamum ſcriptorium craſſi, Indis *Bannau*. Sed quod tactûs impatientiam attinet, ſuſpicor nautas qui eam evulſerant deceptos fuiſſe, in eo quod meo videri planta hæc ſub aquis mollis ſit, & flexibilis, ut *Corallium*, eruta verò lapideſcat, & ità fieri potuit, ut mollitie, & flexibilitate ſuâ eis impoſuerit, tactum fugientem exiſtimantes plantam. Verùm *hujus formæ* Anno 1681. in littore Inſulæ *Puertorico* plantam obviam invenêre *Matthias Cuculinus*, & *Antonius Kirsbaumer*, quam affirmant non quiviſſe comprehendere, quin ſeſe in arenam inſinuando aufugiſſet, ac ſubduxiſſet.

3. *Corallium nigrum ramoſum vimineum*, ſeu *Antipathes Sagailalaki*, ſeu *Bonganbato* Indorum, *Calibaharu* in *Siao*, reperitur in *Samar* lævæ, & verrucoſum : cujus fruſtum ſpithamæum, pollice craſſius aſſervo. Laudatur ad aëris contagium & expellendum calculum in pulvere, & ad convulſivum morbum *Pacuru*. Ex hoc *Goâ* deferuntur precatoriæ ſphærulæ.

4. *Corallium nigrum non ramoſum vimineum*, facie *Bexuci*, Indi *Bannaog* vocant, teretes, ſplendentes, & quaſi interſperſo auro undulatas, orgyia longiores, & digitum auricularem ferè craſſas mittit virgas, ſeu *Bexucos*. Abundat in *Guiguan*. Indi verò ut ex inde monilia & armillas effingant, aquæ ferventis emolliunt vapore. Laudatur ad ea, ad quæ præcedens.

5. *Corallii nigri foliati ramum* bicubitalem, quinis præter minores brachiatum cubitalibus ramis, & mille ac mille capillatum, ſeu comatum fœniculaceis, & capillaribus ſetis, non tamen ità rectis, ut in *Chabræi Sciagraphia* delineatum, ſed diverſimodè in ramenta divaricatum: *Naſogbu* miſſum adſervo.

6. *Coralloides facie Ericæ* alterius *Dodonæi*, ſeu *Sagay Babay*, alba, tenuis, tenax, fruticoſa eſt, & petræa.

7. *Coralloides facie Cupreſſi*, ſeu Indorum *Ygoſo*, rubro eſt tecta cortice, ſeſquipedem alta, fruticoſa, ſubſtantiæ interioris quaſi corneæ, ſeu qualis ſunt internodia fuſca Hippuris Saxeæ.

8. *Coralloides Abrotanoides Bagangbang*, aut *Bacolor*, eſt magna, ramoſa, ſtellatiſque crebrò poris foliata ſeu imbricata. Alba, & rubra frequens, cœrulea rarior eſt.

9. *Aſang*, *Gaſang*, *Ngnaſang* ſpecies ſunt *Bagangbang*, figuræ *Fungorum*, uti & *Binagung*.

10. *Hippuris marina Saxea*, ſeu *Sagay doimit* abundat in Leyte.

11. *Hippuris marina tenera*, qualem aſſervo, ſæpius totaliter cruſta obducitur farinacea, molliuſcula, & alba, ſic ut tenuiſſima *Hippuris*, calamum ſcriptorium craſſa cum cruſta evadat, & ità quaſi *Saccharo* incruſtata diverſam ementitur plantam.

12. *Corallina edulis Gosò* mollis eſt, & tenera, coloris candidi, aut flaveſcentis. Sinis *Hayſom* dicitur, qui eam ex *Luzone Chinam* deferunt, & ut cardiacam deprædicant. Abundat in Inſula *Zebu*.

13. *Tubularia* rubra *Taburagà* coloris eſt, & materiæ rubri *Corallii*, formæ Tubulariæ albæ. Deſervit dentifriciis.

DESCRI-

DESCRIPTIONES Fruticum & Arborum LUZONIS,

A Rev^do Patre GEORGIO JOSEPHO CAMELLO, S. J.

AD

JACOBUM PETIVERIUM, Pharmac. *Londinenſ.*

MISSÆ, *Anno* 1701.

1. *De Palma Coccifera, ſeu Nuce Indica, Indis* Lubi.

IN veritate dici poteſt *Palmam Cocciferam* cunctis palmis, & cæteris omnibus arboribus eripere palmam, hac unicâ ſiquidem in palmâ propemodum cuncta ad humanam ſuſtentandam vitam, neceſſaria vinculantur. *Altitudine* quandoque viginti orgyiarum excreſcit: Pulchritudine & utilitate omnium obtinet primas. Quinto communiter à plantatione anno fructificat, vivere trecentis & quadringentis annis affirmare non dubitant. *Radicum* creberrimos, auricularem digitum craſſos, & viginti non nunquam orgyias longos ſpargit funiculos. Inciſuras in ipſo caudice factas, ut facilius conſcendi queat Indi *Lublub* vocant. A *Palma dactylifera* ſolummodo differt fructu. Ex Palma Coccifera *Byſaiarum Indi* originem generis humani olim deducebant (quamvis non deſint, qui idem de *Arundine Indica Cava* majori, ut *Mariani ex Petra* ſomniârint) fingendo, quod ex duabus *Lubi* nucibus, à mari ad petroſum littus alliſis prodierit *Lalaqui* maſculus, & *Báye* fœmina. Quovis Novilunio hæc palma novum protrudit Spadicem, Indis *Bagaybay, Doat,* & *Tayog,* qui elapſis viginti circiter diebus, ruptis, & expeditis Spathis, Elatis, ceu involucris, Indis *Gonot,* & *Punut,* reſeratur; & ſpathas fermè bicubitales, Indis *Alholor,* calamum craſſas, vimineas, flaveſcentes, florum crebrâ congerie lacunatas, viginti quinque aut plures, ſeu prælongæ, & majori ariſtæ ſimilia nucamenta expandit; Seſſilibus, ſemine *Citri,* aut *Aurantii* potioribus, flavis, tantillùm odoriferis, in triungui calyce trifoliis, & ſenis bifidis crocis repletis floribus, & florum petiolis inordinatè obſita. *Nuces* Cocci ſimiliter ut in *Areca,* duplici triungui in caliculo, non ſuccedunt floribus, ſed ad harum ſpatharum exeunt ſinus, quarum pars major decidit, & perit, ſuperſtites anno integro antequam plenè, & perfectè matureſcant tardare ſolent, colliguntur dein menſe ſingulo, & in *Barongan* in unica arbore, collectis triginta tribus, magnitudinis capitis humani maturis, ſeu *Ugà,* aut *Lagaſna,* 200 jam magnæ, & immaturæ, ſeu *Silot,* non numerando parvas, & teneras, quæ decoctæ unà cum putamine eduntur, & Indus *Alholor* vocat, inventæ fuêre. Nucis Indicæ *Icones* elegantes habet *Cluſius,* & *Hiſt. Lugd.* ex *Matthiolo,* Arboris Botanicorum nullus. Maximam nucem quam vidi, habebat jam tomentoſo ſuo putamine delibrata, ſpithamas tres in circumferentia. Harum *primum* tomentoſum & extimum putamen Indis *Bonot. Secundum* illud facie *Simii,* communiter nigrum, & oſſeum, *Bagol.* Hoc proportionaliter, ut fructus *Quaiavæ* immitti poſſit, perforato *Simii* capiuntur, nam immiſſâ manu, pomum tenaciſſimè retinent, à pondere verò, aut potius impedimento putaminis in curſu impediuntur, & ità miſeri captâ prædâ, capi potius volunt, quàm ſemel apprehenſum pomum dimittere. *Nucleus,* ſeu caro illa digitum craſſa, lactea, & ſaporis *Amygdalini* ſub *Bagol* latens, Indis *Binonot*: In hujus *Binonot* concavo demum liquor aqueus, clarus, & dulcis, ſeu *Butung* concluſus deliteſcit. Ex raſo *Binonot,* ſuccus lacteus *Natoc* dictus, qui lactis vaccini, & emulſionis *Amygdalinæ* vices ſupplet, exprimitur. *VIRES.* Ex raſura verò *Binonot,* ignis, aut ſolis calore, & beneficio præli, aut etiam *Butung* ad ignem decocto oleum puriſſimum, colligitur, *Olei Olivarum* recenter expreſſum, loco deſerviens. *Indis* verò, & *Hiſpanis* nonnullis ad corpus repurgandum, vel potius alvum relaxandam deſervit epotum.

Decidua, & jam omnino matura *Nux,* aqueo liquori *Butung* innatantem generat ſpongioſam, candidam, levem, & valde dulcem ſphæram, Indis *Buay, Bua,* & *Tambong niog,* in hâc *Boa* multoties lapis, communiter orbicularis, colore, & lævore viliorem mentiens margaritam, Indis *Mutiang,* & *Sangur* dictus reperitur, quem variis pollere virtutibus volunt. Horum ex ſeptem quos vidi, & habui major par erat *Meſpillo.* Memoratum *Bua* paulatim

 aſſumendo

aſſumendo incrementum, & abſumendo lacteum liquorem *Butung*, & amygdalinam carnem *Binonot*, germen foramen versùs in oſſeo putamine *Bagol* patens, protrudit, radices agit, & inde aſſurgit, ac adoleſcit novella palmæ planta. *Folia*, ad ipſum exitum complicata, exeunt alterna, terſa ſunt & juncea, uncias duas lata, fermè tricubitum longa, & in tenuiſſimum terminata mucronem. Videamus, & quid rei amplius ex hac palma uſui deſerviat : *VIRES.* Reciſâ ſummitate, ſeu corculo Spadicis *Tayog*, toto anno, & omni tempore deſtillat ſuccus lacteus *Tuba* dictus, & hoc modo omnis futuri fructûs eſſentia, & ſubſtantia in liquorem convertitur, qui calidam hepatis intemperiem, & renes refrigerando urinæ ardorem attemperat, & gonorrhœam curat. Ex dicto liquore *Tuba*, recenti ad ignem decocto fit *Mel*, addendo *Orizæ* decoctæ modicum reponitur ut aceſcat, & acetum præbet. Deſtillatus per alembicum, quem ſuo modo *Indi* componunt, aquam ardentem quam *Daliſay* vocant exhibet, ſed & abſque deſtillatione additis quibuſdam aromaticis, ut *Cinamomo Syl. Radice Galangæ majoris*, *Acoro*, & aliis, fermentationis beneficio *Binarcan vinum* fortiſſimum conficiunt. Ex arbore denique fructu jam effœtâ *Indi* domos integras, & quicquid ſupellectilis requiritur elaborare norunt. Fructûs putamen tomentoſum *Bonot* pro funibus ignem fomentandis aptiſſimum, ſtupæ loco ad liburnicarum conjuncturas, & fiſſuras adimplendas, ac obſtruendas, & ad camelos illos prægrandes anchoris adalligandis conficiendos deſervit. *Bagol*, ſeu ſecundum & oſſeum nucis putamen variorum vaſculorum gerit vices, alii ad ignis gradus intensè augendos deſtinant, *Cinis* verò ſmegmate parando ſpecialiter inſervit. *Gonot*, vel *Punut* ſunt Spathes, ſeu Elatæ, non Spadicis, ſed foliorum, ſeu Sacci, aut colum à *C. Cluſio*, *Exot. fol.* 4. depictum, ſuntque fuſcæ, fortes, & quaſi arte textæ telæ, ſeu folii recenter protuberantis coopercula, aut obvolucra, pedes quinos longa, & duos lata ; ex hoc fiunt Sacci, & ſimilia, ut vela minorum navigiorum, contextu ſirpatis corbibus velamenta, ſuffulcra, à pluvia defendentia pallia, Scopæ, *&c.* Arboris tenellus apex, ſeu corculum, aut Gemma, Hiſpanis *Palmito*, editur crudum in acetario, vel ſale, & aceto conditur, alii decoctum eſitant. Hunc apicem, & unà cum eo ipſam arborem perſequitur, atterrebrat, & emori facit, nigerrimus, fulvo ſplendens, & terſus Scarabæus, *Hoang*, & *Bagang* Indis, Hiſpanis *Tantarida*, pugni ut ferunt ſæpè magnitudinis. Quem reſiccatum adſervo, *Scarabæo cornuto*, ſeu *Cervo volante* Europæo majori, duplo major eſt, coloris ut ſupra dixi, ſtructuræ quoad caput monſtroſæ : Ad latera corneæ capitis teſtæ duo contigua, immobilia, ramoſa, & peracuta exeunt cornua, & paulò infra ſuper oculos ex medio, aliud ſimiliter immobile, brevius, rectum, & obtuſum cornamentum, huic immediatè inſeritur cornu quartum, mobile, falcatum, longitudine par duobus primis, & promuſcidis inſtar ſurſum reflexum, ad cujus latera, oculi magni, rotundi, nigri, & cornei, ora, & muſtaci. Pedes ſenos habet bifalcatos. Alarum corneum, pardum, & ſcutiforme tegumentum ut reliquorum vaginipennium. Procreatur ex lignis putridis, præſertim ligni *Molavin* putrente raſurâ. * *Fœmina* deſcripto minor eſt, cornu unicum, immobile, ac bipartito acumine aduncum habet, ex ipſa capitis teſtâ procedens, alterum, huic ſimile, & mobile oppoſitum, & ſurſum reflexum à capitis parte exit inferiori.

*Vid. *Gazophylac. & Naturæ Artis*, Tab. 14. Fig. 12.

Tertium, qui minor eſt fœminâ nactus ſum ; hic non lævis, ſed ſcaber, & leviter ſtriatus eſt, corniculo brevi, unico, & immobili armatus, in capitis parte ſuperiori quaſi conchylium affabrè impreſſum habet, cætera, ut in reliquis.

Differentias Nucum Indicarum Palmæ Cocciferæ, *invenio* N°. 23.

1. *Linahun* foliis ſuperbit lætè virentibus.
2. *Lubi ſa Bohol*, fructu gaudet omnium maximo.
3. *Pagarao*, humilis eſt, fructu minori præcedente.
4. *Piligpog*, nucem fert minimam.
5. *Pitugo*, [l. *Pitogo.*] Nux ex Sphærico modicè compreſſa, quaſi in mucronem vergens latiuſculum, lævis, biforis, & ſubcandida. *An* lagenulæ ex fructu *Maris Pacifici* C. Cluſii ? *Exot. l.* 2. *c.* 8.
6. *Pitogo* altera, eſt humilis, folio ſmaragdino, ad maris littora inter ſaxa proveniens, hujus palmites turiones aſparagorum ſapore referunt. *Nuces* habet ovo pares, aut minores, quaſi pentafores, ſuperne, & infernè ſtellula ſignitas, quarum caro, ſeu nucleus flaveſcit, & recens eſitatus inebriat, ſecus reſiccatus : Ex earum candido, aut ſpadiceo, & oſſeo putamine varias effingunt pyxidulas auro in grano collecto, aut margaritis ſervandis dicatas.
7. *Layog*, Caudice aſſurgit altiſſimo.
8. *Cayumanis*, Putamine tenero, dulci, & eduli : Carne dulciſſima : aquâ inſipidâ.
9. *Lopiſan*, Carnem nuclei habet plurimam, & craſſam, unde pro oleo parando præ cæteris expetitur.
10. *Bontanum*, Carne paucâ, & putamine primo craſſiſſimo.
11. *Carayhun*, Putamine ſecundo tenuiſſimo.
12. *Saloguyban*, Putamine albo, aut maculoſo.
13. *Dailig*, Tertio fructificat à plantatione anno.
14. *Sabac*, Racemos ex latere, & non de medio protrudit.
15. *Limau*, Putamen tomentoſum habet rubrum.

Reliquæ Species ſunt. 16. *Caligcquib.* 17. *Calimbahin.* 18. *Cumalong.* 19. *Macaſipon.* [l. *Malabipon.*] 20. *Poti.* 21. *Tamiſan.* 22. Et *Tapiaſin.*

23. Et *Species* quæ affertur *ex Lacu Baii*, pumila, vix ſeſquiorgyiâ alta, racemum mittens humum uſque pertingentem.

24. Et *Cocci parvi* purgantes *ſub terra naſcentes*, quos *Petrus Dias* habuit. Non ſunt Palmæ, ſed plantæ longâ radice ſerpentis, ex quâ dependent, deſerviunt & Piſcationi medicæ. *An* Cocci

Cocci *de Maldiva*, tanti appretiati, cujus corticem ſecundum (carnem legerem, quæ vomitoria eſt) efficaciorem eſſe contra venena, Lapide Bezoartico tradit *Johannes Botero Benès.*

2. *De* Areca, *&* Palmis *aliis* Nuculas *minores*, Avellanas, *aut quaſi* Dactylos, *ferentibus.*

1. PAlma *Areca*, *Fauſet*, ſeu *Bonga* minor, multo tenuior, & fragilior eſt *Palmâ Coccifera*, palmis, ſeu tharſis communiter non arcuatis, ſed ſurrectis, aut inflexis, quaſi ex *Cocciferæ*, & *Chamæpalmæ* compoſitis, ità ut poſt longa, ſingularia, & *Cocciferæ* ſimilia folia ad ſcapum bina, trina, aut quaterna invicem coaleſcant ut *Chamæpalmæ*, non tamen ad medium ut in hac, ſed in duas quaſi alas dividuntur. Elatis, ſeu Spathis, Indis *Talùpa*, liberatus *Arecæ*, ſeu Bongæ Spadix, Indis *Alayòay*, conſtituitur ex cubitalibus, vietis, ex viridi flaventibus, & ex frequentium florum veſtigiis lacunatè crenatis, ſpathis Indis *Tancay*, ſeu virgeis ramulis, ſive tenuiori ariſtæ ſimilibus nucamentis, (quale C. *Cluſius Exot. lib.* 4. *f.* 85. titulo *Chamærrhiphe* peregrina, deluſus depingit) ſeſſilibus, & mundo Orizæ grano paribus, candidis, trifoliis, & ſuaveolentiſſimis floſculis lateratim, alternatímve onuſtis. Ad harum Spatharum exitus, non in florum ſedibus, *Arecæ* protuberant fructus: Ex quibus bolos illos maſticatorios *Buyos*, cum folio *Betele*, & *Conchyliorum* calce componunt. Aromaticus *Arecæ* fructus deſiccatus ſuffumigiis deſervit in teneſmo, & aliis, pulvis alvi ſiſtit profluvia, inſperſus ulcera curat, & procidentiæ medetur inteſtini recti, vacillantes confirmat dentes affrictus, & eroſas incarnat gingivas, & Scorbuticis oris ulceribus opitulatur, & aphthis. Fructus ſecundus *Cluſii* à C. *Cluſio* deſcriptus eſt *Areca* ſuo cutaceo putamine tecta, quam cutaceo putamine ſpoliatam, ſed cum fibroſo-tomentoſo integumento, uti & exemptum nucleum pingit in Scholiis ad *Garziam* C. XXV. Fructus autem oblongus, vel potius nucleus quem his adjecit, non eſt Species *Fauſel*, ſed *Nucis* Myriſticæ *Sylveſtris*. *VIRES.*

2. *Arecæ Species altera* fructum fert admodum rubicundum internè.

3. *Tertia*, Bongas valde parvulas, & exiguas.

4. *Quarta*, ſeu *Tambilagao*, Arecas quandoque ovo gallinaceo majores, dulces, aromaticas, & omnium optimas.

5. *Bonga Sylveſtris* Indis *Luyong*, & *Bahil*, Hiſpanis *Palma*, & *Bonga brava*. Hæc ſimilis eſt magnitudine, & forma *Cocciferæ*, ligno conſtat rejecto ſpongioſo meditullio, *Ebeni* matricis modo ſolido, & ponderoſo, in quo per longum in ſubruffa materie nigerrimæ diſcurrunt virgæ, ſeu pectines, tranſverſim diſſectum nigris punctatum conſpicitur maculis: Crematum grato redolet odore, pulvis verò recentia vulnera brevi ad perfectam deducit cicatricem. Fructus,

6. *Banga*, Palma eſt ſimilis *Dactyliferæ*. Fructus *Sinis Kankhian*, eſtque glandiformis, calyci inſidens, durus, oſſeus, coloris fulvi, terſus, & propemodum ex compreſſione quadrangularis, hunc viſum clarificare ferunt, ſi oculorum anguli eo extergantur.

7. *Pugahan*, Palma eſt omnium pulcherrima, craſſior *Coccifera*, verùm humilior, folia lætè virent, & crenata ſunt. *Fructus* quaſi *Dactyli*, * avibus quas *Calaos* vocant in eſcam cedentes, nec alio inſervientes præterquam propagationi. *Floſculi* luteſcentes in frequentibus Spathis, ſeu criſpis, & retortulis funiculorum faſciculis. Juxta Palmitem apicis alba lanugine, ſive tomento *Baroc* dicto, ex quo culcitræ, & ſimilia, obducta eſt, quod multò melius, candidius, & mollius eſt illo, quod ex Palma *Salay*, & *Idiocg*, ſimiliter colligitur. Ex caudicis matrice fiunt edules, & rubentes panes, ac liba, quæ *Sacolan*, & *Bagſang*, aut *Langdang* vocant, nec à *Zagù*, ſeu *Araſip* differunt ſapore, aut uſu, ſed tantùm formâ, *Zagù* etenim & *Araſip* in grana, ut vitia cogunt, pultibus aptiora panibus.

* Vid. *Figuram in Gazophyl. Nat. & Art.* Tab. 28. Fig. 4.

8. *Idiocg*, l. *Hidioc*, l. *Yonot*, l. *Aple*, l. *Amaga*. Palma eſt ſpinoſa, ad cujus tharſos telæ nigerrimæ, ſive Spathæ foliorum, Indis *Lonote*, quæ retiformiter quaſi ex cerdis porcorum contextæ eſſe videntur, proveniunt, ex his diſcerptis cameli navium anchoris adalligandis, ſcopæ, & ſimilia conficiuntur. *Lignum* exterius, virgis, ſeu pectinibus candidis in materia ſubruffa diſcurrentibus variegatur. Cujus ſcobs, ut *Bahil* vulnera recentia citiſſimè conſolidat. Pro fructu Cocculos nuci avellanæ pares, & inutiles gerit, binos ſemper in uno fructu, latere uno planos, duros, oſſeos, & nigros ut *Buli*.

9. *Buri*, l. *Buli*, l. *Goang*. Palma eſt *Coccifera* humilior, verùm diameter caudicis unius quandoque orgyiæ. Non niſi ſemel fructificat, racemum ferens maximum, conſtantem nuculis ſphæricis, avellanæ paribus, aut minoris Juglandinæ, ſolidiſſimis, lapideo-oſſeis, malleo reſiſtentibus, putamine tenui, nigro obductis, ex quibus ſphærulæ fiunt precatoriæ, ſimiles *Coyoli*.

10. *Alia Species Bulic* cocculos fert ex ſphærico in obtuſos mucrones deſinentes. *Folium* habet latum, plicatile ut flabrum, folio *Anahao* ſimili, quod in ſeſquiorgyia longo, carpum craſſo, carinato, & ſpinoſo ſcapo, aſſurgit, & explicatur, ad latera tantum ſpinoſum, compoſitum ex bicubitalibus, & in apicibus obtusè bicuſpidatis foliis, ſimile *Chamæpalmæ*, nec integrum ſed ferè inter bina ac bina profundiori fiſſum laciniâ. Liquorem lacteum *Tuba* copioſum fundit. Ex caudicis meditullio paratur *Araſip*, *Langdang*, ſeu *Zagu* ut ex *Lumbiæ*, *Bugahan*, *Sacſac*. De reliquo ut *Nipa*, & *Lubi* mille deſervit rebus.

11. *Lumbia*,

11. *Lumbia*, Palma, caudice *Cocciferæ* craſſiori, *folio* fortiori, anguſtiori, & ſpinoſo, ex cujus caudicis medulla paratur illud *Malucanum* edulium *Zagu*, aliis *Landang*, & *Araſip* vocatum, de quo vide fusè ſcribentem C. *Cluſium*, *Exot. f.* 5. titulo *Arbor farinifera*. Ex germinibus autem, & non fructu propagatur hæc palma.

12. *Anahao* amat montes, proceritatis palmæ *Cocciferæ*, folium complicatile formæ flabelli, folio *Buri* minus. Caudicis materia extima, lignoſa, duriſſima, ſeu ferrea, nigra, ponderoſa, ſtriata, & *Ebeno* ſolidior, Indis *Bàbe*, ex hac arcus, lanceæ, frameæ fiunt. *Fructus* dulcis, edulis, *Chamæpalmæ* major.

13. *Bigo*, l. *Baganahao*. Litoralia amat, major eſt *Anahao*, materie trunci molli, & candida, *folio* parvo, & ſpinoſo. *Fructu* aſpero.

14. *Hagichic*, l. *Burburan*. Palma humilis folio flabelliformi, peramplo.

15. *Sagiſi*, Similis eſt palmæ *Dactyliferæ*, palmite *Cocciferæ*, fructu verò *Anahao* minori.

16. *Sacſac*, eſt palma ex qua *Zagu* conficiunt, ut ex *Lumbia*, *Buri*, & *Pugahan*. Arborum fariniferarum nomen genericum *Corot*.

17. *Saraſuac*, Palma eſt montana, *fructus* ferens rubicundos, figuræ glandium, quibus in defectu *Arecæ* pro confectione *Betele* Indi *utuntur*.

18. *Nux Naicenſis prima*, ni fallor Palmæ eſt, magnitudine compar nuci *Juglandinæ*, cortice nigro, carnoſo, cui candida irretita reticula, cooperta. Nucleus ſat magnus, candidus, ſolidus, ovalis, ſubſtantiæ carnis *Cocci Indici*, ſaporis ſubdulcis. An *Baguidiot*, fructus alexipharmacus? Ad *Cluſii Exot. l.* 2. *c.* 11.

19. *Nux Naicenſis altera*. Similiter ni fallor *Palmæ*, hexagona erat, vel potius ſenis carinulis depreſſa, candidis, & fermè ſeſquiuncialibus ſetis conveſtita, ſcilicet carne, aut cortice detracto.

20. *Nux Naicenſis tertia*. Et hæc ni fallor eſt *Palmæ*, ſolidiuſcula, ferè ſphærica, triforis, & tribus carinulis, ventribus verò ſenis inſignis, tomentoſo, tenui, albo, & ad carinulas nucis in trinas aſſurgente criſtas tecta involucro. *Ad* C. Cluſii *Exot. l.* 2. *c.* 10.

21. Huc ſpectant *Amygdala Peruviana* de los Andes *A. Calantzæ*, quæ triplo majora communibus, crebra quinquaginta vel centum uno in vaſculo, (fortè ſtrobilo) in palma provenire ſcribit.

Palmæ minus cognitæ, viz.

1. *Atap*. 2. *Anibung*, *Baroc* ferens, ut *Pugahan*, *Hidioc*, & *Salay*.
3. *Bilis*. 4. *Cavong*. 5. *Yorong*. 6. *Salay*. 7. Et *Palar*.

3. *De Palmis Ramoſis, & Fructu Strobiliformi.*

1. DE *Pſeudo-Amomo*, *Garziæ ab Horto* & *Donræi*, Pedem Columbinum referente, ſeu Palma *Pangdan*.

Quondam florigeras Palmæ *Pangdan* Spathas pro Amomo *Garziæ* & *Donræi*, pedem Columbinum referente habueram. Has C. *Cluſius* in *Exoticis* pulchrè, & concinnè deſcribit: cujus fragmenta aliquot ramulis conſtant, quibuſdam foliolis adeò frequentibus onuſti, ut ex ſolis ſoliis conſtare videantur, quæve in extremo ita ſunt diſpoſita, ut floſculum efforment; ramuli iſti ſimul compacti non ineptè pedem Columbinum referre videntur, nullo tamen odore ſingulari, aut ſapore præditi, &c. Provenit verò Palma *Pangdan* ad maris litoralia, caule plerumque multiplici & ramoſo, quem folia aculeis horrida, utì ſunt *Aloës* muricatæ *Magey*, & his ſimilia ad cacumen uſque cochleatim ambiunt. *Folium* ſingulare orgyia longius eſt, & unciis duabus latius, in gibbum elevatum, ad latera præduris & acutis ſpinis ſurſum reflexis defenſum, ad medium verò obtuſis, de reliquo ſolidiuſculum & terſum. *Auguſto* menſe ſpadicem, pedem *Romanum* longum, protrudit ſpathis racemoſum, ex candido-flaveſcentibus, & pulvere farinaceo, odorato ac volatili, qualis in florum odoriferorum apicibus, copioſè, dapſilitérque aſperſis; ita de reliquo diſpoſitum, ut quemvis trium aut quatuor uncias longum ramulum ſeu ſpatham, quæ vix accuratius, quàm à C. *Cluſio* deſcribitur, deſcribi poteſt, pedem plumipedis *Columbæ* eleganter referentem, folium ſeu ſpathe ſimiliter odoratum atque flaveſcens, formæ & magnitudinis involucri foliacei, ſpicæ frumenti Indici *Maizii*, antequam expandatur, contegat. Integer verò hujus *Palmæ* termes, ſive ſpadix, duodecim quandoque habet jam memorata foliacea involucra, operimenta, elatas ſeu ſpathes, & totidem ſupradeſcriptos ramuſculos aut ſpathas: tantæ autem eſt fragrantiæ recens ſpadix, & caput adeo vehementer ferientis, ut cùm primâ vice oblatus fuiſſet, odoris ſui vehementia me inebrians, vertiginem ſimul, & animi deliquium cauſârit, quod nonniſi poſtquam me è hypocauſto, quod ejus infectum erat odore, aliò tranſtuliſſem, evanuit. Attamen à mulieribus odore ejus delectari aſſuetis, habetur in deliciis. In reſiccato autem, qui ruffeſcit, odor ſpecialis nullus, aut ſapor deprehenditur. Hunc odoriferum Elatarum ſpadicem mittit *Pangdan*, quam marem vocant, fructum verò nullum.

2. *Pangdan autem fœmina*, cujus fibroſo-tomentoſa *radix* præbet vicem penicillorum pictoribus, Spadicem exerit non florigerum, ſed fructu prægrandi, gemmato, ex aureo-rubente, & fructus ſeu *Strobilo*, *Ananas* ſimili, turgentem. Ad hunc *Pangdang* florigerum Spadicem, ſeu *Garziæ*,

Garziæ, & *Donræi* ex racemoſo fruticoſum, ſeu ex frutice racemoſum, ac pedem columbinum referens *Amomum*; verſus *Ovidii L. 3. Triſt. Eleg. 3. Atque ea cum foliis, & Amomi pulvere miſce*: Pro foliis videlicet Elatas, ſeu obvolucra, ſive *folia* illa odorata, Spicæ *Maizii* tegumentis ſimilia; & pro pulvere, illum odorum, ac volatilem Spathis, ſeu ramulis liberaliter inſperſum intelligendo, vix non aptè poſſet detorqueri: Si tamen pro foliis, non *Folium*, ſeu *Malabathrum* ſubintelligendum, ſed ad *Amomum* referenda ſunt. Aſt hæc obiter, nullo etenim modo mihi perſuaſerim, hunc *Pangdan* Spadicem *Amomum* eſſe poſſe legitimum, præſertim cum jam de legitimo, ſeu *Tugùs* innotuerit, nam ubi in illo *Semen* odoratum, acredo, morſicatio & alia?

3. *Barugbarug* ſunt fungi in caudice *Pangdang* naſcentes, hos nonnulli *Agarico* ſubſtituunt, ſiccos, & maturos ex ipſa arbore collectos.

4. *Palma ramifera Bariu*, l. *Baliu*. Species *Pangdan*, & ramifera ut illa, eſt *Palma Baria*, cujus folio deſiccato, arctiſſimè in ſpiram convoluto *Byſaiani* antiquitus ad aurium foramina, (quibus *Pamarang*, ſeu inaures aureas, ſphæricas, atque quatuor unciis latas imponebant) lentè, & abſque violentia dilatanda, utebantur. Eſt autem duos, aut tres tranſverſos latum digitos, & cubitos ſenos longum. *Fructus* Arobilos *Pineos* imitantur, qui ut pineas edules nuculas continent. Cæterùm *folium*, & *caudex* variam *Indis* ſuppeditat ſupellectilem, imò & ad innumerabilia, ut *Lubi*, *Nipa*, & *Buri*, utenſilia concinnanda, & effingenda deſervit.

5. *Sabutan*, Palma eſt humilis, ramifera, Species *Pangdang*.

6. *Gading*, Palma ramifera, ſimillima *Pangdang*, verùm in omnibus duplo major.

7. *Calagumay*, Species *Pangdang*, non ramoſa.

8. Alia *Pangdang Species non ramoſa*, folium habet fermè ſpithamâ latum.

9. Alia *Pangdang Species ramifera*, fructum fert *Solani Pomi Amoris*, vocati magnitudinis majoris *Ceraſi*, rubrum, acido-dulcem, veſcum, in cubitalibus racemis, *ſemine* refertum ſimili *Pomi Amoris*.

10. *Palma de Oton*, Simillima eſt *Cocciferæ*, fructu tantummodo differens, qui ſimilis eſt fructui, ſeu *Strobilo Chamæpalmæ Nipæ*, Nipam verò caudicis altitudine, & fructus ſuperat pluralitate.

11. *Ulango*, Palma ramifera, ſimillima *Bariu*, à qua differt quod per caudicis corpus, quotquot ramos, totidem & radices carpum craſſas humum quærentes emittat, quæ deficiente lunâ cæduntur, & fila crebra, fortia, delicata, & flava, pauco adhibito beneficio præbent, ex quibus telæ, ſericeis vix non ſimiles conficiuntur.

12. *Ambulong*, Palma fructum gerit in magno *Strobilo*, ut *Nipa*.

13. *Pitogo de Siam*, Palma eſt pumila, gratioſa, vix orgyiâ altior. *Folia*, tharſi, ſeu rami ſpinoſi, ſeſquicubitales, compoſiti & creberrimis, ſeſquipalmaribus, anguſtis, rigidiuſculis, & porraceis foliolis. *Fructus* videtur eſſe ſimilis Strobilo, ſeu fructui *Ananas*.

14. *Nipa*, l. *Saſa*, l. *Pavir*, ſeu *Chamæpalma repens*, palmas ſeu ramos à repente per lacuſtria caudice, corpore humano craſſo, attollit orgyiarum trium, ſpinis carentes, *foliis* bicubitum, & ſemiſſem longis, unciis duabus latioribus, alternè prodeuntibus, *Cocciferæ* ſimiles, ſed majores. *Folia* uſta tumores reſolvunt, contuſa morſibus medentur venenatorum animalium, pulverata, & inſperſa ulcera manantia mundificant. *Fructus*, in orbicularem, & magnum ſtrobilum, ſeu arctè congeſtum racemum, congeſtus, creber, fuſcus, ex ventricoſo in incertos angulos compreſſus, magnitudine ferè pugni, cujus putamen corticoſo-tomentoſum.

Nucleus edulis, minor caſtaneâ. Ex *Nipa* fermè eadem ſexcenta, quæ ex *Lubi* fiunt, parantur, ut *Vinum*, *Acetum*, *Tuba*, &c.

5. *Arbores quarum Fructus à Floribus ſejuncti ſunt.*

1. *Caſtanea Luzonis* Indis *Manloab*, Boholanis *Cayam*, abundat in Montibus *Malagondon*, *Bohol*, *Zebuc*, & *Paracale*, ubi & *Avellanas* provenire ferunt. *Arbor* mediocris eſt, *folia* ſpithamæa, triunciam lata, obtuſa mucronis loco. Pericarpium, Lobus eſt lævis non hirtus, palmaris, ſeſquiunciam latus, bivalvis, per maturitatem coloris *Caſtanei*, internè candicans, & biglandis.

2. *Glandes Siccas*, ex villa *Loòg* allatas adſervo, ſimiles ſunt *Quernis*, ſed breviores. *Folia* arboris necdum videre licuit.

3. *Smilax Luzonis prima*, Indis *Olayam*, an *Lorit*, l. *Luyos*? *Arbor* eſt mediocris. *Folium* alternum, ſplendens, atrovirens, obtuſum, palmo longius, nervis paucis exaratum. *Glandes* propemodum ſphæricæ, calyce vix non totaliter conteguntur. Harum carnoſus *calix*, & ſubjectus carnoſus *cortex*, ubi maturuerint, tinguntur croceo, & dulceſcunt, eſca avium. *Nucleus* albus eſt, dulcis, & *avellanâ* compar, fragili coopertus putamine. Arboris *Olayam* lac dolorem ſiſtit dentium.

4. *Smilax arbor*, Luzonis *altera*, Indis *Binogulac*.

Arbor eſt ſat magna, & frondoſa. *Folium* promens alternum, palmum latum, & ferè bipalmum longum, mucronatum, atrè virens. *Fructus* eſt glans parva, in biungui caliculo, virens, necnon & albicantibus notata punctis, terſa, & ſplendens, matura rubens, frequens

ad

ad foliorum exitus, nonnunquam Nº 25. *Nucleum* continens album, diviſibilem, edulem, guſtûs ex dulci ſubaſtringentis.

5. *Pinaſter Luzonis*, Indis *Malabohoc*, Hiſpanis perperam *Taray*. Arbor eſt recta, altiſſima, foliis comata tenuibus, acuſormibus, triuncialibus, & longioribus. Fructus eſt Conus puſillus Ceraſo vix compar. Foliorum uſus in balneis, in Scorbuto & Spaſmo.

6. Huc ſpectat *Marianorum Gago*, arbor rectiſſima, ligni ſubfuſci, ponderoſiſſimi, & fundum petentis, ferreæ duritiei, ità ut ob duritiem non inſerviat, ſed negligatur. Foliola gerit tenuia, ut ſunt Pini.

7. *Roſmarinum Ternatenſe arboreum.*

Sinæ foliola afferunt, florum remixta caliculis, neſcio cujus arboris, *foliis* Juniperi minora, odoris ferè mixti ex *Thymo* & *Roſmarino*, ſuffumigiis inſervientia, hæc *Hiſpani* Romero de Ternate *vocant*. *An* arboris *Paiſipaiſi*, quæ procera, folio *Juniperino*, quod *Aniſum*, & *Caſſiam* redolet? *Aniſum Sinicum*, Chabræo *Indicum*, Norimbergio *Philippinicum*. Eſt *fructus*, quem Chabræus *Aniſum* vocat *Indicum*, Cluſius *Damur*, in Luzone *Aniſum Sinicum*, Sinæ *Puika*, alii *Zingi*, Hiſpani *Anis de Sanglay*: Arboris *Panſipanſi*, quæ abundat in montibus *Boholanis*, folia ferentis latiuſcula, odorata. Hujus Iconem, & deſcriptionem communicavit *Fran. Ant.* de la Zarza. *Panſipanſi* arbor, *Buraguenſis* altitudinis duarum orgyiarum: *Baclayonenſis* ante viginti annos, à *Joanne Avila* plantata, caudice nunc eſt craſſo trium ſpithamarum, alto orgyiæ unius uſque ad ramos, unà cum ramis duarum circiter orgyiarum, necdum florem tulit, aut fructum. Arbor ut obſervo ſimilis eſt facie arb. *Cayutanæ*, ſeu *Fagaræ*, à qua differt, foliis alternis, & lævitate, ſeu quod ſpinis careat. Cubitales tharſi, ſeu Folia compoſita, ex undecim, tredecim aut quinquedecim rarenter crenatis, alternis, mucronatis, ſeſquiunciam latis, & palmo longioribus conſtant foliis. *Panſipanſi*, ſeu Aniſi Sinici Flos, eſt racemiformis, & exalbida congeries, magnitudine Piperis, frequentium, & Flocco-muſcoſorum nucamentorum.

Non eſt hujus Claſſis, refer ad titulum *Arborum pericarpio pentafori, fructûs ſicco ſtellato.*

8. *Cupreſſus altera*, ni fallor advena. Ramuſculis luxuriat arcuatis. Floret Junio, floſculi tetrapetali ad imum propullulantes ramuſculorum, cœruleo-cinerei, binis ſeſſilibus gravidi apicibus.

9. *Morus alba Luzonis ſpontanea*, Indis Pumila eſt *arbor*, maximam quam vidi vix ſeſquiorgyialis erat altitudinis, & jam annoſior.

6. *Salici affines Arbores.*

1. TUgus, B. *Dayonot*, T. crenatum, alternum, *Arbor* fruticans vietis virgis, *folium* gerit ſimile arbori *Dodonot*, cujus ſpecies eſt, ſed tenuius, infernè ſine lanugine albeſcens. *Julus* floreſcens, primùm quaſi terſus eſt, mox in piloſum, albeſcens, dein ex viridi flaveſcens, ex minimis compilatum granulis evadit ſeminiferum nucamentum, ſpithamæum, & tenue, eſca *Damularum*. Arbor *Dayonog* corticis raſura, reſinâ commixta, & temporibus impoſita dolorem lenit cephalicum.

VIRES.

2. *Manguit*, ſpecies eſt *Tugûs*, & ei in omnibus ſimilis, excipe quod nucamentum virens, *Julo* Piperis *longi* compar, & ſeminalia vaſcula, ſint parvi, incani & foliacei utriculi.

3. *Dolonot*, T. *Hinderamay*, B. *Pegapega*, H. Frutex eſt ſæpius arboreſcens, ligno adoleſcens *Saligno*, albo, fragili. *Cortex* prior cinereus, alter virens, tenax, corticoſus, funiculis parandis aptus, viſcoſo-ſuccoſus, qui raſus recens, & ulceribus impoſitus, ea citò emollit, & tenaciter inhærendo purulentam radicem, ut vocant, extrahit. Idem præſtant tenella folia. *Folia* minutim crenata ſunt, alterna, tenera, palmum lata, ſeſquipalmum longa, ſed & multò majora, trinis luculentioribus fulcita nervis, veſti applicata pertinaciter inhærent. Ad foliorum pediculos viridè caneſcentes, ſeſſiles, muſcoſi, florigeri globuli. Vulneraria eſt planta, iiſdemque pollere prohibent viribus quibus *Agonoy*, ſcil. emolliendi, diſſolvendi, detergendi, cicatrizandi.

VIRES.

4. *Hanargon* vel *Hanagdong*. Arbor procera, *folio* rotundo-mucronato, quaſi trinervio, crenato minutim, alterno, ſubruffis nervulis diſcriminato. *Flore* ad foliorum ſinus in pilulis, crebro, albo, muſcoſo. *Folia* unà cum pauxillo calcis contuſa, & ſub cinere cocta, expreſſa, liquorem manant oleagineo-lacteſcentem, qui calidè tumoribus ex defluxione humorum ortis illitus, eos diſſipat, atque reſolvit.

VIRES.

5. *Hantitigao*, Frutex, *cauliculis* ſibi alarum modo oppoſitis, & crebris fruticans. *Folia* fert ex adverſo poſita, ſeſquipalmaria, ſeſquiunciam lata, in acutum mucronem vergentia, ex glauco virentia, nervorum loco punctata. *Flores* niveos, muſcoſos, in palmaribus quaſi ſpiciformibus *Julis*.

6. *Lingalingahan*. Arbor fragilis, *folium* promit alternum, crenatum, ſimile folio *Malvæ Sylv.* Huyatis. *Floſculi* creberrimi, perpuſilli, herbacei, tripetali, in longioribus juliformibus racemulis ad foliorum exeunt ſinus.

7. *Culatay*, Frutex facie Salicis. *Virgultis* ſerpit longiſſimis, vimineis, in arenoſis fluvii *St. Matthæi* marginibus, foliolis alternis, creberrimis, ſubhirſutis conſitis. *Flores* in quinque-unguibus caliculis rotundifolii, pentapetali, purpurei, pleni ſtaminibus. *Radix* longa, corticis ſublutei, carnoſi, ſubdulcis & viſcoſi.

8. *Altera*

8. *Altera* ramoſa eſt *foliis* tenuibus, bipalmum longis, alternis, ad quorum quoſvis ſinus unciâ longiores racemi, coloris nativi, *baccis* pipere minoribus onuſti, prodeunt.

7. *Arbores Flore Fructuve aggregato, ſeu ex pluribus Compoſito.*

1. DE *Ficu Indica Syl.* ſeu *Balete laurifolia prima.* Hujus claſſis eſt *Ficus* Indica *C. Cluſii* & aliorum, é ramis emittens radices, in novos, & traduces arborum caudices abeuntes: Eſtque eadem cum *J. Linſchotani* Arbore radicum, *Luſitanis* Arbol de Raiz, & Arbol de Grallas, quantumvis Cluſio, ob innumeras ac multifidas radices ſuſpecta ſit. Verùm *Ficum Indicam Sylv.* ſeu *Balete*, aut *Baliti Laurifoliam*, recenter enatum, & puſillum *Danaquit*, aut *Dalaquit*, & jamjam in arborem annoſam evectam *Nonoc* & *Nonot*, hujas *Indus* vocat. Hujus *folium* cum folio *Ficûs Indicæ cauleaceæ* Palantano *Scaliger* videtur confundere. Nomen *Saxifragæ* omni jure ſibi fruticeſcens adhuc *Balete*, vindicat ob ædificia, & ſaxa quibus communiter innaſcitur, ſeſe infigit, ſtrictiſſimè adhæret, & irradicata inſiſtit, donec tandem Saxa, muros, & ſæpius domus integras diruat, ac dejiciat. *Radix* tenellæ arboris formæ *raphani*, carnoſa, dulcis, arbore ipſa uberius lacteſcens. De reliquo inutilis ligni arbor: exoritur autem ex ſemine *Erucæ* multò minori, at maxima, & omnium harum Inſularum cenſetur vaſtiſſima, & tantæ amplitudinis, ut in caudicis ſeu radicum coaleſcentium, & caudicem conſtituentium concavo, ſimul ac ſemel hominum centum quieſcere poſſint, ſub umbra verò plures quàm milleni protegi. *Balete* fuiſſe videtur arbor, quam in *Samar* circum *Catbalogan*, ob *Indorum* ſuperſtitiones, ſuccidi juſſit *Hieronymus Perez*; plus autem quàm centum & viginti pedes in ambitu habebat ipſe truncus. *Didacus Lepe* in *Braſilia* Regium inſcripſit nomen Arbori, quam ſedecim viri protenſis manibus complecti non potuere. *Zeiba* Nicaraguæ *arbor* craſſitudinis exorbitantis, utpote cujus circumferentiam quindecim aut ſedecim homines nequeant amplecti. In *Mexicani* Regis viridario arbor erat, ſub cujus umbra mille homines protegebantur. *Melchior Barros* invenit arbores, quæ impetum æquabant jactatæ ex arcu ſagittæ. Hinc minimè fidem excedit, illud *Virgilii*,

——— Vincere ſummum,
Arboris haud ullæ jactu potuere ſagittæ.

Sic Palatium Regis *Ambibeibæ* in arbore extructum, nulla virilis lacerti vis jactu lapidis attingere poterat. Ità & *Quercus* Teutonibus quondam, ut *Ambibeibæ* ſua arbor caſtellum fuit. Pinum *Attali* craſſam fuiſſe tradunt pedes viginti quatuor, altam verò ſexaginta & ſeptem. Sed hæc tranſeunter. Mirabile autem eſt, nunquam noſtræ tantæ vaſtitatis arborem *Balete* in terra enaſci, ſed ſemper aliis in arboribus, ſaxis aut ædificiis. Hujus adoleſcentia ità ſe habet: recenter enata in aliâ arbore planta, omnium primò tenuia, vieta & prælonga aliquot fila humum quærentia emittit (utpote præſcia, in tantam ſeſe abituram molem ac foventis arboris non ſuffecturum nutricium ſuccum) quæ irradicata liberaliter novum novæ arbuſculæ ſuppeditant ſuccum nutricium, & alimentalem, quo refocillata, utì & uberius nutrita, mox plurimùm aſſumit pro viribus, & poſſe incrementi, & ſine morâ innumerabilia jam dicta, omni ex parte emittit, & diſpergit ſeſe radicantia filamenta, quibus ingrata nutricem arborem, cujus in ſinu enata & fota eſt, retium aut funiculorum adinſtar celeriter undequaque circumdat, conſtringit, jugulat, ac impiè ſuffocat & emori cogit: occurrunt verò paſſim itinerantibus jam dicti audacis ingratitudinis amplexus. Arboribus *Balete* Indi olim neſcio quid Deitatis tribuebant ſuo more. *Folium* Laurino brevius, alternum, ſplendens, terſum & mucronatum. *Fructus* Ficus ſunt parvæ, orbiculares, rubræ & inſulſæ. Lacteus ſuccus corticis, aut radicis vulnera citiſſimè conglutinat, rupta conſolidat, & præſertim abſciſſos nervos feliciter unit. *VIRES.*

2. *Balete laurifolia altera*, Folio gaudet *Havili* anguſtiori, alterno ut prima, ad cujus ſinus binæ ac binæ ficus, cicere majores, in longioribus pediculis, pyriformes, ſubvirides & purpureis maculis variegatæ.

3. *Balete tertia ſpathifera.* Folia gerit magna, mucronata, terſa & ſplendentia, quibus inanes ſphærulæ, ut Gallæ innaſcuntur. In apicibus foliola tenera ſpadice *Palantinorum* modo imbricatim compacta, & elatis purpureis intecta congeruntur.

4. *Balete quarta Folio Mavolo.* Folio lætatur tertiæ majori, folio arboris *Mavolo* ſimili magnitudine, formâ & lanugine partis averſæ.

5. *Balete Luzonis quinta.* Folio comatur ſpithamâ longo, ſeſquipalmo lato, ſubhirſuto, valdè venoſo, trinervio & aſpero ut folium *Iſcio.* *Fructus* fert magnitudinis *Caſtaneæ*, ſeu ſeſſiles, & ſubplanos ſtrobilos, luridè virentes, quaſi exuccos, ex numeroſis conglomeratos acinis, ſeu duriuſculis, & lacteſcentibus ficellis, in tricubitalibus, & vietis flagellis.

6. *Balete Luzonis ſexta. Folio* luxuriat bipalmari, ſubrotundo, crenato, nervoſo & mucronato. *Fructu* verò magnitudinis *Pyri Moſchatellini*, ſubviridi, inſulſo.

7. *Havili Luzonis prima*, Species *Ficus Indicæ ſylveſtris Balete. Folio* eſt ſimili foliis *Pandacaque*, tenui ſcilicet, lætè virenti & ſociato. Ad foliorum ſinus *ficus* exeunt parvulæ, orbiculares, virentes.

8. *Havili Luzonis altera*, aliis *Tabog*. *Folium* habet alternum, priori majus, & venoſius, læve, ut folium *Aurantii*, formæ & magnitudinis folii *Bilingbing*. *Ficus* molles, virentes, formæ & magnitudinis fructûs *Banquiling*. Lac concretum, tenaciſſimum eſt, recenter prolectum cauterii potentialis vices agit, & ignis actualis modo urit, & exulcerat.

9. *Havili Luzonis tertia*. *Folium* fert pulchellè venoſum, perpolitum, & protenſius mucronatum. Ad ejus exitum ſemper binas, ac binas *ficus*, *magnitudinis* nuclei *avellanæ*.

10. *Havili Luzonis quarta*. *Folio* ornatur craſſo, glabro, eleganti, magnitudinis tertiæ, ſeu palmari, aut ſeſquipalmari. *Ficubus* viridibus, decem communiter per ambitum gratioſè ſulcatis proſtantiis, ex orbiculari ſubplanis, in ramuſculorum apicibus congeſtis. Lac veſicat ut Secundæ, & folia *Camaeſæ*.

11. *Havili Luzonis quinta*. *Folia* exerit, ferè palmam lata, ſeſquipalmum longa, alterna, nervoſa, polita, pulchella, & lætè virentia, necnon ſubobtuſa. *Ficus* glandiformes, flavo virentes in quadriungui caliculo. Lac tenaciſſimum eſt, & inſipidum.

12. *Ficus Indica* Syl. Indis *Iſis*, *Iſcio*, *Aſſio*, *Scioſcio*, & aliis *Agupit*. *Folio* luxuriat diverſiſſimo, aſperrimo, & incerto, ità ut in una eademque arbore obſervaverim folia crenata & non crenata, inciſa & non inciſa, triſulca & multiſulca, anguſta & tenuia, alia ampla, brevia & alia longiſſima. *Ficus* ſphæricæ ſunt rubentes, magnitudinis glandis plumbeæ, inſulsè dulces, pueris & avibus veſcæ. *Folia* ob aſperitatem ligneo ſupellectili perpoliendo deſervit. *Fructus* contuſi, cocti, & emplaſmatis modo ventri impoſiti, dolores colicos à fladeſervit. *Fructus* contuſi, cocti, & emplaſmatis modo ventri impoſiti, dolores colicos à flatibus ortos lenit, ut *Tibig* primæ. *Corticis* mediani pulverem, vel decoctum exhibent in gonorrhœa, & ad morbillos expellendos. Lac Scabiem, lichenes, callos, clavos, & verrucas extirpat.

13. *Iſis altera*. *Folio* aſſurgit *Querno*, nunc alterno, nunc ſociato, aſpero, mucronato, venoſo. *Ficus* gerit orbiculares, rubentes.

14. *Iſis tertia*. *Folio* eſt ut prior aut alterno, aut ſociato, *Laurino* pari ſed in palmarem, & tenuem abeunte mucronem. *Ficus* exalbidæ, rubro punctatæ, orbiculares, *Ceraſo* pares.

15. *Iſis quarta*. *Folio* gaudet tertiæ minus mucronato, *Querno*, & nervoſo, aſpero, ſingulo, vel conjugato. *Ficu* parva viridi, ſemine *Mungô* compari.

16. *Ficus Indica Syl. major*, Indis *Tibig*. *Folia* explicat magna & ampla, per ambitum undulata, foliis *Tabaci* breviora. *Ficus* promit in magnis, & geniculatis, è caudice protuberantibus racemis, Pomo *Miſpiaco* ferè pares, flaventes, punctatas.

17. *Tibig altera*. *Folia* exerit foliis arb. *Catmon* ſimilia, ſpithamam longa, ſeſquipalmum lata, rarius & majuſculè denticulata, *Florem* corymbi, aut pilularia nucamenta in cubitalibus flagellis, muſcoſa, fuſca, *ſemine* Mungô *paria*. *Ficus* pariter, ut primæ, in magnis racemis de arboris trunco propendent, pomo ſuppares, virides, magna hiantes concavitate.

18. *Ficus Indica* Syl. *Paquiling* vel *Sumag*, Indis. *Folia* ſunt leviter crenata, alterna, ſpithamæa, exucca, aſperrima, latere ramos ſpectante, à nervo medium ſecante, multo anguſtiori altero, odorifera ſiccata, & ideo *Indi* ea *Orizæ* decoquendæ ſubſternunt. *Ficus* ſphæri-co-turbinatæ, hirſutæ, ad medium quaſi tribus unguibus notatæ, habitiori *Ceraſo* pares, externè virentes, internè croceæ, in racemis ad foliorum exitus.

19. *Paquiling altera*. *Folia* gerit priori ampliora, minutim crenata, *Ficus* orbiculares, in parvo, & quadriungui caliculo, umbilicatas, rubentes, magnitudinis *Meſpili*, in racemo congeſtas.

20. *Ficus Indica Syl.* Indis *Kulis*. *Folio* ſuperbit pulchello, ſplendicanti, terſo, & lætè virenti. *Fructu* verò pyriformi, rubello, dulci, veſco, in ramorum apicibus frequenti, *Pyri moſchatellini* magnitudinis.

21. *Ficus Syl. Indica*, *Tubug*. Arboris *caudex* ex atro rubet, maculiſve virentibus ac candidis variegatur, *lignum* nullo modo flammas concipit. *Folium* obſcurè & luridè viret, ſpithamæum eſt, & fermè palmum & medium latum. *Ficus* Ceraſo *majores*, ferrugineæ, in racemis frequentes è caudice propendent.

22. *Ficus Indicæ* Syl. Species eſt & *Labni* in Sanguil *Tinay*, cortex excellens *Conſolida*, ficubus ſimilibus *Iſcio*.

23. *Ovangan*, item 24. *Hope*. 25. *Yine*, *Lamiyo*, & 26. *Palapat*.

27. *Putad*, l. *Potad*, ſeu *Palma-ficus*. *Caudice* aſſurgit recto & alto, nec ramifero. *Folia* bicubitum longiora, nervoſa, aduncè crenata, in ſummitate radiatim congeruntur, inter quæ *ficus* pyriformes, nuce *Juglandinâ* potiores, ſtriatæ, ſubfuſcæ, duriuſculo, & corticoſo putamine donatæ lacteſcentéſve congeruntur.

1. *Cynogloſſum Arbor*. Hiſpanis in Luzone *Lengua de Perro arbol*, Indis *Baët*, *Talinaſſo*, *Surofuro*, & *Sorogſorog*. *An Species Euphorbii?* Planta eſt arboreſcens, ſeſquiorgyialis, nec lignoſa, nec herbacea, ſed *Tunæ*, & *Cereo ſpinoſo* analoga, ſpinis horrens, perpetuò virens, copioſè lacteſcens, & ſepiendis hortis aptiſſima. *Caulis* ſi annoſior, teres, brachialis, & ſubfuſcus; ſi tener virens, & quinquangularis, angulis cochleatim retortis, & undulatim in eminentiores foliorum ſedes elevatis, ut ſunt rami in adultiore planta. Ad foliorum ſedes perpetim gemini, fuſci & adunci aculei: *Folia* maxima ſpithamæa, reliqua ſeſquipalmaria, aut palmaria tantùm, craſſa ut *Sempervivæ*, & nullis luculentioribus exarata nervis, præter per medium excurrentem qui angulosè prominet, oblonga, in obtuſum vergentia mucronem, & ubertim lacteo, acido-ſubadſtringente liquore ſcatentia. *Flores* exigui ſupra foliorum exitus, trini ſemper in uno pedunculo, fermè ſeſſiles, quorum medius habitior, pentapetalus, petalis curtis, & craſſis, flavens, relictâ in medio planâ, & pentagonâ areolâ. Seminis vaſcula rarenter perfici videntur. Lacteum ſuccum epotum ventrem ſubducere ferunt, auribus inditum

inditum tinnitum tollere, lichenibus, ac ulceribus sordidis & malignis impositum, ea extergere, & mortificare, ut *Dracontium Lunàs, Perende* Malavarensium, & Ulcerariam *Alexandri. Folia* contusa, & sale mixta pisces inebriant, ut *Cocculus orientalis* piscatorius. Hæc balneis adjiciunt vaporosis in cura Morbi Gallici. Convulsivum illud symptoma Scorbuticis superveniens ex refrigeratione, suscepto madore, aut etiam potu aquæ frigidioris, Indis *Pagcuru*, quo lingua, & membrum virile spasmodicè retrahuntur, curari affirmavit *Hyacinthus Capdevilla*, folia *Sorogsorog* linguæ imponendo, & succum *Magey*, id est, *Aloës Muricatæ* assæ propinando.

8. *Arbores fructu ex pluribus composito, eove Conoide squammoso.*

1. ATHE arboris *caudex* rarò fœmur crassitie æquat. In *Luzone* sexto, plantam à semine enatam, mense fructiferam vidi. *Folia* alterna, palmaria, sesquiunciam lata, obtusè mucronata, cæsiè virentia. *Flores* ex tribus viridè flaventibus, crassis, & angulosis petalis, & flavo constant disco, seu umbone. *Fructus* est conoides, squammosus, ex viridi (ob superinductum quemdam album, tenuissimum, & quasi roridum mucum) albescens, farctus alba, acido-dulci, & butyracea pulticula, quasi in dentes cuneiformes digesta, quibus crebra oblonga, nigra, splendentia, & *Pineæ* crassiora, nuclei albi impacta officula.

2. *Chirimoia*, Species est *Athe*, arbor major est, folia, flores, & fructus *Athe* similia: *Fructus* quandoque bipalmum longus, dulcissimus, & puto dulcescit dulcedine dulcius ipsâ, hinc præfertur huic, fructus *Athe* qui gratior palatui quia acido-dulcis. Differt, quia l. pluripyrenus ut *Athe* l. exos.

3. *Anona*, *Arbor* est procera: *Folia* foliis *Athe* majora, & magis acuminata. *Flores* iisdem tripetali: *Fructus* duplo, aut triplo major, coloris ex subluteo, aut etiam nativo, rubentis, & squamis minus prostantibus, aut distinctis, nec ità friabilè arenosis, nec singulatim decedentibus ut in *Athe*, sed magis cutaceis. *Caro* alba, minus butyracea, *officula* majora, & fusco-rubentia.

4. *Anona Sylvestris*, arbor est alta, passim viâ quâ *Mexico Acapulcum* itur abundans. Fructus *Simiis* in escam cedit.

5. *Anonilla de Tabasco. Fructus* est formæ exiguæ *Anonæ*, laxativus, aromaticus, adstrictoria simul pollens virtute, unde in alvi profluviis Panaceæ adinstar perutilis est.

6. *Arcbam* arb. *Jacobi Zanonii*, hujus *radix Matris Dei* dicitur, *Folia* habet tripartita, solida ut *Myrtus*: *Flos* alba, è cujus medio oritur fructus squammatus, figuram piscis habens, qui in pulverem redactus, & cum aqua bibitus, est optimum remedium pro febribus. Mihi retulêre fruticem esse spinosum, radicem aqua dissolutam, & illitam tumores dissolvere, specialiter scirrhosos, extergere carcinnomata, & maculas oculorum sanguinolentas, nubeculas verò, & suffusiones succo *Limoniorum* mixtam. Vulnerariam esse insperſam, & assumptam. *Radix* quam habui, erat lignea, solida, subflava, crassitudinis sesquiuncialis, tantillum ex aromatico-amaricans. *Cortex* deforis griseus erat, internè helvus, carnoso-succosus, saporis ex subdulci, *ligno* magis aromatici, & amaricantis. *VIRES.*

9. *Arbores Fructu Tuberculoso echinato.*

1. DUrion, in Mindanao *Dulian*. Arbor magnitudine æmulatur *Juglandem*, *foliis* est *Laurinis*, *floribus* ex candido flaventibus; difficulter propagatur, & viginti circiter annis cunctare solet, antequam fructificet. Invenitur in *Macassar*, *Bornei*, *Malaca*, *Dapitàn*, *Samboàngan*, *Jolò*, *Basilan*. *Fructus* celeberrimus est, & ab omnibus dilaudatus, Conoides, tuberculoso-echinodes, magnitudine *Melopeponis*, cortice denso, nec adeò duro, coloris viridescentis, formâ propemodum conveniente, cum cortice fructûs *Nancæ*, *Dugdug*, *Rhymay*, *Marenes*, *Camangsi*, *Atipolo*, qui omnes cortice conteguntur verrucoso-echinode, obtusioribus verò, & longioribus, moleculisque aculeis, his omnibus obsitus est *Durion*. Maturus facilè in senas dispescitur partes, ob totidem carinulas, per longum excurrentes, exhibentes massam butyraceam, nive candidiorem, & inassuetis ob odoris cæpacei vehementiam, adversam, assuetis verò gratissimam. Nuclei cocti, & tosti, ut *Nancæ* eduntur.

2. *Fructus Paradisi Insulæ Iolo*, Hispanis *Fruta del Rey*, quem *Alzina*, *Combes* & *Colin*, nullo *Europæ* fructui præstantiâ cedere scribunt, ni fallor, congener est *Durioni*. Deforis violaceus est, cortice crasso, & rudi, magnitudine *Pomi* habitioris internæ, cuneiformes, carneæ, offæ coloris rosei, quibus nuclei insunt amygdalis jucundiores. Tanti æstimabatur à *Mauritanis*, ut non nisi Regi, & regiâ descendentibus prosapiâ delibare liceret, putamina verò, ut res sacræ, inter vulgum distribuebantur.

3. *Nanca* in Luzone, in Malabar *Jaca*. *Arbor* ſat alta, & vaſta, frondoſa, *ligno* levi, flaveſcente, & non facilè corruptibili, hinc ad inſtrumenta muſica paranda, expetitur. *Folia* ſpithamæa, alia pedalia, hæc bipalmum, illa ſeſquipalmum lata, flavo-virentia, craſſiuſcula, aromatica, & alternatim appenſa. *Floris* loco mittit *Julum* flaveſcentem, digitum longum & craſſum, qui, ut volunt, in fructum adoleſcit, hunc in *Nanca*, *Camangſi*, *Atipolo* & *Tugup*, Indi *Aclan* vocant. Croceum elate, ſeu involucrum, integit tenellum *Julum*, ſeu fructum, ſimul & tenellius folium, unà cum tenerrimo ſibi ſimili alio involucro, quod pariter viciſſim alia dictis ſimilia concludit, & ſic in infinitum, ut ità dicam. *Fructus* ovalis eſt, prægrandis, quandoque quinquaginta librarum, plerumq; de caudice, & ramorum craſſioribus, uti & ex ipſa radice ſubter humum exiens, quem intumeſcentia & terræ circa radices fiſſuræ indicant. *Cortice* obtegitur viridi craſſo, conſtante ex verrucoſis papillis, farctus verò eſt maſsâ albâ, ſpongioſâ inſipidâ, & inutili, in cujus concamerationibus, offæ carnoſo-cutaceæ, citrinæ, cæpas olentes, dulces, guſtui gratæ deliteſcunt, candidis, mediocres caſtaneas magnitudine, forma & ſapore referentibus nucibus, gravidæ. Difficilis hic fructus eſt digeſtionis. Nuclei *Saccharo*, ut *Amygdala* obducti, ſecundis deſerviunt menſis. *Nancæ* caudicis *cortex* contuſus & temporibus appoſitus hæmorrhagias ſiſtit.

4. *Camangſi*, arbor eſt mediocris, montana, ramoſa & fragilis. *Folia* ampla & craſſa, bi- aut etiam tricubitalia, ſeptem aut novem in mucrones vergentibus lobis ornata: *Julus* ſpongioſus, pollicem craſſus, ſpithamâ longior luteſcens, & molli obſitus ſcabritie, hunc in Siao *Cocca* vocant. *Fructus Nancæ* ſimilis eſt, ſed minor, lacteſcens, & ramorum ſummitatibus appenſus, ut fructus *Atipolo* & *Tugup*. Nuces fructûs decocti, edules evadunt. *Fructus* ſub cinere coctus eſtur, ut *Rhymay*. Caro *Saccharo* conditur. Lac concretum tenax eſt & candidum, conſiſtentiæ *Gummi Ammoniaci*.

5. *Atipolo*, Arboris, *maris* folium ſexduplo majus eſt *fœminæ*, de reliquo lobatum, ut eſt *Camangſi*. Arbor ſylveſtris eſt ut *Camangſi*, ſed caudice proceriori, & craſſiori, non rarò pedum quindecim diametri, *ligno* ſolido, reſinoſo, & amaro, ætatem ferente, quapropter ad Monoxyla queritur. *Fructus* fructui *Camangſi* minor eſt, verùm non flavens ut ille, ſed rubens. Reſinoſum *Gummi* ex lacte coagulatum *Cololot* vocant, candidum eſt, & tenaciſſimum, unde Viſci loco deſervit, & cultris manubriis inſerendis aptiſſimum.

6. *Tugup*, l. *Togop*, Leytenſium, in Mindanao *Maranes* vocant. Arbor montana eſt magnis tudine *Atipolo*, *Ligni* fragilis, & levis, Folii *Atipolo* majoris. *Fructus* luteſcit, & flexibilibus horret aculeis, maſſa repletus eſt alba, dulci, mollicula, cui grana nigra pineis ſimilia innatant. *Maran* ità deſcribit *Combes*, *Fructus* magnitudinis *Melonis*, corticis craſſi, rarenter oculatim echinati, friabilis, & corticis *Anonæ* modo facilè ſquammatim ſeparabilis, *caro* butyracea, alba, *oſſibus* ciceri paribus, ſuperinducta ut in *Athe*. Lac in Gummi coit rubens, inodorum, tenaciſſimum, quod ut Viſcum ad aves decipiendas deſervit.

7. *Rhymay Marianorum*, Arbor eſt *ligni* fragilis, reſinoſi, & viſcoſiſſimi lactis, ad caudicis imum lata emittens fulcra. *Folia* magna trilobata, viciſſim in minores diviſa lobos. *Fructus* cortice tuberculoſo papillari intectus, flaveſcens, magnitudinis capitis humani, nucibus carens, crudus non eſt veſcus, ſub cinere coctus panis eſt ordinarius *Marianorum*.

8. *Dugdug Marianorum*. Similis eſt *Rhymay*, ſed minor.

9. *Arbor Fructu Echinoide*, *Catanduanenſium*. *Fructus* veſcus eſt, aculeis molleculis obſitus, ut folliculus *Achiotl*, ſed major eſt.

10. *Bangi*. Arbor *folio* gaudet mediocri. *Fructum* gerit magnitudinis *Aurantii* Sinici *Lucban*, viridem, orbicularem, tuberculoſum, ſeu verrucoſum, edulem, cujus nuclei inebriant, canes verò interimunt, niſi aqua potiantur. Lacteſcit.

11. *Gumihan*. Arbor, ſpecies *Atipolo*, cujus *folio* gaudet. *Fructus* formæ eſt *Camangſi*, verùm mollibus, & ſeſquiuncialibus aculeis, ut *Erinaceus* horridus. Ex lacteo ſucco viſcum conficiunt avibus inviſcandis dicatum, *Indis* Polot, & Badta.

12. *Bancal*, *Tag*, *Cabac*, Byſ. *Maludbalan*, *Catan*, & aliis *Hambabalor*. Arbor eſt magna, & vaſta; *cortex* fuſcus, craſſus, & adſtringens: *Lignum* flavedinis *Gummi Guttæ*, ſed evaneſcentis, luteo inficiens. *Fructus* pomo minori ſuppar, ex albo virens, imbricatim ſquammoſus, & *floribus* parvis, candidis, ſuaviſſimè olentibus undique obſitus, prouti fructus *Nino*. *Lignum* tingendis, & inficiendis lineis, goſſypiniſve aureo colore deſervit. *Folium maris* ex viridi morellum, *fœminæ* ex viridi flavum, cæterùm ſpithamæum, ſeſquipalmum latum, & obtuſum, quod ſub cinere coctum, & impoſitum dolores mitigat, tumores reſolvit, ulcera emollit, vulnera mundat, contuſa conſolidat. *VIRES.*

An *Lignum Bugia*? ſeu *Lignum Americanum flavum*, **Fuſtick-wood**? An ab hoc diſtinctum, *Lignum* flavum ut *Gummi Gutta*, *Malagondonenſe*? Eſt arboris magnæ.

13. *Oſa*, *Uſao*, *Yſao*, Boholanis T. Panungian: in *Malagondon* Alpay, *Hyſpanis* Lechias, *Sinis* Li-chi. *Arbor* altitudinis eſt *Juglandis*, folia *laurinis* majora, alterna, ſpithamæa, pronâ parte morella, & nervis fuſcis exarata, *Flores* candidi, & odoriferi. *Fructus* parvo ovo gallinaceo ſæpe compar, verrucoſo-membranaceo cortice intectus, primùm viret, maturus rubet, deſiccatus fuſci eſt coloris, continens buccellam carnis candidæ, diaphanæ, & gratiſſimi, acido-dulcis ſaporis, in qua *nucleus* oblongo-teres, lævis glandiformis, rubrè fuſcus latet. *Abundat* in montibus *Batàn*, *Palicpicàn* in *Zebù*, *Bohòl*, & *Baſilàn*. Huc ſpectat fructus à *Cluſio* pictus & deſcriptus *fol.* 36. *No.* 5.

14. *Boa*, *Boboa*, *Boboas*, *Boasbas*, Byſaianis, Sinis *Lung-yen*, id eſt, *Oculus Draconis*, Hiſp. *Longanes*, *Lanzones*. Aliis & *Langareiſan*, & *Alangaviſan*, *Coacles*, *Aluray*, *Tambis*, *Alaviao*, & *Hangiap*. Diverſis ſcilicet in Provinciis. Arbor *Ceraſo* ſimilis, ſed *folium* longius, & tenuius eſt annuè bis fructificans. *Fructus* ex melioribus, & ſanioribus appetiſcibilis, & innocuus, etiamſi *VIRES.*

amſi liberalius eſitetur, copioſiùs aſſumptus urinam facilitat, & ejuſdem attemperat ardorem, recens ſaporis ſuavis acidulo-dulcis, paſſus uvas paſſas ſapit, racematim de caudice arboris proveniens, figuræ, & coloris pruni *Brunenſis* habitioris, putamine verrucoſo-membranaceo coopertus, quod in ſicco fragile eſt, & rubrè fuſcum. *Caro* niveo-pellucida eſt, oſſiculo obvoluta, quod ſphæricum, avellanæ compar, nigrum, politum, & ſplendens, cujus nucleus amarus, & lumbricos fugans. *Langareiſan*, ſeu *Mangaviſan*. *Aluray*, ſeu *Tambis*. *Akaviao*, & *Hanguiap*. Et *Coacles* ſi non ſunt nomina ejuſdem *Boa* diverſarum provinciarum, ſunt ſpecies ejuſdem, prouti ex relationibus, & adnotationibus diverſis obſervo & colligo. *Lanzones* Mindanai, eſt *Boboa* Pictorum, *Fran. Combes*. Eſtque fructus magnitudine *Nucis Regiæ*, corticis cutacei, tenacis, continens tres aut quatuor carnis ſuaviſſimæ buccellas, ſaniſſimas.

15. *Pancoro*, *Pancurod*, & *Nino*. *Arbor* eſt mediocris, ex cujus apicibus, fructu, & radice Indi addendo *Pandacaque*, *Tabàs*, & *Maraobarao* radices, balnea parant vaporoſa, convulſivo affectu *Pacaru* perutilia. *Folia* habet conjugata, ſpithamæa, ſeſquipalmam lata, venoſa, ſucculoſa, & flaventia: *Fructuum* virentes, & tuberoſi prodromi, è foliorum ſinubus prodeuntes, pluribus, candidis, & pentapetalis exornantur floſculis, ſeu tot, quot oculos, ſeu teſſellas futuri fructus incrementum ſumendo habituri ſunt. Fructus conica, teſſellata, & ſtrobiliformia poma ſunt, flaventia, avium eſca; crebro, flavente, parvo, & compreſſo ſemine impleta: Hæc matura nonnulli *Indorum* ad ventris dolorem, & ventriculi mitigandum eſitant, ardet verò ex ſubdulci ſapore ut *Capſicum*, eorum mollecula, albicans, & graveolens caro, & partum accelerare, & abortum cauſare ferunt. *Lignum* flavum eſt, & à nodo, ſeu geniculo ad geniculum, calamum ſcriptorium pari foramine pervium, medullæ loco. *Cortex* radicis Croco rubicundior eſt, quo addito calcis pauxillo, linea, & goſſypina tinctura jucunda, pretioſa, & Laccæ æmula inficiuntur. Partibus verò æqualibus rad. *Nino*, & *Curcumæ* croceo tingunt colore. Cum magis vivum, ac ardentem volunt, Ligni *Cabac*, ſeu Ligni *Americani* flavi, **Fuſtick-wood**, adjiciunt infuſum. Sed & ligni *Quiliquili* decoctum croculo inficit colore: hoc Ligno tincta *Dinarag* vocant, quæ ob odoris gravitatem inaſſuetis animi deliquia cauſare ſolent. Ligni *Hincot*, an *Braſilium* morellè tingens, **Log-wood**? fragmentorum decocto violaceo inficiunt, verùm ſi lignum *Cabac*, corticem radicis *Nino*, vel *Dulao* addideris, lætè virenti tincta habebis colore. *Nino*, ſeu *Pancudo* folia ſub cinere aſſa, ſale mixta, & calidè impoſita, vibices ſanguine concreto tumentes diſcutiunt, & reſolvunt. Ventri admota lumbricos expellunt: Ulceribus, ea mundant, & detergunt: Apoſthemata, & exituras emolliunt, & rumpunt. Decocti vapor per infundibulum receptus, callos, clavos, & verrucas radicitùs evellunt, & extirpant. *VIRES.*

16. *Lakbangan* ſpecies eſt *Nini*. Quâ alutas rubro inficiunt.

17. *Haguimit*, ſeu *Aimit*. Arbor magna orgyiarum ſex, *caudex* bicubitalis, *cortex* nigricans, *lignum* album, & leviuſculum. *Gummi*, ex inciſi caudicis profluente lacte concreſcens, album, tenaciſſimum, ſaporis aut odoris nullius, conſiſtentiæ eſt *Gummi Ammoniaci*. *Folium* crenatum eſt, hirſutum, aſperum, ſubrotundum, minutim crenatum, ſpithamæum, bipalmum latum, nervoſum, obſcurè virens, infernè flaveſcens. *Fructum* fert edulem, rubrum & dulcem, formæ & magnitudinis *Mori* minoris, in tricubitum longioribus, calamum craſſis, & turionum *Aſparagi* modo apices finientibus, funiculis, ſucceſſivis intervallis ſeſſilem, & ſemine *Erucæ* ſimili refertum. Cinis oleo *Cocci* mixtus, & pedibus œdemate tumentibus, 24 horis illitus ſinitur, mox decocto *Viticis* maritimæ, *Conyzæ Helionitidis*, & *Schœnanthi* abluitur, & idem quatuor aut quinque reiterando, tumor diſcutitur.

10. *Arbores* Pomiferæ, *quarum* Flos *ſummo Fructui inſidet.*

1. *Tampoy*, Goæ, *Iambo de Malaca*. Arbor eſt magna, & frondoſa, *foliis* gaudens flavè virentibus, teneris, ſubdulcibus (ſæpius ex neſcio cujus inſecti morſu in creberrimas, rubras, & carnoſas quaſi baccas extuberantibus, & ſeſe in racemi figuram convolventibus, in baccis inſecta ſubviridia, hexapoda deliteſcunt) ſpithamæis, aut ſeſquiſpithamæis, palmum, aut amplius latis, mucronatis, conjugatis, & pluribus nervis, qui quaſi folium aliud delineant, exaratis. *Flores* quadripartitis inſidentes calycibus, *Macapæ* modo, tetrapetali, rotundi folii, rubentes, creberrimis albis ſtaminibus, flavis apicibus faſtigiatis & longiori umbilico gravidi. *Fructus* Pyris *Apianis* ſuppares, aut majores, figuræ ventricoſi, & majoris *Gariophylli*, decuſſatâ redimiti coronâ, in racemos congeſti, in ramorum proveniunt apicibus, qui primùm ex pullo virent, mox flaveſcunt, ſaporis dulcis, roſas redolentis, ſed paucæ, & ſtupoſæ carnis, quæ commanſa exugitur: *Nucleos* habent molles, coloris terrei, inæquales, guſtûs, adſtringentis, qui in fructu ſtrepitum edunt, & avellanæ magnitudinis ſunt.

2. *Balacbac*, l. *Salac*, l. *Calupcup*. *Tampoy eſt ſylveſtris*. *Folium* brevius, oblongo-rotundum, ex aromatico-ſubdulce. *Flores* & *Fructus* ſimiles *Tampoy*, verùm minores.

3. *Calobcob*. Arbor eſt fructu ſimili *Tampoyio*.

4. *Higuis*. Arbor colitur in *Catanduan* ob fructum veſcum, qui orbicularis, & aſperiuſculus deforis; *Folia* ſimilia ſunt foliis arboris *Tampoy*.

5. *Macupa* Luzonis, Byſaianis *Camalongay*, in India *Yabo*, l. *Yambo*, l. *Jamboli*. *Arbor* eſt frondoſa, altitudine *Cypreſſum* æquans, *Ligni* fragilis. *Folium* folio *Pyri* latius. *Flos* creberrimus, & pulcherrimus, ſimilis *Tampoy*, ſed ſtaminibus coccineis, quibus deciduis humus gratioſiſſimè

tioſiſſimè inſternitur. *Fructus* ex atro rubent, ſpongioſi ſunt, & acido-dulces, pyriformes, & unico, molli, majori, & globoſo *oſſiculo* impleti.

6. *Malabugi*. *Macupa* eſt ſylveſtris, *folia*, *flos*, & *fructus* ſimilia *Macupæ*, at minora, & *fructus* minus dulcis.

II. *Arbores* Pomiferæ, *quarum* Flos *imo* Fructui *cohæret*.

1. *Zapotl*, vel *Cypotl*, ità propriè dicta, diſtincta à *Mammei*. Arbor eſt altiſſima, *foliis* nigricantibus, longiuſculis, & *ligno* in aquis incorruptibili. *Poma* magna ſunt, *cortice* ſcabro, & ſpadiceo, *carne* candida, & guſtoſiſſima, *nucleus* oblongiuſculis, glabris, & ex nigro relucentibus; hæc quandoque antequam plenè maturuerint, ſubter terram deſoſſa, ſuperimpoſito igne excoquuntur, ut ità aſſa urgente neceſſitate panis vicem præbeant. His ad pediculum reciſis, ſuccum lacteum, inde manantem colligunt, & inſpiſſatum variis inficiunt coloribus, inque bacillos dein calamum ſcriptorium craſſos, cogunt, ac deſiccant, quos in Jucatan *Zha*, in Mexico *Zhikle* vocant, & mulieribus pro maſticatorio ad dentes detergendos, & confirmandos deſerviunt.

2. *Zapotl chico*, id eſt parvum. An Oviedi *Auzuba*? Folia Pyri, terſa, atrè & pulcrè virentia, in ramorum apicibus congeruntur, & liquorem lacteum, tenacem fundunt: Poma corticis membranacei, coloris terrei, magnitudinis habitioris Meſpili; *pulpa* griſeo-lutea, lacteſcens, ſaporis ſubdulcis cum ſalſedine; *Oſſa* ſena, fermè uncialia, compreſſa, polita, & fuſca, albâ & longiori ſtria umbilicata, putaminis ſolidi, vitriosè fragilis ut *Zapotl* Mammei; *nucleus* albus, ut *Amygdalinus*, morſicans ex ſubdulci. A præcedente non differt, præterquam quòd arbor litoralia amet, & *Poma* minora ſint, guſtúſve nonnihil, ſed gratè ſalſi. *Flores* puſilli, hexapetali, virentes, cum candido calyculo in medio.

3. *Zapotl blanco*, id eſt, album. Colore *pulpæ* pomi, à *nigro* tantummodo differt, quæ *candidiſſima* eſt, & ſomnum reconciliat refrigerando, humectandoque.

4. *Zapotl negro*, id eſt, *nigrum*, Jucatanenſibus *Ulz*. Arbor vaſta eſt, & frondoſa, *foliis* alternis, craſſis, perpolitis, nitidis, obſcurè-virentibus, ſpithamæis, & palmum latis. *Cortice* nigro, ligno flaveſcente, molleculo, vix igni apto. *Flos*, qui aureus, orbiculato-pentapetalus eſt calyculus, alio quaſi pentaungui, & flore majori inſidet calici. Huic ſuccedit *Pomum* communiter latius quàm altum, magnum, terſum, & deforis ſemper virens, immaturum, radice *Ari* modo fauces adurens, maturum molleſcit, & pulpa molecula, nigra, aut fuſca repletum eſt, ſaporis pulpæ *prunorum*, unà cum quinque vel ſex *oſſibus* corneis, helvis, uncialibus, unô altero latere craſſioribus.

5. *Zapotl de China*, ſeu Sinenſe *Xi-cu*. Hiſpanis *Chicoy*. Luſitanis *Figocaque*.

Arbor procera eſt, *folia* ſingula, ac ſingula, uncias ſex longa, tres lata, paucis exarata nervis. *Lignum* album, fragile. *Poma* communiter pomi ordinarii ſunt magnitudinis, quaſi cov

gerens paratur, ex ſucco vero *Pomi* Syrupus, qui *Cytoniorum* ſubſtituitur. *Poma* de reliquo paſſim, & copiosè ſaccharo condita, pro bellariis aſſervantur.

10. *Lagmag*, An *Camag*? Arbor folio & fructu ſimilis *Hantol*, fructus tantùm magis compreſſus eſt; Abundat in *Caraga*.

11. *Pona*, aliis *Pyris*, & *Taclananac*, Hiſpanis *Santor amarillo*. Arbor eſt mediocris, montes amans. Fructus ſunt Poma pomiformia alia, alia pyriformia, flaventia, edulia, gratè acida, ſed ſaccharo conſpergi oportet, probè matura tantiſper mollecula, & labia flavo tingentia, oſſibus referta corneis ut *Zapotl* nigri, ſed internè flaventia ſunt, ut caro pomi ipſius. Febri laborantibus grata, & proficua.

12. *Bilucau*, Tag. *Batuan*. Byſ. eſt C. Cluſii *Exot. Lib.* 2. *Baruce*, arboris Hura, ſeu *Carcapuli Acoſtæ*, Hiſpanis *Fruta del Machin*. *Arbor* magna eſt, abundat in montibus *Hòlo*. *Folium* terſum, & perpolitum, acidum, magnitudinis folii arboris *Dohat*, ſed tenuius, bijugum ſeu ſociatum, in decuſſatim alternis, at ſociatis ramuſculis quatuor communiter, aut ſena. *Fructus* eſt pomum Sylveſtre, viride, carnis modicæ, tomentoſo-corticoſis, & majoribus ſulcatis porcis, octo aut novem oſſibus impletum, magnitudinis minoris *Mavolo*, verùm compreſſum, in brevi pediculo, & quatuor inſidens unguibus, ſaporis acidi, deſerviens Acetariis, *Chiara* vocatis. Saponis item loco, & ad dealbanda vaſa argentea fructûs & foliorum, *&c.* Decoctum inſervit. In fructu *Batuàn*, quod lapideum ſonat, narrant reperiri lapidem pellucidum, quem nonnulli *Oculum Cati* vocant.

13. *Daës*, Arbor *folio* minori foliis arboris *Batuan*, *Fructu* ex globoſo compreſſo, *ſemine* frequentiori, *Batuan*, deſervit ad eadem, ad quæ illa.

14. *Culanos*, arbor eſt magna, montana: Hujus fructus *oſſa* cornea, inſipida, fuſca, ex tereti-ovalia, & ſeptem aut octo per longum excurrentibus, & profundioribus carinulis diſtincta, papyraceâ obvolutà ſunt membrana, & tunc quaſi formæ ſunt triquetræ. Ex Membrana exemptis, & reciſis extremitatibus, puellæ filo traducto monilia concinnant, naturaliter etenim foramine pervia ſunt.

12. *Pomiferæ Monopyrenæ.*

MANGA, *Amba*, *Ambo* & *Ambe*. Arbor eſt vaſta, frondoſitate *Juglandem* imitans, perpetuò virens. *Folia* alterna, ſpithamæa aut longiora, uncias fermè tres lata, mucronata, denſa, aromatica, ſubacria & obſcurè virentia. *Flores* in cubitalibus ſæpè racemis, creberrimi, puſilli, ſuaveolentes, paleares, pentapetali, ſtellati. *Fructus* magnitudine ſunt ovi anſerini, ex ovali-compreſſi, ad pediculum habitiores, ad imum obtusè extenuati, virides, qui maturè flaveſcunt, cute contecti membranaceo-carneâ, ut *Pruna*, ſubjacens flava, & mollecula caro, oſſi adhæret, & *Malum* ſapit *Perſicum*. *Os* compreſſum eſt, palmo longius, biunciam latum, albo, & fibroſo tomento obductum, cui caro adhæreſcit, & majoribus aliquot nervis per longum excurrentibus fulcitum, & ex tenaciſſima membrana contexto putamine conſtans: *Nucleum* claudit album, biuncialem, & unciam latum, ex variis quaſi fragmentis compactum, ſaporis auſteri, & adſtringentis, qui denuo primùm, tenaci, albo, & tenuiſſimo putamine, ſeu libro, mox alia & ſubfuſca cuticula, ſeu leberide involutus eſt.

Mangæ Species ſunt variæ, nec arbore differunt, Nonnulli plures viginti haberi referunt:

1. Manga *Alfonzina*, fructu eſt omnium maximo.
2. Manga *Ravela*, eſt ordinaria deſcripta.
3. Manga *Blanca*, albo eſt fructu & magno.
4. Manga *Carrera*, fructu eſt magno, ſubrotundo:
5. Manga *Secreta*, fructu mediocri, ſubrotundo, luteſcente.
6. Manga *Malagaſſa*, ſubplano, mediocri, & luteo eſt fructu.
7. Manga *Brava*, ſylveſtris eſt & nociva.
8. *Baho*, vel *Pau* ſpecies *Mangæ*, minor, arbore non differt, *Fructus* minor eſt, triunciales, ſeſquiunciam latus, carnis paucæ, *oſſe* magno, *Mangæ* minori, ſed ſimili.
9. *Baho agrio*, Luſitani Goani *Mangam chupadeiram de Cayro* vocant, mediocri eſt *fructu*, acido, & paucæ carnis; communiter *ſale*, & *aceto* condiri ſolet.
10. *Baho dulce*, Luſitanis *Manga Barretinna*, *fructu* mediocri, dulci, hinc & cruda editur.
11. *Baho grande*, Luſitanis *Manga Ravela*.
12. *Malopau*, ſeu *Paupauan* Pampangorum, Species *Baho* Sylveſtris.
13. *Balono* Pampangorum, Species *Baho* Sylveſtris: Hunc ità deſcribit *F. Combes*. *Fructus* ferè ſimilis *Cytonio*, decorticatur ut illud, caro alba, ſpongioſa, digitum craſſa, cujus ſuccus exugitur, ſuper os magnum, & corneum.
14. *Ambare* Species eſt *Mangæ*, ſeu *Baho*. *Fructu* formæ habitioris *Pruni*, parte ſuperna in papillam faſtigiato, coloris flavi, ut habet *Acoſta*, *Garzias* verò, & *Ludovicus Romanus* coloris eſſe fulvi volunt. *N. B.* *Os* cujuſcunque fructus *Luſitani* Meolo *vocant*, hinc factum ut *Acoſta* pro oſſe medullam reddiderit: Habet autem *Ambarè* nucleum magnitudinis fabæ majoris adſtringentem, ſubcinereo, tomentoſo, & membranaceo putamine, ut nucleus *Mangæ*, intectum.

15. *Bilulo*,

15. *Bilulo*, Arboris *fructus*, oblongo-rotundus, flavus, ſaporis *Mangæ*, magis grati, abundat in *Pampangæ* territorio *Lubao*.

16. Fructus *de Banitan*. Magnitudinis eſt *Quaiavæ*, ruber, per totum caudicem arboris exiens, acido-dulcis, carnis molliuſculæ, *oſſa* compreſſa ſolida, magnitudinis fabæ, coloris terrei, rugoſa, & inæqualia continens. *Flos* parvus ut *Viola*, coloris incarnati. Arbor mediocris, ſpontanea. An *Pipi*? vel ejus Species?

17. *Pipi*, Arbor *folium* fert magnum, ſimile arb. *Taliſay*. *Fructum* magnitudinis *Meſpili*, veſcum, per totum arboris truncum protuberantem, ut *Gamia*, primò flaventem, dein rubentem.

13. *Pomiferæ Polypyrenæ.*

1. *Bilingbing*, l. *Balingbing*, l. *Bilimbin* in *Luzone*, l. *Balimba* in *Malayo*, l. *Biliran* Boholanis, *in* Siao *Beledang*. Malavarenſibus, & Luſitanis *Carambola*. Aliis *Lumpias*, & *Quirim*. *Arbor* eſt magnitudinis *Pruni*, magis ramoſa, & ſparſa. *Folia* ferens geminata, flavo-virentia, novem aut undecim in uno compoſitorum, quorum infima vix uncialia, ſuprema fermè palmaria, mucronata, ſeſquiunciam lata. *Flores* parvuli, ſtellati, coloris carneoli, pentapetali, inodori, quinqueungui excepti calyculo. *Fructus* ferè toto abundant anno, ſuntque poma magnitudinis palmaris, pentagona, flaveſcentia, acida, carnis albeſcentis, *ſeminibus* aliquot pomorum magis planis, referta. Hæc eduntur matura, cruda, cocta, & ſaccharo condita. *Balingbing*, foliorum decoctum exulcerationibus prodeſt gutturis, in collutione, aphthis & Anginæ. *Fructus* ſuccum viſus aciem clarificare ferunt, alii Syrupum exinde parant pro Julapio ſitim ſublevaturo in febribus utilem. Pulvis fructus reſiccati, vel potius corticis cum *Betele*, menſes, urinas, & fœtum pellit mortuum.

VIRES.

2. *Alia Species* eſt *Pomis* habitioribus, & gratè acido-dulcibus, quam *de Moluco*, & *de Ternate* vocant.

3. *Gamia*, *Quiling*, ſeu *Iva*, *Goæ Bilimbi*, arbor eſt minor quàm *Balingbing*. *Folia* fert ſociata, triginta quinque communiter in uno compoſitorum, quæ in ramuſculorum apicibus radiatim congeruntur, infima vix uncialia, ſuprema biuncialia, media triuncialia, mucronata & lætè virentia. *Flores* racematim è caudice emergunt, floribus *Balingbing* triplo majores, purpurei, pentapetali, petalis reflexis, quinqueungui innitentes caliculo, odoriferi, & albis decem *ſtaminibus*, quinis longiuſculis, & totidem brevioribus, unà & conulo quinis ſtaminulis faſtigiato referti. *Fructus*, fructui *Balingbing* ſimiles, ſed minores, biunciam longi, flaventes ſi maturi, acidi, & multò obtuſius anguloſi.

4. *Catmon* arb. eſt mediocris montana, gaudens foliis flavè virentibus, ſpithamæis, palmam latis, alternè exeuntibus, aduncè fimbriatis, & pluribus nervis, à nervo medium diſtinguente, rectà in margines uſque procurrentibus, fulcitis. *Flores* albos, ſimiles *Lilio* parvo, purpureis ſtaminibus impletos, de caudice ad ramorum craſſioribus, prodeuntes eſſe ferunt. *Fructus* ſunt *Poma* pallidè flaventia, compoſita ex craſſis, carneis, ſucculentis, acidis, cæpaceis obvolucris; quibus ſeparatis, ex tredecim carnoſis, acidis, quaſi trigonis & caudatis aſſulis in turbinem retortis, compactus quodammodo alius emergit fructus, qui ſupernè & infernè prodeuntibus, longiuſculis & purpurantibus, aſſularum angulis ſeſe inſinuantibus, exornatur ſtaminibus. *Semen* molle, fuſcum, villoſum, magnitudine ſeminis *Citri*. *Catmon* fructus, ſaccharo conſperſus, gratè acido-dulcis evadit, primis menſis inſerviens. Alii decoctum edunt; ex ſucco ſyrupus paratur febricitantibus gratiſſimus.

5. Catmoni ſimillimus eſt fructus *Palali*, ſed & arbor & fructus major eſt.

6. *Fructus arboris* Lacûs Baii. Formæ, & magnitudinis eſt habitiori *Pruni Damaſceni*, rotundiuſculus, coloris palearis, & quinis carinulis leviter ſignatus, *cortex* tenuis & mollis, ſed coriaceus & contumax. Quo ablato, quini albi, pellucidi, carnoſi, acido-dulces, & ſaporis ſuaviſſimi dentes, totidem ciccis intergerinis diſtincti, & facilè eximendi, ſeſe offerunt. *Semen* rarenter perficitur, & hoc *hordei* grano ſuppar, extra & intus virens, amarum, diviſibile, oblongo-inæquale. Arborem ferunt eſſe pumilam, gratioſam. *An Alaviao*? vel potius *Boboa* Pictorum, quam in Mindanao *Lanzones* vocant. Eſtque *fructus* magnitudine *Nucis Regiæ*, corticis cutacei, tenacis, continens tres aut quatuor, ſaniſſimas & gratiſſimas, ſuaviſſimæ carnis buccellas, ſeu ſpicas. *Folia* promit arbor alterna, palmaria, in luculentiorem mucronem abeuntia, atrè virentia, ut nunc in horto domeſtico luxuriat.

7. *Calabungan*, *Arbor* mediocris, trifolia, *folia* parva ut Senæ: *Fructus* magnitudinis, & formæ minoris *Quaiavæ*, hujus ex ſphærico quinis depreſſa carinulis mollecula medulla, ad piſcationem facit medicam, cum aliis ad hoc deſervientibus, *Semine* autem commixta eſt crebro, lapilloſo.

8. *Pomum Sylveſtre*. *Arbor* ſat procera: *Folia* fermè ſpithamæa, palmum lata, minutim crenata, atrè virentia. Ad horum ſedes ferè ſemper trina uno appenſa pediculo, prodeunt *poma*, in umbilicatam faſtigiata papillam, viridia, ſaporis ſylveſtris, crebris, & lapillis, & muſcis referta.

De

De LIMONIBUS Luzonis.

9. *Salovasova.* *Arbor* Orgyiâ alta, *folia* trina ac trina, quorum medium longiusculum, lateralia subrotunda. *Limoncellus* parvus est, magnitudinis *fabæ*. Usus foliorum, corticis & fructûs est pro balneis vulneratorum ab animalibus venenatis. *Radicem* suis indunt *Indi* antidotis.

10. *Suasua*, seu *Bisbis*. Est *Limon* pumilus, trifolius seu *minimus alter*, gaudet maritimis. *Folia* aliquot contusa, & ulceribus ac bubonibus imposita, eos 24 horarum spatio maturant & suppurant. Gaudet maritimis ut prior.

11. *Cabugao.* Limon sphærico-compressus, corticis carnosioris, unde saccharo conditur. Succi pauci, acido-dulcis.

12. *Tibuli.* Limon *sylvestris*, ferè orbicularis, magnitudinis parvi *Aurantii Caxel*, subverrucosus, succi acerrimi.

13. *Purot* seu *Bolongot*, Hisp. *Limon entrespado.* Est *Limon* pyriformis, verrucoso-tuberosus, viridis, mediocris, suaveolens.

14. *Dayap*, vel *Curum*, Hispanis *Limon de Zeuta*, est *Limon* ordinarius, parvus, *Calaber.*

15. *Dayapsina*, est *Limon ordinarius alter.*

16. *Tambolibir.* Limon rotundus.

17. *Biasung.* Limon *sylvestris*, longiusculus, magis quam cæteri, & specificè adversatur venenis & scorbuto.

18. *Hiris*, Limon mediocris, *cortice* delicatulo, cujus succus acerrimus est, & *Aquæ Regiæ* adinstar in *Chalybe*, quæcunque eo exarata exedit, spatio noctis unius. In hoc sæpius lapides ut *Margaritæ* pellucidi inveniri solent.

19. *Tabu*, Limon *sylvestris*, succi aciduli, odoris lentiscini, semine piloso & subplano, medullæ dulcis, interstitiis verò gummosa & viscosa mucilagine repletis. *Folia* trifolia, obtusa, obscurè virentia, læviuscula, alterna. *Arbor* ipsa alta & magna est.

20. *Limon de Vargas*, præter *folia* ordinaria, subcrispa, plura mittit ex uno corculo trilobata, seu trifolia.

21. *Limon Nasogbuanus.* Arbor est magna, *folia* qualia *Aurantii Japonici.* Pomum *Limonio Regio* habitius, sed succi *sylvestris*, nescio quid insulsi, & minus grati resipientis.

22. *Suasua*, Limon *sylvester* alter. *Folia* gerit alterna, sesquiuncialia, corculo carentia, mucronis loco bifida, ad quorum sedes semper bini prodeunt aculei.

23. *Limoncellus trifolius*, Hispanis *Limon de Batavia*, Sinis *Kiudihong.* Folia atro-virentia, vix uncialia. Rarò orgyiam altitudine attingit. *Flores* candidi, odoriferi, tripetali, senis crocatis *staminibus*, & una exporrecta lingula in triquetre capitellum desinente umbilicati. *Fructus* sunt baccæ *Ceraso* compares, rubræ, dulces, gummosa mucagine scatentes, & binis aut tribus viridibus seminibus farctæ. Saccharo conditæ pro bellariis deservientes.

De AURANTIIS Luzonis.

24. *Lucban* vel *Aslum*, aliis *Suasa Sanglay.* Lus. *Jamboa* est *Aurantium* caput pueri æquans, *cortice* flavescente, *carne* nunc rubra, incarnata, flava aut candida, jam aliud in medio pomum concludit. *Floresçit* quasi omni mense, ex flore *Aqua Naphæ* odoratissima. *Semen* ad calculum.

25. *Ocban.* Aurantium *Sinense*, seu *Olysiponense* vocatum, *cortice* tenui, dulci & saturè croceo-rubente, succo scatens plurimo, Sphærico-compressum, umbilicatum.

26. *Aurantium Japonicum*, pyriforme, verrucosum ut *Limon Purot*, sed *cortice* molleculo, dulci, & sature croceo-rubente, ut *Aurantium Sinense*, quod *Olysiponense* vocant, & illo saporis adhuc suavioris.

27. *Aurantium Samboanganum.* Majus est quàm *Lucban*, & sæpè maturum sponte rumpitur, corticem habet odoratissimum.

28. *Caxel* vel *Cagel.* Aurantium est orbiculare, magnitudinis habitioris *Mali Punici*, viride, mox flavescens, *succi* acido-dulcis copiosissimi, *carne* albicante.

29. *Dalandan*, Aurantium *Caxel* majus, croceo-rubens, dulce, succosum, *carnis* lutescentis.

30. *Caramisan*, Aurantium ordinarium, acido-dulce, spinis palmo longioribus.

31. *Amontay*, vel *Amomontay*, Aurantium *succi* acidi, quo si linea laventur, morbum causat *Catul.*

32. *Calpi*, *Macalpi*, *Corongay* & *Sambiao.* Aurantia sunt, *corticis* solidioris, smegmatis vicem præbentia.

33. *Iris*, Aurantium *Boholanum*, formæ & magnitudinis *Olivæ*, *corticis* delicatuli.

34. *Aurantium Sinicum pumilum alterum*, *fructu* oblongo, *succi* acidi, & carnis lutescentis, ut primum.

35. *Upung*, *Opongopong*, *Garing*, *Taoangan*, *Quiricoran*, *Kilao*, *Tacdulan*, *Gadinglivat*, *Gapasgapas*, *Hirong*, *Bucavem*, sunt *Aurantia* sylvestria *Luzonis*, sponte provenientia.

36. *Aurantium Sinicum pumilum*, in arborem culturâ assurgit duarum orgyiarum. *Folia* gerit corculo carentia. *Flores* pentapetalos, qui staminum loco quinas albas, & foliaceas habent tænias, quarum quævis trino fastigiatur *croculo*, in medio assurgente *stylo* sphærulâ capitato. *Poma* magnitudinis *Nucis Juglandinæ* saturè virentia, mox lutescentia, *cortice* tenui, dulci, *carne* verò subluteâ, succosâ, acidâ ut *Limonis Calabri*, & crebris viridescentibus *seminibus* referta.

37. *Limao*, Pomum Medicum, *carnis* acido-dulcis, & pauci *succi.*

38. *Manucbuc*, Citrium ovale in acutum non deſinens.

39. *Aurantium montanum*, Sylv. *Naſogbuanum*, ſphæricum eſt, virens, rarò flaveſcens, magnitudinis minoris *Lucban*, gratæ aciditatis.

40. *Colongcolong*, eſt *Lima*, ſeu *Lumia*.

14. *Pomiferæ Nucigeræ.*

1. DE Nuce Moſchata, Aromatica, ſeu Myriſtica. Majoris, ſeu *Maris* arbor Indis *Dooghan*, *Duughan*, & *Gonogono*. Spontanea eſt, proveniens in montibus *Longos*, imò & cæteris *lacus Baii*, ità & *Tayavas*, *Banaguan*, & *lacu Bombon*, ſeu *de Tal*, in Provincia, & montibus *Pampangæ*, *Malagondon*, *Naſogbu*, & *St. Matthæi*, & tota *Luzone*, prouti & reliquis *Luzoni* adjacentibus *Inſulis*, quas Pictorum vocant, in *Borongan* item, *Calamianes*, & *Talaò*. *Arbor* magna eſt, læta & frondoſa. *Folium* Laurino latius, ſpithamæum, mucronatum, alternè exiens in planta novella, & variis nervulis exornatum, in arbore adulta compoſitum ex decem vel duodecim, & his ſociatim, vel alternatim appenſis. *Fructus* racematim provenit, magnitudinis minoris *Pomi Miſniaci*, aut *Perſici* majoris, putamine conſtans craſſo, carneo, ut *Perſicum*, ſaporis aciduli cum quâdam adſtrictione, & ſapore reſinoſo, quod in fructu maturo ubi carinulatum bifore dehiſcit, nucem oſtentans *Maci* (quæ reticula eſt primùm flavens, mox bellè purpurea) obvolutam, ſublatâ *Maci* putamen afore, & duriuſculum ſeſe offert, ruptum ipſam offerens nucem aromaticam, notæ magnitudinis. Hæc legitur *Septembri*, quæ recenter collecta, & poſt unum annum inodora, imò nec poſt biennium aliquid aromatici ſapit, aut ſpirat, neſcio an beneficii defectu, cæterùm oleo copioſo ſcatet, quod expreſſum ſidet, & Sylveſtre neſcio quid redolet. Succam Sanguineam, ex inciſione caudicis prolectam, modicè adſtringentem, & fermè inſipidum ſubſtituunt *Sanguini Draconis*, & utuntur in collutionibus, in dentium dolore, ad dentes vacillantes confirmandos, & in aphthis, aliiſque oris exulcerationibus cum utilitate.

2. *Minoris*, ſeu *Fœminæ* arbor Indis *Dooghan babay*, Maragondonenſibus *Camanſa*. *Fructus* minori *Pomo Armeniaco* compar eſt, *Putamine* carnoſo & flavo, at multò tenuiori priore. Reticulum nucem ambiens carnoſum eſt, dulce, & molliuſculum, nec retiforme, ſed integrum, formæ capuli, ſeu calycis glandis *Smilacis Luzonis primæ*, nucem fermè totam cooperiens. *Nux* ipſa *putamine oſſeo* liberata, orbicularis, magnitudinis *Avellanæ*.

3. *Minima*, ſeu *Camanſa altera*, *Folium* gerit ſpithamæum, triunciam, & ſemiſſem latum, octodecim ferè nervis uno latere à medio procurrentibus, alternè in pediculo exiens brevi. *Fructus* ad foliorum ſinus, orbiculares, gilvo tomento obducti, magnitudinis habitioris *Ceraſi Ungarici*. *Nux* minima.

4. *Quarta*, ſeu *Oblonga*, & *Maxima* ex monte *Balete* ad *St. Matthæum* collecta. *Folio* gaudet alterno, Minimæ breviori, & pluribus nervis dotato. *Fructus* magnitudinis habitioris *Mangæ bravæ*, ſeu *Babo*, carnoſum *putamen* minus craſſum, & ferè corticoſum, rete rubicundum ex longis ſtiriis. *Putamen* nucem tegens molliuſculum, nec ità oſſeum ut primæ & ſecundæ, ſed corticoſum, & obſoletè luteſcens. *Nux* ipſa oblonga, biuncialis, aut brevior. Hæc videtur eſſe illa quam C. *Cluſius*, *Exot. l.* 1. *f.* 14. depingit, & *Marem* intitulat, binas ſiquidem uncias longa eſt, ſeu ut *J. Alzina* ſcribit cum carnoſo putamine ovo gallinaceo longior. *Folium* deſcriptionis *Cluſianæ* pedem *Romanum* longum, & tredecim aut quatuordecim nervis à medio utrinque excurrentibus donatum. Tale habui *Borongâ* miſſum, cubitale, ferè bipalmum latum, mucronatum obſcurè virens, & beneolens. *An* hujus nux, quam *Chabræus* titulo *Nucis Indicæ oblongæ* ? & *Camerarius* titulo *Avellanæ Indicæ* depingunt ?

De Nuce Myriſtica Dooghan, Ignatius Alzina, in *Hiſtoria Byſaiarum*, MS. adnotat ſequentia.

Arbor Pyro ſimilis eſt, Folium *Laurino* majus, *Flos* candidus, parvus in racemis, *Fructus* nunc *ovo gallinaceo longior*, nunc *Malo Perſico æqualis*, & hic corticem habet craſſum & carnoſum, *nucem* verò exiguam : Nunc *rotundus præcedenti minor*, & corticem habet tenuem, nucem autem magnam : Nunc *Pruni mediocris* magnitudinem non ſuperat, at dulcis, & *Amygdalis* viridibus eſu jucundior, rubicundum quoque & aromaticum rete, ſeu florem *Macis* quod vocamus omnis aſperitatis expertem. Omnes autem hæ quatuor *Nucis Moſchatæ* ſpecies, maturæ flaveſcunt, immaturæ Saccharo, aut ſale & aceto condiuntur. Ni fallor ex relatione ſcripſit, hinc Fructui *Perſico* ſimili, nucem exiguam, *Rotundo* verò magnam tribuit, quod falſum. Similiter rete aſperitatis expers *Rotundo* tribuendum eſt.

5. *Mammai*, aliis *Zhakhalchaz*, & *Zapotl rubrum*. *Arbor* eſt altiſſima : *Folii* Icon *Hiſtoriæ Lugdunenſis* ſpuria eſt. Siquidem folium *Juglandino* ſimile magnitudine, & ſæpè ſeſquiſpithamâ longius, alternè, vel potius inordinatè ramos ambiens, apicem verſus latiuſculum, ad pediculum anguſtum, atrè virens, pediculo, & nervis ruffa lanugine obſitis. Pomum *Ovo Struthionis* compar ; *cortice* fuſco flavo, corticoſo-arenoſo & ſcabro, ſcabioſéve ſquammato : Caro butyracea, crocea, digitum lata, ſaporis *Mali Perſici* : *Nux* apud *Cluſium*, Hiſt. *Lugd.* & *Chabræum*, titulo erroneo *Balſami Peruviani*, & *Nucis Cypote* deſcribitur, *fol.* 56. & 194. *Nucleus* poſt annum copioſo ſcatet oleo, acriuſculo.

6. *Tagcal*, arbor mediocris. *Fructus* edulis, habens *os* magnum, nigrum, & durum, ſimile Oſſi *Mammai*.

7. *Aquacate*,

7. *Aquacate*, *Arbor* magna eſt, & lacteſcens. *Folia* alternè appenſa, arb. *Anonang* ferè ſimilia, triunciam lata, palmo longiora, venoſa, & parte averſâ incana. *Fructus* magnitudinis ſunt minoris *Mammai*, differunt *cortice*, qui *l.* virens, *l.* fuſcus, *l.* corticoſus, & craſſiuſculus ut *Mammai*, ſub hoc caro mollecula, ex albo virens, butyracea, ſaporis grati, quæ communiter ſale conſperſa eſtur: *Nucleus* membrana fuſca intectus, ex fuſco helvus, in metam aſſurgens, dividuus, magnitudinis majoris glandis, ſubſtantiæ glandinæ ut eſt *Mammai*. *Arboris Aquacate* foliorum decoctum datur puerperis ad cienda lochia, in caſu item ex alto, & contuſionibus calidiuſculum ſæpius potandum.

DE ANACARDIO.

Anacardium teſte *Ab Orta*, *Acoſta*, & aliis in *Calecut*, *Cambaya*, *Canonor*, *Decan*, *Goa*, *Malaca*, *Malavar*, aliiſve *Indiæ* regionibus provenit, & hujus in *Luzone* tres reperi ſpecies: *Primum* & *minimum* in *Manilæ* adjacentibus Indus *Ligàs* vocat éſtque arbor mediocris, ſylveſtris, montana, cujus teneriores apices lacteſcunt: *Lac* manibus, aut faciei aſperſum pruritum primò, mox tumorem cauſat. *Folium* ſpithamæum eſt & majus: atrovirens, aſperum, & fermè exuccum. *Flores* puſilli, candidi, ſtellati in ſummitatibus racematim congeſti. *Fructus* magnitudine *aceris* ex croceo rubent, & poma auſtera ſapiunt, quibus *oſſiculum* nigrum, læves ſplendicans, atque fructu longius ſuperinſidet, cujus *nucleus* cum modicâ adſtrictione, & levi morſicatione, fauces maſticatus caſtigat. *Alterum*, ſeu *medium*, & *legitimum* officinarum *Anacardium* Indus *Luzonis* Tagalo idio mate *Balobar*, Arabs *Balador*, l. *Baladur*, Mauritani *Bilaud*, Indi *Bibò*, Luſitani *Fabam de Malaca* vocant. Eſtque fructus os, arboris altæ erectæ, & fluvios amantis. *Folium* aſperum, magnum, & quandoque tricubitale, *Roſæ* modo in ſummo diſpoſitum. *Flos* parvus, albicans, ſtellatus, ut *Ligàs*, in racemis; ſed de caudice protuberantibus prælongis, & violaceis hæret ſcapis, ſeu pedamentis. Quo deciduo fructus oblongus, exos, edulis, primùm rubicundus, dein ex atro purpuraſcens deforis, interné primùm flaveſcens, mox ex cœrulo rubeſcens, inficiens ut myrtilli, ſaporis auſteri, ovo gallinaceo minor, ex cordiformi, & coronamenti loco ſuperincreſcente oſſe, ſeu *Anacardio* ſumendo incrementum, ſuccreſcit. *Anacardium* verò immaturum magnum eſt, ſed eò paſſu quo fructus creſcit, decreſcit, viret primùm, dein rubet, tandem nigricat. *Nucleum* habet, ut *Avicenna* tradit, innoxium & *Amygdalinum*, qui rejecto putamine (quod cauſtico ſcatet oleo, quod pannis obſignandis, ſtrumis, verrucis, lichenibus quaſi extirpandis illinitur, frangendi, cavis dentibus inſtillatur, & beſtiarum ulceribus mundificandis deſervit) unà cum fructu ſaccharo aſperſus infantulis adverſus lumbricos offertur. Cùm *Garcias Anacardium* (qui ſibi ignotum, cum *Acoſta* fructum *Anacardii* ab ipſo *Anacardio*, ſeu oſſe non diſtinguit) *VIRES.* in ſero maceratum aſthmaticis & adverſus lumbricos dari ſcribit: viridiúmque & ſale conditorum in cibariis eſſe uſum: de fructu, & nequaquam de *oſſe* ſeu *Anacardio*, imò & de hoc, ſed cortice rejecto, nucleo ſcilicet intelligendum. Hac adnotatâ animadverſione, B. L. reliqua *Garciæ* adverſaria facilè componet. Teneros arb. *Anacardii* apices Indi, ut nos *Braſſicam*, decoctos edunt. *Anacardiorum* virtus omnis (quâ memoriæ jacturam reſarcire, labantes refricare ſenſus, oblivionem diſcutere, mentem exacuere, morbis cerebri conducere, nervorum reſolutioni opitulari debet) in cauſtico ac melleo oleo, ſeu oleoſa melligine corticis latitat, quod *Serapio* adteſtatur ſcribens, intus eſt res ſimilis ſanguini, & id quod adminiſtratur ex eo. Aſt hæc oleoſa melligo in vulgari *Anacardiorum* præparatione negligitur. In *Zwelferiana* cum aceto maceratione, ac contuſione, autetiam extracti præparatione, memorata oleoſa melligo tenaciter ſeſe allinit inſtrumentis ad has præparationes adhibitis, & deperditur. Quare mellis *Anacardini Azaræviі*, id eſt, mellei olei per *Anacardiorum* decoctionem (ſimili ritu quo oleum *Liquidambræ*, *Ricininum*, & alia parantur) collectionem, *Zwelfero* cæteroquin (ob titulum mellis, quod & *Schræderus* diſtinctum ab oleo corticis, ſed perperam, facere videtur) obſcuram, & intricatam; legitimam, & aptiſſimam *Anacardiorum* præparationem eſſe dixerim. Hæc ſimili modo inſtitui poteſt: ℞. *Anacardiorum* rec. mat. & ſucco oleagineo ſcatentium q. ſ. cautè ne oleum & operam perdas, per medium tantummodo diviſis, nucleos *Amygdalinos* ſeparatim aſſervato, putamina reticulæ, aut caveolæ ex filis æneis incluſa cum plumbi particula ut *fundum* vaſis profundioris, ſed anguſti, aquâ repleti petat, immittito, aut crate teſſellata adaptatâ, ne ſupernatenit mpedito, ferveant, & diligenter ſupernatans colligito oleum, cui nucleos ſupra aſſervatos, leviter toſtos, & ad pultis formam contuſos immiſceto & uſui ſerva. *Mezues* Conf. *Anacardinæ* Butyrum immiſcet, nec dubium, quin poſt habita alia prævia *Anacardiorum* gratiâ adjiciat, ſed gratius evadit medicamentum, & æque corectum, butyri locô nucleos *Anacardiorum*, eorum cauſticæ eſſentiæ opponendo. Sic *Avicenna* tradit eſſe qui maſticent, & non eis nocere, ſcilicet cum nuce, ſeu nucleo: & alibi deleteriæ ejus facultatis antidotum oleum ex nucibus expreſſum, videlicet *Anacardiorum*, eſſe ſcribit. Idem quoque *Matthiolus* refert. Confectionem *Anacardinam* quondam ità paraveram: ℞. *Anacardiorum* rec. mat. & oleo ſcat. ℥iiij. unà cum nucleis minutim inciſis Julapii immerſi, *Flor. Naphæ* ℥xvj. facta unâ alteráve ebullitione colavi, remanſit nonnihil olei in colo, attamen plurimum nigri olei Julepo innatans habui, refrigerato Julepo, & oleo eidem agitatione unito, ac ſubacto inſperſi Pul. *Amomi* veri, *Cardamomi* legitimi *Cinnamomi* acuti ana ʒſ. *Caryophyllorum*, *macis* ana ʒiij. *ſem. Nigell.* min. *Coſti Arabicæ* ana ʒvi. ligni *Aloës*, *Caſtorei* ana ʒij. *Ambrægriſ.* ʒſ. ana ſem. atri ſubactæ. *Moſchi* ℈j. *Saccharo candi ſoluti*, m. f. remanentium *Anacardiorum* aqua decoxi colaturam, unà cum aliquantulo innatante oleo, addito pauxillo ſacchari in mellis redegi conſiſtentiam, & confectioni immiſcui. Hoc oleum *Matthiolus* liquorem vocat, & in medicina, contra communem & erroneum corticis ac nuclei uſum, ſcribit præſtare.

Ex *Anacardiorum* immaturorum fructibus una cum *Anacardiis* contuſis, addito lixivio, & aceto elegans paratur atramentum ſcriptorium. Maculæ manuum ex illinitione olei in inciſione *Anacardiorum* factæ, ſmegmate magis nigreſcunt: oleo communi tolluntur. *Majus denique Anacardium*, ſeu *Cluſii* Caioum *aut Hiſtoriæ* Ludg. *Acaiaum* Indi *Cazu*, l. *Cachui*, l. *Cajoi*. Biſaiani *Balongcot* vocant, eſt autem arbor magna, & frondoſa cujus *folium* congeſtum, denſum, nervoſum, flaveſcens, latiuſculum, quidam *laurini*, & *lentiſſimi* habens odoris, ſaporis eſt aromatici & adſtringentis. *Flos* ſimiliter eſt parvus, copioſus, candidus & pentaphyllus ut *Ligàs*, & *Balobar*, ſed odoriferus. *Fructus* nonnihil ſtriatus, & pyriformis, ovo *anſerino* par, flavens integer, nullo hiatu, aut concavitate pervius, *ſemine* carens, carnis albæ, ſpongioſæ, & ſuccolentæ, *poma Miſniaca* redolet, & auſterum *Citonium* ſapit. *Fructus* dulcioris ſpeciem *Barica* vocant. Summum hujus fructûs *os* ex ruſſo cinereum, & *reni leporino* ſimile coronat, hoc decreſente fructus ſumit incrementum, parte quâ fructui inſidet craſſius eſt, & inter duplicatum corticem oleo lento, ſeu oleoſa melligine ignea mordacitate linguam feriente ſcatet. Hujus oſſis innoxii, grati, & *Amygdalini* ſaporis nuclei, crudi alvum inaſſuetis relaxant, tantillo verò ſalis aſperſi & leviter ad ignem decocti in deliciis habentur & ſecundis menſis non ſecus ac *Amygdala* deſerviunt. De reliquo *fructus*, *nucleus*, & *putaminis* oleum ad eadem, quæ *Balovàr*, ſeu *Anacardium* valent.

8. *Terebinthus Luzonis altera*, ſeu *Indica Theophraſti*, *Amygdalo-Piſtacia ferens*, Indis *Sagnan*, *Pilis* & *Pilavay*. *Arbor* eſt altiſſima, frondoſa, & vaſta, reſinifera. *Folia* plura, conjugata, *Juglandinis* latiora, in uno compoſitorum. *Fructus* congeritur in racemis, exiguo caliculo ſeſſilis, *carne* viridi, ut nucis *Juglandinæ*, & craſſiuſculâ, quæ matura edulis, coopertus, uncialis, & rotundo-triquetrus. Hunc Indi *Piſà* vocant, & abundat in *Inſula Malindic.*

9. *Alius* affertur ex *Provincia Camarinenſi*, eſtque unciis duabus longior; hujus arbor *reſinam* fundit parcè, prioris copioſiſſimè.

10. *Tertius* amygdalum habet amarum; *Nuces* habent *putamine* oſſis *Perſici Mali* craſſiores, duriores & fermè triangulares, ventricoſas, extremitatibus in mucrones vergentibus, & *nucleo* communiter unico, rarenter duobus, aut etiam tribus amygdalinis edulibus, longioribus amygdalo & multâ oleagine ſcatentibus, gravidas. Oleo ex his nucleis expreſſo, pro *Amygdalino*, quod nonniſi rancidum *Europâ* affertur, hucuſque feliciter uſus ſui interne, & externè. Præſertim cùm quod ratio approbaverat (ſimilitudinem ſcilicet principii producere ſimilitudinem ſignaturæ) ſaporis, & virium experientia confirmet. *Fructus* in ramorum ſummitatibus provenit, quare ob arboris altitudinem difficulter colligeretur, niſi colligendi difficultatem facilitarent Aves magnæ, *Indis* Calao *dictæ*, quæ ob carnoſum & veſcum corticem, fructus integros obliguriunt, oſſa verò, ſeu nuces integras denuò illæſis nucleis egerunt: Quapropter *Indi* obſervant, quo harum avium exercitus pernoctat, ut manè nuces mundas, & jam collectas domum aſportent. Fructu, prius decocto, veſcuntur & *Indi*. Arboris *Pilis* folia proſunt impoſita, & in balneis, doloribus ex frigore cum madore ſuſcepto, ortis. Ligni *Scobs* vulnera ingentia brevi cicatrizat. *Reſinam* verò arbor *Piſà* fundit magis copioſam, candidam, & odoriferam, quàm arbor *Lauguaan*, quæ eſt ordinaria navibus picandis. *Pilis* ſubſtituitur Gummi *Carannæ*, alii pro Gummi *Anime* habuêre, *J. Incalada* eam in Jucatan *Copal* vocari ſcribit, & *Tecomahacâ* efficaciorem eſſe. Magna ſiquidem Emplaſtri modo impoſita, præſtat ad luxata efficaciſſima, lichenes, & Alopeciam abolet, ſtomachi imbecillitati medetur, ſcirrhoſum curat lienem, dolores junturarum, membrorum contractionem, aut ſiderationem. & convulſionem Cauſ. necnon frigoris in pedibus perceptionem, & formicationis ſenſum in paralyſi Scorbutica, plantis pedum impoſita reſolvit & ſanat. Ventris tormina à flatibus mitigat umbilico impoſita, ulcera, & exituras efficaciter emollit, & maturat. Affertur liquida, & ſicca.

VIRES.

Fructum *Luzonis* Pilis, *Cluſius* à *Cortuſo* nomine *Mehenbetene* acceptum, cum aliis, inter *Nuces Unguentarias* poſſe referri cenſet. *An* idem ac fructus *Beretinus*?

11. *Piſtacion Luzonis*, Indis *Taliſay*, *Banilar*, *Banilad*, *Nato*, & *Hittam*. *Arbor* procera eſt, amans montana & litoralia. Caudex *cortice* integitur craſſo, ſcabro, ſubruſſo interne, & valdè adſtringente, unde in alvi profluviis, dyſenteria, ruptis, luxatis, diſlocatis, & teſtium tumore in uſum venit. *Folia* ampla, ſubrotunda, ſpithamâ longiora, bipalmum lata, nervoſa, ſaporis pontici, cochleatim ſummitates ramuſculorum ſubeuntia, inibi in *Roſæ* figuram diſpoſita, congeruntur, ramuſculo à veſtigiis deciduorum foliorum ſquammato, ſeu oculato, permanente. *Floſculi* perexigui, ſtellati, flavo-pallentes, pentapetali, in racemulis. *Fructus* ovo compar, conico-compreſſus, *putamine* viridi, carnoſo conſtans, & nuce unciâ latiori, biunciam longâ, ventricoſa tenui cooperta telicula, membranacea, & candida, ad latera villoſo tomento barbatâ, ut *Mangæ*, acido-oleagineo liquore repleta. *Nucleus* pineâ nuce major eſt, edulis, ſapore cum *Amygdalino* certans, nucleo *Pilis* minus oleoſus.

12. *Tagolibas*. *Arbor* eſt magna, quam in Paynan *Hohom* vocant, abundat in Inſula dicta *De las Tablas*, itinere item ex *Maragondon* in *Naſogbu*, plantata viſitur in *Marinduque*. Hujus arboris fructus *nucleus*, eſt ille ligneus & ramoſus nucleus, quem vulgus paſſim pro fructu *Cannæ Indicæ cavæ* venditat, & eſſe *Crocodilifugum* narrat & credit. *Fructus* eſt pomum carnoſum, ſubflavum, oblongo rotundum. *Tagolibàs* cortex fulvo inficit colore.

15. *Pomiferæ*

15. *Pomiferæ* Nucigeræ, *Monopyrenæ, Pericarpio corticoſo.*

1. NUX *Unguentaria Luzonis prima*, l. *Dancgalang*, l. *Dincaleng*, aliis *Palo Maria*, Bohoſanis *Bitauob*. *Arbor* alta eſt & vaſta, amans maritima, *ligni* coloris incarnati, ſeu carneoli, tenaciſſimi, navigiorum fabricis aptiſſimi. *Folia* lætè virentia, perpolita & ſplendentia, ſociata, craſſa ut folia *Dohat*, ſubrotunda, ſpithamæa & palmum lata. Floret *Novembri*, prorumpunt autem flores tredecim aut quindecim uno in thyrſo, circa ramorum apices inter foliorum genicula, in uncialibus pediculis omnino candidiſſimi, magnitudinis *Syringæ* ſeu *Sambah Arabum*, odoris longè ſuaviſſimi, ex octo conchatis *petalis*, creberrimis ſtaminibus & aureis antheris faſtigiatis, compoſiti, in quorum medio, tenellus, umbilicatus, coloris carnei, magnitudinis *Coriandri* deliteſcit fructus. *Fructus* viridis eſt, carnoſo ut *Juglans* tectus cortice, orbicularis, & ovi fermè magnitudinis, nucem claudens juglandinæ parem, palearem, lævem, ſphæricam, tubinatam tantillùm, nulla notatam, aut fiſſilem diviſura, *nucleum* album, ſolidiuſculum, parem *Caſtaneæ*, lacte viſcoſo, ſeu reſinoſo oleo ſcatentem, in binas partes diviſum, ſuberino & craſſo ſub putamine oſſeo latente, defenſum corticę. Ex arboris inciſo caudice *reſina* ſtillat *liquida*, bellè virens & benè olens, quæ *Peruvio Europæ* infertur, hæc *Balſami* vulnerarii vicem præbet, vulnera quàm citiſſimè & feliciter ad cicatricem perducendo. Levamen ex ea habui in dolore Arthritico. *Foliorum* rec. infuſum aut decoctum, verrucas, clavos, & oculorum tollit ſuffuſiones incipientes.

2. *Nux unguentaria Luzonis ſecunda*, ſeu *C. Cluſii* Fructus peregrinus tetragonos, Indis *Bitoon*, l. *Bitung*, & *Boton*, Hiſpanis *Bonete del Clerigo*, id eſt, *Pileus Clericalis*. Non eſt Palmæ ſpecies, ut quidam voluere, ſed *arbor* vaſta ſui generis, ferens *folia* craſſa, ſplendida, ſeſquipalmum lata & cubitum longa, nervo per medium excurrente rubro. *Flos* flori *Macupæ* ſimilis, ex aliquot ſcilicet viridibus, foliis *Myrti* ſimilibus perianthiis (quæ *Chirurgo* qui illum quem *Cluſius* depingit, attulit impoſuere, exiſtimans bulbaceam eſſe plantam) quatuor ſeſquiuncialibus verecundè rubentibus *foliis*, & ſeſquipalmaribus, creberrimis, candidis, in extremo læta purpura terminatis *ſtaminibus*, aureis *apicibus* faſtigiatis, componitur. *Fructum* depictum & deſcriptum *vide* apud *C. Cluſium*, Exot. *lib. 2. fol. 26. N. B.* Pediculus fructus eſt ubi latior eſt, faſtigium ubi in metam aſſurgit. *Nucleus* verò ejus, ſeu nux ſolida eſt, pomo compar, & quatuor ſulcis ſeu carinis per longum ſignata. Hæc *Indis* piſcationi deſervit medicæ, olim auguriis & aliis ſuperſtitionibus inſerviebat. *Oleum* inde paratur lychnio deſtinatum. Nonnunquam unà cum putamine magnitudinis eſt *Nucis Indicæ Cocci* cum ſuo putamine.

3. *Arbor Bigaà*, l. *Bàlor*. *Balor* ab ave Palumpede, quæ ejus fructu veſcitur, vocant. *Arbor* magna eſt, ramoſa & pulcra. *Folium* profert alternè exiens, ſimile ſed duplo majus folio arboris *Anonang*, & per medium excurrente trino exaratum nervo. *Fructus* ſphæricus eſt, coloris helvi, ſeu *Pomi Maibulo*, & ut hoc ſubpiloſus, conſtans putamine ſolidiuſculo, ſub quo *caro* tenera, ex albo virens, pauca & ſubdulcis, nucem lapideam, orbicularem albicante zonula cinctam, ſolidiſſimam, magnitudinis glandis plumbeæ ordinariæ, concludens, quæ bina ſemina *Ceratii* continet ſaporis leguminoſi.

4. *Balingaſan*, aliis *Putad*. *Arbor* mediocris, amans æſtuaria, fluviorum ripas & lacuum litora, *folio* luxurians *Laurino* latiori, leniter crenatè inciſo, ſeſquipalmari, aut etiam ſpithamæo, alterno, triſtè virenti, quod tenerum, *Indis* leguminum loco deſervit. *Flore* lætatur tetrapetalo, rubello, crebris referto crocatis apicibus, formæ floris *Capparis*, frequenti, bicubitalibus nonnunquam appenſo funiculis: Cui *Fructus* ſubſequitur magnitudinis *Nucis Regiæ*, ex orbiculari quaſi quadrangularis, coronatus, viridis, conſtans ex inutili, & carno o putamine, & nuce, *Nuci Myriſticæ* forma & magnitudine quodammodo ſimili, mollecula, rubente, ſaporis ſubdulcis, ut glandis. Folia *Putad* contuſa, ſale & oleo *ſeſamino* mixta, & calida impoſita, ventris diſcutiunt cruciatus. Decoctum apicum menſes provocare ferunt.

Ob folii, floris, & fructûs ſimilitudinem cum *Bitoon*, ejus ſpecies & *Fructus tetragonos minor* appellari poſſet.

16. *Pomiferæ* Nucigeræ *Polypyrenæ.*

1. NUX *Unguentaria Luzonis Tertia*, Indis *Balucanad*, l. *Balucanar*, Aliis *Beao*, l. *Beaio*, Cluſio *Camiri*. *Arbor* montana eſt, vaſtiſſima, *Foliis* comata alternis, craſſis, tricuſpidatis, uncias ſeptem vel octo longis, & latis. *Fructus* racematim propendens, corticoſus, ex compreſſo pyriformis, ſupernè modicè turbinatus, aurantio major, maturus decuſſatim dividuus, coloris herbidi, nuces binas juglandinis pares, & fermè ſimiles, ſed nuce *Lumban* magis fuſcas, ſolidas, & quaſi cordiformes, variis proſtantiis montoſas, nullis fiſſuris pervias, maſſa obvolutas crocea, & ſaporis ingrati, exhibet: In his nuclei deliteſcunt albi, magni, putamen exactè implentes edules, ſaporis Juglandinæ, in duas partes fiſſiles, & folium in ſinu habentes, ſed inebriantes, & alvum laxantes, ſi plures edantur, quare his, utì & *Lumban* Indi igne correctis, ac præparatis veſcuntur. Ex his oleum, in *Luzone* Azeite *de Palo* exprimitur, quod reſina & calce vivâ permixtum navium inſervit obſtruendis hiatibus. *Nucleus* contuſus & *Unguenti* loco uſurpatur ulcera ſanat antiqua. *Nucem* vide optimè deſcriptum apud *Cluſium*, *Exot.* lib. 2. cap. 15, & 28. tit. *Camiri*.

2. *Nux*

2. *Nux Unguentaria Luzonis quarta*, Indis *Lumban*, & *Galumban*. *Arbor* magna, ſimilis arb. *Pilis*. *Folium* in tenui, & ſeſquipalmari pediculo, alternum, ſubrotundum, in mucronem vergens. *Florum* racemoſi faſciculi incani, floſculis candidis, pentapetalis, creberrimis, & rotundifoliis conſiti. *Fructus* ſunt poma majora, orbicularia, corticoſa, continentia *nucum* tres, vel quatuor, magnitudine, formâ, & colore vix non *Myriſticis* ſimiles, quæ conſtant putamine fuſco, ſolidiuſculo, ſed facilè fragili, afore, *nucleo* verò magno, albo, dulci, foliolum latiuſculum, ut nucleus *Balucanad* in ſinu claudente, aſſo eduli, recenti magis cathartico nucleo *Balucanar*. Ex hoc *oleum* expreſſum, præter alia, deſervit & pictoribus.

3. *Nux Unguentaria Luzonis quinta, Calumpan*. *Arbor* eſt vaſtiſſima, *folio* ordine ut *Caſtaneæ equinæ* folium diſpoſito, ſed non crenato : *Flos* inodorus eſt, aliis putidè fœtens, ſubhirſutus, & purpureè pallens, in margine colore viridi limitatus, compoſitus ex craſſiuſculo calyce in quinque petala dehiſcente, de cujus medio recurvus procedit umbilicus, congeſtus in racemum, fermè ſemper binus ac binus in uno pediculo. *Florum* ſtillatitiam contra venena laudant. *Fructus* eſt corticoſum & rubens pomum, pugno majus, pluribus ſociatum, figuræ burſæ arcuatæ, in binos diſtinctæ ventres, glandibus refertum numeroſis, qui toſti *Caſtaneas* ſapiunt, & *Indis* in cibum veniunt. *Oleum* quoque ex eis parant, lucernis deſtinatum nocturnis. Fructûs *cortex* tinctoribus ad glaucum inducendum deſervit colorem.

4. *Faba de Sandrin*. Affertur *Bengalâ*, amaricat leviuſculè, laudatur ad dyſenteriam, diarrhœam, teneſmum.

5. *Faba de Siam*. Nucleus eſt magnitudinis *Igaſur*, formæ *Tabigui*, cujus ſpecies eſſe videtur, ſaporis leguminoſo-farinacei, cum levi amaritudine. Pulvis proficuus eſt diarrhœa laborantibus.

6. *Calumpan Salati*, cujus fructus *Nigui*, aut *Tabigui*. *Arbor* vaſta, amans lacuſtria æſtuaria, *folia* habet magna, alterna, lævigata, ſubluſtria, ex atro virentia, craſſa, & obtuſa ut Folia *Bilauob*. *Flos* candidus eſt, & ſubodoriferus, tetrapetalus, in racemis in cujus medio majuſculus, ex candido rubens, ſupernè crenatus, & umbilico prægnans aſſurgit calix. *Fructus* corticoſus, ſphæricus, *Melone*, aut *Aurantio Lucban* major, triforè diviſibilis, expullo virens, *Nuces* variè anguloſas vix non pugno pares, quinas aut ſenas continens, hæ putamine conſtant craſſo, ſuberino, & nucleo majori ac duriuſculo, quaſi corneo, ſubrotundo, facie vix non *Nucis Mammay*, quoad depreſſum veſtigium, ſi ſplendidus, ac terſus eſſet. Hos *Nigui*, & *Tabigui* Indi *vocant*, & in diarrhœa, & aliis alvi fluxibus, ob vim quâ pollent adſtrictoriam, commendant.

De Cacaquate, Cacao, & Chocolate.

7. Arbor *Cacaifera* mediocris eſt, & vix *Pruni* altitudinem attingens, loca amans opaca, & humida, ſed munda, cœlum calidum. Folia *Juglandinis* latiora, alterna, in mucronem deſinentia, magis protenſum, pedem longa, palmam lata, in quibus ex nervulis per ea diſcurrentibus folium quodammodo aliud delineatum cernitur. *Florum* deſcriptio quæ proſtat in Hiſt. plantarum *Joannis Raii* falſa eſt. Sunt enim floſculi adeò parvuli, ut à multis non obſerventur, hinc multi negant arborem florere, coloris ex purpureo albicantis, & ex quinis in gibbum elevatis, de quibus viciſſim alia & hæc cochleata & flaventia foliola propendent, conſtantes, quinqueungui, & ſtellato excepti *perianthio*, medium purpurea occupant *ſtamina*. *Fructus* ex ramorum craſſioribus, & caudice, à floribus non ſejuncti, inter foliorum umbras provenire gaudent, qui digitum auricularem craſſis inhærent pediculis, & cortice contegunſur fungoſo, craſſo, rubente, pentafori, & in circumferentia decem, per longitudinem ſpeciosè ſulcantur carinulis, tuberibúſve inæqualiter montoſi apparent : Hi diviſi, nuces *Amygdalis* ſuppares, ſed duplo craſſiores, membranaceo putamine coopertas, & candidæ, ſaporiſque jucundè acido-dulcis maſſæ impactas exhibent, frequentes, quæ deglubitæ in varia diviſibiles fragmenta deprehenduntur. Ex his modicè igne toſtis, additis *Canela*, *Vaynilla*, *Aniſi ſemine*, & *Maizio* conficitur nunc illa maſſa, ex qua addito ana *Sacchari* tanti æſtimata paratur ſorbitiuncula, *Chocolate* vocata. *Chocolatl* verò quod in *Jucutan* à modo faciendi *Zorreado* vocant, quóve familiariter ſpretis aliis compoſitionibus utuntur, conficitur ex una parte granorum *Cacao*, duabus præparatorum nucleorum *Mammei*, quos *Nexhaz* vocant, & q. ſ. *Sacchari* & *Maizio*. Addendo pro lubitu de granis *Achiotl* quæ *Kuſſub* vocant : Involucris *Xuchit*, ſeu *Orejuelas de Tabaſco* : Floribus *Mahaz* : Fructu *Cziizbik*, ſeu *Capſici ſtupidi*, Hiſpanis *Vaynillas* : & fructu *Chom*, qui ex *Peruvia* defertur, eſtque *Cacai Species major*, deforis coloris plumbei, medullam habens candidiſſimam, quæ *Chocolatl* adjicitur ſpumæ gratiâ.

8. *Cacai* genus *Sylveſtre* eſt & *Pataſtle*, ſaporis ſubacidi, ordinario triplo majus, & crudum edule.

9. *Xuchit*, ſeu *Orejuela de Tabaſco*, à ſimilitudine *auriculæ* ità dictum, quorundam florum involucrum, aut folia eſſe, probabile eſt. Odoris eſt fragrantis, & ſummopere confortans ventriculum.

17. *Arbores* Pruniferæ.

1. *Terebinthus Luzonis tertia*, ſeu Byſaiarum *Dâo*, *videtur eſſe* Pampangorum *Aſſeitunas*. *Arbor eſt* frondoſa, corpulenta, altiſſima, & recta ut *Pinus*, ad caudicis radicem emittens prægrandia fulcra, Indis *Dalir* vocata, ut arbor *Naga*, quibus firmatur & fulcitur. Ex hujuſcemodi unico fulcro in noſtra Bibliotheca viſitur menſa ex unica tabula, orbicularis, viginti quatuor cubitorum in circumferentia. *Cortex* albicat, lignum ſubfuſcum eſt, *Folium* communiter ex undecim, mucronatis, unciam latis, tribus longis, compoſitum, alternum eſt. *Fructus* parvus, ut prunum duracinum, fermè orbicularis, maturus, citrinus, edulis, carnis paucæ, viridis verò *Olivarum* loco ſale conditur & aceto, hoc plurimum delectantur *ſues montani*. *Nucem* habet modicè compreſſam, fructui improportionatam, inæqualem, duriſſimam, nunc binos, jam trinos continentem nucleos, nucleo *Pomi Armeniaci* pares, multo & dulci oleo ſcatentes. Foliorum *Dao*, & corticis decoctum cum rad. *Cyperi rotundi* factum, exhibetur pueris ad proliciendos tum morbillos tum variolas. Alii verò folia, *VIRES.* & corticem in *Tuba*, ſeu *Nucis Indicæ* lacteſcente liquore, unà cum pauxillo *Sulpulis* macerata, propinant, & nè variolæ circa oculos prorumpentes noceant, ſuccum illinunt foliorum arboris *Libàs*.

2. *Arbor de Nabotas*, cujus fructum, *Fructum Simii* vocant. Alta eſt & frondoſa. *Fructus* Pomum eſt globoſum rubrum, trifidè dehiſcens, continens *nucleos* fuſcâ cuticulâ opertos, magnitudine glandis, edules, guſtûs ſuavioris, nucleis *Pilis*.

3. *Longboy*, l. *Lomboy*, l. *Dohat* aut *Duat* in Luzone, in India *Jambolies*. *Arbor* eſt montana, ſpontanea, alta & vaſta, folium gerens ſeſquipalmare, aut etiam ſpithamæum, oblongo-rotundum, in exiguum vergens mucronem, imò ſæpius præmorſum, ſeu cuſpidis loco inciſum, ſociatim exiens, ſolidum & craſſum, atrè virens, glabrum & ſplendens. *Flores* puſilli, candidi, ſeu in brevibus & viridibus pediculis, calyculi purpurei, intus luteſcentes, ad oras crebris & albis ſtaminibus, cum flavis apicibus, cincti, quæ antequam erumpunt, ſcutellari & morello cooperiuntur perianthio. *Fructus* magnitudinis & coloris ſunt *Olivæ* nigræ, immaturi auſterrimi, maturi morello inficientes labia colore, ſaporis ex acido-dulci adſtringentes, eduntur ſale reſperſi, *os* habent tenerum, oblongum, *Olivæ* officulo compar, virideſcens, cui caro inhæret. Officulo & caudicis cortice pulverato utuntur in diarrhœa.

4. *Longboy ſpecies major*, Indis *Dohac damulad*, & *Duat avang*, fructu eſt ſuppari *Prunis Brunenſibus*, Goæ *Jambelaum* vocant.

5. *Malaygang*, l. *Yoot*. Arbor magna eſt, *Folium* Mori, *Fructus* figura, colore & ſapore imitatur fructum *Longboy*, ſed minor, ferè orbicularis, racematim propendens, creberrimus, cujus ſucco *Indi* lintea inficiunt colore rubicundo, ſed inconſtans eſt, abiens in morellum.

6. *Amaet*. Arbor major eſt arbore *Ygot*. Folia *Arbuti*. *Fructus* forma eſt ſimilis fructui *Ygot*, ſapore *Arbuti*.

7. *Doctoyan*. Arbor montana, alta & procera. *Fructus* figuræ eſt *Longboy*, coloris deforis roſei, intus albi & non violacei ut *Longboy*, ſaporis acido-dulcis.

8. *Hayoma*. Arbor mediocris. *Fructum* fert ſimilem *Longboy*.

9. *Calumpit*. *Arbor* eſt magna, altiſſima, folii *Oleæ* ſed duplo majoris. *Fructu* rubro, veſco, ſimile *Longboy*. *Cortex* nigro inficit. Huc ſpectat & *Aguiui*, ſeu *Dohat montana*.

10. *Aguiui Arbor*, Species eſt *Longboy* ſylv. *Folia* Laurina. *Fructus* parvus. *Flos* candidus caliculatus. *Folia* pro ſuffumigio ſudoriſero in tertiana.

11. *Binaiuiu*, arbor, fructu acido, veſco.

12. *Bignai*, arbor *fructu* acido, eduli, majori *Bigneaſſo*.

13. *Ber Indica*, fructu *Jujubino*, Indis Luzonis *Hacoſan*, ſeu *Arbor Gummi laccam exudans*. *Hiſpanis* à fructûs pomaceo ſapore *Manſanilla*. Arbor mediocris eſt, ſpinoſa, frequentibus virgulis ut *Betula*, & creberrimis luxurians ramis. *Folia* leniter crenata, obtuſa, & ſubrotunda, uncias binas ferè & longa, & lata, alterna, juxta ſpinas exeuntia, ſaporis nullius ſpecialis, parte imâ ex atro virore ſplendentia, averſâ lanugine incaneſcentia, nervis præcipuè tribus per longum excurrentibus, & luculentioribus exarata. Ex foliorum ſinubus *floſculi* plures ſimul, candidi, pentapetali, in quinqueungui perianthio, ſtellati & inodori prodeunt. *Fructus* ſunt magnitudinis habitioris *Olivæ* pomula flaventia, ſaporis pomacei cum adſtrictione, *os* continentia aſperulum, officulo *Olivæ* non diſſimile, duplicem diſtinctis in cellulis habens *nucleum*. *Gummi Laccam Off.* Sinæ *Chicong* vocant, gummi eſt baccillis ex arbore *Ber* inhærens, in *Luzone* arbor *Ber* non deeſt, *Laccam* attamen exudare necdum obſervavi.

14. *Banquiling*, Byſaianis *Poras*, & *Layohan*, & *Iva*. Arbor mediocris, valdè ramoſa, *folia* habens, ex pruni foliis ſimilibus, alternè appenſis, mucronatis, lætè virentibus, viginti quatuor communiter, compoſita. Ex his fiunt fotus, & balnea, in lepra, ſcabie, morbo gallico, & dolore capitis, proficua. *Flores* per alternos faſciculos, ex rubentibus nucamentis.

Fructus ſunt flaventes, ſubacidæ, ex quatuor hemicyclis carinulatæ, *officulum* duriſſimum, gemmam quatuor hemicyclis incluſam repræſentans continentes, baccæ racematim congeſtæ, in ramuſculorum ſummitatibus, quorum cacumina foliata, pediculis breviſſimis innixæ, conglomeratæ. Ex harum ſucco Syrupus in febribus diuturnis uſualis conficitur. Radicis cortex ex croceo rubet, ſaporis eſt adſtringentis, cujus ſucci ℥j. exhibita, purgat

per

per ſuperiora, & inferiora, præcipui attamen uſus in aſthmate eſt. *N. B.* Si forſitan hypercatharſis ſupervenerit, tempora, carpi, & ſi opus pedes aqua frigida abluendi. Pulveris cort. rad. ʒß. pota provocat menſtrua, ſecundinas, & urinæ ſuccurrit difficultati, in febribus *Santalo* commixtus propinatur. *N. B.* Eſt *Charamei* Acoſtæ, & Turcarum *Ambela*, ſeu Indiæ *Anſele*.

15. *Balabalayan*, *T. Talongon*, *B.* An *Suyagdagat*? Arbor Syl. *Pruno* ſimilis *folio*, fructu, & altitudine. *Folium* cuſpidatum, ſibi oppoſitum, ſplendens, & terſum. *Flos* monopetalus, luteus eſt cucullus, è folliculoſo, creber in faſciculo protuberans racemo, ſtaminibus plenus. Huic *fructus* ſuccedit ſaporis non ingrati, non tamen edulis, carnoſus ut *Prunum*, flavus, levi inſidens calyculo, & *nucleum* duriuſculum *Pruni* modo includens. Foliorum decocto utuntur *Indi* ad pedum fiſſuras ſanandas.

16. *Boòl*, prima fructum gerit, pernicioſum, formæ *Pruni*.

17. *Altera* magnum, formæ *Aurantii* Lucban.

18. *Suyagdagat*, Arbor eſt ſpinoſa, Prunifera, *pruna* flava, magnitudinis *Olivæ*. An *Balaybalayan*?

19. *Mantavi*, arbor mediocris. *Folia* terſa, ſplendicantia, pulchra, clarè virentia, mediocria. *Flos* parvus, albus in racemo. *Fructus* orbicularis, flavens, magnitudinis *Meſpili*, glandiformis, cum prodit ex calyce, caro extima dulcis, glans interna amaricans. *Cortex*, & *lignum* alba, *radix* cinerea, recens mollis, & carnoſa ut *Rapi*, ex eduli amaricans. Additur cæteris Antidotis, ſed uſus ejus præcipuus eſt convaleſcentium, debilitatorum, & recidivis laborantium, ad vires corroborandas, ut Sinarum *Hogling*. Exhibetur cruda vel in decocto, vel in pulvere & reiterato, & in majori quantitate, nec noxam infert, aut nauſeam.

20. *Canungi*, vel *Canumay*. Arbor magna, foliis *Zapotl* nigræ: *Fructu* magnitudinis *Pruni*, facultatis exulcerantis, piſcationi deſerviente medicæ.

21. *Manninila*, aliis *Diis*. Arbuſcula duarum orgyiarum, *cortice* coloris *Cinamomi*, *Lignum* album; *folium* acetoſum, quod *Indi* piſcibus decoquendis adjiciunt; *Fructus* acidulus ſubacerbus, formæ *Pruni*.

22. *Manninilæ Species*, eſt *Bunabno* fructu acidulo ut illa. An *Abobunao*? arbor, cujus *fructus*, unà cum internis diviſionibus rubet, & *oſſiculis* donatur binis.

23. *Borogtongon* Byſaiarum, id eſt, *Prima*, arbor eſt magnitudinis *Bilingbing*, caudicis *cortice* nigro, *folio* parte pronâ phæo, ſupina ex cinereo clarè virenti. *Fructum* edit, non edulem, teretem, uncialem, albicantem immaturum, maturum aureolum, continentem *oſſiculum* cum ſuo *nucleo*.

24. *Secunda*, Arbor eſt magnitudinis *pruni*, *caudice* in ambitu ſeſquicubitali, *cortice* ſubfuſco, & viridibus virgato ſtriis: *Folio Ditæ* folio ſimili, ſpithamæo, nervis proſtantibus, crebris à medio ad marginem excurrentibus, quaterno, aut terno numero ramuſculos, ambiente. *Flos* parvus, neglectus, creber, exiens in ter trinis prælongis, & ſurrectis pediculis.

25. *Tertia*, Eſt frutex arboreſcens, molliuſculi ligni, ramuſculis quadrangularibus, *folio* ſeſquiſpithamæo, aut majori, craſſo, alterno, frequentibus albicantibus venis inter nervos majores diſcurrentibus fulcito, ſaporis amaricantis. *Radix* variè contorta, pallet, multis irretita candidis fibrillis, amariſſima. Caudicis cortex *Primæ* tenuis eſt, ſolidiuſculus, ex amaro, in vehementer acrem tranſiens ſaporem. *Doſis* à gr. xij. ad ʒj. purgat violenter, ut radix *Tertiæ*, datur in veneni periculo, viperarum morſu, diarrhœa, dyſenteria inveterata, lepra, morbo gallico, & aliis magnis, & Herculeis affectibus. Fiunt & inde balnea vaporoſa, in ſcabie, lepra, lue venerea, uti & vaporoſi ſudores in doloribus, tumoribus, & gummatibus gallicis proficua. Morbus, quem vulgò Gallicum vocant, *Hiſpanis* Bubas, *Indis* Buti, *Indiæ* fructus eſt, *Indis* Endemius, contrahitur ex ſuſcepto madore, & non mutatis veſtimentis, ut contigit *P. Caſanova*, *A. Alarcon*.

VIRES.

18. *Bacciferæ Monopyrenæ.*

1. NUX *Unguentaria Luzonis ſeptima*. Indis *Guling* vel *Gulacling*. Arbor eſt gaudens *foliis* palmaribus, nitidis, in mucronem vergentibus, alternis, unciam latis. *Baccas* fert croceo-rubentes, oblongo-rotundas, ſeu ovales, minoribus, avellanis pares, quibus *Turdi corvini* veſcuntur, qui conſumpta pauca quibus integuntur carne, nuculas ovales, niveas, & aſores denuo egerunt, quæ *nucleum* continent ſubdulcem, liquido, limpido & multo oleo ſcatentem.

De Ebeno & ejus Speciebus.

2. *Ebenum*, ſeu *Lignum Indicum*, in Igbabao *Loyong*, in Luzone *Gulihayang* & *Culicadayang*, in Samar & Leyte *Bantolinao*, in Malagondon *Bulungaita* vocant. Abundat eo *Luzon*, circumvicinæ, uti & *Biaro*, *Siaro*, *Talao* & *Macazar*. Locis gaudet maritimis & petroſis, *arbor* mediocris eſt, cujus *corticis* ſuperficies cinerea & aſpera, cortex ipſe durus, ſiccus & nigerrimus, ſecundus verò mollior & ruffeſcens. *Folium* pulcrum, venoſum, craſſiuſculum, alternum, ſaporis non ingrati, & *nucis juglandinæ* folio ferè ſimile quoad magnitudinem. *Fructu* ut volunt

volunt caret, ſed hallucinantur, ſiquidem pro fructu fert *Acinos*, Baccis *Myrti* ſimiles, primò eroceorubentes, maturos nigros & edules. Abundat in *Bobon* & *Catarman*. Hujus *Caudex* ſi fuerit quatuor cubitorum in diametro, unius ſpithamæ alburnum, ſeu lignum ſorinſecè inutile & facilè corruptibile habere ſolet, reliquum verò, ſeu matrix de *Ebeno* ſolido, nigro & incorruptibili erit, & hujus corpore humano major aut craſſior truncus vix invenitur.

3. *Ebenum folio Palmæ*, & arborem arbori *Hayri* ſimilem eſſe ſcribit *Chabræus* in ſua ſtirpium *Sciagraphia*, ſed arborem *Anabao*, quæ ſylveſtris *Palmæ* ſpecies eſt, & ligno *Ebeno* ſimili, at pectinibus nigris ſtriato, cum *Ebeno* confundere videtur. *Ebenum* de reliquo ut facilius elaborari queat *Sinæ* aqua calida macerant, lævorem verò jam elaborato præmiſsâ triduanâ in luto ſepulturâ, *Canna* ſeu arundine *Indica* cava, aut etiam ligno *Kayolacca* addunt & conciliant. *Ebeni* ſcobis infuſum viſum clarificat. Decoctum potum ſudores movet. *VIRES.*

4. *Amaga*, Species eſt *Ebeni*, arbor pumila eſt. *Folia* craſſa, oblongo-rotunda, craſſa, nervoſa, glabra, atro-virentia, alterna, palmum longa. *Lignum* nigrum ut *Ebenum*, faciliùs verò illo dolabro obedit. An Species *Quaiaſi?* Abundat in *Bito* & *Abuiyo*.

5. *Apilig*, ſpecies eſt *Ebeni* montani, arbor major eſt *Bantolinaô*.

6. *Talong*, T. *Camagong*. B. eſt cor arboris *Mavolo*, nigrum ut *Ebenum*.

7. *Camalagi*, ſimiliter eſt matrix arboris *Tamarindi*, pariter nigrum ut *Ebenum*.

8. *Ebenum* vocant & arborem quæ magna eſt & vaſta, ſed lignum inæqualiter nigrum, & *Ebeno* minus ponderoſum.

9. *Sanguis Draconis Officinarum*, Hiſpanis *Sangre de Drago*. Modicè inficit, ſaporis eſt dulcis, quod omnes affirmant Canarii, pulveratus coloris eſt vilioris *Laccæ*, aut *Boli ordinariæ*. Eſt verò ſuccus arboris, quam *Thevetus* in Canariis provenire ſcribit: *C. Cluſius* virentem *Olyſipone* vidit, & *Lobelius* folio 639. depingit & ita deſcribit; Procera & ſemper virens eſt, folia cubitalia, latitudinis pollicaris, medio eminente coſta, rubentibus lateribus: *Fructus* magnitudinis *Ceraſi*, ſaporis acidi, flaveſcit. Hunc *Cadamuſtus* guſtu ſuavem, & cœruleum eſſe tradit.

10. *Sanguis Draconis Pictorum, Cinnabaris Dioſcoridis*. Sanguinem Draconis *Pictorum*, quem in Lacryma vocitant, eſſe *Cinnabarim Dioſcoridis*, diverſiſſimúmque à *Cinnabari* factitia *Officinarum*, earúmque *Sanguine Draconis*, extra omnem eſt controverſiam. Hunc Chinæ *Huikian* vocant, & ſemiuncialibus plerumque affertur in paſtillis, inſipidus, ſplendens, ex croceo-rubens, vitriosè fragilis, & in pulverem redactus coloris *Boli Armenæ*, modicè tingens. *An* ſuccus arboris *Peruvianæ-Carthaginenſis* à *Monardo* deſcriptæ? Magna eſt, inquit, cortice tenui, facilè inciſibili, hujus liquorem *Sanguinem Draconis in Lacryma vocant: Fructus* verò ſublata pelle illico dracunculum affabrè expreſſum videndum offert. *Superiori ſimilem*, rubicundiorem, & ſelectiorem *Sinæ* afferunt in bacillos coactum.

11. *Saponaria Luzonis altera*, Indis *Anoling*, l. *Anulin*. Arbor eſt magna, cujus *caudicis* ſpongioſo-tomentoſa materies vicem ſupplet ſaponis. *Folium* gerit alternum, craſſiuſculum, modicè inciſum, & quaſi profundioribus laciniis diſſectum eſſet, notatum, *Laurino* majus. *Fructus* ſunt baccæ, ſaturè purpurantes, punctatæ, ſphæricæ, in palmari pediculo è ſinu foliorum prodeunte in corymbum congeſtæ, caliculo inſidentes. Semen *Coriandri* ſemini ſimile.

12. *Saponaria Luz. tertia*, Indis *Onop*. Candidi *radicis* corticis raſura, ſapone quovis copioſiorem, magis candidam, & magis detergentem excitat ſpumam, unde & ob dealbandi, & mundificandi linea excellentiam meritò ſaponi præfertur.

13. *Manambuc Byſaiarum*, aliis *Panamboc*, *Panòan*, *Poònan*, *Pallaòan*, *Maglimba*, *Talatog*, Boholanis *Ondang*, aliis *Tambal de Sanguit*. Arbuſtum eſt altitudinis arbuſculæ *Pangaguaſon*, caudicis cortice ex nigro virente. *Folium* ſibi oppoſitum, anguſtum, mucronatum, palmare, tactui ſuave, lætè virens, pronâ parte albeſcens, ſimili folio *Dugtungajas*. *Fructus* ſunt baccæ in racemo, in plures quaſi corymbos diſtinctæ, *Cicere* majores ex viridi, in croceum, inde in corallinum abeuntes. *Radix* longa, teres, pollicem craſſa, corticis craſſi, carnoſi, qui in recenti, & adulta planta ex griſeo rubet, in tenella luteſcit, & per intervalla tranſverſim finditur & dehiſcit, guſtûs dulceſcentis, in acriuſculum tranſeuntis. *Radicum* cortex purgans eſt, doſis ℈j. ad ſummum, per ſe, vel addito *Borogtongon*, aut *Paranolmon*, in affectibus incertis, in recidivis quibuſvis, in omni doloris vehementia, necnon adverſum quaſcunque infirmitates, in peſte, veneni periculo, ſerpentum morſu, febribus, atque lethargo, ad menſes præterea provocandos, partum facilitandum, & lumbricos pellendos, tanquam Panacæam univerſalem commendant. *VIRES.*

14. *Tanag*, Arbor eſt magna, *folium* gerens cordiforme, pedem longum, & latum, ex rotundo mucronatum, plurimis albidis nervulis exaratum. *Flos* in majori racemo, magnitudinis *Sambach Arabum*, ſubluteus: *Fructus* parvus, ſubrotundus. Folio, & radice utuntur *Indi* contra febres. Ex folio devorato intereunt porci, utì ſi ſarmento *Balingay* eorum pedes ligentur. Adverſatur & radix venenatorum animalium morſibus.

15. *Oculus Cancri legitimus*. Arbor eſt procera, *folia* gerens palmum lata, ſpithamâ longiora, molliuſcula, & terſa, coloris ex viridi cæſii. *Fructus* ad foliorum ſinus congeſti, orbiculares, ruberrimi, ter trini, aut plures ſunt acini. *Nuclei* ſphærici, ſtriati, tenuis putaminis, albi, duriuſculi, quaſi cornei, morſicantes.

16. *Pſeudo-oculus Cancri*, Indis *Matangulang*. *Prior* folio gaudet compoſito ex aliis quatuor, palmaribus, aut ſeſquipalmaribus, ad quorum petiolorum angulos bini, ac bini florigerorum ramuſculorum prodeunt faſciculi, crebris, albis, pentaphyllis, & crocatis *floſculis* onuſti.

17. *Alter*, frutex eſt ſemiſcandens, *foliis* communiter ſeptenis in uno ramuſculo, ſeſquipalmaribus, aut ſpithamæis. In apicibus ad foliorum ſinus bini, ac bini, aut etiam plures,

ſeſquipalmares exeunt racemi unà cum cauliculo ſubviolacei ; *Flores* identidem rubro-violacei, octopetali, parvi, & inodori, ſtaminibus crocatis umbilicati. *Fructus* ſunt magnitudinis *Ciceris* baccæ, biventres, dipyrenæ, nucleis albis, molliuſculis. Nonnunquam monococcus eſt, & tunc ſphæricus, facie, & colore *Ceraſi* rubri, maturus fulveſcit quaſi ut Ceraſum nigrum.

18. *Tertius*, Indis *Alimomog*. Arbor eſt magna, *folium* glabrum, ſubluſtre, denum in uno ramuſculo, inferiora duo ſubrotunda, ſumma tenuia & ſpithamæa, ſeù reliquis omnibus longiora. Quæ maſticata dolorem leniunt dentium. *Flos* octofolius puſillus, coccineus, in racemis. *Fructus* fermè ſphæricus *avellanæ* nucleo compar, coloris cinnabarini ſplendentis, ſaporis ex acerbo ſubdulcis, *nucleis* cicere paribus binis, ſubfuſco cortice tectis prægnans.

19. *Quartus*, *Folium* gerit alternum, ſpithamâ longius, ſubaſperum : *Fructum* reniformem, rubrum, binum ſemper in uno pediculo, in cubitalibus, & frequentibus racemis.

20. *Callius*, Arbor magna, *folium* gerit alternum, palmare, crenatum, aſperum, ut folium *Iſcio*. *Fructum* viridem *magnitudine* ciceris, binis ſtaminibus umbilicatum, & triungui caliculo vix non coopertum, dulcem, *ſemine* albo, *piperi* pari.

21. *Quoiongquoiong*, Arbor eſt mediocris montana amans, utì & æſtuariorum ripas. *Foliis* fermè ſeſſilibus, ſociatis, terſis, teneris, & boni odoris, quæ decocta in cibum veniunt *Indis*. *Flores* ſunt rubelli, rotundifolii, pentapetali. *Fructus* exiguæ baccæ. Caudicis meditullium alburno liberatum recens rubeſcit, & ſantalum redolet, deſiccatum pallidè fuſci eſt coloris, modicè odoratum, & ſaporis expers.

22. *Bago*, Arbor mediocris, ramuſculis vietis ut *Betula*, Liguſtri loco deſervientibus luxuriat. *Folia* pulchrè virentia, bijuga, palmum æquantia, uncia latiora, in mucronem deſinunt. *Flos* in ramuſculorum apicibus congeritur, formæ *Gariophylli aromatici*, ſeu tubuloſus ſupernè decuſſatim in quatuor petala dehiſcens, coloris dilutè aurei. *Baccæ* miniati ſunt coloris, *magnitudine* ciceris, *officula* ſphærica, fuſca, Orobis paria, latere uno alba, umbilico notata. *Cortex* vietus, & tenax pro funiculis deſervit.

23. *Iſip*, Arbor magna, *folio* Mangæ, *fructu* parvo, rubro, orbiculari, acido.

24. *Balugcug*, Arbor mediocris, *folio* acido, craſſo, amplo : *Fructu* parvo, viridi, acetoſo. *An Alibihil ?*

25. *Alibihil*, Arbor magna, *fructus* exigui, *folii* parvi, acidi, utilis in morbillis.

26. *Tambalabaſi* frutex eſt ſylveſcens. *Caulis*, *Folia*, quæ ſeſquipalmaria, & ferè palmum lata, crenata, mucronata, & ſociata, utì & Fructus, qui *baccæ* ſunt *piperi* pares, in corymbis ad foliorum genicula prodeuntibus congeſtæ canâ pubeſcunt lanugine. *Flores* muſcoſi ſunt, ex albo purpurantes, croculis redimiti.

27. *Tacpu*, l. *Mambog*, a. *Mancudo*, ſive *Culit*. Arbor eſt mediocris paſſim luxurians, *folio* conjugato, palmari, aut ſeſquipalmari, terſo, ſuccoſo, craſſo, & lætè virente, quod ſubaſſum, oleo ſeſamino inunctum, & calidiuſculè impoſitum nervis contractis, & doloribus inveteratis opitulatur. *Flores* congeruntur in racemis, candidi, pentapetali, quibus *baccæ* ſuccedunt rubræ, *Piſo* æquales, maturi abortum cauſantes. Cortex & radix rupta conſolidant. Radicis decoctum potum urinas, menſes, fœtum mortuum & vivum, & ſecundinas pellit.

28. *Baligaſay*, l. *Balingaſay*, l. *Balingaſag*, l. *Balingaſan*. Arbor eſt mediocris, ſimilis arbori *Ligàs*, verùm *folio* non ità aſpero, ac nervoſo ut illius, ſed ſuaviori, & molliuſculo. *Baccas* gerit ſeſſiles, morellas, ſubdulces, *cicere* majores, in racemis, quæ *officulo* duriſſimo, & nigerrimo, cum albo, & ſubdulci *nucleo*, refertæ ſunt.

29. *Panabol*, Arbor mediocris, gaudens in umbroſis ſub aliis majoribus enaſci. *Folia* ſunt *Laurinis* majora. *Cortex* ex viridi, coloris terrei. *Radix* maſticata primùm dulceſcit quaſi *Liquiritiæ* radix, mox intensè amaricat. Immiſcetur aliis *Antidotis*.

30. *Panabolon*, Arbuſtum amans litoralia. *Folia* ſunt foliis *Pamgatulum* majora, at magis obtuſa. *Radix* amara, purgans, reſiſtit venenis. *Floſculi* parvi, & albi ut *Tigpud*. *Fructus* orbiculares, candidi. *Ligni* medulla, leviſſima, molliuſcula, & ſpongioſa ut *Sambuci*. Invenitur *Maragondoni* & in *Prov. Panay*.

31. *Hantatamſi*, Arbor orgyias circiter 6. *l.* 7. alta, *folia* habet confusè ex morello virentia, alterna, mucronata, foliis *Salicis* æmula, in ramorum ſummitatibus tantummodo congeſta, ad quorum pediculos, *fructus* ſubfuſcæ baccæ, *Coriandro* pares, ubertim emergunt.

32. *Anargaſi*, l. *Anagaſi*. Arbor vaſta, *corticis* nigri, ex quo educunt filamenta, ex quibus *Antolan* contexunt, ligni duri, & albeſcentis. *Folii* dentati, alterni, quod ſi magnum, ſpithamæum eſt, & fermè palmum latum, canâ pubeſcens lanugine parte averſa, conſpicuâ fuſcè virens, *nervis* tribus majoribus, rubentibus, æquali intervallo, & fermè parallelè excurrentibus, aliis verò minoribus creberrimis tranſverſim interſectum. Ex fructûs *nucleo* ferunt fieri *ſphærulas*, & inde *armillas*, ad veneni præſentiam diſſilientes.

33. *Badiyang*, Arboris folia virtute pollent attractiva, unde feliciter imponuntur venenatorum animalium ictibus, ulceribus ſanioſis, in dolore dentium deforis, & variolis, ac morbillis laborantibus, ad evocandum, exhibendo ſimul internè decoctum radicum *Dalugdugay*. Fructûs *officula*, ſeu arilli, coloris ſunt fuſcè lutei, formæ teretes, ſeu cylindricæ, natura ſua foramine pervii, puellabus *Byſaiarum* pro armillis concinnandis deſervientes, ut grana *Alalayao*, *Babangun*, *Tonquili*, *Quenang*, *Tugus*, &c.

De

De RHAMNIS *Luzonis.*

1. *Rhamnus primus*, *Folio* gaudet alterno, unciali, mucronato; aculeo unico & recto ad ejus ſinum exeunte.

2. *Secundus*, Similiter *folio* alterno, mucronato, ſed triunciali, ſimili ſolio *Balete*, & lacteſcente, ad cujus exitum, ſolidus & aduncus uncialis aculeus.

3. *Tertius*, Indis *Duglab* folio luxuriat alterno, trinervio, ſubrotundo, ſubhirſuto, unciam longo & lato, ad cujus imum ſemper bini & recti aculei. *Lignum* album eſt & ſolidum. *Fructus* ſphæricus, viridis, & oleoſus.

4. *Quartus*, *Folia* exerit alterna, lævia, rotunda, mucronis loco ſinuata, atrè virentia. Ad ſingulum folium, ſingulus & rectus *aculeus*.

5. *Quintus*, *Folium* habet alternum hæderaceum, trinervium, ſubrotundo-ſinuatum, ſeſquiunciale, parte pronâ candidiſſimâ lanugine pubeſcens, quorum quodvis ſuus rigidus concomitatur *aculeus*.

6. *Sextus*, Exornatur folio alterno, minutim crenato, lætè virenti, terſo, ad cujus pedem, unicus, & rigidus *aculeus*.

7. *Septimus*, *Folium* gerit alternum, crenatum ut *Sexti*, ſed trinervium, ſeſquiunciale, duplici ad pediculum aculeo defenſum.

8. *Octavus*, *Folio* comatur ſociato, polito, ſorti, lætè virenti, & mucronato, *aculeis* binis defenſo, rectis & rigidis.

9. *Nonus*, *Folia* promit ſibi ex adverſo oppoſita, ſubhirſuta & incana, in mucronem vergentia, duplici *aculeo* defenſa. *Florem* parvum, candidum, pentapetalum. *Acinos* flavos, ſubdulces, binis *oſſiculis* refertos.

10. *Decimus*, *Folio* eſt conjugato, craſſiuſculo, lævi, cordiformi, ad cujus pediculos *aculeus* duplex, ut in *Nono*, & *Octavo*.

11. *Undecimus*, *Folium* mittit ſibi adverſum, ex ſinuato quaſi trilobatum, ad imum gemino mucrone rigidiuſculo defenſum.

12. *Duodecimus*, *Folio* lætatur folio *Chamædryi* ſimili, bijugo, rarius crenato, & atro-virenti. *Spinis* caret.

13. *Terebinthus Luzonis prima*, Indis *Lauvan*, *Laguaan*, & *Pagſaingan*, Hiſpanis *Arbol de la brea*. Arborum harum Inſularum eſt altiſſima, non rarò viginti orgyiarum alta, quinque vaſta, rectiſſima, *ligno* fabricis aptiſſimo. *Folia* fert oblonga, mucronata, palmaria, novem communiter in uno compoſitorum. *Flores* albidi, puſilli, tripetali, frequentes, inodori, in racemis ad foliorum ſinus prodeuntes. Anno quo hæc arbor & *Malaſinoro*, copioſè floret, *mel* & *cera* abundant. *Fructus* in triangulari caliculo, virentes, tenacis, ac viſcoſi glutinis referti, racematim, magnitudinis nuclei *avellanæ*, oſſiculi duri, & inæqualis, dependent. Odoratam ejus *reſinam*, quam copioſè fundit *Biſayani* Salong, & Salum, *Tagali* Saac-hing. *Sinæ* Sunka *vocant*, hujus fuligine quondam *Biſayarum Indi* quos *Pictos* vocant, in cute cæſim, punctímve elaboratas corporum ſuorum picturas perpetuare cogebant. Cæterùm variis inſervit uſibus domeſticis, & medicis.

Hujus Species ſunt, *Talingahun*, l. *Talingaan*, *Malaſinoro*, *Samul*, *Tapul*, *Danglug*, & *Salngan*.

14. *Talingahun* perpetuò ob apicum candorem florere videtur, cæterùm multiflora eſt, *foliis* auribus hominis quodammodo ſimilibus, *ligno* albo.

15. *Malaſinoro* ligni eſt rubri ad cymbas majores quæſiti: *Flos* candidus, floccis rubellis medium occupantibus. *Fructus* compreſſus, magnitudinis caſtanearum, porcis in eſcam cedens. *An* hujus Species,

16. *Malaſamoro*, l. *Hanſamoro*. Arbor procera & vaſta, non adeò frondoſa, caudice tricubitum craſſo, *cortice* ex ſmaragdino-candicante, *ligno* albo, *Acorum* redolente, ut *cortex*. *Folio* ex viridi albeſcente, trino in uno pediculo.

17. *Samul*, majoribus dicata fabricis.

18. *Tapul*, *Danglug*, & *Salngan* abundant reſina.

19. *Altera*, ſeu Indica Theophraſti, vide *Pilis*.

20. *Tertia*, vide *Daò*.

21. *Quarta*, vide *Salab*.

22. *Quinta*, vide *Rapodapo*.

23. *Sexta*, vide *Oling*.

24. *Anonang*, l. *Havili*. Arbor ab *Anona Mexicana* diſtinctiſſima, humilior, & *foliis* obſcurè virentibus, latiuſculis, nervoſis, & per ambitum leviter, inordinatéve fimbriatis, non longiuſculis ut ſunt *Anonæ*. Byſaiani *Avili* vocant, id eſt, *humum amans*, quod quivis ramus humo defixus facilè radicetur & adoleſcat. Eſt & hujus nominis Avili alia arbor, Spec. *Baliti*. Anonang *flos* albus eſt, creberrimus, pentapetalus, caliculato-ſtellatus, continens fructûs rudimentum. *Fructus* eſt glandiformis, exiguus, ex viridi pallens, parvo inſidens calyculo, candida, tenaci, & copioſa ſcatens mucilagine, quæ glutinis loco inſervit, *nucleus* parvus, virens, mollis. In medicinam venit *cortex*, in ſuffumigio adhibitus hyſtericas revocat, puerperis ſpaſmo correptis opem ferè experientia comprobavit. Decoctum radicum corticis exhibitum, Apoplecticis, & moribundis ſæpè loquelam reſtituit. Curat & cephalalgiam inveteratam, ſedat colicam, menſes, ſecundinas, & urinas pellit. Succus viſum clarificat, hæmorrhagias ſiſtit, vulnera conſolidat, & tumefacta reſolvit ac diſcutit.

25. *Santali Citrini arbor*, Garziæ ab Horto, *magnitudine* eſt Juglandis, *foliis* valde virentibus, *Lentiſci* æmulis, flore atro-cœruleo, *fructu* inſipido, magnitudine *Ceraſi*, *ligno* inodoro niſi detracto cortice deſiccatum fuerit. *Franciſcus Colin* in India ſacra *de lignis Thyinis* f. 239. ità ſcribit: Accitus vidi, ſcil. in *Samar*, adeò odoriferum dolatum quoddam ad columnationem, ut ejus ſchidiæ avidè ab ipſis fabris conſervarentur: Efficax, ſed ſuavis odor illius, color autem inter flavum & luteum medius erat, *&c.* *An Santalum citrinum?* Imò potius *Pampangorum Malabac-hau.* Cujus columnationis fragmentum diametri quatuor cubitorum multo tempore humo defoſſum eruimus. *Color* erat inter flavum & luteum medius, ſapor manifeſtus nullus, odor plurimum accedens *Santalo citrino*, ſuavis & permanens, ſubſtantia *Santalo* minus compacta. Suaveolentia verò ligna paſſim ferre *Byſaiarum* montana ſylvoſa, incendia manifeſtant.

26. *Sandanà Byſaiarum* (forſan corruptum ex *Sandal*, *Chandama*, *Sercanda*) alii *Taotaoen*, l. *Tautauen* vocant. Arbor eſt procera, fundens *Gummi* odoris gravis, *Caudice* ruffeſcente, *Cortice* craſſo, tomentoſo-ſpongioſo, qui à ſuperfluis repurgatus, benè lotus, & nigro imbutus colore *Indis* panni lanei adinſtar ad veſtiendum deſervit. *Lignum* ſubfuſcum, odoriferum, quod alii pro *Santalo*, alii pro *Ligno* habent *Aloës*, *Calamba brava*. Fruſtum habui tenue, ex ramo, quod album, leve, inſipidum, inodorum, & rectis pectinibus donatum erat. *Folium* gerit ſeſquipalmare, uncias tres latum, craſſiuſculum, & paucorum nervorum, flaveſcens & alternum.

27. *Sandanà Pampangorum*, *Lignum* eſt rubrum, inodorum, arbor magna.

28. *Paytan*, l. *Paëtan Camarinenſium.* An idem ac *Lunàs Pampangorum?* *Solpa*, l. *Macabuhay aëta*, Aëtarum? & *Palo de Solor* Indiæ? *Paëtan*, l. *Paytan*, arbor ſat alta, ſed tenuis, ſeu gracilis, *ligni* albi, ſolidi, tenacis, ponderoſi, amariſſimi, corticis junioris *quercûs*, gaudens umbroſis, & in ſummo tantùm ramifera. *Folia* ſpithamæa, & ſæpe vix non cubitalia. *Cortex*, *lignum* & *radix* ſunt alexipharmaca. Corticis infuſum viſum clarificat, *Indi* infuſionis in oculos injectæ, amaritudinem linguâ percipi pro bono habent ſigno. *Ligni* Scobs *Tagomatæ* (ſunt excreſcentiæ carneæ palpebrarum) inſperſa, eas conſumit, deſiccat & ſanat. *VIRES.*

29. *Paëtan Pampangorum*, arbor eſt magna, monoxylis parandis apta, *ligni* ponderoſi, ſubflavi, amari, *Fructus* eſt bacca magnitudinis *Limoncelli Kiudihong.*

30. *Lunàs Pampangorum* Arbor ligni ponderoſi, compacti ut *Molavin*, coloris flavi, ut *Lignum Sanctum Mexicanum*, ſaporis exceſſivè amari. Utuntur infuſo cum vino ad ventris tormina.

31. Idem eſſe videtur *Solpa Naſogbuanum*, ſeu *Macabuhay aëta*, Aëtarum.

32. *Indiæ Palo de Solor.* *Lignum* eſt craſſitudinis carpi, ſolidum & ponderoſum, quaſi flaveſcens, intensè amarum: *Cortice* veſtitum tenui, quaſi coriaceo, & ipſo ligno intenſius amaro. Febrifugum eſt, & alexipharmacum.

33. *Agoyo Tagalorum*, arbor ligni palleſcentis, amari, purgantis. Commendant ad omnem infirmitatem & veneficia. *Doſis* 3ß. *ad* 3j.

19. *Bacciferæ Polypyrenæ.*

1. *Canela*, *Cinamomum*, Indis *Manà*, *Calingag*, & *Caninga*. *Canelæ* arborem narrat *Quintana* eſſe mediocrem: *Folia* Laurina, trinervia, ſaporis & odoris ipſius corticis. *Locis* gaudet aſperis & montoſis, præſertim fundi rubri, & limoſi, & umbrâ arborum majorum. *Cortex* extimus coloris *Cytonii*, intimus omnibus noti. Ex hoc recente, & foliis aquam proliciebant *Samboangano* in territorio excellenter ſtomachicam, confortantem cor, cerebrum, & ſpiritus vitales, & affectibus frigidis utilem. *Flos* ſimilis exiguo *Ceraſo*, ſcilicet floris *Petiolus*. *VIRES.*

2. *Canela vera.* Similis *Zailonicæ* affertur ex *Inſula Mindanao*, ubi in montibus territorii *Cagayàn* legitur, eſtque non fiſtularis ut *Zailona*, ſed in ſeſquiunciales ſpiras convoluta, & longis funiculis tranſverſim traductis, in reſtes conglomerata. *Folium* accedit folio *Canellæ Acoſtæ*, trinervium, & ſimile folio *Calingag Sylveſtris*, ſeu *Malabatri*, à quo differt, quod ſit minùs craſſum, minùs terſum, ſed magis odoratum, diſtinctum autem à folio *Cinamomi* quod *Hiſtoria Lugdunenſis*, *Lobelius*, *Matthiolus*, *Tabernamontanus*, & *Chabræus* exhibent.

3. *Canela brava*, ſeu *Cinamomum Syl.* Indis *Malacalingag*, & *Caningayong*, quibuſdam *Cinamomum Veterum.* Arbor magna eſt & vaſta, provenit paſſim in *Luzone* & adjacentibus, gaudet *montoſis* ut *Caninga*. *Folia* ferè *Piperis*, ſpithamæa & trinervia ut *Canelæ veræ*, ſeu quali depingit *Cluſius* titulo *Tamalapatra*. *Cortex* extimus albicat, intimus coloris *Canelæ*, fermè digitum craſſus, ſaporis vilioris Canelæ, aromatici cum acrimonia, & adſtrictione, vetuſtior amaricat, odoris *Maſtichini*. Prolicitur ex Foliis, quæ ſuaveolent & cortice recentibus aqua dd. ad eadem ad quæ *Canclæ* utilis. Ex Cinamomi Syl. *radice* prolectam *Camphoram* amœno pollere odore, ſcribit ni fallor *Bartholinus* in Actis Medicis: vulgarem ſuperare *Bonneienſi* verò inferiorem eſſe. Oleum autem inde paratum mixturam quaſi ex oleo *Cinamomi*, & *Camphoræ* referre, valere ad vagam arthritidem.

4. An hujus Folia Officinarum *Folium*, *Indum* ſeu *Malabathrum*, Arabibus *Ladegi Indi*, Cambojanis *Tamalapatra?* quod nequaquam innatare aquis, diverſumque eſſe à Folio *Betele* ex Garzia, *Lobelii* adverſariis, aliis & experientia abundè innotuit. Cortice

utuntur

utuntur *Indi* in balneis, & ventris torminibus, raſuram fronti imponunt ad capitis dolorem.

5. *Agoho*, Canela, *melior* Cinamomo Syl. *melior* Cinamomo vero. Hæc legitur in montibus *Buraguen* ſulphure prægnantibus, eſtque acris ut *Cinamomum*, ſed cortex exterior valde adſtringens, non tamen macerata ità mucaginoſa ut *Malacalingag*, & *Canela Cochinchinenſis*, verùm mucagine carens, ut *Zailonica*. Hujus cortex cum *Betele* maſticatus provocat menſes. *VIRES.* *Radix* ſpatio novem dierum pota, prodeſt in totius corporis œdematoſo, & lunatico tumore, Scorbuto, & *Barang*, ſeu veneficio. In balneo vaporoſo cum volvulo *Palarang* tollit efficaciter dolorem, tenſionem, & formicationis ſenſum tibiarum, à frigore, & madore contractum.

6. *Cortex facie Agoho*, odoris & *ſaporis Garyophyllorum*, Indis Byſaiarum *Caningag pili*, id eſt, *Canela nigra*. Sítne autem ex arboris *Garyophyllorum*, nécne ignoro. *Garyophyllos* ni fallor *Ignatius Alzina* in ſua *Hiſtoria Byſaiarum* MS. refert naſci in *Samar*, & *Igbabao*; *Garyophylli* Byſaianis *Sangue*. Tagalis *Buſuang*.

7. *Cortex Aromaticus Sinenſis*, *Pekzi*, *facie Caningag Pili*, craſſitudinis eſt *Canelæ* Syl. *Caningag*, coloris cinerei, & aſper deforis, interius ex ruſſo nigricans, ſaporis aromatico-acriuſculi cum amaritudine.

8. De CAMPHORA.

Sinæ *Camphoram* crudam rubentem, legitimam *Borneenſem* vocant *Phimphiàn*. Japonicam *Chunglò*, quæ granulata eſt, Arborem vaſtam, cujus medullam ferunt eſſe Camphoram, *Chanxù*.

Camphoram Boneienſem medullam eſſe arboris *D. Joannis de Morales*, qui pacis pactandæ gratiâ *Borneium* miſſus fuit, affirmavit. Idem aſſerit *Regis Bornei* interpres, qui Anno 1695. *Manilam* negotiorum cauſâ venerat, & ſupradicto *D. Joannes de Morales* lagenam octo circiter librarum *Olei Camphoræ* à *Bornei Regulo* miſſam attulit, ex hoc mihi oblatum aſſervo, eſt autem pellucidum, coloris aquei, odoratiſſimum, ſubtile & inunctum citiſſimè evaneſcens, & vix oleaginis relinquens ſigna.

Arborem dictus interpres vidit, & proceram ac vaſtam eſſe dicit, *folium* habere tenue, anguſtum, ſpithamæum; quæ meditullium uſque inciſa, hocce ſtillat oleum, unicáve arbor ſex circiter profundit lagenas, & quod ſi ex inciſa arbore nullum prodeat oleum; ſignum eſt *Camphoram*, ſeu arboris medullam jam maturam, & concretam eſſe. Nec in inciſuris, ut reſina in aliis arboribus coire aut cogi.

In contractura Scorbutica *Beriberi*, laudat *Schitbergius*; in doloribus arthriticis, *D. Joannes Haimnius*. *Bartholinus* ni fallor in Actis M. P. H. ex Cinamomi Sylveſtris radice prolectam *Camphoram*, amœno pollere odore ſcribit: Vulgarem ſuperare, *Borneienſi* verò inferiorem eſſe. Oleum verò inde deſtillatum mixturam quaſi ex oleo *Cinamomi*, & *Camphoræ* referre, valere autem ad vagam arthritidem.

Arbor Camphorifera Borneienſibus, *Matthæo Slado*, *Liono*, *Ramuſio* apud Cæſium *Capar*.

Arboris Camphoriferæ *Borneienſis*, ut ſcribit, *Fran. Colin* in India Sacra pagina 449. Folium *Ulmorum* inſtar album; lignum vero *Fago* ſimile, *&c.*

9. *Balſamum verum*, ſeu *Syriæ*, *Ægypti*, *Arabiæ felicis* & *Judææ*. *Nirembergio* erat planta fruticoſa, bicubitalis, egens adminiculis, in Roſeti modum acuta, anno tertio fructificans, intra quinquennium ſeneſcens, malleolis propaganda & reſtauranda. *Folium* ejus *Rutæ* proximum, magis album, perpetuum. *Flos* luteus *Jaſmini*. *Fructus Terebinthi*. Colligebatur ſcaturiens ex ruptura, qua folium contra ſolem decerptum fuerat, utì & ex inciſuris.

10. *Balſamum de Tolu*, ſeu *Honduras*. *Limoniorum* fragrantiam, & *Gelſemini* quodammodo redolet, colligitur èx arboribus *Pino* pumilæ ſimilibus.

11. *Balſamum Indicum novum*, ſeu *Peruvianum*, *Champetzanis Navaà*. Arbor magnitudinis eſt *Mali Medicæ*, foliis *Amygdali* majoribus, latioribus, & magis acuminatis. *Floribus* luteis. *Semine* ſimili nucleo *Mani*. Colligitur ſtillans ex inciſo cortice.

12. *Saſſafras* in Jucatan vocant *Navanchè*, ac ſi dicas *Lignum odoris Balſami*, *Navaà* enim vocant *Balſamum Indicum*.

13. *Chacach* Champetzanorum, Hiſpan. *Palo Mulato*, & *Almaſſigo*. Arbor altiſſima, intra annum unum arboreſcens caudex *cortice* ſcabro, digitum craſſo, tenero & valde reſinoſo integitur, qui ſæpius ſponte ſua, hinc illinc ut redundanti reſinæ exitus pateat, finditur & diſrumpitur, unde etiam ſcabioſus, variique coloris eſſe ſolet, virente videlicet, candicante aut rubente. *Lignum* leviſſimum eſt, album & ligno *Tiliæ* tenerius. *Reſina* recens mellis virginis adinſtar candida & fluida, maſtichen redolens. *Folia* compoſita communiter ex aliis ſeptem terſis & ſplendentibus ſupernè, infernè lanugine albeſcentibus conſtant, quæ vertici, nè Solis ardor iter facientes fatigent, commodè imponuntur. *Flos* minimus eſt, in racemis cohærens, ex viridi flaveſcens. *Fructus* ſunt baccæ orbiculares, ex candido rubentes, *Ciceris* magnitudi- *VIRES.* ne, farctæ copioſo ſemine. *Fructus*, *Cortex* & *Folia* contuſa & aquâ macerata, fermè totaliter in mucilaginem diſtabeſcunt, & hæc propinata dyſenterias admirabiliter ſanat. A peſte præſervat pecora, ſi folia & baccæ pabulo immixta dentur.

14. *Molavin* Luzonis, in Samar *Amoraven*, in Siao *Belas*, alii *Tugàs* l. *Tigàs* vocant, quod genericè *Lignum durum* ſonat. Marem, & fœminam, ut in aliis quamplurimis plantis agnoſcunt *Indi*. Arbor montana quæ durabilior, litoralis minus durans, ſi alburnum ſpectes, cæterum incorruptibilis, imò & terrâ obrutum poſt multos annos incorruptum & illæſum, aut

etiam

etiam pluries petrefactum eruitur, præcipuè illa Species, quam *Quiris* vocant, cujus fragmenta in lapidem converſa, plura vidi, & alia adhuc partim lignea, partim petrefacta penes me adſervo. *Lignum* flaveſcens eſt, ut *Santalum* citrinum, *Quercino* ſolidius, ponderoſum, & fundum petens, ædificiorum ſtructuris, & Liburnicarum fabricis in *Luzone* deſerviens. *Folia* habet ſolida, glabra, lætè virentia, ſibi alarum modo oppoſita, terna ſemper uno inhærentia longiori pediculo, quorum medium plerumque duplo majus lateralibus. *Flores* in ramorum apicibus racèmatim provenientes, ſuaveolent, cœrulei, ex levi caliculo in quina explicantur petala, quibus *Baccæ* ſuccedunt nigricantes, *Juniperinis* majores, crebro refertæ ſemine, ſucci morelli. Corticis decoctum inſpiſſatum, & illitum lichenes, & impetiginem, ut putaminis Cocci oleoſus liquor, & *Anacardiorum* oleoſa melligo, curat. Scobem ligni vulneribus recentibus, & *Scolopendræ* ter. & *Millepedæ* morſibus mederi ferunt. Lignum petrefactum Cotis vicem gerit, hoc Indi *Piedra fria de Luzone* vocant, & eo utuntur in febribus, diarrhœa, & urinæ difficultate ut *Lapide Cananor* vocato.

Ligna fabricis, & Supellectili parandæ inſervientia.

1. *Aniſlag*, aliis Dongo, Doongon, Rongo, Tugàs, & Tigàs, & Banahung. 2. *Apalet*, aliis Sangue. 3. *Apiſapis*. 4. *Amitin*, aliis Pamuyiog. 5. *Agac-hac*. 6. *Accle*. 7. *Bulaun*. 8. *Balayong*, aliis Manàva, Hiſpanis Dindalo. 9. *Betis*. 10. *Binolo*. 11. *Batobato*. 12. *Bac-hao*. 13. *Calantas*, aliis Lanipga, Cedro, Hiſp. 14. *Culipapan*. 15. *Calamanſanay*, aliis *Mangadilao*. 16. *Cuyagyag*, aliis Tugavi. 17. *Carayiacan*. 18. *Camahigûan*. 19. *Dita*. 20. *Diladila*. 21. *Dorog*, aliis Suriang. 22. *Ginſuc*. 23. *Kulis*. 24. *Ipil*. 25. *Indang*. 26. *Jaoiau*, aliis Yaubyaub, & Macaiauiau. 27. *Llanete*. 28. *Lauvan*. 29. *Molavin*, aliis Amoraven, & Belàs. 30. *Madarag*. 31. *Malaſinoro*. 32. *Manglar*. 33. *Maladuhau*. 34. *Mangachapuy*. 35. *Malabac-hau*. 36. *Naga*, aliis Aſanà, & Daitànag. 37. *Nanca*. 38. *Nato*. 39. *Nilad*. 40. *Olos*. 41. *Paëtan*. 42. *Pagſaragun*. 43. *Pagatpat*. 44. *Puſupuſu*. 45. *Pangânahavan*. 46. *Quiliquili*. 47. *Quiris*. 48. *Sandanà*. 49. *Sambulauvan*. 50. *Tacubun*. 51. *Tabao*. 52. *Tubag*, aliis Tabog, & Aniſlag.

1. *Mananangtang* Iconem & deſcriptionem miſi anno elapſo, hanc Indi Tagali *Aguio*, & *Iguio* vocant.

2. *Alteram* verò quam *Tambal de los Tagalos* intitulant, propriè *Catungal* vocant, provenit ad *Lacum Bay*. Prodeſt & in Aſthmate, Colica, Alvi fluxu diuturno, Urina, & Menſium ſuppreſſione. *N.B.* In morbillis, & Variolis Epidemicis, quibus non tantùm pueri ſed & adulti corripiuntur & intereunt, nullus interiit qui ſumpto pulvere *Tambal* vomuit. *VIRES.*

3. *Sambucus Luzonis*, *Indis Alagao*, *Argao*, *Adgao*, *Pamuhat*, & *Tangay*. *Montana*, quæ & paſſim in ruderibus, & locis glareoſis invenitur, *folia* gerit lætè virentia, ſociata ſplendentia, odorata, ſeſquipalmaria, denticulata, quorum nervi ſubviolaceè rubent. *Floſculi* in ramoſo racemo, rotundo-quadrifolii, antheris gaudentes, candidi in exiguis calyculis. *Fructus* Corymbi nigri, ut Baccæ *Sambuci*, ſucco cæruleo inficiente, ſcatentes.

4. *Litoralis*, quæ & fluviorum gaudet marginibus, arbor eſt magis vaſta priore, *foliis* gaudens alba lanugine rubeſcentibus, ſpithamæis ſubrotundis, latis, crenatis, conjugatis, & odoris aromatici. *Baccæ*, & *flores* ſimiles præcedenti. *Radix* cortice tegitur luteſcente, acri, & aromatico. Ex hoc, *Cayutanæ*, *Macaiſæ*, & *Sulphure* fit pulvis partum facilitans, revocans hyſtericas, & ſpaſmo affectis proficuus. *Pamuhat*, id eſt, *recidivas ſanans* vocant Indi *Byſaiani* eò quod in doloribus improviſis, infirmitatum recidivis, & affectibus incertis opem afferre ſoleat. *Alagao* folia ſub cinere cocta, capiti imponunt in corriza, ventriculo, in concoctione læſa, ſpleni, in ejus obſtructione ventri, in doloribus colicis, partibus verecundis, in eorum tumoribus, tibiis, in tumore œdematoſo, & formicationis ſenſu, & paralyſi ſcorbutica, ulceribus antiquis, ut mundificentur & ſanentur. Decoctum propinant in corriza, catarrho, cruditate ventriculi, doloribus ventris, menſium & urinæ retentione, teneſmo, veneni periculo, lepra, & aliis morbis ſcabioſis. Apicibus utuntur cum *Junco odorato* condimenti loco. Caudicis cortex efficaciter ſiſtit fluxum ſanguinis puerperarum ex vaſorum rupturis profluentem, conſolidando. *VIRES.*

5. *Alagao tertia*. Montana eſt, *folio* non crenato, odorifero & incano. *Baccæ* non orbiculares, ut in prioribus, ſed oblongæ ſeu ovales, primùm virentes, dein morellæ, arillis refertæ ut primæ & ſecundæ.

6. *Lipa*, *Lipay*, *Sagay*, *Lingathun* ſeu *Apareaqua*, ſive *Urtica arborea Luzonis*. Arbor nociva, in quantum ejus folia incautos & curioſos communi *Urtica* ſine comparatione magis urunt & ſæpe per triduum excruciant: hæc uncias decem longa, ſex lata, nervis pluribus à nervo medium folii diſtinguente excurrentibus, rectà in marginem uſque, inter quos alii exigui in incertum errantes crebrò evagantur. *Floſculi* muſcoſo-ſtaminoſi, inconcinni, exalbidi & inodori, in magnis conglomerantur racemis. *Fructus* in racemis, magnitudine piſi minoris, coloris cœrulei, in rictum hians, ubi *ſemina* flava, parva, deforis adnata, ut in *Anacardiis*, quaſi dentes repræſentant, pediculis hæret colore morello obductis. In uſum medicum cedit, ex ejus inciſo caudice ſtillans aqua, quam urinæ ardori mederi, hepatis ac lienis obſtructionbus conducere ferunt. Alii ſuccum corticis radicum potum, apoſthemata interna per inferiora repurgare affirmant.

7. *Lipa alia*, eſt *Convolvulus* prægrandis urens, ut deſcripta foliis ſimilibus *Tabaci*, piloſis.

8. *Halilingathun*, Arbor eſt ſimilis *Lingathun*, ſed non urens.

9. *Hamingdang*, & *Apopay*. Arbores, quorum folia urendo, & pruritum cauſando ut *Lingathun*, ſomnum impediunt, in lethargo utilia. Lignum flammam non concipit, ut arboris *Tubug*, *Malabago*, & *Butabuta*.

10. *Vitis*

10. *Vitis Idæa Luzonis prima*, Species eſt *Vaccinii nigri*, ſeu *Myrtilli Boëmicæ*, Lonicero *Arbor fœtida*. Gaudet ruderibus & glareoſis, virgultis longis, & crebris, adnaſcentibus ſuperinſterni lætantibus. *Folia*, ſi geniculum ceu ſuffraginem, quâ cauliculo appenſa ſunt, & cadiva, ac decidua ſpectes, compoſita ex 16 aut 20 *Senæ* foliis habitioribus foliolis, & his alternè exeuntibus, dices: Sin verò *Flores*, & *baccas* in iiſdem provenientes; ramuſculos. Idem eſto judicium de ramulis, ſeu foliis ſecundæ & tertiæ. *Floſculi* pentapetali, exalbidi: *Baccæ* rotundo-planæ, nigræ, umbilicatæ, ſucco morello, & arillis refertæ.

11. *Vitis Idæa Luzonis tertia*, eſt *Thaydan*: vide *inter plantas ſcandentes*.

12. *Vitis Idæa Luzonis altera, ſeu Arbor Corallii baccifera*. Arbor eſt mediocris, fruticoſa, mille vietis brachiata ramuſculis, ramuſculis (aut ſi mavis foliis) ſemper trinis, ex una elevatiori gemma prodeuntibus, quorum medius productior ſenis, aut pluribus, laterales quaternis, aut pluribus, & his alternis, uncialibus, ſeſſilibus, ſubrotundo-mucronatis, & lætè virentibus comantur foliolis. Ad cujuſvis folii exortum, pediculo innixa, & calyculo quinqueungui excepta, globoſa, ruboris Corallini, magnitudine piperis appenditur *bacca, ſemine* referta candido, ità ut tot fructus, quot folia numerentur.

13. *Banulac*, l. *Banulad* prima. Frutex eſt arboreſcens. *Floſculi* in ramuſculorum apicibus communiter ter trini in uno pediculo, ex tubuloſo tetrapetali, inodori, ex candido ad margines rubeſcentes. *Fructus* ſunt ciceri pares baccæ, rubentes, ex rotundo compreſſæ, biventres & in papillam deſinentes, binas gerentes nuculas. *Folia* compoſita, communiter ex ſenis, ſeſſilibus, craſſis, terſis, ſplendentibus, rotundo-mucronatis, quæ maſticata acriter morſicant. Uſus foliorum pro piſcatione medica cum aliis hujus generis. Contuſa, allio commixta, & impoſita rubefaciunt, & veſicas excitant..

14. *Banulac altera*, ſeu *Camaeſa*, aut *Pilis turturis* Convolvulus eſt, cujus deſcriptionem vide ſuo loco.

15. *Baligarab Luzonis prima*, Silanii *Matingâing*, in Siao *Limbabua*. Byſaianis *Buyong*, aliis *Cahuydalaga*, & *Tavata*, & *Angſuhang*. Species *Salicis Peregrinæ* Leonhardi Rauwolfii, ſeu Maurorum *Garab*. Arbor eſt mediocris crebris virgultis fruticeſcens, *foliis* luxurians bipalmum, & amplius longis, uncias tres latis, mucronatis conjugatis, ad geniculos cauliculorum prodeuntibus. Apices floribus pentapetalis, ſtellatis, & gratioſè flaventibus, longis, & viridibus innixis tubulis, ex caliculo prodeuntibus confertim ornantur: Inter floſculos, folia quædam à communibus plantæ foliis diſtinctiſſima exoriuntur, breviora etenim ſunt, delicata, quinquenervia, niveóque candore tota inter reliqua jucundiſſimè relucentia. *Flores* ſubſequuntur *Baccæ* pyriformes, Laurinis longiores, virentes, *ſemine* minutulo & crebro refertæ, coronatæ, ad quam ſupradicta candida folia annexa, baccas perpetuò concomitantur. Folia tumores diſcutere ferunt.

16. *Bongamaputi*, ſpectat ad *Polypyrenas*. Arbor fruticeſcens, ſpinoſa, cortice querno, dulci. Folio alterno, palmari, mucronato, triunciam lato, ſeſſili, & ſaturè virenti. Ex cujus ſinu pediculi longi, in alios tres ſubdiviſi emergunt, niveas baccas, in longis ut Ceraſa pediculis & his ſuppares, ſuſtinentes, ſemine impletas inæquali, molliuſculo, crebro, purpuraſcente.

17. *Sorbus Luzonis*, Sorbo Alpinæ accedens, Indis *Bitongol* eſt Garziæ *Carandas*. Montibus incultis, & cultorum limitibus provenire gaudet, arbor eſt ramoſa, ſequiorgyialis, incondita, florens Maio, fructum perficiens Auguſto. Folia uncialia, aut modicum majora, obſcurè virentia, parte ſuperiori rotundiuſculè rarenter, & leviter inciſa, pediculo innixa breviſſimo, ſemper trina. Ad quorum exortum floſculi prodeunt ex niveis & crocatis conſtantes ſtaminibus, quibus baccæ Ceraſis pares calyculis exceptæ, ex fuſco rubentes, carnis lacteſcentis, ſaporis ex dulci adſtringentis, & non ingrati, pluribuſque parvulis refertæ arillis, ſuccedunt.

18. *Sorbus Luzonis altera*, Indis T. *Lubalob*. B. *Gavilan*. Arbor eſt ramoſa, ſeſquiorgyialis, montana. *Folia* ſunt alternatim juxta herbaceum unguiculum prodeuntia, oblongo-rotunda, ſeu Ovalia, palmum longa, nervis fere rectis ex medio ad marginem excurrentibus plurimis, fulcita, exucca, & pullè virentia. Florum nucamenta, ſeu *Juli* unciales, aut minores, muſcoſi, coloris nativi. *Fructus* ſunt pueris edules baccæ, ſaporis fere Sorbi, cicere majores, virideſcentes, uno, aut binis membranaceis *Seminibus* gravidæ, duplici, & quinqueungui calice exceptæ, racematim cauliculis aggeſtæ.

19. *Tchia, ſeu Herba The de vola*. Affertur in magnos globos coacta. *Folia* majora, ut colligere potui ferme ſeſquipalmaria, alia minora, omnia ſerrata. *Fructus* inveni in uno globo trinos, erant autem inſidentes quadriungui calyculo, ſuberini, ſed friabiles, tripyreni, ſubfuſci, nec adeò terſi, tribus carinulis notati, nec ad carinulas diviſibiles. Nuclei evanidi, fructu magis terſi.

20. *Tchia Ladrona*, ſunt tantum apices.

21. *Tchia Mandarina*.

22. *Tchia Buy*.

23. *Ananayop*. Arbor mediocris, frondoſa, & ſpinoſa ut *Dapedape*, *caudice* bicubitum craſſo, *cortice* albicante, *folio* ſociato, utraque parte molli lanugine pubeſcente, palmari, triunciam lato, mucronato. *Fructu* piperi pari, rubente ut Corallium, ad foliorum genicula in ſparſis racemulis evergente.

24. *Bigneaſſu*, ſeu *Uva Canina*. Fruticoſa, & mediocris, & frondoſa eſt arbor, *foliis* comata alternis, unciam latis, & triunciam longis, *fructuum* verò racemis, creberrimis conſita, qui ex baccis *Coriandro* habitioribus, rubicundis, ſeſſilibus compilati ſunt.

25. *Salinorang. Frutex baccifer*. Virgultis, quorum cortex in morellum vergit, bicubitalibus, digitum auricularem craſſis fruticat. *Folium* ſibi ex adverſo poſitum, pedem geometricum quandoque longum, ſeſquiunciam latum, mucronatum, parte pronâ dilute virens. *Flos* rubicundus, parvus. *Fructus* orbicularis, flore minus rubens, magnitudinis ciceris, duo compreſſa,

preſſa, & anguloſa continens *Semina*, multifariè in ter trinas jucundè rubentium cauliculorum triadas diſpeſcitur, ſpithamæum, & quaſi umbelliformem conſtituit, ad foliorum ſinus propendentem faſciculum.

26. *Pangatulum*, Arbor mediocris, *folia* gerens ſimilia foliis arb. *Tigpud*, ſed longiora, & albidiora, quæ confricta Terebinthinam olent. *Major* fructum fert flavum magnitudinis minoris *Olivæ*. *Minor* multò minorem, ejuſdem coloris, continentes mucaginem, & aliquot *ſemina* rubra, quæ adſtringunt vehementer. *Radix* acerrima eſt & fervens, odoris gravis, & adverſi, Alexipharmaca. Foliorum decoctum pro balneis, & fotibus deſervit, ictibus animalium venenatorum vulneratis.

27. *Hanagcuran*, ſeu *Otobotob*. Arbuſcula vix ſeſquiorgyiam alta, caudice ſeſquipedem craſſo, facie *Alagao*. *Folium* habet palmare, rarius dentatum. *Floſculos* albicantes, perpuſillos. *Baccas* ſubfuſcas piſo minores, *lapillis* refertas.

28. *Hinagulan*, ſeu *Amamale*, ex hujus arboris caudice inciſo, aqua effluit limpidiſſima, in febribus, & hæmorrhagiis perutilis.

29. *Sinagculan*, aut *Syragculan*. Num eadem arbor? Arbuſtum magnum, luxurians virgultis longis, pollice craſſioribus, ex viridi, nigris, & ſpinis creberrimis conſitis. *Radix* lignea, ſolida, albeſcens, raſa deſervit in balneis, convaleſcentibus.

30. *Lentiſcus Luzonis altera*, ſeu *Lianenſis*, Hiſpanis *Suelda conſuelda*, id eſt, *Conſolida*, Indis *Maladadyan*, Byſaianis *Maragaat*, & *Ragaat*. Arbor mediocris eſt, altitudine pruni, *caudice* bicubitum craſſa: Virgultis, & ramuſculis creberrimis luxurians, fuſcis, lentis, & vietis: *Foliis* alternis, albo-virentibus, digitum longis, foliis *Oleæ* tantiſper latioribus, ad quorum ſinus ſingulæ, vel binæ, ſeſſiles, luteæ, granis *Lentiſci* ſimiles, claro, tenaci, & viſcoſo repletæ liquorem, & ſaporis adſtringentis baccæ prodeunt. Gummoſo-reſinoſus liquor ex inciſo
VIRES. ſtillans caudice, uti & decoctum corticis, ulcera ſordida, & ſpecialiter exulceratas fauces mundificat, & ſanat, dolorem item lenit dentium, & vulnera conſolidat recentia.

31. *Lentiſcus Luz. tertia*, Indis *Dilambutiqui*, id eſt, *Lingua Lacertæ*. Arbuſcula eſt fruticeſcens, *folio* ſimili *Mamalis*, ſed inodoro, anguſtiore, longiore, & ſibi oppoſito. Ad quorum genicula baccæ, ſeſquiunciali in pediculo, Piſo ſuppares, rubentes, & duplici nucleo gaudentes, prodeunt.

32. *Lentiſcus Luzonis quarta*, Folio *Picnocomo*. Arbor eſt magna, *foliis* luxurians cubitalibus, compoſitis ex novem ſeſquipalmaribus, unciam latis, mucronatis, venoſis, & flavo-virentibus, tenellulis, & caule ramuſculorum pennarum ritu nativo coalita cohærentibus, ut in *Atractyli* marino, ſeu *Picnocomo* Penæ, *Geniſta* humili *Dodonæi*, & *Luzonis* Scabioſa *nodiflora*. *An* Rhus Virginianum foliis Lentiſci? *Joannis Raii*.

33. *Lentiſcus Luzonis quinta*, ſeu *Folii Picnocomi altera*. *Folia* promit ſeſquipalmaria, alterna, compoſita ex decem parvis *Roſarum* foliis ſimilibus foliolis, crenatis, & flavo-virentibus cauliculo alato appenſis.

20. *Arbores Seminis vaſculo afori.*

1. VItex, ſeu *Agnus Caſtus Officinarum*, in Luzone *Lagundi*, in Samar *Gapaſgapas*, in Siao *Lelento*. Abundat paſſim, & tantæ eſt æſtimationis apud *Indos*, ut vix morbum invenias, cui non aſſerant mederi folia *Lagundi*.

2. *Vitex*, ſeu *Agnus caſtus maritima repens*, ſeu Garziæ ab Horto, & Acoſtæ *Negundo Mas*, *Lagundi dela playa*, Hiſp. *Valalo Negundo*. *Folia* communiter trifolia, craſſiuſcula, Viticis communis breviora, *Lavendulam* redolentia, ſupernè terſa & ſplendentia, infernè candidè pubeſcentia, ſaporis aromatico-amari. *Flores* & *baccas* deſcriptas *vide* apud *Rayum*.

3. *Vitex*, ſeu *Agnus Caſtus maritima ſerpens altera*, Hiſpanis pariter *Lagundi de la playa*, Garziæ & Acoſtæ *Nyergundi*. Prior rependo radices agit, & crebrò fruticat, hæc longius ſerpendo excurrit, & rarò in altum extollitur, *folio* comatur, & ſylveſcit ſibi oppoſito, ut prior, verùm communiter ſingulari, rotundiuſculo, & *Varalo Negundo* craſſiori, breviori, magis albido, odorato & pubeſcente. *Floribus* & ſemine ſimilis eſt priori. *Garzias* mulieribus ad conceptum conferre, & aliis Veneris cohibere ait ſtimulos. Idem de Vitice *Pena*, & *Lobelius* in Adverſariis: Semen ſcilicet Viticis quibuſdam libidinis impetum inciere, aliis adimere tradunt. An patientis temperamento adſcribendus hic Viticis effectus contrarius? Vel an humidius deſiccando attemperet, & prolificum efficiat? Siccius verò magis deſiccando ad ſterilitatem diſponat? Idem dicendum de *Caffrorum Malimba*, ſeu *Bangue*, ſive *Cannabe*: Prouti & de *Camphoræ* effectibus.

4. *Malalagundi*, Frutex eſt quinquefolius, ſimilis *Vitici* montanæ, ſeu *Off.* ſed folia ampliora, crenata, inodora. *Baccæ* dipyrenæ in racemis, virentes, caliculo carentes, ſaporis Sylveſtris.

5. *Baliſambaga*, Frutex *maritimus*, gaudens longis virgultis, *foliis* ſibi oppoſitis, ſeſquiunci-alibus, mucronatis, craſſis & terſis. *Floribus* in alatis apicibus racematim exeuntibus, exiguis, candidis, odoriferis, tetrapetalis, octo ſtaminibus cum ſuis antheris condecoratis. *Seminis* pericarpiis ſiccis, Piſis paribus, caliculo exceptis, in quibus *Semen* fuſcum triquetrum, & aſtringens.

6. *Lignum ſternutatorium, & Lumbricos fugans, Pampangis Betis.* Arbor eſt magna fabricis apta. *Lignum* ſolidum, ponderoſum, ex fuſco rubens, amaricans cum acrimonia, aquam colore inficiens cymatili ut *Naga*, cujus pulvis ſternutatorius eſt, infuſum verò lumbricos pellens. *Folium* fert venoſum, alternum, fermè cubitale, & ſeſquipalmum latum. *Seminis* tenera pericarpia, exilia, calyculis excepta, in mucronem vergentia, & floris reſiduo umbilico faſtigiata, ramulis crebra aggeſta.

7. *Antolang*, l. *Balasbas*, ſeu *Planta viſum recreans ſecunda.* Pictura foliorum admirabiliter æmulatur *Calypayang*, & pariter frutex eſt arboreſcens hortorum obambulacris diſtinguendis accommodata, non tamen ſimili, ſed ad medium foliorum tantùm candidiſſimis, & in incertum excurrentibus variatur maculis, marginali interim circumferentia obſcurè virenti. Habui & ramum foliis omnibus totaliter albis, ſed humo commiſſus non eſt irradicatus, ſed interiit. De reliquo *folia* quandoque ſpithamæa, & palmam ampla, tenella, mucronata, nec inordinatè ut in *Calypayang*, ſed ſibi *oppoſita proveniunt*. *Flores* trini ac trini ad foliolum, in quinqueungui calyculo in ſummitatibus coacervati exeunt, morellè rubentes, cucullati, ſeu ex repando tubulo labellis in quatuor folia diviſis, duobus crocatis, & uno nudo ſtamine gravidi, nec fructum perficientes. Eſt deciduum, effœtum, viride, in papillam faſtigiatum vaſculum, caules teretes, teneri, albido-paleares, geniculati. Nota hæc, & *Calypayang*, quò magis ſolis radiis expoſitæ fuerint, eò magis hæc aureis, illa candidis picturantur maculis, ſecus ſi in apricо plantatæ fuerint, tunc praſſinè virent, aut vix commaculatæ evadunt.

8. *Balasbas Species altera*, Ternatenſis, ſimilis priori, ſed foliis ferrugineè purpuraſcentibus utraque parte. Hæc Hederæ loco fonticulis imponuntur, & continuata eorum impoſitione pedes œdematosè tumentes, & ulceratos brevi feliciter curatos vidi, ulcera enim pus attrahendo mundant, & tumores ſudorem eliciendo diſſipant, & reſolvunt, tenella contuſa, & ſubaſſa impoſita, contuſa fovent, rupta uniunt, fracta conſolidant, & vulnerata cicatrizant.

9. *Balasbas tertia*, Folia mittit crenata, ſubcriſpa, & mollia, parte ſupina ex glauco virentia, prona morello-rubentia.

10. *Oringun*, Arbor procera, frondoſa, caudice orgyiarum trium craſſo in circumferentia, *cortice* coloris *Cinamomi*. Folium *Laurinum* mucronatum, alternè exiens, nervis vix apparentibus. *Fructus* ſunt oblongo-teretes, lutei, magnitudinis *Berberis*, ſemine repleti papyraceo, frequentes, magnis cohærentes in racemis, in quibus folia interjecta ſociantur, cum de reliquo alternatim proveniant, verùm & multoties *folia* in his racemis non integra, ſed ſponte, & ſuapte natura, unius ſolummodo lateris, aut coſtæ, ſeu dimidiata obſervavi.

11. *Tabàs*, *Maramos*, l. *Maraymos* Buragueni, *Dalabrab* Panayi. Aliis *Tabàs ſaigar*, id eſt, *maritimum*. Arbor eſt mediocris, gaudens *umbroſis* & *arenoſis*, prior duas orgyias alta, carpum craſſa, *ligni* albi & ſolidi, *cortice* ſimili arboris *Aurantii*. Cortice *radicis* albo, verrucoſo, friabili, craſſiuſculo, amaro cum acrimonia & adſtrictione ſubodorifero. *Foliis* ſimilibus arb. *Banaybanay*, ex viridi flaventibus, ſuavibus ad tactum, alternis, mucronatis, latere uno à nervo per medium excurrente altero latioribus, quaſi forfice ab altero latere lacinia dempta fuiſſet. Unde nomen *Tabas*. *Fructus* ſunt vaſcula coniformia, coloris helvi, corticis ſicci, in racemis congeſta. *Radix* venenis admirabiliter adverſatur, per ſe datur ad ʒj. alii aliis antidotis purgantibus admiſcent. Pro maſticatorio commendant in Apoplexia, Lethargo, Epilepſia & dentium dolore. Auxilio eſt & dyſentericis, & affectu convulſivo, quo lingua & virilia retrahuntur Pacuru laborantibus, in quo & balnea aut fotus inde parati proſunt.

12. *Tabàs ſalibutbut* ſeu *montana*, Frutex eſt, *foliis* priore minoribus, minus acuminatis & magis in uno laterum anguſtis. Valet ad eadem ad quæ *Buybuyo*.

13. *Tabàs tertia*. Sunt radiculæ neſcio cujus plantæ, *Contrayerbæ Champetzanæ*, ſeu *Officinarum* ſimiles, fibroſæ & cirrhis implicitæ, tantillum morſicantes, afferuntur ex Provinciis Byſaiarum, ubi contra venena iis utuntur.

14. *Hantutungao*, l. *Hatutngao* in Leyte, in Samar *Laglag*, in Capul *Malaapug*. Arbor trium præterpropter orgyiarum alta, *caudex* ſeſquicubitalis, *cortex* coloris Cinamomei. *Folio* luxuriat albo tomento-villoſo, quinquenervio, adverſo poſitu exeunte, fermè ſpithamæo, & palmo latiori, inodoro, Folio *Indo* ſimili. *Flores* pentapetali, rotundifolii, candidi, figurâ & petiolo perianthii *Roſæ* ſimiles racematim emergunt. *Fructus* ſunt ſicca vaſcula, fructu Cynosbati habitiora, quinqueangulari corona faſtigiata, *Semine* parvo & flavo gravida. *Folia* contuſa tenerum præbent tomentum hæmorrhagiis ſiſtendis proficuum.

15. *Santali rubri*, Species an *Marianorum Banago* vel *Gunag* ? Arbor, ut narrant, eſt mediocris, amans enaſci in *marinis æſtuariis*, *folia* gerens hæderacea, ſimilia foliis arboris *Balimbago*, *Flore* luxurians nunc albo jam rubro: *Fructu*, *nucis juglandinæ* magnitudinis, qui ſonum edat, & nucleis nigris repletur. *Ligni* ſubrubens matrix *Santalum* ſuaviſſimè redolet.

21. *Arbores vaſculi Uniſoris.*

1. TOAR, *Salibutbut*, *Pandacaque*, *Capotcapotan*, l. *Campopot*, aliis *Magus*, ſeu *Mongus*, ſive *Luizarajen* Siamenſe. Frutex eſt arboreſcens, quandoque altitudinis *Pruni*, lacteſcens, *foliis* gaudens *Mali Perſicæ* ſimilibus, venoſis, ſociatis, politis, & ſplendentibus. *Floribus* creberrimis, inodoris, niveis, pentapetalis, Jaſmininis majoribus. *Fructibus* lætè rubicundis; oblongis, anguloſis, mucronatis, ventricoſis, qui maturi carnoſi dehiſcunt, & ventriculum gallinæ apertum repræſentant, ubi *ſemina* formæ variæ, ſanguineæ pulpæ innatantia hærent.

2. *Altera*, *Folio* luxuriat lato, *flore* etiam habitiori, & latifolio, & *fructu* ferè orbiculari, anguloſo tamen & mucronato, & valde ventricoſo.

3. *Tertia*, ſeu *Nigra* amat *ſaxoſa*, *foliis* comatur alternis, tenuibus, & parvis. *Flores* habens candido-flaveſcentes, parvulos, ſtellatos. *Radicem* ſubnigram. Vulneraria eſt planta, hinc
VIRES. paſſim utuntur foliorum, unà cum *Zingibere* contuſorum, & ſub cinere coctorum ſucco, quo vulnera recentia lavant, & fovent, dein magma reliquum ſuperimponunt, idque quotidie renovant, & ità brevi ea ad cicatricem perducunt. Pro Ulceribus antiquis perſanandis eadem fit diligentia, utì dixi, ſed foliorum loco ſumuntur radicum cortices, qui magis abſterſivi ſunt, additurque modicum aceti. Ad mitigandos dolores vehementes, tumores diſcutiendos, curandas contracturas, & convulſivum affectum *Pancuru*, quo lingua & membrum virile retrahi ſolent, ad abolendos vibices, & contuſionum echimomate adhibetur cataplaſma, aut fotus, ex foliis, fructu, & radice. Lac, ſuccus, aut decoctum datur depuratum in aſthmate, febribus quotidianis, colico dolore, diarrhœa, dyſenteria & hemicrania. *Radix* ſpecificè laudatur ad læſam memoriam, melancholiam hypochondriacam, prouti & urinam, menſes, fœtum mortuum & ſecundinas trahendas, contra venena aſſumpta, & venenatorum animalium ictus & morſus. Maſticata radix dolorem lenit dentium, ſuccus dolores placat aurium, oculis inſtillatus ſuffuſiones, & nubes tollit. Cinis ulcera manantia, & ſordida mundificat, & detergit, & ſiſtit hæmorrhagias. Radicis corticem recentem raſum commiſcent & *Indi Orizæ*, quam *Gallis* præbent, in bellum accendendos.

4. *Luizarajen*, l. *Ruzarajen*. *Radix* eſt longa, digitum auricularem craſſa, *cortice* intecta fuſco, carnoſo, craſſo, ſaporis nullius ſpecialis, nec ingrata: Alba, & lignoſa interior pars, poroſa & fibroſa eſt. Hanc *Luzonenſium* nonnulli *Manungal*, alii *Pandacaque* eſſe volunt, verùm diſtinctiſſima eſt radix meo videri.

22. *Arbores vaſculo Bivalvi.*

1. *De Fagara*, ſeu *Cayutana Luzonis.*

1. FAgaram Indi *Cayutanam*, *Amahet*, *Cangay*, *Salay*, & *Bagotambal* vocant. Duplicem faciunt, *Marem* cortice radicum exalbido, *Fœminam* cortice radicum flavo, duplicem agnoſcit & *Imperatus*. Arbor montana eſt tardè aſſurgens, alta, recta, nec craſſa, albi, ſolidi, & tenacis *ligni*, ad lancearum haſtas quæſiti. *Cortex* creberrimis ſpinis verrucoſo-calloſis tuberculis inſidentibus conſitus, clavam effingit Herculeam, ipſe, & prior craſſus, cinereus, inſipidus ferè, & nonnihil friabilis, ſecundus quaſi coriaceus, ſubfuſcus, & ſaporis amaro-acriuſculi. Hujus arboris ligni fragmentum meo videri, eleganter pictum, & deſcriptum exhibet *Lobelius* in adverſariis titulo *Rubi facie ſenticoſa planta*, à quo & *Hiſt. Lugd. Bauhinus*, & *Chabræus* mutuatum habent. Pariter & *Arb. ſpinoſa Virginiana*, & *Clava Herculis* Muſei *Soc. Reg. Lond.* unà cum *Angelica Virginiana* arboreſcenti ſpinoſa, ni fallor ſunt *Fagaræ*. Foliorum rubentes, necnon ſenticoſi ramuſculi, aut tharſi, *Martio* cadivi, ſummum arboris apicem radiatim ambiunt, quibus folia boni ſaporis, & alicujus acrimoniæ, per medium excurrente nervulo ſpinulis obſito, obtuſo, & per medium fiſſo cuſpide, aliqua tantillùm, & obtusè, alia non crenata, & à foliis *Roſarum* non multùm differentia, niſi majora eſſent, triginta aut plura alternatim appenſa, & breviſſimis innixa pediculis. *Floſculi* in racemis rubentes: Baccæ notæ ſunt, & à C. *Cluſio* fol. 185. & à *Chabræo* fol. 26. pinguntur, & deſcriptæ ſunt; hæ maturæ rumpuntur, & *granum* nigrum, ſplendidum, ſat ſolidum, ſaporis, & odoris expers exhibent, diarrhœæ utile. Harum cortex exterior, tener, ſubniger, ſaporis aromatici, & acriuſculi ferè ut *Pyrethrum Perſicum*, qui temporis curſu imminuitur, & deperit, ſecundus albicans, membranaceus, tenax & inſipidus. Fagaram *Avicenna* calefacientium, & ſiccantium collocat ordine tertio: Stomachi, ac hepatis frigiditati utilem, concoctionem juvare, & alvum adſtringere ſcribit. Maturat ſemen *Auguſto*, affertur ex montibus *S. Matthæi* ubi abundat; ſimilitudo verò ſeminis *Fagaræ* cum *Cocculo Orientali*, non niſi claudicans concedenda eſt C. *Cluſio*. Seminis uſus *Indis* in ventris torminibus, & præſertim in flatuum moleſtia, & dolore dentium pro maſticatorio. Radicis materies lignea, alba, & compacta, cortice inveſtitur ſcabro, rimis & hiatibus ſtriato, craſſo, flavo, & valde friabili, alterò verò ſubfuſco, & corticoſo, priori multò magis aromatico, & acri, amaro. Hæc radix *Goâ*

in

in *Luzonem* afferri ſolet, at nomine *Radicis Johannis Lopez*, & ut Panacæa, aut Medicamen univerſale deprædicatur. Radicis *Cayutanæ* cortex venenis reſiſtit, viperarum ſuccurrit morſibus, febres fugat, lumbricos pellit, concoctionem adjuvat, medetur Catalepſi, aperit hepatis obſtructiones & opitulatur ſcorbuto. *Petrus Sylva* melancholico-hypochondriacus bene habuit, ſumpto ſæpius pulvere compoſito ex Cort. rad. *Cayutanæ*, Cort. rad. *Macaeſæ*, Cort. rad. *Alagao*, Cort. rad. *Pandacaque*, Rad. *Tumahelæ*, *Sumæ* & *Sulphuris vivi* ana p. æq. Quem & poſt ventris inunctionem, *Indus* ventri inſpergebat, ſuperimponendo *Orizam* nigram co-*Pinugut* vocatam, modicò aceti irroratam, calidiuſculè. *VIRES.*

2. *Lentiſcus Luzonis prima*, Indis *Mamalis*. Arbor frondoſa, gratioſa, erecta, mediocris, gaudens *montanis* & *lapidoſis*. *Folia* gerens creberrima quaſi ſaligna, incerto ordine appenſa, maſtichen redolentia, ex amaro ſubadſtringentia, & ferè exucca. *Fructus* Ciceri compar, aut major eſt, eſtque folliculus biforis, croceo-rubens, ex orbiculari mucronatus, & aliquot inæqualibus lapillis farctus. Ex hoc *oleum* Maſtichini odoris deſtillatione prolicitur, multò ſiquidem viſcoſo & odorato ſcatet lentore. *Flores* albi ſunt, caliculati, ſupernè in quina petala diviſi, frequentes, in racemulos congeſti. *Folia* deſerviunt balneis vaporoſis, in paralyſi ſcorbutica, & pedum œdematoſo tumore.

3. *Binonga*, aliis *Minunga*. *Binonga* folia gerit in ramorum ſummitatibus congeſta, inordinatè prodeuntia, ſingula ſingulis flaventibus elatis concomitata, ad quorum omnium ſinus ramoſi & ſpithamæi florum exeruntur racemi, ubi denuo florum quilibet ſuo flavente, convexo, & minutim crenato defenditur perianthio, ſeu elate; floribus ſuccedunt vaſcula ex viridi incana, novem communiter mollibus echinata aculeis, rotundo-plana, bi- aut triſorè dehiſcentia, bi- aut tripyrena, continentia *oſſicula* rugoſa, nigra, dura, piperis magnitudinis. Arbor ligni fragilis & inutilis, alta & parùm ramoſa, in *dumetis* fruticat. *Foliis* comatur ſubrotundo-mucronatis, in ambitu leviter undulatè crenatis, ſuccoſis, quinis nervis altioribus & his rubentibus fulcitis, alternis, in ſpithamæis, aut etiam cubitalibus & cavis pediculis de medio folii exorientibus, ut in *Colocaſſia legitima*. Ad foliorum ſinus, in ramorum apicibus racematim protuberant, in foliaceis, minutulis, crenatis, & viridi-pallentibus perianthiis latitantes floſculi, adſpectu pulchelli, granulato-muſcoſi, paleares. Dilutè rubens, ex inciſo caudice, aut ramis reciſis manans, liquor, Indis *Lanna*, recens tenaciſſimus eſt, aceto mixtus glutinis loco compingendis inſtrumentis muſicis deſervit, ut ſuccus radicum *Doſodoſohan*. Immiſcetur & coloribus Gummi loco nè evaneſcant. Reſiccatus gummoſus eſt, coloris ſanguinolenti, vitriosè fragilis, ſaporis ſubadſtringentis. Hunc aliqui *Sanguini Draconis* ſubſtituunt, ſed præcipuè vulnerarius eſt, conglutinat recentia vulnera, conſolidat rupta, ſanguinem undequaque l. quacunque profluentem ſiſtit, adhibetur internè & externè, dentes vacillantes confirmat, eroſas incarnat gingivas, & faucium cicatrizat aphthas, & exulcerationes. *Cortex* radicis orientalis datur in pulvere ad ʒjβ. ad vomitum ciendum in veneni periculo, indigeſtione, repletione, febribus. *VIRES.*

4. *Achiotl* Mexicanorum, *Kuſſab* Jucatanenſium, *Daburi* C. Cluſii, *Bixa* Oviedi, *Vijua* B. Vargas Machucæ, *Uruca* Braſilienſium, & *Orellana* unum ac idem ſunt. Arbor mediocris eſt, ramoſa, *cortice* fuſco, & nonnihil aromatico, *foliis* inordinatè erumpentibus, craſſiuſculis, mucronatis, palmam latis ad pediculum, ſeſquipalmam longis, obſcurè virentibus, in ſeſquiuncialibus pedunculis. Apices crebris, & congeſtis, purpurantibúſve exornantur florum gemmis, ex quibus, flores *Roſæ Sylveſtris* magnitudinis, ex candido rubentes, odoris ſpecialis nullius, petalis conſtantes No. incertis, quinis, ſenis aut ſeptenis, ex quorum umbilico numeroſa purpurea, ad imum flaventia prominent fermè uncialia ſtamina, candidis faſtigiata apicibus. His capſulæ ſuccedunt echinodes membranaceæ, propemodum ſphæricæ, verùm & formæ oblongæ quales *Cluſius* & *Oviedus* depingunt inveniuntur, helvo-ruſſæ, mollibus undique echinatæ ſpinulis, biforè dehiſcentes, & in quatuor diviſionibus grana inæqualia, *ſeminis* fermè *Fœnugræci* formâ, ex croceo rubentia exhibentes, quæ aromatici maſticata ſunt ſaporis, crocóve orientali ſaturatius tingunt, & inficiunt. Quoad vires medicas: Pondere ʒβ. utiliter ad mitigandam ſitim, & applacandum calorem febrilem propinantur, menſtrua immodicè fluentia ſiſtere, & ardorem urinæ lenire ferunt, dejectionibus bilioſis medentur, dyſenterias ſiſtunt, dolorem dentium à defluxione calida in fotu, aut collutione ſublevant, Lac augent puerperis, tumores & eryſipelata diſſipant, vel potius repellunt, ulcera antiqua manantia deſiccant, & ſcabiem illita abolent.

23. *Arbores vaſculo trivalvi.*

1. DE *Ligni Molucenſis Panava*, *Pineu*, ſeu Indorum *Macaeſa*, *Macaſla*, *Camaiſa*, *Magadn*, *Tuba*, l. *Toba*, *Tigao*, *Curcas*, Hiſpanis *Pinnon del Maluco*. *Monardes* Ricinum *Luzonis* purpureum deſcribit, qui ſolummodò colore, & magnitudine plantæ ab *Europæo* differt, quemve *Hiſpani* Ficum infernalem, *Indi* Tagantagan *vocant*, quo in affectibus à *Monarde* recenſitis feliciter utuntur. At Fructus *Curcas* cujus *Icon* in Scholiis à *Cluſio* adjecta (cui falsò in obſervat. à *Lobelio* imponitur, quòd hujus *Curcas* plantas ad *fretum Herculeum* viderit; ſiquidem *Ricini vulgaris* arboreſcentis plantam affirmat ſe vidiſſe, minimè verò *Curcas*, ſeu ut ipſe vocat *Ricinum Americanum*, quod ipſum ad finem Scholii legitur: ſe non vidiſſe præter fructum quem depingit, & ignorare ſitne ſimilis arbor *Curcas* proferens, *Ricino* freti Herculei)

quemve *Chabræus* in Sciagraphia, & *Hiſtoria Lugd.* cum *Ricino* malè confundit. Planta arborea itaque eſt ſui generis *Macaeſa*, *Panava* ſeu *Curcas*, & non ſpecies *Ricini*. Quod & ex ipſa *Cluſiana* colligere licet deſcriptione, *Fructus* quippe *Ricino vulgari* paulò major eſt, ſiliqua ejus triangularis, coloris cinerei, lævis & nequaquam tuberculis aſperis, aut floccellis, ut *Ricini* obſita: Granum ipſum nigrum, nec variegatum, & non tantùm tricoccon ſed quadricoccon ſæpius viſitur. Seminis medulla, vel modice prælibata, tantâ acrimoniâ fauces adu-

VIRES. rit, ut ignem actualem in ea latere dicas. Datur ad granum ſeu nucleum unum integrum, deglubitum ſcil. & contritum cum Saccharo. Evacuat potenter, & nonnunquam ſimul & per vomitum, & ſanguinem exagitando incendit, & ſitim cauſat vehementiſſimam, ani excoriationem & hæmorrhoidas. Scio juvenes, quibus incautè, & per doloſum jocum, datum eſt, exinde mortuos fuiſſe hecticos. *Folia* eadem, & radix majora præſtat. Patiens quacunque hora vim catharticam inhiberi voluerit, potum frigidæ, vel aquam cremoris *Orizæ*, l. lacteam *Nucis Indicæ*, aut *Julapium Limoniorum*, vel *Tamarindorum* aſſumit, verùm ſcio & antequam potum petere valuiſſent, animi deliquio dejectionibus tam violentis ſuperveniente, vix non animam egiſſe. Caput verò & pudenda ſi violentior fuerit catharſis, ſin minus manus tantummodò & pedes aqua frigida abluunt, & ita omnis evacuatio ceſſat, & præcavetur hypercatharſis. Eaſdem diligentias adhibere ſolent Indorum Medicaſtri, cum alia purgantia in nimia doſi propinarunt, ut v. g. Rad. *Banquiling*, *Manambuc*, *Lobac*, *Igbubat*, *Balocàs*, *Borogtongon*, *Ananangtang*, Fr. *Salagſalag*, *Tangantangan*, *&c.* Arbor verò ipſa *Ligni Molucenſis* Panava, *Macaeſæ*, ſeu *Curcas* proferens grana, Sylveſtris eſt, & ſpontanea, altitudinis *Pruni*, quando magna, communiter vero humilis, ramuſculis vietis & rubentibus. *Cortice* albicante, modicè verrucoſo, ut cortex *Lanomay*. *Foliis* leviter per ambitum crenatis, communiter ſeſquiunciam longis, ferè unciam latis, quandoque etiam majoribus, facie ſupinâ virentibus, pronâ albicantibus, circa margines rubentibus, quæ maſticata acredine linguam adurunt, uti radicis cortex, & granorum medulla. *N. B. Acoſta* folia ei *Malvæ* aſſignat, ſcilicet vulgaris Sylveſtris *Molucenſis*, ſeu *Paliſpaliſin* quæ oblonga, & crenata ut hæc. *Nirembergius* verò Folia *Mori*, ſed perperam, Tit. *Juba*, lege *Tuba*, fol. 342. *Floribus* eſt gratioſis, puſillis, ex albo rubentibus, compoſitis ex decem petalis, & pluribus crocatis ſtaminibus. *Folia* unà cum *fructu* contuſa, cum aliis ut *Banulad*, *Catyubung*, & *Balonos*, & *Lanomay*, deſerviunt eſcæ piſcibus inebriandis parandæ, quam *Indus* Tuba *vocat*. Apicum fumus cum tabaco hauſtus

VIRES. prodeſt aſthmaticis. Contuſa, calce mixta, & impoſita tumores diſcutiunt. Foliorum aquam dd. commendant in aſtmate. Fructûs grana contuſa dolori Iſchiatico impoſita medentur, veſicas excitando ut cortex rad. *Malungay*, & melleum oleum Anacardiorum *Balobar*. Oleum expreſſum vulnera ſanat citò, benè & miraculosè, in ſpaſmo, doloribus recentibus & inveteratis, affectibus frigidis & paralyſi magni eſt auxilii, deſervit ad aucupia, Piſcationi medicæ, & *Crocodilos* Caymanes *interimendos*, ut *Coculus orientalis* piſcatorius. Radicis cortex multò efficacior eſt ligno, quod *Acoſta*, & hujates hunc commendant, in omni veneno, ut *aſpidum*, *viperarum*, *ſerpentum*, *Scolopendræ* ter. *Alipihin*, *Aranei* cyaneo-aurei *Lavalava*, ſeu *Banayao*, Aranei Spinoſi, *Hoiturtocatl*, ſeu Cruſtacei, & Viperulæ ferrugineo-fulvæ *Udtu*, morſibus, aut ictibus; venenis aſſumptis, ut *Sem.* Stramonii *Durtoæ*, Sem. *Xicamæ*, *Agonoy*. Ad vulnera ſagittis toxico illitis inflicta, ad grana decem uſque, ſi verò lignum una cum cortice raſum fuerit ad ℈j. Ad craſſos item, lentos, & melancholicos educendos humores, in quartana diuturna, tertiana & continua, Iliacis, coliciſque doloribus, flatibus, hydrope, aſthmate, arenulis, urinæ difficultatibus, cholera morbo, aliiſque veluti articulorum, & tibiarum inveteratis doloribus, Scirrhis, & Scrophulis, & ſpaſmodico affectu *Pacùru*. Necat omnis generis tineas, & ventris lumbricos, dejectam excitat ſibi appetentiam, & ventriculi cruditati ac indigeſtioni ſubvenit. Opitulatur capitis affectibus inveteratis, hemicraniæ, apoplexiæ, lethargo, arthritidi, aurium ſibilo, & uteri affectibus. Utuntur & radice pro aſticatorio, in dolore dentium, apoplexia, venenatorum animalium ictibus, magma ſuperimponendo, aſthmate & ventriculi doloribus. Decoctum ex toto proficuum eſt in tumore pedum œdematoſo, & paralyſi ſcorbutica *Berber*, in vulneribus recentibus nervorum cum *Pandacaque*, & rad. *Balete* laurifoliæ, in excreſcentiis palpebrarum, ulcerum hyperſarcoſi, & verrucis extirpandis. Raſura additur Antidotis, & oleis compoſitis polycreſtis, oleo commixta illinitur doloribus inveteratis ex contuſione.

2. *Terebinthus Luzonis quarta*, Indis *Salab*. Arbor mediocris eſt, montana, *Mamalis* & *Maladadyan* congener. *Folia* habet communiter ex aliis ſenis, palmaribus, mucronatis, lætè virentibus, conſtantia, alternè prodeuntia. *Flos* ſimilis eſt flori *Bilingbing*, ſtellatus, in racemis proveniens, cui folliculi ſuccedunt virides, rotundè triangulares, trivalves, tricocci.

3. *Taquebaſſin*, T. *Bacalcal*, P. *Alum* l. *Arum*, B. *Tapit*, C. Arbor inter *rudera* & *ſaxoſa* proveniens, fragilis, inconcinna & incana. *Folia* alit in ſpithamæis pediculis, magna, incana, tricuſpidata, trinervia, & undulatim fimbriata; nonnunquam cubitalia, nervis plurimis exarata & fulcita. *Flores* mittit in ſpithamæis racemis congeſtos, trinos ac trinos, paleares, pentapetalos, muſcoſo globulo ex antheris umbilicatos, inodoros. *Fructus* viridè caneſcentes, bipyreni, aut tricocci, nuclei molleculi piſo ſuppares. *Cortice* contuſo, ſubaſſo & impoſito utuntur vulneribus recentibus conſolidandis. *Folium* ſub cinere coctum, & oleo ſeſamino perunctum & impoſitum dolorem capitis, & colicum mitigat, pedum tumores œdematoſos diſcutit, grumos ſanguinis, & vibices reſolvit, & ulcera maturat. *Radicis* corticem contuſum, ventri impoſitum, alvum movere ferunt.

4. *Species Alum* eſt *Bongliu*, frutex facillimè radices agens.

5. Alia Species *Alum* eſt *Balatonaſſo*, *Folia* ferens minora, quaſi trinervia, incaneſcentia, alterna, & ſubrotundo-mucronata, ſeſquipalmaria, rariùs dentata. *Flores* ſeu fructus nucamenta, ſunt incanè virentes, ex coagmentatis tomentoſis floccis globuli, ſpongiis fermè *Roſarum*

ſarum ſimiles, in racemis, ſanguini ſiſtendo inſervientes. *Fructus* ſunt obſoletè virentes quadricoccæ capſulæ, lævi inſidentes caliculo.

6. *Arbor Malacalumpan* mediocris eſt. *Folia* fert bipalmaria alterna, ſeptem, decem aut duodecim in uno compoſitorum. *Nucleum* binum aut trinum, quaſi viridem phaſeolum, in nigro, tenui & orbiculari putamine in biventri aut triventri, rubra, & fiſſili ut ſiliqua, burſa.

7. *Tambalaſſan prima, Folium* gerit minus, frequentius, nec crenatum, *Fructum* verò minorem oblongum, flavo-rubentem, lacteſcentem, triforem, *Semine* inæquali, albo, oſſeo, lapillis *Cynosbati* ſimili & cuticula contecto coccinea refertum.

24. *Arbores vaſculo Tetrafori.*

1. *Tambalaſſan ſecunda*, Fruticoſa eſt arbor, mediocris & *ligni* fragilis. *Foliis* crenatis, alternis, palmum latis, bipalmum longis: ad horum exitus *fructus* congeruntur magnitudine, forma, & colore minoris *Mali Armeniacæ*, qui maturi decuſſatim dehiſcunt, *ſemina* crebra, alba, longiuſcula, & dura, maſſa coccineâ obvoluta continentes.

25. *Arbores ſeminis vaſculo Pentafori.*

1. *ROSA ſine Spinis*, Indis *Gumamela*, *Tacurangan*, *Arogangan*, Sinis *Poxen huy*, aliis *Cayanga*. Frutex eſt cujus *folia*, & *flores* Roſam repræſentant, majora attamen omnia, herbacea, lævia & tenera. *Folia* alternè exeunt nec plura una in coſta, aut compoſita, ut in *Roſa*, palmaria, majora, minoráve, mucronata, ſaturè virentia, rariùs crenata, binis herbaceis unguibus ſpinarum loco, ad pediculum ſtipata. *Flores* inodori, magnitudinis florum *Malvæ horariæ* arboreæ *Sinenſis* polypetalæ, ex majoribus quinis & viginti circiter minoribus compoſiti petalis, dictæ *Malvæ* tenerioribus, floridè ſanguinei coloris, ſæpius quibuſdam ſtriis niveis notati, exporrecto ſtylo, *ſtaminibus* aliquot crocatis, binis apicibus, & umbilico in quina ſubdiviſo ſtamina in quina rubentia capitula deſinentia umbilicati; ex radiato quinqueungui uno, & altero calyculato emergunt perianthio, quibus defluis ſuccedit oblongus, herbaceus, & pentaforis conulus, *ſemine* parvo, inutili, effœto molleculo, & flavo repletus. Non perperam *Roſa ſine Spinis* perpetim florens vocabitur, nulla ſiquidem interruptiones, & perpetuò floribus onuſta ſuperbit. *Folia* tenera, & florum necdum explicatorum petioli maturandis abſceſſibus efficaciſſima, balnea quoque inde parata, & fotus, inflammationibus capitis, oculorum, Eryſipelati, & mammis induratis ex grumefacto lacte proficua. Florum decoctum calidè potum copioſos provocat ſudores, quod & in ſcabie, vulneribus, & ulceribus pro fotu, & lotione commendant. *VIRES.*

2. *Anilao*, Arbor magna, ut *Hantol*, aut *Zapotl*, cortice veſtitur ex ſubfuſco albicante. *Folio* gaudet alterno, ſerrato, ſpithamæo, triunciam lato, ſupinè ſaturè virente, pronè lanugine incano. Floris petiolus formæ *Capparis*, *Flos* violaceus, decapetalus, ſtellatus, creber in racemis, in ſinu luteſcens. Seminis *pericarpium* parvum, neglectum, pentapyrenum, *calice* exceptum.

3. *Aniſum Sinicum*, Chabræo *Indicum*, Nirembergio *Philippinicum*. Eſt *fructus*, quem Chabræus *Aniſum* vocat *Indicum*, Cluſius *Damur*, in Luzone *Aniſum Sinicum*, Sinæ *Puika*, alii *Zingi*. Hiſpani *Anis de Sanglay*: Arboris *Panſipanſi*, quæ abundat in montibus *Boholanis*, folia ferentis latiuſcula, odorata. Hujus Iconem & Deſcriptionem communicavit *Franciſcus Antonius de la Zarza*. *Panſipanſi* arbor, *Buraguenſis* altitudinis duarum orgyiarum. *Baclayonenſis* ante viginti annos, à *Johanne Avila* plantata, caudice nunc eſt craſſo trium ſpithamarum, alto orgyiæ unius uſque ad ramos, unà cum ramis duarum circiter orgyiarum, necdum florem tulit, aut fructum. Arbor ut obſervo ſimilis eſt facie arboris *Cayutanæ*, ſeu *Fagaræ*, à qua differt, foliis alternis, & lævitate, ſeu quod ſpinis careat. Cubitales tharſi, ſeu Folia compoſita, ex undecim, tredecim aut quindecim rarenter crenatis, alternis, mucronatis, ſeſquiunciam latis, & palmo longioribus conſtant foliis. *Panſipanſi*, ſeu *Anici Sinici* Flos, eſt racemiformis, & exalbida congeries, magnitudine Piperis, frequentium, & Flocco-muſcorum nucamentorum.

4. *Palangpanguin*, Silanii arborem vocant fragilem, *folio* ſimilem propemodum folio arboris *Anonang*, quod quinque exaratum majoribus nervis, tranſverſalibus verò creberrimis. *Flos* qui ex croceo pallet ut *Zhampacæ*, cujus odorem viviſſimè ſpirat, componitur ex quatuor petalis duplicibus, carnoſis, & ſaporis dulcis, levi inſidens crenato caliculo. *Indi* utuntur foliis ad partum facilitandum. *Fructus* erat, parvum, immaturum, orbiculare & imperfectum pericarpium.

5. *Arbor Judæ Luzonis*. Magna eſt, *folio* quinque luculentioribus, minoribus verò frequentiſſimis nervis exarato, folio *Arboris Judæ Monſpelienſis* magis mucronato, ſubhirſuto, alternè appenſo, bipalmari, ex ampla rotunditate in mucronem deſinente. *Flores* promit parvulos,

pen-

pentapetalos, coloris carneoli, calyculo umbilicatos: quibus *burſulæ*, ex viridi rubentes, ſeſquiunciales, in quina loculamenta diſtinctæ ſuccedunt, *ſemen* gerentes inæquale, par *Piperi*.

6. *Goſſipium, ſeu Xylum*, Indis *Bulac*, *Herbaceum & Arboreum*. *Bulac ſemen* toſtum ſanguinem ſiſtit, *Seminis* medulla pectori prodeſt, oleum expreſſum, clavos, verrucas, & faciei extirpat lichenes. Foliorum ſuccus medetur diarrhœæ, vigiliis, & ophthalmiæ. Seminis emulſio ad aphthas. Succus corticis radicum provocat menſes.

7. *Colocotingan prima*. *Arbor* eſt trium orgyiarum, aut altior, non adeò craſſa, luxurians, *folio* alternè exeunte, palmari, mucronato, anguſto, uno latere altero latiori, parte pronâ lætè virenti, & ſuavi lanugine pubeſcente, parte aversâ pallidè candido. *Fructus* ad foliorum exitus prodiens, corticoſus eſt, ſubhirſutus, coloris ocræ, oblongo-teres, obtuſus, ſeſquiuncialis, & plerumque pentaforis. *Semen* album, magnitudine ſeminis *Citri*, ſed compreſſum, & longâ caudatum papyraceâ teliculâ, argenteâ; lanugo interjecta nulla.

8. *Colocotingan altera latifolia*, aliis *Bulacguag*, *folio* gaudet palmum lato, ſeſquipalmum longo, alterno, obſcurè virenti, parte averſâ albiſſimo. Seminis pentafora *vaſcula*, ſubfuſca, terſa, magnitudinis fructus arboris *Xylinæ* Sylveſtris, *Semine* repleta quaſi *Lupini*, verùm unciali membranula alato. Uſus nullius ſunt, quod ſciam.

26. *Arbores vaſculo Hexafori.*

B *Anavà*, *Arbor* procera eſt & vaſta, *folia* gerens ſociatim appenſa, ſimilia foliis arboris *Bangcal*, ſed minora, ferè ſpithamæa, palmo latiora, mucronata. *Flores* explicat racematim in ramuſculorum apicibus pulchellos, compoſitos ex ſtellato, in ſenos alabaſtros diviſo calyculo, & ſenis ex tenui in ſubrotundo mucronatis, ſubcriſpis, cœruleo-rubentibus, & uncialibus petalis, necnon frequentibus ſtaminibus, & longiori umbilico. His *ſeminis* tenuis, fuſci, lunati, calyculo excepta, orbicularia, nigrantia, & hexafora pericarpia ſubſequuntur.

27. *Arbores ſiliquoſæ Folio minus cognito.*

1. D *Alangdan*, Arbor major eſt quàm *Mantavi*. Folia *Oleæ* foliis magis mucronata, tenera, & graveolentia. *Caudex* ligni fibroſi. *Flores* flavi ſimiles floribus *Dagamgdagang*. An *Dagangtang*? Frutex laudatus ad lichenes, & ulcera. Vel *Tagangtan*? In recidivis uſualis. *Semen* in Siliquis teretibus, digitum longis, craſſitudine pennæ anſerinæ, ſemiorbiculare, ſeu hemiſphæricum, ſimile dimidiato ciceri. *Radix* nigra, & intensè amara eſt. Cujus ſcobs contra venena, & venenatorum animalium ictus, colicam, & febres uſurpatur. Folia
VIRES. imponuntur deforis ad eadem. An *Dalanang*? Cujus reſina pulcherrima vernix.

2. *Bahay*, *Arbor* magna, *ſiliquis* fabarum, *ſemine* phaſeoli, coloris cinnabarini, nitido & terſo, ex orbiculari ſubplano. *Camphoræ Borneienſi* immixtum collegi. *Byſaianis* in *Leyte* ad aurum ponderandum deſervit. *Semen*, & corticem radicis orientalis, in potu, & balneo commendant ad apoſtemata interna, tumores Luis Venereæ, facilitandum partum, contra febres item, & venena.

3. *Tigpud*, *Arbor* parva, lacteſcens. *Folia* gerit tenuia, oblonga, mucronata utrimque.
VIRES. *Cortex* exalbidus, *Lignum* ſubflavum. *Floſculi* albi, parvi, ut *Panabolon*. *Fructus* bini ac bini, corniculati, & recurvi lobi, flaventes maturi. Uſus radicum quæ amaræ, & morſicantes, in antidotis. Lactis ad oculorum nubeculas, & cataractas; ſi recentes cum aqua diluti, ſi inveteratæ ipſum lac, vel Foliorum ſuccum inſtillando.

28. *Arbores ſiliquoſæ Folio alterno.*

1. K *Ulis Lobifera*. Arbor eſt ſat magna, frondoſa, montana. *Folia* habens ſimillima foliis *Kulis ficigeræ*, venoſa, craſſa, ſplendentia, alterna: *Siliquas* fuſcas, aſperas ex inſectorum morſu, quibus refertæ ſunt, unciales & paulò longiores, latas & plures ſimul congeſtas: *Semen* varium, album, molliuſculum, immaturum ſcil.

2. *Balibamban*. Arbor mediocris, ramoſa, *foliis* gaudens alternis, dilutè virentibus, uncias tres longis, & ſex latis, ſubrotundo-umbilicatis, ſeu mucronis loco inciſis, ad nervum per medium excurrentem complicatilibus, *Papilionum alas* (unde nomen) repræſentantibus, novem

vem nervis cum medio, donatis, quæ tenella gratâ acedine itinerantibus ſitim ſublevare ſolent. *Siliquas* fert cubitales, unciâ latiores, ſpongioſa, & ſubacida carne plenas, quæ ſiccatæ coloris helvi, ſonum edentes, *ſemine* quod *Ceratii* ſemini ſimile eſt.

3. *Cacaloxochitl Mexicana.* Arbor craſſis ſparſis, raris, necnon contortis luxuriat *ramis. Caudex* ex fragili, ac ſpongioſa conſtat materie, qui vulneratus lac copioſum fundit acidulum, alvum relaxans. Ex ſucco aut decocto corticum paratur ſyrupus purgans & emeticus, in febribus tertianis, quartanis & præcipuè in hydrope proficuus. *Folia* inordinatè in ramorum apicibus congeruntur craſſa, palmum & ſeſquipalmum lata, & quandoque cubitum longa, mucronata, & pluribus à medio excurrentibus nervis fulcita. *Flores* candidi ſunt deforis, internè lutei, ad margines dilutiori limitati purpurâ, *Narciſſo* majores, ſuaveolentes, ex quinis in gyrum retortis petalis ex uno tubulo procedentibus conſtantes, ex his aqua dd. fragrans & conſerva grata parari ſolet. *Fructum* rarò fert hæc arbor, eſt autem ſpithamæus, teres, pollicem craſſus, uniforis & communiter binus lobus, cornuum modo diſpoſitus, qui ſemina continet plura, oſſibus dactylorum magis compreſſa, fuſca, pertinacia, & ad mucronem papyraceâ teliculâ caudata. *Folia* contuſa efficaciter apoſtemata rumpunt.

4. *Cacaloxochitl Antipolana* ſeu *Indica.* Ex *Regno Siam* allatam ferunt Arborem *Antipolanam*, quæ facie eſt *Cacaloxochitl*, *folio* verò non ſine ordine ut in illa, ſed ex oppoſito prodeunte, & hoc ſpithamæo, ſeſquipalmum lato, mucronato, venoſo & flaveſcente. *Flores* explicat *Cacaloxochitl Mexicanæ* majores, pentapetalos, flavos, latifolios & inodoros.

5. *Cacaloxochitl Luzonis* ſeu Indorum *Bubuy.* His analoga ni fallor eſt arbor *Bubuy*, quam menſe *Martio* foliis ſpoliatum inveni florentem. *Flores* erant magni, coloris roſei, pentapetali, ex petalis triuncialibus & palmum longis, calice craſſo, & triungui innitentibus compoſiti. Florum medium occupat congeries plurimorum, crocis coronatorum *ſtaminum*, in quinque faſciculos, ſextum ſeu medium ambientes, digeſta.

6. *Lignum Nephriticum*, Indis Tag. *Aſanà*, Byſ. *Naga* & *Narra*, Pamp. *Daitanag.* Eſt *arbor* ex majoribus Philippinarum, ad caudicis imum ſulcra *Dalir* emittens, ut *Dao* ampliſſima. *Lignum* ex ſubfuſco ruffeſcens, aquam in qua maceratur colore inficiens cymatili, quam obſtructionibus lienis, lumborum doloribus, urinæ ardori, & ſtillicidio, & renum calculo proficuam eſſe tradunt. De reliquo variæ ſupellectili parando aptiſſimum. *Folia* latiuſcula ſunt ſubrotunda, alterna, mucronata, ſubtilia & ex atrovirentia. *Flores* formæ & coloris *Violæ luteæ* Keyri, beneolentes, apum deliciæ. *Siliquæ* ſimiles *Acaciæ veræ*, ruffeſcentes, tantillum ventricoſæ, cum ſeminibus formæ phaſeoli. Ex caudice inciſo defluentem ſanguineum liquorem *Sanguinem Draconis* vocant, hic reſiccatus ex brunno ſplendicat, ſaporis adſtringentis, ſubſtantiæ vitrioſè fragilis, contritus coloris *Cinnabaris*, aquâ verò ſuperinfuſâ denuo in tenacem ac lentam coagulatur maſſam, aquam tingens cymatili. Supradeſcriptum ſanguineum ſuccum, *Indi* ut Succum *N. M.* & arboris *Binongæ*, Sanguini Draconis *ſubſtituunt*, & utuntur eo ſpecialiter in collutionibus, in aphthis, & aliis faucium exulcerationibus. Ad hujus arboris trunci radicem formicarum genus, quod Indi *Lackha* vocant, nidificare ſolet, ex materia gummoſo-reſinoſa, inſipida & nigricante, quam Indi *Puſcu* & *Baroque* appellant, nidos favi apum adinſtar conſtruendo; hoc *Puſcu* partui facilitando, & aliis uterinis affectibus utile, *Sinæ* ad tincturas conſtantes, & impermutabiles reddendas utuntur. Dictarum formicarum reperitur, & ſpecies major, quæ ad maris littoralia ramuſculos, & ſimilia acervatim congerendo degit, & pariter *Puſcu* congerit & coacervat.

7. *Diladila*, Arbor *folia* promit craſſa, perpolita, lætè virentia, nervulis tenerrimis inſignita, ſibi oppoſita, palmaria, bipalmum longa. *Fructum* ſeu *Lobum* unciam latum, biunciam longum, coloris nativi, habentem unicum *Semen*, ſed magnum, Lobum implens. *Lignum* durum ut *Molavin.*

Arbores Siliquoſæ *Folio Compoſito.*

1. *TUI* vel *Tivi.* Arbor eſt mediocris, fruticeſcens, *Folia* habens *Caſſiæ ſolutivæ*, ſubamara, molliuſcula, ſeptem aut novem in uno compoſitorum. *Gaudet* lacuſtribus & fluviorum ripis. *Flos* magnus eſt, candidus, tubuloſo-campanulatus, formæ & magnitudinis *Togdalag*, & *Talampunay*, ſed in quinis & uncialibus marginalibus labris affabrè & tenerè criſpatus, *foliis Malvæ criſpæ* magis eleganter. Medium protenſus umbilicus, & quina crocis majoribus faſtigiata ſtamina occupant. *Siliqua* coloris nativi, tantillùm compreſſa, recurva, cubitalis, & carinulata, nec multùm Siliquæ *Malungay* diſſimilis. *Semen* parvum compreſſum, inutile, in latis & candidis folliculis. Foliis *Indi* utuntur in balneis in omni febri, coctis verò ſub cinere ad tumores diſcutiendos.

2. *Baluchaluc*, Arbor alta, ſucci reſinoſi. *Folia* ſubrotunda, palmaria aut ſeſquipalmaria, mollia, trina, quina aut ſeptena uno in ramuſculo, qui alterni. *Cortex* coloris fabacei, vietus, deſervit pro balneis raſus. *Fructum* ferunt eſſe ſiliquam.

3. *Baluchaluc altera.* Arbuſtum ſpinoſum, Foliis *Sapang. Lobus* major eſt & ſpinoſus. *Phaſeoli* quaſi avellanæ, modicè compreſſi, fuſci & terſi, quorum nuclei ſtrepitum edunt. Adduntur Antidotis, ut *Phaſeoli Sapang.* *An* idem ac *Dalugdugay?*

4. *Barucbaruc.* Reſolvit tumores.

5. *Maruc-*

5. *Maruchbaruc.* Foliorum pulvis in exulceratione, & narium polypo conſert inſperſus, decoctum ulcera & vulnera mundificat, tumores diſcutit. Ni fallor idem ac *Baluchaluc* eſt & *Baruchbaruc.*

6. *Geniſta Luzonis Aſphaltites*, Indis *Yabag*, *Mantala*, *Pangalagan*, *Sandalitan*, *Tambaliſay*, *Cavaycavay*, *Maraobarao*, *Pamutiti*, *Rognoban*, & *Olacmag.* *Arbor* mediocris eſt gaudens *litoralibus*, uti & *montoſis* locis, luxurians crebris, longis rectis, digitum craſſis *virgultis*; *caudex* plerumque brachialis, *cortice* veſtitur leviter rugoſo-verrucoſo, ſaporis ex ſubdulci, in adverſe amaricantem tranſeuntis. *Lignum* pallidum, immaturum, nec adeò ſolidum. Maturum verò flaveſcens, & pectinibus ſubcriſpum, ut *Buxum*, ſolidum, tenax & ponderoſum, maſticatum dulceſcit, mox amaricat, matrix magna, fuſco-ſpadicea, & ponderoſior ligno. *An* Species *Quaiaci?* Radicis *cortex* prior ſubluteus, alter albus, craſſus. *Folia* compoſita, ex foliis Fabarum paribus, ſupernè obſeletè virentibus, infernè incanis, argenteis, groſſiuſculis, ſubrotundis, ſeptemdecim aut viginti tres, conjugatim diſpoſitis, claudente ordinem impari. *Flos* pulchellus, & aureus, ſuaveolens, creberrimus, in fermè cubitalibus racemis, ex ramorum luxuriat apicibus, Formæ florum *Geniſtæ*, pentapetalus, quorum unum majus, latius & repandum, *ſtamina* decem, & ſiliquæ rudimentum, occupant medium. In corticoſis, cinereis, biforibus racematim congeſtis, & orbiculatim ventricoſis ſiliquis, ſeſquiſpithamæis; leguminoſi, ſublutei, ſeu ſpadicei, *cicere* pares *fructus*, ſaporis adverſè amaricantis, No. 9. 12. aut 15. Horum No. 3. aut 6. in pulvere cum vino *Orizæ* dati repurgant bilem & pituitam, exhibentur in dolore ventriculi & ventris ex flatibus orto, in febribus, dyſenteria, & nocivorum animalium veneni periculo, prouti & ſpaſmodico, ac convulſivo affectu *Pacurn*, ſeu *Dalongdong*, cum *Pandacaque* rad. cort. & *Maraimos*. Folia ad eadem externè applicata in cataplaſmate, aut fotu. Corticis pulvis ſanguinem quacunque profluentem admirabiliter reprimit. Arbor ab hac diſtincta eſt *Tambalaguiſon* l. *Tambalaguiſa*.

7. *Quaiacum*, ſeu *Lignum Sanctum*, F. Sandovalius *in* Hiſtoria *Chilenſi* ità propagari refert. Decidua folia convolvuntur, in his enaſcitur *Scarabæus*, qui ſtatuto tempore caput humo immittens, ibidem emoritur, in arborem transformandus, parte dein poſtica Scarabæi, nova propullulat, reviviſcit, ac aſſurgit planta *Quaiaci*.

8. *An Species Quaiaci?* Luzonis *Bantigui*. Arbor eſt mediocris, *Lignum* quaſi ex *Ebeno*, & *Tugàs* compoſitum, fuſcum, inſipidum, *Ebeno* ponderoſius, & magis pertinax, quaſi plumbeum, ſidens, & aſciæ aciem hebetans, & retundens, pectinibus retortis, & intricatis conſtans. *Cortex* ſimilis deforis, & craſſitie *Quaiaci* cortice.

9. *Cathoray* eſt *H. M. Agaty*: fragilis mediocris, & gummifera eſt arbor, *gummi* rubicundum, inſipidum. *Folia* ex quadraginta aut pluribus, *Senæ* ſimilibus componuntur: Quorum ſuccus vulnerata conglutinat & cicatrizat, exulcerata ſanat, tenera veſca ſunt. *Flos* flore arb. *Corallii* major eſt, racematim exiens, candidus, ex perianthio prominentibus quinque palmaribus & mucronatis petalis, & exporrecto in ſtamina diviſo umbilico conſtans. *Semen*, ſeu minimos phaſeolos, circiter quinquaginta, una includit *ſiliqua*, edulis, bicubitalis, digito auriculari tenuior, quaſi quadrangularis, leviter ventricoſa, helva, & ramoſis nervulis quibuſdam deforis ſcabra, internè candida, & concinnè torulis quibus repoſitum eſt dulce, & leguminoſum ſemen, interſtincta.

10. *Rhus Luzonis*, Indis *Ananapla*, Arbor ſat procera eſt, ſuperbiens folio decompoſito ex ſenis, octo, aut etiam decem, aliis pinnatis, quorum quodlibet viginti aut viginti quatuor, ſibi oppoſitis uncialibus, aut ſeſquiuncialibus foliis conſtituitur. *Flos* exiguus, viridis, muſcoſus. *Fructus* ſunt *Lobi* compreſſi, unciam lati, novem longi, in mucronem deſinentes. *Semen*, phaſeoli, ſubplani, coloris gilvi. Caudicis *cortex* hujus arboris *Rhois* vices *Byrſodepſicis* optimè implet.

11. *Tamarindus*, Indis *Sampalog*, *Sampalagi*, *Sumalagi*, *Camalagi*, *Macaſanpalog* & *Sanbag*. Flores *Chabræus* Mali Aurantiæ *floribus* perquam ſimiles facit, cum *Proſpero Alpino*, ſed fallitur. Septem etenim conſtant ex petalis, quorum quatuor dehiſcendo nutantia albicant, reliqua tria in candido rubellis gratioſè conſperguntur maculis, & aliquot ſtaminibus crocatis gravidi ſunt. *Fructus* lobus integer ſæpius duas pendet uncias, & bipalmum longus eſt, legitur in *Luzone* Februario, hunc *Garzias* ſeſe noctu foliis involvere ſcribit, vitandi frigoris cauſâ, quod ſecus eſſe videtur, folia quidem occiduo ſole complicantur, ut in aliis plurimis contingit, ſed fructu nequaquam iis involuti conteguntur, imò nec contegi poſſunt, majores etenim ſunt foliis. Foliorum *Tamarindi*, & *Acaciæ Veræ* ſuccus Iſchiatico dolori, Eryſipelati, & teſtium tumoribus utiliter imponitur tepidè in fotu. Hauſtus vomitibus bilioſis, & choleræ morbo confert. Florum petioli, & foliorum teneriores apices deſerviunt acetariis, & embammati. Annoſi arboris cor nigrum eſt ut *Ebenum*, ſed minus vitrioſum.

12. *Eghelo Indica*, *Species Anagyris*. *Arbor* mediocris eſt, trifolia, *folia* ferens obſoletè virentia, inferna uncialia, medium occupantia ſeſquiuncialia, cæterùm alternè prodeuntia. *Siliquas*, ex tuberoſo quaſi nucamento, triunciales, ventricoſas, recurvas, rugoſas, furvas, in quibus *ſemen* fuſcum, parvis phaſeolis ſimile.

13. *Arbor Corallii*, in Luzone *Dadapedape*, Pamp. *Sulbang*, in Siao *Deda*, in Panay *Cabrab*. Sine flore & fructu bellè delineata proſtat in *Cultura florum Johannis Ferrarii*. Eſt verò arbor mediocris, inutilis, multifariè brachiata & incondita, incultis, paluſtribus & æſtuariis gaudens, ſpinis undique exactè & horridè defenſa. *Cortice* craſſo, lurido, ſcabro & verrucoſo munita, hinc *Piper nigrum* & *Betele* ei adnaſci gaudent. *Folia* in ſpithamæo pediculo ſemper trina, duo ſeſquipalmaria, mucronata, tertium verò continuò majus eſt. *Flores* antequam revireſcat foliis creberrimos & Corallinos mittit, qui ex uno majori folio Tulipæ æquali, quatuor minoribus, & palmari umbilicali antenna, in decem diviſa ſtamina, aureis coronata apicibus componuntur. Arbore ita Corallino ſuperbiente rubore, mox ſmaragdino amœniſſimo

niſſimè variegatur, ac condecoratur virore. Pedetentim interea deciduis floribus, ſpithameæ, & ventricoſæ, ſeu pluriventres, ſuccreſcunt ſiliquæ, quæ maturæ pullâ obductæ nigredine rugis, ac plicis eminentioribus inareſcunt, & diſſiliunt, phaſeoloſque profundunt ſpadiceos fabis compares. Foliorum uſus, ut *Galamay* pro fonticulis *Hederæ* foliorum loco. *VIRES.* Sub cinere cocta, ulceribus ſerpentibus, & fiſtuloſis, impoſita, ea detergunt, deterſa, & mundificata eorum pulvis deſuper inſperſus deſiccat, & ſanat. Aqua dd. foliorum, & florum diuretica eſt. *Cortex* ſecundus contuſus, ſale, & aceto forti mixtus, & cataplaſmatis modo calidiuſculè impoſitus ſplenis, teſtium, & pedum diſcutit tumores. Decoctum verò factum ex ſecundi corticis ℥iiij. *Zingiberis* ℥j. Raſuræ *Nucis Indicæ*, & Fontanæ ana q. ſ. & pro tribus doſibus datum, perutiliter exhibetur in omni alvi fluxu, ad materiam peccantem evacuandam, præcipuè verò in dyſenteria cum teneſmo. Hoc cortice contuſo, ventri impoſito, abuti ferunt malas mulieres, ut foliis *Coloycoloy*, ad procurandum abortum. An & Lumbricibus pellendis proficuus? *Folia* contuſa ſpecificè attrahunt, & extrahunt, ut *Curcuma*, corpori infixa ſpicula, ſpinas, & materiam purulentam profundè latentem. Phaſeolorum pulveratorum ʒß. pota menſes provocat, febres fugat, aſthmati opitulatur, & morbo medetur gallico, evacuando ſcilicet per inferiora materiam peccantem, & redundantem. Idem fructus in ſuffumigio, aut etiam pulveriſatus inſperſus hæmorrhoides patientibus prodeſſe aſſerunt. Vapor decocti corticum radicum ſpecialiter ad menſes evocandos laudatur.

14. *Anii*, Species eſt *Dapedape*, alta 6 vel 7 orgyias, caudicis *cortex* albicat, & minoribus, ac paucioribus horret *ſpinis*, quàm *Dapedape*. *Flos* formæ floris *Dapedape*, coloris *Balauſtini*, *folium* folio *Ticom* ſimile, ſed minus, & magis mucronatum. *Siliquæ* breviores, nec ità ventricoſæ, ut *Dapedape*.

Arbores Siliquoſæ *folio decompoſito.*

1. A *Babangay*, *Cariagay*, ſeu *Bongle* Byſaiarum. *Arbor* mediocris, ſylveſtris, & *ligni* inutilis, plantatur ob ſpongioſum, & craſſum corticem, ut arbor *Dapedape* pro pedamentis *Betele*, magis etenim hanc cæteris adamare videtur. *Cortex* cinereo-candicat, & adſtringit. *Folia* fert decompoſita magna, quorum quodlibet ex aliis quinque componitur compoſitis, quæ denuo conſtant ex binis heptaphyllis, binis quinquefoliis, & uno trifolio. Folia particularia variæ magnitudinis, uncialis, biuncialis, & triuncialis, mucronata, ex atro virentia. *Flores* qui congeſti prodeunt, craſſis excepti caliculis, monopetali, campanulati, marginibus in quina labra diſpeſcitis, coloris Roſei, è quorum fundo quina candida majoribus faſtigiata crocis ſtamina, cum exporrecto tricephalo umbilico prominent. Lobi floribus ſuccedentes bicubitales, palmum lati, cinereo-fuſci, leves, & læves, formæ Monoxyli, ſcilicet tum dehiſcunt biforè, quælibet eorum pars. *Seminibus* farcti *Mactæ* Acoſtæ *ſimilibus*, creberrimis, planis, amaris, binis ac binis, in delicatiſſimis, argenteis, & pellucidis ſeſquiuncialibus membranulis, ex quibus Indicæ puellæ pulchellas concinnare aſſuevêre corollas, interponendo corallina grana *Bahay*, & *Sagæmamin*.

2. *Arbor Saponaria Luz. prima*, Indis *Saloquigui*. *Arbor* eſt magnitudinis *Balimbin*, cujus ferè ſemper ramuſculus unus, in quatuor dividitur alios ramuſculos minores, quorum duo inferiores quaternis, ſuperiores ſenis, mucronatis, clarè virentibus, ſibi oppoſitis, latere uno à nervo medium ſecante latioribus altero, ſuperioribus, inferioribus multò majoribus, ſaporis ex morſicante adſtrictivo, adornantur. *Flores* in ramuſculorum ſummitatibus ad foliorum ſinus, in fermè palmaribus, in plures ſubdiviſis exeunt ramuſculis, varios ſuſtinentibus nodulos corymboides, ex granulis milio majoribus, & albo-virentibus aggeſtis formatos, quorum quivis ſuo tempore in floſculum explicatur candidum, conſtantem ex plurimis ſtaminibus, radiatim ſeſe pandentibus. Defluis floribus *ſiliquæ* digitum indicem longæ, quandoque ſpithamâ longiores ventricoſæ, compreſſæ, & diaphanæ, delicatulæ, ex albo flaventes, binæ ac binæ, aut etiam plures ſuccedunt. Quæ maturæ nigreſcunt, & tunc arbori omnia deciduntfolia. *Semen* in eis formæ *phaſeoli*, alternè ſiliquæ inhærens parietibus, ſeu folliculis, ſpadiceum, morſicans cum adſtrictione. Caudicis *cortex* ex ſubfuſco deforis candicat, qui aſperitatibus deraſis coloris eſt *Canelæ*, eodemque modo fiſtuloſè convolvitur, ſaporis eſt ex ſubdulci acriuſculè morſicantis. Hunc *Indi* Gogo, & Gugu *vocant*, eiſque *Saponis* loco pul- *VIRES.* veratus, & ſucco *Limonum* mixtus deſervit, immunditiem capitis, tineas, achores, ſquammas, furfureſque detergendo, & dolorem capitis auferendo, *Radice* verò utuntur in aſthmate, hydrope, lepra, venenis, nocivis herbis aſſumptis, aut inſufflatis, philtris, & venenatorum morſibus. In morbo Gallico cum aliis propinavi, ad ſudores movendos cum utilitate.

3. *Glans Unguentaria Siliquoſa*, Indis *Malongit*, *Malungay*, *Calungay*, *Camalungay*, *Dobol*, & aliis *Moringa*, Hiſp. *Frixol del Moluco*. *Malungay* fragilis, mediocris, & frondoſa eſt *arbor*, quam plerique *Indorum* ob virtutes quibus pollet in medicina domibus ſuis vicinam excolunt, *Foliis* luxuriat decompoſitis, *Senæ* modicè latioribus, nimirum particularibus. *Flores* conſtituunt decem nivea, & reflexa foliola, caliculo inſidentia, qui complures terni ſemper pediculo in uno inhærentes in ramorum apicibus, ex foliorum ſinubus prodeuntes, congeruntur. *Fructus* ſiliquæ ſunt elegantis formæ, coloris griſeo-virentis, teretes, ſed novem angulis carinulatæ, trifori facilè diviſibiles fiſſurâ, mucronatæ, cubitales, fungoſa, levi, alba, &

citò cariem contrahente materia conſtantes (teneræ, ut foliorum apices veſcæ) multis torulis leviter ventricoſæ, craſſo innitentes pediculo, intus albæ, cæterum recentes quaſi coriaceæ, flexibiles, corticoſæ, & inſipidæ: *Glandes*, ſeu nuculas *Cicere* includentes majores, dulces quidem ſed ingratè, multùm oleagineas orbiculares, & triquetrè alato implicatas involucro. Ex his oleum expreſſum non evadit rancidum. *Radix* orientem ſpectans, *Indis* Unicornu, *Bezoar*, *Theriaca*, & *Panacæa* eſt. Contra Contagia, venena, viperarum morſus, febres diuturnas, animi deliquia, cordis palpitationem, ac tremorem, Scorbutum, Scabiem, elephantiaſim, pulverem, aut ſuccum expreſſum utiliſſimè exhibent. Fiunt & ex toto balnea vaporoſa, proficua in Scabie, Lepra, Scorbuto, Rheumatiſmo, Cachexia, morbo Gallico, & aliis conjuncturarum, aut arthriticis doloribus à frigore, aut madore ſuſcepto cauſatis. Ex floribus, fructu tenero, apicibus, & rad. cortice paratur Syrupus aperiens, & ſanguinem mundificans. Glandium maturarum delibratarum ℥iij exhibent ad alvum ſine moleſtia ſubducendam. *Cortex* contuſus impoſitus, non tantùm rubefacit, ſed & veſicat, horæ unius ſpatio ut referunt, utile emplaſma in doloribus ex madore ſuſcepto ortis. *Foliorum* decoctum potum lac auget puerperis. *Radix* novellæ plantæ, alba eſt, carnoſa ut *Raphani*, & ſaporis non ingratè morſicantis, *Naſturtii*. *Icon* elegans extat in *Joannis Ferrarii Flora*, ſed ſine flore, ac fructu.

4. *Lignum Braſilium*. *Sapang*, & *Sibucao*, aliis *Gamaypuſang*, Hiſp. *Unna del Gato*. Anglis **Braſil-wood**, & **Log-wood**. A Tragacantha *Luzonis* nonniſi magnitudine differt, ſimillimus etenim frutex eſt, quoad folium, ſpinas, ramuſculorum ordinem, & reliqua. *Folia* bicompoſita, cubitalia, ex adverſis viginti quatuor foliis, quorum quodlibet ad exitum aduncis hamatum aculeis, & denuo octodecim uno latere foliolis *Tamarindi* majoribus, & magis obtuſis pennatum eſt. In ramorum ſummitatibus florum thyrſi ferè cubitales. *Flores* habitiores, pentapetali, aurei, præter petalum quintum, ſeu floris minimum, quod rubet, in quinqueungui perianthio, decem ſtaminibus, & ſiliquæ embryone donati. Quibus *Lobi* furvi, cartilaginei, craſſiuſculi, uncias tres aut quatuor longi, ad pediculum unam lati, in gibbo duas, ſupernè in mucronem reflexi, ſubſequuntur. *Semen*, ceu phaſeoli, ſpadiceum, amarum, quod *Indi* ſuis Antidotis contra venena addunt. Decoctum *Ligni* utuntur in caſu ex alto, ad ſanguinis grumos diſſolvendos, dyſenteria item, & diarrhœa laborantibus, hœmoptoicis, tuſſientibus, aſthmaticis, nephriticis, dyſuria moleſtatis propinant.

5. *Lignum Braſilium alterum*, Anglis **Red-wood**, & **Vernim-Bock**. Nequaquam *frutex* eſt, ut prius, ſed *arbor* magna, craſſa, & frondoſa, rarior in *Luzone*, nec meditullium tantùm, ut in priori rubrum, verùm tota caudicis ſubſtantia obſcurius rubens. Invenitur circa vicum *Paranas*, in *Leyte*. *Folia* priori ſimilia, utì & *flores*, & *fructum* eſſe ferunt.

6. *Criſta pavonis*, Hiſpanis *Spuela del Cavallero*, in Luzone *Calaycagay*, in Leyte *Paniniptun*, in Jucatan *Czakzinkin*. Arbuſcula eſt, frequentibus fruticans virgultis, quandoque duas orgyias alta, *foliis* gaudens decompoſitis, alternis, ex compoſitis communiter duodecim, & his conjugatis, quorum quodvis 12 aut ſedecim *Tamarindi* foliolis amplioribus, concinnatur conſtantibus. *Flores* racematim in ſummitatibus prominentes, in vix non palmaribus peedunculis, ex viridi, & quinqueungui utriculo erumpentes, pentapetali, petalis ex tenui in rotundum deſinentibus, ſeu cochleariformibus, croceo-rubentibus, & per ambitum flavo limitatis, necnon minutim, & criſpè fimbriatis: Et umbilico, decémve triuncialibus, purpureis, ac crocatis ſtaminibus, exornant plantam. *Siliquas* maturat nigras, ſeſquipalmares, mucrone armatas, leviter ventricoſas, *ſemine* refertas viridi-fuſco, phaſeoli, quo ſonum edunt. *Radix* lignoſa *Leviſticum* redolet, *cortice* integitur *Rubiæ Tinctorum* rubicundiore.

7. *Alalangad*. Arbor mediocris, cortice albicante, foliis, & ſiliquis ſimilibus *Calaycagay*.

8. *Cupang*, *Arbor* eſt altiſſima, læta, & frondoſa, *ligno* albido, & tenero. *Folio* luxuriat pennatim decompoſito, ſcilicet ex triginti quinque paribus pennarum in una tricubitali palma, penna ſingula ex ſeptuaginta paribus ſeſſilium foliolorum conſtante. *Lobus* fermè cubitalis eſt, uncia latior, ad pediculum gracilior, niger totus, & nervulis proſtantibus exaratus, *oſſicula*, ſeu *ſemina* habens oblonga, atra, duriſſima, communiter N°. viginti uno, nucleis carnis ſolidæ, viridis, & leguminoſæ. *Flos* luteus ex crebris ſtaminibus, in prælongis pediculis.

9. *Agoho*, *Aguhu*, *Guijo*, l. *Cagoho*. *Arbor* magna eſt, *folia* ferens decompoſita ex duodecim vel ſexdecim compoſitis, quorum quodvis raſum ex quadraginta vel ſexaginta, minutulis, ut Folia *Acaciæ*, concinnatur. *Fructus* creberrimus eſt folliculus, ſimilis folliculo *Senæ*, niſi productior eſſet, *ſemen* oblongo-compreſſum, nigrum. *Lignum* navibus aptum. *Diſtincta* ab hac eſt *Agoho*, Species *Cinnamomi* Syl.

10. *Acacia vera*, ſeu *Spina Ægyptia*, in Luzone *Aroma*, Mexici *Miſquitl*, & *Guichache*, Peruvianis *Guacia*, Jucatanenſibus *Kantix*. Fruticoſum, ſpinoſum, & perpetuò virens eſt *arbuſtum*, longa, & multiplicia ſpargens virgulta, non adeo recta, ſed aliquo modo per intervalla in angulos coacta, ubi continuò binis armatur aculeis, ex quorum medio *folium* decompoſitum, aut plura, ex aliis plerumque duodecim, compoſitis ſibi oppoſitis conſtans, quorum denuo quodlibet pluribus, paucioribuſque quinquaginta perpuſillis foliolis ſtipatur, unde liquet conſonum veritati ſcripſiſſe *P. Bellonium* in ſingularium *lib.* 2. trecenta & quinquaginta, *Acaciæ* foliola pollice contegi poſſe. Ad horum foliorum decompoſitorum latera, cum tempore alia duo prorumpunt minora, alarum modo appenſa, in quatuor tantùm diviſa alia folia compoſita. Ex horum ſinu quinque, ſeptem aut etiam plures protuberant granulatæ ſphærulæ, pediculo innixi tenui, unciali, ex viridi primùm palleſcentes, mox in floreos, villoſoholoſericeos, aureos, ſuaveolentes explicandæ globulos. Quibus caneſcentibus, & defluis jamjam ſtaminibus ſericeis, ſiliquæ ſubſequuntur teretes, digitum craſſæ, palmam longæ, ventricoſæ, recurvæ, virentes immaturæ, & valde adſtringentes, at maturæ nigricantes, & gummoſo ſucco refertæ, ſeminibúſve prægnantes luteo-fuſcis, N°. 24. pluribus, aut pauci-

oribus,

oribus, ſimilibus Ceratii. *Gummi* quod *Officinæ* Arabicum vocant, Mexici fundit copioſum, in *Luzone* paucum. *Succus* recens capillum nigro inficit colore, & ſerpentia coercet ulcera. Hujus effigiem perpulchram & cæteris elegantiorem vide in *Ephemeridibus* Medico-phyſicis *Germ. Acad.* Nat. cur. *Decuriæ* annorum ſecundæ *Anni* quarti *fol.* 2. *Deſcriptionem* verò in *Florum* cultura *Joannis Ferrarii* f. 209.

11. *Acacia vera altera*, ſeu Luzonis *Mahareb*. Hanc itinere *Silano* ad *S. Nicolaum*, & *Tunaſano* ad villam *S. Petri*, prima multo craſſiorem, & altiorem, ſed & pariter frequenti fruticatione ſylveſcentem obſervavi: *Folia*, *Spinæ*, ſimilia ſunt *Aromæ*: *Florum* petioli, ſeu rudimenta non ut in priori orbicularia, ſed oblonga, *Betulæ* Julis, aut *Piperis* longi nucamentis ſimilia, ſimiliter & flores ipſi oblongi, unciales, flavi ſuperne, ad imum cœruleſcentes, vetuli verò caneſcentes, odoriferi ut *Aromæ*. Siliquas non reperi, ferunt eſſe ſimiles priori.

12. *Acacia tertia*, in Luzone *Quamochil*, Mexici *Quamochitl*, *Nakazcolatl*, & *Katzim*. Semper virens, ſpinoſa, & incondita eſt *arbor*, paſſim ſolo ſterili, ſicco, arena, & lapidibus referto proveniens, ſimilibus ut *Acacia* vera armata ſpinis, ſimili quoque cinereo-maculoſo intecta cortice, & ſimili gaudens quoad formam ſericeo-ſtaminoſo flore, ſed candido, inodoro, in brevi pediculo racematim congeſto. Similiter & ex Spinarum ſinu, ut *Acacia* prima promit folia, quæ in uno pediculo, mox diviſo, denuo bina ac bina, obtuſa, unciam ferè lata, binas longa, coloris foliorum *Rutæ*, exeunt. *Siliquæ* ſemper in gyrum retortæ, ferè ſpithameæ, undecim ſæpius ventricoſis interſtinctæ torulis, ex candidè virente rubentes, quæ eduli, ſaporis cum dulcore modicè adſtringentis, ſungoſa, necnon candidiſſima, officulum perpolitum, & nigerrimum offi *Tamarindorum* minus includente, turgent carne. *Fructus* decoctum in alvi fluxu, & vomitu commendatur. *Cortex* tinctoribus, & byrſodepſicis unà cum *Ananaplæ* deſervit.

1. *Zhampacka* in Luzone, Goæ *Zhampem*, Sinis *Gipè*, vocata, ſeu *Amomum Cluſio à Joanne Pona* miſſum. *Arbor* eſt mediocris, *foliis* alternis, ſpithamæis, mucronatis. *Flores* crocei, perianthio primùm unico coercentur, quo aforè diſrupto *folia* duodena, aut plura, craſſiuſcula, ſeſquiuncialia, odorem ſanè florum omnium ſuaviſſimum longè latéque diffundentia, expanduntur, quorum in umbilico conulus, *Julo* piperis *longi*, aut *Betele* ſimilis, ex viridi luteſcens, & ad imum plurimis candidis ſemine *Cymini* longioribus apicibus circumſeptus aſſurgit, qui maſticatus, foliis ipſius floris magis *Cardamomum Officinarum* ſapit, & redolet cum morſicatione. *Amomo* ſubſtituerem hunc florem ſi mihi legitimum *Dioſcoridis Amomum* deeſſet. Ex caudice verò, & ramorum craſſioribus, nequaquam florem inſequendo, *fructus* cinereus, avellanâ nuce major, & in racemum congeſtus provenit, cujus maturi, craſſa, nonnihil aromatica, & biforis theca finditur, quinâve, aut ſena, dura, nigra, variè compreſſa, & inæqualia, alba medulla farcta ſemina, & incarnata cuticula (ſub qua maſſa lactea intenſè amara, & acriuſcula) cooperta gratioſè oſtentat, & prodigè diſpergit. Florum aqua dd. deliquiis ſuccurrit animi, & cordis medetur palpitationi. *Oleum* ex *Floribus* paratum profi-cuum eſt doloribus conjunturarum, & tremori manuum, *Luzonis* Indæ *Flores* Zhampacæ, *Alanguilang*, & *Balioco* oleo infundunt *Seſamino*, capillis inungendis deſervituro, idem ferunt facere *Sinarum* mulieres, & idem, habet *Bontius*, Indicas fœminas, *Zhampaccam* nobili ſuo *Unguento Borborii*, ut corpus à capite ad calcem eo inungant, adjicere. Unde olim opinio mea *Zhampakham* verum eſſe *Amomum* non leviter ſulciri videbatur, *Amomi* ſcilicet celebris Unguenti mentionem legens: Pingueſcat nimio madidus mihi crinis *Amomo*. Apud *Sidonium*: Indus odorifero crinem madefactus *Amomo*. Apud *Senecam*: Pingui madidus crinis *Amomo*. Et *Perſium*: Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus *Amomis*. Et *Ovidium*: *Spiſſaque de nitidis tergit* Amoma *comis*. Scilicet antequam legitimi *Amomi*, *Dioſcoridis*, ſeu *Luzonis* Tugùs *notitiam* habuiſſem.

2. *Zhampacæ Species* eſt arb. *Alanguilang* Zebuanorum, Byſaiarum *Burac*, *Layo*, ſeu *Huramao*, Sinarum *Inyauhua*. Quæ alta eſt, ramoſa, nec multùm comata, & valde diſtorta, *folia* habens foliis *Champacæ* latiora, duriuſcula, nervoſa, ſaporis tantillùm aromatici ex ſubdulci. *Flores*, qui ex groſſulis, carnoſis, tenuibus, digitum longis, & ſæpius in cincinnum reflexis, ſenis, & ex viridi-pallentibus foliis conſtant, præ reliquis floribus, unà cum floribus *Zhampacæ*, hoc ſpeciale habent, quod non ſtatim, ac explicantur, juſtæ ſint magnitudinis, nec mox flaventes, aut illi crocei, ac odoriferi, ſed quod longo dierum intervallo, paulatim matureſcant, & magnitudinis, & coloris, & ſpecioſi odoris ſumant incrementum; toto de reliquo fermè anno abundant, odoris ſunt *Narciſſini*, ſaporis ſubdulcis cum aromatica acredine, & adſtrictione. *Fructus*, ut *Zhampacæ*, flores non ſubſequuntur, ſed loco diverſo, ex caudice plerumque, & ramorum craſſioribus protuberant racematim, glande habitiori compares, atro-virentes mox ſublutei, molleculi, ſubdulces cum reſinoſo *Juniperi* odore, bivalves ſolliculi, *Semine* farcti parvo, compreſſo, pallido, inſipido, duriuſculo. De *florum* viribus vide in deſcriptione *Zhampacæ*.

De Arbore Sagniſan, *& ejus fructu* Amuyong, *&* Cardamomo.

Arbor *Sagniſan*, ſeu *Amuyongifera*, craſſa, alta, & frondoſa eſt, ut arbor *Zapotl*: *Lignum* albicat, *Cortex* ſubfuſcus, Rami creberrimi. *Folium* quaſi arboris *Zapotl* craſſum, & terſum, parte pronâ clarè, averſâ atro-virens. *Flos* per ſeſquiuncialia interſtitia exit menſe *Octobri* in ramuſculis, inodorus, quorum ſummitates foliis ordinariis onerantur. De reliquo fermè *flori* arboris *Alanguilang* ſimilis, ſcilicet triungui incumbens calyci, perianthio carente, folia explicat craſſiuſcula, oblonga, viridia primùm, flaventia cum jam matureſcit, medium co-

rymbus candidulus, granulatus, crebris, & candidis coronatus ſtaminibus occupat. Floris *ſapor* eſt ipſiſſimus fructûs maturi, non nihilum morſicans. *Fructus* corticoſum pericarpium ventricoſum evadit quando plures uno continet nucleos: Viret principio, flaveſcit, rubet, nigricat. *Nucleus* recens diviſus coloris eſt incarnati, ut *Nux Arecæ*. Folliculoſorum verò horum fructuum corymbi, aut racemi è ramorum majoribus & caudice tempore florum prodeunt; Hæ uniforæ in racemos corymboides congeſtæ ſiliquæ ſcabræ ſunt, ſubnigræ, & ex tereti nonnihilum ventricoſæ: Semen *Amoyong*, ſeu grana ruffeſcentia, magnitudinis ciceris, anguloſæ, ſive formæ incertæ, & diverſimodè compreſſa, aromatica, & *Caryophyllorum* modo morſicantia, concludentes; *An* Cardamomum *Veterum*? Grana ſiquidem iſta Indiæ fructus ſunt, plena, frangenti contumacia, occluſa & farcta, guſtu acria, ſubamara, & odore caput tentant, & excalfactoriam habent vim, ut *Dioſcorides* expetit: Oblonga ſunt, & pinguia, & odore *Coſto Arabicâ* viciniſſimo, ut *Plinius* requirit: Imò & ſaporem habent *Naſturtii*, & quiddam amaritudinis poſſident, ut vult *Galenus*. Hæc demum *Indi* Magiſtrâ experientiâ edocti, & ego in nervorum reſolutione, ſtupore, contractura, & ſideratione: Convulſionibus ſpaſmodicis, & in vagis conjuncturarum Scorbuticorum doloribus, contuſa cataplaſmatis modò impoſita, aut in balneo vaporoſo adhibita, vel oleo inde parato inuncto, feliciter, & magno ſemper utor ægrorum emolumento. Internè No. 5, aſſumpta alvum movere volunt, ventris, & ventriculi tormina diſcutiunt, vomitus cohibent, urinas, & menſes cient, febres fugant, & lumbricos. *Indi* verò ad febres fugandas grana commanſa aſſumunt, & ex cortice radicis balneum addunt, necnon nuculas, & radicis corticem de collo ſuſpenſa gerunt: Quod & à contagio, inſufflatione veneni, & maleficorum prætenſionibus præſervare aſſerunt. Venenatorum animalium præterea morſibus medentur, pota & impoſita. Maſticata pro apophlegmatiſmo deſerviunt in Apoplexia, *&c.* & dolorem ſedant dentium. Siliquarum putamina prohibent hypercatharſim. Dioſcorides *Amomum* in racemi modum convolutum exiguè fruticare tradit. Plinio *Amomi* uva frutice venoſo, palmi altitudine in uſum venit. Quæ verificantur de plantæ *Tugùs* florum thyrſo, ut capite *de Amomo legitimo* ſcripſi. Verùm ſimilitudinem fruticis *Amomum* inter, & *Cardamomum*, quod *Plinius* Amomo *ſimile* eſſe nomine, & frutice clariſſimè aſſerit; in planta *Tugùs*, & arbore *Sagniſan* non invenio: Si illud Dioſcoridis *exiguè fruticare*, & Plinii *palmi altitudine frutice*, ad *Amomi*, & *Cardamomi* venoſum, ſeu fibroſum pediculum, aut ſcapum, ſive ad ipſius florum thyrſi palmarem divaricationem referre non licet.

VIRES.

Sagniſan altera folia promit *Juglandinis* breviora, glabra, ſplendentia, & ex atro virentia. *Fructus* Siliqua delibratus nucem ferè avellanam æquat, minus priori acris eſt, & quodammodo in gyrum contortus, ſpongioſus, levis, & unus, aut bini una in ſiliqua.

Arbores Siliquoſo-folliculoſæ Lobo *uniſori.*

1. *Santalum rubrum Luzonis*, Indis *Apalet*, & *Sangue*. Arbor magna eſt, & erecta. *Lignum* ligno *Balayon* magis rubrum, & tractu temporis adhuc magis rubet, tingit, ac inficit modicè, odoris eſt ſuavis, at longè inferioris Santali citrini, evaneſcentis. Variæ deſervit parandæ ſupellectili, ut *Balayon*, & *Nagæ*. Raſura vulneribus inſperſa ſanguinem profluentem ſiſtit, & vulnera ad cicatricem perducit. An *Apalet*? Lignum quod in montibus *Maragondon* ceditur *Balayon* intenſius rubens? Folia *Apalet* ſubrotunda, mucronata, undecim communiter in uno ramuſculo, alternè exeuntia, ima ſeſquiuncialia, ad apicem palmum longa, foliis *Balayon*, & *Nagæ* fermè ſimilia. *Florem* ferunt eſſe rubrum: Fructum *Lobum* uniſorem, bipalmarem, palmam latum, coloris roſei: qui dehiſcens, nuces glandi ſuppares, nigras, in candido calyce, alterna ſerie digeſtas quaſi in diſco offert. Nuclei ſua viſcoſo-reſinoſa mucagine aurifabris glutinis loco deſerviunt ad opera filo-granata compingenda.

2. *Malabonod*, aliis *Bangad*. Arbor mediocris, luxurians folio amplo, ſpithamæo, cujus pars prona helvo obſita eſt villo. *Flores* in racemis, pentapetali, ſimiles floribus *Calumpan*, primùm dehiſcentes, ſed ſupernè cohærentibus foliolis, mox totaliter repande adaperiuntur, de reliquo ſtellati, piloſi, internè rubentes, deforis virentes, in ſpithamæo, rubente, & piloſo ramuſculo frequentiſſimi. *Fructus* ſunt *Lobi*, turgentes, quaſi holoſericei, coloris pulchelli, cinnabarini, obtuſi, & uniſores, in apicibus congeſti, qui maturi dehiſcunt, & roſam quodammodo ſimul ſumpti effingunt. *Nuclei* nuce avellana minores, inutiles, albo, & carnoſo tecti cortice.

3. *Lanotan*, Arboris hujus *fructum* accepi, erat autem *Lobus* uniſoris magnitudinis ovi anſerini, coloris helvi, conſtans craſſo, ſolidiori, ſuberino cortice, continens duas ſeries contiguè compactorum offium corneorum oſſibus *Zapotl* nigri ſimilium, figura, magnitudine, & ſubſtantia.

Arbores Fructu *carneo producto, quaſi ſiliquoſo* Bivalvi *aut* Plurivalvi.

DE *Mangle*, ejus *Speciebus*, & *aliis* quæ in *Manglar*, id eſt, locis uliginoſis, maritimis, æſtuariis, aut aquâ ſalſuginoſa irriguis innaſci gaudent.

1. *Mangle* Oviedus, *ex quo* Cluſius, & Nirembergius, *folia* tribuit craſſa, majoribus *Pyri* foliis ſimilia, *ſiliquas* craſſas, bipalmares, *Caſſiæ ſolutivæ* fructui pares, pulpáve medullæ oſſium ſimili farctas, & per frondes ſeſe ad aquam, aut humum demittentibus funiculis radicari ſcribit. Arbor ad fabricas ædificiorum ſelecta.

2. *Mangle Species* eſt Luzonis *Bacau*, *Buchau*, *Bachao*, *Bacauvan*, *Folium* habet *Mangle*, ſibi oppoſitum, ſaporis, utì *fructus* ſubadſtringentis, & nonnihilum ſalſi: *Flos* candidus eſt, ex ſtaminibus conſtans, puſillus, in quatuor alabaſtris binus ac binus exiens. *Fructus* ſubater, lacteſcens, formæ lagenulæ, in ventris modum parte infima turgeſcens, ex qua virga lenta, & flexibilis, viridis, aliquantulum verrucoſa, digitum craſſa auricularem, & ſeſquipede longior nonnunquam propendet: A caudicis calloſis excreſcentiis frequentes exeunt rami humum petentes, ubi radicantur. Arbor igni deſtinata, Spathifera.

3. *Sual*, Species eſt *Bacauvan:* Cui ſimilia fert *folia*, & *fructum*, ſed coronato inſidentem calyci.

4. *Tanghas*, *Tangal*, *Tongol*, *Tungul*, *Tangog*, *Tungug*. Species eſt *Mangle*. *Folia* ſociata, craſſa, terſa, coriacea, ut folia arb. *Dohat*, & *Dangcalan*, ſubrotunda. *Fructus* longus eſt, ut *Caſſia fiſtularis*. Caudicis *cortex* Indis *Baroc*, lacteo liquori *Nucis Indicæ* Cocci, *Tuba* vocati impoſitus, eum aceſcere prohibet, imò quotidie magis dulcem, & vinoſum magis reddit. Similiter additur & *Pangaſi* vocato liquori, fermenti loco, ut vineſcat. Deſervit & ſcabiei, & ulceribus, prouti & tinctoribus cum cort. *Quamuchil*, & *Ananapla* fuſco, aut nigro colore inficiendis. Trunci *matrix*, ſeu *cor* alburno liberatum, ſtriatim rubet, & amaricat.

5. *Bioas*, l. *Viuás*, ſeu *Balanguiguan*, Species eſt *Mangle*, fert *folia* conjugatim exeuntia, ſeſqui, aut bipalmaria, ferè palmam lata, mucronata, terſa, & ſplendentia. *Flos* ex quinis mucronatis, craſſiuſculis, anguloſis ad medium, & viridibus conſtat petalis, albis & brevibus ſtaminibus plenus. *Fructus* viridis eſt, carnoſus, ſexangularis, digitum longus, & craſſus, muria conditus *Indis* Olivarum, & Capparorum *loco* deſervit, ut fructus *Bungalon*, *Piapi*, *Bilucao*, & alii.

6. *Bangalon*, l. *Bungalod*, l. *Bungalo*, l. *Bungalonos* Species, eſt *Mangle*, arbor lacteſcens, cujus lac ictui *Paſtinacæ Marinæ* medetur, à radice mittit ſtolones minores quàm arb. *Bagatpat*. *Fructus* oblongus, ut parvæ candelæ. *Florem* viridem, carnoſum, cordiformem, & edulem *Piyapi*, *Apiapi*, *Apipi*, *Piapi*, vocant. *Folia* conjugata, oblonga, obtuſa, parte averſâ albicantia, ſupina, obſcurè virentia, quaſi exſucca. Truncus arboris *ligni* ſolidi, coloris terrei, tenacis, in quo in mille gyros retorti, diſcurrunt pectines, plerumque cavus, quem vidi maximum, tredecim ſpithamarum erat in diametro, hinc tympana, *Alembici* pro *Arak* deſtillando, & *Cupæ* pro balneis inde parantur.

7. *Hangaray*, l. *Hangalay*, Species *Mangle*. Fructum *Buſaing* vocant, eſtque diſtinctus à *Taving*, & formæ parvæ candelæ.

8. An *arbor* eadem *Langaray*, l. *Langara*, aliis *Quiſiu*? Arbor procera, *flore* candido, qui prorumpit antequam folia, quo apes plurimum delectantur. Hujus *fructum* Byioas *vocant*, ut fructum *Balanguiguan*.

9. *Butavuta*, id eſt, excæcans, arbor eſt gaudens æſtuariis, lacteſcens. *Folium* gerit ſimile *Arb. Anonang*, indiſcriminatim exiens, leviter, & rarius denticulatum, craſſiuſculum. *Fructus* oblongus eſt. Ligni fumus tumefacit, lac excæcat, *Lignum* flammam non concipit ſicut lignum *Malabago*, *Tubug*, *Hamingdang*, *Sulbang*.

10. *Bagatpat*, Arbor eſt magna, *folio* ſociato, craſſo, *Pyri* folio latiori, ramuſculis geniculatis. *Flore* majori, ex mille candidis ſtaminibus, croceis *apicibus* faſtigiatis conſtante, ex cujus medio fructus novelli longior prominet umbilicus. *Fructus* eſt pomum, calyci in ſenos, carnoſos, & mucronatos alabaſtros repartito inſidens, ex orbiculari compreſſum, in palmarem & tenuem deſinens umbilicum, internè duodecim aut ſedecim diviſionibus interſtinctum, *Aurantii*, aut *Limonis* modo, acidum, & diarrhœa laborantibus conferens. Ligni cinis Sali præ reliquis conficiendo deſervit. A radicibus creberrimi aſſurgunt ſtolones, communiter aphylli, nonnunquam tamen in novas exurgunt arbores. *Hoc* Indi *Dool*, *Daluru*, & *Pagode* vocant, ſuntque ſubſtantiæ Suberinæ, & facilè inflammabiles, hinc facium vices præſtant, & igni noctu conſervando aptiſſimi ſunt. Decoctum verò horum commendant potum pro ſudore in frigore ſuſcepto, morbo Gallico item, lepræ, aſthmati, hecticis & phthiſicis conferre ferunt.

11. *Palatpat*, Species & *Bagatpat*, cujus *folio* gaudet & *fructu*, qui tantummodo longior eſt.

12. *Balimbago*, eſt Malabarenſium *Bupariti*. Arbor eſt mediocris, ramoſa, fluviorum amans, ligni leviſſimi, pro carbonibus pulvere pyrio conficiendo, ut lignum Taquebaſſin, aptiſſimi. *Folium* eſt hæderaceum, ſeu *Abutili*, Flos *Bellmuſci*. *Fructus* eſt pericarpium ſiccum, in calyce, & palmari pediculo, pentafore, quod virens lacte coloris *Gummi Guttæ* ſcatet, magnitudinis, & formæ *Pyri Moſchatellini*, ſemina habens cicere longiora. *Cortex* radicis vomitorius

eſt,

eſt, doſis ʒij. in diarrhœa inveterata, utì & febribus diuturnis, colico dolore, & ciborum indigeſtione. Ex flore oleum paratur arthriticis conducens, dolorem leniendo. Ex cortice *Balimbago*, *Malabago*, *Bago*, *Lipnus*, *Sayapo*, *Balitung*, l. *Balitlong*, & *Nabo*, & *Anabo maybulu* arborum libro interiori fibræ, ut *Cannabis* colliguntur, ſicut & ex Volvuli *Colian*, *Curambot*, *Hagnaia*, & *Biasbiaſan*, retibus, funiculis, & ſimilibus parandis aptæ.

13. *Cagamio*, Arbor creſcit in *uliginoſis*, *fructu* eſt mediocri, rubicundo, *matrice* caudicis rubente.

14. *Nilad*, Arbor mediocris, rariſſimè recta, *ligno* ſolido, & compacto ut *Molavin*, ubi abundat *Mangle*, locum vocant *Manglar*, ità ubi *Nilad*, Maynilad, *unde corruptè* Manila. *Fructus* carnoſum, viride, teres, & hamatum corniculum.

15. *Alimbaubau*, & 16. *Tunqui*, Species ſunt *Mangle*.

Mangle, ſeu *Bangle* Species ſunt & 17. *Botong*. 18. *Bang*. 19. *Lamonlamon*. 20. *Siguir*. 21. *Nigini*. 22. *Sagubac*. 23. *Sahat*, vel *Anahat*. 24. *Culiap*. 25. *Litir*. 26. *Tinunga*. 27. *Ulampihan*, & 28. *Burablub*, quæ *fructum* gerit cœruleum.

Pariter, ni fallor, & 29. *Kilat*, l. *Quilat*.

1. *Terebinthus Luzonis quinta*, ſeu Indorum *Rapodapo*. Arbor abundat in *Bito*, & *Abuyo*, & *Tabaco*, vico oppoſito *Inſulæ Catanduan*. Ubi reſinam colligunt, quæ ſubfuſca molliuſcula, confuſanea, nec facilè digitis hærens, odoris Benzoini, cujus ſpecies eſſe videtur, mittitur & *Buraguen*, *Samar*, ſeu *Palagpag*, & *Igbabao*. *Folia* ſunt compoſita in apicibus ramorum congeſta, ut arboris *Banquiling*, ex quindecim flavo-virentibus, ſociatis, palmaribus, mucronatis conſtantia.

2. *Lapolapo*, arbor non eſt reſinoſa. *Florem* fert quaſi morellum, magnum, formæ ferè *Heliotropii*, qui *Indis* replendis pulvillis, tomenti loco deſervit.

3. *Baléte* abundat in *Zebu*, liquor eſt ſubfuſcus, reſinoſus, *Ambram* redolens. Sinis *Hayangſay*, id eſt, præſervans à tinea, ut *Ambarum* Griſeum, & *Nigrum* dicitur.

4. *Tangay* Pampangi liquorem vocant odoriferum, *Balſamo* ut narrant ſimilem *Peruviano*.

5. *Samálo* Byſaianis *Balſamum*.

6. *Samála* Tagalis *Liquidambarum*. An *Tangay*, *Samalo* & *Samala*, unum & idem ?

7. *Dariangao*, l. *Dadiangao*. Arboris *lignum* griſeum eſt, ſolidum, durum & ponderoſum: *Cortex* tenuis, deforis fuſcus, internè candicans, friabilis, ſaporis farinacei luteo inficiens. *Folium* lætè virens, & *Laurino* latius eſt. Gummoſo-reſinoſus liquor ex inciſo caudice profluens, liquore *Rapodapo*, l. *Daporapo*, magis niger, & odoratior, redolens Ambarum, qui internè exhibitus dolores compeſcit colicos, cæterùm ad odoramenta, & ſuffitus ab *Indis* colligitur. An *Ambarum* quod vocant *Nigrum* ? aut ejus materia ?

8. *Terebinthus Luzonis ſexta*, Indis *Oling*, *Uling*, l. *Uli*. Aliis *Cayangcang* & *Bolotic*. S. *Arbor reſinifera de Paynan*. Arbor eſt altiſſima & procera, *folia* gerit ſibi oppoſita, unciam lata, & tres aut quatuor longa, craſſiuſcula, parte ſupinâ, glabra & terſa, pronâ minutiſſimè ſtriata, obtuſa, pediculo inſigniori, & nervo per medium excurrente carentia, *foliis* Viſci quodammodo ſimilia, & communiter quina aut ſeptena paria ab uno incrementi, ſeu renovationis ramuſculi nodo, uſque ad alterum. De *Flore* & *Fructu* nihil valui ſcire. *Cortex* notabiliter adſtringit. *Reſina* de craſſioribus ramorum, groſſarum adinſtar nonnunquam columnarum in terram uſque pertingentium ſponte defluens conglomeratur. Affertur in fruſtis majoribus, homogeneis, nec confuſaneis, coloris *Colophoniæ*, ſeu *Succini* opacioris. Eſtque minus elegans, ac pellucida quàm ſit *Reſina de Hilocos*, ſed hac friabilior, & angulosè fragilis, promptiſſimè flammam concipiens, *Olibanum* quaſi olens, & emollita eleganter ſigillatoriæ ceræ modo impreſſas reddens formas. An ejuſdem ſpeciei ac *Reſina de Hilocos* ? Nam & utraque in marinâ decocta in rarum, albeſcens, ſpongioſum & poroſum maſſæ fermentatæ adinſtar excreſcit corpus, & multò magis ſi addita cera colliqueſcat, cui immiſceri impoſſibile, nullo etenim modo cogi aut uniri poteſt. An *Gummi Animæ* ſecundum ?

9. Alia affertur de *Paynan* pariter in magnis fragmentis, verùm albicans, pallida, necnon confuſanea, ac ex ſtillis majoribus, ſuper ſtillas coagmentata. An *Gummi Animæ* tertium ? *N. B.* Nec illa de *Hilocos*, nec hæ duæ de *Paynan* differentiæ, picando, ut reliquæ reſinæ deſerviunt.

10. *Terebinthus Luzonis octava*, *Bintoco*. Arbor mediocris. *Folia* formæ *Lanceæ* infrà medium angulosè ventricoſa, odorifera. *Lignum* albiſſimum. *Radix* ſubflava, ſimilis radici *Dalabrab*, ſed inodora, ſubamara cum acredine. Venenis adverſatur, ideò Antidotis additur, deſervit & pro balneis. An *Bintocco*, l. *Bintogo* Reſinoſus, & flavens liquor, *Terebinthinæ Cypriæ* ſimilis, eáve magis flavens & odoratus, Vernicis ad ſculptilia illuſtranda vices gerens, liquor hujus arboris ? *Bintocco* ſynonyma eſſe videntur *Hagac-hac*, l. *Agac-hac*, *Apitong*, & *Malabaho*.

Agallochum,

Agallochum, ſeu *Lignum Aloes Mexicanum.*

1. MExicum defertur *Quaihacâ*, & Sonorâ *Xylaloes*, Hiſpanis *Linaloè*, & ob odoris fragrantem ſuaveolentiam, ciſtis, ſcriptoriis, & ſphærulis precatoriis conficiendis inſervit. Arbor videtur eſſe ſat magna, ut ex fragmentis colligere potui, lignum odoris præſtantis, & *Agallocho Officinarum* vehementioris, ſaporis multùm amari, ſed non ita compactum, durum ac ponderoſum ut *Officinarum*, verùm leve, molleculum, reſinoſum, coloris & pectinibus majoribus *Ligni Pini*, at tractu temporis magis fuſcum evadit. *Cortice* integitur tenui, coriaceo, tenaci & reſinoſo. *Folia* ut referunt foliis *Tautauen* non multùm diſſimilia. Prolicui inde *Mexici* oleum per deſcenſum, & copioſum collegi: Salem ex incinerato conficere tentavi, verùm cineris parùm admodum, & ſalis nihil collegi.

2. *Agallochum Officinarum*, ut *Simon Sethi*, *Serapio* & *Sinæ* innuunt, & in ipſis fragmentis videtur, eſt *meditullium*, *cor*, ſeu *matrix* caudicis, aut ramorum craſſiorum, quorum alburnum ſponte in ſylvis, aut terra deſoſſum computruit. Idem ſiquidem evenit in *Luzone* Ligno *Taratara*, ligno *Malabac-hau*, & ligno *Malapangdan*; ſed nota *Malapangdan* & *Taratara*, cujus lignum exterius ſponte in montanis computreſcit, ſine comparatione magis compactum, ponderoſum, & odoratum evadit, eò quòd ſtudio cæſum, & terrâ inhumatum fuit ut putredinis interventu corrumperetur.

Lignum Aloës Manilam *Sinæ* de *Chauchinchina* deferunt triplex:

3. *Sokhio*, quod caudicis pars extima eſſe videtur, leve, coloris cinerei, ex nigro virgatum, amarum tantillùm, odoratum modicè, non gummoſum.

4. *Thimhio*, eſt *Officinarum*, ſubnigrum, ſolidum & ponderoſum, ſtriis & venis interſectum, gummoſum amarum, valde odoriferum, aquæ innatans. Hiſp. *Calamba*.

5. *Gilam-hio*, ex cinereo eſt palleſcens, molle, ſed odoratum validé.

6. *Aliud* Kalapà delatum adſervo, *Thim-hio* magis fuſcum & magis ponderoſum, & aquæ fundum petens.

7. *Aliud* præterea lignum Sinæ afferunt nigerrimum, odoris modici, quod *Vai-hio* vocant.

8. *Aliud* verò ruffeſcens, odoris præſtantiſſimi, *Chi-tua* vocant.

Agallochi arboris *cortex* lacte ſcatet adeò virulento, ut ſi in oculos incidat cæcitatem cauſat, ſi in ullam aliam corporis partem puſtulas excitet, cutemque inflammet. *D. Philibertus Vernatti* apud *D. Johannem Rayum*. In quo cum arboribus *Hypo*, *Arbore mortifera Argenſolæ*, *Arbore Zeuva Machucæ*, *Manſanillo quam Botanici Mancinella vocant*, *Manſana de Acapulco*, *Alipata*, *Dalit*, *Camandag*, *Dita*, *Byſaiarum Exulcerante & Abuhan*, & *Butabuta*, convenire videtur.

De quibuſdam Arboribus Venenatis.

1. HYPO, ſeu *Hypo* arbor eſt mediocris, folio parvo, & obſcurè virenti, quæ tam malignæ, & nocivæ eſt qualitatis, ut omne vivens umbrâ ſuâ interimat, unde narrant in circuitu, & umbræ diſtinctu plurima oſſium, mortuorum hominum, animaliúmve videri. Circumvicinas etiam plantas enecat, & aves inſidentes interficere ferunt, ſi *Nucis* Vomicæ *Igaſur*, plantam non invenerint, qua reperta vita quidem donantur, & ſervantur, ſed defluvium patiuntur plumarum. *Antonius Molero* mihi retulit, poſt iter per Sylvoſam viam, paſſum fuiſſe defluvium capillorum unius lateris, an forſan ex hac arbore? Hypo *lac* Indi *Camucones*, & *Sambales*, *Hiſpanis* inſenſiſſimi longis excipiunt arundineis perticis, ſagittis intoxicandis deſerviturum, irremediabile venenum, omnibus aliis alexipharmacis ſuperius, præterquam ſtercore humano propinato. *An* Argenſolæ *arbor comoſa*, quam *Inſulæ Celebes* ferunt, cujus umbra occidentalis mortifera, orientalis Antidotum. *An* Machucæ *Zeuva*? qui addit: Sagittis lacte fructus arboris *Manſanillo*, illitis vulneratos, non emori, ſed intumeſcere, & hebetiſſimos reddi. Num *Manſanillo* idem, ac *Manſana*, ſeu *Pomum portûs Acapulco*? quod referunt primùm benè ſapere, ſed mox infernali ardore fauces, & interiora adurendo excruciare, quod ſi non perimit, ſæpius mortales accelerat accidentes: Aſportatur in naves, ut mures, & glires eo comeſto intereant.

2. *Alipata*, eſt eadem arbor ac *Butabuta*, de qua ſupra. Arbor eſt maris littora amans, ſummopere nocifera, ut vulgus eam tanquam dæmonem fugiat, lac ſiquidem oculis inſperſum momentò excæcat, & dolore immani dirè excruciat, quod *Fran. del Prado* mihi affirmavit, ità eveniſſe ſe vidiſſe cum *Indo*: Idem refert *Navarrete* in ſua *Hiſt. Sin.* Verùm non ſolùm lac, ſed & fumus inde concitatus excæcat, & umbra arboris, utì volunt, veſtes corrumpit, & putrefacit. *Flores* hujus arboris exigui, odorati, quibus apes delectantur, ſed mel amarum eſt.

3. *Dalit*, ſeu *Dalongdong*, alia eſt arbor mortifera.

Camandag, ſeu *Camandang*, aut *Taguc*, arbor eſt nocifera, ejus lacteo ſucco quem *Taguc* vocant ſagittas inficiunt, quibus læſi vel tantillùm, pereunt.

4. *Dita*, Magna, frondoſa, & lacteſcens eſt arbor, viginti non rarò orgyiarum alta, dua circiter craſſa. Caudicis *cortex* qui craſſus majoribus, cinereis, & ſubfuſcis variegatur maculis. *Rami* majores, & minores, utì & ex his *folia*, ſemper ferè numero erumpunt quaterno verticillatim, radiatimque, per intervalla uno quaſi ex geniculo, imò ſex, ſeptem, octóve. *Folia* uncias decem, plúſve, minúſque longa, unam, & ſemiſſim, & interdum duas uncias lata, mucronata, nervo per medium excurrente craſſo, ex quo latera versùs, crebri, criſpantes, & tenues procedunt, cæteroquin tenera, parte averſâ candidula, ſupinâ atro-virentia, ſaporis graminei, & tantillùm amari. Caudicis lacteus, & acidulus *ſuccus*, ad ignem decoctus, ex atro ruffeſcit, & venenum eſt, quo homines, & animantia infecto inſtrumento læſi emoriuntur. *Antidotum* hujus veneni, ipſius arboris eſt radix orientalis, quæ maſticata, aut epota, lactis attemperat, & infringit malignitatem. Venenatorum quoque animalium morſibus, & aliis nociferis reſiſtit, febres fugat, alvi compeſcit fluxus. *Lignum* facilè corrumpitur, & quàm citiſſimè cariem ſentit, nullius eſt utilitatis.

5. *Arbor Byſaiarum exulcerans* Indis, hujus *foliis* utuntur *Indi*, cùm ſe infirmos eſſe fingunt, nam foliis cutim fricando, eam horæ unius ſpatio, monſtrosè exulcerant, remedium ſunt *folia* arboris *Balimbago*.

6. *Abuhan*, Arbor lacteſcens, cujus lacte *Nigritæ* Montis *S. Matthæi* ſagittas illinunt, quod *Cervos* & *Damulas* aut inebriat, aut perimit.

1. *Aſpalathus*, *Dioſcoridi* eſt frutex lignoſus, *ſpinis* crebris aculeatus. *Duo* facit genera. Ponderoſum, denſum, odoratum, ſubamarum, & detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, quod optimum.

Alterum candidum inodorum, & lignoſum quod deterius. *Arabum* arbor eſt craſſa. *Plinio* Aſpalathus, ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, *flore* Roſæ. *Radix* Unguentis expetitur: ſuavitate odoris inenarrabilis. Optima coloris ruffi, vel ignei, tactus ſpiſſi, odoris caſtorei.

2. *Alpini* Aſpalathus Cretica, eſt frutex denſis ramis; *Spinis* albis, duris, horridis; *Cortice* caudicis albo, ad trium cubitorum, & plus altitudinem aſſurgens. *Flores* ſuaviſſimi ſunt odoris, parvi, multi, crocei, ſparti. Plura *vide* apud *Johannem Rayum*. *Chabræus* vult *Plinium* de Aſpalatho *ſub titulo* Tari *ſcribere*, ſed *Tarum* ex *Garzia*, Luſitanis eſt *Aguila brava*, ſeu *Agallochum Sylveſtre*.

3. *Matthiolus* ſigna *legitimi Aſpalathi* ex *Cypro* allati recenſet, ut detracto cortice ruffeſcat colore purpureo, guſtu ſit amaro, materiæ denſitate gravis, & *Caſtoreum* non obſcurè reſipiat. Frutex humilis, ſuaviter odoratus, amarulento guſtu. *Serapio*, ut vult *Matthiolus*, de Aſpalatho *ſcribit* ſub nomine *Darſiſaban*. Galeno *Aſpalathus* guſtu quidem acris, ſimul & adſtringens eſt; Facultate verò ex diſſimilibus conſtat, nempe partibus ſuis acribus excalefaciens, partibus verò aliis, auſteris ſcilicet, refrigerans, itaque utriuſque ratione deſiccat, & proinde ad putredines, & fluxiones utilis eſt. Itáque *Schrædero* ex *Dioſcoride*, & *Galeno* calefacit, ſiccat, adſtringit: Unde ad ulcera oris, nomas genitalium, ſordida ulcera, alvi fluxus, ſanguinis rejectiones, & urinæ difficultatem, & inflationes commendatur.

VIRES.

Vide *Libro Secundo*, Titulo *Taratara*.

1. *Tanangui*, aliis *Mabupili*, arbor eſt magna, *Folio* gaudens folio *Hindang* ſimili, ſed tenuori, *lignum* exalbidum eſt, hujus cor *ſeu* matricem *Byſaiani*, cujus alburnum ſponte ſuâ computruit, *Malapangdan* vocant, odoris ſuaviſſimi & vehementis, florum videlicet *Pangdan*, unde nomen.

2. *Hindang* arbor *folia* gerit ſpithamea, palmum lata, craſſa, venoſa ut folia *Tanangui*, fuſcè virentia. *Lignum* ſubflavum, inſipidum, odoriferum invalidè, ſimile *Santalo Citrino Officinarum*. Minus ponderoſum.

3. *Tolò*, Arboris *folium* venoſum eſt ut *Hindang*, ſed minus, parte pronâ candicans, ſupinâ obſcurè virens, ſeſquipalmare. *Lignum* album, ſat ſolidum, recens ſuaviſſimè olet, qui odor cum tempore brevi evaneſcit.

4. *Balonos*. Arboris *lignum* album, & magis, ſuaviúſque olens quàm lignum, ſeu matrix *Malapangdan*. *Cortex* Piſcationi deſervit medicæ.

5. *Lignum Colubrinum*, *Ngâlaſſon*. Arborem majorem eſſe *Manungal* ferunt, abundat in *Leyte*. Recens radix flavet, in meditullio rubet, ſicca albicat, contorta eſt, amara, ac tenui contecta cortice. Laudant ut magnum Antidotum, ſeu ut loquuntur *Contrayerba*, adverſum febres, venena, & quæcunque nociva.

6. *Lignum Colubrinum*, *Pao de Cobra* Luſitanis, defertur ex *India*, facie eſt *Tamariſcini* ligni, ſolidum, coloris griſei, ſaporis amari, cortice ſubruffo, tenui & ſolidiuſculo, ligno magis amaro.

Vid. *Iconem*, *Tab.* 42. *Fig.* 1. *Gaz. Nat.* &c.

7. *Tanbolingao*. *Arbuſtum* eſt mediocre, amans litoralia. *Folia* pulchra, terſa, lætè virentia, ſpithamâ longiora. Radix *Roſmarinum* ſapit, quæ antidotis additur. Hujus arbuſculæ *ramuſculum*, aut *ligni* fruſtulum ſecum habentes, indemnè poſſe tractare ſerpentes referunt. Abundat in *Bohol*, *Loboc* & *Dauvis*.

8. *Palo de Ponzona*. Adverſum venena omnia deprædicatur. *Lignea* materies, alba, ſolida, inſipida. *Cortex* verò tenuis, griſeus, & modicè amaricans.

9. *Palo de Calenturas*. Febrifugum eſt *lignum*, materies levis, fiſſilis, ſaporis amarſſimi. *Cortex* ſubfuſcus, craſſiuſculus, amarus.

10. *Balocas*, arbor mediocris, *folio* gaudens cubitali, craſſiuſculo, venoſo, mucronato, flaveſcente. Radicis *lignum* ſolidum, & album, *cortex* exalbidus, craſſus, friabilis, facilique negotio etiam inter digitos in pollinem reducibilis, ſaporis amaro-adverſi. Utuntur eo *Indi* contra aſſumpta venena, in colico dolore, alvo adſtricta, & ſpecialiter ad lumbricos pellendos

dos pondere ʒß exhibendo, alvum ſuaviter ſubducit. In fotu item, balneo, & vapore cum aliis in lepra, & lue venerea.

11. *Lobag*, id eſt inteſtina exprimens. *Radix* eſt arboris, virium *Pangaguaſon*, purgans, febrifuga, Alexipharmaca. Venenis, & viperarum morſibus antidotum, veneficiis, & philtris remedium, alvi fluxibus auxilium. *VIRES.*

12. *Ronas*, Arbuſculæ *radix* eſt, alvo adſtrictæ, colicæ, & obſtructionibus hepatis, ſuaviter relaxando, ſuccurrens.

13. *Betis Pampangorum*, ſeu *lignum ſternutatorium*, & *lumbricos pellens*. Arbor magna eſt, *lignum* ſolidum, ponderoſum, incorruptibile, ligno *Balayong* vix non ſimile, ſed magis ponderoſum, & obſcurius rubens, aquam inficiens colore cymatili, ut arboris *Nagæ*, ſaporis amari. *Folium* habet nervoſum fermè cubitale, ſeſquipalmam latum, alternum. *Fructus* ſunt exigua ſeminis pericarpia, faſciculatim congeſta, caliculis inſidentia. Vires *titulus* indicat.

14. *Palacat*, Arbor ſimilis *Panabol*, mediocris. *Cortex* coloris terrei, nigreſcentis. *Folia* foliis *Panabol* magis terſa, molliuſcula. *Cortex* radicis exterior niger, interior ex albo rubeſcit, odoris quaſi *Thymi*, *ſaporis* acris, cum ſtipticitate. Aliis additur Alexipharmacis, contra venena.

15. *Ygbuhat* Byſaiarum, aliis *Ygbubuhat*, id eſt reſuſcitans mortuum. Aliis *Manyhaya*, aut *Manigaya*, id eſt liberans ab incantatione. Aliis *Pamugat*, l. *Pamuhat*, id eſt curans recidivas. Defertur *Zebu*. Arbuſcula, altitudinis orgyiæ unius, craſſitudinis carpi ad caudicis imum. *Folium* gerit atro-virens, ſpithamæum, & mucronatum, ſociatum, trinervium, & nullius ſaporis ſpecialis, in ramuſculorum apicibus confertim congeſtum. *Fructus*, vel potius fructûs nucamentum eſt julus longiuſculus, obſcurè virens, aſper. *Radix* coloris terrei, *cortice* dulceſcente cum adſtrictione, mox morſicante, odorato ut *Caningag*. Hæc purgans eſt, febrifuga, alexipharmaca, venenis, veneficiis, & viperarum ictibus reſiſtens. Utuntur eâ, & in cephalalgia, & aliis doloribus vehementioribus, arthritide, ſpaſmo, contractura, ſeu Paralyſi, imbecillitate ſtomachi, & cordis affectibus, diarrhœa, recidivis, & morbis incertis: Ad alvum inobedientem emolliendam, pondere ʒ. facilitandum partum, fœtum mortuum educendum, lochia retenta evocanda, propinando. In his affectibus, & ſucco uteri regionem fovent, & balnea inde parata vaporoſa, addito *Pancoro*, & *Panhacar* recommendant. Infuſum dentes vacillantes corroborat.

16. *Pangaguaſon*, vel *Pangagbaſun*. Arbor mediocris, ſed communiter craſſitie *Cannæ Bacagay*, altitudinis verò orgyiæ unius tantùm. *Lignum* pallidum cortice tegitur nigro, matrix, & radix morella, medulla ſpongioſa, tenuis, alba. *Folia*, novella, alterna, ſpithamæa, biunciam lata, mucronem verſus latiora, quaſi obtuſa, ſupernè obſcurè virentia, infernè dilutè morella, terſa, & delicata, & pluribus rubentibus nervis pulchro ordine in marginem uſque excurrentibus diſcriminata, de reliquo ſimilia foliis *Tambalaguiſon* majoris. Communiter autem nonniſi digitos tres longa, lata digitum unum. Uſus *Radicis*, & *ligni*, quæ ſub-amara ſunt, cum adjuncta acrimonia, idem, & ad eadem ad quæ *Manungal*. Ut contra Venena aſſumpta, & venenatorum animalium morſus, opem ferè experientia docuit, vulneraria item eſt radix, & febrifuga, & dolores capitis pota ſublevat. Ex hujus radice lutea, *Biratoci*, *Tambalaguiſæ* majoris, & minoris fructu, radice utriuſque *Galamay*, & *Tubæ*, & *Pangaguaſon* ſecundæ, utriuſque *Buyobuyo*, & utriuſque *Pilipoc*, ſemine *Dalami*, Succo *Cannæ Sacchariferæ*, & oleo *Seſamino* oleum componi tradit *Nirembergius*, adversùm venena efficax.

17. *Raiz de Abutra*, *Abutar*, *Abutua*, aliis *Eſtramulen*. Ni fallor eſt radix *Lactang*, ſeu Plantæ *Cocculi Levantici*. *Cortice* tegitur tenui, ſubfuſco, lignoſa materies inter ſolidam & friabilem media, albicans, facili negotio fiſſilis, tranſverſim ſecta ſtellam ſextuplici circumdatam radio aſſulatim diſtincto, ſpectandam exhibet. *Saporis* amari. Laudatur contra viperarum morſus, febres pondere ʒj. apoſthemata reſolvit interna, illita reſolvit tumefacta, & vulnera conſolidat.

18. *Llannette* arbor magna, & excelſa, lacteſcens, *Ligni* albi, mollis, ut lignum *Tiliæ*, caudicis cortex fuſco-niger, & varius. Folia *Oleæ*, aut *Salicis* duodecim, octo, ſex aut ſeptem uno in ramuſculo, ſociata, ſubhirſuta, ſuavia, & molliuſcula in vietis ramuſculis. *Flos* caliculo inſidens, coloris eſt *Balauſtii*, carnoſus, pentapetalus, flavis in conum coeuntibus ſtaminibus umbilicatus.

19. *Mangadilao*, aliis *Calamanſay*. Arbor eſt magna fabricis aptum ut *Molavin*, lignum bene flavum & *Molavin* magis pertinax, retortis pectinibus. *Folia* ſibi oppoſita ſunt, ſeſquipalmaria, mucronata, obſcurè virentia, quatuor, aut ſena in uno ramuſculo.

20. *Calantas* Tag. *Lanipga* Byſ. *Hiſp.* perperam *Cedro*. Arbor eſt montana, magna, & vaſta, *folii* parvi, *ligno* ſubrubente, & multò minus quàm *Naga*, *Betis*, *Apalet*, & *Balayon*, molius item, & neſcio quid Cedrini olente. *An* Species *Cahobæ*? *VIRES.*

21. *Cahobæ ſimile lignum* provinciæ *Pampangæ*, circa *Gapan* cæditur.

22. *Sugiang*, *Suriang*, *Sudiang*, aliis *Dorog*, id eſt humo maritata. Arbor eſt procera, *caudice* arboris *Molaim* longiori, & rectiori, ligno ſolido, minus rubente *Ligno Balayong*, terra defoſſo putredinem non ſentiente, & incorruptibilitate, ac duritie cum *Molavin* certante. *Folia* palmum longa.

23. *Maladohat*, Arbor *ligni* ſubcinerei, pertinacis.

24. *Poſopoſo*, Arbor mediocris, *ligni* inutilis, & fragilis, *folia* habens ampla, coloris nativi, ut folia *Taquebaſſim*, quinquelobata, & millenis exarata variè diſcurrentibus nervis, præter eos, qui loborum medium diſtinguunt.

25. *Puſupuſu*, Arbor magna, fabricis deſtinata, *folio* Folii ampliori, & minus venoſo.

26. *Sambulaguan Byſaiarum*. Arbor magna, *Ligni* rubri, vulnerarii. *Folia* compoſita, *Tamarindorum* foliis habitiora, in quibus ac foliolorum ſuffragines floſculi flaventes, & his ſubſequentes *baccæ* flavæ, oblongæ, ut *Cynoſbati*.

27. *Culiab.* Arbor *Folia* gerit *Hæderacea*, rotundo-mucronata ut *Binonga*. *Fructus* eſt Pomum rubrum cum maturum, oblongo-rotundum, fructu *Pilis* majus, plura molliuſcula continens oſſicula. *Spec. Ficus Sylveſt.*

28. *Tabuc, Tabog, Tubag.* An *Species* Doongon. *Arbor* mediocris, *Ligni* duriſſimi, *Folii* parvi, oblongo-mucronati, *Fructus* orbicularis, viridis, magnitudinis Nucis Juglandinæ.

29. *Aniſlag. Species Doongon.* Arbor magna, *Folia* parva, oblonga, ut *Ocymi*. *Semen* parvum in duro, aſpero, verticillato thyrſo ut *Balayong*. *Lignum* fuſcè rubens, & ligno *Doòngon* adhuc ponderoſius, & magis durum, incorruptibile.

30. *Malahigan.* Arbor alta. *Folia* oblonga. *Fructu*, ſeu *Ficu Sylveſtri* racematim è caudice prodeunte.

31. *Quilat*, l. *Kilat.* Species *Ficûs Sylveſtris*, *fructu* rubro, formæ Malaigang, ſed habitior, & longior.

32. *Balayong. Barayong.* l. *Bayarong*, aliis *Manàva*, Hiſpanis *Dindalo* ob Similitudinem. Arbor eſt vaſta, & procera, *cortice* albicante. *Ligno* rubro *ſantalo* ſaturatius rubente, ſolido. & tractu temporis nigricante. *Foliis* gaudet compoſitis communiter ex aliis decem rotundo-mucronatis, nervoſis, atrè virentibus, & foliis Narræ ferme ſimilibus, conſtantibus. *Flores* perpuſilli, *Semen* in thyrſis ut *Ocymum*, parvum.

33. *Hangaquitan.* Arbor ſeſquiorgyialis, cujus *lignum* viviſſimè inflammatur, *Folia* oblongiuſcula, quæ uti & decoctum eorum ut vulneraria, & ulcera extergentia recommendant. *Semen* gerit parvum in verticillatis thyrſis.

34. *Balao Byſaiarum.* Arbor alta, & vaſta, *folia* gerens compoſita, foliis *Cathoray* potiora. *Siliquæ* lobis *Calaycagay* breviores. Liquorem fundit reſinoſum, ut *Terebinthina*, odoris gravis & vehementis, minus flavum, & viliorem *Malàbaho*, ſeu *Bintocco*, ad eadem inſervientem, ad quæ *Bintocco*, & *Sinarum* Chalan.

35. *Lumanguk*, Arbor magna, cujus *cortice* nigro tingunt ; *Folia* parva, oblonga. *Pomum* rubrum, carneum, orbiculare, magnitudinis *Meſpili*, ſeminibus parvis, ut *Semen Seſami*, farctum.

63. *Tigas.* l. *Tugas* Byſaiarum, *in* Siao *Banahung* : *Tongon*, l. *Tongo*, aut *Rongo* in Malagondon, aliis *Anislag*. *An* Luſitanorum *Lignum ferreæ medullæ* ? *Palo du ferro?* **Iron-Wood.** Arbor eſt magna, gaudens *montium* præcelſis, *Folia* habet magna, ſpithamæa, & ferme palmam lata, in mucronem vergentia, parte ſupinâ atrovirentia, pronâ albiſſima, alternè exeuntia. *Caudicem* cylindricum, decem, aut duodecim pedum in diametro nonnunquam. *Lignum* recens coloris cinamomei, ſeu *Bantigui*, compactum, ponderoſum, & laboriosè obediens aſciæ, fabricis aptum : Annoſius verò ponderoſiſſimum, nec aquis innatans, ſundum petens, & incredibilis duritiei, ceu ferreum, unde nomen, *Tigà* etenim ipſam ſonat duritiem, & tantæ, ut eò ipſo tunc, ineptum ſit fabricis, omnia etenim inſtrumenta ferrea hebetat, reſpuit, & frangit. Ex hoc *ligno* domûs cujuſdam *Indi* vidit columnam *Ignatius Alzina*, centum, & quinquaginta annis terræ infoſſam, quæ jam non lignea, ſed ferrea eſſe videbatur. Alii *Dongo*, & *Dòcngon* ſcribunt. Fructus eſt coloris nativi, triventre, & tripyrenum *Pericarpium*, racematim aggeſtum, formæ, & magnitudinis *Camaëſæ*.

37. *Sucab*, Arbor magna, *ligni* mollis, & facilè corruptibilis. *Folium* ſpithamæum oblongo-mucronatum.

38. *Ticocco*, Arbor mediocris : *Folia* palmum longa, oblongo-mucronata. *Fructus* ſunt Poma rubra, carnoſa, monopyrena, in racemis, magnitudinis *Limonis Calabri*.

39. *Bagaubau*, Eſt *Potad Nucigera*.

40. *Lanotan Secunda*, Arbor eſt parva, *foliis* exiguis, *cortice* viſcoſo-tenaci ut *Dolonot*, exituris ſuppurandis deſerviente, calce commixta ut illius. *Fructus* ſunt Baccæ *Cicere* ſuppares, nigræ.

41. *Tertiæ* lignum pro *Lanceis*, & *haſtis* ſeligitur.

42. *Aliabac*, Arbor procera, *cortice* vario, & malè olido, qui contuſus, & impoſitus dolorem lenit capitis. *Folia* ſimilia *Sambach Arabum*. *Lobi* virides, biunciales.

43. *Abuli*, Arboris *fructus* decoctus eſtur, crudus nociferus, orbicularis eſt, candidus maturus, monopyrenus, formæ & magnitudinis *Nucis Juglandinæ*. *Folia* oblongo-rotunda, obtuſa.

44. *Abiling.* 45. *Bignay.* 46. *Cabutil.* 47. *Quiping.* 48. *Fondaan.* 49. *Tumbong.* 50. Sunt fructus arborum mihi ignotarum.

MINUS COGNITA.

1. *Arbor* Floris Paradiſi, *A. Calantzæ*, mediocris. *Florum* viginti, aut triginta uno in racemo, quorum quilibet diſtincto ſuperbit colore.

2. *Cumálas* ſuffrutex. *Foliola* gerit in breviſſimo pediculo bina, ac bina alternatim ramuſculos ambientia, *Senæ Alexandrinæ* minora, nervus eorum medius, non per medium, ſed ad latus deflectendo excurrit. *Radix* ſubflava, olet *petroſelinum*, amaricat, & modicè morſicat. Commendant rad. *cort.* potum in dolore colico.

3. *Angſuhang Camarinorum*, Frutex eſt arboreſcens, *virgultis* gaudens vietis, & tenaciſſimis. *Folium* & *cortex* comminuta gravem ſpirant odorem. *Folium* conjugatum, rarius crenatum, unciale, creberrimum, ad unum geniculum binum, & æquale, in ſequenti unum tantùm magnitudinis ordinariæ, alterum verò minimum. Radicis *cortex* croceo-rubens, eodem liberaliter inficit colore.

Varia, variis Claſſibus, inſerenda.

4. *Anaguſip*, Arbor parva. *Folia* Cinamomi Syl *Fructus* eſt Pomum polypyrenum, magnitudinis *Quaiavæ*.

5. *Arabonog*, Arbor magna, *ligni* rubri. *Folia* Laurina. *Flores* in racemis, albidi.

6. *Bilolo*, Arbor mediocris : *Folia* foliis arb. *Quiliquili* breviora : *Flores* rubri, parvi in racemis : *Fructus* magnitudinis habitioris *Ceraſi*, monopyrenus.

7. *Bacan*,

7. *Bacan*, Arbor magna, & vaſta: *Ligni* corruptibilis: *Folia* ſimilia foliis *Malaſinoro*. *Fructus* ſunt baccæ virides.

8. *Bayang*, Arbor procera, cinere ejus ad *Orizæ* agros fœcundandos utuntur.

9. *Balinaunau*, Arbor humilis eſt ut *Anaguſip*, ligni duri: *Folia* Laurinis breviora: *Floſculi* exigui.

10. *Banayacao*, Arbor eſt ſimilis arbori *Alanguilang*, ſolio, flore, & fructu, à qua odore florum differt.

11. *Biri*, Arbor pumila: *Folia* ampla, ſpithamæa, aſpera ut *Iſis*, aut *Aſperulæ*, & ut hæc poliendis ſculptilibus deſervientia: *Fructus* ſimilis fructui *Quiliquili*, flavus & polypyrenus.

12. *Bongogon*, Arbor excelſa, *ligni* albi, ſelecti, & quæſiti pro mortariis *Orizæ* mundandæ deſervientibus, *Luzones* dictis. *Folia* parva, oblongo-mucronata. *Flores* albi in racemis.

13. *Guiſuk*, Arbor magna, & ſimilis, & reſinifera, ut *Malaſinoro*. Fol. mediocria mucronata.

14. *Bubunao*, l. *Abubunao*. Arbor magna: Folia *Mavapili*: *Flos* mediocris, flavus in racemis: *Fructus* ſunt Poma in racemis, magnitudinis *Aurantii Caxel*, rubra, carnis albæ, dulcis, & veſcæ, monopyrena: *Os* durum, & corneum.

15. *Bubunanum*, Arbor ſimilis *Bubunao*, fructu minori, & non eduli.

16. *Bugna*, Arb. mediocris: *Folia* oblonga: *Flores* in racemis.

(16.) *Bagoſalac*, Arbor parva, *Folia* parva, ut *Camunin Banati*. *Flores* parvuli, candidi.

17. *Bagotapay*, Arbor mediocris, *foliis* Aguio.

18. *Camontianun*, Arbor magna & excelſa, *ligni* duri: *Folia* ampla, ſubrotundo-mucronata.

19. *Cquiaquia*, Arbor vaſta: *Folia* palmaria mucronata: *Flos* magnitudinis *Roſæ*, albus: *Fructus* eſt Bacca flava, polypyrena, *ſemine* crebro, duriſſimo.

20. *Daliſun*, Arbor mediocris, *folia* crenata, cubitum longa.

21. *Pinanit*, Arbor eſt parva & humilis.

22. *Siminag*, Arbor maxima, *folio* ſimili folio *Libàs*.

23. *Tindis*, Arbor magna, *foliis* Llanette.

Minus cognita, folio compoſito, & decompoſito.

24. *Arbor Picnocoma Nagſogbuana*. Vide infra tit. Lentiſcus Luz. 4.

25. *Arbor Picnocoma, altera crenata*. Vide infra tit. Lentiſcus Luz. 5.

26. *Champang*, Arbor alta, *folio* craſſo, terſo, ſplendicante, tenaci, ſeſquipalmari, trino ſemper uno in pediculo cohærenti, vehementis & non ingrati odoris, ſaporis ex amaro morſicantis.

27. *Lamaca*, l. *Lanomo*: Frutex eſt mediocris, trifolius, *Folium* tenerum ſeſquipalmare, lætè virens, trinum ac trinum, in palmaribus, & his ſibi oppoſitis pediculis. Contuſo cum ſale, & pauxillo calcis, utuntur ad ulcera putrida, manantia, mundificanda. *Radix* alba, parva, lignoſa, inſipida. *VIRES.*

28. *Guntingan*, Arbor tetraphyllos, *Folium* alternum, componitur ex bino unciali, & aliis duobus exuccis, & ſubaſperis, nervis plurimis ſulcitis, bipalmum longis, biunciam latis, mucronatis, in quibus nervus per medium excurrere ſolitus in latus deflectit, conſtituendo folii latus exterius latum, interius tenue, & anguſtum.

29. *Pyris*, Arbor mediocris, cauliculis aſſurgens villoſis, *foliis* compoſitis ex ſeptem aut novem ſeſquipalmaribus, mucronatis, alternatim appenſis, latere uno, altero latioribus, odoratis. *Radicem* venenis adverſari perhibent.

30. *Pyris Pomifera alia eſt Banaybanay*. Arbor luxuriat *folio* geniculato decompoſito, ex folio communiter trifolio, *folia* particularia luridè virentia, imò & ſummò in mucronem protenſa, ad medium quaſi angularia evadunt. His *Indi* in Lue Venerea utuntur. An *Manaybanay*? Arbor ligni incorruptibilis. An *Marayponay*? Arbor vulneraria, ad philtra, veneficia, & incantationes commendata.

31. *Banaybanay* fructus eſt *bacca* nigra, oblonga.

Minus cognita, folio crenato alterno.

32. *Maguilig*, Frutex *folio* ſuperbit tenero, ſuavi, holoſericeo, ſubrotundo, ſpithamæo, alterno, per ambitum minutiſſimè crenato, ſubfuſcè virenti, ſaporis acriuſculi, odoris boni.

Minus cognita, folio non crenato, alterno.

33. *Hantilimatug* arboris *folium* formæ, & magnitudinis eſt folii *Iſis*, verùm non aſperum ut illud, ſed tenerum, & molle.

34. *Hanomo*, Arbor mediocris, quandoque quatuor orgyiarum, ramos vix ultrà quatuor mittens. *Folia* rotundo-mucronata, ampla pedem unum, tomento obſita parte pronâ ubi caneſcunt, ſupernâ clarius virent, apices morelli cùm protuberant.

35. *Bagoc*, Arbor mediocris, *folia* mittens parte ſupinâ polita, fuſco-virentia, pronâ paleari lanugine obſita, alterna, nutantia, parte cauliculum reſpiciente, alterâ latiori. *Flore* albo.

36. *Calipayang*, id eſt, *Planta viſum recreans*. Frutex eſt, diligenti curâ arboreſcens, hortorum ambitibus circumvallandis aptiſſimus. *Folia* gerit inordinatè prodeuntia, ſpithamæa, ſeſquiunciam lata, obtuſa, craſſa, & terſa, colore verno, aureóve gratioſiſſimè inſulatim variegata, verè ludibundæ naturæ pictura brevis, luſuſque colorum. *Flores* in apicum ſummitatibus congeſtos, ſtellatos, ex albo rubentes, pentapetalos, ſimiles, ſed minores floribus *Anacardiorum*, quos nullus quoad ſciam ſubſequitur fructus. Folia contuſa virtute emplaſticâ rupta, & fracta conglutinant, & ſtomacho calidè impoſita dolorem leniunt. *VIRES.*

Antolang, ſeu *Balashas*, ſive *Plant. viſum rec. Secunda.*

37. *Calamayo*, Arbuſcula eſt parva, *ſpinoſa*. Foliis mediocribus, alternis, candicantibus,

pulchellis, ad exortum binis parvis *aculeis*, munitis. *Cortice* craſſo, ſaporis corticis *Pangao*, albo.

38. *Altera*, Cortice eſt albo.

39. *Tertia*, Cortice eſt rubente, magis ſpinoſa eſt, & ſcandens, Indis *Aglagongon*. *Folia* habet prioribus minora. *Radicem* corticis albi.

40. *Quarta*, Ottonienſibus *Pangugnat*, *folia* gerit magis mucronata, lætè virentia, ſimilia foliis *Lauri*. In uſum venit tantùm *cortex* eorum, recens raſus, impoſitus ulceribus, exituris ſuppurandis, inflammationibus mitigandis, tumoribus reſolvendis, & *Calamayo* (eſt intumeſcentia totius corporis à nimio Solis æſtu orta) ſanando.

VIRES.

41. *Calampiſao*. Suffrutex, altitudinis orgyiæ unius, *folia* gerens *Salignis* ſimilia, ſibi oppoſita, tenella, & clarè virentia. Hæc dolorem leniunt capitis, & renum, grumata verò, & exulcerationes Morbi gallici ſanant. *Radix* venenis adverſatur.

42. *Braſſica arborea Ternatenſis*. Hiſpanis *Col de Moluco*. Arbor eſt ſat magna, *ligni* inutilis. *Foliis* adverſo ſitu prodeuntibus magnis, ſubcriſpis, teneris, *Tabaci* foliis paribus, coloris flaveſcentis, quæ *Braſſicæ* loco in obſoniis deſerviunt, ſcil. tenella.

43. *Pangaſuan* arbor *folia* gerit geminata, trinervia, atro-virentia, mucronata, palmaria. Ligni ſcobs laudatur ad conſolidanda vulnera recentia.

Minus cognita, folio non crenato, conjugato.

44. *Marbar. l. Marbad* Arboris *folia*, ſpithamæa, biunciam lata, pubeſcentia, ſociata per ſeſquiuncialia intervalla exeuntia. *Radix* ut venenis adverſa, oleum ingreditur Alexipharmacum, *Indis* Haplas *vocatum*.

45. *Bona*, Arbor pulchrè geniculatis cauliculis adoleſcens, magna eſt & montium accola. *Folium* conjugatum, bipalmare, carnoſum, ſupinè, atrè, pronè, dilutè virens, terſum, nervorum tantum notis ſignatum.

46. *Dicutdalaga*. Frutex arboreſcens, gaudens maritimis, virgultis fuſcis, vietis, teretibus: *Foliis* ſeſquiuncialibus, crebris, binis ac binis, aut trinis cauliculos ambientibus geniculatos, quæ malè olida, & ſaporis abſinthiaci. *Floſculi* communiter trini in uno longiori pediculo, prodeuntes ex levi caliculo, tubulato, pentapetali, inodori, formæ fermè florum *Gelſemini*, ſed minores, tabellis purpurantibus, & quinis prælongis, purpureis ſtaminibus, crocis dotatis, referti.

Vid. Iconem in Gazoph. Nat. & Art. *Tab.* 42. *Fig.* 7.

47. Arbor *Succum Sanguineum Ule* fundens; Champetzanis *Kikche*, id eſt *arbor Sanguinis*: Mexicanis *Tampinzhiran*. & *Holli*. Mechoacenſibus *Tarantaquam*. Hiſpanis *Granadillo*. Arbor magna eſt *foliis* Mali medicæ longioribus conveſtita aſſurgens. Caudicis *cortex* gummoſus, & amarus eſt, cujus decoctum diarrhœæ, ac dyſenteriæ admirabiliter ſubvenit. E vulnerato caudice ſuccus Sanguineus *Ule* profluens in pilas luſorias efformatur, quæ coarctatæ, & farctioris ſpongiæ modo altiſſimè reſiliunt. Ex ligno verò quod ſolidiſſimum, ex rubro nigricans, & ſtriatim pectinibus variegatum eſt, præter ſexcenta ad ſupellectilem ſpectantia, parantur & illa *Tympana* Indis *Tuncul*, & *Teponaſtle* dicta, quæ ſine omni exaggeratione ultrà duo milliaria (ſociata altero quod non niſi majoris marinæ teſtudinis teſta, fragmento *Cornu Cervi* repercuſſa) reſonant, & diſtinctè audiuntur, ut fide digni retulere. Figura *Teponaſtle* eſt mediocris alvearis, parte utrâque concavitatis, adaptato fundo, & Succo *Ule* obſtructis, in medio verò binæ, & tenues fiunt fiſſuræ, palmam circiter unam, diſtantes ab invicem, quæ ad medium tranſverſaliter ab una ad alteram fiſſuram uſque reſcinduntur, ut ità ad finem inhærentes, bini quaſi aſſerculi, medium verſus facilius deprimantur, impulſu ſcilicet manubrii piſtilliformis facti, & *Ule*, ut facilius reſiliat obducti.

MINUS COGNITA.

1. *Tambalaguiſa*, l. *Tambalguiſon* diſtinctum à *Tambaliſay*. Arbor eſt ex maximis, *Folia* mucronata. *Cortex* flavo-maculoſus, craſſus, & ſpinis parvis conſitus.

2. *Altera* arbor eſt mediocris, priori magis ramoſa, *Folia* latiora. *Cortex* albicans, deraſus coloris *Canelæ*, & hac craſſior, ſpinis rarioribus. Utriuſque cortex in medicinam venit, ſaporis eſt ferventis, cum amaritudine, & ſtipticitate. Purgans eſt, *doſis* à ʒß. ad ʒj. in venenis aſſumptis, & venenatorum animalium morſibus. Semen *Tambalaguiſæ* utriuſque ingreditur Oleum contra venena, deſcriptum à *Nirembergio*, & infra in deſcriptione *Pangâguaſon*. Utrum verò ſit Semen *Tambalaguiſæ* arboreæ, vel plantæ humilis *Ligni* quam pariter ob virtutis analogiam *Tambalaguiſon* vocant, ignoro.

3. *Lanomay*. Arbor parva. *Folia* ejus ampla, pulchra, ſimilia foliis *Alagao*, ſed majora, & ſuaviora. *Cortex* niger, *Radix* flaveſcens, fervens cum amaritudine. Uſus ejus in Antidotis. Fructus, cum foliis *Tigao* pro piſcatione deſervit medicâ. An *Maguilig*?

4. *Bolbol*, Arbor eſt major quàm *Dalangdan*. *Folia* fert tria, ac tria *Capſici* foliis majora. *Caules* rubentes, *Lignum* ex albo flavens, modicè morſicans. Exhibetur per ſe, vel cum aliis *Contrayerbis* contra venena. An *Bolol*, ſeu *Oloolo* radix, quæ urinam pellit, emollit ulcera, & reſolvit tumores?

5. *Arbor noctiluca*. Ad cujus ſchidiarum fragmenta in obſcura nocte chartæ legi poſſunt, provenit in *Peruvio*, regionibus *Bracamores*, & *Maynas*, ſed ità ut deſiccantur, luce privantur. *Ant. Calantza* in *Hiſt.* Peruviana.

6. *Chinachinæ*, Idem *Calantza*, ſeu *Corticis de Loja febrifugi*, doſim definit ʒij. & paulò poſt alia ſcribit: *Quinaquina* remedium eſt univerſale ad dolorem capitis, totius corporis, & omne vulnus in ſemine, aut maſſa diſſoluta. *An* diſtincta à *Cortice febrifugo*? Vel *an* ejuſdem *Semen*?

7. *Culipapan*, arbor magna, *ligni* duriſſimi, & ponderoſi ut *Bantigui*, *folia* gerit communi-

ter

ter quina in uno pedunculo ut arbor *Calangcang*. *An* Species illa *Molavin*, quam *Quiris* vocant ? *Fructus* Baccæ *Ciceri* pares, virides.

8. *Lignum vulnerarium Inſulæ de Negros.* Eſt fruticis parvi, ſubamarum, & acriuſculum. Medetur vulneribus, & febribus. Inventum fuit obſervatione *Indi*, qui Serpentem vulneratum ſibi ejus foliis mederi procurantem vidit.

9. *Radix de Banitan.* Neſcio cujus fruticis, contorta eſt, digitum craſſa, cortice fuſco, ſtriato, friabili, & quaſi ſolubili, ſaporis ex ſubdulci, adverſi, & tandem intensè amari. Lignoſa matrix ſolidiuſculè compacta ejuſdem ſaporis, ſed minus intenſi, pectinibus albidis à centro radiatim excurrentibus. Indi ad febres, aſthma, & contra venena commendant.

10. Apud *D. Joannem Rayum* legitur : *Quinaquina* cortex eſt radicum, non caudicis, qui non amaricat : Verùm caudicis eſſe conſtat ex *Muſco* inhærente : Forſitan primò Radicum cortex tantùm, utpote magis amarus, & hinc efficacior in uſum adhibebatur, ſed dein & Caudicis cortex lucri gratiâ ſubſtitutus fuit, quod valdè probabile, ſiquidem *Indi* plurimùm corticibus radicum utuntur.

11. *Accle*, lignum coloris cinerei.

12. *Balito*, arbor eſt odorifera.

13. *Dulaun*, Ligno ut *Molavin* ſolido, fuſcè luteo, ex quo ſphærulæ fiunt precatoriæ.

14. *Buntan*, Arbor magna ex cujus cortice lintres, & naviculæ fiunt.

15. *Halilitan*, l. *Dulagmuc*, l. *Dulacmug*, arbor perpulcra quando floret.

16. *Hilactang*, Arbuſcula eſt ſcandens folii odoriferi oblongi, obtuſi, balneis deſtinati, radix cibis condiendis inſervit. Racemifera ut Vitis baccæ maturæ candidæ.

17. *Kiſſiu*, l. *Quiſſiu*. Arbor floris creberrimi, ex hoc mel, & cera alba ſunt. Fructus eſt bacca viridis. Folia oblongo-mucronata.

18. *Opongopong*, Arboris *radix* alexipharmaca habetur. Eſt Spec. *Ficus Indicæ* Syl. *Putad.*

Alacalac, l. *Alacaac*, *Anamor*, *Anipi*, *Anipong*, *Anubing*, *Atimla*, *Amomoban*, *Banato*, *Biyaa*, *Bagno*, *Balira*, *Bilirahay*, *Balitarhan*, *Balogaron*, *Batarbatar*, *Bitanog*, *Bolbolan*, *Bubunaven*, *Calacar*, *Caliantan*, *Camatog*, *Quilaymo*, *Quindajohan*, *Caranguian*, *Curung*, *Daprap*, *Digmay*, *Dilan*, *Dalinas*, *Danata*, *Garangan*, *Hampapalad*, *Hancamingan*, *Hantatagun*, *Imbabao*, *Iboibo*, *Itlog*, *Kipotan*, *Loloy*, *Longan*, *Lalaboan*, *Lirao*, *Lumolumo*, *Luinac*, *Lunhan*, *Malmagun*, *Mamluc*, *Manliguan*, *Maragan-ding*, *Mogos*, *Momohan*, *Moropoto*, *Naruc*, *Nipuetnipuet*, *Pogor*, *Pamalavagun*, *Poloanun*, *Potaypotay*, *Puilig*, l. *Puini*, *Sagacſac*, *Sayaco*, *Salahangin*, *Salindapao*, *Sinacan*, *Soloſolo*, *Talab*, *Tabontabon*, *Toog*, *Toroctoroc*, *Tubſanan*, *Tulanſinabao*, *Tulanſinmanoc*, *Vacatan*, *Utabung*, *Ugahayan*, *Viliſvilis*. Nomina ſunt arborum, quarum innotuêre tantummodo nomina.

1. *Arbor Naſogbuana* reſinifera, *folia* habet cubitalia, lata bipalmum, *Reſinam* fundit ſimilem arboris *Pilis*, albam, odoriferam, liquidam, & tenacem.

2. *Quiliquili*, Arbor magnitudinis *Ipil*, fabricis dicata, ut illa, ad fluvios proveniens, lacteſcens, *Ligni* crocei, quo linea inficiunt, quæ *Dimarag* vocant, odoris gravis, & deliquium animi cauſantia inaſſuetis. *An* Lignum *Maragondonenſe* flaviſſimum ? Lac in tenacem concreſcit Reſinam, ceræ ſigillatoriæ, quam *Hiſpanam* vocant, conficiendæ omnium aptiſſimam, addita videlicet reſina *Pilis*, *Cinnabari*, & *Aſſa dulci*. Locum ſecundum tenent, pro dicta *Cera* paranda, Reſina *Haguimit*, *Tanang*, & *Atipolo*. *Folium* cubitale eſt, ſpithamâ latius, nervis plurimis majoribus, & inter hos aliis minoribus diſcurrentibus. *Fructus* flavus, magnitudinis *Nucis Juglandinæ*, oſſiculis plenus.

3. *Cubi*. Arbor procera, orgyiarum ſex alta, frondoſo-ramoſa ut *Manga*, caudice ex fuſco flaveſcente, *folio* tripalmum longo, bipalmum lato, ſubrotundo, obſcurè virenti, aſpero, & venoſiſſimo. Gummi ex lacte concretum friabile eſt, odoris adverſi, ſaporis nullius manifeſti, ſubfuſcum Species eſt *Quiliquili*, lignum illo ſolidius.

4. *Cubi altera*. *Frutex* eſt orgyiam altus, *foliis* ſpithamæis, in quorum medio, nervi per ea diſcurrentes cor effingunt, binis quaſi foliorum imaginibus impoſitum, & aliis binis intectum. Corticis radicis decoctum, apoſthemata interna per inferiora educere ferunt, potum.

5. *Balanti*, Arbor quinque orgyias alta, *Caudicis* cortex ex ſubfuſco candicat, ramorum virideſcit, & Minio punctatim ſignatur. *Folium* ſphæricum, magnitudinis *Pilei*, coloris glauco-virentis, ut folia pſeudocolocaſſiæ *Gabi*, & ſimiliter ut hæc aquæ immerſum non madens, pediculo inſidens longo, de medio quaſi folii proveniente, ut in folio *Fabæ Ægyptiæ* veræ, & antequam explicetur, flaveſcente elatâ involutum. *Radicem* ad alvi fluxus commendant. Seminis *pericarpium* Ricinino *ſimile*.

6. *Olaro*, *Ularo*, l. *Puraro*. Arbor eſt lacteſcens, quod collectum recentis caſei inſtar grumeſcit, friabile manet, ſaporis, & odoris ſpecialis nullius. *Folium* habet pulchellè virens, parte averſa pubeſcens, ſpithamæum, & bipalmo latius, mucronatum.

7. *Samoro*. Arbor magna, *cortex* ſubfuſcus liris, & ſtriis albeſcentibus, viridibus, & morellis picturantur. *Folium* lætè viret, terſum, ſpithamâ longius, bipalmum latum ; eadem eſt ac *Layong*. Vide infra.

8. *Ipil*. Arbor littore gaudens, ſæpè *Molavin* magis vaſta, *ligni* fuſcè rubentis, *folii Caſſiæ Solutivæ*, *ligni* fruſta aquâ macerata mucaginem dimittunt, & rubro inficiunt. Reſinifera, ſed non deſervit reſina picando, quia nec tenax, nec inhærens.

9. *Anavin*, Arbor reſinifera, duplex, *ligni* albi, & rubri.

10. *Mangachapuy*. Arbor procera, *ligni* tenacis pro malis nauticis quæſiti, ponderoſi, fundum petentis, coloris *Cinamomei*, obſcurioribus variegati pectinibus.

11. *Pagſaragun*. Arbor abundat *Palo*, & Bazain, alta eſt, recta, *ligni* rubri, inficientis, & ponderoſi. *Baccæ*, parvæ, virides, globoſæ.

12. *Cagaſcas*, Arbor eſt vulneraria.

13. *Kulis*.

13. *Kulis.* Arbor parva, *foliis* oblongo-cuſpidatis, ſeſquipalmaribus. *An* Tampinziran, *ſeu* Granadillæ *Mexicanæ* Species ? arbor eſt *ligni* ſolidi, pectinibus flavis, rubentibus, fuſcis, & nigris picturati. Invenitur in montibus *Naſoghuanis.*

14. *Duraſſnillo.* Arboris folia maſticata impoſita, vulnera ſanant, & contuſa fovent & leniunt.

15. *Nangâin.* Arboris *cortex* Betele *loco* maſticatur. *Folia* gerit alterna fermè ſpithamæa unà cum pediculo, palmum lata, & lætè virentia.

16. *Libàs.* Arbor procera, *foliis* mali aurei foliis majoribus, ſaporis acidi ut *Camiarum.* Hæc *Indi* piſcibus decoquendis aceti loco adjiciunt, in aſthmate item, variolis, & dolore capitis ex ſolis ardore iis utuntur. *Baccæ* ſunt orbiculares, flavæ, acidæ, & veſcæ.

17. *Panula,* Frutex folii *Mangæ, cortex* radicis ſubrubens, maſticatus in tomentum abit. Laudatur ad dolorem capitis.

18. *Calanbigas,* Fruticis *radix* ad dolorem capitis, & ventris tormina.

19. *Magtumgut,* l. *Magtungur.* Arbor mediocris, *cortice,* & *ligno* albo : *Folia* ſpithamæa, pulchra, mollia, terſa, infernè tenuiſſima obſita lanugine, ad exortum aliquot ſpinulis defenſa. Uſus radicis in Antidotis, quæ primum adſtringit maſticata cum acredinis indicio, mox dulceſcit ut *Amygdala,* Rad. *Cortex* ad Febres.

20. *Polotan,* ligni *cortex* tenuis, ſcaber, gilvus, odoris non ingrati, ſaporis ſubadſtringentis, *lignum* ſolidum, coloris loturæ carnium. Reſina nigricans. Ligni decoctum laudatur ad oculorum dolores.

21. *Malanona.* Arbor excelſa, mutans folia.

22. *Malaroja.* Arbor maxima, ut *Balete.*

23. *Suelda de Malaca,* aliis *Palo Caſtabajor,* aliis *Eſdicadiaca, Conſolida Malacenſis. Cortex* eſt corticoſus, & tenax, craſſus, deforis facie junioris *Quercus,* internè *Cinamomo* magis ruffus, Saporis nullius manifeſti. Ex hoc cortice *Buegampar,* an *Mangoſtans ? Galla,* & *Catho,* pulverem commendant ad dyſenteriam, & oris exulcerationes, ſeu aphthas.

24. *Layon,* arboris *folia* odorifera ſunt, quæ decoctione dealbantur, & ex his reſiccatis, trajecto filo *Indæ* monilia, & coronas ut ex *Borac* contexunt.

25. *Binoan,* arboris *folia* abſceſſus induratos, & pertinaces reſolvunt.

26. *Payongpayong, Dainganbatang,* & *Dalapo,* ſunt *Fungi* arborum *Pangdang, Anonang,* & *Aguio,* quos nonnulli *Agarico* ſubſtituunt, quàm benè ignoro.

27. *Maralayap,* l. *Bubis.* Arbor humilis ſimilis *Malo Limoniæ,* folia contuſa, brevi ulcera emolliunt, & extergunt.

28. *Taubyaub,* aliis *Jaujau,* & *Macaiauiau.* Arbor ſimilis *Molavin,* ligni ſcobs epota, doloribus ſuccurrit cephalicis, & ſtomachicis. Folia ſimilia foliis *Salay,* id eſt, *Fagaræ. Fructus* ſunt baccæ virides.

29. *Labſog,* Arboris corticis decoctum, per octiduum propinatum enixas poſt puerperium egregiè repurgat.

30. *Lananga,* l. *Arangila.* Arboris *cortex* contuſus, & adjectis lapidibus in fluvios demerſus, fugat *Crocodilos* Caymanes.

31. *Buaſe,* Arboris *radix* maſticatur contra venenum, ſeu aſſumpta ova Piſcis *Botete,* id eſt, *Orbis,* ut bulbus *Abud.*

32. *Lating,* Arbor eſt littoralis, ſimilis *Ledo.*

33. *Lanipao,* Arbor magna eſt, folio ſimili *Taliſay,* utì & *Fructu,* veſco ut illius.

34. *Oboob,* Arboris *cortex* tinctoribus inſervit, ut *Sacat.*

35. *Sacat,* Arbor magna, *folio* majori folio *Calumpit, cortex* nigro inficit colore.

36. *Peſang,* Arboris *radix* orientalis veneno medetur *Paſtinacæ marinæ.*

37. *Patcot,* Arbor eſt conſolidans, ut *Maladadyan,* & *Malimali.*

38. *Kalquiban,* Arbor *folio* odorifero pro ſuffumigiis, & præſervandis veſtibus à tinea. Similis eſt arbori *Samoro.*

39. *Tonquili,* Arbor vaſta, *folii* parvi, *ligni* ſcobs cauſat pruriginem.

40. *Mitla,* Arbor magna, *ligni* albi, *folio* ſimili folio *Cacai.*

41. *Palaca,* Arbor eſt *ligni* odoriferi, ad veſtes, & morbo Gallico laborantes, fumigandos inſervientis.

42. *Dalangyan,* arboris, & *Nancæ* lacteus Succus deſervit viſci loco avibus inviſcandis.

43. *Lilac,* & *Sapar,* arbores latiſſimorum foliorum.

44. *Iſis,* aliis *Aſys,* & *Opli.*

45. *Siſi,* & *Pagatpat,* & *Tibig* Ficus *Sylveſtres* edules.

46. *Dampo,* arboris *cortice* retia nigro inficiunt.

47. *Aguſip,* arboris *radice* tingunt rubro.

48. *Talab,* arboris radice rubro ſaturato.

49. *Poas,* arboris cortice contuſo *Indi* pedes perfricant, nè *Sanguiſugæ* inhæreant.

50. *Dalingdingän, Anobing, Bitic, Acli,* Arbores proceræ, *Ligno* fabricis apto.

51. *Baſiar,* Arbor *Nucigera,* nuclei ut *Pilis.*

52. *Labayio,* Arbor cortice pertinaci, ut *Bago,* & *Balibago.*

53. *Montay,* Aurantium Syl. *corticis* tenuis ut *Lumia.*

54. *Camontay,* Aurantium *Syl.*

55. *Camon,* Aurantium *Syl.* valde acidum formæ *Lumiæ,*

56. *Sova,* Aurantium parvum acidum.

57. *Colongcolong, Aurantium* Syl. acido-amarum.

58. *Dayap, Limonium* magnum, ſuccoſum.

ORDO

ORDO *Arborum & Fruticum* præcedentis SYLLABI.

De Arboribus caudice ſimplici, non ramoſo, ut Palmis Cocco-Nuciferis.

NUX *Indica Lubi*, l. *Cocco*, p. 43
Ejuſdem 23. *Species* 44
Palmæ Areca-Avellaniferæ Species quinque 45
Palmæ, Fariniferæ *ſeu Corot.*
Buri, duplex 45. 9. 10
Lumbia, 46. 11
Pugahan, 46. 2
Sacſac, 46. 16
Palmæ Nuculas, Dactylos, Glandes, *aut* Pruna *ferentes.*
Ibiocus, 45. 8
Nux Naycenſis triplex 46. 18, 19, 20
Amygdala Peruviana 46. 21
Banga, 45. 6
Saraſuac, 45. 17
Anahao, 46. 12
Palmæ ramoſæ, plerumque Strobiliferæ, 46. 3
Bigo, 46. 13 *Saguiſi*, 46. 15
Pangdang duplex 46. 12
Bariu, 47. 4 *Sabutan*, 47. 5
Gading, 47. 6 *Calagumay*, 47. 7
Pangdang, aliæ duæ ſpec. 47. 8, 9
Palma Ottonienſis 46. 10
Ulango, 46. 11
Ambulong, 46. 12
Pitogo, 46. 13 *Nipa*, 46. 14
Palmæ minus cognitæ.
Burburan, Salay
Anibung, 46. 2 *Palar* 46. 7
Bilis, 46. 3. *Atap* 46. 1
Cavong, 46. 4 *Tical.*
Yorong, 46. 5 *Tampingdao*,
Arbores, quarum fructus à floribus ſejuncti ſunt 47
Caſtanea Luz. Manloab 47. 1
Glandes, 47. 2
Smilax, duplex 47. 3, 4
Pinaſter, 48. 5
Gago Marianorum 48. 6
Roſmar. Ternatenſis 48. 7
Cupreſſus altera 48. 8
Morus alba 48. 9
Salici, affines arbores 48. 6
Dayonot, 48. 1 *Manguit*, 48. 2
Dolonot, 48. 3 *Hanargon*, 48. 4
Hantitigao, 48. 5
Lingalingahan, 48. 6
Culatay, duplex 48. 7, 8
Arbores, flore fructuve aggregato, ſeu ex pluribus compoſito 49
Ficus, Indica Syl. Balete ſextuplex P. 49. 1, 2, 3, 4, 5, 6
Havili quintuplex P. 49 7. & 50. 8, 9, 10, 11
Ficus Indica Syl. Iſcio quadruplex p. 50. 12, 13, 14, 15
Tibig duplex, 50. 16, 17
Paquiling dup. 46
Tubug, 50. 21
Labüi, 50, 22
Ovagan, 50. 23
Hope. 50. 24
Yine, 50. 25
Lamiyo, id.
Palapat, 50. 26
Malahiguan
Quilat,
Culiap,
Palma-ficus, Putad ſeu Opongopong
Cynogloſſum arboreum, Species Euphorbii 50. 1
Arbores fructu ex pluribus compoſito, eóve Conoide-ſquamoſo, *l.* Tuberculoſo-echinato, *l.* Teſſellatim oculato.
Athe, 51. 1
Chyrimoia, 51. 2
Anona, 51. 3
Anona Syl. 51. 4
Anonilla de Tabaſco, 51. 5
Archam, 51. 6
Fructu Tuberculoſo echinato, 51. 9
Durion, 51. 1
Fructus Paradiſi, 51. 2
Nanca, 52. 3
Atipolo, 52. 5
Camangſi, 52. 4
Bangi, 52. 10
Gumihan, 52. 11
Tugup, 52. 6
Marianorum Rhymay, 52. 7
Dugdug, 52. 8
Arbor Catanduana, 52. 9
Bangcal, 52. 12
Pancorod, 53. 15
Lakbangan, 53. 16
Haguimit, 53. 17
Arbores Pomiferæ, quarum flos ſummo fructui inſidet, 53. 10
Quaiava.
Tampoy, 53. 1
Balacbac, 53. 2
Calobcob, 53. 3
Higuis, 53. 4
Macupa, 53. 5
Malapugi, 54. 6
Arbores Pomiferæ, quarum flos imo fructui cohæret, 54. 11
Zapotl, 54. 1
Zapotl chico, 54. 2
Zapotl blanco, 54. 3
Zapotl negro, 54. 4
Zapotl de China Xi-cu, 54. 5
Damul, 54. 6
Mavolo, 54. 7
Hantol, 54. 9
Lagmag, 55. 10
Pona, 55. 11
Bilucao, 75. *ſeu Carcapuli* Acoſt. 55. 12
Daës, 55. 13
Culanos, 55. 14
Lumanguk.
Bubunao.
Bubunanum.
Quiliquili.
Cubi duplex.
Anaguſip.
Ticocco.
Biri.
Pomiferæ monopyrenæ, 55. 12
Manga, 55
Baho, 55. 8
Ambare, 55. 14
Bilulo, 56. 15
Fructus de Banitan, 56. 16
Pipi, 56. 17
Pomiferæ polypyrenæ, 56. 13
Bilingbing, 56. 1
Gamia, 56. 3
Catmon, 56. 4
Palali, 56. 5
Boboa, ſeu Lanzones, 56. 6
Bagatpat.
Calabungan, 56. 7
Pomum Syl. 56. 8
Limoncelli, 57. 23
Limonia, 57
Aurantia, 57
Pomiferæ Nucigeræ, 58. 14
Nux Myriſtica quadruplex, 58, &c.
Mammai, 58. 5
Tagcal, 58. 6
Aquacate, 59. 7
Anacardium triplex, 59
Terebinthus Luz. altera, 60. 8
Piſtacion Luz. 60. 11
Nux Crocodilifuga, ſeu *Tagolibæ*, 60. 12
Lanipao.
Pomiferæ Nucigeræ, monopyrenæ pericarpio corticoſo, 61. 15
Nux Unguentaria Luz. prima, Maria, 61. 1
ſecunda, 61. 2
Bigaa, 61. 3
Balingaſan, ſeu Bagaubau, 61. 4
Pomiferæ Nucigeræ polypyrenæ, 61. 16
Nux Unguentariæ Luz. tertia, 61. 1
quarta, 62. 2
quinta, 62. 3
Faba de Sandrin, 62. 4
Faba de Siam, 62. 5
Nux Unguentaria Luz. ſexta.
Cacao, triplex, 62. 7
Arbores Pruniferæ, 63. 17.
Pruno-myrobalang.
Terebinthus Luz. tertia, 63. 1
Pruna Syl. Longboy, 63. 3
Amaët, 63. 6
Doctoyan, 63. 7
Hayoma, 63. 8
Calumpit, 63. 9
Aguyuy, 63. 10
Binayuya, 63. 11
Bignay, 63. 12
Ber Indica, 63. 13
Banquiling, 63. 14
Balabalayan, 64. 15
Suyagdagat, 64. 18.
Bodl, 64. 16
Mantavi, 64. 19
Canungi, 64. 20
Maninila, 64. 21

Bunabne,

Bunabno, 64. 22
Borogtongon triplex, 64. 23. 4, 5
Abuli. Bilolo. Lichi, ſeu Uſao. Lungien, ſeu Alaviao.
Bacciferæ Monopyrenæ, 64. 18
Nucula Unguentaria Luz. 7. 64. 1. *altera, ſeu Gulacling.*
Ebenum, 64. 2
Amaga, 65. 4 *Apilig*, 65. 5
Ebenum folio Palmæ,
Lignum colub. Manungal, 65. 9
Sanguis Draconis Off. &c.
Saponaria Luz. ſecunda, 65. 11
tertia, ſeu Onop 65. 12
Manambuc, 65. 13
Tanag, 65. 14
Oculus Cancri, 65. 15
Pſeudo-oculus Cancri quadruplex, 65. 16, &c.
Callig, 66. 20
Quoiongquoiong, 66. 21
Bago, 66. 22
Iſip, 66. 23
Balucug, 66. 24
Alibihil, 66. 25
Tambalabaſi, 66. 26
Tacpu, 66. 27
Baligaſay, 66. 28
Panabol, 66. 29
Panabolan. 66. 30
Hantatamſi, 66. 31
Anagarſi, 66. 32
Badiang, 66. 33
Rhamni 12 *Species*, 67. 1, &c.
Terebinthus Luz. prima, 67. 13
ejus Species, 67. 14, &c.
Anonang, 67. 24
Santalum citr. 68. 25
Malabachau.
Sandana Byſaiarum, 68. 26
Sandana Pampangorum, 68. 27
Paëtan Camarinenſium, 68. 28
Paëtan Pampangorum, 68. 29
Lunas, 68. 30
Palo de Solor, 68. 32
Agoyo, 68. 33
Bacciferæ Polypyrenæ, 68. 19
Canela vera, 68. 2
Canela Syl. 68. 3
altera.
Nigra, 69. 6
Pekzi Sinenſium, 69. 7
Arbor Camphorifera Borneienſ. 69. 8
Balſamum verum, 69. 9.
de Tolu, 69. 10
Novum Peruv. 69. 11
Canela alba vomitoria.
Tambal Tagalorum.
Chacach, 69. 13
Molavin, 69. 14
Sambucus Luz. triplex, 70. 3, 4, 5
Urtica Arborea, 70. 6
Vitis Idæa triplex, 71. 10, &c.
Banulac, 71. 13
Baligarab prima, 71. 14
Bongama puti, 71. 16
Sorbus Luz. duplex, 71. 17
Arbor baccis Pyrifor.
Tchia 71. 19
Ananajo 71. 23
Bignay aſo 71. 24
Salinorang 71. 25
Pangatulum 72. 26.
Hanacguran 72. 27.
Lentiſcus Luz. altera 72. 31
tertia 72. 31
quarta 72. 32
quinta 72. 33
Babanay. Libas. Pagſaragun. Sambulaguan. Quiſſiu. Jaubiaub. Culipapan. Cquiacquia. Bacan. Lanotan altera.
Arbores ſeminis vaſculo afori 72. 20
Vitex triplex 72. 1
Malalagundi 72. 4
Baliſambaga 72. 5
Palangpangin.
Lignum ſternutatorium 73. 6
Antolang, ſeu Balasbas triplex 73. 7, &c.
Oringun 73. 10
Tabàs triplex 73. 11, &c.
Hantutungao 73. 14
Gunag Marianorum 73. 15
Arbores vaſculi uniforis 74. 21
Pandacaque triplex 74. 1, 2, 3
Vaſculo Bivalvi 74. 22
Fagura duplex, 74. 1
Lentiſcus Luz. prima 75. 2
Binongà 75. 3
Achiotl 75. 4
Vaſculo trivalvi 75. 23
Lignum Molucenſe, Camaiſa 75. 1
Tigàs: Balanti.
Terebinthus Luz. quarta 76. 2
Taquebaſſin 76. 3
Bonglui 76. 4
Tambalaſſan prima 77. 7
Vaſculo tetrafori 77. 24
Tambalaſſan altera 77. 1
Balatong aſo.
Arbor baccis decuſſatim diſſil.
Vaſculo pentafori 77. 25
Roſa ſine ſpinis 77. 1
Anilao 77. 2
Aniſum Indicum, ſeu Sinic 77. 3
Arbor Judæ 77, 5
Arbor Malvacea Balimbago 85. 12
Goſſipium 78. 6
Xylum Corvinum duplex 78. 7, 8
Vaſculo Hexafori 78. 26
Banavà 78
Arbor pericarpio hexaforè diſſiliente.
Vaſculis parvis verticillatim congeſtis.
Balayong. Aniſlag. Hangaquitan.
Arbores Siliquoſæ, folio minus cognito 78. 27
Dalangdan 78. 1 *Aliabac.*
Bubuy.
Bahay 78. 2
Tigpud 78. 3
Folio alterno 78. 28
Kulis Lobifera 78. 1
Balibamban 78. 2
Cacalaxochitl 79. 3
Lignum Nephriticum 79. 6
Manloab, ſeu Caſtanea Luz. 47. 1
Folio geminato
Cacalaxochitl, Antipolana 79. 4
Diladila, 79. 7
Folio, compoſito 79
Caſſia Solut. S. *Balayong*
Thui, S. *Tivi* 79. 1
Balucbaluc duplex 79. 2. 3
Geniſta, Aſphaltites Yobab 80. 6
Bantigui, 80. 8
Quajacum, 80, 7
Cathoray, 80. 9
Tamarindus, 80. 11
Acacia, Luz. tertia
Eghelo, Indico 80. 12
Arbor, Corallii Lobifera 80. 13
Anii, 81. 14. *Balao Lanete*
Folio, decompoſito
Rhus Luzonis 80. 10
Ababangay, 81. 1
Saponaria Luz. prima 81. 2
Glans Ungent. Luz. Siliquoſa 81. 3
Lignum, Braſillum duplex 82. 4, 5
Criſta pavonis 82. 6
Aalalangad, 82. 7
Cupang duplex 82. 8
Agoho, 82. 9
Acacia vera 82. 10
Arbores, Siliquoſo-folliculoſæ quarum Flos à fructu remotus eſt.
Zhampaxa, 83. 1
Alanquilang, 83. 2
Banayacao. Hinglalagac.
Amuyong, 83
Arbores Siliquoſo-folliculoſæ Lobo unifori.
Santalum Rubrum Luz. 84. 1
Bangad, 84. 2
Lanotan, 84. 3
Arbores, Fructu carneo producto, quaſi Siliquoſo, bivalvi aut plurivalvi.
Mangle 85. 1
Bac-hau 85. 2
Sual 85. 3
Tangal 85. 4
Balanguiguan 85. 5
Bungalo 85. 6
Hongaray 85. 7
Butabuta, Seu Alipata.
Nidad, 86. 14
Cagamio, 86. 13
Alimbaubau, 86. 15
Baag, 86. 18
Burablub, 86. 28
Lamonlamon, 86. 19
Litir, 86. 25
Nagini, 86. 21
Sagubac, 86. 22
Sahat, 86. 23
Siguir, 86. 20
Tungui, 86. 16. & *Ulampihan* 86. 27
Arbores, reliquæ Anomalæ, & minus cognitæ 87. &c.

PLANTÆ

PLANTÆ NOVÆ

à D. JOSEPHO PITTON TOURNEFORT,

AQUÆ-SEXTIENSI Obſervatæ

IN

ORIENTALIBUS REGIONIBUS,

Et in *COROLLARIO* Inſtitutionum

REI HERBARIÆ

Nomine tenus TRADITÆ:

In ALPHABETICUM ORDINEM DIGESTÆ.

1. ABies *Orientalis* folio brevi & tetragono, fructu minimo deorſum inflexo. Ἐλάτη *Græcorum* recentiorum.
2 Abrotanum *Orientale* annuum, Abſinthii minoris folio.
3 ——Chamæmeli folio.
4 Abſinthium *Orientale* fruticoſum, incanum, amplo folio, tenuiſſimè diviſo.
5 ——incanum, capillaceo folio, floribus in capitulum congeſtis.
6 ——incanum tenuifolium, floribus luteis in capitulum congeſtis, & furſum ſpectantibus.
7 ——incanum, Tanaceti folio inodorum.
8 ——tenuifolium, argenteum & ſericeum, flore magno.
9 ——vulgari ſimile, ſed longè minus, amarum.
10 ——tenuifolium, incanum flore Lavandulæ, & inſipidum.
11 ——tenuifolium & incanum, Lavandulæ odore, & amarum, flore deorſum ſpectante.
12 Acanthus *Orientalis* humillimus, foliis aculeatis pinnatis.
13 Acer *Orientalis*, Hederæ folio.
14 Acetoſa *Orientalis* pratenſis, folio lanuginoſo.
15 ——folio rotundo lanuginoſo, & maximè aurito.
16 Aconitum Lycoctonum *Orientale*, flore magno albo.
17 Adiantum *Creticum* procerius, & ampliſſimo coriandri folio. An
18 Adiantum *Syriacum*, Tab. icon 795. *quod C. Bauli pin. vulgaris varietatem exiſtimat.*
19 ——marinum humillimum, & unifolium plerumque.
20 Agrimonia *Orient.* humilis, radice craſſiſſima, repente, fructu in Spicam brevem & denſam congeſto.
21 Alcea *Cretica* hirſuta.
22 ——*Orient.* fruteſcens, foliis tripartitis, flore parvo.
23 Alchimilla *Orientalis*, Linariæ folio breviſſimo, calice florum albo.
24 ——*Græca*, Kali folio, calice florum albido.
25 Allium *Orientale* latifolium, flore magno lacteo.
26 ——Sylveſtre, ſive Moly minus, albo amplo flore.
27 ——montanum, foliis Narciſſi minus, flore albo.
28 Alſine *Samia* media, villoſa tota.
29 ——graveolens, ſaxatilis & verna, foliis lanceolatis.
30 ——verna hirſuta, flore albo.
31 ——flore ſuaverubente.
32 ——*Orientalis*, Caryophylli folio, flore magno, in capitulum congeſto.
33 ——flore magno ſparſo.
34 ——viſcoſa, flore magno albo.
35 ——flore parvo albo.
36 ——anguſtiſſimo, & humilior.
37 ——altiſſima, gramineo folio, flore albo.
38 ——fruticoſa, Camphoratæ folio.
39 ——Laricis foliis, floribus in capitulum congeſtis.
40 ——ſaxatilis, foliis & floribus verticillatis.
41 Alyſſoides *Orient.* annua, Myagri Sativi folio.
42 Alyſſon *Creticum* ſaxatile, foliis undulatis incanis.
43 ——foliis angulatis, flore violaceo.
44 ——ſaxatile, Serpylli folio candidiſſimo, capſulis orbiculatis.
45 ——*Græcum* fruteſcens, Serpylli folio ampliſſimo.
46 ——*Orient.* Serpylli folio, capitulis in Spicam longiſſimam denſè digeſtis.
47 ——Elichryſi capitulo.
48 ——capſulis minimis.
49 ——incanum, Serpylli folio, fructu majori tumido.
50 ——annuum, Serpylli folio rotundiore, flore magno cordiformi.
51 ——Leucoii folio candidiſſimo, caule ſeſquipedali.
52 ——fruticoſum Leucoii folio, latiſſimo.
53 ——Turritidis folio, flore luteo.
54 ——anguſtiſſimo folio, fructu ovato.
55 ——minimum, foliis rigidis & lucidis.

56 Amarantus *Græcus* ſylveſtris, anguſtifolius.
57 Amygdalus ſylveſtris *Cretica*, aculeata.
58 Anacampſeros *Orientalis*, Portulacæ folio.
59 ——— folio ſubrotundo minori, elegan-ter crenato.
60 Anblatum *Orientale*, flore purpuraſcente.
61 Anagallis *Cretica*, vulgari ſimillima, flore luteo.
62 Androſace *Orientalis*, foliis Valerianellæ, undulatis & criſpis.
63 ——— Coronopi folio, *Prioris varietas.*
64 ——— foliis Coris, flore odoratiſſimo.
65 Anguria carne flaveſcente, ſemine nigro.
66 ——— rubente, ſemine nigro majori.
67 ——— ——— ſemine rubro minori.
68 Anonis legitima *Antiquorum.*
69 Antirrhinum *Creticum* anguſtifolium, flore maximo purpureo.
70 Aparine *Græca*, vulgari ſimilis, folio la-tiſſimo.
71 ——— *Samia* ſaxatilis, latifolia & incana.
72 ——— minor, annua, floribus in capilla-menta abeuntibus.
73 ——— *Orientalis*, minor & incana, multiflo-ra, flore albo.
74 Aphaca flore albido, lineis nigris diſtin-cto.
75 Apium *Creticum* minimum, Aniſi facie.
76 ——— *Græcum* ſaxatile, Crithmi folio.
77 Apocynum *Bithynicum* arbores altiſſimas ſcandens, folio ſubrotundo. *Periploca latifolia* Wheel. itin.
78 ——— folio ſubrotundo, ex viridi & flave-ſcente variegato.
79 Aquifolium *Orientale*, Ilicis folio.
80 Aquilegia *Orientalis* viſcoſa, flore magno, partim cœruleo, partim albo.
81 Ariſarum latifolium alterum, maculis al-bis variegatum.
82 Ariſtolochia *Cretica*, ſcandens altiſſima, Piſtolochiæ foliis: *Ariſtolochiæ quartum quoddam genus, arbores ſcandens* Bellon. obſ. lib. 1. cap. 17.
83 ——— flore maximo, fructu angulato.
84 ——— *Orientalis*, clematitis, recta, flore longiſſimo.
85 ——— *Chia*, longa, folio minori ſubrotun-do, flore tenuiſſimo.
86 ——— longa, ſubhirſuta, folio oblongo, flore maximo.
87 ——— *Orientalis* rotunda, folio oblongo cor-diformi, flore tubulato luteo.
88 ——— humilis, ampliſſimo folio.
89 Artemiſia *Orient.* folio ampliſſimo, laci-niato.
90 ——— Tanaceti folio inodora.
91 ——— ——— odora, peramara & glutino-ſa.
92 Arum *Samium*, ampliſſimo folio, Dracun-culi flore.
93 ——— *Orientale* latifolium, obſcurè virens, maculis dilutioribus notatum.
94 ——— Autumnale anguſtifolium, flore magno æro-purpureo.
95 ——— anguſtifolium, acaulon fermè, flore purpuraſcente.
96 Arundo *Orient.* altiſſima, caule tenuiſſimo fiſtuloſo.
97 ——— tenuifolia, caule pleno, ex qua Turcæ calamos parant.
98 Aſclepias *Orient.* latifolia, flore purpura-ſcente, caule firmo.
99 ——— minima, flore ex atro-purpureo fla-veſcente.
100 ——— latifolia, flore viridi.
101 ——— ——— inodora, flore flaveſcente, fructûs mucrone bifido & ſurſum in-curvo.
102 Aſparagus *Creticus* fruticoſus, craſſioribus & brevioribus aculeis, magno fructu.
103 Idem parvo fructu.
104 Idem longioribus & tenuioribus aculeis.
105 Aſparagus *Orientalis* foliis Gallii.
106 Aſphodelus *Creticus* luteus, ſerotinus, patulus, folio aſpero.
107 Aſter *Creticus* conyzoides, flore magno luteo, Aſphodeli radice.
108 ——— *Orientalis* fœtidus, Conyzæ folio, flo-re magno.
109 ——— Conyzæ folio, flore luteo ma-ximo.
110 ——— Salicis folio nervoſo, flore dilutè cœruleo.
111 ——— ——— flore minimo luteo um-bellato.
112 ——— minimus, flore ſuaverubente.
113 Aſteriſcus *Creticus* annuus, foliis ad flo-rem rigidis, flore croceo.
114 ——— odoratus minimus.
115 Aſteroides *Orientalis* Petaſitidis folio, flo-re maximo.
116 Aſtragaloides *Orientalis* veſicaria, foliis & fructibus incanis.
117 ——— ——— foliis & fructibus glavis.
118 Aſtragalus *Creticus*, Nummulariæ folio incano, magno fructu.
119 ——— *Orientalis*, Nummulariæ folio gla-bro.
120 ——— incanus, ſiliquâ incurvâ, ampliſſi-mo folio.
121 ——— ramoſus, Ornithopodii fo-lio, flore cœruleo parvo.
122 ——— humi fuſus, foliis Viciæ, flo-re parvo cœruleo, ſiliquis villoſis.
123 ——— minimus, foliis Viciæ, flore ex viridi flaveſcente, odoratiſſimo.
124 ——— foliis Viciæ incanis, caule nu-do, erecto floribus luteis.
125 ——— argenteis, caule nudo, floribus pallidè luteis.
126 ——— caneſcens, capitulis Trifolii bituminoſi.
127 ——— flore dilutè purpuraſcente.
128 ——— foliis Onobrychidis, capitulis Trifolii bituminoſi.
129 ——— Onobrychidis faciè, Spicâ flo-rum longiſſimâ.
130 ——— folio ſubrotundo caneſcente, flore magno purpureo.
131 ——— incano, flore ex viridi flaveſcente.
132 ——— humi fuſus, incanus, ampliſ-ſimo folio, Spica longiſſima & anguſtiſ.
133 ——— latifolius, capitulo oblongo, flore vario.
134 ——— incanus, anguſtifolius, flori-bus in eodem capitulo candidis & pur-pureis.
135 ——— incanus, floribus è foliorum aliis prodeuntibus.
136 ——— villoſiſſimus, capitulis ro-tundioribus, floribus purpureis.

137 — incanus

137 ——— incanus, foliorum conjugationibus densissimis. *An Tragium Dioscoridis* Rauwolf.
138 ——— calice vesicario, lineis rubris striato.
139 ——— acaulos fermè, flore luteo.
140 ——— minimus, flore glomerato virescente.
141 ——— flore minimo è viridi flavescente.
142 ——— argenteus, angustifolius, flore leucophæo.
143 ——— candidissimus & tomentosus.
144 ——— maximus glaber, Alopecuroides, flore luteo.
145 ——— maximus incanus erectus, caule ab imo ad summum florido.
146 ——— ramosus, fructu adunco.
147 ——— angustifolius, caule pedali, flore è viridi flavescente, odoratissimo.
148 ——— glaber Galegæ foliis, capitulis florum sphæricis ad alas positis.
149 ——— altissimus, Galegæ foliis amplioribus, flore parvo flavescente.
150 ——— angustioribus, flore minimo è viridi flavescente.
151 ——— Galegæ foliis supinis, floribus flavescentibus.
152 ——— altissimus, Fraxini folio, flore è viridi flavescente.
153 Astrantia *Orient.* latifolia, floribus & coma purpureis.
154 Atriplex *Cretica* maritima, erecta, folio triangulari.
155 ——— *Græca* latifolia humilis, Halimi fol.
156 ——— *Orientalis* frutescens, folio amplissimo argenteo.
157 ——— frutex aculeatus, flore pulchro.
1 Ballote *Orientalis*, folio oblongo, *varietas vulgaris.*
2 ——— Melissæ folio, flore parvo.
3 Barba Jovis *Cretica*, Linariæ folio, flore luteo parvo. *An Spartium spinosum* Alpini *Exot.*
4 ——— folio argenteo ampliori, flore luteo parvo.
5 ——— humillima, flore purpuro-violaceo.
6 Belladonna *Orientalis*, foliis angustioribus, subhirsutis, flore magno.
7 Bellis *Cretica* fontana, omnium minima.
8 Berberis *Orientalis* procerior, fructu nigro suavissimo.
9 Beta Sylvestris *Cretica*, maritima, foliis crispis.
10 — *Orientalis*, floribus spicatis, calice albo.
11 Betonica *Orientalis*, Sideritidis facie, flore purpureo.
12 ——— dilutissimè purpurascente.
13 ——— angustissimo & longissimo folio, spica florum crassiorum.
14 ——— latifolia, caule brevi, flore magno.
15 ——— maximo.
16 Bistorta *Orient.* media, flore ruberrimo.
17 Blattaria *Orient.* Bugulæ folio, flore maximo virescente, lituris luteis in semicirculum striato.
18 ——— Verbasci folio, flore maximo, intensè violaceo.
19 ——— Agrimoniæ folio.
20 Borrago *Cretica*, flore reflexo, elegantissimo, suave-rubente.
21 ——— *Constantinopolitana*, flore reflexo cœruleo, calyce vesicario.
22 Brassica *Cretica* fruticosa, folio subrotundo.
23 ——— *Orientalis* perfoliata minima, flore luteo parvo.
24 ——— flore albo, siliquâ quadrangula.
25 ——— *Thracica* campestris, perfoliata, flore luteo.
26 Bryonia *Cretica* Platani foliis.
27 ——— *Orient.* fol. amplioribus, lucidis & glabris, subtus hirsutis, magno fructu nigro.
28 Buglossum *Creticum* humifusum, acaulon, perenne, Echii folio angustissimo.
29 ——— *Chium* arvense annuum, Lithospermi folio, flore cœruleo.
30 ——— *Orientale* erectum, foliis undulatis, flore amœnè cœruleo.
31 ——— angustifolium altissimum.
32 ——— flore luteo.
33 ——— angustifolium, *flore* parvo cœruleo.
34 Bugula *Samia* verna, Borraginis folio, *flore* inverso, è cœruleo flavescente.
35 ——— *Orientalis* villosa, *flore* inverso candido cum oris purpureis.
36 Eadem cœruleo albâ maculâ notato.
37 ——— ex violaceo purpurascente.
38 ——— longifolia, *flore* majore intensè cœruleo.
39 Bulbocastanum *Creticum*, radice napiformi.
40 ——— Ferulæ folio, semine oblongo.
41 Bulbocodium Crocifolium, *flore* magno purpurascente, fundo luteo.
42 ——— *flore* parvo croceo.
43 ——— *flore* parvo albo.
44 ——— minimum *Græcum*, *flore* minimo albo.
45 ——— *Græcum* Myosotidis *flore.*
46 Buphthalmum *Orientale* Tanaceti minoris folio, *flore* luteo ampliſſimo.
47 Idem *flore* albo ampliſſimo.
48 ——— utrinque glabrum, *flore* albo ampliſſimo.
49 ——— Tanaceti folio ampliore, *flore* magno coccineo.
50 Idem *flore* magno suaverubente.
51 Idem *flore* magno albo.
52 Bupleurum *Orient.* angustifolium, semine longiori.
53 Bursa pastoris *Orient.* Cardamines folio, siliquâ longissima quadrangula.
54 ——— Drabæ fol. siliquis cornutis.
1 Cachrys foliis Peucedani, semine fungoso, sulcato, aspero minori.
2 — *Orientalis*, Ferulæ folio, fructu alato plano.
3 Cakile *Græca* arvensis, siliqua striata brevi.
4 — *Orientalis*, fructu minimo verrucoso.
5 Calamintha *Cretica* angusto oblongo folio, odore Citri.
6 — *Orientalis* annua, Ocimi folio, *flore* minimo.
7 Campanula *Cretica*, caulibus supinis, foliis incisis, *flore* oblongo.
8 ——— arvensis, *flore* maximo.
9 ——— foliis longioribus incisis, *flore* maximo.
10 ——— caulibus supinis, *flore* maximo pelviformi.
11 ——— folio subrotundo, *flore* parvo
12 ——— foliis profundè incisis, fructu duro, tomentosa tota & incana.
13 ——— saxatilis, foliis inferioribus Bellidis, Cæteris Nummulariæ subhirsutis, crenatis ac veluti rugosis.

14 Campanula *Græca* saxatilis, Bugulæ foliis.
15 Idem Jacobææ folio.
16 ——*Orient.* erecta, foliis oblongis, angustis, profundè crenatis.
17 ——pumila repens, *flore* magno.
18 ——Limonii minimi facie, flore patulo.
19 ——maxima, floribus conglobatis in foliorum alis.
20 —— fol. Cymbalariæ crispis montis *Olymp.*
21 —— *Orientalis*, foliis Blattariæ subhirsutis.
22 —— erecta, Alliariæ folio, flore albo pyramidato.
23 ——saxatilis, foliis Cymbalariæ, flore magno.
24 ——monanthos, Lychnidis folio.
25 —— foliorum crenis amplioribus & crispis, flore patulo, subcœruleo.
26 Eadem flore patulo albo.
27 ——folio longo, rigido, aspero, flore sursum spectante
28 ——saxatilis argentea, Leucoii fol.
29 ——anguſtifolia, capitulo Papaveris Rhœadis.
30 ——sphærocephalos, anguſtiore flore cœruleo.
31 ——foliis Ptarmicæ, flore oblongo.
32 ——Linifolia, flore magno.
33 ——anguſtifolia pumila, floribus cœruleis, uno versu disposítis.
34 Eadem floribus albis.
35 ——maxima subhirsuta, flore maximo purpurascente.
36 Eadem flore albo.
37 —— multicaulis anguſtifolia, flore parvo.
38 —— altissima, flore parvo pyramid.
39 —— foliis incisis, flore minimo & multiplici.
40 Caprifolium *Creticum* non perfoliatum, foliis Cotini, floribus inodoris, partim albis, partim flavescentibus.
41 Cardiaca *Orientalis* canescens, foliis Ranunculi pratensis, flore purp. calyce molli.
42 Eadem flore albo.
43 Carduus lanceatus exoticus altissimus flore albo.
44 Carduus *Creticus* foliis lanceolatis, splendentibus, subtus incanis, flore purpur.
45 ——Erucæ foliis minor. capitulorum squamis & aculeis nigricantibus.
46 —— tomentosus, Acanthi folio, flore magno purpurascente.
47 Idem flore magno dilutiore.
48 ——non maculatus, caule alato.
49 ——Acanthi folio viridi & glutinoso, flore purpurascente.
50 Idem flore albo.
51 Carduus Centaurii majoris facie, flore luteo, capitulo brevibus aculeis munito.
52 Carduus *Græcus* parvus Acanthi folio tomentoso, flore minori.
53 Carduus *Orientalis* lanceolatus, *flore* parvo purpureo.
54 ——Erucæ folio glabro, *flore* purp.
55 ——acaulos, incanus & tomentosus, Dentis leonis folio.
56 ——Calcitrapæ folio, flore max.
57 Idem, *flore* minimo.
58 Idem, *flore* flavescente odoratissimo.
59 ——Costi hortensis folio.
60 ——Cyani folio.
61 Carlina *Orient.* Leucoii folio canescente & molliter aculeato.
62 Carpinus *Orient.* fol. minori, fructu brevi.
63 Carthamus *Orient.* aculeis flavesc. donatus.
64 Carvi *Orientale* acaulon, fol. Chamæmeli.
65 Caryophyllata *Orient.* *flore* mag. coccineo.
66 Caryophyllus sylv. & saxatilis, *flore* mag. lacteo, subtus ad spadiceum colorem vergente.
67 Caryophyllus *Creticus* arboreus, Juniperi folio.
68 Caryophyllus *Græcus* arboreus, Leucoii folio peramaro.
69 Caryophyllus *Orient.* minimus, tenuissimè laciniatus, *flore* purpureo.
70 Idem *flore* albo.
71 ——tenuiss. folio, *flore* laciniato.
72 Cassida *Cretica* fruticosa, Catariæ folio, *flore* albo.
73 Cassida *Orient.* altissima, Urticæ folio.
74 ——Chamædryos folio *flore* luteo.
75 ——incana, foliis laciniatis, *flore* luteo.
76 Idem *flore* luteo, macula crocea notato.
77 ——foliis Sideritidis, *flore* luteo.
78 Cataria *Cretica* Melissæ folio Asphodeli radice.
79 ——*Orient.* humilis, Lamii folio.
80 ——minima, Lamii folio, *flore* longissimo.
81 ——Teucrii folio, Lavandulæ odore, verticillis florum crassissimis.
82 Idem floribus rarioribus.
83 ——minor, foliis Heliotropii.
84 ——folio subrotundo, flore intensè cœruleo.
85 ——foliis oblongis, floribus spicatis, calyce purpureo.
86 ——Lavandulæ *flore.*
87 Caucalis *Cretica*, maximo fructu longi, aculeis donato.
88 ——*Orientalis* altissima, Ferulæ folio.
89 ——arvensis, tenuifolia, *flore* purpureo, magno fructu.
90 Cedrus *Orient.* fœtidissima, arbor excelsa, seu Sabina Orientalis, fructu parvo nigro.
91 Idem foliis aculeatis.
92 Celtis *Orient.* fol. ampliore, magno fructu.
93 ——minor, foliis minoribus & crassioribus, fructu flavo.
94 Centuarium majus *Orient.* erectum, Glasti folio, *flore* luteo.
95 Idem acaulon fermè.
96 Idem Verbasci folio.
97 Idem Helenii folio, *flore* luteo.
98 ——incanum, foliis inferioribus Verbascum, cæteris Erucam referentibus.
99 Idem foliis profundè incisis.
100 ——minus *Creticum*, *flore* oblongo, è viridi flavescente.
101 Cepa *Orientalis*, *flore* nigro-purpureo, suaveolente.
102 Ceratoides *Orient.* fruticosa, Elæagni fol.
103 ——major annua, Psyllii folio.
104 ——minor annua, Psyllii folio.
105 Chamæcerasus *Orient.* Lauri folio.
106 Chamædrys *Cretica* inodora, Melissæ folio, *flore* parvo albido.
107 ——saxatilis, *flore* exiguo, subtus incano.

108 Chamædrys *Cret.* latissimo fol. *flore* parvo.
109 ——paluſtris caneſcens, Scordioides, Betonicæ folio.
110 ——*Samia* fruteſcens, Betonicæ folio.
111 ——*Orientalis*, latifolia, villoſa.
112 ——minor repens, *flore* ruberrimo.
113 Chamæmelum *Chium* venenum, folio craſſiore, *flore* magno.
114 ——*Orientale* Abſinthii folio.
115 ——foliis pennatis.
116 ——incanum, Millefolii folio.
117 Chamænerion *Orientale* argenteum, Salicis folio, *flore* magno.
118 ——minimum, Hyperici folio, radice granuloſa.
119 Chamæpitys *Chia* lutea, folio trifido, *flore* magno.
120 ——*Orientalis* Salicis folio.
121 Chamærhodendros *Pontica* maxima, folio Lauroceraſi, *flore* è cœruleo purpuraſcente.
122 Eadem *flore* candidiſſimo, maculâ lutea punctata notato, ſtaminibus purpureis.
123 Eadem *flore* purpureo.
124 Eadem *flore* dilutè purpureo.
125 Chamærhododendros *Pontica* maxima Meſpili folio, flore luteo.
126 Chenopodium *Orient.* fruticoſum, coris fol.
127 ——fruticoſum incanum, Pſyllii folio.
128 ——annuum altiſſimum, Kali folio breviore & cæſio.
129 Chryſoſplenium *Orient.* Græci facie, magno fructu.
130 Cicer *Orient.* foliis rigidis, *flore* cœruleo magno.
131 Cichorium *Orient.* incanum, foliis Glaſti.
132 ——Spinoſum, *flore* albo.
133 Cicuta *Orientalis*, vulgari ſimilis, fermè inodora.
134 ——ſemine craſſo verrucoſo.
135 ——minor patula, Dauci facie.
136 Cinara *Cretica* acaulos *flore* magno flaveſcente, foliis Acanthi aculeati.
137 ——*Græca*, foliis Acanthi vulgaris, caule brevi, perennis, radice craſſiſſima.
138 ——*Orientalis* moſchata, acaulos, foliis Jacobææ, ſquamis calicis deorſum inflexis.
139 Idem, tenuiùs inciſis, ſquamis calicis ſurſum ſpectantibus.
140 Cirſium *Creticum* altiſſimum, Cardui lanceolati folio.
141 Idem folio, *flore* albo.
142 ——*Orientale* Cardui lanceolati ferocioris facie.
143 Idem folio, *flore* purpuraſcente.
144 ——Acanthi folio, *flore* obſoletè purpureo.
145 ——maximum, Verbaſci folio.
146 Ciſtus mas *Creticus*, folio breviore, *flore* parvo.
147 ——folio rotundiore incano, quaſi complicato.
148 ——ladanifera *Orientalis*, *flore* purpureo majore.
149 Clematitis *Cretica*, foliis Pyri inciſis, nunc ſingularibus, nunc ternis.
150 ——*Orientalis* latifolia, ſemine breviſſimis pappis donato.
151 ——Apii folio, *flore* è viridi flaveſcente poſteriùs reflexo.
152 Clinopodium *Orient.* Origani folio, *flore* minimo.
153 ——hirſutum, foliis inferioribus Ocimum, ſuperioribus Hyſſopum referentibus.
154 Clymenum *Græcum*, *flore* maximo ſingulari.
155 Cnicus *Creticus* Atractylidis folio & facie, *flore* leucophæo. *An Atractylidi & Cnico Sylveſtri* ſimilis C. B. pin. 193.
156 ——Atractylidis folio & facie, *flore* candidiſſimo.
157 Idem, incanus, patulus. *flore* purpuraſcente.
158 ——*Orientalis*, Atractylis lutea dictus, altiſſimus.
159 ——polycephalos, Eryngii capitulo, foliis Cardui lanceolati.
160 ——humilior, *flore* flavo, Carthami odore albo.
161 ——calyce eriophoro, fungi inverſi formâ, *flore* purpuraſcente.
162 ——polycephalos caneſcens aculeis flaveſcentibus munitus, *flore* albo.
163 Cochlearia *Orient.* *flore* minimo. *An Roſa Hierichontea* Sylveſtris C. B. pin.
164 Colutea *Orient.* *flore* ſanguinei coloris, luteâ maculâ notato.
165 Chondrilla *Orient.* folio hederaceo ampliſſimo, fermè triangulo.
166 ——maxima, Cichorii Sylveſtris folio.
167 ——juncea viſcoſa arvenſis, caule magis aſpero, & *flore* majore.
168 Convolvulus *Orient.* humilis, argenteus latifolius, erectus & villoſus.
169 ——argenteus, Althææ foliis angulatis.
170 ——humi ſuſus, Piloſellæ foliis.
171 ——folio oblongo, *flore* ſuaverubente.
172 Conyza *Cretica* fruticoſa, folio molli, candidiſſimo & tomentoſo.
173 ——*Orient.* folio Aſteriſci.
174 ——pumila incana Oleæ folio.
175 ——Aſteris Attici fol. *flore* luteo.
176 Coriandrum *Orient.* Chamæmeli folio.
177 Cornus *Orient.* Sylveſtris, fructu teretiformi.
178 Coronilla *Cretica* herbacea, *flore* parvo purpuraſcente.
179 Idem luteo parvo.
180 Idem magno luteo.
181 Cotula *Cretica* minima, Chamæmeli folio, capitulo inflexo.
182 ——montana, Abrotani folio.
183 Cotyledon major *Cretica*, *flore* albo, *Vulgaris varietas.*
184 Idem purpureo, *Vulgaris varietas.*
185 ——*Cret.* tuberoſa rad. *flore* luteo parvo.
186 Crambe *Orient.* Perfoliatæ folio, fructu 4 alis undulatis munito.
187 ——Dentis leonis folio, Erucaginis facie.
188 Crocus Autumnalis, ſativo ſimilis, florum capillamentis tenuiſſimis, minùs odoris.
189 ——*flore* magno albo, capillamentis albidis inodoris, *Orientalis.*
190 ——ſat. ſimilis, florum capillamentis tenuiſſimis, minus odoris, *flore* candidiſſimo.
191 ——*Orient.* vernus, *flore* flavo, externè ſpadiceo, obſcurè purpuraſcente.

192 Cruciata *Cretica* fruticosa, *flore* albo. *Gallium montanum alterum* Alpin. *Exot.* 293.
193 ——*Orientalis* latifolia, erecta glabra.
194 ————latifolia, foliis subhirsutis *flore* purpurascente.
195 Idem *flore* subcœruleo.
196 ————glabra humi fusa.
197 Cucumis sativus & serotinus, fructu villoso.
198 Cuscuta *Cretica* floribus & capitulis minimis.
199 ——*Orientalis*, viticulis crassissimis, Convolvuli fructu.
200 Cyanus *Orient.* arvensis latifolius.
201 ————folio virescente dentato, *flore* magno.
202 ————angustifolius incanus, *flore* magno citrino.
203 ————latifolius, leviter lanuginosus, *flore* maximo citrino.
204 ————angustifolius glaber & lucidus.
205 ————Artemisiæ foliis.
206 ————Artem. foliis profundè laciniatis.
207 ————foliis Leucoii subtus incanis.
208 Cyclamen amplissimo folio cordiformi, sericeo & variegato.
209 Cynoglossum *Orientale*, vulgari simile, foliis sesquipedem longis & pedem latis.
210 ————vulgari simile, *flore* minimo, longis staminibus donato.
211 ————angustifolium, *flore* minimo, longis staminibus donato.
212 ————*flore* roseo, profundè laciniato, calyce tomentoso.
213 ————Echii folio, *flore* cœruleo minimo, fructu umbilicato aspero.
214 ————minus, *flore* campanulato cœruleo.
215 ————Glastifolium, *flore* atro-cœruleo.
216 ————Plantaginis folio, *flore* minimo.
217 ————Bugloss folio, fructu umbilicato cristato.
218 Cyperus paniculâ minimâ, radice rubra inodora repente.
219 ——minimus panicula maxima, radice odora repente.
220 Cytisogenista *Orientalis* minima.
221 Cytisus spinosus, siliquâ villosâ.
222 —— spinosus *Creticus*, Siliqua villis densissimis longissimis & incanis obducta. *Species illæ à P. Alpino* Exot. cap. 6, 7 & 12. *haud dubiè descriptæ sunt nominibus Acaciæ secundæ, Aspalathi secundi vel Spartii Cretici, sed adeò breviter, ut apprimè distingui nequeant.*
223 ——*Orient.* minimus humi fusus.
224 ————humi fusus, *flore* magno, ex luteo purpurascente.
225 ————humi fusus, facie Trifolii pratensis.
226 ——foliis argenteis *Wheel. itin.*
227 ————Medicæ foliis incanis & villosis, *flore* flavescente.
228 ————latifolius, subtus incanus.
1 Delphinium *Græcum*, foliis inferioribus Fumariam, superioribus Linariam referentibus.
2 ——*Orientale* annuum, *flore* singulari.
3 ————lato Aconiti folio, *flore* magno.
4 ————perenne, Acon. folio, *flore* albo.
5 Idem, *flore* cœruleo.
6 Dens leonis, Asphodeli bulbulis, foliis glabris.
7 ————tuberosa radice foliis Sonchi. Χονδρίλλης ἄλλο εἶδος, *Dioscor.* lib. 2. cap. 161.
8 ————*Orient.* latifolius canescens, *flore* parvo.
9 ————tenuissimè divisus, tomentosus & incanus.
10 ————minimus Asphodeli radice.
11 ————*Patmias* annuus, *flore* parvo.
12 ————Nasturtii folio.
13 ————*Græcus*, angustifolius, *flore* mag.
14 ————foliis Eryngii, crassis & lucentibus.
15 Dentaria *Orient.* bacciferæ similis, foliis quinis costæ innascentibus.
16 Digitalis *Orient.* Tragopogi fol. *flore* albido.
17 Dipsacus *Orient.* foliis laciniatis, capitulo globoso & molli.
18 Dodartia *Orient.* *flore* purpurascente.
19 Doronicum *Orient.* altissimum Petasitidis folio, *flore* maximo.
20 Dorycnium *Orient.* latifolium villosum.
21 Dracunculus polyphyllos, foliis lituris albicantibus obliquis notatis.
1 Echinophora *Orientalis* montana spinosa.
2 ————procerior, fructu foliato.
3 Echinopus *Orient.* Cardui lanceolati folio, capite magno cœruleo.
4 ————Acanthi aculeati folio, capite magno, spinoso, albo.
5 Idem spinoso, cœruleo.
6 ——*Græcus*, tenuissimè divisis foliis & lanuginosis, capite minori cœruleo. *An Carduus Sphæroceph. minimus, acutissimis foliis* C. B. pin. 382.
7 Eadem capite minori albo.
8 Echium *Orient.* fol. oblongo, molli cinericeo.
9 ————Verbasci folio, *flore* maximo campanulato.
10 ————majus & asperius, *flore* leucophæo.
11 ——*Cretic.* latifolium, *flore* atro-purpureo.
12 Echioides *Orient.* Bugloss folio, *flore* luteo, maculis atro-purpureis notato.
13 Elæagnus *Orient.* latifolius, fructu maximo.
14 ————angustifolius, fructu minimo, rotundiore & subacido.
15 Elephas *Orient.* *flore* parvo, proboscide surrecta.
16 ————*flore* mag. proboscide incurva.
17 Elichrysum *Creticum*, foliis brevioribus & crispis, capitulis minoribus.
18 ——angustifolium incanum, maximo *flore*.
19 ——*Orient.* simile, calyce florum argenteo.
20 ————vernum angustifolium.
21 ————Leucoii folio viridi.
22 ————glutinosum, Lavandulæ folio.
23 Ephedra *Orient.* procerior, flagellis durioribus & mediæ crassitiei.
24 Epimedium *Orient.* *flore* ex albo flavescente.
25 ————*flore* albo.
26 Equisetum *Orient.* altissimum.
27 Erica *Orient.* Coris folio, floribus globosis.
28 Ervum *Orient.* Alopecuroides, perenne, fructu longissimo.
29 ————Alopec. serotinum & perenne, *flore* odoratissimo, fructu longissimo.
30 Eryngium *Creticum* erectum. folio multifido, caule & ramis Amethystinis.
31 Idem caule & ramis pallidè virentibus.

32 Eryn-

32 Eryngium *Orientale* foliis laciniatis, capitulis florum exiguis & densè congestis.
33 ——————foliis trifidis.
34 ——————Dipsaci capitulo, foliis asperis integris.
35 ——————vulgari simile, capitulis Amethystinis.
36 ——————tenuiter incisum, pallidè virens, capite stellato.
37 ——————tenuiter incisum Amethystinum capite stellato.
38 Erysimum *Græcum* angustifolium majus, procerius & minus hirsutum.
39 ——*Orient.* Rapi folio.
40 ——————minus, *flore* albido.
1 Fagopyrum *Orient.* ramosum & multiflorum, Persicariæ folio.
2 Fagus foliis ex luteo variegatis.
3 ——*Orient.* ampliore folio.
4 Ferrum equinum *Græcum*, siliqua multiplici, ampliore.
5 Ferula glauco folio, caule crassissimo, ad singulos nodos ramoso & umbellifero.
6 ——*Orientalis*, Peucedani folio.
7 ——————Cachryos folio & facie.
8 Fœniculum *Orient.* Seselios Massilienſis facie.
9 Fœnum Græcum *Siculum* frutescens, siliquis Ornithopodii latioribus.
10 Fragaria *Cretica* saxatilis, fruticosa, foliis subtus argenteis.
11 ——*Orientalis*, *flore* luteo minimo.
12 Fraxinus *Orient.* longissimo folio, profundè serrato.
13 Fritillaria *Orient.* Plantaginis folio, *flore* magno, è viridi purpurascente.
14 ——*Samia*, Plantaginis folio, *flore* parvo è viridi flavescente.
15 Fucus *Creticus*, Lactucæ folio sesquipedali & bipedali.
16 ——folliculaceus, foliis undulatis.
17 ——————foliis undulatis ad oras pilosis.
18 ——————Potamogeitonis crispi folio.
19 Fumaria bulbosa *Cretica*, radice cava, foliis amplioribus, *flore* purpurascente.
20 Fungoides pelviforme, molle & rufescens.
1 Galega *Orient.* latifolia altissima, *flore* cœruleo.
2 Galeopsis *Cretica* frutescens, villosa, Teucrii folio.
3 ——*Orient.* Betonicæ luteæ folio, floris labio superiore laciniato.
4 ——————fœtidissima palustris, folio oblongo.
5 ——————Lavandulæ folio, calyce villosissimo.
6 ——————*flore* minimo albo.
7 Gallium saxatile, folio peramplo glauco.
8 ——*Cret.* annuum tenuifolium, *flore* albido.
9 Genista *Orientalis* minima, humi-fusa, foliis subrotundis ad oras pilosis.
10 ——————humilis verna, Linariæ folio, utrinque glabro.
11 ——————Linariæ foliis auritis.
12 Genista maritima, frutescens Linifolia, caule alato.
13 Gentiana *Orient.* amplissimo & acutissimo Asclepiadis folio.
14 ——————foliis venosis, *flore* magno candidissimo.
15 Eadem *flore* ex albo virescente.
16 ——————minor Autumnalis, Myrtifolia, *flore* magno cœruleo.
17 Geranium *Creticum*, humifusum, foliis subrotundis laciniatis, acu longissima.
18 ——*Chium* vernum, Caryophyllatæ folio.
19 ——*Orientale* columbinum, *flore* maximo, Asphodeli radice.
20 ——————columbinum magnis floribus, pediculis longis insidentibus.
21 ——————tuberosum, *flore* parvo.
22 ——————moschatum, Absinthii folio.
23 ——————Batrachiodes, amplioribus foliis, *flore* maximo.
24 Idem, tenuioribus foliis, *flore* maximo.
25 Idem, Aconiti folio, *flore* variegato.
26 Geum *Creticum*, folio circinato villoso, *flore* magno albo.
27 ——*Orientale* rotundifolium, supinum, *flore* aureo.
28 ——————Cymbalariæ folio molli & glabro, *flore* magno albo.
29 Glaucium *Orient.* *flore* magno rubro.
30 Globularia *Orient.* florib. per caulem sparsis.
31 ——————*flore* ampliſſimo.
32 Glycyrrhiza *Orient.* siliquis hirsutissimis.
33 Gramen *Creticum* spicatum, Secalinum, altissimum, tuberosa radice.
34 Gramen tomentosum *Creticum* spicatum, spica purpurea.
35 Gramen *Creticum*, spina gracili, in duas longissimas aristas & asperas abeunte.
36 Gramen *Orientale* Secalinum, spica brevi & lata.
37 ——————tomentosum spicatum minus, aristis pennatis.
38 ——————spicatum, fruticosum spinosum, spicis echinatis in capit. congest.
39 ——————spicatum, aristis longissimis donatum.
40 ——————paniculatum, Portulacæ sem.
41 Gramen *Creticum* paniculatum.
42 ——Avenaceum paniculatum, jubâ Miliaceâ, nutante, aristata.
43 Grossularia *Orientalis*, non spinosa, foliis glutinosis & subhirsutis, fructu racemoso dulci.
44 ——————non spinosa fœtida, fructu rubro racemoso.
45 Guajacana maxima, ampliſſimo folio, fructu flavescente.
46 Gundelia *Orient.* Acanthi aculeati folio, capite glabro.
47 Eadem floribus intensè purpureis, capite araneosa lanugine obsito.
1 Hedypnois *Cretica* minor annua.
2 Hedysarum *Orientale* argenteum, *flore* luteo siliquâ glabra.
3 ——————incanum, *flore* vario magno, siliquâ aspera.
4 Helianthem. *Cret.* Linariæ folio, *flore* croceo.
5 ——————annuum lato Plantaginis folio, flore aureo.
6 Heliotropium majus villosum, *flore* magno inodoro.
7 ——————humi fusum, *flore* minimo, semine magno Ἡλιοτρόπιον μικρὸν, *Dioſc. l.* 4. *c.* 194.
8 Helleborus niger *Orientalis*, ampliſſimo fol. caule prælto, *flore* purpurasc. *Hunc observavit Bellonius in Olympo Asiæ monte* Obs. l. 3. c. 41.
9 ——————Ranunculi folio, *flore* nequaquam globoso. Herba Paris *Orient.* foliis denis vel duodenis anguſtioribus radiatim positis.

10 Hesperis

10 Hesperis maritima supina exigua, foliis Erucæ vel Jacobææ.
11 ——*Chia* saxatilis, Leucoii folio serrato, *flore* parvo.
12 ——*Orient.* maritima, Leucoii folio incano, *floribus* variis.
13 Eadem, *flore* minimo.
14 —— Leucoii folio, siliquis corniculatis & intortis.
15 —— Elichrysi folio, *flore* luteo.
16 —— Glasti folio.
17 Eadem, *flore* magno violaceo.
18 —— Scordioides, Hederæ terrestr. folio.
19 Hieracium *Creticum* Endiviæ folio.
20 —— altissimum hirsutum, Dentis leonis folio, leviter dentato.
21 ——*Oriental.* Dentis leonis folio, supinum, *flore* mag. luteo, odore Castorei.
22 —— altiss. foliis Cichorei sylvestr. odore Castorei, *flore* magno.
23 —— foliis angustis villosissimis.
24 —— murorum, folio semipedali, sesquiunciam lato.
25 —— altissimum, Cynoglossi folio.
26 —— seu Pilosella, ampliss. folio.
27 Horminum *Orient.* annuum, sativo simile, comâ carens, flore violaceo.
28 —— Betonicæ folio angustiore & inodoro.
29 —— latifolium glutinosum, *flore* partim albo, partim purpurascente.
30 Idem, *flore* albo.
31 —— Betonicæ folio acutissimo, *flore* albo.
32 Idem, *flore* cœruleo.
33 —— Lamii folio.
34 —— foliis rugosis & verrucosis, angustis, *flore* albo.
35 —— foliis Sclareæ, *flore* albo parv.
36 Hyacinthus *Creticus* bifolius, *flore* sursum spectante.
37 Hyoscyamus *Orientalis* Betæ folio, tuberosa radice.
38 ——major, albo similis, umbilico *floris* atro-purpureo.
39 Hypecoon *Orient.* latiore folio, *flore* mag.
40 —— Fumariæ folio.
41 Hypericum *Creticum* supinum, folio subrotundo, *flore* magno.
42 ——villosum, foliis caulem ambientibus, acutis, cæteris verò circinatis.
43 ——*Orient.* foliis subrotundis auritis, cauli adhærentibus.
44 —— Ptarmicæ folio.
45 —— fœtido simile, sed inodorum.
46 —— saxat. Majoranæ folio.
47 —— Androsæmo hirsuto simile, sed glabrum.
48 —— Polygoni folio.
49 —— caule aspero purpureo.
50 Idem, Linariæ folio.
51 —— Rosmarini folio glauco.
52 —— latifolium subhirsutum, caule purpureo villoso.
53 Hypocistis *Cretica*, *flore* purpureo.
1 Jacea *Cretica* saxatilis, Glasti folio, flore purpurascente.
2 —— acaulos, Cichorii folio.
3 ——*Orientalis* acaulos, Cichorii folio, flore
4 —— incana, acaulos & multiflora, foliis laciniatis.
5 —— patula, Carthami facie, flore luteo magno.
6 —— Conyzæ folio, flore magno.
7 —— Serratulæ folio, flore magno purpureo.
8 —— Cyani folio, flore parvo, calyce argenteo.
9 —— folio sinuato, subtus tomentoso, flore purpureo.
10 —— maritima incana, Coronopi folio.
11 —— annua, Coronopi folio, flore luteo.
12 —— perennis, Coronopi folio, flore purpurascente.
13 —— perennis, angustissimo & incano Coronopi folio, flore purpurascente.
14 —— laciniata, incana & moschata.
15 —— tenuissimè laciniata, capite magno argenteo.
16 Jacobæa *Chia*, Senecionis folio villoso, flore magno.
17 ——*Orientalis*, Senecionis folio tenuissimè diviso, non incano, flore magno.
18 ——*Græca* maritima, foliis supernè virentibus, infernè incanis.
19 —— Pannonicæ 1. Clus. similis folio ampliss.
20 —— foliis oblongis, non laciniatis, incanis.
21 —— altissima, folio lanuginoso integro.
22 —— incana & tomentosa, Acanthi folio.
23 —— Limonii folio.
24 —— foliis longioribus dentatis *flore* magno.
25 —— latifolia altissima.
26 —— Cacaliæ folio.
27 Ilex aculeata cocciglandifera, glande maxima, nunc cylindracea, nunc subrotunda, cupulâ echinatâ.
28 Ionthlaspi *Orientale* fructu echinato.
29 Iris humilis *Orientalis*, *flore* dilutè ianthino, & veluti leucophæo.
30 Isatis *Orient.* maritima canescens.
31 —— fructu ovato canescente.
32 —— Lepidii folio.
33 —— foliis Brassicæ perfoliatæ, fructu cordiformi canescente.
34 Juniperus *Cretica*, ligno odoratissimo, Græcorum recentiorum.
35 —— latifolia arborea, Cerasi fructu.
36 ——*Orient.* vulgari similis, magno fructu nigro.
1 Kali Spinosum, foliis longioribus & angustioribus, subhirsutis.
2 Kali fruticosum spinosum, Camphoratæ foliis.
3 —— flore maximo albido.
4 —— foliis Sedi minoris, flore purpureo.
5 Kali *Orientale* fruticosum altiss. florum staminibus purpureis.
6 Idem lanuginosum.
7 Idem Linariæ folio.
8 Idem flore magno purpureo.
9 Idem floribus albis.
10 —— Spinosum, subhirsutum, tenuissimo folio.
11 —— capillaceo fol. flo. purpuras.

1 Lactuca *Cretica* perennis, altiſſima, Acanthi folio.
2 ——— Sonchi laciniato folio.
3 ——— Sonchi folio non laciniato, flore pulchro.
4 —— *Orient.* Dentis leonis folio, flore leucophæo.
5 ——— altiſſima, Sonchi folio, *flore* magno leucophæo.
6 ——— altiſſima, foliis integris, *flore* luteo.
7 Lamium *Orient.* nunc moſchatum, nunc fœtidum, magno *flore.*
8 ——— foliis eleganter laciniatis.
9 ——— incanum, *flore* albo, cum labio ſuperiore crenato.
10 ——— incanum, *flore* purpuraſcente, cum labio ſuperiore crenato.
11 ——— album, latifolium altiſſimum.
12 Lapathum *Orient.* pulchrè ſinuatum.
13 ——— maximum, folio ſubrotundo.
14 ——— anguſtifolium, magno fructu.
15 ——— frutex humilis, *flore* pulchro.
16 Laſerpitium *Orient.* Mei folio, *flore* luteo.
17 ——— foliis Seſelios Maſſilienſis, *flore* luteo.
18 ——— Ferulæ folio, ſemine criſpo.
19 Lathyrus *Orientalis* rotundifolius, *flore* rubro.
20 Leucoium *Creticum* montanum minimum, *flore* luteo, nunc pleno nunc ſimplici.
21 Leucoium luteum, *Græcum,* ſaxatile humilius.
22 —— *Orient.* Elichryſi folio.
23 ——— ſiliquâ eleganter lunatâ.
24 ——— luteum, foliis dentatis, ſiliquis planis.
25 Lepidium *Orient.* Naſturtii criſpi folio.
26 ——— Naſturtii folio, caule veſicario.
27 ——— Caryophylli folio:
28 Leucanthemum *Orientale* Coſti hortenſis folio.
29 ——— Chryſanthemi folio, Tanaceti odore.
30 Lichen *Græcus* Polypoides, tinctorius ſaxatilis.
31 Liguſticum *Græcum* Apii folio.
32 —— *Creticum,* Fœniculi folio, caule nodoſo.
33 ——— Cicutæ folio.
34 —— *Orientale,* Mei folio, *flore* albo.
35 Lilium *Orient.* latifolium, *flore* luteo maximo odoratiſſimo.
36 Limonium *Græcum* Bellidis folio minori & laciniato.
37 ——— fruticoſum & proliferum, Bellidis folio.
38 ——— minimum, foliis Hyſſopi ſubhirſutis.
39 —— *Creticum,* Juniperi folio. Echinus, id eſt, Tragacantha altera Alpin. *Exot.* 56.
40 —— *Orientale,* Caryophylli folio acutiſſimo, floribus velut in capitulum congeſtis, acaulon & calyce purpuraſcente.
41 Idem calyce albo.
42 ——— humilius, Caryophylli folio anguſtiori, non aculeato, *flore* ſpicato ſuaverubente.
43 ——— fruteſcens, Caryophylli folio in aculeum rigidiſſimum abeunte.
44 ——— latifolium, *flore* minimo.
45 ——— Plantaginis folio, floribus umbellatis.
46 Limodorum *Creticum, flore* magno, lineis purpureis ſtriato.
47 Linaria *Conſtantinopolitana,* Lini ſativi folio, *flore* luteo.
48 —— *Patmia* maritima, Cymbalariæ foliis.
49 —— *Orientale* Coris folio, *flore* leucophæo.
50 ——— *flore* luteo maximo.
51 ——— Lilii Perſici foliis, florum ſpica denſiſſima & pyramidatâ.
52 ——— latiſſimo folio, floribus Linariæ vulgaris.
53 ——— vulgari ſimilis, folio longiſſimo.
54 ——— erecta, anguſto oblongo folio, *flore* aureo.
55 ——— foliis Linariæ vulgaris, *flore* cœruleo, palato carente.
56 Linum *Creticum* fruticoſum, foliis Globulariæ, *flore* luteo.
57 —— *Orient.* altiſſimum, latifolium & patulum.
58 ——— pumilum *flore* luteo magno:
59 ——— ſylveſtre, latifolium hirſutum *flore* ſuaverubente vel roſeo.
60 ——— —— ſylveſtre, latifolium hirſutum, *flore* candidiſſimo.
61 Lithoſpermum *Orientale* latifolium repens, *flore* magno.
62 —— *Delium* arvenſe minus ſupinum, *flore* minimo albo.
63 —— *Orient.* Leucoii folio, flore cœruleo parvo.
64 ——— latifolium, flore ſuaverubente.
65 Lonchitis *Orientalis* pinnulis ad foliorum baſin falcatis, anteriùs & poſteriùs reflexis.
66 Lotus *Cretica* paluſtris altiſſima, incana, flore luteo.
67 —— *Græca* maritima, folio glauco & velut argenteo.
68 Lunaria fruticoſa perennis incana, Leucoii folio.
69 Lupinus peregrinus major, vel villoſus, flore albicante.
70 —— ſylveſtris, ſemine rotundo vario, flore albido.
71 Lychnis *Græca* maxima, Sedi arboreſcentis folio & facie.
72 —— *Cretica* pumila umbellifera, Polygoni folio, flore albo cum circulo atro-purpureo.
73 ——— parvo flore, calyce ſtriato purpuraſcente.
74 ——— maritima minima, Portulacæ ſylveſtris folio.

75 Lychnis *Cretica* anguſtifolia, floribus longiſſimis pediculis inſidentibus, capſulâ pyramidatâ.
76 ——— montis Idæ, folio ſubrotundo cæſio.
77 ——— Bellidis folio verna, flore parvo, dilutè purpuraſcente.
78 ——— ſupina maritima, capſulis Lychnidis Coronariæ.
79 ——— minima multiflora, flore ſuave-rubente.
80 ——— Caryophylli holoſtei folio.
81 ——— Saponariæ folio ſubhirſuto.
82 ——— fruticoſa, Kali folio, Statices capitulis.
83 ——— foliis ſubrotundis viſcoſis, flore magno.
84 ——— maxima, Bugloſſi folio undulato.
85 ——— Borraginis folio.
86 ——— Saponariæ folio & facie, flore parvo & multiplici.
87 Eadem flore minimo.
88 ——— Bupleuri folio.
89 ——— longifolia, nervoſa, flore purpuraſcente.
90 ——— viſcoſa, Centaurii lutei folio, flore longiſſimo.
91 ——— Caryophylli hortenſis folio.
92 ——— calyce pyramidato, ſtriato longiſſimo.
93 ——— fruticoſa, incana, flore longo & flaveſcente.
94 ——— annua ſupina, Antirrhini folio flore minimo purpuraſcente.
95 ——— multiflora, folio Valerianæ rubræ.
96 ——— minima, gramineo folio, calyce purpuraſcente ſtriato.
97 ——— minima, Caryophylli fol. cal. purp. ſtriato.
98 ——— petalis albis, lineis cœruleis, ſubtus variegatis.
99 ——— viſcoſa, folio glauco, flore muſcoſo.
100 ——— humilis Gentianellæ folio.
101 ——— lutea caneſcens & villoſa.
102 ——— lutea, flore maximo.
103 ——— anguſtifolia, flore purpureo.
1 Majorana *Cretica*, Origani folio villoſa, Satureiæ odore, corymbis majoribus, albis. *Origanum Smyrnæum*, Wheel. Itin.
2 Eadem ſpicis corymborum unciam longis.
3 ——— rotundifolia, Lavendulæ odore, capitulis minoribus incanis, flore purpuraſcente, Majoranæ noſtræ reſpondens, floribus rubentibus, *Bellon. Obſ.* lib. 1. cap. 17.
4 Eadem, flore purpuro-violaceo.
5 ——— minor hirſuta.
6 ——— annua altiſſima, flore parvo, ad alas umbellato.
7 ——— *Orientalis* erectior, flore magno, ſuaverubente.
8 Mandragora foliis aſperis, fructu parvo ovato & acuminato, floribus violaceis.
9 Eadem floribus ſubalbidis. Prioris varietas.
10 Marrubiaſtrum, Catariæ folio, calyce florum adunco & aculeato.
11 ——— Sideritidis folio, calyculis aculeatis, flore flavo cum limbo atro-purpureo, coma flaveſcente.
12 ——— *Orientale*, flore luteo minimo, in amplo calyce recondito.
13 ——— *Samium* maritimum, folio ſubrotundo caneſcente.
14 Marrubium album, candidiſſimum & villoſum.
15 ——— *Orientale*, foliis ſubrotundis, flore purpureo.
Idem flore albido.
16 ——— anguſtiſſimo folio, flore albo.
17 ——— Catariæ folio, flore albo.
18 Matricaria *Orient.* Tanaceti folio incano & villoſo, flore parvo.
19 Medica *Cretica* orbiculata, fructu utrinq; turbinato.
20 ——— parvo fructu, aculeis ſurſum & deorſum tendentibus.
21 Melilotus *Cretica* humillima humi-fuſa, flore albo magno. *Spica* trifolia, *Alpin. Exot.* 168.
22 Melo ſerotina & diu durans, fructu parvo ſtriato globoſo.
23 Mentha *Cretica* aquatica, foliis longioribus & criſpis.
24 Meſpilus *Cretica*, Apii folio lucido, elegantiùs laciniato, Κυδωμηλία, *Græcorum* recentiorum.
25 ——— *Orientalis*, Apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha, flore purpureo.
26 ——— ſive Oxyacantha, foliis hirſutiſſimis.
27 ——— Tanaceti folio villoſo, magno fructu pentagono, è viridi flaveſcente.
28 ——— Apii folio villoſo, fructu magno pentagono, purpureo, glabro.
29 Eadem fructu parvo villoſo.
30 Milium anguſtifolium, paniculâ perampla, ſparsâ & erectâ.
31 Millefolium *Orientale* erectum luteum.
32 Millefolium *Orientale*, erectum, flore flaveſcente.
33 ——— altiſſimum luteum, Abrotani folio.
34 Moldavica *Cretica* ſaxatilis, Lamii folio flore maximo.
35 Moldavica *Orientalis*, Hederæ terreſtris folio.
36 ——— Betonicæ folio, flore magno violaceo.
37 ——— Salicis folio, flore parvo cœruleo.
Eadem, flore parvo albo.
38 ——— minima, Ocimi folio, flore purpuraſcente.
39 ——— flore minimo, calyce veſicario.
40 Morina *Orientalis*, Carlinæ folio.
41 Muſcari *Orientale* odoratiſſimum, ampliſſimo, flore maximo, flavovario.

42 Myoſotis

42 Myoſotis *Orient. flore* maximo, fructu oblongo.
43 ——longiſſimo folio.
44 ——perfoliata, Lychnidis folio.
45 Myrrhis *Orient.* Angelicæ folio, tuberoſa radice.
46 ——foliis Chamæmeli.
47 ——Mei folio, ſemine longiſſimo.
48 Idem, ſemine brevi.
49 ——ſemine unciam longo.
50 ——Cicutariæ foliis.
51 ——Cicutæ folio, caneſcente & villoſo.
52 Idem glabro & læte virente.
1 Narciſſus medio-luteus, copioſo *flore* pleno odore gravi.
2 Nerion floribus ex albo & fuſco variegatis.
3 Nigella *Orientalis*, *flore* flaveſcente, ſemine alato plano.
4 Niſſolia *Orient. flore* purpureo.
1 Ochrus folio diviſo in capreolos abeunte.
2 Omphalodes *Orientalis*, Corni folio.
3 Onobrychis *Cretica* foliis Viciæ, fructu magno, criſtato & aculeato.
4 ——*Orientalis*, fruteſcens ſpinoſa, Tragacanthæ facie.
5 ——incana *flore* luteo, fructu magno radiato.
6 ——*flore* flaveſcente, vexillo lineis purpureis ſupernè variegato.
7 ——Galegæ foliis erectior, floribus lineis purpureis utrinque reticulatis.
8 ——*flore* albo, maculâ lutea notato.
9 ——argentea, fructu echinato minimo.
10 Opulus *Orient.* folio ampliſſimo tridentato.
11 Orchis *Orient. flore* maximo ferrugineo.
12 ——& Luſitanica, *flore* maximo, Papilionem referente.
13 ——lingua oblonga candicante, *flore* minore.
14 ——*Cretica* maxima, *flore* Pallii Epiſcopalis forma.
15 ——*Orient.* Morio fœmina, *flore* candidiſſimo.
16 ——fucum referens, *flore* maximo, ſcuto azureo.
17 Idem, *flore* mammoſo.
18 Idem, *flore* parvo umbilicato.
19 ——calyptrâ purpurea, petalo inferiori atro-purpuraſcente, ſcuto Ferri equini formâ.
20 ——*flore* ſpadiceo, ſcuto variegato, calyptrâ lutea.
21 ——magno *flore* vireſcente, ſcuto ſpadiceo, calyptrâ roſea.
22 ——anthropophora, *flore* minimo albo, umbilico ſuave-rubente.
23 ——Fucum referens, *flore* maximo.
24 Oreoſelinum *Orientale*, Seſelios Maſſilienſis folio.
25 Origanum Dictamni Cretici facie, folio craſſo, nunc villoſo, nunc glabro.
26 Ornithogalum *Orientale* villoſum, *flore* luteo magno.
27 ——*Samium* villoſum, umbellatum album.
28 Orobanche *Cretica* altiſſima, flore parvo denſiſſimo, ex albo & ſubcœruleo variegato.
29 ——non ramoſa, caule tenui, flore parvo ſubcœruleo.
30 Orobus *Creticus* latifolius incanus.
31 Idem *Orientalis* fermè glaber.
32 ——*Orient.* foliis anguſtiſſimis, coſtæ breviſſimæ innaſcentibus.
33 ——foliis ferè radiatis, flore magno candido.
34 ——totus ramoſus, foliis unica conjugatione diſpoſitis.
35 ——latifolius villoſus, flore croceo.
1 Papaver *Orientale* hirſutiſſimum, flore magno.
2 ——tenuiter inciſum, ad caulem floridum.
3 ——Hypecoi folio, flore minimo.
4 Parietaria *Cretica* minor, capſulis ſeminum alatis.
5 ——*Orient.* Polygoni folio caneſcente.
6 ——ſaxatilis, Ocimi folio lucido & glabro.
7 Paronychia *Orient.* humi-fuſa, Serpylli folio.
8 Paſtinaca *Orient.* caneſcens, Tordylii folio.
9 ——foliis eleganter inciſis.
10 Pedicularis *Cretica* maritima, amplioribus foliis & floribus.
11 ——annua minima, floribus vix conſpicuis.
12 ——ſpicata, maxima lutea.
13 ——*Orient. flore* magno flaveſcente, Aſphodeli radice.
14 ——minima *flore* albido.
15 ——ſupina, folio trifido, *flore* mag. flaveſcente.
16 ——annua, Pſyllii folio, *flore* luteo.
17 Eadem, *flore* flaveſcente.
18 ——Aſphodeli radice, *flore* longo, anguſto & flaveſcente.
19 Pentaphylloides *Orientale*, erectum, foliis alatis, Geranii Cicutæ folio ſacie.
20 ——ſupinum, foliis alatis, biſidis vel triſidis.
21 ——Erectum, Pimpinellæ folio & facie.
22 Periploca *Orient.* foliis longioribus & acutioribus. *Scammonea macrorhizos*, *Alp. Exot.* 61.
23 Perſicaria *Orient.* Nicotianæ folio, calyce florum purpureo.
24 Pervinca *Orient.* latifolia villoſa, *flore* magno.
25 ——latif. vill. *flore* parvo.
26 ——anguſtifolia villoſa.
27 Phelypæa *Orient. flore* coccineo.
28 ——*Luſitanica*, *flore* luteo.
29 Phlomis *Samia* herbacea, Lunariæ folio.
30 ——*Orient.* foliis laciniatis.
31 ——Hormini folio, *flore* minore, calice glabro.
32 ——anguſto & longiore folio, *flore* luteo.
33 Pimpinella *Orient.* villoſiſſima.
34 Pinus *Orient.* foliis durioribus amaris, fructu parvo, peracuto.
35 Plantago *Chia* albida, Monſpelienſi ſimilis, folio vix ſeſquilineam lato.
36 ——*Græca*, folio rigido, leviter dentato anguſto, caule altiſſimo.
37 ——*Orient.* Scorzoneræ folio.
38 Platanus *Orient.* Aceris folio.
39 Plumbago *Orient.* Lapathi folio, *flore* minore albido.

40 Polium *Creticum* maritimum, humi fusum.
41 ——— *Smyrnæum*, Scordii folio.
42 Polygala *Cretica*, vulgari similis, *flore* albido longiore.
43 ——— *Orient.* supina myrtifolia, flore cœruleo.
flore purpureo.
44 ——— Linifolia, *flore* magno purp.
flore magno albo.
45 Polygonatum *Orient.* latifol. *flore* parvo.
46 Polygonoides *Orientale*, Ephedræ facie.
47 Polygonum *Creticum* fruticosum, humi fusum, foliis brevioribus.
48 ——— *Orient.* Buxi folio rigido.
49 ——— Caryophylli folio, *flore* magno albo.
50 ——— fruticosum latifol. minimum,
51 Primula veris minima Lactucæ folio, radice Anisum redolente.
52 ——— *Orient.* Hormini folio.
53 ——— Cimices redolens.
54 ——— Lactucæ folio, *flore* umbellato purpureo.
55 ——— caule altissimo, folio angustissimo, *flore* umbellato purpureo.
56 Prunus *Cretica*, montana minima, humi fusa, *flore* suave-rubente.
57 ——— sylv. *Orient.* folio oblongo incano.
58 Pseudo-dictamnus *Orient.* foliis circinatis.
59 Ptarmica *Orient.* foliis cristatis longioribus, & capitulis minoribus.
60 ——— Santolinæ folio *flore* majore.
61 Idem *flore* minore.
62 ——— foliis Tanaceti, incanis *flore* aureo.
63 ——— foliis Tanaceti, incanis semiflosculis florum pallidè luteis.
64 Idem florum semiflosculis brevioribus.
65 ——— Tanaceti folio & facie, *flore* minimo.
66 ——— incana, foliis pennatis, semiflosculis florum vix conspicuis.
67 ——— foliis argenteis conjugatis.
68 Pulmonaria *Chia*, Echii folio verrucoso, calyce vesicario, *flore* albo.
69 ——— *Lesbia*, Echii folio, verrucoso, calyce vesicario, *flore* cœruleo.
70 ——— *Orient.* calyce vesicario, foliis Echii, *flore* purpureo, infundibuliformi.
71 Eadem *flore* albo.
72 Pulsatilla *Orient.* tenuissimè divisa & villosa, *flore* rubro.
73 Pyrus sylv. *Orient.* folio oblongo incano.
1 Quamocli minima, humi fusa, palustris, Herniariæ folio. Alpino *Anthyllis.*
2 Quercus latifolia, magno fructu, calyce tuberculis obsito, Ἀσφὰξ Σελαγία. *Græc.* rec.
3 ——— *Orient.* glande cylindri-formi, longo pediculo insidente.
4 ——— Castaneæ folio, glande recondita in cupula crassa & squamosa.
5 ——— angustifolia, glande minori, cupula crinita.
6 ——— latifolia, glande maxima, cupulâ crinita.
7 ——— latifolia, foliis ad costam pulchrè incisis, glande maxima, cupulâ crinita.
8 ——— folio subrotundo minori, glande magna striata.
9 ——— folio subrotundo, leviter inciso, fructu minori cylindri-formi.
10 ——— villosissimum, humi fusum.
11 ——— tenuissimè laciniatum humi fusum.
12 ——— rectum, luteum, incanum.
13 ——— folio utrinque argenteo.
14 ——— montanum erectum, hirsutum, luteum, flore majore.
1 Ranunculus *Samius* dulcis, nemorosus, canescens, Quinquefolii folio.
2 ——— dulcis nemorosus, tuberosa radice latifolius, *flore* magno cœruleo.
3 Idem, *flore* parvo cœruleo.
4 ——— nemorosus, folliis majoribus, Apennini montis, *flore* majore albo. *In Cappadocia occurrit.*
5 ——— *Creticus* folio subrotundo glauco, radice fibrosa.
6 ——— *Chius* rotundifolius vernus, *flore* pleno amplissimo.
7 ——— *Orient.* dulcis, Doronici, radice.
8 ——— Aconiti Lycoctoni folio, *flore* magno albo.
9 ——— Napelli folio lanuginoso, *flore* albo.
10 ——— Napelli fol. *flore* luteo magno.
11 ——— Aconiti folio, *flore* luteo maximo.
12 ——— palustris Apii folio, caule subhirsuto.
13 ——— Pulsatillæ folio, *flore* parvo.
14 ——— *Lesbius*, Pulsatillæ folio, *flore* magno.
15 ——— palustris, Ophioglossi folio.
16 Raphanistrum, siliquâ articulatâ glabrâ, *Constantinopolitanum*, *flore* obsoletè purpurascente.
17 Rapistrum *Orient.* Dentis leonis folio, *flore* albo.
18 ——— Acanthi folio.
19 Rapuntium *Creticum* minimum, Bellidis folio, *flore* maculato.
20 Rhagadiolus *Creticus* minor, capsulis echinatis.
21 ——— Lampsanæ foliis.
22 Rhamnoides florifera, Salicis folio.
23 ——— fructifera, foliis Salicis, baccis aureis.
24 Rhamnus *Creticus*, Buxi folio minori.
25 ——— Amygdali folio minori.
26 ——— *Orientalis*, Alaterni folio.
27 ——— Amygdali folio ampliori.
28 Ricinoides, ex qua paratur Turnesol Gallorum, folio oblongo & villoso.
29 Idem serrato, non villoso.
30 Rosa *Cretica* sylvestris, Fraxini folio, petalis florum albis & cordiformibus.
31 ——— montana, foliis subrotundis, glutinosis & villosis.
32 ——— *Orient.* pumila, *flore* magno albicante.
33 Idem, *flore* purpureo parvo.
34 Rubeola *Cretica* saxatilis, fruticosa, Gallii folio, *flore* purpuro-violaceo.
35 ——— saxatilis fruticosa, flore flavescente.
36 ——— incana, floribus purpurascentibus.
37 ——— fœtidissima, frutescens Myrtifolia, flore magno suaverubente.
38 ——— *Orient.* fœtida, fruticosa Serpyllifolia, flore parvo suaverubente.
39 ——— minima, flore purpurascente.

40 Rubeola

40 Rubeola *Orient.* foliis Gallii, flore multiplici, ex viridi flaveſcente.
41 Rubus *Creticus* triphyllus, flore parvo.
42 ——*Orientalis*, ampliſſimo folio, nunc terno, nunc quino, quaſi digitato.
43 ——foliis cannabinis.
44 Ruta *Orient.* Linariæ folio, flore parvo.
1 Salicaria *Cretica* Punicæ folio.
2 ——*Orientalis*, Salicis folio acutiſſimo glabro.
3 Salix *Orient.* flagellis deorſum pulchrè dependentibus.
4 —— Oleæ facie, foliis ſerratis auritis intensè amaris.
5 —— foliis ſerratis, ſplendentibus non auritis, intensè amaris.
6 —— procerior & perticalis, foliis anguſtis, utrinque argenteis.
7 Salvia *Cretica* pomifera Cluſii flore albo.
8 —— fruteſcens pomifera, foliis longioribus incanis & criſpis.
9 ——*Samia* fruteſcens, foliis longioribus incanis, non criſpis.
10 ——Verbaſci folio.
11 ——*Orient.* foliis ſubrotundis, acetabulis Moluccæ.
12 ——fruteſcens, foliis circinatis, acetabulis Moluccæ. *Salvia Syriaciſti fœminæ foliis, acetabulis Moluccæ.* Breyn. Cent.
13 ——*Orient.* foliis ſubrotundis, *flore* minore purpuraſcente.
14 ——foliis alatis amplioribus, non crenatis, odore Mari.
15 ——foliis alatis minoribus & crenatis, odore Mari.
16 ——foliis alatis, majoribus & ſerratis.
17 ——foliis alatis, obſcurè virentibus, odore Salviæ vulgaris.
18 Sambucus humilis ſive Ebulus, villoſus & caneſcens.
19 Satureia *Cretica* fruteſcens ſpinoſa.
20 Saxifraga *Cretica* annua minima, Hederaceo folio.
21 Scabioſa *Cretica*, capitulo pappos mentiente.
22 ——*Orient.* argentea, foliis inferioribus inciſis.
23 ——hirſuta, tenuiſſimè laciniata, flore parvo candicante.
24 Idem flore parvo purpureo.
25 ——foliis Centaurii majoris glabris & rigidis.
26 Idem ſubhirſutis, flore maximo flaveſcente.
27 ——tenuiſſimè laciniata, flore magno flaveſcente.
28 ——maxima, hirſutiſſima, flore flaveſcente.
29 ——Virgæ paſtoris folio, flore minore albido.
30 Idem, flore maximo.
31 ——Scorzoneræ folio, flore maximo leucophæo.
32 ——villoſa, flore ſuaverubente, fructu pulchro oblongo.
33 ——villoſa, flore albo, fructu pulchro oblongo.
34 Scandix *Orient.* flore maximo.
35 Sclaræa *Orient.* foliis Salviæ, flore partim albo, partim flavo.
36 ——Betonicæ folio acutiſſimo, coma purpuraſcente.
37 ——foliis rotundioribus candidiſſimis.
38 ——incana, foliis quaſi alatis.
39 ——Verbaſci folio, flore partim albo, partim flaveſcente.
40 ——folio ſubrotundo, flore magno, partim albo, partim pupuraſcente.
41 Scorzonera *Cretica* anguſtifolia, ſemine tomentoſo, candidiſſimo.
42 ——*Orient.* anguſtifolia, ſemine longo aſpero.
43 ——*Græca* ſaxatilis, foliis anguſtis, undulatis & tomentoſis.
44 ——ſaxatilis & maritima, foliis variè laciniatis.
45 ——*Orient.* altiſſima foliis laciniatis.
46 ——foliis Calcitrapæ, flore flaveſcente.
47 ——latifolia nervoſa, candidiſſima & tomentoſa.
48 Scrophularia *Cretica* aquatica major villoſa.
49 ——fruteſcens, folio vario craſſiori.
50 ——glauco folio, in amplas lacinias diviſo.
51 ——*Græca* fruteſcens & perennis, Urticæ folio.
52 ——*Epheſia*, Lunariæ folio, *flore* rubro.
53 ——*Orient.* Glaucii & Matricariæ folio.
54 ——minor, Meliſſæ folio.
55 ——foliis cannabinis.
56 ——minima, folio ſubrotundo.
57 ——ampliſſimo folio, caule alato.
58 ——Tiliæ folio.
59 ——Chryſanthemi folio, *flore* minimo atro-purpureo.
60 Idem variegato.
61 Securidaca major, *flore* albo.
62 Sedum *Creticum* ſaxatile latifolium, *flore* purpuraſcente.
63 Idem villoſum.
64 ——*Orient.* teretifolium villoſum.
65 ——minus album, folio acuto lanuginoſo.
66 ——latifolium, *flore* magno, è viridi flaveſcente.
67 ——minus, folio acuto, *flore* albo.
68 ——montanum lignoſum, daſyphyllon.
69 ——ſtellatum annuum, longiore folio.
70 Serpyllum *Orient.* Origani folio, Roſam & Cinnamomum olente.
71 ——folio Pulegii vulgaris.
72 ——folio Pulegii cervini.
73 Sideritis *Cretica* maxima, Ocimaſtri Valentini facie.
74 ——tomentoſa, candidiſſima, flore luteo.
75 ——*Orient.* Phlomidis folio.
76 Sinapi arvenſe præcox *Conſtantinopolitanum*, ſemine nigro, flore albo.
77 Idem, flore purpuraſcente.
78 ——*Græcum* maritimum, tenuiſſimè laciniatum, flore purpuraſcente.
79 ——*Orient.* maximum, Rapi folio.
80 ——altiſſimum, foliis Eryſimi.
81 Sinapiſtrum *Orientale* triphyllum, Ornithopodii ſiliquis.
82 Siſymbrium *Creticum*, Raphani foliis, elegantèr diſſectis.
83 ——*Orient.* Barbareæ facie, Plantaginis folio.
84 Idem, folio rotundo.

85 Sisymbrium *Orient.* aquaticum majus & majori flore, nequaquam amarum.
86 ——— aquat. maj. acre & amarum, foliis subrotundis.
87 Smilax *Orient.* sarmentis aculeatis, excelsas arbores scandentibus foliis non spinosis.
88 Smyrnium *Creticum* Paludapii folio.
89 Solanum *Creticum*, fruteſcens, Chenopodii folio.
90 Sonchus lævis laciniatus, latifolius, flore albo.
91 Sorbus *Orient.* Fraxini folio.
92 ——— fructu magno, compresso & flavescente.
93 Spartium *Orient.* humile, fructu villoso & rostrato.
94 ——— siliquâ compressa, glabra & annulata.
95 Sphondylium *Orient.* maximum.
96 ——— ampliſſimo folio, caule brevi.
97 ——— longiſſimo & anguſtiſſimo folio.
98 ——— anguſtifolium glabrum, Anisum olens.
99 ——— foliis Ammi, perennis.
100 ——— humilius, foliis Abſinthii.
101 ——— Dauci vulgaris folio, Aſphodeli radice.
102 Stachys ſpinoſa *Cretica* flore albo.
103 ——— *Orientalis* altiſſima & fœtidiſſima.
104 Symphytum *Orient.* Echii folio ampliore, longiſſimis villis horrido, flore croceo.
105 ——— Echii folio, flore albo tenuiſſimo.
106 ——— Echii folio minori, flore nunc albo, nunc flaveſcente.
107 ——— Oleæ folio argenteo, flore flaveſcente.
108 ——— Oleæ folio, cinereo & hirſuto.
109 ——— anguſtifolium, flore cœruleo.
110 ——— *Conſtantinopolitanum*, Borraginis folio & facie, flore albo.
111 ——— folio ſubrotundo aſpero, flore cœruleo.
112 Idem odoratiſſimo.
113 Siſyrhynchium *Creticum* montanum anguſtiſſimo folio.
1 Tamariſcus *Orientalis*, foliis planis, flore purpureo.
2 ——— *Narbonenſis*, flore albo.
3 Tamnus *Cretica* trifido folio.
4 Tanacetum *Orientale* minus.
5 Telephoides *Cretica* humi fuſa, flore albo.
6 Teucrium *Orientale* latifolium, laciniatum, flore parvo.
7 ——— anguſtifolium, laciniatum, flore magno ſuaverubente.
8 Idem flore magno ſubcœruleo.
9 Thalictrum *Orientale* minimum, Fumariæ folio.
10 Thapſia *Orient.* aquatica, Angelicæ folio.
11 ——— *Cretica*, Thalictri folio, villoſa, ſeminum alis purpuro-violaceis.
12 Thlaſpi *Orient.* ſaxatile, flore rubente, Oleæ folio.
13 ——— *Orient.* ſaxatile, flore rubente, foliis Polygalæ, petalis florum æqualibus.
14 ——— tenuifolium caneſcens, flore albo.
15 ——— glabrum, Samoli folio.
16 ——— folio Cynocrambes, flore minimo.
17 ——— fruticoſum, Scammonii Monſpelienſis folio.
18 Thlaſpidium *Apulum*, incanum, floribus ex albo purpuraſcentibus.
19 Thymelæa *Cretica* Oleæ folio, ſubtus villoſo. *An laurus ſylveſtris Cretica*, Alp?
20 ——— Oleæ folio utrinque glabro. *An Chamædaphnoides Cretica*, i. e. *Laureola Cretica humilis*, Alp.
21 ——— *ſeu* Tarton-raire Lini *foliis* argenteis.
22 ——— *Pontica*, Citrei foliis.
23 ——— *Orient.* minima, Laureolæ folio, floribus glomeratis albis.
24 ——— Buxi folio, ſubtus villoſo, *flore* albo.
25 ——— Salicis folio, flore albo odoratiſſimo.
26 Thymus capitatus, qui *Dioſcoridis* flore cœruleo *Bellon. Obſ. l.* 1. *c.* 2.
27 Idem, flore niveo, *Ejuſd. ibid.*
28 Idem, flore ſuave-rubente.
29 ——— *Orient.* capitulis & foliis longioribus.
30 ——— *Orient.* Majoranæ folio.
31 Tithymalus *Creticus*, characias, anguſtifol. villoſus, incanus.
32 ——— ſupinus, Herniariæ foliis.
33 ——— *Græc.* Amygdali folio acutiſſimo & glauco, caule purpureo.
34 ——— annuus, Valerianæ rubræ foliis.
35 ——— helioſcopius maximus, foliis eleganter crenatis.
36 ——— *Orientalis* paluſtris, tuberoſa radice, Lathyridis facie.
37 ——— latiſſimo folio, villoſus, flore aureo, ſegmentis rotundioribus.
38 ——— latiſſimo folio, villoſus, flore lunato.
39 ——— minimus, Nummulariæ fol.
40 ——— Anacampſerotis folio, flore magno criſtato.
41 ——— Anacampſerotis foli, tenuiſſimè ſerrato, flore minori, non criſtato.
42 ——— latiſſimo folio, glauco & glabro.
43 ——— patulus & humilior, Salicis folio villoſo.
44 ——— Salicis folio, caule purpureo, flore magno.
45 ——— Linariæ folio humillimus.
46 ——— longiſſimo & anguſtiſſimo folio.
47 ——— cypariſſias, patulus, foliis ſuperioribus haſtatis, flore minimo.
48 ——— Salicis folio minor & glaber, fructu verrucoſo.
49 ——— Lini folio acutiſſimo.
50 ——— arboreus humilior & patulus latiore folio.
anguſtiore folio.
51 Tragacantha *Cretica*, incana, flore parvo, purpureis lineis ſtriato. *An Poterium tertium, denſius ramificatum*, Alpin. ? Exot. 50.
52 ——— foliis minimis incanis, flore majore albo. *An Tragacantha altera* Alpin. Exot. 54?
53 Traga-

53 Tragacantha *Orientalis* humillima, flore magno albo.
54 —— humillima argentea, Barbæ Jovis folio.
55 —— humillima foliis anguſtiſſimis argenteis.
56 —— humillima ſe ſpargens, floribus ſpicatis.
57 —— humillima incana, flore purpuraſcente.
58 —— humillima foliis Viciæ, Coſtæ purpureæ innaſcentibus.
59 —— erectior, foliis Viciæ glabris, & ramis tomentoſis.
60 —— humilis, candidiſſima & tomentoſa, floribus in foliorum alis in capitulum denſum naſcentibus.
61 —— humilis floribus luteis, densè congeſtis in foliorum alis.
62 —— floribus luteis, in capitulum longo pediculo donatum congeſtis.
63 —— veſicaria, floribus purpureis, in capitulum longo pediculo donatum congeſtis.
64 —— latifolia, flore purpureo magno.
65 —— foliis anguſtiſſimis, flore purpuraſcente.
66 —— foliis Oleæ humillima, floribus in capitulum congeſtis.
67 —— foliis Oleæ incanis & tomentoſis, caule ab imo ad ſummum florido.
68 —— foliis incanis, caule & ramulis tomentoſis.
69 Tragopogon *Orient.* anguſtifolium, flore maximo luteo.
70 Tragoſelinum *Creticum*, radice Napiformi.
71 —— minus ſaxatile fœtidiſſimum, Apii folio.
72 —— *Orient.* laciniatum, umbella purpuraſcente.
73 —— laciniatum, umbella alba.
74 Trifolium *Creticum* bituminoſo ſimile, planè inodorum, flore ſubcœruleo.
75 —— bituminoſo ſimile, planè inodorum, flore purpureo.
76 Idem, flore albo.
77 —— elegantiſſimum, magno flore.
78 —— ſpicæ trifoliæ ſimile, fructu in calyce recondito.
79 —— ampliſſimo folio ſubrotundo villoſo, flore purpuraſcente.
80 —— *Orientale* altiſſimum, caule fiſtuloſo, flore albo.
81 —— caneſcens, capitulo oblongo, ſordidè albo.
82 —— foliis oblongis, flore albo.
83 —— majus, villoſiſſimum, floribus flaveſcentibus.
84 —— capite lanuginoſo.
85 Turritis annua verna, flore albo.
86 —— *Cretica*, Bellidis foliis villoſis.
87 —— *Orientalis*, foliis Cichoraceis dentatis, flore luteo magno.

1 Valeriana *Orientalis*, Alliariæ folio, flore albo.
2 Valeriana *Orientalis*, Siſymbrii Matthioli folio.
3 Valeriana *Orientalis*, minima, flore leucophæo.
4 —— anguſtifolia, floribus & radice Valerianæ hortenſis.
5 Valerianella *Cretica*, fructu veſicario.
6 Valerianella *Orientalis*, fructu parvo corniculato.
7 Verbaſcum *Græcum* fruticoſum, folio ſinuato candidiſſimo.
8 Verbaſcum *Orientale*, candidiſſimum, undulatum, criſpum, ac veluti verrucoſum.
9 Verbaſcum *Orientale*, maximum candidiſſimum, ramis candelabrum æmulantibus.
10 —— Conyzæ folio, flore micante, è ferrugineo ad aureum colorem vergente.
11 —— Betonicæ folio, flore magno.
12 —— anguſto & oblongo folio.
13 —— foliis ſubrotundis candidiſſimis.
14 —— Sophiæ folio.
15 Veronica *Chia*, Cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico vireſcente.
16 —— *Conſtantinopolitana* incana, Chamædryos folio.
17 —— *Orient.* foliis Hederæ terreſtris, flore magno.
18 —— erecta, Gentianellæ foliis.
19 —— elatior, Gentianellæ foliis, flore majore albido.
20 —— Ocimi folio, flore minimo.
21 —— minima, foliis laciniatis.
22 —— Polygalæ folio.
23 —— Telephii folio.
24 Veſicaria *Orient.* foliis dentatis.
25 Vicia *Cretica* multiflora, latifolia, flore intensè purpureo.
26 —— verna, villoſiſſima & incana, flore parvo ſpicato, ex purpura ad ianthinum vergente.
27 —— multiflora ſpicata, floribus albidis, calyce purpureo.
28 —— *Orient.* multiflora argentea, flore variegato.
29 —— multiflora incana, anguſtiſſimo folio.
30 —— flore maximo palleſcente, maculâ lutea notato.
31 Viola *Cretica* ſaxatilis lutea odoratiſſima, Leucoii foliis.
32 —— *Orient.* montana, grandiflora, violacei coloris.
33 —— minima, Ocimi folio.
34 —— bicolor, arvenſis longifolia, flore minimo.
35 Vitis uvâ peramplâ, acinis nigricantibus turbinatis.

36 Vitis uvâ peramplâ, acinis oblongis, nonnihil aduncis Αἰπυχλ, i. e. *Unguis Aquilæ Græcorum recentiorum.*

37 Vitis uvâ peramplâ, acinis maximis globosis, è viridi albicantibus. Βόμαξ, id est, *Oculus bovis Græcorum recentiorum.*

38 ——Idæa *Orient.* maxima, Cerasi folio, flore variegato. Ἀγκοσάφυλος *Galeni.* lib. 6. De Compositi. Medicamentorum.

29 Urtica urens, pilulas ferens 13. Dioscoridis, semine Lini, caulibus & globulis rubris. *Varietas vulg.*

40 Vulneraria *Cretica*, flore parvo vario.

Plantarum Tournefortiarum Finis.

PLANTÆ

Plantæ à D. *Gulielmo Dampier in Braſilia, Nova Hollandia, Timor & Nova Guinea, obſervatæ & collectæ.*

Braſilianæ.

1. *Flos Cotoniferus,* E plurimis filamentis conſtat, pilorum ferè tenuitate, 4 uncias longis, colore purpuraſcente, apicibus cinereis capitatis. Flavis pediculus ad exortum quinque anguſtis rigidis foliis, ſex circiter uncias longis cingitur.

2. *Jaſminum Braſilianum luteum, mali Limoniæ folio nervoſo, petalis craſſis.*

3. *Criſta Pavonis* Braſiliana *Bardanæ foliis.* Folia valde tenera ſunt, Bardanæ majoris ſummis foliis ſimilia quoad formam & texturam.

4. *Filix* Braſiliana *Oſmundæ minori ſerrato folio.* Filix hæc ex earum genere eſt quæ vaſcula ſeminalia in lineis foliorum margines ambientibus proferunt.

Novæ Hollandiæ.

1. *Rapuntium* Novæ Hollandiæ, *flore magno coccineo.* Perianthium è 5 longis acuminatis partibus componitur. Vaſculi ſeminalis forma, ſeminum parvitas, Floris figura irregularis, & foliorum tenuitas hanc plantam Rapuntium eſſe arguunt.

2. *Fucus foliis capillaceis breviſſimis, veſiculis minimis donatis.* Fucus hic elegans ex Ericæ marinæ ſeu *Sargazo* genere eſt, verùm partium minorum & tenuiorum.

3. *Ricinoides* Novæ Hollandiæ *anguloſo craſſo folio.* Hæc planta fruticoſa eſt, foliis craſſis tomentoſis, latere præſertim inferiore. Fructus tricoccus, exteriùs incanus, calice in 5 partes diviſo. Ad Ricinum fructu parvo, fruticoſum folio Phylli *P. B. P.* accedit.

4. *Solanum ſpinoſum* N^væ Hollandiæ, *foliis Phylli ſubrotundis.* Florem profert cœruleſcentem, aliorum congenerum ſimilem. Folia colore ſunt albicante, craſſa & utrinque lanuginoſa, unciam propemodum longa, & tantundem ferè lata. Spinæ acutiſſimæ ſunt & creberrimæ, Aurantii colore intenſo, præſertim prope cuſpides.

5. *Scabioſa* Novæ Hollandia, *Statices foliis, ſubtus argenteis.* Flos pediculo inſidet 4 uncias longo, calice hirſuto coloris luteſcentis incluſo. Folia unciam longitudine non excedunt, perangusta velut Statices aut Caryophylli marini, ſupernæ viridia, ſubtus incana, agminatim naſcentia.

6. *Alcea* Novæ Hollandia, *foliis anguſtis, utrinque villoſis.* Folia caulis & Perianthii latus inferius tomentoſa: Petala valde tenera ſunt, 5 numero, calicis ſegmentis vix æqualia. Piſtillus in medio crebris filamentis cum ſuis apicibus obſitus hanc plantam Malvæ ſpeciem eſſe arguunt.

7. *Frutex incerti generis* ex nova Hollandia, *foliis in extremo crenatis* ſeu *bifidis.* Florem habet pulcherrimum, colore rubrum, quantum ex ſicco conjicere licet, 10 petalis amplis utrinque hirſutis conſtans. Flos medius ſeu Floris umbilicus crebris filamentis ſeu ſtaminibus denſè conſitus, petalorum longitudine, unoquoque apice ſuo coronato. Calix in 5 rotunda ſegmenta dividitur. Folia Amelanchier *Lobelii* ſimilia, ſupernè viridia, ſubtus, valde tomentoſa, non in acumen deſinentia, ſed ad extremum crenâ inciſa.

8. *Dammara ex* Nova Hollandia, *Sanamundæ ſecundæ Cluſ. foliis.* Novum hoc Genus ab *Amboyna* à D. *Rumphio* primùm miſſum eſt, *Dammaræ* nomine. Duas autem ſpecies tranſmiſit, unam anguſtis oblongis rigidis foliis; alteram brevioribus & latioribus. Harum prima à D. *Petiver* memoratur, Cent. 350. nomine Arboris hortenſis Javanorum, foliis Viſci anguſtioribus, aromaticis, floribus ſpicatis ſtamineis, luteſcentibus *Muſ. Pet.* Hæc planta ejuſdem cum Dammaris Rumphianis Generis eſt, tum Flore, tum Fructu conveniens, quamvis foliis plurimùm differat. Flores ſtaminei ſunt, & herbacei coloris eſſe videntur, inter folia naſcentes, quæ brevia, & propemodum rotunda, rigida admodum & ſubtus nervoſa, ſupina ſuperficie obſcurè viridia, pronâ pallidiora, per paria oppoſita, denſè ſita, alterno ordine, velut cruciatim, ut caulem penitus contegant. Fructus grani Piperis magnitudine eſt, propemodum rotundus, coloris albicantis, ſiccus & lentus, cum foramine in ſummo, ſemina minuta continens. Siquis plantam hanc ſeminalibus vaſculis viduam videret, proculdubio pro Ericæ aut Sanamundæ ſpecie eam haberet.

9. *Equiſetum* Novæ Hollandiæ *fruteſcens foliis longiſſimis.* An vera & genuina Equiſeti ſpecies ſit hæc planta dubito, verum quia folia pyxidatim articulata ſunt Equiſetorum inſtar ad hoc Genus eam retuli.

10. *Colutea* Novæ Hollandiæ floribus amplis coccineis, umbellatim diſpoſitis, maculâ purpureâ notatis. Folia ſpecimini noſtro deſunt, unde ad quod Genus proprie pertineat non facilè eſt determinare. Flores Coluteæ Barbæ Jovis folio, flore coccineo *Breynii* perſimiles ſunt, ejuſdem coloris coccinei, cum macula ampla intensè purpurea in vexillo, ſed multò majores, omnes ab eodem puncto provenientes umbellæ in modum. Siliquæ rudimentum valde lanuginoſum eſt, & in filamentum duas uncias longum terminatur.

11. *Conyza* Novæ Hollandiæ *anguſtis Roſmarini foliis.* Hæc planta valde ramoſa eſt, & lignea eſſe videtur. Flores perbrevibus pediculis inſiſtunt, è foliorum ſinubus ortis. Folia autem Roriſmarini exactè ſimilia ſunt, duntaxat minora.

Timor.

Moholi inſulæ Timor. Hæc planta ſingularis eſt & ſui generis, cum nulla hactenus deſcriptorum conveniens. Folium ſubrotundum eſt, ſupernè viride, ſubtus albicans, fibris aliquot ab inſertione pediculi ad circumferentiam decurrentibus donatum, Cotyledonis aquaticæ aut Fabæ Ægyptiæ in modum umbilicatum eſt. Flores albi, ſingulis pediculis inſidentes ſinguli, Stramonii æmuli, verùm in 4 tantum angulos diviſi, ut & perianthium.

Novæ Guineæ.

1. *Fucus* ex nova Guinea, *Uva marina dictus, foliis variis.* Pulcherrimus hic fucus foliorum agminulis perexiguis brevibus dense obſitus eſt: quæ microſcopii ope rotunda eſſe videntur & articulata, ac ſi vaſcula ſeminalia eſſent. Præter hæc alia habentur folia latiora ad ramulorum præcipuè extremitates, marginibus ſerratis. Veſiculæ rotundæ ſunt.

2. *Fucus* ex nova Guinea *Fluviatilis Piſanæ* J. B. *foliis.* A præcedente fortè diverſus non eſt.

Plantæ Spitzbergenſes à Frederico Martens Hamburgenſi in Itinerario ſuo obſervatæ delineatæ & deſcriptæ.

1. *Aloefolia florum capitulis rotundis.*

Herbula eſt elegans, foliis craſſis, aculeatis, triſte-viridibus, Aloes ſimilibus. *Caulem* emittit nudum, fuſcum, dimidium digitum longum, cui inſidet *capitulum* unum vel alterum, rotundum, è quo dependent Floſculi plures, nudo oculo vix diſcernendi, arctè ſtipati, & in capitula congeſti, coloris carnei.

In aqua fluente retro Coquinariam Harlemenſem copiosè creſcentem obſervavit Autor.

2. *Sedum* minus dentatum, capitulis ſquamoſis.

Folia huic dentata ſunt, Bellidis noſtræ minoris ſimillima, niſi quòd craſſiora & ſucculentiora ſint Sedi ad inſtar. *Folia* in orbem circa radicis caput exeunt, è quorum medio exſurgit *Caulis* tenuis, digiti minimi longitudine, teres, hirſutus, & plerunque nudus, niſi quod ad ramulorum exitum folium parvum hæreat. *Flores* in capitulis ſquamoſis, Stœchados ſimilibus oriuntur, pentapetali petalis acutis, colore fuſco. *Radix* craſſiuſcula, recta, plurimis craſſis & tenacibus fibris cincta.

Hanc herbam in ſinu Danico invenit, Julii 18.

3, 4, 5, 6.
Ranunculi *Spitzbergenſes.*

Horum quatuor ſpecies obſervavit Autor noſter. Prima & quarta ſibi mutuo ſimillimæ erant quoad folia, quæ utrique duûm generum erant; inferiora latiora minuſque incila, ſuperiora minora & profundiùs diſſecta. In hoc tamen differunt, quòd Prima humilior ſit, & ex eadem radice plura emittat folia: Quarta unicum habeat caulem oblongum, foliis alternis cinctum. Flores lutei ſunt, pentapetali, petalis ad exortum anguſtis, ad extremum latioribus, calix pariter quinquefariam diviſus. Primæ ſpeciei flos hexapetalos eſt. *Vereor nè erraverit hîc* D. Martens. Radices etiam differunt, Prioris enim tenuibus fibris conſtant; Quartæ

Quartæ craſſiores & longiores ſunt. Prior commanducata Perſicariæ inſtar linguam adurit: poſterioris autem folia guſtata linguam non vellicant. Utramque ut & ſecundam in portu Danico invenit copioſas, Julio menſe florentes.

Secunda ſpecies à præcedentibus duabus *Folia* habet nonnihil diverſa. Quamvis enim infima cum Primæ imis conveniant, minora tamen ſunt; ſuperiora & quæ poſt prima exeunt minora ſunt, & duobus in locis altiùs inciſa, ut anterius ſeu extimum ſegmentum linguæ non valde deſſimile ſit, ſegmenta autem lateralia parùm dentata. Hujus etiam plantæ folia non ſecus ac præcedentium duarum inter ſe differunt; quòd ſuperiora & floribus proxima parva ſint, & duabus inciſuris profundiùs ſecta. *Flos* parvus eſt & hexapetalos, Linguam adurit. Vaſculum ſeminale priori ſimile ſed minus. *Radix* primæ ſimilis ſed fibroſior. Vagina quædam caulem includit, ut in quarta.

Tertia adhuc minor eſt, foliis copioſioribus ſed minoribus, non adeò profundè in 4 partes inciſis ad modum ſecundæ. In hac etiam non obſervavi ejuſmodi differentiam inter folia infima & flori propiora. Flos pentapetalos eſt, colore albo. Radix fibris tenuibus conſtat. Folia craſſa, ſucculenta linguam maſticata adurunt.

In portu Meridionali Julii 16^to. invenit Autor.

Aliam eodem in loco invenit plantulam, præcedentibus valde ſimilem, flores duntaxat purpurei erant, & folia minùs ſucculenta.

7. *Cochlearia Spitzbergenſis.*

Non videtur differre à Cochlearia Britannica.

8. *Sedum minimum vermiculatum purpureum Spitzbergenſe.*

Parum differt à Sedo noſtro minimo vermiculato præterquam floris colore, qui huic purpureus eſt.

9. Biſtorta minor *Spitzbergenſis.*

Folia infirma hujus plantæ, vix tamen ungue latiora, quæ in caule ſingulatim naſcuntur, (non tamen plura tribus præter infimum) quo Flori propiora eò minora: interiùs tubercula habent ſeu maculas, foliorum punctis in quæ venæ aut nervi terminantur reſpondentes. Folia non exactè plana ſunt, ſed ad margines nonnihil rugoſa. E radice plerumque ſinguli, interdum bini caules egerminant, ſecundarius tamen primario ſemper brevior eſt. *Flores* in ſpicam denſam conferti naſcuntur, parvi, colore carneo. Radix plantæ genus manifeſtat, contorta enim in terra jacet, éſtque digiti minimi craſſitudine, fibris tenuibus donata, colore foris fuſco, intus carneo, guſtu adſtringente.

10. *Auriculæ muris affinis herba Spitzbergenſis.*

Folia emittit ex adverſo in caule bina, per margines æqualia, Myoſotidis ad inſtar hirſuta. Caules cum primò exeunt læves ſunt, poſtea hirſuti evadunt, ad imum ſubrotundi. Supremo cauliculo Flos innaſcitur albus, perianthio cinctus. Petalorum numerum non obſervavit.

In portu Meridionali collegit.

11. *Vincæ pervincæ ſimilis herba Spitzbergenſis.*

Humi repit, & *folia* producit per paria, ſubrotunda in caulibus reptatricibus. Folia Vincæ pervincæ ſimilia ſunt, ſed paulo rotundiora, majora, antrorſum flexa. Caules nodoſi & lignoſi. Flos primo folii inſtar convolutus apparet & inter folia è caule exit. Floribus nondum explicatis eorum figuram & colorem obſervare non potuit Auctor noſter. *Radix* longa erat, tenuis, teres, lignoſa, fibris ad imum tenuibus ramoſis donata.

19 Junii, & Julii 17° in coquinaria Harlemenſi in ſinu Meridionali invenit.

12. *Fragariæ affinis Spitzbergenſis.*

Foliis tripartito diviſis, ut & caule Fragariam imitatur. *Flos* pentapetalos, Fragariæ ſimilis. *Caules* teretes ſunt & hirſuti, ut & Folia. In caule folia bina adverſa cernuntur, figura & magnitudine differentia, alterum enim manum expanſam figurâ ſua refert, alterum digitum. Flos luteus eſt petalis ſubrotundis. *Radix* craſſiuſcula, lignoſa, fibris paucis donata, ad ſummum nonnihil ſquamoſa, guſtu adſtringente Tormentillæ.

Fragariæ ſterili ſeu minimè veſcæ ſimilis eſt, ſed foliis altiùs inciſis & flore luteo.

13. *Fucus* maximus linguæformis rupibus innaſcens, *Spitzbergenſis.*

Hujus plantæ folia linguæ humanæ figurâ ſuâ perſimilia ſunt, utroque latere criſpa, anteriore autem parte plana & æqualia, medium percurrrentibus duobus ſtylis ſeu nervis nigris ad pediculum uſque, extra quos multæ apparent maculæ nigræ, interius utrinque rugulæ ad mediam folii coſtam: media parte læve eſt ad pediculum. Ab initio folii ad medium fere lineæ duæ albæ extenduntur, extrorſum incurvatæ ſeu arcuatæ, quarum extrema ſi concurrerent figuram ovalem efficerent.

Folium ſex plus pedes longum eſt, & flavicans. Caulis adhuc longior, teres, lævis flavicantis glutini coloris, ad radicem craſſior quàm ad folium, Mitylos olet. Radix aliorum Fucorum majorum ſimilis. Aliquot orgyis infra ſummas aquas oritur.

Caſpari Commelini *Plantarum variorum & exoticarum, in præludiis Botanicis recenſitarum Deſcriptiones.*

1. Geranium *Africanum* arboreſcens, *Alchimillæ* hirſuto folio, floribus rubicundis.

Radice ſuſtentatur lignoſa, craſſa & fibroſa: E qua *caulis* erigitur rotundus, hirſutus, viridis, & lineis albicantibus notatus; qui 3, 4ve pedes altus, ſtatim ab ipſa radice in varios niſi abſcindantur (ut ex abſciſſorum ramulorum veſtigiis patet) divaricatur ramulos; quibus ut & ipſi cauli adnaſcuntur, è pediculo 6, 7ve uncias longo, rotundo & piloſo *folia* ferè rotunda, nervoſa & crenata, quæ odorem ſpirant non ingratum, & media ſui parte nonnihil maculantur; circa ramulorum faſtigium pediculi oriuntur, 7 uncias longi, qui in alios minores rubentes & umbellatim poſitos terminantur: hi in perianthio quinquifido *flores* gerunt amplos, pentapetalos, & ex incarnato rubentes, quorum duo ſuperiora ſtriis ſanguineis notata elevantur, tria autem reliqua deprimuntur. *Fructus* florem ſequitur pentacoccos, qui in mucronem exit, inſtar Ciconiæ roſtri, longiſſimum. Tota æſtate *floret*, & circa Autumnum *ſemina* perficit.

In regione *Attaquæ* circa Promontorium Bonæ Spei oritur.

2. Geranium *Africanum*, foliis inferioribus Aſari, ſuperioribus Staphidis agriæ, maculatis & ſplendentibus, Acetoſæ ſapore.

Radices huic plantæ ſunt albicantes & fibroſæ: *Caulis* rotundus, fuſcus & vix unciam altus ſtatim in 3, 4ve dividitur ramulos ſarmentoſos, qui rotundi, primò virides, dein rubentes, tandem cùm adultiores fuſci evadunt. His longo intervallo in pediculis rotundis, 3, 4ve uncias longis *folia* adhærent umbilicata, craſſa & ſucculenta, quæ cum ſplendore media ſui parte nonnihil maculantur. Horum inferiora rotunda ſunt inſtar foliorum Aſari, ſuperiora in lacinias dividuntur Staphidis agriæ foliis æmula, & Acetoſæ ſapore prædita ad unum ſunt omnia. Ramulorum ſummitates in pediculo 6 unciis nonnunquam longiore *flores* umbellatim poſitos ſuſtinent, in calice amplos, pentapetalos, ex incarnato rubentes, quorum duo ſuperiora lata inſtar galeæ eriguntur, ſuperiùs nonnihil excavata, cordis quaſi figuram repræſentant, ſtriiſque ſanguineis inſigniuntur, tria reliqua labii inſtar dependent. Floribus evanidis *Fructus* apparet more congenerum mucronatus, pentacoccus. Omni anni tempore flores & ſemina perficit.

Locus Regio *Heycoon* ad Promontorium *Bonæ Spei*.

3. Geranium *Africanum* Aſtragali folio.

Radicem habet pollicem craſſam & ſubluteam, quæ rectà in terram deſcendit, paucas fibras emittens. Ex his ipſo vere *folia* aliquot exeunt conjugata, cinericea & hirſuta: Hæc folia ex diverſis foliolis, ſexdecim aliquando uni coſtæ claudente, conſtant. Ex ipſa radice æſtatis medio, in pediculo longiore *flores* producuntur, umbellatim poſiti, pentapetali, ex albo rubentes, quæ omnia ſtriis rubentibus inſigniter notantur. Semina matura non produxit in Horto *Amſtelod.* quia circa Autumni initium ſenſim folia & flores marceſcunt.

4. Geranium *Africanum* fruteſcens, folio craſſo & glauco, Acetoſæ ſapore.

Radix hujus plantæ longa, fibroſa & lutea, calami ſcriptorii craſſitiem habet, è qua *Caulis* erigitur rotundus, qui junior viridis, tandem fuſcus evadit: hic ſtatim in ramulos divaricatur rotundos & virides; quibus *Folia* pediculo ſuffulta unciali adſtant, craſſa, ſubrotunda, glauca, & in ambitu crenata. Circa foliorum pediculi initium duo apparent plerumque foliola, ejuſdem formæ & texturæ. Ramulorum ſummitates æſtatis medio terminantur in *flores* umbelliferarum modo locatos, qui pentapetali ex albo rubent, quorum petala anguſta & oblonga ſunt; ſuperiora duo elevata duabus lineis ſanguineis circa baſin notantur, tria alia immaculata dependent. Florem marcidum *Fructus*, ut in aliis Geranii ſpeciebus, ſequitur pentacoccus & mucronatus. Folia Acetoſæ ſapore ſunt prædita omnia. Avulſis ramulis & ſeminibus facilè propagatur.

5. Tithymalus Aizoides, triangularis & quadrangularis, articuloſus & ſpinoſus, ramis compreſſis. Euphorbium triangulare, ramis planis compreſſis, Opuntiæ facie, & Euphorbio ſimilis, Sadricalli Indorum *Breyn. Prod.* 2. Rangiferi cornua repræſentans planta *Zeylanica*. Sandri-Calli *Zeylannſium P. B. P.*

Radicem habet craſſam, in fibras terminatam albicantes. *Caulis* nunc ſimplex, nunc geminus aut multiplex aſſurgit, articuloſus, triangularis & aliquando quadrangularis, tandem ubi adultior anguli evaneſcunt, caulis rotundus evadit & ex fuſco albeſcit. Caulis in varios dirimitur ramulos, omni folio deſtitutos, ſed triangulares aut quadrangulares: hi ramuli ex ipſius caulis internodiis oriuntur. Omnes tum caulis, tum ramulorum anguli è ſingulis tuberculis, quæ multa poſſident, ſpinas emittunt duas rigidas, acutas, ſed parvas, quæ à ſe invicem decedunt. Planta hæc $4\frac{1}{2}$ pedum altitudinem ſuperat, & tota viridis eſt, & quæcunque pars læſa lac effundit copioſum.

Ex avulſo ramulo, ut omnes plantæ aizoides, facilè multiplicatur.

6. Ti-

6. Tithymalus Aizoides arboreſcens ſpinoſus, caudice angulari, *Nerii* folio.

Radix hujus plantæ craſſa, fibras hinc inde emittit copioſas; ſtipitem autem producit craſſum, primò viridem, mox griſeum, ſemper anguloſum, niſi planta fuerit ſatis annoſa, tunc pars inferior ſtipitis, ſed vix ad 3um 4ve unciarum altitudinem angulis ſuis orbatur, & nonnihil rotunda evadit. Ex hoc ſtipite ramuli producuntur, ejuſdem cum ſtipite figuræ. In ipſis ſtipitis & ramulorum angulis tubercula apparent multa, quæ ab inferiore parte ſpinis geminis acutis, rigidis, fuſcis & à ſe invicem decedentibus armantur, & è medio folia producunt oblonga, ſubrotunda & ſucculenta, inſtar foliorum *Ela-calli*, à quo nullâ aliâ nota diſtinguitur quàm quod ejus ſtipes & ramuli anguloſi ſunt, *Ela-calli* rotundi; cætera, ut Folia, ſpinæ, ſtipitis craſſities, ſuccus lacteus ex quavis læſione profluens, propagandi modus, & quòd frigoris ſit impatientiſſimus, conveniunt omina.

7. Tithymalus Aizoides *Africanus* ſimplici ſquamato caule.

Radix hujus plantæ alba & craſſa fibras aliquot emittit albicantes, *Caulis* ex ipſa radice exit unicus, ſeſquipedem altus, rotundus, viridis & ſquamoſus, qui inferiùs vix unciæ, ſuperiùs 5 unciarum craſſitiem ſuperat. Circa caulis ſummitatem ramuli naſcuntur, ex baſi anguſta in mucronem anguſtiorem exeuntes, & ut caulis ſquamoſi. Singulis ſquamis cùm juniores ſunt, *folia* innaſcuntur parva & anguſta, in caulis ramulorúmque ſummitate quocunque anno tempore pediculi oriuntur, mediam unciam longi, rotundi & craſſi, quorum quiſque *florem* gerit unicum, monopetalum, in 5 profundas lacinias diviſum, ut pentapetalus appareat; Hæc itaque petala in 3, 4ve alias lacinias dividuntur. Florem *fructus* ſequitur trigonus & viridis, qui tribus ſulcis totidem intus contineri cavitates ſingulas, *ſemen* unicum occultantes, quaſi oſtendit. Seminibus maturis & avulſis ramulis facilè multiplicari poteſt, quum ut cæteræ Tithymalorum ſpecies aizoides, ramuli hujus plantæ facilè agant radices, ſi ſaltem ſtatim poſt avulſionem lactis effuſio, quæ ſatis copioſa alioquin accidit, impediatur.

8. Tithymalus Aizoides *Africanus*, ſimplici ſquamato caule *Chamænerii* folio.

Radix hujus craſſa undique fibras copiosè emittit, quæ *caulem* circa baſin, vix unciam cum media craſſum, ſed ſuperiùs ſex unciarum craſſitiem ſuperantem producit, nunc læta, nunc triſtiori viriditate præditum, & quacunque parte vulneratur lac fundentem copioſum. Hic autem è diverſis ſquamis nonnihil eminentibus versùs ſuperiora totus conſtare videtur, quæ eminentiæ nihil aliud ſunt quàm relictæ excreſcentiæ, quibus totidem annexa antea fuerant folia, quæ ſemper circa ſummitatem apparent: anguſta ſunt & 5 uncias longa, unicum per longitudinem excurrentem poſſident nervum. *Semina* è quibus enata eſt hæc planta more congenerum tria in totidem diſtinctis cavitatibus naſcuntur.

In ſolo natali *locis* gaudet uliginoſis & ſalſis, & *Octobri* floret. Flores quod attinet illi virides ſunt.

9. Caacicæ *Marcgravii* ſeu *Peplios* majoris Braſilienſis *Hiſt. noſt.* iconem hîc *vide* Fig. 10.

10. Tithymalus Aizoides *Africanus*, validiſſimis ſpinis ex tuberculorum internodiis provenientibus.

Radicem habet fibroſam, ex qua *caulis* erigitur pedem altus, qui primò viridis, deinde cinericeus, tandem fuſcus evadit. Sex unciarum craſſitiem ſuperat & ſulcis, qui margine conſtant tuberculoſa, ab ima ad ſupremam uſque partem quaſi excavatus apparet. Singula autem tubercula, cùm ſunt juniora, quibus hæ lineæ eminentes, & ſulcum à ſulco ſeparantes conſtant, in *folium* aliquod breve, acuminatum, & ab una parte planum, ab altera convexum terminantur. Folia hæc omnia, quæ ſingula ex ſingulis tuberculis prodeunt, tandem cadunt, nunquam reditura: ſed hiſce evanidis ex nonnullis tuberculorum internoadiis ſpinæ exeunt ſutis robuſtæ, ex rubro albicantes, acutiſſimæ; exaliis internodiis ramuli producuntur, ejuſdem cum caule figuræ. Ex quacunque parte læſa lac fundit copioſum. *Flores* hactenus aut *ſemina* produxit nulla [in *Horto Amſtelodamenſi.*]

11. Alaternoides *Africana* Lauri ſerratæ folio. Ricinus Africanus, ſalicis folio flore viridi *cod. Witſiani.*

Plantæ in Horto med. *Amſtelodamenſi* enatæ ex inſigni craſſarum & fibroſarum, longè latéque porrectarum *radicum* contextu naſcuntur: *caudice* conſtant lignoſo, cortice primum viridi, dein caſtaneo, tandem cinericeo, 4 pedes alto, qui ramulos habet multos, cortice eodem quo caudex indutos. His *folia* adſunt viridia, nonnihil mucronata & circa ambitum crenata, quæ parte ſuperiore ſplendent, inferiore ex albo vireſcunt, & pediculo inſident parvo ac rubicundo.

In codice *Witſiano*, quem ampliſſ. Conſul plantis plurimis *Africanis* ad vivum in *Africa* pictis ornatum poſſidet, exhibetur cum his notis, Quòd gaudeat campis irriguis & rivulorum marginibus; quòd ad 7 pedum altitudinem excreſcat, & Octobri menſe flores virides pentapetaloideos producat.

12. Alater-

12. Alaternoides *Africana*, Chamæmeſpili folio rigidiore & minore, floribus albicantibus.

Radicem habet lignoſam & fuſcam ; *caulem* rotundum, cinericeum 7 pedum interdum altitudine ſuperantem. Hic in ramulos divaricatur primò virides, dein fuſcos. *Folia* abſque pediculis ramulis adnaſcuntur inſtar foliorum Chamæmeſpili, ſed rigidiora & craſſiora, non tamen ſucculenta, quæ parte ſupina vireſcunt, pronæ albicant. *Flores* oriuntur in ramulorum ſummitate in pediculo longiore multi, pentapetaloidei, parvi & albicantes. Florem *Fructus* ſequitur rotundus & cinericeus, qui tribus loculamentis ſemina ſplendentia & nigricantia continet. Flores hyeme & primo vere concipit, & producit copioſos, *ſemina* Junio perficit.

Semina ex *Africa* in *Hollandiam* mittuntur nomine Ricini arboreſcentis, flore albo, folio lucido.

13. Alaternoides *Africana* Roriſmarini latiori & piloſiori folio. An Chamælæa *Africana* tricoccos & tetracoccos, *Taxi* folio, fructu nigro, ſummis ramulis plumulis ſive cæſarie coronato *Pluk. Mantiſſ.* p. 45. *Phyt.* Tab. 342 ?

Radices hujus tenues, lignoſæ & fuſcæ ſunt. *Caulis* rotundus, caſtanei coloris foliorum veſtigia diu reſervat, & duos pedes altus ramulos emittit tenues, quibus *folia* parva, oblonga inſtar Roriſmarini, ſed latiora adſtant, quæ pilis albicantibus & innumeris undique obſita, ſuperiùs vireſcunt, inferiùs nonnihil albicant. Ramulorum ſummitati in orbem quaſi poſiti *flores* apparent, pentapetaloidei & ex albo lutei, quorum apices purpuraſcunt. Florem *Fructus* ſequitur periformis tribus loculamentis tria ſemina & nigricantia & ſplendentia continens. Floret primo vere, & ſemina media æſtate perficit. Locis gaudet apricis in *Africa*, tres pedes alta eſt, & Septembri floret.

14. Aloe *Americana* Yuccæ foliis arboreſcens. *Kiggelarii* Catal. Beaumont.

Stipitem habet hæc *Aloe* ſcabram & fuſcam ; qui ſtatim ac à tellure progreditur ſeſquipedis craſſitiem habet : pars ſtipitis quæ in tellure reconditur fibras emittit plurimas, intus albicantes, extus rubras, & quarum nonnullæ unciæ craſſitiem habent : 2½ pedum craſſitiem ſuperat. *Folia* quæ hujus ſtipitis ſummitati adnaſcuntur, ex anguſtiore baſi in ventrem duarum unciarum excreſcunt, in mucronem terminantur acutum, & duorum pedum longitudinem ſuperant. Tota planta humanæ eſt altitudinis.

15. Aloe *Africana* cauleſcens, foliis glaucis brevioribus caulem amplectentibus, foliorum parte interna & externa nonnihil piloſa.

Ex *radicibus* rotundis, in capillares exeuntibus, planta erigitur vix pedem alta ; quæ *caule* ſuſtentatur rotundo, & pro plantæ altitudine ſatis craſſo. *Folia* huic circumſtant glauca rigida, ſucculenta, 2 uncias lata & 5 longa, quæ in mucronem obtuſum & ſpinoſum terminantur, & ſpinis in utraque margine albicantibus armantur : In horum tum prona tum ſupina parte hinc inde maculæ tandem apparent rotundæ & albicantes, quæ ſenſim eriguntur, & in ſpinas albicantes abeunt.

Fœtet foliorum ſuccus, flaveſcit, & amaricat.

16. Aloe *Africana* cauleſcens, foliis glaucis breviſſimis, foliorum ſummitate interna & externa nonnihil piloſa.

Radicis huic Aloes ſpeciei tenues ſunt ; tota planta medium pedem alta. *Folia* habet plurima, parva, ſucculenta & glauca, quæ vix tres uncias longa, unam lata, dorſi parte ſuprema & utraque margine ſpinis ſemper armantur albicantibus & rigidiſſimis ; pars tamen foliorum interna & externa ſpinas aliquas nonnunquam habent, ſed hæ tamen perpetuò non inveniuntur, niſi planta fuerit annoſior.

Hujus plantæ ſuccus inſipidus eſt & aquoſus.

17. Aloe *Africana* cauleſcens foliis magis glaucis, caulem amplectentibus, & in mucronem obtuſiorem deſinentibus.

Hæc planta *radicem* habet fibroſam, primò albam, dein fuſcam. Hoc tempore ſeſquipedalis eſt altitudinis [in Horto *Amſtel.*] *caulem* habet unciâ craſſiorem, quem *folia* amplectuntur glauca, ſucculenta, oblonga, & in mucronem obtuſum exeuntia, qui æquè ac foliorum latera multis ſpinis parvis albicantibus ſatis rigidis armantur. Foliorum ſuccus amarorem habet ingratum.

Ex ſeminibus à *Promontorio Bonæ Spei* acceptis enata eſt.

18. Aloe *Africana* cauleſcens, foliis minùs glaucis, caulem amplectentibus, dorſi parte ſuprema ſpinoſa.

Radicem longè latéque diffuſam, in capillares exeuntem habet hæc *Aloe*, quæ hoc tempore [in *Hort. Amſtelod.*] tribus pedibus altior, *caule* ſuſtentatur, duas uncias craſſo, qui primò viridis,

viridis, tandem fuscus evadit. Huic *Folia* adnascuntur crassa nonnihil glauca, & in mucronem spinosum & bifidum exeuntia, quæ pedis longitudinem superant, & adulta tellurem versùs reclinantur; circa dorsi partem supremam ut & margines spinæ apparent satis magnæ, sed minùs rigidæ & acutæ. Foliorum hujus, ut & præcedentis initia caulem amplectuntur nonnihil pallescunt, & copiosis venis viridibus in ipsum folium obliterandis notantur.

Succus hujus *Aloes* amarus est ac fœtidus. *Locus* idem qui præcedentis.

19. Aloe *Africana* caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus latioribus & undequaque spinosis.

Radices hujus *Aloes* tenues sunt & copiosæ. Tota planta nunc temporis sesquipedis altitudinem superat [in *Horto Amstelod.*] & *caule* sustentatur rotundo, fusco, & tribus unciis crassiore. Huic *Folia* adnascuntur crassa, glauca & rigidissima, quæ pedis longitudinem, & 4 unciarum latitudinem habent, & in mucronem spinosum exeunt, & ab utraque sui parte & margine spinis armantur rigidissimis & acutissimis.

Hujus plantæ succus flavescit, fœtet, & maximè amaricat.

20. Aloe *Africana* caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus, dorso integro spinoso.

Multiplici & fibrosa *radice* nutritur hæc *Aloe*, pedem alta. Caule sustentatur duabus unciis crassiore, cui Folia adnascuntur pedem longa, $2\frac{1}{2}$ uncias lata, quæ in mucronem terminantur acutum & spinosum, ac in utroque latere & dorso integro spinis armantur multis & rigidissimis. Circa foliorum initium ubi caulem amplectuntur venæ in hac & præcedente apparent, virides, in ipsa folia evanescentes.

Succus hujus plantæ fœtet, amaricat & flavescit.

In quatuor hisce jam descriptis *Aloes* speciebus hoc notandum, quòd si illæ per æstatem in hypocaustis vitreis conserventur, spinas quibus armantur cum viriditate quadam albescere, si verò aeri liberiori exponantur spinas omnes rubras evadere.

21. Aloe *Africana* caulescens, perfoliata, glauca & non spinosa.

Multis iisque fibrosis radicibus alitur hæc planta pedalis, tota glauca, nullisque spinis armata. *Folia* nonnunquam 6 uncias longa, unciam lata, & bina ex adverso posita caulem amplectuntur, atque adeò ut unicum hæc duo duntaxat dicenda sunt folium, quod in duos mucrones exit, & ab ipso caule perforatur. Omnia hæc folia cruciatim posita caulem amplectuntur: in ea parte qua lata sunt, nonnihil excavantur; nervum per longitudinem ductum possident, & circa mucronem plana sunt. Carnosa est planta & insipida, sed non admodum succulenta.

Locus *Promontorium Bonæ Spei.*

22. Aloe *Africana*, glabro folio, minutissimis cavitatibus donato.

Radix parva, fibrosa & albicans *folia* sustentat plurima cruciatim quasi posita, succulenta, viridia, angusta, mucronata, & 4 uncias vix longa. *Folia* hæc undique cavitatibus minutissimis, quasi totidem forent puncta, prædita sunt & notantur. *Flores* hactenus [in *Horto Amstelod.*] nec *semina* produxit ulla.

Succus aqueus est, & nonnihil acidus.

23. Aloe *Africana* humilis, spinis inermibus & verrucis obsita.

Radices hujus *Aloes* fibrosæ sunt & albicant; è quibus *Folia* producuntur multa, 4 uncias longa, succulenta & glauca, quæ ab utraque parte verrucis & spinis inermibus, hoc est vix pungentibus obducuntur, & in mucronem versùs plantæ medium reflexum exeunt. Succus hujus saporem exhibet primo amaricantem, mox dulcem.

24. Aloe *Africana* humilis, arachnoidea.

Radicibus sustentatur fibrosis & albicantibus. *Folia* multa in orbem posita iis innascuntur, $2\frac{1}{2}$ uncias longa; ex basi angustiore in ventrem excrescunt, unciam latum, & in mucronem acutum & diaphanum exeunt; succo insipido plena sunt & viridia; In utraque margine & dorso medio spinis armantur albis & inermibus, h. e. non rigidis sed flexibilibus. Ipsa æstate *scapus* producitur pro planta adultiore plus minúsve longus, vidi enim qui vix pedis, & alios qui $2\frac{1}{2}$ pedum altitudinem superabant. Scapus quò brevior eo etiam est tenuior vel aut crassior, paucioribus vel pluribus ornatur *floseulis* hexapetaloideis & subviridibus, qui intus linea per petalorum longitudinem ducta rubra notantur.

25. Aloe *Africana* humilis, foliis ex albo & viridi variegatis.

Radix hujus plantæ alba, multísque prædita est geniculis, facilè novas plantas producens: Ex his *Folia* producuntur 4 unciis longiora, succulenta, crassa, rigida, & in acumen triangulare exeuntia; ubique hæc folia viridia maculis nunc parvis, nunc magnis & albicantibus notantur;

tur; foliorum margines & dorsum linea albicante & scabra obducuntur. Foliorum succus subdulcis.

Facilè propagatur plantis junioribus, satis frequenter ex ipsa radice continuo pullulantibus.

Semina hujus *Aloes* plana & alata ex *Africa* transmissa sunt.

26. Aloe *Africana* humilis, folio nonnihil reflexo, floribus ex albo & rubro variegatis.

Radicem habet fibrosam, extus fuscam, intus albicantem. *Folia* ex hac in orbem posita producuntur, quæ terram versùs reflectuntur, & venis satis conspicuis per longitudinem ductis gaudent: Crassa sunt, succulenta, utraque margine scabra, & in mucronem exeunt. *Scapus* qui ex plantæ medio prodit autumno, tenuis, duos pedes altus, *flores* gerit monopetalos, in sex lacinias reflexas divisos, & ex albo & rubro variegatos.

Succus hujus *Aloes* aquosus est & insipidus.

27. Aloe *Africana* humilis, folio in summitate triangulari & rigidissimo, marginibus albicantibus.

Folia aliquot in orbem posita *radice* sustentantur albicante & fibrosa; quæ *folia* viridia, rigidissima & crassa sunt, trium unciarum longitudinem, sesqui latitudinem habent, in summitatem mucronatam & triangularem exeunt, & utraque margine albicant. Succus hujus Aloes insipidus est & aquosus.

Hactenus flores nec semina in *Horto Medico* perfecit.

28. Aloe *Africana* erecta, triangularis, & triangulari folio viscoso.

Fibrosæ sunt hujus plantæ *radices* quæ nonnihil rubent. Ex his *folia* producuntur parva triangularia, viridia, viscosa & insipida, quæ in parte supina parùm excavantur, prona eminent, & in mucronem satis rigidum terminantur. Hæc folia ità posita sunt, & alterum ex alterius principio quasi nascitur, ut tota planta quasi triangularis sit, quæ vix 4 unciarum altitudinem habet, & bis Anno 1702. in *Horto Medico* floruit. Scapus, qui florendi tempore è plantæ medio producitur, tenuis est, 14 unciarum altitudinem superat, & cum viriditate rubescit. Circa hujus summitatem ex longo intervallo *Flores* apparent pauci & parvi, qui cum albedine quadam rubescunt, sùntque monopetali & in sex lacinias divisi.

Semina hactenus nulla produxit, sed per plantas juniores ex ipsis radicibus pullulantes propagari potest.

29. Aloe *Africana* erecta rotunda, folio parvo & in aculeum rigidissimum exeunte.

Ex *radicibus* fibrosis, nonnihil rubentibus *Folia* producuntur parva, crassa & viridia, quæ in mucronem acutissimum rigidissimum, & nonnihil rubentem terminantur. Folia hæc confertim admodum nascuntur, & invicem incumbunt, ut Caulis videri possit nullus.

Altitudinem planta hæc 5 unciarum habet. *Flores* aut *semina* produxit nulla, [in *Hort. Amstelod.*]

Succus aquosus est, & insipidus.

30. Aloe *Guineensis* radice geniculata, foliis è viridi & atro undulatim variegatis.

Radice nutritur longa, crassa, multis geniculis næquali, vex infra tellurem transversa seu obliqua hærente, quæ intus alba & subdulcis cortice tegitur flavo & tenui; ipsi radici à parte inferiori adnascuntur fibræ albicantes. *Folia* ex ipsa radice assurgunt primo chartaceorum cucullorum in morem circumvoluta, quæ tandem explicata pedalia & sesquipedalia, tres uncias lata & in mucronem inermem exeunt. Ab utraque parte nunc læta, nunc, atra viriditate pinguntur. Margine circumscribuntur subrubro, & saporem habent salsum.

Flores, quos mense Augusto produxit in *Horto Medico*, scapo sustentabantur bipedali, rotundo & viridi purpurascente, plurimi erant, albicantes, monopetali, tubulosi & in sex profundas & reflexas lacinias divisi. Florum meditullium stamina sex albicantia præter stylum nutritivum occupabant, apicibus transversim incumbentibus prædita; qui ipso Autumno ante seminis perfectionem perierunt omnes.

Propagatur facillimè ex ipsa serpente radice.

Describitur *Hort. Amstel.* rariorum *Part. alt.* cap. 20. sed Flore ex Relatione *Kiggelarii* perperam, quare eam de novo cum Florum exacta descriptione hîc exhibere Autori placuit.

Plantæ

Plantæ rariores

Chinenſes, Madraſpatanæ & Africanæ

A

D. JACOBO PETIVERO

Ad Opus conſummandum collatæ:

Cum Ejuſdem

Catalogo Plantarum in Hortis ſuis ſiccis conſervatarum, quæ vel ineditæ, aut hactenus obſcurè deſcriptæ ſunt:

Adjicitur demum

FARRAGO ipſius Authoris Stirpium Indicarum, & Americanarum incertæ ſedis, &c.

Stirpes Emuyacæ.

1. UM-ki *Chinenſibus*; Frutex Cynosbati fructu alato, tinctorio, barbulis longioribus coronato *Muſ. Pet.* 498. Barbulæ hæ folia calicis ſunt à flore delapſo reſidua. Hujus fructus celebris eſt & in frequenti uſu apud *Chinenſes* ad colorem coccineum ſeu ſcarlatinum tingendum.
2. Styrax liquida folio minore *Muſ. Pet.* 981. Folia Acerna quodammodo æmulantur, ſed ſegmentis ſunt longioribus & acutioribus.
3. Ricinus *Chinenſis* ſebifera, Populi nigræ folio *Muſ. Pet.* 965. *Ejuſd.* Gazophyl. Tab. 34. Fig. 3.
4. Pyracanthæ folio frutex, floribus ſpicatis muſcoſis *Muſ. Pet.* 963.
5. Shew-kow *Chinenſibus*, Arbor folio oblongo, ſerrato, nervoſo *Muſ. Pet.* 978.
6. Periclymeni flore frutex *Emuyacus*, Pervincæ majoris folio *Muſ. Pet.* 951.
7. Pruni ſylveſtris facie frutex *Emuyacus*, ſpinis ferè folioſis *Muſ. Pet.* 962. Spinæ longæ & rectæ ſunt.
8. Lotus arbor *Emuyaca*, Betulæ folio *Muſ. Pet.* 943.
9. La-boe *Chinenſibus*; Arbor flo. luteo, foliis acutis, binis decuſſatis *Muſ. Pet.* 937.
10. Humſhau *Chin.* Arbor flore albo, calice hirſuto *Muſ. Pet.* 931.
11. Frutex *Crocod.* Fagi foliis parvis, venis ſubtus purpureis *Muſ. Pet.* 926.
12. Euomymus *Emuyacus* Pervincæ majoris folio, bacca ſolitaria, vaſculo bipartito vel tripartito incluſa. *Muſ. Pet.* 913.
13. Euonymus *Chinenſis* Glycyrrhizæ folio *Muſ. Pet.* 909.
14. Baccifera *Emuyaca* diſpermos ſcandens, Flammulæ facie *Muſ. Pet.* 880.
15. Arbor *Emuyaca*, flore minimo, ſtamineo albente. Ilicis folio *Muſ. Pet.* 867.
16. Carambu *Emuyaca* Perſicariæ foliis hirſutis *Muſ. Pet.* 888.
17. Samolus *Emuyaca*, Roriſmarini folio *Muſ. Pet.* 972.
18. Hai-hoa *Chinenſibus* flore albo, ſiliquis gummoſis articulatis *Muſ. Pet.* 930.
19. Geniſtæ facie frutex *Emuyacus* floribus barbatis globoſis *Muſ. Pet.* 409.
20. Chriſtophoriana forte *Emuyaca*, ſpinoſa Mori folio molli *Muſ. Pet.* 895.
21. Tamariſci folio arbor *Chinenſis*, è cujus ligno fiunt ſagittæ *Muſ. Pet.* 682. Hoſe Diu *Herbar. noſt. Chinenſ.* pict. Tab. 9. F. 4.

Plantæ Madraſpatanæ.

1. Columettes, Planta *Madraſpatana*, floribus labiatis ad radicem conglomeratis *Muſ. Pet.* 633.
2. Euphraſia *Madraſpatana*, Plantaginis facie *Muſ. Pet.* 399.

3. Heliotropium *Madraſpatanum* Myoſotidis folio *Muſ. Pet.* 776.
4. Alcea *Madraſpatana* major, folio trilobato, calyce plumoſo *Muſ. Pet.* 745.
5. Diſpermos *Madraſpatana* Pneumonanthes folio *Muſ. Pet.* 374.
6. Lycium *Madraſpatanum* Celaſtri folio *Muſ. Pet.* 431.
7. Terebinthus *Madraſpatana* Viſci folio. *Muſ. Pet.* 482.
8. Baccifera *Madraſpatana* parva reniformis, Vincæ pervincæ folio, ſubtus molli *Muſ. Pet.* 362.
9. Acer *Madraſpat.* Celaſtri folio, alis ſeminiferis ſimplicibus *Muſ. Pet.* 334.
10. Gelſeminum *Madraſpat.* Coluteæ folio, ſiliquis compreſſis aduncis *Muſ. Pet.* 497.
11. Vanilliæ facie ſiliquâ frutex *Madraſpatanus*, foliis cuſpidatis *Muſ. Pet.* 495.
12. Colutea ſiliquoſa *Madraſp.* Mimoſæ foliis *Muſ. Pet.* 379. Waga *Madraſp.* ſpicata ſpinoſa, Myrobalani Emblicæ facie.
13. Paiomirioba *Madraſpatana* minor, ſiliquis ſericeis *Muſ. Pet.* 443.
14. Onobrychis *Indiæ* Orientalis, Fagi foliis alternis, ſiliculis ſpicâ longâ diſpoſitis *Muſ. Pet.* 788.
15. Onobrychis *Madraſp.* triphylla, ſiliculis eleganter foliaceis *Muſ. Pet.* 790. Hedyſarum triphyllum floribus & ſiliquis in ſpicis longis è foliorum parvorum rotundorum alis exeuntibus. Siliquæ binæ ſimul, breves, diſpermæ, inter ſemina utrinque crenatæ.
16. Onobrychis *Madraſp.* triphyllæ, ſiliculis clypeatis villoſis, geniculis ſingulis biniſve *Muſ. Pet.* 789. Hedyſarum triphyllum, foliis parvis, ſiliquis diſpermis, iſthmo loculos dirimente.
17. Hedyſarum trifolium *Madraſp.* ſiliquis membranaceis aſperis *Muſ. Pet.* 649. Folia brevia lata ſunt, in acutum tamen mucronem deſinunt. Siliquæ plus ſemuncia longæ latiuſculæ & compreſſæ ad margines vix crenatæ in ſpicis rariùs diſpoſitæ.
18. Acacia *Bengalenſis*, Bonduch folio, ſiliquis dorſo nervoſis *Muſ. Pet.* 601.
19. Anil *Madraſpat.* Viciæ foliis incanis, caulibus pubeſcentibus *Petiveri* ſiliquæ rectæ & anguſtæ ſunt, in ſpicis tenuibus è foliorum alis exeuntibus rariùs diſpoſitæ.
20. Acacia *Madraſpatana*, Buxi foliis, ſiliquis compreſſis *Muſ. Pet.* 332. Pinnæ foliorum potiùs quàm folia ipſa integra, (quæ compoſita ſunt) buxea referunt. Siliquæ latæ compreſſæ ſunt, paucis intus ſeminibus.
21. Aſtragalus *Madraſp.* Tragacanthæ foliis *Muſ. Pet.* 357. Folia in caulib. crebra ſunt, è pinnulis plurimis parvis compoſita.
22. Gramen *Madraſpat.* minus, Eryngii capitulis *Muſ. Pet.* 585. Folia anguſta in mucronem tenuem valde acutum exeunt.
23. Bromos *Madraſpatanus*, locuſtis tenuibus avenaceis, glumis in longiſſimas & tenuiſſimas ariſtas deſinentibus *Petiver.*
24. Bromos *Madraſpat.* ſpica contractiore ariſtata 583.
25. Schœnanthus Avenaceus procumbens, *Madraſp.* Bupleuri facie *Muſ. Pet.* 577.
26. Schœnanthus *Madraſpat.* panicula minore, ſpicis villoſis geminis *Muſ. Pet.* 576. An *Pluk. Phyt.* Tab. 119. F. 2. *Alm. Bot.* 175. pl. 6?
27. Secale *Madraſpatan.* majus, ſpica graciliore *Muſ. Pet.* 557.
28. Milium *Madraſp.* ſpicâ non uriſtatâ lævi *Muſ. Pet.* 565.
29. Milium *Madraſpat.* ariſtatum, foliis & panicula villoſis *Muſ. Pet.* 564.
30. Panicum *Madraſp.* rariore grano & ſpica *Muſ. Pet.* 562. Spica totalis (ſi ita loqui liceat) è pluribus ſpicis partialibus parvis, oblongis, rarioribus granis hinc inde adnaſcentibus longiùs diſtantibus componitur.
31. Seſamum frumentaceum *Madraſpat.* ramoſum, ſpica ſimplici phœnicoide *Muſ. Pet.* 568.
32. Seſamum frumentaceum *Madraſp.* ſpica ſimplici cirroſa *Muſ. Pet.* 567.
33. Dactylon *Madraſpat.* pumilum, ſpicis geminis craſſis. An Gramen Δακτύλου *Col. Ecphraſ.* 339? fig. & deſcr. opt. Gr. parvum Gangeticum, ſpica gemella habitiori *Pluk. Phyt.* Tab. 91. Fig. 6. *Alm. Bot.* 173. pl. 14. *Muſ. Pet.* 571.
34. Seſamum granuloſum *Madraſpat.* majus, ſpica multiplici *Muſ. Pet.* 569.
35. Cyperus *Madraſp.* paniculâ ſpecioſa ramoſiſſima *Muſ. Pet.* 187.

Plantæ Madraſpatanæ à D. Samuele Brown *collectæ & tranſmiſſæ.*

1. Juncus *Madraſpatanus*, fere tricephalos, ſquamis tortilibus dentatis *Muſ. Pet.* 599. Coopu-Corae *Malab.* Juncus eſt perelegans, id peculiare habens, quòd capitula in eodem caule ternarium numerum rarò excedant, eorúmque ſquamæ intortæ ſint, & velut ſerratæ. Pedali plerumque altitudine eſt.

2. Juncus *Madraſpatanus* minor *Pet. Act. Philoſ. Lond.* N. 282. p. 1255. An Gramen junceum ſeu Juncus foliaceus humilis caule rotundo *Maderaſpatenſis Pluk.* Tab. 192. F. 6. H. Ox. S. 8. P. 232. 19. Ex his nonnulli ſpithamam 1½ alti, ſunt, alii non ultra 3 uncias. Radix fibroſa eſt, ejúſque ceſpites è pluribus oblongis ſquamoſis velut capitulis compoſiti ſunt, è quibus nulla proveniunt folia. Semen minimum nigrum. Tauta Cotta *Malab.*

3. Cyperus

3. Cyperus *Madraſp.* minimus xanthioides *Muſ. Pet.* 598. An Scirpus omnium minimus *Indicus* capitulis villoſis *Tournef. Inſtitut. Rei* Herb. 528. *pl. ult* ? Gramen eſt parvum, perelegans prolificum, radicibus reptantibus. Capitulis parvis Lappaceis abundat, in eodem caule plerunque ſingularibus, interdum binis, rariùs ternis. Barbulam è capite emittit brevem, & ſupra eam longiorem obtinet. Vana Mallee Codee *Malabarenſibus* dicitur.

4. Gramen *Madraſp.* hirſutum, glomerulis echinatis *Act. Philoſ.* N. 288. p. 1255. An Gram. hirſutum *Indicum*, glomeratis capitulis, Lagopi æmulis, glumâ è ſquamulis plurimis purpuraſcentibus, ariſtâ unicâ donatis compactili *Pluk.* Tab. 190. F. 7. *H. Ox.* S. 8. p. 193. 26. Hoc genus ab aliis omnibus diſtinguitur foliis hirſutis, & capitulis Sparganii quodammodo ſimilibus ſed multo minoribus.

5. Juncus *Madraſpat.* capitatus major *Pet. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1263. *Vaula Maule Code* Malab. Capita è plurimis confertis ſpicis compoſita ſunt in Scirpo maximo.

6. Cyperus longus *Madraſpat.* panicula rufeſcente ſpecioſiſſima *Muſ. Pet.* 589. Maudu corea *Malab. Act. Philoſ.* 288. p. 1257. Panicula huic elegantiſſima, è plurimis partialibus paniculis compoſita ; Paniculæ autem ſingulæ pluribus ſpicis longis è locuſtis ſquamoſis rufeſcentibus elegantiſſimis *Eragroſteos* æmulis ſed minoribus confectis conſtant.

7. Traſi Orientale, radice olivari *Petiv. Act. Philoſ.* 288. p. 1251. An Cyperus rotundus Orientalis major *C. B* ? *H. Ox.* Sect. 8. p. 236. 2. Radicum hujus pars ſuperior prope folia fibroſa eſt ; inferius iis adhærent aliæ velut monilia è globulis compoſitæ oblongis, Filipendulæ ſimilibus ; folia longa anguſta ; paniculæ viridantes cum ruboris mixtura. Hæ perſæpe proliferæ ſunt, rarò tamen plures quam quatuor aut quinque ſpicas Iſchæmi ſimiles in ſummitate unius pediculi tenuis geſtant.

8. Cyperus Filicinus medius paniculâ comoſâ è *Madraſpatan Muſ. Pet.* 503. Shanee-Coree *Malab. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1256. An Gramen junceum minus *Indicum*, ſpiculis plurimis parvis in capitulum digeſtis *H. Ox.* Sect. 8. p. 227. 8. Paniculæ ſeu ſpicæ habitiores, confertæ in oblongis pediculis, è baſi egreſſis in ſummo caule ſeſſili, & è pluribus ſpicis confertis compoſitæ, foliis aliquot inæqualibus cinctæ.

9. Cyperus Filicinus medius paniculâ ſparſâ *Madraſpatan Muſ. Pet.* 792. Muſh-Corae *Malab. Act. Philoſ.* 288. p. 1262. A præcedente præcipuè differt ſpicis tenuioribus, magiſque ſparſis, quodquè minor plerunque planta ſit.

10. Cyperus *Madraſpatanus* maximus, panicula criſtata contractiore *Muſ. Pet.* 591. Tear Corae *Act. Philoſ.* 288. p. 1260. Cyp. Orientalis major, paniculis turgidioribus denſiùs ſtipatis *H. Ox.* Sect. 8. p. 236. 5. Panicula è pluribus ſpicis oblongis ſubrotundis, è locuſtis ſquamoſis denſè ſtipatis componuntur ; clavæ formam cum pediculo cui inſident imitantur.

11. Cyperus *Borneocus* Limonii paniculâ *Pet. Act. Phil. Lond.* N. 288. p. 1261. Hujus paniculæ plurimum ſparſæ ſeu diffuſæ ſunt : Spicæ ſingulares prætenues, alternatim ſitæ, uti ſunt & earum ſquamæ minutæ, unde Limonii ſpicas antequam flores exeunt, quamvis multò minores ſint, imitantur.

12. Schœnanthus major *Madraſpatanus* glumis roſeis *Muſ. Pet.* 574. Calla pilee *Malab.* Ab aliis Schœnanthis facile diſtinguitur glumis concavis avenaceis 8 aut 10, ſimul in congeriem Roſæ æmulam diſpoſitis.

13. Milium grano acuto, baſi geniculato *Petiver. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1259. Panicula è ſpicis oblongis tenuibus componitur. Grana acuminata ſunt, eorumque ſingula in quodam quaſi annulo nigricante ſedent.

14. Gramen *Madraſp.* è ſingulis geniculis ramoſum *Petiver. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1259. Tundange-pille *Malab.*

15. Gramen dactylon ariſtatum, ſpicis ſingulis, binis, terniſve *Madraſpatanum Muſ. Pet.* 64. Februario aut Martio ſpicas producit, circa munimentum S. *Georgii* dictum.

16. Gramen dactylon *Madraſpat.* Graminis Mannæ facie, ſeminibus cilii inſtar piloſis *Muſ. Pet.* 573.

17. Dactylon *Madraſp.* erectum fere tetraſtichon *Petiv. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1258. Gr. iſchæmon *Malab.* ſpecioſus, longioribus & mucronatis foliis *Pluk.* Tab. 300. Fig. 8. E radice fibroſa rectà aſſurgit. Folia habet prælonga, & 4 plerunque ſpicas ſimul. Gramen ſtellatum Ægyptium *Veſling.* præ omnibus hactenus ſculptis ad hoc proximè accedere videtur ; ſpicæ etenim nonnullæ aliis breviores ſunt, & è geniculis radices agit. Pedali altitudine aſſurgit. Reliqua etiam deſcriptio convenit.

18. Bromos *Madraſpatan.* ſpica contractiore ariſtatâ *Muſ. Pet.* 583.

(18.) Gramen Filiceum Salawaccenſe paniculis plurimis ſpicatum *Pet. Act. Philoſoph.* N. 276. Decoctum hujus cum Piperis tantillo febres intermittentes ſanat.

19. Gramen Filiceum *Madraſp.* ſpica tenuiore *Petiv. Act. Philoſ. Londin.* N. 288. p. 1263. Præcedenti proximè cognatum eſt, folia duntaxat graminea ſunt & minora, nec ut illius circa margines ſerrata. Spicæ etiam hujus multo tenuiores ſunt, & in paciores rarioréſque particulas diviſæ.

20. Amourettes *Madraſpatanum*, ſpica ſimplici Loliacea *Muſ. Pet.* 579. *Caudere-pille-pu. Act. Philoſ.* N. 288. p. 1258. Elegans hoc Gramen ſpicatum eſt, ſpica autem è plurimis particulis ſquamoſis Eragroſteos locuſtis ſimilibus, ad ſpicæ ſcapum ſeu culmum alternatim adnexis *interdum componitur ad unum latus inclinantibus.*

21. Gramen *Madraſpatanum* majus, cujus locuſtæ ſpinulis armatæ ſunt *Muſ. Pet.* 559. Vettever *Malab. Act. Philoſ. Lond.* Numb. 288. p. 1253. Radices prælongæ ſunt, fibroſæ, albicantes ; Folia longa, rigida, anguſta ; Panicula arundinacea, non tamen lanuginoſa, è plurimis ſpicis tenuibus compoſita, quarum ſingulæ è parvis aſperis ſeu potiùs ſerratis ſquamis coagmentantur.

22. Gramen citratum fragrantiſſimum *Madraſpatan. Muſ. Pet.* 568. Graminis fragrantis ſpecies eſt delicatiſſima, quæ contrita Meliſſæ & corticis Limonii ſimul odorem exſpirat. Mulieres Luſitanicæ infantes ſuos ea ſuffumigant, ejúſque decoctum inter alia contra Febres & ad corroborandum ventriculum propinant.

23. Cyperus *Madraſpatanus* Allii capitulo *Act. Philoſoph. Lond.* N. 282. p. 1234. An Pee-Mottenga i. e. Mottenga ſylv. *Malab.* H. M. V. 12. Tab. 5. p. 99. Ab aliis diſtinguitur quod unicum tantùm habeat capitulum, ſquamis amplis & turgidis, quod circumſtant folia longa anguſta non pauciora quatuor, aut rariùs.

24. Panicum *Madraſpatanum* minus, ſpica denſiore multiplici *Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 282. p. 1254. Arſee-Pillee *Malab.* An Gramen Paniceum *Curaſſavicum* paniculis in ſpica longa diſpoſitis *P. B. P ?* Ad Gram. Paniceum multiplici ſpica Madraſpatanum *Pluk. Phyt.* T. 191. F. 1. accidit, niſi quòd hujus ſpicæ craſſiores ſint, & denſiùs ſtipatæ.

25. Cyperus Madraſpatanus maximus, ſpicis tenuibus, glumis ſeminis Santonici ſimilibus *Pet. Act. Philoſ. Lond.* N. 282. p. 1254. Paniculæ aliæ brevioribus, aliæ longioribus pediculis, nonnullæ ſex uncias à baſi extenſis, aliquæ nullis inſident. Hæ ſex aut octo ſpicis conſtant, capitulis ſquamoſis oblongis, ſemen lumbricorum referentibus cinctis. Spicæ longiſſima 3 uncias rarò excedunt.

26. Gramen *Madraſpatanum* perelegans, ſeminibus perlatis *Muſ. Pet.* 560. Radicem habet fibroſam, folia piloſa : Spicas profert ab imo ad ſummum propemodum ramulorum, quarum ſingulæ è ſeminibus rotundis Papaveraceis, aliis ſupra alia alternatim fere ſitis componuntur.

27. Centaurium minus verticillatis floribus *Madraſpatanum Muſ. Pet.* 369. Indi totius plantæ pulverem in urina interdum exhibent ad luem Veneream, Rheumatiſmum & Gonorrhœam.

28. Kadali *Madraſpatanum* minus, capſulis piloſis, Cannampoondoo *Malab. Petiv. Act. Philoſ. Lond.* N. 284. p. 592. Locis ſiccis oritur pedali circiter altitudine. D. *Plukenet* Tab. 173. Fig. 4. hanc plantam Echinophoræ titulo exhibet.

29. Adhatoda *Madraſpatana* verticillata Cratæogoni foliis *Petiv.* Plurimas prælongas & ſatis craſſas fibras è radice demittit.

30. Convolvuli capſulâ frutex *Madraſpatanus*, Ulmi minoris folio *Muſ. Pet.* 634. Sex, 8, & interdum 12 pedum altitudinem aſſequitur, humani cruris craſſitiem. Folia hujus fruticeis faciem & texturam Ulmi vulgaris valde referunt ; brevibus pediculis nullo ordine cauli adnexa. E foliorum alis exeunt capſulæ ſingulæ aut binæ, in filamentum terminatæ, Convolvuli ad inſtar, verùm ſingula unicum duntaxat ſemen continent, pediculis brevibus ſemunciam non excedentibus inſident, calice è 5 foliolis ſubrotundis compoſito tectæ. Tota planta in pulverem redacta immoderatum urinæ fluxum cohibet. Perain-chedde *Malab.* dicitur

31. Cuſcuta baccifera *Salawaccenſis*, fructu coronato *Petiv. Act. Lond.* N. 226. p. 1022. An Cuſcuta baccifera *Barbadenſium* à maritimis *Pluk.* Tab. 172. F. 2 ? Cum lacte ebutyrato commolita & modica quantitate mane & veſperi pota urinæ ardorem & gonorrhœam mitigat.

32. Coccifera *Pearmeedoorica* Convolvulacea, folio cordato, tuberoſa radice *Petiv. Act. Philoſ.* N. 267. p. 709. Radicem habet tuberoſam, craſſam, rotundam. Fructus Pipere

Pipere paulò major est, tegumen ejus fragile, & in duas partes dividi videtur. Indigenæ è foliis & caulibus extractum parant ad ardorem urinæ & gonorrhœam utile.

33. Ocimum *Hinguer-Pollumense*, floribus exiguis, densè spicatis, Cherandee-chidde *Malab. Petiv. Act. Philos.* 267. p. 589. Pedali altitudine assurgit, & in locis siccis oritur.

34. Polygonum multiflorum *Hinguer-Pollumense*. Nechetta-poondo *Malab. Petiver. Act. Lond.* 264. p. 588. Polygono nostrati simile est, sed plures habet flores & folia minora. Indigenæ decoctum comedunt.

35. Angola *Pearmeedorica Toddali* folio rotundo serrato *Petiv. Act. Lond.* N. 267. p. 708. Ad 18 aut 20 pedum altitudinem assurgit, cruris humani crassitie. Folia incana sunt, rotunda & eleganter serrata, breviora. Flores racematim nascuntur, eorúmque gemmæ antequam aperiuntur velut holosericeæ. Florem medium occupant multa filamenta tenuia, apicibus coronata.
Tota planta cum lacte aut aqua calida commolita scabiem pertinacissimam sanat.

36. Arbor *Salawaccensis* Lauri folio, fructu filo longo terminante, flore quasi ex utriculo erumpente *Mus. Pet.* 610.

Ad 20 aut 25 pedum altitudinem assurgit, caudicis diametro interdum pedali. Indi è nucleis oleum eliciunt per expressionem, quod *Berberin* seu paralysin sanat externè inungendo, manéque & vesperi dimidium cochleare intus assumendo; valde amarum est. Fæces seu magma ex oleo residuum suffumigatione hæmorrhoidas curat. Cortex arboris (qui admodum spissus est) tusus & aquæ infusus perque totam noctem sub dio positus, ut rore madescat, deinde manè expressus gonorrhœæ medetur, si liquoris haustus mane & vesperi per aliquot dies assumatur. Flores rotundi sunt & concavi, nec unquam aperiuntur, pediculo avulso figuram putaminis nucis foramine pertusi exhibent, & corollam foramini oppositam obtinent: coloris sunt flavi rubro tincti, odoris fragrantis in cibo grati: in aqua decocti & poti cardialgiam leniunt.

37. Arbor *Pearmeedoorica* Juglandis folio, fructu racemoso, villoso, trinucleato. Toulecutte *Malab. Petiv. Philosoph. Transact.* N. 267. p. 714. Arboris hujus truncus 6 aut 8 unciarum diametro est, pedes circiter 20 altus. Folia pinnata sunt, pinnis oppositis, absque impari in extremo. Pediculis brevibus insident, suntque admodum venosa, utrinque elata, subtus mollia, exceptis iis quæ in ramis sunt adultis. *Flores* valde numerosi racematim nascuntur; singuli è 5 parvis lanuginosis petalis compositi, qui dum adhuc in gemma sunt antequam aperiuntur totidem parvis incanis virentibus calicis foliis obteguntur ad fundum usque divisis, fructûs basin amplectentibus. Fructus autem magnitudine nucis Avellanæ sunt, acuminati, corii bubalini præparati colore, molles, tres nucleos continentes. Novembri floret, Fructus circa Aprilem mensem matureścit.
Decoctum corticis, foliorum & fructûs flatus & colicos dolores lenit & aufert.

38. Baccifera *Madraspatana* Myrti laureæ foliis perforatis, sed vix conspicuis *Mus. Pet.* 361. Cungee *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 711. Hujus 4 species sunt. Frutex est 4 circiter pedes altus; species secunda, *Cadal-cungee* dicta, tres; tertia *Malu-Cungee* 2½. Quarta pedem 1½ non superat.
Primæ speciei indigenæ fructum comedunt, non reliquarum. Tota planta omnium specierum vel seorsum vel simul decocta & pota luem Venerem aut rheumutismum è causa venerea ortum sanat. *S. B.*

39. Mudde-maer-mooddee *Malab. Act. Philos.* N. 267. p. 705. Quinque aut sex pedes altus est. Indi radice, cortice, foliis, floribus & seminibus contusis aut commolitis cum lacte & potis ad gonorrhœam sistendam utuntur. Alii in butyro eadem decoquunt ad eundem usum. Nonnulli in aqua calida assumunt. Estque hoc medicamentum è præcipuis eorum panaceis in hoc morbo.

40. Citrus *Madrasp.* floribus parvis racemosis, fructu Cassamuniaris odore *Mus. Pet.* 375.

41. Coccifera Buxi foliis oblongis & subrotundis, fructu cuspidato, calice amplo, è *Madraspatan Mus. Pet.* 632. Erembille *Malab. Act. Philos. Lond.* N. 267. p. 700. Sex aut octo pedes alta est, ferri ferè duritie. Folia inordinatè nascuntur, brevibus aut nullis pediculis, Buxi folia referunt, sed rigidiora sunt, & persæpe longiora, præcipuè in ramis fructu destitutis. Baccæ singulæ duos nigricantes nucleos continent, membranula tenui separatos.
Radix & folia in aqua decocta & pota tineæ capitis medentur.

42. Coccifera *Malabarica* calice magno, Staphylodendri Africani folio *Mus. Pet.* 376. Vacaunne *Malab. Act. Philos. Lond.* 267. p. 706. Hujus fructus cinerei coloris est, rotundus, durus, splendens, Pisi majoris magnitudine, calice amplo holosericeo tetrapetaloide exceptus, nucleo intus nigro, in duas partes per medium diviso, baccæ Lauri ad instar. Folia primitus erumpentia valde incana sunt, verum penitus explicita Staphylodendri Capensis similia sunt, & subtus tantùm canescunt. E baccis contusis aut ruptis gummi nigrum durum splendens effluere observavi. *S. B.*

43. Sebe-

43. Sebeſtenæ folio frutex, floribus racemoſis *Petiv. Act. Philoſ.* N. 271. p. 845. Sirrunar-Vellee *Malab.*

Ad 10 pedum altitudinis aſſurgit, diametro caulis unciarum ſex. Decoctum corticis & foliorum gonorrhœam ſiſtit: Radicis pulvis tuſſi medetur. *S. B.*

44. Tamariſcus Madraſpatana cupreſſi facie *Muſ. Pet.* 681. Autacore *Malab. Act. Philoſ.* N. 264. p. 590. In arenoſis pluvio tempore mundatis oritur. Pro Myricæ ſpecie eam habeo, quamvis in his terris in magnitudinem non proficiat. Maxima quam hîc vidi carpi humani craſſitiem non excedebat, neque 3ium 4ve pedum altitudinem. *S. B.*

Plantæ circa Promontorium ſeu Caput Bonæ Spei collectæ, Capenſes inde dictæ.

1. Fucus latiſſimus carneus membranaceus *Muſ. Pet.* 927. Specimen Petiverianum membranam tenuiſſimam refert éſtque duos plus pedes longus & totidem ferè latus, texturæ ubique & craſſitudinis æqualis, nullis nervis aliiſve vaſis apparentibus.

2. Arundo Capenſis capitulis aceroſis *Muſ. Pet.* 872. Gram. Alopecuroides maximum, ſpicâ longiſſimâ ex plurimis minoribus ſpicis conflata *Cap. Bonæ Spei Almag. Bot.* 176. Glumæ ex quibus ſpicæ minores componuntur in ariſtas tenues pungentes exeunt.

3. Arundo Capenſis Phalaroides *Muſ. Pet.* 873. Panicula longa è plurimis ſpicis ſquamoſis, Phalaridis capitula referentibus, niſi quod minimè compreſſæ videantur, componitur.

4. Arundinis paniculâ planta è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 147.

5. Juncus è Cap. B. Spei, paniculis fuſcis juliformibus *Muſ. Pet.* 424. Panicula è pluribus ſpicis teretibus oblongis ſquamoſis componitur.

6. Gramen Cyperoides Eryngii capitulis è *Cap. Bonæ Spei* D. *Petiver.* Gr. aſperum Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 233. Panicula totalis è pluribus partialibus è foliorum aliis exeuntibus componitur ſecundùm longitudinem caulis; partiales autem paniculæ è pluribus brevibus, craſſis ſubrotundis capitulis conſtant.

7. Gramen ſpicâ criſtata ſimplici duriuſcula è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 416.

8. Aphyllanthes Capenſis, paniculâ Junci *Petiv.*

9. Aphyllanthes Capenſis ſpica ſingulari *Muſ. Pet.* 862.

10. Chamæſyce lignoſa, foliis densè ſtipatis, Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 894. q.

11. Dens leonis Enulæ folio è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 393. Ad exortum foliorum è radice lanugine copioſa pubeſcit. Folia unciam lata ſunt, ſeſcunciam aut duas uncias longa.

12. Dens leonis foliis dentatis & integris è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 392. Folia anguſta ſunt & oblonga, alia integra, alia dentata, ad radicem plurima.

13. Carlina Cap. B. Sp. foliis reticulatis ſpinoſis *Muſ. Pet.* 157. Folia in caulibus & ramulis creberrima ſunt, ut eos penitus contegant; ſunt autem Folia nihil aliud quàm rachis media in ſpicam aduncam deſinens & ſpinulis crebris utrinque obſita. Hujus icon habetur curioſè exſculpta in *Muſeo Petiver.*

14. Aſter Cap. B. Sp. foliis recurvis *Muſ. Pet.* 146. Huic etiam Folia in caule crebra ſunt, & parva: Flores purpurei videntur.

15. Elichryſum Cap. B. Sp. Lychnidis coronariæ folio, capitulis ſquamoſis *Muſ. Pet.* 201. Ruyſch. Folia incana ſunt, in caule crebra, oblonga, quàm Lavendulæ breviora & latiora. Flores albi.

16. Argyrocome Gazophylacii *Petiveriani* Tab. 7. F. 3. Caules lanuginoſi ſunt foliis crebris parvis anguſtis acutis obſiti: Flores in ſummo velut in umbella calicibus oblongis anguſtis circumvallati.

17. Enulæ campanæ affinis flore luteo *Muſ. Pet.* 202. Parum ſimilitudinis habere videtur cum Enula camp. Planta eſt exigua, foliis parvis ad Valerianæ paluſtris accedentibus.

18. Eupatoroides Cap. B. Sp. foliis rigidis teretibus contortis *Muſ. Pet.* 209. Huic etiam Folia in caulibus & ramulis adeò conferta ſunt, ut eos penitus contegant, vix ſemunciam longa, acuta & pungentia.

19. Gna-

19. Gnaphalium odoratum Prom. B. Sp. floribus exiguis, albis, capitulo congeſtis *Muſ. Pet.* 647. Folia perexigua ſunt, ſubrotunda, abſque pediculis adnata, in caulibus & ramulis crebra.

20. Eupatoroides Cap. B. Sp. Satureiæ foliis rigidis *Muſ. Pet.* 208. Fl. albis pentapetalis, in corymbum quaſi diſpoſitis ad ſummitatem caulis : Foliis & caulibus incanis. Folia anguſta, acuta caules & ramulos undique obſident.

21. Xeranthemum Sophiæ chirurgorum foliis è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 300. Hæc etiam planta ex eorum numero eſt, quarum folia creberrima caules & ramulos undique obſident.

22. Xeranthemum Capenſe Roriſmarini folio, flore albo D. *Petiver.* In ramulo nobis exhibito folia caulibus appreſſa fuere.

23. Xeranthemum Capenſe ſpecioſum fl. albo maximo *Muſ. Pet.* 500. Gazophylacii *Petiveriani* T. 1. F. 9. Folia anguſta, oblonga valde tomentoſa & incana caules & ramulos ad ipſos uſque flores undique obſident. Xer. ſpecioſum è Cap. B. Sp. flo. albo maximo *Muſ. Pet.* 500.

24. Eupatoroides Cap. B. Sp. ſpicata foliis rigidis *Muſ. Pet.* 210. Foliorum parvitate, brevitate, acutie & ſitu in caulibus & ramulis inordinato & creberrimo cum multis ex præcedentibus convenit.

25. Ageratum Capenſe Peucedani folio *Gazoph. Petiver* Tab. 34. Fig. 1. Flores ſquamoſi, oblongi, anguſti ſummos caules in ramulos plurimos diviſos occupant plurimi, velut umbellatim diffuſi.

26. Jacea Capenſis Gnaphalii folio *Gazoph. Pet.* Tab. 6. Fig. 11. Caules & folia tomentoſa & incana : Folia longa anguſta in caulibus & ramulis crebra. Caules autem in multos ramulos dividuntur qui in ſummitatibus capitula florifera geſtant ſquamis ferrugineis.

27. Frutex cineraceus muſcoſus *Cap. B. Sp.* Breyn. cent. 24. *Gazoph. Pet.* Tab. 3. F. 9.
28. Breyniana Capenſis capitulis albis plumoſis *Gazoph. Pet.* T. 5. Fig. 4.
29. Eupatoroides Capenſis capitatus *Gazoph. Pet.* T. 8. Fig. 1.
30. Abrotonoides Capenſis *Ericæ* folio *Gazoph. Pet.* Tab. 5. F. 2.
31. Xeranthemum Capenſe, *Tartonraire* folio *Gazoph. Pet.* Tab. 5. Fig. 10.
32. Gnaphalium *Capenſe* ſpicatum Alyſſi folio *Gazoph. Petiver.* Tab. 7. Fig. 1.
33. Filago *Capenſis* minor ſpicata *Gazoph. Pet.* Tab. 8. Fig. 12.
34. Thymelæa è Cap. B. Sp. Taxi foliis anguſtioribus *Muſ. Pet.* 489.
35. Thymelæa è Cap. B. Sp. Sanamundæ 3 *Cluſ.* anguſtiore folio *Muſ. Pet.* 486.
36. Thymelæa è Cap. B. Sp. Myrti minoris folio *Muſ. Pet.* 490.
37. Valerianoides foliis Abrotani tridentinis è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 295.
38. Valerianoides Calaminthæ folio *Muſ. Pet.* 296.
39. Verbenaca Taxi foliis anguſtioribus, flore ſpecioſiore ſtaminibus lanuginoſis *Muſ. Pet.* 497. Folia in caulibus creberrima ſunt, ut eos contegant.
40. Verbenaca Taxi foliis, marginibus lanuginoſis è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 298. Folia quàm præcedentis majora ſunt, non adeò crebra in caule, utriuſque autem in acutos apices deſinunt.
41. Verbenaca Hyſſopi foliis parvis è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 297. Folia quàm Hyſſopi multò anguſtiora ſunt.
42. Caucalis Fumaria folio glauco *Capenſis Muſ. Pet.* 890.
43. Ruyſchiana Echii flore planta Capenſis, Carthami folio, Aparines fructu *Muſ. Pet.* 971.
44. Capparis Fabago minor è Cap. B. Sp. flore albo *Muſ. Pet.* 366.
45. Gladioli flore ſingulari Planta Mariana *Muſ. Pet.* 412.
46. Spergula è Cap. B. Sp. foliis Portulacæ minoribus ſtellatis *Muſ. Pet.* 478.
47. Centaurium humile album, folio ſubrotundo, è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 368.
48. Chamæciſtus Cap. B. Sp. Roris Solis foliis *Muſ. Pet.* 161. Vide iconem *M. P.*
49. Cytiſi facie frutex è Cap. B. Sp. foliis perforatis *Muſ. Pet.* 193.
50. Cytiſus Cap. B. Sp. foliis pilis argenteis irroratis *Muſ. Pet.* 192.
51. Planta è Cap. B. Sp. foliis carinatis punctatis, flore albo.
52. Delphinii capſulâ Fruticulus è Cap. B. Sp. flore albo *Muſ. Pet.* 391.
53. Telephium Portulacæ folio Prom. B. Sp. *Muſ. Pet.* 684.
54. Linaria Dracocephali folio è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 430.
55. Pentaflora è Cap. B. Sp. foliis Myrti minoris *Muſ. Pet.* 283.
56. Rapunculus galeatus, Artemiſiæ folio, è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 469.
57. Rapunculus flore minimo croceo Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 470.
58. Centaurium Caryophylloides fruteſcens, Hyperici foliis è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 367.
59. Malva fruteſcens Prom. B. Sp. flore carneo, fundo purpureo *Muſ. Pet.* 658.
60. Hermannia Inſtitut. Rei Herb. *Tournef.* flore exiguo, luteſcente, tortili, calice inflato *Muſ. Pet.* 650.
61. Chamæciſtus Cap. B. Sp. folio criſpo Chamædryos *Muſ. Pet.* 162.
62. Chamæpitys flore carneo, folio anguſtiore integro, è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 372.

63. Vaſcu-

63. Vaſculifera viſcoſa calice majore, è Cap. B. Sp. Planta foliis Leucanthemi villoſis, *Muſ. Pet.* 496. Flores ampli ſunt.
64. Planta ſpicata è Cap. B. Sp. flo. albo tetrapetalo, Roriſmarini folio *Muſ. Pet.* 455.
65. Polyanthos ramoſiſſima, capillaceo folio, flo. minimo, è Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 459.
66. Ornithogalo affinis radice rubicundiſſima, floribus aureis D *Oldenland Muſ. Pet.* 282. Folia huic è radice graminea ſunt, longitudine dodrantali, in longos & acutos mucrones deſinentia; quæ in caulibus ſunt breviora ſenſim ab imo ad ſummum, lata baſi caulem amplexa, lanuginoſa, uti ſunt & caules, in faſtigio flores geſtantes in umbellam parvam aut faſciculum congeſtos.
67. Gladiolus flore ſingulari *Muſ. Pet.* 412. Planta *Mariana.*
68. Gladiolo Narbonenſi affinis *Mariana* Planta, floribus minoribus *Muſ. Pet.* 413.
69. Croco affinis, flore obſoletè rubro D. *Oldenland Muſ. Pet.* 182. A Croco differt quòd caules habeat folioſos, & plures in ſingulis flores.
70. Conophoros Cap. B. Sp. folio in ſummo dentato *Muſ. Pet.* 172.
71. Conophoros Cap. B. Sp. Linariæ foliis ſericeis rigidis *Muſ. Pet.* 173.
72. Conophoros Cap. B. Sp. Oleæ anguſtiore folio Cap. B. Sp. *Muſ. Pet.* 174.
73. Cinaroides frutex folio rotundo rigido è monte Tubulari *Muſ. Pet.* 374.
74. Lewiſanus *Capenſis* ſerpilli folio *Gazoph. Pet.* Tab. 5. Fig. 7.
75. Laurus Tinus Oleæ folio Prom. B. Sp. *Muſ. Pet.* 652. A Clariſſ. D. *Ruyſch* accepit.
76. Vaccinia *Africana* foliis decuſſatis cordiformibus *Muſ. Pet.* 692.
77. Erica tenuifolia Cap. B. Sp. floribus exiguis, carneis, densè ſpicatis *Muſ. Pet.* 256.
78. Erica Cap. B. Sp. capitulis villoſis ſubluteis *Muſ. Pet.* 395.
79. Erica Cap. B. Sp. ſtaminulis atro-purpureis è capitulis albis villoſis *Muſ. Pet.* 396. Hæc & præcedens plantæ rariſſimæ à Clariſſ. D. *Fred. Ruyſch*, Anatomes & Botanices Profeſſore Amſtelodamenſi acceptæ ſunt.
80. Erica Africana hirſuta ſtaminibus atro-purpureis prominentibus è capitulis albis lanoſis *Muſ. Pet.* 765. Præcedenti perſimilis niſi quòd folia hirſuta ſint.
81. Erica Prom. B. Sp. floribus albidis, ſtaminulis rubris *Muſ. Pet.* 636.
82. Erica flore variegato tricolori D. *Oldenland Muſ. Pet.* 203.
83. Erica Cap. B. Sp. Cerinthes flore ſtaminoſo *Muſ. Pet.* 205.
84. Erica carnea Cap. B. Sp. foliis & floribus villoſis *Muſ. Pet.* 637.

Omnes hæ ſpecies Ericæ cum brevibus notis deſcriptionis loco additis Supplemento præcedenti inſeruntur.

CATA-

CATALOGUS *Plantarum* in Hortis ſiccis *Petivèrianis* quæ vel ineditæ aut hactenus obſcurè deſcriptæ ſunt.

1. ABelmoſch *Chuſanenſis* folio palmato lævi, fructu piloſo.
2. Abrotanum *Chuſanenſis* Galli foliis.
3. Abſinthium *Chuſan.* Halimi folio anguſtiſſimo.
4. Abſus *Madraſpatana* tetraphylla.
5. Abutilon *Madraſpatan.* minus, pediculo geniculato.
6. Abutilon *Malabaricum* flore luteo, pediculo geniculato.
7. Acacia *Emuyaca* Glycrryzhæ folio.
8. Acacia *Capenſis* flore amplo ruberrimo.
9. Acacia *Viziagapatana* Braſiliæ folio.
10. Acanthus *Malabaric.* Agrifolii folio.
11. Acer *Bengalenſe* foliis Laurinis.
12. Acer *Indicum* trifoliatum ſerratum.
13. Achmella *Madraſpat.* folio longiore.
14. Achmella *Zeylanica* diuretica.
15. Achoavan *Americanum* Jacobææ folio.
16. Adhatoda *Arcautenſis* lignoſa, Nummulariæ folio minore.
17. Adhatoda *Borneoca,* Parietariæ folio.
18. Adhatoda *Caroliniana* Behen albi folio.
19. Adhatoda *Carolin.* glabra, flore minore.
20. Adhatoda *Carolin.* piloſa, calyce barbato.
21. Adhatoda *Madraſpat.* ſpicata Bliti folio.
22. Adhatoda *Madraſpat.* Phylli folio.
23. Adhatoda *Madraſpat.* calyce barbato, foliis ſubtus villoſis.
24. Adhatoda *Madraſpat.* verticillata Salicis folio.
25. Adhatoda *Malabarica* Circeæ folio.
26. Adhatoda *Malab.* Prunellæ fol. flore Periclymeni.
27. Adhatoda *Malab.* major, ſpicâ longâ foliaceâ.
28. Adhatoda major ſpicâ foliaceâ, ſem. aſpero compreſſo.
29. Adhatoda *Madraſpat.* Anethi folio.
30. Adhatoda *Madraſp.* ſerratis foliis & junioribus ſubtus ſericeis.
31. Adiantum *Chuſanenſ.* album maximum ſegmentis tenuioribus.
32. Adiantum *Chuſan.* nigrum, radice ſquarroſâ albâ.
33. Adiantum *Palmenſe* fol. rotundo, margine ſeminifero.
34. Adiantum *Capenſe* Myrrhidis folio.
35. Adiantum *Capenſe* ſegmentis acutioribus.
36. Ægilops *Capenſ.* calycibus purpureis.
37. Ægilops *Mauritanica* ariſtis longioribus binis. *Gazophyl.* Naturæ *Tab.* 38. Fig. 7.
38. Agnus Caſtus *Malabar.* cordato folio.
39. Agnus Caſtus *Malab.* trifoliatus.
40. Agnus Caſtus *Malab.* trifoliatus pediculo alato.
41. Agnus Caſtus *Malab.* Urticæ folio.
42. Agrifolii folio Stirps *Madraſpat.* ſerris aculeatis.
43. Agrimonia *Emuyaca* folio minore trilobato.
44. Agrimonia *Madraſpat.* fol. rotundo ſingulari ſubtus incano. *Gaz.* Nat. *Tab.* 32. Fig. 10.
45. Agrimonia *Madraſpat.* Vitis folio.
46. Agrimonia *Malabar.* foliis varie diſſectis.
47. Aladiul *Orientalibus.* Bucephalus *Perſicus.* Nat. *Icones* Aſiæ *Tab.* 3. Fig. 11.
48. Alcea *Madraſpat.* Galeopſidis facie.
49. Alcea *Madraſpat.* ſtellata Carambu vulgaris facie.
50. Alcea *Madraſpat.* apice lunato.
51. Alcea *Madraſpat.* coronata Carambu fol. longiore.
52. Alectorolophos *Lapponica* lutea, Digitalis flore.
53. Alkakengi *Caroliniana* folio molli.
54. Alkakengi *Malabar.* fol. Strammonii.
55. Alkakengi *Malabar.* foliis ſerratis.
56. Allium Urſinum *Capenſe* flo. purpureo.
57. Aloe aquaticæ facie planta *Madraſpatana.*
58. Aloe *Capenſis* folio glauco levi.
59. Aloe *Capenſis* parva, fol. ſummo tantum ſpinoſo.
60. Aloides *forte* epidendron *Capenſe,* ex utriculo eleganter ſpicata.
61. Alſine *Capenſis* multiflora capillaceo folio.
62. Alſine *Malabar.* Portulacæ aquat. facie.
63. Althea *Americana* coccinea flore clauſo.
64. Althea *Madraſpat.* lutea piloſa bidens.
65. Amaranthoides alba *Madraſpatana* rotundifol. filo terminante.
66. Amaranthoides alba *Madraſpat.* latifolia, capitulis rotundis.
67. Amaranthoides alba *Madraſpat.* capitulis oblongis.
68. Amaranthoides alba *Madraſpat.* Graminis folio.
69. Amaranthus albus ſpicatus *Malabar.* fol. latiore.
70. Amaranthus albus ſpicatus, *Malabar.* fol. anguſtiore.
71. Amaranthus *Madraſpat.* maximus ſpicatus.
72. Amelanchier *Virginiana* Lauroceraſi folio.
73. Amourettes *Capenſis* media, ſquamis densè ſtipatis.
74. Anagallis *Capenſis* Chamedryos folio, caule piloſo.
75. Anchuſa *Madraſpat.* piloſiſſima.
76. Anemone *Carolin.* elatior Ranunculi facie.
77. Anguria *Madraſpat.* vulgaris facie.
78. Anguria *Madraſpat.* foliis eleganter diſſectis.
79. Anguria *Madraſpat.* foliis parvis circinatis.
80. Anil *Madraſpat.* trifoliata.
81. Anil *Madraſpat.* Viciæ foliis incanis, caulibus pubeſcentibus.
82. Anomala *Chinenſis* flore comoſo è calycibus ſericeis.
83. Anonis *Mariana* lutea foliis latioribus.
84. Anonis *Mariana* lutea foliis anguſtioribus.
85. Anthyllis *Madraſpat.* foliis incanis.
86. Antirrhinum *Carolin.* folio anguſtiſſimo.
87. Apocynum *Capenſe* Androſæmi fol. venis tranſparentibus.
88. Apocynum *Capenſe* Nummulariæ folio, floribus comoſis.
89. Apocynum *Capenſe* Roriſmarini fol. floribus comoſis.
90. Apocynum *Carolinianum* aurantiacum piloſum.

91. Apocynum *Carolinian.* aurantiacum, caulibus junceis.
92. Apocynum *Carolin.* flore hirſuto.
93. Apocynum *Carolin.* latifolium cum pediculis.
94. Apocynum *Carolin.* latifol. ſine pediculis.
95. Apocynum *Madraſpat.* Bryoniæ utriuſque facie.
96. Apocynum *Madraſpat.* Liguſtri folio, ſiliquis tenuiſſimis.
97. Apocynum *Madraſpat.* folio amplo ſiliquis tenuiſſimis.
98. Apocynum fortè *Madraſpat.* folio Lauri vix perforato floribus minimis.
99. Apocynum *Malabaricum* arboreum folio digitato.
100. Apocynum *Malabaric.* folio cordato venoſo, floribus comoſis.
101. Aquilegia *Mariana* minor flore rubello.
102. Arbor *Americana* venenata Juglandis folio.
103. Arbor *Arcautenſis* Caſtaneo fere folio, floribus muſcoſis ſpicatis.
104. Arbor *Cantonia* foliis ſubtus ſericeis.
105. Archam *Orientalibus* Arbor *Perſica*, folio trifido, Nat. Ic. Aſiæ *Tab.* 3. Fig 5.
106. Ardabar *Perſicis.* Bulbus *baccifer*, caule ſpinoſo, folio ſemicirculari maculato Nat. *Icon.* Aſiæ *Tab.* 4. Fig. 2.
107. Argemone *Madraſpat.* lactea ſpinoſior.
108. Ariſtolochia *Malabar.* fructu magno.
109. Armerius *Chuſan.* flore albo laciniato è calyce longiſſimo.
110. Arum *Braſilianum* flore albo Nat. *Icon.* Americ. *Tab.* 2. Fig. 12.
111. Arum *Carolin.* triphyllum foliis teneris pulchre venoſis.
112. Arum *Chuſan.* trifoliatum è caule & exortu foliorum glandiferum.
113. Arum *Malabaricum* fol. teneris, margine craſſo.
114. Arundo *Carolin.* paniculis Avenaceis fuſcis.
115. Aſarina *Capenſis* Thoræ minoris folio.
116. Aſarum *Madraſpatan.* Violæ folio.
117. Aſcyrum *Virginianum* lignoſum pumilum virgulis alatis.
118. Aſphodelus *Marianus* ſpicatus flo. minimo.
119. Aſter *Capenſis* Pinaſtri folio.
120. Aſter *Capenſis* luteus Stchadis folio.
121. Aſter *Capenſis* foliis integris & trifidis.
122. Aſter *Caroliniana* cœrulea, foliis inter flores minimis.
123. Aſter *Caroliniana* Taxi folio.
124. Aſter *Chuſan.* multiflora Virgæ aureæ folio.
125. Aſter *Chuſan.* Jaceoides fol. aſperis ex alis foliorum ferè florens.
126. Aſtragalus *Madraſpat.* elegans aureo-velutinus.
127. Aſtragalus *Madraſpat.* elegans foliis ſubtus argenteis.
128. Aſtragalus *Madraſp.* Viciæ foliis, floſculis denſis, ſiliculoſus.
129. Aſtragalus *Marianus* foliis & ſiliquis puteſcentibus.
130. Aſtragalus *Capenſis* ſpicatus Onobrychidis folio.
131. Aſtragalus *Capenſ.* foliis ſubtus argenteis, ſiliquis ferrugineis villoſis.

1. Baccharis *Madraſpatana* folio ſerrato.
2. Baccifera *Arcautenſis* foliis magnis glaucis, è ſinubus florifera.
3. Baccifera *Chuſan.* humilis Ceraſi folio.
4. Baccifera coronata *Thymelæ* ex fol. *inſula* Triſſ.
5. Baccifera *Caroliniana* ſpicata *Coſtin hortenſ.* folio.
6. Baccifera *Madraſpatana* Buxi foliis bullatis è verrucula prodeuntibus.
7. Baccifera *Madraſpat.* folio Lauri aſpero.
8. Baccifera *Madraſpat.* Polii folio.
9. Baccifera *Madraſpat.* Nucis Vomicæ folio.
10. Ballote *Madr.* perelegans ſubtus ſeiceum.
11. Balſamina fem. *Chuſanenſis* Altheæ folio.
12. Bamia moſhcata *Malabarica.*
13. *Bartarius* Arcautenſis *Nepetæ* folio.
14. Bartarius *Chuſanenſ.* fol. lato cuſpidato.
15. *Bellis* Capenſis *Camphorifera* foliis Lini incanis.
16. Bellis *Capenſis* major, flore extus violaceo.
17. *Bermudiana* Capenſis *capitulis lanuginoſis.*
18. Bermudiana *Capenſis* rad. magna carnoſa Nat. *Icon.* Afric. Tab. 1. Fig. 7.
19. Bermudiana ſupina caule gladiato è *Carolina.*
20. Bermudiana *Malab.* minor, folio utriculato.
21. *Betonica* verticillis racemiferis ex inſula Pu-to.
22. *Betulæ* folio Frutex *Madr.* floribus racemiferis.
23. Bidens *Carolin.* foliis variè diſſectis.
24. Bidens *Carolin.* foliis integris.
25. Bidens *Chuſan.* Virgæ aureæ folio, ſquamis foliaceis.
26. Bidentis facie *Chuſan.* ſem. longo aſpero Plumbagini ſimilis.
27. Biſtorta *Chuſan.* floribus racemoſis.
28. Blitum *Madraſpat.* Parietariæ folio ſpicatum *Gazoph.* Nat. Tab. 31. Fig. 11.
29. Blitum *Madraſpat.* Parietariæ fol. binis ex alis floriferum.
30. Blitum *Madraſpat.* folio latiore ſubtus candicante.
31. Blitum *Madraſpat.* Betæ folio.
32. Bombax *Madraſpat.* flo. purpureo folio minore.
33. Bombax *Madraſpat.* flo. pallido Aceris minoris folio.
34. Bonavis *Malab.* fol. majoribus ſubrotundis.
35. Bonavis *Madraſpat.* fol. ſubrotundis acuminatis.
36. Browniades *Capenſis* capite albo.
37. Browniades *Capenſis* capite rubro.
38. Bryonia *Carol.* nigra floribus minimis.
39. Bryonia *Carol.* nigra, floribus comoſis, foliis ſummo ſtellatis.
40. Bryonia *Malabar.* alba, fol. anguloſo guttato, fl. majore.
41. Bryonia *Malabar.* alba, folio anguloſo *Cyclamini.*
42. Bryonia *Malabar.* Citrulli fol. rotundiore, ſem. quaſi geminis.
43. Buebenda *Orientalibus.* Arbor trifido folio, flore pentapetalo flavo, fundo ruberrimo. Nat. *Icon.* Aſiæ *Tab.* 4. Fig. 4.
44. Bugloſſum *Madraſpat.* majus, foliis micis aſperis.
45. Buſſgloum *Madraſp.* minus foliis micant. aſperis.
46. Buhu *Hottentottorum.* Planta quæ in ſero contundunt ad corpora ſua ungenda.

47. Bu-

47. *Bulilla* Orientalibus. *Bulbus* caule ſpinoſo, fructu rotundo, duriſſimo. Natur. *Icon.* Aſiæ Tab. 3. Fig. 2.
48. Buxus *Capenſis* foliis majoribus.
1. Cachrys Puonica Crithmi minore folio.
2. Calamintha *Madraſpat.* ſpicâ nudâ.
3. Calceolus *Mariana* fl. rubente.
4. Calceolus *Mariana* hirſuta, petalis latis.
5. Calceolus *Mariana* glabra, petalis anguſtis.
6. *Camanbaya* Braſilienſibus. *Frutex* folio craſſo dentato. Nat. *Icon.* Americæ *Tab.* 1. Fig. 11.
7. Capparis fortè *Madraſpat.* Lauri folio.
8. Capparis fortè *Madraſpat.* folio gibboſo.
9. Camphorata *Capenſis* Eryngii minoris folio.
10. Camphorata *Capenſis* Gallii folio, umbellifera.
11. Camphorata *Capenſis* foliis fere trifidis.
12. Camphorata *Capenſis* odorata.
13. Caracalla *Madraſpat.* ſiliquâ longâ erectâ.
14. *Carambola* Madraſpat. *Samſtravadi* folio.
15. Carambu *Madraſpat.* folio ſubrotundo majore.
16. Carambu *Madraſpat.* fol. ſubrotundo minore.
17. *Carda* Orientalibus. *Arbor* ſpinoſa flore fructuque ſuaviſſimo *Nat.* Icon. *Aſiæ* Tab. 3. Fig. 6.
18. Cardiaca *Malaccenſis* foliis altè inciſis.
19. Cardinalis *Caroliniana* cœrulea, folio anguſto dentato.
20. Carlina *Capenſis* humilis fl. magno radiato.
21. *Caſſamuniar* Officinarum *Gazophyl.* Nat. & Art. Tab. 27. Fig. 1.
22. Caſſiæ fiſtulæ facie arbor *Chuſan.* fol. acutiore.
23. Caſſida *Mariana* Majoranæ folio.
24. Caſſida *Mariana* Meliſſæ folio.
25. Caſſina vera *Caroliniana* Alaterni folio.
26. Caſtanea folio ampliſſimo, *forte* Arbor *Malabarica.*
27. Catappa *Malabarica.*
28. Caucalis *Capenſis* Anthriſci facie.
29. Centaurium *Capenſe* elatius Pseumonanthen folio.
30. Centaurium *Capenſe* minus ramoſiſſimum, humile.
31. Centaurium *Capenſe* umbelliferum, fol. anguſto dentato.
32. Centaurium *Carolin.* flore magno.
33. Centaurium *Virginianum* minus cœruleum.
34. Ceraſus *Capenſis* cœrulea. *Natur.* Ic. Africæ *Tab.* 1. Fig. 3.
35. Ceraſus *Capenſis* rubra *Nat.* Ic. Africæ *Tab.* 1. Fig. 2.
36. Ceraſus *Capenſis* foliis craſſis, floribus exiguis.
37. Cereus *Capenſis* caule rotundo è ſpinis folius.
38. Chamæciſtus *Virginian.* luteus calyce ſtellato, Hyſſopi folio.
39. Chamæcriſta *Mariana* flore majore.
40. Chamæcriſta *Mariana* flore minore.
41. Chamæmorus Ribeſii folio è *Terra nova.*
42. Chamænerion *Chuſan.* villoſum, foliis leviter ſerratis.
43. Chondrilla *Madraſpatan.* repens Burſæ Paſtoris folio.
44. Chondrilla *Madraſpat.* Sonchi folio.
45. Chryſanthemum *Carolin.* Halimi folio.
46. Chryſanthemum *Zeylanicum* foliis guttatis inciſis.
47. Chryſanthemoides, *Madraſpat.* minus foliis aſperis.
48. Chryſanthemoides *Madraſpat.* majus, foliis minus aſperis.
49. Chryſanthemulum *Capenſe* Ericæ folio.
50. Ciſtus *Malabar.* foliis plumoſis. Nat. *Icon.* Aſiæ Tab. 3. Fig. 7.
51. Clematis *Madraſpat.* capreolata Piperis folio.
52. Clematis *Madraſpat.* folio molli cordato umbilicato.
53. Clinopodium *Virginianum* album fragrans latifolium.
54. Clitorius *Marianus* trifoliatus viridis.
55. Clitorius *Marianus* trifoliatus ſubtus glaucus.
56. Coccifera *Capenſis* Vacciniæ folio parvo leviter ſerrato.
57. Cocculus *reniformis* forte *Madraſpat.* folio pulchre venoſo.
58. Colocynthis *Malabar.* folio ferè pentangulo.
59. Colutea *Madraſpat.* ſiliquoſa, flo. nudo ſpicato.
60. *Coluteæ* folio Frutex *Madraſpat.* flor. exiguis racemiferis.
61. Conophoros *Capenſis* Oleandri folio argenteo.
62. Conophoros *Capenſis* foliis piloſis apice nigricante.
63. Conophoros *Capenſ.* Pini folio.
64. Convolvulus *Braſilianus* fl. albo pentangulo, caule cavo *Nat.* Icon. *Americæ* Tab. 2. Fig. 10.
65. Convolvulus *Carolinianus* fl. parvo ſingulari ex alis foliorum.
66. Convolvulus *Carolin.* cordato folio, Stramonii flore.
67. Convolvulus *Madraſpat.* Acetoſæ folio.
68. Convolvulus *Madraſpat.* fol. cordato pubeſcente, floribus longis comoſis.
69. Convolvulus *Madraſpat.* fol. cordato cuſpidato, caulibus verrucoſis.
70. Convolvulus *Madraſpat.* fol. trifido.
71. Convolvulus *Madraſpat.* Lilac folio.
72. Convolvulus *Madraſpat.* Periplocæ folio.
73. Convolvulus *Malabar.* cordat. folio ſem. plumoſo
74. Convolvulus *Malab.* folio, ſubrotundo & auriculato.
75. Convolvulus *Malab.* piloſus digitato folio.
76. Convolvulus *Malab.* Violæ folio, ſem. holoſericeo.
77. Convolvulo affinis *Malabar.* folio cordato & lobato.
78. Conyza *Carolin.* fol. integro lanuginoſo.
79. Conyza *Capenſis* nuda foliolis Pinaſtri.
80. Conyza *Chuſan.* Helenitis folio integro.
81. Coral *Arcautenſis* folio ſubtus pannoſo.
82. Coral *Carolin.* haſtato folio.
83. Coral *Madraſpat.* vulg. facie Populi nigri folio.
84. Coral *Madraſpat.* folio utrinque molli.
85. Corchorus *Madraſpat.* folio latiore.
86. Corchorus *Madraſp.* folio longiore.
87. Corchorus *Madraſp.* fol. anguſtiore.
88. Coris *Madraſpat.* verticillata, Hyſſopi folio.
89. Corruda *Capenſis* foliorum pinnulis ferè ternis. Nat. *Icon.* Afric. *Tab.* 1. Fig. 5.

90. Cortusa *Mariana* minor.
91. *Coryli* folio longiore Arbor *Malaccensis* floribus racemiferis.
92. Cotula *Capensis* petalis extus rubentibus.
93. Cratæogonon *Marian.* foliis laceratis, comis rubentibus.
94. Crocus *Capensis* pusillus flore minimo.
95. Crocus *Capensis* petalis inæqualibus.
96. Crocus *Capensis* luteus petalis angustis.
97. Crocus *Capensis* fol. capillaceis, calyce bifolio.
98. Croco affinis *Capensis* tricolor, caule nodoso *Nat.* Icon. *Afric.* Tab. 2. Fig. 3.
99. Crotalaria *Capensis* purpurea odorata.
100. Crotalaria *Capensis* sericea.
101. Crotalaria *Carolin.* hirsuta, Coluteæ folio.
102. Crotalaria *Emuyaca* foliis angustis sericeis, calycibus ferrugineis valde pilosis.
103. Crotalaria *Madraspat.* foliis peranguſtis hirsutis.
104. Crotalaria *Madraspat.* Pilosellæ folio *Gazophyl.* Nat. *Tab.* 30. Fig. 10.
105. Crotalaria *Malabar.* trifoliata.
106. Cucumis *Malab.* fructu & semine minimis.
107. Cyperus *Capensis* capitulis conoidibus oblongis.
108. Cyperus *Carolin.* Miliaceus spicis angustis.
109. Cyperus *Carolin* Miliaceus, minor.
110. Cyperus *Sorghoides* ex *Jobere.*
111. Cyperoides *Capensis* spicis erectis turgidis.
112. Cyperoides *Caroliniana* Junci vulg. capitulis.
113. Cyperoides *Caroliniana* Tritici spicâ.
114. Cyperoides *Caroliniana* ferè tetracephalos.
115. Cytisus *Chusan.* nodiflorus & spicatus Cajan facie.
116. Cytisus *Madraspat.* procumbens Anil facie.
117. Cytisus *Marianus* luteus Anil folio.
118. Colutea *Capensis* flore rubello.
119. Colutea *Capensis* siliquis compressis.
1. Dactylon *Carolin.* perelegans Acetosæ semine.
2. Dens Leonis *Capensis* Asplenii folio.
3. Diapensia *Caroliniana* segmentis foliorum acutioribus.
4. Dipetalos *Carolin.* Arundinis folio.
5. Dipsacoides *Madraspat.* Amygdalæ nanæ folio.
6. Dispermos *Madraspat.* valdè racemifera, Laurus-tini folio.
7. Doronicum *Carolin.* flore folioso.
8. Dorychnium *Capense* spicatum.
9. Dulcamaræ flore specioso Frutex *Madraspatana.*
1. Echium *Capense* folio lævi.
2. Echium *Capense* vulg. facie.
3. Elichrysum *Capense* auriculato folio.
4. Elichrysum *Capense* croceum, Gnaphalii folio.
5. Elichrysum *Capense* Ericæ folio.
6. Elichrysum *Carolin.* Gnaphalii *Americ.* facie.
7. Elichrysi facie *Capensis* fl. albo.
8. Ephemerum *Madraspat.* folio gramineo ex utriculo villoso.
9. Ephemerum *Malabar.* Persicariæ folio, caulibus florigerentibus hirsutis.
10. Ephemerum *Malabar.* Tiliæ modo florens.
11. Erica *Capensis* Abietis folio, floribus purpurascentibus turgidis.
12. Erica *Capensis* Cerinthoides spicata, Juniperi folio lævi.
13. Erica *Capensis* Cerinthoides staminosa, fol. brevioribus densè stipatis.
14. Erica *Capensis* Juniperi foliis, Lilii convallium flore.
15. Erica *Capensis* Lycopodii facie, floribus albidis squamosis.
16. Erica *Capensis* Lycopodii facie, floribus urceolatis magnis.
17. Erica *Capensis* Oxycocci folio, floribus staminosis.
18. Erica *Capensis* tenuifolia, floribus minimis rubris urceolatis.
19. Erica *Capensis* urceolàta, Rorismarini folio.
20. Erica *Hibernica* foliis Myrti pilosis subtus incanis *Gazoph.* Nat. *Tab.* 27. Fig. 4.
21. Erica *Laponica* Camarinnæ foliis D. *Rudbec.*
22. Erinus *Chusan.* foliis Alsines leviter serratis.
23. Eryngium *Carolinianum* Ananæ folio.
24. Eryngium *Chinense* foliis plerumque trifidis aut trilobatis.
25. Eryngium *Marianum* Ranunculi flammei anguſtifol. folio.
26. *Eryngium* forte *Mauritanicum* spinosum fol. anguſtissimo *Gazoph.* Natur. *Tab.* 29. Fig. 1.
27. Esula *Caroliniana* anguſtissimo folio.
28. Eupatorium *Cantonicum* foliis binis serratis.
29. Eupatorium *Capense* folio serrato.
30. Eupatorium *Carolin.* scandens Fegopyri folio.
31. Eupatorium *Chusan.* foliis serratis.
32. Eupatorium *Chusan.* foliis minus serratis.
33. Euonymus *Capensis* spinosa.
34. Euonymus *Madraspat.* aculeatus, rigido folio.
35. Euphrasia *Caroliniana* caule squamoso.
36. Euphrasia *Chusan.* Prunellæ folio.
37. Euphrasia *Madraspat.* spicata, Acini folio.
38. Euphrasia *Madraspat.* spicata, Prunellæ folio.
39. Euphrasia *Madraspat.* verticillata, Cratæogoni folio.
1. Fagara *Chusan.* fol. pyramidali, fructiferis ramulis tantum spinosis.
2. Fagara *Chusan.* ramulis foliorum spinosis.
3. Fagara *Chusan.* fol. Rosæ minoribus.
4. Fagara *Madraspat.* Urucu folio subtus molli.
5. Fegopyrum *Chusan.* auriculis barbatis.
6. Fegopyrum *Chusan.* auriculatum, fol. lanceolatis, caulibus spinosis.
7. Festuca *Carolin.* non aristata.
8. Ficus *Madraspat.* Laurinis foliis.
9. Ficus *Madraspat.* fol. longiore aspero.
10. Ficus *Madraspat.* fol. latiore molli.
11. Ficus *Madraspat.* folio rotundiore crasso.
12. Ficus *Malabar.* fol. cuspidato, fructu parvo gemino.
13. Ficus *Malab.* folio magno rigido, fr. Geraſi gemino.
14. Ficus *Malab.* Manchinelæ folio.
15. *Ficus* forte *Madraspat.* Mori folio non crenato.
16. Ficoides *Capensis* Halymi folio.
17. Filago *Carolin.* flore rubente.

18. Filix

18. Filix *Africana* pinnulis ſpinoſis altè inciſis.
19. Filix *Capenſis* Oſmundæ facie.
20. Filix *Capenſis* fæminæ vulg. facie.
21. Filix *Chuſan.* maculata, pinnis Capilli Veneris facie.
22. Filix *Malabar.* ſcandens, pinnulis alternis integris.
23. Filicula *Capenſis* pinnulis minimis integris.
24. Frutex *Capenſis* pediculis foliorum cordiformibus, fructu triangulo. Natur. *Icon.* Africæ *Tab.* 1. Fig. 1.
25. Fucus *Capenſis* ex albo rubroque mixtus.
1. Gale *Capenſis* foliis laceratis.
2. Gale *Capenſis* foliis integris ac ſerratis.
3. Galega *Malabar.* floribus maximis.
4. Galega *Malabar.* fl. majore luteo maculato, pinnis plurimis.
5. Galega *Madraſpat.* minore luteo maculato, pinnis paucioribus.
6. Gelſeminum *Madraſp.* Coryli fol. maximo.
7. Gelſeminum *Madraſpat.* fructu brevi anguloſo.
8. Geniſta *Capenſis* Camphoratæ folio.
9. Geniſta *Capenſis* Camphoratæ folio, calyce ſtellato.
10. Geniſta *Capenſis* capillaceis foliis, flore magno.
11. Geniſta *Capenſis* Ruſci facie anguſtifolia.
12. Geniſta *Capenſis* Ruſci facie latifolia.
13. Geniſta tinctoria ſericea *Capenſis*.
14. Geniſta *Capenſis* Roriſmarini folio, flore magno.
15. Geniſta *Capenſis* Taxi folio.
16. Geniſta *Capenſis* Vermicularis folio, calyce amplo.
17. Geniſtella *Capenſis* aculeata, Camphoratæ folio.
18. Geranium *Carolinianum* Ranunculi folio, flo. magno.
19. Geranium *Capenſe* Alchimillæ folio rigido circulo rubente.
20. Geranium *Capenſe* Cortuſæ folio circulo rubente.
21. Geranium *Capenſe* humile, Myrrhidis folio.
22. Geum *Marianum* album fol. oblongo.
23. Gladiolus *Capenſis* lignoſus latifolius.
24. Gladiolus *Capenſis* anguſtifol. fl. majore.
25. Gladiolus *Virginianus* monanthos Lilii convallium folio.
26. Gladiolus *Capenſis* monanthos, flore cucullato Nat. *Icon.* Africæ Tab. 2. Fig 2.
27. Glans *Arcautenſis* calyce lævi tetragono.
28. Glaux *Chuſan.* flore cœruleo repens Acini facie.
29. Glaux *Malabar.* hirſuta, maritimæ ſimilis.
30. Glauci affinis *Madraſpat.* geniculis calyculatis.
31. Globularia *Canton.* minima, Verbenæ nodifloræ facie.
32. Gnaphalium *Carolin.* majus caule alato.
33. Goſſipium *Madraſpat.* arbor folio digitato *Mangæ*.
34. Goſſipium *Madraſpat.* arbor folio digitato pediculo innixo.
35. Goſſipii facie arbor *Malab.* flore minore.
36. Gramen Avenaceum *Carolin.* ſpicis compreſſis.
37. Gramen *Carolinianum* perelegans, ſpicâ pectinata.
38. Gramen *Paniceum* minus *Indiæ* utriuſque.
39. Gratiola *Carolin.* Myrti folio.
40. Gratiola *Chuſan.* folio ſummo dentato.
41. Gratiola *Madraſpatana* Chamædryos fol.
42. Gratiola *Malabar.* aquatica foliis ternis ſerratis.
43. Gratiola *Malab.* foliis ſtellatis dentatis Nat. *Icon.* Aſiæ Tab. 2. Fig. 11.
1. Hedera *Chuſan.* Vitis folio.
2. Hedypnois *Madraſpat.* fol. integro glabro.
3. Hedyſarum *Chuſan.* Cajan facie, pediculo alato.
4. Hedyſarum *Chuſan.* Lujulæ fol. Lentis ſiliquâ.
5. Hedyſarum *Chuſan.* foliis minimis, ramulis pubeſcentibus.
6. Hedyſarum *Chuſan.* ſiliquâ ferè biarticulatâ.
7. Hedyſarum *Marianum* fol. breviore glabro.
8. Hedyſarum *Marianum* fol. longiore molli.
9. Heliotropium *Barbadenſe* foliis anguſtis ſericeis.
10. Heliotropium *Braſil.* Herbæ Paridis folio.
11. Heliotropium *Indiæ* utriuſque, Borraginis folio.
12. Heliotropio affinis *Madraſpat.* Scordii lanuginoſi folio.
13. Helleborine *Capenſ.* Alſines folio.
14. Hermannia *Capenſis* Alni folio.
15. Hermannia *Capenſis* Althææ folio.
16. Herba Paris *Virginiana* flore luteo.
17. Herba Viva *Malabarica*.
18. Heſperis *Mariana* Cochleariæ facie.
19. Heſperis *Mariana* foliis biformibus.
20. Heſperis *Mariana* foliis digitatis.
21. Hieracium *Carolin.* barbatum aphacoides.
22. Hieracium *Tigurinum* Dentis Leon. folio minus fl. ferrugineo D. *Scheuchzer.*
23. Horminum *Chuſan.* Artemiſiæ folio.
24. Horminum *Marianum* Napi folio.
25. *Horminum* forte *Carolin.* Brancæ Urſinæ fol.
26. Hyacinthus *Madraſpat.* utriculatus, Sagittariæ folio.
27. Hyacinthus *Madraſpat.* utriculatus minor.
28. Hyacinthus *Malabaricus* utriculatus major.
1. Jaca *Malabarica*.
2. Jacea *Capenſis* folio parvo hirto capite viſcoſo *Gaz.* Nat. *Tab.* 25. Fig. 6.
3. Jacea *Caroliniana* purpurea, Virgæ aureæ facie.
4. Jacobæa *Canton.* Lampſanæ folio.
5. Jacobæa *Capenſis* Abrotani folio, flore ſingulari.
6. Jacobæa *Capenſis* Abrotani folio fl. ſingulari, calycibus membranaceis.
7. Jacobæa *Capenſis* Graminis folio anguſtiſſimo.
8. Jacobæa *Capenſis* Pinaſtri folio umbellifera.
9. Jacobæa *Capenſis* Senecionis folio, fl. purpureo.
10. Jacobæa *Capenſis* Tripolii folio, fl. ſingulari.
11. Jacobæa *Madraſpat.* Crithmi folio.
12. Jambo *Malaccenſis* folio Laurino perforato.
13. Jaſminum *Luſitanicum* ſpecioſum trifoliatum.
14. *Jaſminum* Malabar. *Catalonico* ſimilis.
15. *Jaſmini* flore, calyce ſtellato Frutex *Madraſpatan.*
16. Ilex *Virginiana* Liguſtri folio.

17. Inga

17. Inga *Braſiliana* rachi foliorum alato, fructu compreſſo gratiſſimo Nat. Icon. *Americ.* Tab. 1. Fig. 6.
18. Inhame *Madraſpat.* latiſſimo folio, Chinæ facie.
19. Inhame *Madraſpat.* foliis binis pulchrè venoſis *Gaz.* Nat. *Tab.* 31. Fig. 6.
20. Inhame *Malabarica* caule alato.
21. Intſia *Malabar.* comoſa, Tamarindi folio.
22. Ipecacoanha *Braſilienſibus* radice emetica Nat. Icon. *Americæ* Tab. 1. Fig. 1.
23. Juncus *Bermudenſis* clavatus capitulis conoidibus.
24. Jupicai *Carolin.* folio anguſtiore.
25. Jupicai *Carolin.* folio latiore.
1. Kadali *Caroliniana* Papaveris ſpumei folio.
2. Kadali *Chinenſis* Jujubæ folio minore.
3. Kali album *Madraſpatanum* verrucoſum.
4. Kali *Madraſpat.* Portulacæ minoris folio.
5. Kali *Viziagapatanum* minimum Herniariæ facie.
6. *Kali* forte *Canton.* Potamogiton. folio ſanguineo.
7. *Kanadi* Perſicis. *Bulbus* fl. luteo ſuaviſſimo.
8. Ketmia *Malabar.* fl. rubro ſimplici.
9. Ketmia *Malabar.* fl. rubro pleno.
10. Ketmia *Malabar.* Malvæ folio, flore flaveſcente fundo purpureo.
1. Larix *Capenſis* Satureiæ foliis.
2. Laurus *Alexandrina* Capenſis ramoſiſſima, Ruſci foliis.
3. Laurus Tinus *Madraſpat.* venis parallelis.
4. Lauri folio ſubtus molli ſtirps *Madraſpat.*
5. Lauri folio *Malaccenſis* arbor folio ſummo acuminato, dentato.
6. Lazula *Capenſis* Eryngii capitulis.
7. Lens *Caroliniana* Aſari folio molli.
8. Lens *Madraſpat.* Elatines folio. *Gazophyl.* Naturæ, Tab. 3. Fig. 11.
9. Lens *Madraſpat.* Nummulariæ folio maculato. *Gaz.* Nat. Tab. 33. Fig. 1.
10. Leonurus *Madraſpat.* foliis rigidis parvis hirtis *Gaz.* Nat. Tab. 32. Fig. 12.
11. Leucanthemum *Norwegicum* foliis rotundis ſerratis.
12. Limonia *Madraſpat.* parva trifoliata.
13. Limonia *Malabar.* coſtâ foliorum elegantèr alata.
14. Limonium *Capenſis* majus, flore ſpecioſo.
15. Limonium *Capenſe* minus, paniculis quaſi foliaceis.
16. Linum *Carolin.* ſpecioſum, fl. flaveſcente.
17. Lithoſpermum *Madraſpat.* minimum, Roriſmarini folio.
18. Lithoſpermi ſemine, Frutex *Guineenſis* ſpicatus.
19. Lonchitis *Capenſis* auriculis parvis.
20. Lotus *Capenſis* ferè ter-trifoliatus.
21. Lotus *Madraſpat.* ex toto villoſus.
22. Lujula *Capenſis* anguſtifolia.
23. Lujula *Capenſis* bulboſa, Loti facie.
24. Lujula *Capenſis* hirſuta magno flore.
25. Lujula *Capenſis* humilis Lupini folio.
26. Lujula *Capenſis* minima Peucedani puſilli folio.
27. Lujula *Caroliniana* flore cœruleo.
28. Lychnis *Caroliniana* carnea hirſuta.
29. Lychnis *Caroliniana* rubra minus hirſuta.
30. Lychnis *Virginiana* cruciata, petalis laciniatis.
31. Lychnoides *Caroliniana* Chamænerii folio.
32. Lycium *Chuſanenſ.* cordato folio.
33. Lycium *Madraſpat.* Buxi folio obtuſo.
34. Lycium *Madraſpat.* foliis integris trifidis.
35. Lycium *Madraſpat.* Lauri fol. Ceraſi fructu.
36. Lycium *Malabar.* Liguſtri facie.
37. Lyſimachia *Mariana* Salicis folio, flore purpureo.
1. Macandu *Malabar.* fructu conoide.
2. Macandu affinis *Malaccenſis* fructu Piſi conifero viridi.
3. Malacoides *Madraſpat.* Betonicæ folio.
4. Malacoides *Madraſpat.* Ribeſii folio.
5. Malacoides *Madraſpat.* folio latiore ſerrato, ſem. lanuginoſo.
6. Malacoides *Zurattenſis* fol. acuto ſerrato.
7. Malva *Madraſpat.* lutea, Abutili facie, ſem. verrucoſo.
8. Mandaru *Madraſpat.* foliis minoribus rigidis.
9. Mandaru *Madraſpat.* Unguis Cati foliis ad pediculum fiſſis.
10. Mandaru *Malabar.* ſiliquâ brevi craſſâ.
11. Mangle *Malalabaric.* Pimento Jamaicenſis folio fr. cornuto.
12. Mangle *Zeylanica* foliis acuminatis pulchre venoſis.
13. Melianthus *Capenſis* major.
14. Melianthus minor.
15. Melilotus *Malabar.* fl. albo.
16. Meliloto affinis *Madraſp.* fol. ſingulari lato.
17. Mentaſtrum *Chuſan.* ſpicis racemoſis, calycibus rotundis.
18. Mentaſtrum *Chuſan.* Pulegii facie majus.
19. Mentaſtrum *Chuſan.* Pulegii facie minus.
20. Mentha *Chuſan.* minor.
21. Mentha *Chuſan.* ſuaveolens, ſpicis aphyllis.
22. Mentha *Zeylanica* Camphorata ferè trifoliata.
23. Mercurialis *Chuſan.* acetabulata, foliis Melochii.
24. Mercurialis *Chuſan.* minor, Chamædryos folio.
25. Meſpilus *Mariana* Pyracanthæ folio.
26. Moly *Madraſpatan.* Allii floribus.
27. Moly fortè *Carolin.* gemmifloris lanuginoſis.
28. Momordica *Malabar.* folio ferè trifido aut quinquifido, radice Rapacea.
1. Nepa *Capenſis* capitata, foliis rigidis.
2. Nepa *Capenſis* capitata foliis minus rigidis.
3. Nepeta *Chuſan.* ſpica ſpecioſa monoſpermos.
4. Nepeta *Madraſpatana* Typhoides.
5. Ninzin & Genſing *Officinarum. Gazoph.* Natur. *Tab.* 24. Fig. 8. Dal. Pharm. 340.
6. Nirouri affinis *Chuſan.* fructu maximo, ſeminibus rubris.
7. Nymphæa *Capenſis* fl. cœruleo.
8. Nymphæa *Carolin.* floribus pluribus parvis è pediculo foliorum enaſcentibus.
9. Nymphæa *Malabarica* è caule florens.
10. Nymphæa *Madraſpat.* rubra, media fol. umbilicato.
11. Nymphæa *Malabar.* fol. maximo umbilicato.
12. Nymphæa *Malabar.* major, fol. ſerrato ſubtùs ſericeo.
1. Ocimum *Madraſpat.* maximum, folio ſerrato, calyce ſpinoſo.
2. Ocimum *Madraſpat.* maximum, folio nonnihil dentato.
3. Ocimum *Madraſpat.* Meliſſæ folio.
4. Ocimum *Madraſpat.* Meliſſæ folio, pediculis brevioribus.

5. Oci-

5. Ocimum *Madraſpat.* Parietariæ folio.
6. Ocimum *Madraſpat.* Parietariæ folio leviter dentato.
7. Ocimi facie Planta *Chuſan.* floſculis quinquifidis bracteolis adnaſcentibus.
8. Ocra *Malabarica* ſiliquâ brevi.
9. Oleandri flore Arbor *Madraſpat.* trifoliata.
10. Onobrychis *Madraſpatan.* Buxi folio ſingulari.
11. Onobrychis *Madraſpatan.* Cajan facie.
12. Onobrychis *Madraſpat.* Nummulariæ fol. Barbareæ ſiliquis *Gazoph.* Nat. *Tab.* 26. Fig. 6.
13. Onobrychis *Madraſpat.* Nummulariæ folio Ornithopodii ſiliquis *Gaz.* Natur. *Tab.* 26. Fig. 4.
14. Onobrychis *Malabaric.* diphyllos major.
15. Onobrychis *Malabaric.* diphyllos minor.
16. Onobrychis *Zeylanica* Aurantii folio.
17. Orchis *Madraſpatana* latifol. calcaribus oblongis.
18. Ornithogalum *Carolin.* baſi-florens purpureum.
19. Ornithogalum *Madraſpat.* minus floribus exiguis ſpicatis.
20. Ornithogalum *Madraſpat.* Calami aromatici folio.
21. Orobanche *Chuſan.* purpur. monanthos.
22. *Orobanche* forte *Capenſis* floribus elegantiſſimè cœruleis.
23. *Orobanche* fortè *Capenſis* ramoſa floribus minutiſſimis.
1. Palma *Malabarica* Julifera.
2. Palma folio fiſſili ex inſula *Triſſ.*
3. *Panax* forte *Mariana* Tiliæ folio.
4. Panax *Mariana* minima trifoliata.
5. Panicum *Madraſpat.* ſpica longiſſima.
6. Panel *Arcautenſis* Lauri folio, fructu comoſo.
7. Panel *Madraſpat.* Pervincæ majoris folio.
8. Panel *Madraſpat.* Anonæ folio ſubtus molli.
9. Parietaria *Madraſpatan.* folio acutiore.
10. Pariti *Malaccenſis* Tiliæ folio aſpero.
11. Pariti *Madraſpatan.* fol. longo cordato, ſubtus lanuginoſo.
12. Pariti *Malabaric.* folio cordato integro, calyce plano.
13. Pariti *Malabaric.* Cannabis folio ſingulari.
14. Pariti *Malabar.* Cannabis folio digitato.
15. Paſſiflora *Mariana* Bryoniæ albæ flore.
16. Periclymeni flore *Malaccenſis* Pervinca majoris folio.
17. Periclymeni flore ſpicato rubro tubuloſo folio anguſtiſſimo rigido è *Madraſpatan.*
18. Periploca *Madraſpatan* auriculata Smilacis folio.
19. Periploca *Madraſpatana* Chamænerii fol. Fritillariæ craſſæ flore.
20. Periploca *Madraſpatana* glabra, pediculis florum brevioribus.
21. Periploca *Madraſpat.* parum villoſa, pediculis florum tenuioribus.
22. Periploca *Madraſpat.* Glycyrrhizæ folio.
23. Periploca *Madraſpat.* Periclymeni folio, caule ſcabro.
24. Periploca *Madraſpat.* Portulacæ folio.
25. Perſicaria *Chuſan.* Lapathi folio, ſpica longa tenui.
26. *Perſicariæ* ſpicâ Frutex *Madraſpatanus.*
27. *Peucedani* facie planta *Capenſis* trifoliata, Acetoſæ floribus.
28. Phaſeolus *Madraſpatan.* Cajan facie, folio breviore.
29. Phaſeolus *Madraſpat.* Cajan facie, folio rotundiore.
30. Phaſeolus *Madraſpat.* Clitoridis facie, ſiliquis latioribus.
31. Phaſeolus *Madraſpat.* Clitoridis facie, ſiliquis anguſtioribus.
32. Phaſeolus *Madraſpat.* auriculatus trilobatus glaber.
33. Phaſeolus *Madraſpat.* auriculatus trilobatus hirſutus.
34. Phaſeolus *Madraſpat.* folio ſummo trilobato.
35. Phaſeolus *Madraſpat.* diſpermos foliis minoribus ſubrotundis.
36. Phaſeolus *Madraſpat.* fol. rotundis ſubtus glaucis, marg. pubeſcente.
37. Phaſeolus *Madraſpatan.* pubeſcens ſiliquis brevibus hirſutis.
38. Phaſeolus *Madraſpat.* Salviæ folio, ſiliquâ anguſtâ.
39. Phaſeolus *Malabaricus* auriculatus piloſus.
40. Phaſeolus *Malabaricus* ſiliquis ferè binis erectis.
41. Phaſeolus *Malabar.* ſiliqua falcata longiore.
42. Phaſeolus *Malabar.* ſiliquâ falcata breviore.
43. Phyllitis ſcandens *Malaccenſis*, ſarmentis maculatis.
44. Pimenta *Malaccenſis* Myrti Romani folio.
45. Pinguicula *Caroliniana* flore luteo ſpecioſo.
46. Pinguicula *Madraſpatan.* major & ramoſa.
47. *Pini* folio Planta *Capenſis* floribus ſpicatis.
48. Piri *Malabaric.* Bryoniæ albæ facie.
49. Piſum *Laponicum* litoreum floribus ſubcœruleis. D. *Rudbeck.*
50. Plantago aq. *Caroliniana* anguſtiſſimo folio.
51. Plantago *Caroliniana* minor hirſuta.
52. Plumbago *Malabaric.* Lilac folio.
53. Polygala *Capenſis* Balauſtii folio.
54. Polygala *Capenſis* fol. anguſtiſſimo, flore majore.
55. Polygala *Capenſis* fol. anguſtiſſimo, flore minore.
56. Polygala *Madraſpat.* Glaucis marit. folio, ex alis florida.
57. Polygala *Mariana* flore carneo fimbriato.
58. Polygala *Virginiana* flore luteo capitato.
59. Polygonatum *Carolin.* perfoliatum minus luteum.
60. Ponnæ ſimilis *Madraſpat.* folio obtuſo.
61. Portulaca minima *Malaccenſis* lanuginoſa.
62. Potamogiton *Madraſpat.* Gramineum è longo utriculo floridum.
63. Potamogiton *Malabaricum* Plantaginis aq. minoris folio.
64. *Potamogiton* fortè *Malabar.* foliis Fœniculaceis ac Aurantiacis.
65. Potamogiton *Madraſpat.* Phyllitidis folio pulcrè venoſo.
66. Praſſium *Capenſe* Hederæterreſtris folio.
67. Prunifera arbor *Cocor* dicta ex Inſula *Triſſ.*
68. Prunus *Braſil.* Portulacæ folio.
1. Quadrifido fructu Arbor *Malaccenſis* Pomi folio.
2. Quadrifolium *Perſicum* annuum, flore pentapetalo *Nat.* Ic. *Aſiæ* Tab. 4. Fig. 1.

1. Randalia *Canton.* caule tortili.
2. Randalia *Malabar.* foliis capillaceis *Nat* Icon. *Aſiæ* Tab. 1. Fig. 6.
3. Ranunculus *Pariſienſis* pumilus Plantaginellæ folio. *Gazophyl.* Naturæ *Tab.* 25. Fig. 4.
4. Ranunculus *Siculus* fol. ſubrotundo ſerrato *Gazoph.* Nat. *Tab.* 24. Fig. 9.
5. Rapunculus *Capenſis* foliis dentatis.
6. Rapunculus *Capenſis* foliis parvis cirroſis.
7. Rapunculus *Capenſis* Pinaſtri folio.
8. Rapunculus *Capenſis* Scabioſæ folio.
9. Rapunculus *Capenſis* Speculi Veneris folio.
10. *Rapunculus* fortè *Capenſis* floſculis exiguis *Knawel* folio.
11. Rapunculus *Carolinianus* cœrul. Scabioſæ capitul. fol. anguſto.
12. *Reniformis*, forte, Cocculus *Madraſpat.* foliis apiculatis clarè venoſis.
13. Rhamnus Catharticus *Chuſan.* folio longiore.
14. Rhodium *Capenſe.*
15. Rhus *Capenſis* trifoliata anguſtifolia ſubtus alba.
16. Rhus *Capenſis* fol. trifidis latioribus ſerratis ſubtus albidis.
17. Rhus *Capenſis* trifoliata, villoſa, integra.
18. Rhus *Capenſis* trifoliata villoſa, ſerrata.
19. Rhus *Capenſis* trifoliata lævis major.
20. Rhus *Capenſis* trifoliata lævis minor.
21. Rhus *Chuſan.* Sorbi folio vix ſerrato, rachi alata.
22. Ricinus *Caroliniana* urens Aceris minoris folio.
23. Ricophora *Madraſpat.* cordato folio, flor. muſcoſis racemiferis.
24. Ricophora *Madraſpat.* pentaphylla.
25. Ricophora *Madraſpat.* trifoliata, ſpicis aphyllis racemiferis.
26. Ricophora *Madraſpat.* trifoliata, ex alis foliorum Lupuliflora.
27. Ros Solis *Caroliniana* flore majore.
28. *Rumphal* Perſis. *Dracontium* folio palmato *NAT. Icon.* Tab. 4. fig. 8.
29. Rutæ facie planta *Madraſpatana.*
30. Ruterus *Capenſis* trifoliatus, maculoſus.
1. Sagittaria *Malabar.* folio majore.
2. Sagittaria *Madraſpat.* folio minore.
3. Salix *Eboracenſis* Alni folio minore.
4. Salvia *Capenſis* lignoſa Horminoides.
5. Salvia *Capenſis* flore aureo maximo.
6. Sambac *Madraſpatan.* fl. ſimplici.
7. Sambac *Madraſpatan.* fl. duplici.
8. Sambuco paluſtri affinis *Japon.* fol. lato ſerrato, fl. cœruleſcente.
9. Samolus *Guineenſis* Hyſſopi folio.
10. Samolus *Madraſpatan.* Botryoide.
11. Samolus *Madraſpat.* folio latiſſimo.
12. Sanamunda *Capenſis* Taxi folio.
13. Santalum nigrum *Madraſpatan.* fol. & fructu majore.
14. Santalo albo ſimilis floribus magis ſparſis è *Madraſpatan.*
15. Sapan *Malaccenſis* ſpinoſa lutea Glycirrhize folio.
16. Sapan *Madraſpatan.* ſpinoſa Tamarindi majoris folio.
17. Sapan *Madraſpatan.* non ſpinoſa Tamarindi majoris fol. ſubtus incano.
18. Saponaria *Madraſpatan.* arbor Juglandis folio.
19. Saracenica *Caroliniana* folio breviore.
20. Saracenica *Caroliniana* folio longiore.
21. Saururus *Carolin.* Inhame folio.
22. Saururus *Madraſpatan.* Stæchadis ſpicâ, Solani hort. folio.
23. Saururus *Malabar.* folio Pyriformi, carnoſo compreſſo. *NAT.* Icon. *Aſiæ*, Tab. 1. fig. 11.
24. Scammonea *Caroliniana* caule piloſo, foliis mollibus.
25. Scammonium *Malabaric.* aquaticum flore albo.
26. Scammonium *Malabar.* folio cordato.
27. Scandens *Caroliniana* planta Viornæ folio.
28. Schetti *Malabaric.* fl. albo.
29. Schunda *Madraſpat.* Acanthii folio ſubtus pannoſo.
30. Schunda *Madraſpatan.* folio craſſo pannoſo.
31. Schunda *Madraſpat.* tomentoſa, folio vix ſpinoſo.
32. Schunda *Madraſpat.* folio parvo ferè trifido.
33. Schunda *Malabarica* Acanthii folio.
34. Schunda *Malabaric.* maxima tomentoſa.
35. Schunda *Malabaric.* tomentoſa minor.
36. Sedum *Capenſe* Craſſulæ folio.
37. Sedum *Capenſe* comoſum, folio anguſto, fundo tubuloſo.
38. Sedum *Capenſe* comoſum, folio lato, fundo tubuloſo.
39. Sedum *Capenſe* foliis anguſtis tubuloſis, marginibus albidis.
40. Sedum *Capenſe* floribus parvis, luteis marginibus foliorum piloſis.
41. Sedum *Capenſe* Gentianellæ facie.
42. Sedum *Capenſe* Muſcoſum.
43. *Sedum* forte *Carolinianum* anguſtifol. floribus Muſcoſis umbelliferis.
44. Sena *Madraſpatana* veſiculis compreſſis.
45. Senecio *Capenſis* glabra anguſtiſſimo folio.
46. Senecio *Capenſis* hirſuta fol. anguſto.
47. Senecio *Capenſis* Carthami folio racemifera.
48. Senecio *Capenſis* incana ſpicata.
49. Senecio *Madraſpatan.* flore purpureo
50. Sideritis *Madraſpatan.* Salviæ folio verticillis ſpinoſis.
51. Sinapiſtrum *Madraſpatan.* purpureum humile Meliloti folio.
52. Sinapiſtrum *Madraſpatan.* Lupini folio.
53. Sinapiſtrum *Madraſpatan.* quinquefolium luteum minus.
54. Sinapiſtrum *Malabaricum* purpureum Prunellæ anguſtiore folio.
55. Smilax *Capenſis* fructu trigono, folio viticulo terminante, *NAT. Icon.* Africæ, *Tab.* 2. fig. 7.
56. Smilax *Carolin.* lævis folio moll.
57. Smilax *Carolin.* fol. latiſſimo.
58. Smilax *Carolin.* ſpinoſa, folio haſtato.
59. Smilax *Crocodil.* folio rotundo, fructu comoſo.
60. Soldanellæ facie planta repens *Madraſpatana.*
61. Solanum *Malabaricum* vulg. hort. facie.
62. Sonchus *Madraſpat.* Lactucæ ſylv. facie.
63. Sonchus *Malabaricus* fl. purpureo.
64. Spartum *Eſſexianum* ſpicâ geminâ clauſa.
65. Spiræa *Capenſis* comoſa, Serpylli folio hirſuto.
66. Spiræa *Capenſis* comoſa, Serpylli folio obtuſo.

67. Spiræa

67. Spiræa *Capenſis* ſpicata, Serpylli folio margine quaſi perforato.
68. Spiræa *Virginiana* Jujubæ folio.
69. Stachys *Madraſpatan.* folio molli ſerrato.
1. Tagera *Madraſpatan.* Glycyrrhizæ folio.
2. Tamarindi facie, frutex *Chinenſis.*
3. Tanacetum *Capenſe* Crithmi folio.
4. Telephii folio planta *Madraſpatan.*
5. Tetragonolobus arbor *Madraſpat.* Cupang folio.
6. Thymbra *Capenſis* vulgaris.
7. Thymbra *Capenſis* foliis anguſtis hirſutis.
8. Thymbra *Capenſis* foliis Serpylli piloſis.
9. Thymelæa *Capenſis* foliis liratis.
10. Thymelæa *Chuſan.* Lithoſpermi folio, fl. cœruleo.
11. Thymelæa forte *Capenſis* Buxi foliis, flor. luteis denſè ſpicatis.
12. Toddali facie *Malaccenſis* Urticæ floribus.
13. Tribulus aquat. *Malabaricus* folio dentato.
14. Trichomanes *Malabar.* folio Nummulariæ ſerrato *NAT. Icon.* Aſiæ, *Tab.* 2. fig. 5.
15. Trientalis *Capenſis* Dracocephali folio *NAT. Icon.* Africæ, *Tab.* 2. fig. 1.
16. Trifoliata arbor *Malaccenſis* Coccygriæ folio.
17. Triglochin *Malabar.* fol. maculato *NAT. Icon.* Aſiæ, *Tab.* 1. fig. 8.
18. Triquetra capſula villoſa floribus ſaturate purpureis, è *Cap. B. Sp.*
19. Tuberaria *Carolin.* lutea ex tota piloſa.
1. Vaccinia *Capenſis* foliis exiguis craſſis.
2. Valeriana *Virginiana* Pedis Anſerini folio.
3. Valeriana forte ſcandens floribus racemiferis, *ex Jehore.*
4. Valerianoides *Braſiliana* fol. cordato *NAT. Icon.* Americæ, *Tab.* 2. fig. 11.
5. Valerianoides *Capenſis* Salviæ folio.
6. Valerianella *Madraſpatana* Stramonii fol. ſem. hiſpido.
7. Valerianella *Malabarica* fol. rotundiore.
8. Vanilia *Madraſpatana* rad. odorata traumatica.
9. Verbena *Capenſis* folio capillaceo.
10. Verbena *Caroliniana* fol. integro ſerrato ſcabro.
11. Verbena *Guineenſis* folio integro ſerrato glabro.
12. Verbenaca *Capenſis* Dracocephali folio.
13. Verbenaca *Capenſis* Lini folio.
14. Verbenaca *Capenſis* foliis dentatis.
15. Verbenaca *Madraſpat.* Teucrii folio.
16. Veronica *Chuſan.* ex alis foliorum florifera.
17. Veronica *Virginiana* fruteſcens ſtellata.
18. Viburno affinis *Chuſan.* fructu ex alis foliorum gemino.
19. Viola *Caroliniana* foliis trifidis dentatis.
20. Viola *Mariana* folio digitato.
21. Viola *Mariana* tricolor, auriculis laceratis.
22. Violæ capſula & ſemine planta *Madraſpat.* foliis anguſtis.
23. Viſcum *Madraſpatan.* latiore folio.
24. Viſcum *Madraſpatan.* Opuntioides.
25. *Viſcum* fortè *Madraſpatan.* Laurus-tini facie.
26. Vitis *Madraſpatan.* folio ſubtus lanuginoſo ſemine Viburni.
27. Vitis *Madraſpat.* fol. ſubtus lanuginoſo, fructu Pyriformi.
28. Vitis *Madraſpatan.* folio rotundo rigido non lanuginoſo, fructu Pyriformi.
29. Vitis *Malabar.* fere heptaphyllos.
30. Vitis *Malabar.* ſarmentis quadrangularibus.
31. Ulmus *Chuſan.* Tiliæ folio, ſem. tribus membranulis alatis.
32. Ulmi foliis binis ſtirps *Madraſpatana.*
33. Vomica fortè *Madraſpat.* flore tubuloſo ſpicato.
34. Volubilis *Guineenſis* foliis pinnatis Caſtaneæ, coſtâ alatâ.
35. Volubilis *Malaccenſis* Caſtaneæ folio.
36. Vomica *Malabarica* minima corniculata.
37. Unucleus *Capenſis* calyce ſtellato Myrti folio.
38. Waga *Madraſpat.* Criſtæ Pavonis ſiliquâ.
39. Waga *Madraſpat.* comoſa, Tamarindi folio, ſiliquâ latâ compreſſa.
40. Waga *Madraſpat.* globoſa, Ægyptiæ facie, Piſi ſiliquis.
41. Waga *Madraſpatan.* ſpinoſa Mimoſæ folio, Tageræ ſiliquâ.
42. Waga *Madraſpat.* foliis minimis *Mimoſæ Zeylan.* ſiliquis.
43. Waga *Madraſpatan.* ſpinoſa, ſpicata, foliis minimis ſiliquis contortis.
44. Waga *Malabar.* ſpinoſa, floribus globoſis.

Farrago *Plantarum* quarundam *Indicarum* & *Americanarum* incertæ ſedis à nobis breviter deſcriptarum.

1. Plantula palmaris, ramoſa, ramulis paullum procumbentibus, foliis anguſtis, uncialibus, crebris, alternatim poſitis. *Cap. Bonæ Spei.*

Caules & ramuli in capitula terminantur è floribus & foliolis intermixtis compoſita.

2. Plantula erecta, caule tenui, foliis capillaceis inordinatis veſtito, floſculis in ſummitate paucis hilarè cœruleis donato. A *Cap. Bonæ Spei.*

3. Anomala fruticoſa caneſcens, foliis oblongis anguſtis Hyſſopi, ex adverſo binis, floribus in ſummis ramulis & ſuperiorum foliorum alis. *Cap. Bonæ Spei.*

Plantæ quam deſcribo à D. *Oldenlandio* collectæ & ad D. *Petiver* miſſæ altitudo ſemipedalis erat aut major; caule aliquouſque ſimplici & indiviſo, mox ramoſo, ramulis ſeſquipalmaribus, æquæ propemodum altitudinis, *Flores* in ſummitate producentibus 4 aut 5, brevibus pediculis inſidentes, è calice majuſculo, concavo, oblongo, in 4 ſegmenta acuta diviſo, hirſuto, in quo fructum invenimus, membranaceum, craſſum, 4 vel 5 intus ſemina oblonga continentem.

4. Plantula purpuraſcens ramoſiſſima, floſculis in ſummis ramulis in capitula numeroſiſſima congeſtis *Cap. Bonæ Spei.*

Ramuli foliolis breviſſimis & anguſtiſſimis, ex adverſo poſitis ad divaricationes veſtiuntur.

5. Plantula anomala ſiliquoſa *Indica*, foliis tenuiſſimis. Ex *India Orientali.* Radix ſimplex tenuis profundè in terram deſcendit. *Caulis* tenuis ſeſquipalmaris, ramulis alternis, crebris ab imo ſtatim ramoſus. *Folia* tenuiſſima & ferè capillacea. Flores eiſque ſuccedentes ſiliquæ è foliorum alis aut ramulorum divaricationibus exeunt in pediculis ſemuncialibus tenuiſſimis; hæ autem Tetrapetalarum ſiliquas æmulantur, ſeſquunciam longæ, valde tenues & anguſtæ.

6. Plantula incana, humi ſtrata, foliis ad genicula longiuſculè diſtantia ex adverſo binis, Alyſſi *Galeni* ſimilibus, ſed multis numeris minoribus. Flores ex utriculis in foliorum alis exeunt pediculis brevibus, verùm in ſicca non comparuere.

7. Graminifolia aquatica, floribus in ſummo caule plurimis, pallidè purpureis, pentapetalis, *Marilandica.*

8. Plantula cauliculo tenui, ſeſquipalmari, ima parte folia pediculis longis inſidentia producens, ſuperiore baſi ſua arctè adhærentia, oblonga, circa margines ſinuata, in ſummitate tres quatuórve flores geſtans, ſatis amplos pro plantulæ modo, & ut videtur tetrapetalos.

9. Plantula foliis integris, brevibus, anguſtis, acutis, in caule ex adverſo binis, flore uno aut altero in ſummo caule, pentapetalo, è calice brevi. E *Marilandia* acceptam communicavit D. *Petiver.*

10. Planta foliis integris, in caule ex adverſo binis, anguſtis, acutis: floribus in pediculis longis, polypetalis, Eranthemi æmulis, calice polyphyllo cinctis.

11. Plantula foliolis rigidis, craſſis, acuminatis, circa margines aculeatis, ad imum caulem binis. E *Marilandia.*

Cauliculus in ſpecimine noſtro ſupra folia prædicta nudus erat, tenuis, rectus, in ſummitate in 3 pediculos diviſus, ſingulis fructum parvum cum apice in medio geſtantibus.

12. Plantula foliis ad radicem integris, ſubrotundis, in caule oblongis, laciniatis, in faſtigio flores aliquot velut in umbellam parvam coactos, purpureos ſuſtinens. E *Marilandia.*

Cauliculus in ſpecimine noſtro ſupra folia prædicta nudus erat, tenuis rectus, in ſummitate in 3 pediculos diviſus, ſingulis fructum parvum cum apice in medio geſtantibus.

13. Plantula foliis in 3 lacinias anguſtas, obiter dentatas diviſis, cauliculo in ſummitate 3, 4ve flores geſtante ſatis amplos. tetrapetalos, albos. E *Marilandia.*

14. Plantula Hieracifolia, ſpicâ craſſâ, velut è mero tomento compoſita *Marilandica.*

15. Plantula foliis Hederaceis, in cacumine floſculos paucos minimos geſtans, præ parvitate vix viſibiles.

16. Planta flore monopetalo irregulari, foliis prætenuibus anguſtis acutis: an fortè Antirrhini ſpecies? E *Marilandia* habuimus.

17. Linariæ folio tenuiſſimo, ſpicata, floſculis minimis ſummo fructui inſidentibus, *Cap. Bonæ Spei.*

Radix ſurculoſa eſt, plures emittens ramulos, ad latus extenſos, *Caules* nunc plures, nunc unum exſerit, ab imo ſtatim ramoſos, non rectâ aſſurgentes, ſed paullùm reclinatos, ſatis tamen rigidos, teretes, ima parte foliolis crebris anguſtiſſimis, acutis & pungentibus, uncialibus obſitos, ſuperiùs tenuioribus, multò brevioribus & rariùs ſitis. Summi caules & ramuli in ſpicas exeunt è *floſculis* minutiſſimis, fructui inſidentibus compoſitos. *Fructus* autem Coriandri grano duplo minor, rotundus, ſtriatus.

18. Verticillata-Spicata foliis ad Urticam, vaſculis ſeminalibus ad Caſſidam *Col.* accedentibus, quatuor in ſingulis ſeminulis.

A Verticillatis pleriſque differt, quòd longiſſimis & tenuiſſimis pediculis inſideant, quódque verticillis ex quibus ſpica componitur nulla ſubjiciantur folia, quod tamen Verbenæ commune eſt. Ex *India Orientali.*

19. Anomala procumbens foliis Alſines, binis oppoſitis, è quorum alis exeunt floſculi minimi, plures ſimul in pediculis brevibus tenuiſſimis.

20. Plantula latiuſculis Hieracii foliis integris, floribus in ſpicis Plantagineas quadantenus referentibus, è vaſculis compoſitis oblongis, in duas carinas, extremitatibus ſpinoſis, dehiſcentibus.

21. Plantula Polygonifolia incana, floſculis minimis, in pediculis tenuibus prælongis, è foliorum alis exeuntibus, quorum nonnulli articulum in medio habent.

22. Plantula foliis anguſtis oblongis, ex adverſo binis, floribus galeatis & labiatis, ſiliqua brevi, latiuſcula, depreſſa, bivalvi, linea ſeu ſulco exteriùs mediam per longitudinem dividente. *Adhatodæ* affinis.

23. Sonchi folio herba *Indica* floribus in caule ad foliorum inſertiones emergentibus.

24. Herba foliis in caule binis oppoſitis, integris, ex anguſto principio in uncialem latitudinem evadentibus; floribus in ſingulis foliorum alis ſingulis, tubuloſis, in 5 lata ſegmenta diviſis, foliolis acuminatis ſeu ſpinulis inferiùs obvallaiis, vaſculo ſuccedente oblongo conico.

25. Umbellifera foliis tenuiſſimè diviſis, umbellis parvis è floſculis albicantibus compoſitis.

26. Herbula incana & tomentoſa, ramoſiſſima, foliis tenuiſſimis, Gnaphalii fortè ſpecies.

27. Herba foliis parvis triangulis, floſculis in umbellis parvis è foliorum alis exeuntibus.

28. Plantula foliis parvis ſerratis alternis, floribus è foliorum alis exeuntibus in pediculis perbrevibus, calycibus rotundis Pentaphylli cujuſdam æmulis.

29. Herba elatior, foliis anguſtis Hyſſopoidis, floribus & fructu (qui bacca eſſe videtur) in ſummis caulibus & ramulis è foliorum alis exeuntibus.

30. Herbula erecta, folio anguſtiſſimo brevi, fructu parvo rotundo, umbilicato.

Flores & fructus ex alis foliorum exeunt, & in ſummis caulibus & ramulis conſiſtunt.

31. Her-

31. Herbula procumbens bifolia ramoſa, floribus & fructu confertim foliorum alis & ramorum articulis adnaſcentibus.

32. Pentaphyllos hirſuta, foliis prælongis pediculis inſidentibus, floribus conglomeratis in pediculis & calycibus hirſutiſſimis è foliorum alis exeuntibus.

33. Plantula ſurrecta, folio ſubrotundo, tenui, leviter ſerrato, longiſſimo pediculo inſidente, molli & flaccido. Flores & fructus in ſpicis oblongis, laxis è foliorum ſinubus egreſſis.

34. Herba valde tomentoſa, foliis ſubrotundis, rugoſis ad *Percepier* formam accedentibus. Flores & ſemina conferta ad foliorum inſertiones ſita videntur.

35. Planta foliis leguminaceis, pinnis plurimis parvis ad mediam coſtam annexis.

Flores velut umbellatim plures ſimul proveniunt in pediculis oblongis, è radice egreſſis. Radix ſimplex longa, altè in terram deſcendit.

36. Herba erecta, foliis ab anguſto principio in latum & ſubrotundum mucronem exeuntibus, Portulacæ aquaticæ æmulis, alternatim ſitis.

Caulis rigidus eſt & ramoſus, cui ut & ramulis hîc illic abſque pediculis adnaſcuntur fructûs, qui parvæ baccæ eſſe videntur.

37. Herbula multicaulis erecta, cauliculis tenuiſſimis ramoſis, foliis etiam anguſtis minimis, capitula rotunda proferens, in pediculis longis in plures pedicellos diviſis.

38. Herbula procumbens foliis bijugis anguſtis, extremis ſubrotundis, floribus in ſingulis foliorum alis ſingulis, in pediculis oblongis. Nummulariæ ſpecies eſſe videtur.

39. Herbula hirſuta, foliis parvis hirſutis, ſubrotundis, alternatim poſitis; è quorum alis in pediculo communi prælongo plures exeunt flores, velut faſciculatim congeſti.

40. Baccifera foliis rigidis, glabris, membranaceis, uncia latioribus, ſeſcunciam plus longis, marginibus æquis. Fructus baccæ parvæ rotundæ ſunt, plures ſimul in pediculo ex alis foliorum & ſummis virgis enaſcente, communi ſed brevi.

41. Cotyledonis aut Calthæ paluſtris ferè folio, pediculo ad folii latus inſerto, ut folium ſemicirculare tantùm ſit.

42. Apocyni fortè ſpecies, ſiliquâ longâ erectâ conicâ, cono valde anguſto foliis parvis.

43. Herba caulibus craſſis, ramoſis, foliis parvis anguſtis oblongis veſtitis; floribus in ſingulis foliorum alis ſingulis in calicibus oblongis, apertis, ſtriatis.

44. Pappoſa floribus parvis, in ſummis caulibus confertis, foliis ferè Bugulæ, circum oras crenatis.

45. Plantula Hyſſopifolia, foliis in caulibus raris alternis, floribus in ſpicis pyramidalibus denſis & confertis albicantibus.

46. Plantula Gentianulæ æmula, floſculis cœruleis pentapetalis aut pentapetaloidibus.

47. Leguminoſa, foliis binis oppoſitis è lata baſi in acutum mucronem deſinentibus.

48. Solanum an Apocynum ſcandens, foliis triangulis, caneſcentibus alternis floribus in communi pediculo brevi è foliorum alis egreſſo pluribus ſimul.

49. Plantula Prunellæ ferè folio lanuginoſo, pediculis longis, capſulis in foliorum alis oblongis, anguſtis, acuminatis, membranaceis in binas carinas per maturitatem dehiſcentibus.

50. Plantula valde anomala, erecta, hirta, foliis anguſtis, reflexis, floribus ex oblongo tubo in aliquot ſegmenta expanſis, è caliculis in foliorum alis ſeſſilibus.

51. Plantula foliolis anguſtiſſimis, cauliculis ramoſis, floſculis in ſummitate pluribus, in pediculis privatis prætenuibus minimis.

52. Plantula caule tenui, foliolis induto ad intervalla longa parvis rotundis, pedicellis longis inſidentibus. Fructus ſunt globuli ſeſſiles, ex adverſo foliorum caulibus adnaſcentes in perbrevibus pediculis, in ſphæricam figuram diſpoſiti. Datur & alia hujus generis, foliolis anguſtis oblongis, *&c.*

53. Aquatica

53. Aquatica folio maximo ex anguſto principio in latum & ſubrotundum apicem deſinente.

54. Quadrifolium repens, foliis pediculis prælongis inſidentibus. Floſculi ex alis foliorum exeunt in pediculis oblongis. Cauliculi tenues, teretes, imbelles, humi procumbentes, ad exortum foliorum verrucâ quadam donati.

55. Herba quadrato caule, foliis bijugis, pediculis longis inſidentibus, oviformibus, floribus confertis in foliorum alis ſeſſilibus, ut & in ramorum divaricationibus.

Folia unciam & interdum ſeſcunciam longa, ⅔tas unciæ lata.

56. Plantula foliis anguſtis aut modicè latis, oblongis, acuminatis, binis oppoſitis.

Flores videntur eſſe compoſiti, éque foliorum alis exeunt, ſinguli vel bini in pediculis ſemuncialibus.

57. Herba foliis Chamædryos falſæ maximæ, floribus in ſpica denſis, tuberculoſis, ſumma parte in aliquot ſegmenta ſe aperientibus, è calice anguſto oblongo exeuntibus.

58. Herba folio Urticæ ſubtus incano & lanuginoſo, ſupernè viridiore: Flores & fructus muſcoſi, ex alis foliorum & ex ramulis alibi egrediuntur.

59. Smilaci affinis, Malvæ ferè folio, floribus in ſingulis foliorum alis ſingulis, è calice oblongo tubuloſo exeuntibus.

60. Trifoliata anomala, floſculis & fructu velut in racemis laxis è ſinubus foliolorum anguſtiſſimorum ad intervalla longiora egreſſis.

61. Polygonifolia, ſpicis florum confertiſſimis è foliorum alis exeuntibus.

62. Planta tota velut holoſericea, colore ad fulvum tendente. *Folia* oblonga & obtuſa ſunt, per margines æqualia, duas uncias longa, unam lata, cauli vel abſque pediculis, vel iis breviſſimis intercedentibus adnata, alternatim poſita. *Caulis* teres firmus. Flores plures congeſti, vel in ſummis caulibus, vel in pediculis longis è foliorum alis enatis.

63. Plantula foliis circumſcriptione ſubrotundis, tenuiter diviſis, cauli ad intervalla alternatim adnaſcentibus, caulibus ſumma parte ramoſis, & in ſummis ramulis florem velut compoſitum parvum ſuſtinentibus.

64. Stellata (ut videtur) aquatica in ſummis virgulis flores producens in ſpicam denſam coactos, foliolis intermixtis.

65. Plantula echinata, echinulis plurimis ex adverſo foliorum confertis, ſeſſilibus, vel pediculis breviſſimis inſidentibus.

Folia lata ſunt, ſubrotunda, brevibus pediculis alternatim ſita.

66. Convolvulo affinis *Indica*, foliis valde anguſtis & oblongis, ad ſingula genicula binis, pediculis tenuiſſimis adhærentibus. Flores in pediculis oblongis, è foliorum alis egreſſis plures ſimul, quinquefariam, ut videtur, partiti.

67. Planta valde anomala, craſſitudine & textura Fungi. Folium imitatur pediculo, ſupra pediculum dilatatur, & utrinque inciſa baccam habet in pulpam foliis immerſam. Duas hujuſmodi inciſuras habuit, alium ſupra aliam, & duo foliorum paria. Para folii ſuperior è lato paulatim in acutum mucronem contrahitur, & utrinque dentibus longis, acutis inciditur.

68. Anagallidi aquaticæ affinis, floribus in pediculis è foliorum adverſorum alis exeuntibus pluribus ſimul, inque ſummis caulibus & ramulis.

69. Umbelliferarum duæ ſpecies, altera folio tenuiſſimo, ſeminibus minimis anguſtis; altera ſeminibus paulò majoribus, compreſſis, alâ foliaceâ cinctis.

70. An Criſtæ pavonis ſpica? Flos papilionaceus ruber, vexillum longiſſimum, anguſtum, acutum. Stamina plurima longa, incurva, acuminata è carina exeunt. *Siliquæ* unciales compreſſæ, acuminatæ, incurvæ, ſurſum inflexæ, in ſpica crebræ.

71. Verticillata, verticillis magnis, denſè ſtipatis, globoſis & velut echinatis.

72. Verti-

72. Verticillata, ſpicâ tomentosâ, è verticillis juxta poſitis magnis conflata.

73. Verticillata foliis alternis, Salviæ ferè figurâ lanuginoſa, verticillis denſis, tomentoſis, è foliorum ſinubus exeuntibus ; unde caules non cingunt, ſed ex uno duntaxat latere oriuntur.

74. Herba aquatica foliis maximis, ex anguſto principio in latum & ſubrotundum apicem dilatatis.

75. Paronychiæ facie Planta tetrapetaloides *Virginiana* flore cœruleo *Moriſ. hiſt. P.* 3. *p.* 615.

Palmaris hæc planta è *Virginia* à D. *Jo. Baniſter* tranſmiſſa eſt. A *radice* tenui *folia* profert exigua, oblonga, è latitudine mucronata, iis Paronychiæ vulgaris non diſparia, & ad eundem modum humi in orbem ſtrata, inter quæ *caules* eriguntur graciles, glabri, qui ad binarum unciarum altitudinem geniculum efformant ; & foliolis duobus tribuſve ornati ſunt : ubi cauliculi in duos & interdum in tres, tenuiores erectos, pollicem unum aut alterum longos ſe dividunt : quorum ſingulorum ſummitatibus *flos* unicus, longus, tenuis, tubuloſus, ore apertus & in 4 partes profundè diviſus, & expanſus, coloris cœrulei inſidet. *D. Bobart.*

Oſtendit nobis *D. Dale* fructum, Pomi amoris nomine ad ſe miſſum, è Pomiferarum Tribu, cute ſc. cruſtacea tectum, cum ſeminibus intus plurimis albis compreſſis ad Peponis ſeminum figuram accedentibus, niſi quòd unum latus magis armatum ſit quàm alterum, in mucagine latitantibus. Erat autem fructus Mali Aurantii mediocris magnitudine, figura, atque etiam colore.

INDEX.

INDEX.

NB. Numerus literâ *D.* insignitus *Dendrologiam* notat; alter *Botanologiam.*

A.

Abies, D. 8.
Abrotanum mas 232. *fœmina* 225.
Abrus, vide *Phaseolus*. 436.
Absinthium, 231.
Abutilon, 368. 517. 521.
Acacia, 474. 475. *&c.*
Acacia, *arbor* D. 101.
Acanthinon, 200.
Acatzja-valli, 551.
Acer, D. 93.
Acetosa, 115.
Achmella, *seu Attemella Zeylan.* 228.
Acinos, 300.
Aconitum, 368.
Acriviola, 266.
Adhatoda, D. 87, B. 650.
Adamboe, 377.
Bel-Adamboe, 388
Adeca Manjen 241.
Adhatoda 650
Adiantum, *aureum* 34. 35 *album* 36. *nigrum* 37, 38. *ramosum* 93.
Æschynomene, 478.
Agallochum, D. 117.
Agrifolium, D. 71.
Agrimonoides, 247.
Ahovai, 83.
Alaternus, D. 66.
Alcea Indica 515.
Alchimilla, 129.
Alcyonium, 16.
Alya marina gramin. 8. 9. *spiralis* 9.
Allium, 552.
Alnus D. 11.
Aloe, 268, 269. &c.
Alsine, 497, 498. &c.
Althæa, 320.
Alypum, D. 17.
Amarantus, 125.
Amaranthoides, 127.
Ambrosia 108.
Ammi, 256.
Amolago, *i. Piper longum*
Amomum, D. 89.
Amygdalo-Persica. D. 39.
Amygdalus, 39.
Ana-Coluppa, 316.
Anagallis, 496
Ana-mullu, *H. M.* 443.
Ananas 638.
Anchusa, 269.
Androsace, 51.
Androsæmon, 495.
Anemonospermos, 182.
Anethum, 251.
Angelica, 255.
Anona, D. 77.
Anonis, 466.
Antipathes, 5.
Antirrhinum, 393.
Aparine, 264.
Apium, 256.
Apocynum erectum 530. *scandens* 439.
Araka Pada 501.
Aronia D. 29.
Arbores, & *Frutices minus cognitæ* & *incertæ sedis*, D. 120.
Arctium, 109.
Areca, seu *Faufel. Palmæ spec.* D. 21.
Argemone, *v. Papaver* 425.
Arisarum, 580.
Aristolochia, 393.
Artemisia, 233.
Arum, 574, 575, &c.
Arundo, 614.
Asarum, 128.
Asclepias 536.
Ascyrum, 455.
Asparagus, 359.
Asperula, 284.
Asphodelus, 562.
Asplenium, *i. Scolopendria* 59.
Aster, 156. *ad* 166.
Astragalus, 454.
Astroites lapis 5.
Atractylis, 196.
Atriplex 122.
Avellana, D. 6
Aurantia malus D. 80.
Auricula ursi, 509. 528.
Azedarach Avic. P. 47.

B

Baccharis, 184.
Babel Stsjulli, 398
Balia Mucca-Piri, 334
Baller, 376
Balsamina mas, 338
Balsamina fœmina 636
Balsamina, *Noli me tangere dicta*, i. e. *Persicaria Siliquosa*, 637
Onapu
Bardana, i. *Lappa maj.* 208
Battata, *Sylvestris* 132
Belam-Candu Schularmani 557
Bela-Pola, 560
Belettadi-Maravara 53
Bella Donna 360
Bellis, 220
Benu-Patsja, 272
Berberis, D. 65
Beta,
Betonica, 297
Betula, D. 12
Blattaria, 523
Blitum sylv. seu *Chenopodium* 123
Brami, 551
Brasilia, *arbor* D. 109
Brassica, 410
Bryonia, *alba* 347
nigra 348
Buglossum, 268
Bugula, 311
Bula, H. M. 424
Bupleurum, 260
Buxus, D. 88

C

Caaroba, Pis. D. 113
Cabritta, 399.
Caca-Palam 332
Caraa-Mullu, 356
Cadelari, 287
Scheru-Cadelari, *ibid.*
Calamintha, 309
Calcitrapa 201
Calendula, 209
Campanula,
Camphorata, 129
Caniram, D. 80. *Scheru-Kata-Valli-Caniram est Nux Vomica* Off.
Cansjan-Cora, 479
Capa-Schera, 533
Capparis, D. 72
Cara-Caniram, 423
Cardamine, 413
Cardamomum, 572
Cardiaca 310
Carduus, 250
Sphærocephalus 238
Carlina, 183
Carpinus, D. 13
Carthamus, 195
Caryophyllata 324
Caryophyllus, 483
Caryophyllus aromaticus D. 38
Cassia, 48, 49
Cassia fistula D. 112
Cassida, 310
Cassina, 658
Castanea, D. 7
Catu Patsjotti 49
Catu Tsjandi 440
Caucalis 249
Cedrus, D. 9
Cerasus, D. 45
Ceratia, seu *Ceratonia*, i. e. *Siliqua arbor*, & *Arbor Judæ* D. 100
Cerefolium, 203
Cereus, D. 22, 23
Cerinthe, 272
Chamæcerasus, D. 29
Chamæcistus, 492
Chamædrys, 282

Chamælæa, D. 53
Chamæleon, 200
Chamæmelum, 223
Chamæpitys, 309
Champacam, D. 77
Chelidonium. 425
Chenopodium, 123
Chondrylla, 137
Chriſtophoriana, 349
Chryſanthemum, 210. *uſq; ad* 217
Chryſanth. bidens 225
Chryſocome, i. *Elichryſum* 169
Cicer, 551
Cicuta, & *Cicutaria* 257
Cirſium 196, 197
Ciſtus, 590, 591, &c.
Citrullus,
Viſtnu-Clandi }
Sandera-Clandi } 379
Clematis, 307. it. 547
Clematis Paſſiflora 340
Clinopodium, 298
Cnicus, 195
Cochlearia, 415
Coccygria, D. 89
Belutta-Kaka-Kodi, 542. *Ada-Codien ib. Kaka-Kodi ibid. Kadici Codi*, *Nattu-Kaka-Kodi omnes Apocyni Species ſunt*
Coculus Indicus D. 313
Colchicum, 561
Colletea-Vettla, 241
Colocaſia 581
Colocynthis, 332
Colubrinum lignum D. 118
Colutea 451. 452
veſicaria D. 122
Coma aurea 473
Contrayerva, 647
Convolvulus, 371, 372, &c.
Conyza, 151. 185
Coral. arbor D. 108
Corallium, 2, 3
Corallina muſcoſa 4. *fruticoſa* 5, 7
Cor Indum, 265
Corchorus, 516
Cornus D. 44, *fœmina* D. 58
Corona Imperialis 552
Coronopus, 434
Coroſimam, 388
Cortuſa, 508
Corylus D. 6.
Coſtus, 645
Cotinus, 89
Cottam, 296
Cotyledon, 361. 509
Covel, 366
Criſta Pavonis, 482
Crithmum, 257
Crocus, 561
Crotalaria, 464
Cruciata, 261
Cucumis, 233
Cucurbita, 331
Cucurbitifera arbor, D. 82
Cumbulu, D. 80
Cupa-Vela 527
Cupa-Mena 157
Cupi, D. 32
Cupreſſus, D. 10
Curcuma, 649
Curinil, *vel Curiginil* 357
Curigi-Tuli 44
Cyanus, 201
Cyclaminum, 574
Cynocrambe 108
Cynogloſſum, 567

D.

Duncus, 258.
Delisk ſeu *Dils*, 11
Dens leonis 146
Dentellaria, 245
Dictamnus, 289
Digitalis, 396, 397
Dipſacus, 238
Doronicum
Doſo, *i. Contrayerva*
Draba, 515
Draco, *arbor* D. 113
Dracontium, 582, 583, &c.
Dracocephalon, 294
Drakena, *radix* 647

E.

Ecbolium Indicum, *v. Adhatoda*
Echinomelocactos 24, 25
Echium, 269
Elichryſon, 169
Ella-Pola, 561
Ephemerum 564, 565, &c.
Equiſetum, 103
Erica, D. 97
Eruca, 412
Eryngium, 239
Eryſimum, 515
Erythroxylon, 483
Euonymus, D. 69
Eupatorium, Avic. 87
Eupatorium cannabinum, *mas* 225
Euphorbium, D. 21. *Bot.* 432
Euphraſia, 401, 402

E.

Fagus, D. 6
Fauſel, i. *Areca*, *Palmæ Species* D. 1
Fegopyron, 116
Ferrum equinum 453
Ferula, 252
Ficus, D. 15
Ficoides, 364
Filipendula, 329
Filix, *pinnata tantum* 71. *alata* ſeu *foliis ſemel ſubdiviſis* 78. *alatæ ſcandentes* 90. *ramoſa* 91. *arboreſcens*, *ibid.*
Flos Paſſionis, 339
Flos Solis, 209
Flos Tigridis, 557
Fœniculum, 257
Fragaria, 325
Frangula, D. 65
Fraxinus, D. 95
Fritillaria, 552
Fucus marinus folliculaceus dichotomus 9. 10. *non dichot.* 11.
Fumaria Siliquoſa 475
Fungus lamellatus, 17, 18. *non lamellatus* 19. 22, 23. *pulverulentus* 19. *cyathiformis* 20. *ramoſus* 21. *ſeminifer* ib. *Ophioglоſſoides*, 24. *phalloides*, 25

G

Galbanum, 252
Galega, 449
Galeopſis, 304
Galli calcar, *i. e. Oxyacanthus Americanus*, D. 19
Garidella, 525
Geniſta, D. 103
Gentiana major 368
Alpina, *magno flore* 369
Geranium, 511
Geum, 556
Gingidium, 257
Gladiolus, 559
Glaſtum, 419
Glaux, 551
Glycyrrhiza, 449
Gnaphalium
Goſſipium, 515
Gramen caninum 598, *Secalinum* 599. *cum ſpica Orizæ* ib. *pumiceum* 693 *Sparteum* 601. *Loliaceum* ibid. *Echinatum* ibid. *Criſtatum* 603. *dactyloides* 605. *Manna* ib. *Tremulum* 609. *Amoris* ib. *Miliaceum* 609. *Avenaceum* 610. *Nemoroſum* 614. *Junceum* ib. *Cyperoides* 618
Granata malus D. 19
Granadilla, 339
Gratioſa, 399
Gratioſæ affinis 526
Groſſularia, D. 26
Guaiacana, D. 85
Guiava, D. 19
Guli-Tamaruæ, 327

H

Halimus, 123
Hedera, D. 36
Hedyſarum, *Clypeatum* 451. *Trifo-* 456
Helianthemum, 491
Heliotropium, 207
Helleborine, 593. 594
Helleborus albus 114. *niger* 367
Hemionitis 54. *pinnata* 64
Hepatica, i. *Lichen* 47, 48
Herba Paris 351
Heſperis, 409
Hieracium, 137, 138, &c.
Hin-Indi, Zeylan. *Palmæ Species* D. 2
Hippoſelinum, ſeu *Smyrnium* 254
Horminum, 291
Hyacinthus, 555
Hyoſcyamus, 369
Hypericon, 404
Hypogloſſum, 350
Hyſſopus, 276

J

Jacea, *Capite ſpinoſo* 202 *lævi* 205
Jacobæa, 174. 108

Jamacara

Jamacara Pison. D. 20
Jaruma i.e. *Ambaibu* D. 4
Jasminum D. 62
Iberis 515
Ibex D. 8
Imperatoria 255
Indigo 458
Inota Inodien, & Pee-Inota-Inodien 356
Ipeca-cuanna 350
Iris 562
Juglans D. 5, 6
Jujuba 8. *Ziziphus* D. 44
Juncus
Juniperus D. 12

K.

Kaipa-Tsjra 508
Kaka-Pu 289
Kali 130
Kakousa Javan. D. 40
Kalu-polapen 502
Kalu-Tali 404
Kansjiram-Maravara 572
Karin-Pola 586
Karinti-Kala 358
Kata-Kapol 463
Katu-Mallosina 527
Katu-Uren 517
Katu-Ulina 446
Kata-Kurka 296
Katu-Tsjetti-Pu 109
Katli-Katlou 402
Katu-Kara-Valli 158
Kelengu variæ species 133, 376
Ketmia 521
Kirganeli D. 19
Kittoel Zeylan D. 2
Kilkola 358
Knawel 131
Kondam-Pullu 404
Konni 447

L.

Lactuca 135
Lagopus 460
Lamium 304
Lapathum 114
Lappa major 208
minor 110
Larix D. 9
Laserpitium 253
Latanier Palmæ sp. D. 2
Lathyrus 447
Lavandula 275
Laureola 53
Laurus eique affines D. 85
Lazarola, i. e. Mespilus Aronia D. 18
Ledum 491
Lens 449
Lenticula marina, i. e. Saragazo 14
Lentiscus D. 52
Leontopetalon 636
Lepidium 417
Leucanthemum Tournef. i.e. Bellis major 221
Leucoium 555
Libanotis 253, 254
Lichen 47
Lignum colubrinum D. 119
Lignum Cumpuchianum, Log-wood 132
Ligusticum vulgare 255
Ligustrum D. 65
Lilium 552
Lilio-Narcissus 219
Lilium convallium 350
Limo D. 80
Limonium 246
Limaria 390, 391
Lingua cervina 50, 51
Limum 523, 524
Lithophyta 2, 3, *&c. it.* 272, 273
Lithospermum 270
Lonchitis 66
Lonchitidi affinis Epiphyllanthos 69
Lotus herba 469
Lupinus 449
Lupulus 104
Lychnis 464, *&c.*
Lychnidea 490
Lycium D. 71
Lycopodium 32
Lysimachia 42. 426 *lutea* 526 *incertæ sedis* 503

M.

Majorana 289
Malansana 648
Malva 317, &c.
Maretta-Mala-Maravara 651
Malus D. 17
Malus Aurantia 80
Malus Citria
Malus Cydonia 18
Malus Granata D. 19
Malus Limonia D. 80
Mamee D.
Mananangtuag D. 120
Mancinello D. 77
Mammoca, i.e. *Pappaia* D. 4.
Mangala D. 13
Manga-Nari 421
Manghas D. 47
Mangle D. 115
Manja-Kurini 402
Manja-Adeca-Manjen 155
Belutta-Adeca-Manjen 128
Tsjeria-Bel. Ad. Manjen ibid.
Manneli 471
Maravaræ multæ species 588, &c.
Bara-Mareka 445
Katu-Baru-Murcka 446
Mareta-Inali 378
Marigati 414
Marrubium album 302
Marum 278
Matricaria 224
Mayez 597
Medica 471
Melampyrum 402
Melianthos D. 120
Melilotus 461
Melissa 308
Melocactos D. 23
Melo 333
Mentha 284
Mercurialis 108
Merlam Pulli 60
Mespilus
Meum 254
Mezereon D. 53
Milium 598
Millefolium 219
Mimosa 479, 480, &c.
Min-Angana 250
Mirabilis Peruviana
Modena 343
Pal-Modecca, *Orcla-Modecca*, *Matta-Modecca* } 344
Muccu 118
Beletta-Modela-Muccu 118
Velutta-Modela-Muccu 117
Schovanna-Modela-Muceu 118
Mollugo 263
Moly
Morus D. 14
Muccu-Pin 336.
Mullen-Belleri 334
Musa arbor D. 4
Musci 15, 16. *& terrestres* 26, 44. *steriles* 27. *pyxidati* 28. *clavati* 29. *arborei* 29. *licheniformes* ibid. *fruticosi* 32. *dentieulati* ib. *capillares* 34, 35. *filicifolii* 40
Myagrum 415
Myrobalanus D. 43
Myrrhis 254.
Myrtus D. 33

N.

Naga-Dante 11
Naga-Pu 518
Nai-Coranna, i.e. *Couhage* 444
Naschera-Canschabu 471
Nantsjera-Batsia 544
Narcissus 554
Nari-Patsja 155
Naru-Kila 573
Naru-Nandi 500
Tsjeru Narinam Puli 357
Nasturtium
Nela Tsjira 434
Nela-Tali 481
Nela-Vaga 523
Nela-Naregam 527
Nelam-Karenda 402
Nelam-Mari 404
Nelam-Pata 180
Nelem-Pela 536
Nelem-Schena 485
Nerium D. 114
Nicotiana 658
Nigella 525
Nil 453
Ninzin, sc. *Gensing* 647
Nirouri 49
Nir-Cottam-Palo 433
Nir-Murri 474
Nir-Pallari 470
Nir-Valli-Pullu 521
Nir-Tsjennu 581
Nir-Uren 518
Nummularia 507

Nux Juglans, D. 5
Nymphæa, 631

O.

Ochroa, 519
Ocimum, 289
Oenanthe, 255
Olea, 47. *Onapu*, H.M. 637 *Noli me tang.*
Onobrychis, 450, 456
Ophioxylon, D. 102
Opuntia, D. 119
Orchis 586
Oreoselinum, 251
Origanum, 289
Orobanche, 595
Orobus, 449, 450
Oryza,
Osmunda non ramosa, 86
Oxys, 548

P.

Pada Vara, D. 74
Pada Valam 337
Scheru Padavalam, ibid.
Paerou, 444
Katsju-Paerou, ibid.
Katu-Paerou, 445
Pæonia, 367
Paianelli, & *Palega Paianelli*, D. 112
Paliuro affinis, D. 97
Palma, D. 1, 2, &c.
Palma, D. 83
Panamba Valli, 573
Panax Herculeum, 251
Panna Kelengu Maravara, 65
Panna Mara Maravara, 71
Nella Panna Maravara, 72
Kara-Welli-Panna-Maravara, 80
Valli Panna, 65
Tsjeru-Valli-Panna, ibid.
Aruna-Panna, 71
Panicum, 597
Papaver, 425
Papaya, D. 3.
Parasiticæ Indicæ variæ species, 651, 652, 653
Parietaria, 129.
Parpadagam, 424
Parparam, 534
Parthenium, i.e. *Matricaria*, 224
Parua Kelangu, 435
Passerina, 247
Passiflora, 339
Patitsjiva-Maravara, 55
Pavel, 336
Erima-Pavel, ibid.
Pandi-Pavel, ibid.
Bem-Pavel, 526
Pedicularis, 399
Pee-Cupa, 526
Pee-Tardavel, ibid.
Pee-Amerdu, 39
Pentaphylloides, 326
Pentaphyllum, 325
Pepo, 332
Perfoliata, 260
Periclymenum, D. 32
Periclym. rectum, 29, 30, &c.
Perin-Aiara, H. M. D. 33
Periploca, 545
Persea, D. 48
Persicaria, 117
Petasites, 151
Peucedanum, 251
Phalangium, 563
Phalangoides, 562
Phalaris, 597
Phaseolus, 436, 437, &c.
Phillyrea, D. 53
Phlomis, 274
Phyllitis, 50, 51. *scandens*, 53 *pinnata*, 63
Phyllon, 108
Picinna, 335
Cattu-Picinna, ibid.
Pilosella, 147
Pinus, D. 8
Pipal Bengalensibus, *Ficûs spec.* D. 15
Piper Chiapæ, i. e. All-spice, D. 33
Piper longum, 640
Piper rotundum, ibid.
Piripu, D. 92
Pistachia, D. 52
Pistolochia, 394
Pisum, 444
Plantago, 435
Plantulæ inter Filices & Muscos ambigentes, 76
Pola Tsjira, 528
Polium, 379
Polygala, 639
Polygonatum, 350
Polygonum, 109, 110, &c.
Polypodium, 57
Pomum Amoris, 352
Pongam, 107
Pongati, 504
Portulaca, 504, &c.
Porus, 3, 4
Potamogiton, 121, &c.
Poterion, i. e. *Pimpinella spinosa*, D. 29
Prunella, 297
Prunus, 40, 41, &c.
Pseudamomum, D. 90
Pseudo-Asphodelus, 567
Pseudo-Apocynum, 547
Psyllium, 434
Ptarmica, 218
Puam-Curundala, 155
Pulegium, 283
Tali Pullu, 564
Nelam Pullu, ibid.
Nir Pullu, 567
Pulmonaria maculosa, v. *Symphytum*, 266
Pumpelmos, Shaddocks, *D.* 81
Pyrola, 596

Q.

Quercus, 7, 8, &c.

R.

Ranunculus, 314, 315, &c.
Rapistrum, 411
Raphanistrum, 410
Rapunculus, 382, 383. *galeatus*, 380
Reseda, 511
Rhamnus, D. 56. *catharticus*, 71
Rhus, D. 56
Ribes, D. 87
Ricinus, 110, 111, &c.
Rizophora, 132
Rosa, D. 25
Ros Marinus, 276
Ros Solis, 515, 551
Rubia, 262. *cynanchica*, 265
Rubeola, ibid.
Rubus, D. 76. *Idæus*, ibid.
Ruscus, 350
Ruta muraria, 87
Ruta sativa, 434. *sylvestr.* 525

S.

Sagitta, 327
Salix, D. 12
Salvia, 273
Sambucus, D. 67. *humilis*, D. 37
Samolus, 551
Samudra Tsjogam, 378
Sanamunda, 55
Sanicula vulgaris, 260. *montana*, 508
Sapon lignum, D. 109
Sargazo, i. *Lenticula marina*, 14
Satureia, 276.
Saururus, 641
Saxifragia, 256
Scabiosa, 234
Schanga-Cuspi, 443
Schanganam-Pullu, 425
Scheda-Veli-Kelangu, 359
Schena, 583
Katou Schena, 585
Mulen Schena, 583
Nelen Schena major, ibid.
Scherubula, 132
Schetti-Codiveli, 550
Scilla, 555
Valli-Schorigenam, 105
Sclaræa, 291
Scolopendria, 59
Scolymocephalos, D. 9, 10
Scordium, 311
Scorodonia, ibid.
Scorpioides Echium, 270. *Bupleuri folio*, 553
Scorzonera, 148
Scrophularia, 395
Scutellaria, i. e. *Cassida*, 310
Sedum majus, 361, 507. *stellatum*, 363. *minus*, 508
Sena spuria, D. 109, 110
Senecio, 183
Serpyllum, 278
Serratula, 208
Sesamum, 636
Seseli, 258
Siasmin, 523
Sideritis, 306
Siliqua arbor, D. 100
Sinapi, 40
Sinapistrum, 419.
Siovanna-Pola-Tali, 553
Sison vulgare, 256
Sisyrbynchium, 558
Sium, 256

Smilax,

Smilax, 344
Smyrnium, 254
Solanum, 351. *Pomiferum*, 352. *Veſicarium*, 356
Sonchus, 136
Sorbus
Speculum Veneris, 389
Spergula, 501
Sphondylium, 251
Spiræa, D. 91
Spongia 16
Stachys, 301
Staphylodendron, D. 84
Statice, i. e. *Caryophyllus Marinus*, 504
Stellaris Lapis, 5
Stœchas, 275. *citrina*, 169
Stramonium, 390
Symphytum maculoſum, 266
Syringa, D. 113

T.

Tacamahaca, D. 85
Talu-Neli, 377
Talu-Dama 390
Tamariſcus, D. 95
Tanacetum, 230
Tandale-Cotti, 464. *Nellia-Tandale-Cotti*, ibid. *Wellia Tandale Cotti*, ibid. *Pee Tandale Cotti*, ibid. *Tatajiba*, 74
Tſjeru Tardavel, 312
Tekka, D. 25
Terebinthus, D. 50
Tetragonocarpus Africana Hort. Amſt. Rar. 2. 527
Teucrium, 280, 281
Thalictrum, 249
Thapſia, 252
Thlaſpi, 416
Thora-Paeroa, D. 102
Thymelæa, D. 53
Thymus, 277
Tilia, D. 88
Tirtava, 312. *Nala Tirtava*, ibid. *Cattu Tirtava*, 313. *Soladi Tirtava*, ibid.
Tithymalus, 428, 429, &c.
Todda Vaddi, 481.
Niti-Todda-Vaddi, ibid.
Mala Todda Vaddi, 482
Man Todda Vaddi, ibid.
Trachelium, 386
Tragopogon, 149
Tragoriganum, 278
Tribulus terreſtris, 649
Trichomanes, 60
Trifolium ſpicatum, 458. *ſiliquoſum*, 462
Triticum, 597
Tſjerou Kara, H.M. D. 33
Tſjerou Valli, i.e. *Hedera Indica trifolia*, D. 36
Tſjerou Carura, 61
Tſjeru Parva, 527
Tſjeru Uren, 550
Tſjeru Jonganum Pullu, 502
Tſjeru Talu Dama, 265
Tſjeria Manganari, 389
Tſjeria Cametti Valli, 446
Tſjetti Pu, 227
Tſjude Marum, D. 108
Tſjudan Tſjera, 465
Tſjouanna Maneli, 480
Tſjunga Puſpam, 371
Tugus, ſeu Amomum legitimum, D. 89
Tulipifera arbor,
Tumba, 296. *Katu Tumba*, & *Karim Tumba*, ibid.
Tumba Codiveli, 550
Tuna, D. 19
Turritis, 410

U.

Vada Kodi, 250
Valeriana, 242
Valerianoides, 242, 243
Valerianella, 244
Valli Caniram, 60. *Kadici Valli*, 388. *Kaku Valli*, 444. *Katti Valli*, 378. *Kametti Valli*, 544. *Munda Valli*, 375. *Naga Valli*, 328. *Naga Mu Valli*, ibid. *Pal Valli*, 544. *Kutu Pal Valli*, 543. *Wallia Pul Valli*, ibid. *Pu Valli*, 67. *Penur Valli, mas & fœmina*, 83. *Padon Valli*, 47. *Pil Pal Valli*, 92. *Schembra Valli*, 67. *Tſjori Valli*, 36. *Belutta Tſjori Valli*, D. 37. *Schunambra Valli*, ibid. *Kak Valli*, D. 116. *Karetta Tſjora Valli*, D. 37. *Watton Valli*, 347.
Veetla Caitu, 564
Aria Veela, 427. *Tjeru Veela*, ib.
Verbaſcum, 548
Verbena, 245
Veronica, 420
Viburnum, D. 56
Vicia, 448
Viola, 510
Virga aurea, 167
Viſcum, 591. D. 51, 52. *Caryophylloides*, 405
Vitia, 89.
Vitis Idæa, D. 97. *Vinifera*, D. 67.
Ula, D. 40
Ulmaria, 330
Ulmus, D. 13
Unjala, D. 91
Upu Dali, 549
Urtica, 105
Uvifera arbor, D. 117

W.

Waga, 480. D. 114
Waga Pearmeedorica, D. 114
Waga Madraſpatana, 480. *globoſa*, ibid.
Weli Ila, 586
Wellia Codiveli, 110

X.

Xanthium, 109
Xeranthemum, 181, 182, &c.

Y.

Yucca, 573

Z.

Zedoaria, 648
Zingiberis variæ ſpecies, 645
Ziziphus, 44

Libet

Libet hic ſubjungere Plantæ *unius vel alterius Deſcriptionem, in Hiſtoria omiſſam.*

CONvolvulus *Carolinianus*, flore minore ſanguineo, *Muſ. Pet.* 901.

Dr. *Sherard.*

Cauliculos promit plures, tenues, infirmos, ſcandentes: quibus adſtant *folia* ſingulatim poſita, pediculis uncialibus, unciam lata, unicam & ſeſmunciam longa, in acutum mucronem producta, per margines æqualia. *Flores* è foliorum alis exeunt, pediculis brevibus, parvi, tubuloſi, in quinque ſegmenta diviſi, coloris coccinei, flores *Quamoclit* referentes. *Calix* brevis. *Vaſculum* ſeminale exiguum ſubrotundum. *Semina* majuſcula, anguloſa, nigra. In horto D. *Derby* viget.

Gramen Cyperoides Polyſtachion majuſculum, latifolium, ſpicis multis longis ſtrigoſis. *Folia* ſatis lata. Spicæ ſex ſeptemve prætenues & ſtrigoſæ granis rarioribus, ut in *Cyperoide Sylvarum*, longæ, virides. *Caulis* in ſpicam unicam ſemine Caſſiæ exit. Notleiæ invenit D. *Dale.*

F I N I S.

ERRATA in *Botanologia.*

PAG. 3. lin. 31. *lege* Caribbeas, 7. 4. *pro* ea *lege* ex. 7. 57. valde fragilis. Pag. 8. linea octava & ſequentes uſque ad 14tam deleantur. P. 9. 27. ſinuata. 15. 4. ejectam. 16. junior. 17. 59. donati. 18. 15. longitudinaliter. 20. 44. pediculus. 26. 20. ducuntur. 28. *ult.* præbeant, 30. 28. eruit. 31. 8. quæ, 32. 36. ſuperiora 43. 28. Gramina. 44. 10. ſed. 45. 28. dumetis *Stiriæ.* 55. 39. *inter* tam & hoc *inſere* in ; item *inter* dividitur & mucronem & *&* in. 63. 15. glabræ. 47. Filix. 83. 12. ſingulos. 89. 33. madentibus. 109. 11. acutiores. 118. 5. nullius. 52. præcipuè conſervationem, &c, 120. 10. diverſa. 124. 7. Aldini. 125. 20. craſſitie, *item* paucis. 109. 36. reſupini. 133. 1. detur. 134. 53. Caribbeis. 136. 11. dentata. 141. 35. lutei. 148. 44. tutulus. 149. 14. globulus. 15. deciduis. 154. 9. duro. 154. 49. inſident. 160. 30. ſummus. 167. 31. habent. 170. 5. pratis. 173. 44. multiplico. 174. 5. *dele* in. 176. 15. Eryngii, 187. 22. comprehenſa. 218. 3. nucleum in. 222, 23. pediculus. 227. 31. Hoc. 243. 41. atro-purpureis. 245. 8. calicum formâ. 253. 7. bima vel trima. 256. 37. In. 262. 21. nodoſo. 282. 11. *dele* minimè virentibus 283. 16. exacuta. 19. Ponæ. hic, & quoties alibi occurrit. 371. 43. ut. 372. 16. triangularia. 378. 33. petiolorum ſummis. 379. 8. cingitur. 390. 17. febrem ortam. 893. 4. *dele* trium. 399. 10. Curaſſavica. 402. 27. anguſtius. 43. eorum ſinubus. 405. 61. continere ſcribit. 411. 28. effoſſis. 416. 19. Taurinum. 405. 20. dividitur. 467. 7. diviſi. 466. 19. digeſti. 477. 35. pinnis majoribus. 479. 20. coſtis. 481. 12. foliorum. 478. 6. ſtrati. 480. 41. conſtans. 56. albore. 490. 8. cinctus, *item* caule &. 491. 20. plura. 495. 37. Caruram. 500. 45. *ea.* 507. 8. certus. 513. 5. Pania. 517. 46. Alceam. 523. 39. quàm. 527. 5. longis. 531. 33. perennantibus. 539. 30. nauſeoſo. 541. 48. 542. 33. pentapetalis petalis. 543. 44. recentia. 547. 36. non deſignant. 552. 4. *Bulboſas.* 575. 44. *Inhame* ſeu *Igname.* 577. 63. qui. 579. 3. inſutæ. 38. veluti. 42. margaritum inſertum 586. l. penult. Leucoſtictos. 592. 24. *dele* E. 35. minus. 593. infantum &, 595. 33. donata. 596. 15. tuſi. 605. 10. diſtachyophoron. 19. ſtriata. 610. 8. ramulis. 618. 37. rufeſcentes, 619. 14. leniunt. 628. 10. odore. 13. partes. 638. 39. viride. 640. 31. ſemipedalis. 642. 34. inſculptas. 649. 40. propiùs.

N. Emendanda alieno in loco diſponuntur. Cùm enim ad priora duo volumina pertineant, initio hujus Operis collocari debuerunt. Verùm Obſervationes medicæ iis inter-ſperſæ ad hoc volumen referendæ ſunt.

ERRATA in *Dendrologia.*

PAG. 2. lin. 15. *lege* pediculus. 3. 1. ſurculis. l. 33. ſuram, 7. 9. F. 2. l. 12. P. 2. 8. 38. odore. 10. 36. lævibus. l. 38. multo l. mutuò. 13. 39. Fructus l. Frutex. 15. 41. intervalla 19. 30. ſicca. 20. 22. conſita. 29. 47. mutantes. 29. 23. diſtinctus. 33. 26. *pro* Aſt l. eſt. 34. 40. alia. 35. 39. craſſitudine ; *&* pedes. 46. 36. latitudine l. lata. 47. 18. Oleæfolia. 48. 1. Canellifera. l. 24. *poſt* duobus *adde* l. 44. *pro* è *lege* &. P. 64. 24. ſive l. ſeſe. P. 66. l. 56. *Pro* 1296. *lege* 129. P. 70. l. 39. primæ l. pinnæ. l. 55. *lege* obſiti. 71. 38. pro racemoſis. 74. l. pen. canaliculatus. 76. 13. Fructus *lege* Frutex. 78. 10. appenſus qui. 85. 24. Guaiacum. P. 89. l. 5. *poſt* ſuccedentes *adde* fructus. P. 91. l. 14. *pro* nomine *lege* nemine. 93. 21. Londinenſis. 97. 48. Fraxineum. 79. 40. poſita. 98. 20. coacervati. 101. 33. tectæ. 104. 14, 15. planta : videatur : ſiccam. 106. 51. arboream. 107. pen. Malabarica. 114. 7. & l. eſt, 116. 45. ſiliquæ. 120. 14. repletione. 130. ult. & flore luteo. 133. 1. ſuperat.

13
3
2

RAII
HISTORIA
PLANTARUM

TOM. III...

88
45

11624